www.e-rara.ch

Sancti Ephraem Syri, patris et scriptoris ecclesiae antiquissimi et dignissimi, opera omnia quotquot in insignioribus Italiae bibliothecis, praecipue Romanis Graece inveniri potuerunt in tres tomos ...

Ephraem

Coloniae, 1616

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-9722

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IOAN.BAPT.IOS.GOBEL SS.Th.Doct.Eps.Lyddensis
Suffraganeus et Vicarꝰ Gnrlis Basileensis

XI/1
45

75.–

C H 30

13. S. Ephræm fuit Diaconus Edeſsenæ Ecclesiæ, obiitque sub valente Imperatore circa annum 379. memoria ejus recolitur in Ecclesiâ Latinâ die 1. februarii.

SANCTI

EPHRAEM SYRI,

PATRIS ET SCRIPTORIS
ECCLESIÆ ANTIQVISSIMI ET
DIGNISSIMI,

OPERA OMNIA,

Quotquot in inſignioribus Italiæ Bibliothecis, præcipuè
Romanis Græcè inueniri potuerunt,
in tres Tomos digeſta,

*Nunc recèns Latinitate donata, Scholijsqúe illuſtrata, Interprete
& Scholiaſte*

Reuerendo D. Doct. GERARDO VOSSIO
Borchlonio, Germ. Præpoſito Tungrenſi.

EX PERMISSV SVPERIORVM.

Editio Tertia, priore auctior & accuratior.


Ὁ ἍΓΙΟΣ
ἘΦΡΑΙΜ Ὁ ΣΥΡΟΣ.
Ἡ
ἈΓΑΠΗ
ΚΑΙ
ἘΓΚΡΑ
ΤΕΙΑ ΨΥ
ΧΗΝ ΚΑ
ΘΑΙΡΟΥ
ΣΙΝ.

COLONIÆ, Apud Arnoldum Quentelium, M.DC.XVI.
Cum gratia & Priuilegio Sac. Cæſareæ Maieſtat.

ARCHETYPON HVIVS PRÆCEDENTIS S. PATRIS NOSTRI EPHRAEM EFFIGIEI REPERITVR

Conſtantinopoli, in antiquo Monaſterio Sula nuncupato, vulgo Τὰ ἓξ Μάρμαρα, id eſt, Sex marmora. Olim Patriarchium fuit, nunc ab Armenijs inhabitatur.

IN IMAGINEM S. EPHRÆM.

Corporis effigies hæc eſt venerabilis Ephræm:
Eius at in libris, mentis imago micat.
Illa quidem præſtans: ſed eo præſtantior hæc eſt,
Quo depicta fuit nobiliore manu.

ALIVD.

Hæc veneranda Syri facies mirabilis Ephræm:
Aſt animi effigiem, ſcripta diſerta docent.

SANCTISSIMO ET BEATISSIMO PATRI AC DOMINO NOSTRO D. XYSTO V. PONTIFICI MAXIMO

Gerardus Voſſius Seruus Salut.

B*IENNIO antequam in excelſam iſtam Eccleſiæ ſpeculam, Sedem Petri euehereris, Sixte V. Pontif. Max. virum mihi peregrinum, è media Syria oriundum, & per Græciæ climata huc profectum, vt maior eius haberetur ratio, commendaſti, ac vt eodem mecū Romæ exciperetur contubernio, deſideraſti. Cùm enim propter Turcicam tyrannidem cuncta deuaſtantem atque obſcurantem, non amplius eo haberetur honore apud ſuos Syros, & Græcos, quo antea, ſed iam vileſceret atque obſoleſceret, laborumq́; eius fructus ibi deperiret, ad Latinos & quidem ad ipſam Vrbem Romam, velut ad ſecurum extra pericula portum ex Barbarorum manibus confugit, vt ibidem refloreſceret, & fructum vberiorem tamquam loco magis fœcundo excultior redditus produceret : vbi etiam, quòd multo nimis tempore aliter atque ſperârat, obſcurus ſpretusque lateret, nec eſſet qui illius curam ſuſciperet, Tu tandem non ſine Diuina prouidentia eum è latebris & tenebris vindicandum, mihique licet homini hic extremo, & ex vltima penè Germania oriundo committendum tradendumq́ue ſolicitè curaſti. Itaque feci non inuitus, quod in hoſpite illo ex excipiendo, tibi cum primis gratum mihiq́ue iucundum, atque alijs charum & vtile fore intelligebam, ipſumq́ue à te vſqueadeò commendatum peramanter admiſi, ſuſcepi, & gratulabundus in idem mecum contubernium introduxi. Quem dum coram iam alloqui incipio, peregrina vtentem lingua comperio, à noſtro loquendi vſu multum aliena, vnde ſtatim an aliam etiam nobis vtcunque communem calleret, percontor: ipſe verò præter maternam illam ſuam Syram, ſe quoque Græcam ab optimis hauſiſſe magiſtris reſpondit, Latini autem ſermonis prorſus ignarum, quare me vt inter Latinos latinè eum loqui doceam, vel ſaltem Interpretem ipſius agam, interpellat: vt in Occiduis* quoque partibus, vbi antea minus fuerat cognitus, deinceps magis innoteſcat, & ab omnibus intelligatur. Atque vbi iam conſedimus ambo, animaduerto ab ipſo mox ſermonis exordio, hoſpitem illum meum moribus ſuauiſſimis præditum, varijsqúe animi dotibus pulcherrimis ornatum, & in rebus diuinis exercitatiſſimum: nihilqúe eum humile, nihil abiectum, nihil molle, nihil abſurdum, aut infimum ſentire vnquam vel loqui: ſed omnem ipſius orationem de Deo eſſe, rebusq́ cæleſtibus, ipſumqúe vitia vbique acriter reprehendentem, ac virtutes mirificè celebrantem, non voce dumtaxat, ſed opere potius viuo atque exemplo. affectiones denique noſtras ad Dei amorem, vaniqúe huius ſeculi contemptum, ac ad cæleſtis regni gaudia conſequenda, formidabilia autem inferni tormenta effugienda vbicumque ſeriò grauiterq́ mouentem, atque flectentem: vt meritò de tali, tantoq́ nobis viro gratulandum ſit, cuius etiam nihil vel aſpectu gratius, vel doctrina ſalubrius, vel conſuetudine iucūdius dici fingiue poſſet. Sed quiſnam homo ille ſit peregrinus, fortaſſe tecum ambiges? Cuius etſi memoriam nondum Sanctitati T. excidiſſe credam, quòd non ita multum interfluxerit temporis, quo illum mihi commendaſti ac tradidiſti, tamen vt clarius rem exprimam, & ne alijs παραβολικῶς, aut potius ὑπος λιχῶς loqui videar, quis is ſit, enarrabo: Ephræm hic eſt Syrus, quem clara Meſopotamia produxit, Græcia ſuſpexit atque excepit, & tota antiquitas venerata eſt. Quem Baſilius ille Magnus Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopus, eruditionis cauſſa in primis admiratus eſt, ſummeq́ laudauit, ac pietatis nomine prædicauit, de eo inter alia affirmans, quòd tantum à mundana ſapientia diſtaret, quantò verarum rerum ſcientiæ propinquior erat. Cuiq́ idem Baſilius miraculosè, & abſque labore donum Græcæ linguæ à Deo impetrauit, eumq́ ex Diacono Sacerdotem digniſſimū ordinauit. Quem Baſilij frater ſanctus Gregorius Nyſſæ Epiſcopus inſigni beneq́ longa oratione celebrauit ac decorauit. Quem Amphilochius Iconij Antiſtes, pulcherrima cōparatione cum Baſilio Magno cōtulit, quæq́ inter vtrumq; communia interciderint deſcripſit. Quem fortiſſimus ille hæreticorum malleus ſanctus Hieronymus, ad tantam veniſſe claritudinem teſtatur, vt poſt lectionem Scripturarum publicè in Eccleſijs eius ſcripta recitarentur. Quem Palladius magnæ apud cunctos exiſtimationis fuiſſe dicit, nō fictè, ſed verè, illumqúe vnum inter alios exſtitiſſe dignum, cuius memoria à ſanctis Chriſti ſeruis celebretur. Quē Theodoritus Cyri Præſul, virum admirabilem, & ſcriptorem inter Syros excellentiſſimum appellat. Quē in magna vixiſſe laude, Eccleſiamq; Catholicā cum primis exornaſſe, inter multa Sozomenus cum alijs recenſet. Qui, vt cum eodē Sozomeno teſtis eſt Nicephorus, vita Monaſtica percelebris exſtitit, & ex æquo cum ijs, qui Epiſcopatu, doctrina, & vitæ ſanctitate clari ſunt, laudatur. Quem miris laudibus Symeon,

meon Metaphraſtes, Nſenum in eius ſecutus vita, exornat atq; illuſtrat. Quem Cedrenus virum fuiſſe magnum dictis factiſq́ꝫ, ac multa vtiliter cõſcripta reliquiſſe affirm. Ex cuius adhuc infantis ore (vt in ipſius reperitur vita) per ſomniū vi eſt excreſcere vitis, quæ omnem ſub cælo regionē replebat, cuius fructibus omnes cæli volucres aduolantes veſcebantur, ipſaqúe vitis quanto plures vacres fructus decerpētes excipiebat, tāto magis racemis abundabat, quæ iipſo poſtea Ephræm vera apparuerūt, dū eius oris ac vitæ fructus per vniurſum orbē reſplēduit. De quo & illud memorabile legitur, quòd ab Angelo viſus ſit librū aureis conſcriptum literis aliquādo recepiſſe, quē nemo prær eum aperire meruit; vnde mox poſtero die & deinceps, loquente in eo Spiritu ſancto, tantā dicendi ac declamandi gratiā habuit, vt nullum ſibi ſimilē ſuo tempore inueniret. Quem non ſine cauſſa reuerenter atq́ꝫ libenter cebris olim Græcia amplexa eſt, eiuſq́ꝫ ſcripta tanti fecit, vt illa in ſuam maga ex parte linguam transfuderit, illumq́ꝫ velut ſuæ gentis ac claſſis Patrem habuerit, colueritq́ꝫ. quem honorem an vlli vmquā alteri Scriptori extero gens illa detulerit, vehementer dubito, exemplumq́ꝫ ignoro. Ex cuius quoq́ꝫ varijs ſcriptis, ob dignitatem plurima paſſim ab Anaſtaſio Synaita, Photio Patriarcha olim Conſtantinop. in ſua ad Tharraſiū bibliotheca, à Moyſe Bar-Cepha Syrorum Epiſcopo, alijſq́ꝫ priſcis inuenias citata, atque deſcripta. Ad cuius imitationem, Iſaac Syrus, Nilus Archimandrita Conſtantinopolitanus, Beatus Iſaias, & B. Dorotheus religioſiſſimi Abbates, alq́ꝫ complures pietate atque eruditione inſignes viri vtiliſſima opera conſcripſerunt, quorum ego multa nondum edita in varijs manuſcriptis Vaticanis, alijſq́ꝫ alibi prælo ſanè digniſſima vidi. Cuius denique Sanctiſſimi viri commemorationem, Græcorum Menologia, & Latinorum Martyrologia ex æquo ponunt, obſeruant ac celebrant.

De hoc igitur celebri & admirabili viro, gratoq́ꝫ ac venerando hoſpite, mihi tecum, Sixte Papa, ſit ſermo, quem vt ſitu ſqualoreq́ꝫ obſitum, & in tenebris iacentem, ac penè exſtinctum atque mortuum, in vitā ac lucē reuocarem, abſterſiſq́ꝫ ſordibus Latinè loqui docerē, ornarem, & expolirem, Tu mihi non ita pridē, dū Ambroſio tuo excolendo atque edendo adhuc Cardinalis vacares, præcipuus hortator auctorq́ꝫ fuiſti. & ad hoc, tua pro me interpoſita fide, primum antiquitate & magnitudine Græcum inſigne manuſcriptum Volumen huius S. Patris, ex nobili Sfortianorum bibliotheca Rō. vbi conſeruabatur, ad cõmune multorum bonum tunc mihi impetraſti, cupiens tātum Patrem, quod plurimi tecum optabāt, in Eccleſia Dei exſtare, & Romæ poſt Ambroſium tuum aliquando prodire. Unde ego grauiſſima tua permotus auctoritate, aliorumq́ꝫ multorum id à me efflagitantiū votis ſatisfacere exoptans, me ad deſideratiſſimum hoc opus illuſtrandum euul-

gandumq́ue accinxi, & quæcunque iſtius S. Patris numquam ſatis laudati monumenta tot ſeculis cum magno Chriſtianitatis diſpendio ſepulta ac penè deperdita, ex præcipuis Italiæ bibliothecis, præſertim Romanis conquirere & obtinere potui, ad conſolationem multorum, & publicum omnium bonũ non ſine magno labore ac ſumptu collegi, & deſcrenda curaui, deſcripta, cum ſuis archetypis, & alijs manuſcriptis exemplaribus, quorum dabatur copia, diligenter contuli, varias lectiones examinaui ac adnotaui, easq́ quo potui ſtudio atq; iudicio inter ſe conciliaui, maximeq́ probatas ſelegi, & ſuis locis repoſui; omniaq́ vt confido præſtiti, quæ in Orthodoxo aliquo Patre reſtituendo vel illuſtrando deſiderari deberent aut poſſint, quemadmodum plenius ex hoc primo volumine Sãctitati T. cui iure debetur, dicato, conſtabit. Quod ſi ei, vt ſpero, gratum accidiſſe, & alijs profuiſſe cognouero, alia duo eiuſdem S. Patris quæ reſtant magni quoque momenti volumina (nam vniuerſum opus in tres Tomos diſtinximus) libentius alacriusq́ perſequar, & Deo bene iuuante perficiam. Reſtat porrò vt tantum hoſpitem nominis tui ornamentum in exiguum, iam tandem in publicum prodeuntem ac Latina lingua vtentem, & ex merito ſuo, & ex ſingulari commendatione tua, atque inſtituto meo, aut verius etiam tuo, gratè benigneq́ ad te reuertentem accipias, habeasq́ in honore apud te, & ſicut dignus eſt, omni eum pietatis officio amanter complectaris, & tractes: Nullum autem honorem ei maiorem, nullumq́ officij genus gratius deferre poteris, quàm ſi illo auidè crebroq́ fruaris, & grauioribus interdum intermiſſis negotijs ſaltem reſpirandi, ac recreandi gratia ad eum te conferas, ac cum hoſpite adeò ſuaui, & commodo remotis arbitris perlubens cõgrediaris. Solatium, mihi crede, præbebit interdiu, non impediet noctu, à laboribus feſſum recreabit, curarum pondus ſubleuabit, moleſtias leniet, & tædium omne excutiet; in menſa, & poſt menſam iucunditati ac voluptati erit, & ſalutare argumentum colloquendi atque meditandi, quocunque tempore præbebit, moleſtus autem ipſe numquam apparebit. Quare illum iam ad te reducem amplectere, & quomodo à mea tenuitate ac modulo, tua cauſſa exceptus ſit, ex ipſomet intelliges. Erit enim, non dubito, meæ in Sanctitatem tuam veteris obſeruantiæ, pietatisq́ue teſtimonium ſynceriſſimum, & quemadmodum deſidero monumentum ſempiternum. Vale. Ex tua vrbe Roma, CIↃ. IↃ. LXXXIX.

SIXTVS PAPA QVINTVS

Dilecto Filio GERARDO VOSSIO, *Presbytero Leodien. Diœceſ. Magiſtro in Theologia, &c.*

DILECTE Fili Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm, ſicut accepimus, primum Volumen operum omniũ, quæ Græcè hactenus inueniri, & obtineri potuerunt, S. Patris Ephræm Syri à te nuper Latinitate donatum, & Scholijs vbique illuſtratum imprimi curaueris: Nos, qui eruditorũ omnium fouere ſolemus ingenia, volentes te ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi; vt præſertim, tam ipſum iam editum Volumen, quàm alia deinceps per te in lucem edenda, quàm emendatiſſimè prodeant, neve à quoquam vel malitia, vel negligentia, mendis deprauari, aut aliquo modo addendo, vel minuendo, mutari, alterari, vel corrumpi poſſint: Motu Proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiã, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, præſertim librorum impreſſoribus, & Bibliopolis, tã in Vrbe, & eius diſtrictu, totoque ſtatu Eccleſiaſtico, ſub quingentorum ducatorũ auri de Camera, ipſi Cameræ noſtræ Apoſtolicæ eo ipſo applicandorum, ac amiſſionis librorum, & typorum omnium; quã etiam in tota Italia, & extra eam vbiuis locorum, & gentium conſtitutis, ſub Excõmunicationis maioris latæ ſententiæ pœnis, eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis: Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium interdicimus, & inhibemus, ne per decem annos à data præſentium computan. primum Volumen prædictum iam editum, & alia ſingula à te in Latinum idioma vertenda Operum eorũdem S. Patris Ephræm volumina, & in poſterum edenda, ſimiliter durante Decennio à cuiuſque illorum prima editione numerando, abſque tua licentia in ſcriptis imprimere, vel alio titulo, vel forma, quouis prætextu mutata, vel alio quocunque idiomate verſa edere, vel ſic edita vendere, ſeu venialia proponere, vel tenere audeant, ſeu præſumant. Mandantes Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, alijſque locorum Ordinarijs, eorumque Vicarijs, ſeu Officialibus in ſpiritualibus, generalibus, ac in dicto ſtatu Eccleſiaſtico Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus & alijs Officialibus: vt quando, & quoties per te, vel tuo nomine fuerint requiſiti, præmiſſa contra inobedientes exequantur, & obſeruari faciant, inuocato etiam ad hoc, ſeu adhibito, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, quibuſuis perſonis quomodolibet conceſſis, & confirmatis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliâs in ſuo robore permanſuris, ac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam in ipſis Voluminibus impreſſis, eadem vbique in iudicio, vel extra adhibeatur fides, quæ ipſis præſentibus litteris originaliter exhibitis adhiberetur. Datum Romæ, apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xxij. Aprilis, M. D. LXXXIX. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

M. Veſtrius Barbianus.

AD LE-

AD LECTOREM.

QVANTI vniuerſa olim antiquitas, Chriſtiane Lector, fecerit S. Patrem Ephræm Syrum eiuſque digniſsima conſcripta, ex præcedenti ad Summũ Pont. Epiſtola auctoritatibuſque pluribus poſtea ſubiectis & ad longum productis abundè conſtabit. Quantæ autẽ ſanctæ vtilitatis, doctrinæ atq; præſtantiæ, eius ſint opera, ex hoc primo quod modò tui iuuãdi cauſſa proferimus Volumine, legendo ſpero plenius cognoſces. Ad quod comparandum atque euoluendum, haud dubiè procliuior eris, ſi intelligas (cuius te hîc præmonitum volui) illud abſque alijs duobus poſt ſecuturis ſeparatum eſſe atque diſtinctum, nec ab iſto illa dependere. Sic enim totum ſimul opus S. Ephræm tripartitum reddidimus, & in Tres tomos diſtribuimus, vt ſinguli etiã ſeorſim & imprimi & coëmi, & legi, & circumferri poſsint. quare dum alios tibi concinnamus & pręparamus, hoc primo interea perfruere; in quo quid à nobis ſit præſtitum, tam in ordine ac diſtributione materiarum (cùm in antiquis illis manuſcriptis Græcis omnia ferè confuſè & indiſtinctè nullo ſæpè ſeruato ordine, poſita reperiantur atque deſcripta) quàm in ipſa traductione Latina, & Scholiorum illuſtratione poſt vnumquodque caput adhibita: tum etiam in variarum lectionum obſeruatione, locorumque ſacræ Scripturæ adnotatione atque inter ſe collatione facta; quàm etiam denique in notandis illuſtrandiſque pleriſque loci plurimũ ad conuellendas hæreſes, facientibus, malo te legendo inquirere ac iudicare, quàm me pluribus explicando recenſere, ne proprios labores tibi prędicare videar, cui eos prodeſſe potius exoptem. Vt tamen non te lateat inſtituti noſtri ratio, cur tot orthodoxorum Patrum teſtimonia poſt quodlibet argumentum in noſtris Scholijs citauerimus; ad hoc nos induxit partim rerum tractatarum varietas, partim etiam publica aliorum vtilitas, cui conſulere in eo fuit animus. Cùm enim vix vllum ſit argumenti genus præſertim morale, quod ab Auctore non tractetur, viſum eſt in gratiam illorum potiſsimum qui Patribus deſtituuntur, vel ſi eos habeant non legerunt, aut à quibus alia atque alia rerum argumenta tractata ſint ignorant, præcipuos Eccleſiæ Doctores tam Græcos quàm Latinos, qui eadem cum Doctore noſtro Ephræm pertractârunt, allegare atque producere; & hac eadem occaſione hic veluti Syluã quamdã locorum communium, qui frequenter in concionibus occurrere ſolent, omnibus diuini verbi concionatoribus cum primis vtilem & neceſſariam pertexere atque proponere, vt à quibus quæque deſumenda ſint, facilius ſinguli nôrint, atque id non in hoc dumtaxat Tomo, ſed & in alijs duobus ſequentibus præſtare inſtitutum eſt. Quos vt pleniores tibi communicare, & publicæ vtilitati euulgare poſsimus, tui officij erit, ſi quæ Græcè vſquam huius S. Patris nondum Latinè reddita editaue noueris, nobis quæ ea ſint, & in quibus Bibliothecis lateant, tempore ſignificare: vt (ſi fortè aliquibus adhuc careamus) reliquis adiungi, & in debitum cum ijs ordinem reduci poſsint, vel illuſtriſsimum Cardinalem Bibliothecarium Apoſtolicum, aut Sacri Palatij magiſtrum, à quibus Romæ reſciſcere liceat, de ijs maturè admoneas; cùm inſtitutum ſit. nihil omittere, quod quidem illius γνήσιον certò noſſe & obtinere potuerimus. Et ne ex iiſdem fortè Bibliothecis, eadem quæ deſcripta habemus, etiam abs te depromantur; ex quibus potiſsimè hunc noſtrum operum theſaurum comparauerimus, breuiter recenſebo. Primum omnium exemplar & maximum & antiquiſsimum vetuſto charactere Græco in membranis deſcriptum, medio atq; fauore Sanctiſsimi D.N. Xyſti V. ante eius Pontificatum, ex Sfortiana Bibliotheca, vbi ſub num. 1. reperitur, commodato accepimus, illudque iam totum tranſcriptum cum pluribus Vaticanis pio inſtituto optimus & eruditiſsimus Card. Sirletus bon. mem. Bibliothecarius Apoſtolic. qui promptiſsimè & auidiſsimè quidquid huius S. Patris ſciret, ex incomparabili librorum ſuorum theſauro depromebat, ac me ad Opus adeò ſanctum (vt dicebat) atque deſideratum vehementer incitabat, & animabat. Cuius poſt mortem, in Bibliothecariatus Apoſt. munere ſucceſſor digniſsimus Card. Carafa, bonis & ipſe inſtitutis fauens, duos quoque nobis Græcè manuſcript Codices miræ antiquitatis ex Cryptaferrata ſub geminis litt. οο & ττ. curauit, poſtea etiam fideliſsimè reſtitutos, quorum alter vt in eius calce continebatur, conſcriptus eſt, anno Domin. φλα. id eſt, 531. vnde admirandam vetuſtatem collige. Atque iſtæ ſunt præcipuæ Bibliothecæ, vnde monumenta huius S. Patris à nobis iam edita & deinceps edenda deprompta ſunt: tu ſi quibus in locis alijs alia huius noſtri inſtituti noueris, tempori, ſicut petimus, pro tuo & communi commodo, denuntia.

Vale.

CATALOGVS PRAECIPVORVM CAPITVM, ET ARGVMENTORVM, QVAE HISCE TRIBVS S. PATRIS EPHRÆM TOMIS CONTINENTVR ATQVE TRACTANTVR.

*Quæ hac editione acceſſerunt, * notata ſunt.*

PRIMI TOMI.

EPiſtola Interpretis atq; Scholiaſt. ad SIXTVM V. PONT. MAX.
MOTVS PROPRIVS SIXTI PAPAE V.
Epiſtola, ſiue Præfatio Interpretis ad lectorem
Auctorum in Scholijs noſtris citatorum, Indiculus
Vita atque Encomium S. Patris Ephræm Syri, per S. Gregorium Nyſſenum j.
Scholia Interpretis in eamdem Vitam xj.
Alia eiuſdem S. Patris Vita anonyma, etiam Scholijs illuſtrata xij.
Comparatio elegans inter S. Baſilium Magnum, & S. Ephræm Syrum xiiij.
Inſignia aliquot Orthodoxorum Patrum, de S. Ephræm Syro, Teſtimonia xvj.
Collegiorum Rom. & quorundam aliorum in editionem hanc Epigrammata
1 DE SACERDOTIO pag. 1. 4.
2 Ad quem hoc pertineat Apoſtoli Dictum: Melius eſt nubere, quàm vri. 4. 5.
3 Apologia, ad Fratrem quemdam, De HELI Sacerdote 6. 9.
4 De Feſtis diebus, & de dignitate Diuinorum myſteriorum 9. 10.
5 De Charitate ſiue Dilectione 11. 13.
6 Encomium in Pſalmos 13. 14.
7 De orando Deum, ſiue de Precatione 14. 15.
8 De amore pauperum 15. 16.
9 De Ieiunio 17.
10 Quonam pacto illud intelligendum ſit: *Duo erunt in agro, &c.* 17. 18.
11 De his, quæ præſens hæc noſtra vita in ſe continet 18. 19.
12 De Manſionibus beatis 19. 20.
13 De Locis Beatis 20. 21.
14 De non ſuſpiciendis rebus hiſce momentaneis. Et ne patiamur nos decipi huius vitæ oblectamentis. & in Pſalmum 72. 22. 23.
15 Ode aptiſſima, in quotidie peccantes, & quotidie pœnitentes 23. 25.
16 De Virtutibus, & Vitijs per oppoſitionem 25. 26.
17 De Timore Dei, & de eo qui non habet Timorem Dei 26. 27.
18 De Charitate ſiue Dilectione. De non habente charitatem 27. 28.
19 De Longanimitate. De carentibus longanimitate 28. 29.
20 De Patientia. De Impatientia. 29. 30.
21 De Lenitate animi ſiue de Benignitate. De Iracundia 30. 31.
22 De Manſuetudine. De malitia ſiue improbitate 31. 32.
23 De Veritate. De Mendacio 32. 33.
24 De Obedientia. De Inobedientia & murmuratione 33. 35.
25 De eo qui inuidiæ & æmulationis eſt expers. De eo qui Inuidiæ obnoxius reperitur 35. 36.
26 De eo qui à maledicentia alienus eſt. De maledicentia atque maledicis 36. 37.
27 De Temperantia & continentia. De Intemperantia & incontinentia 37. 40.
28 De Recta viuendi ratione. Capita XCI. 40. 47.
29 Conſilium, De Vita Spirituali. Capita XCVI. 47. 59.
30 De non ſcandalizando proximo. & de recta vitæ ratione 59. 61.
31 De vera atque perfecta Renuntiatione, &c. 61. 62.
32 Quomodo Anima cum lachrymis ad Deum recurrere debeat, tentationis tempore. 62. 66.

Catalogus Capitum & Argument.

33 De Timore animi 66.68.
34 Reprehenſio ſui ipſius atque confeſſio 68 71.
35 Ad Pietatem, Exhortatio. 71.73.
36 Sermo ad Pietatem, bonaque opera, Chriſti athletam exercens 73 76.
37 De Diuina gratia. 76.79.
38 D Fide, & in illud. Qui in modico fidelis eſt, & in multo erit, &c. 80.85.
39 Aduerſus eos, qui volunt Terræ motus à terræ inflatione fieri 85 86.
40 Ne decipiamur erroribus gentilium 86.88.
41 Ad euerſionem, ſiue deſtructionem Superbiæ 88.92.
42 Ad eorum correctionem, qui vitioſè viuunt, & honores appetunt 92.97.
43 De Morbo linguæ, alijſque vitijs 97.103.
44 Non eſſe ridendum, ſed lugendum potius, atque plorandum 104.106.
45 Quòd Ludicris rebus abſtinendum ſit Chriſtianis 107.110.
46 Aduerſus eos, qui animas pernicioſè ad impudicitias pelliciunt 110.115.
47 De abſtinendo à cupiditatibus carnalibus, & de certamine, &c. 115.117.
48 De abſtinendo ab omni conſuetudine pernicioſa, & de continentia 117.120.
49 Aduerſus improbas mulieres 120.123.
50 Antirrheticon, De Virginitate & continentia 123.125.
51 De Caſtitate 125.126
52 Sermo de Virginitate 126.130.
53 De Paſſionibus, ſiue perturbationibus animi. Sermo 130.133.
54 De Compunctione, Sermones IV. 133.135.138.141.143.
55 De Pœnitentia, Sermones II. 144.148.149.
56 De Pœnitentia, & Conuerſione 150
57 De Pœnitentia, & Patientia 150.153.
58 De Patientia 153.157.
59 Sermo adhortatorius, De Patientia, & Compunctione 157.161.
60 De Patientia & conſummatione ſeculi, ac de ſecundo aduentu Domini, &c. 161.168.
61 De beatitudinibus animæ, per varia capita 168.172.
62 Beatitudines aliæ 173.176.
63 De Beatitudinibus, & miſerijs 177.178.
64 Chriſtianæ, ac perutiles Interrogationes, & Reſponſiones 179.
65 Aduerſus eos, per quos blaſphematur nomen Dei, &c. ibid.
66 Quid ſibi vult illud Apoſt. Per præuaricationem legis, Deum inhonoras 180. 184.
67 Hæretici, canibus, & lupis, & porcis comparantur 184.
68 De grauitate peccati, quod eſt in Spiritum Sanctum 184.185.
69 Quàm deteſtandum ſit malum: odiſſe proximum 185.
70 Aliæ Interrogat. & Reſpon. De ijs quæ fient in extremo Iudicio 185.187.
71 De Abrenuntiatione in ſacro Baptiſmate facta, & quomodo ea à nobis requiretur in die Iudicij; ac de varijs Inferni tormentis, &c. 187.189.
72 De varijs cruciatuum generibus, ac locis in Inferno 189.197.
73 De Recordatione Mortis, &c. 197.200.
74 De Morte, Oratio alia perelegans 200.208.
75 De Reſurrectione mortuorum 208.214.
76 Aduerſus illos, qui dicunt Reſurrectionem mortuorum non eſſe 214.218.
77 De Antichriſto, & conſummatione ſeculi 218.228.
78 De apparitione Crucis in cælo, tempore vniuerſalis Iudicij. 228.231.
79 De Iudicio, & Retributione 231.233.
80 De Iudicio extremo, & de compunctione 233.238.
81 Sermo, in ſecundum aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti 238.242.
82 Alius, de Futuro Iudicio, Sermo 242.245.
83 Threni, ſiue Lamentationes, De Diuina retributione 245.246.
84 Pia ad Deum oratio. 246.247.
85 Threnos ſeu lamentatio, De die Iudicij 247.248.
86 Alia lamentatio, ad Animam negligentem 248.249.

87.Pia

87 Pia animæ pœnitentis, & ad Deum recurrentis, Precatio 249.250.
88 Confeſſio, atque precatio ad Deum pia, pulchra, & perelegans 250.252.
89 Aliæ eiuſdem ad Deum precationes variæ, eæque perutiles ac dignæ quæ ab omnibus crebrò legantur atque recitentur 252.260.

SECVNDI TOMI.

EPISTOLA Interpretis & Scoliaſt. ad CLEMENTEM VIII. PONT. MAX.
Eiuſdem Epiſtola ſiue Præfatio ad Lectorem.
Vita S. Ephræm Syri, per Simeonem Metaphraſt. cum Scholijs.
Sententiæ ex Operibus S. Ephræm ſelectæ, quę in Collat. SS. Patrum reperiuntur.
1 S. Patris Ephræm Syri Narratio ad Monachos, de ſua Conuerſione pag. 261. 266.
2 Canticum eiuſdem Spiritale, in laudem Doctrinæ, & Sapientiæ: ad iuuentutem Chriſtianam 267.270.
3 Epiſtola ad Ioannem Monachum: de Patientia, atque tolerantia 271.274.
4 Hypomniſticum, ſiue admonitoria oratio, in formam quaſi Epiſtolæ 275.278.
5 Prologus in 4. Adhortationes, de Virtute ad Monachum Nouit. 279.
6 Initium primæ Adhortationis, vbi multa ad rem Monaſticam vtilia, & pulchra continentur 280.283.
7 Adhortatio ſecunda 284.286.
8 Adhortatio Tertia 286.289.
9 Adhortatio Quarta 290.292.
10 Prologus in Capita decem, De Virtute, cum Scholijs 293. & ſeq.
11 De Virtute, Caput Primum 295.
12 Caput Secundum. ibid.
13 Caput Tertium 296.
14 Caput Quartum 297.
15 Caput Quintum ibid.
16 Caput Sextum 298.
17 Caput Septimum 299. & ſeq.
18 Caput Octauum 301. & ſeq.
19 Caput Nonum 303.
20 Daput Decimum 304.306.
21 Prologus in illud: Attende tibi ipſi 307.
22 In illud: Attende tibi ipſi Capita 12. cum Scholijs 308.
23 Caput primum cum Scholijs ibid.
24 Parabola. Caput Secundum. cum Scholijs 309.311.
25 De Pugna carnis, Caput Tertium 312. & ſeq.
26 Caput Quartum contra Hæreticos 314.
27 Caput Quintum: De duplici tribulatione, &c. 315. & ſeq.
28 Caput Sextum 317. & ſeq.
29 Caput Septimum 319.
30 Caput Octauum 320.323.
31 Caput Nonum 324.326.
32 Caput Decimum 327.329.
33 Caput Vndecimum 330.
34 Caput Duodecimum 331.
35 Sermo Parænet icus, in illud: Attende tibi ipſi 332. & ſeq.
36 Prologus in Paræneſes, ſeu Adhortationes Quinquaginta 334. & ſeq.
37 Paræneſis prima, ad eos qui in Religionis ſe rudimentis exercent 336.341.
38 Paræneſis, ſeu Adhortatio ſecunda 342.
39 Paræneſis, ſeu Adhortatio tertia, de quibuſdam interrogationibus &c. 343.
40 Paræneſis quarta, ad Monachos Nouitios 344. & ſeq.
41 Paræneſis quinta, quæ eſt ad Diuinam doctrinam adhortatio 346.
42 Paræneſis Sexta 347.
43 Paræneſis Septima, quæ doctrinam continet, cum Adhortatione 348

Catalogus præcipuorum Capitum

44 Paræneſis octaua,ad Monachos nouit. De opere manuum 349.
45 Paræneſis Nona 350.
46 Paræneſis 10. Quòd propter tempus non ſit indulgendum deſidiæ 351.
47 Paræneſis 11. Quòd frangi atque deficere non oporteat 352. & ſeq.
48 Paræneſis 12. De animi promptitudine ad omne opus bonum 354.
49 Paræneſis 13. quæ commonitoria eſt,ad Humilitatem 355.
50 Paræneſis 14. Quòd non oporteat altè ſapere 356.
51 Paræneſis 15. De ſtatu Præpoſitorum,ac de cura Paſtorali 357. & ſeq.
52 Paræneſis 16. De eo,qualem oporteat eſſe Præfectum, & de Obedientia 359. & ſeq.
53 Paræneſis 17. quæ didactica eſt ac doctrinalis 361. & ſeq.
54 Paræneſis 18. De ijs,qui de ſe ipſis magnificè,ſentiunt 363. & ſeq.
55 Paræneſis 19. De excitatione animæ ad laudandum Deum,& de bono ſeruando ordine 365
56 Paræneſis 20. Ad incitamentum,& amorem ſpiritalem 366.
57 Paræneſis 21. De dormitationum diuerſitate. 367. & ſeq.
58 Paræneſis 22. De illis,qui ab initio negligentes,ac ſine cura ſunt 369. & ſeq.
59 Paræneſis 23. De Nouitijs laborem fugientibus 371. & ſeq.
60 Paræneſis 24. Quòd diuerſimodè impugnantur,qui ſub obedientia viuunt 373. 376.
61 Paræneſis 25. Inuaſio atque impugnatio hoſtis,in tranſgreſſores 377.
62 Paræneſis 26. De fide,ac de tranſmutatione loci in locum,&c. 378. 380.
63 Paræneſis 27. Oportere reuertentem fratrem,ſine præteritorum malorum recordatione,ſuſcipere 381. & ſeq.
64 Paræneſis 28. De priuatione timoris Dei,& de negligentia 383 & ſeq.
65 Paræneſis 29. In illud dictum: Habenti dabitur,& abundabit 385.
66 Paræneſis 30. De temerario iudicio non ferendo,&c. 386. 388.
67 Paræneſis 31. De Humilitate 389.
68 Paræneſis 32. Quòd Chriſtianum oporteat eſſe longanimem, & immemorem iniuriarum 390. 392.
69 Paræneſis 33. De Patientia & compunctione 393.
70 Paræneſis 34. De paſſionibus, ac perturbationibus animi 394. & ſeq.
71 Paræneſis 35. Quomodo oporteat conſolari puſillanimes 396. 398.
72 Paræneſis 36. Oportere fratrem,cùm legit,aduertere;& ſtudioſè legere,vult in præſentia Dei 399.
73 Paræneſis 37. Non debere nos huc illucque retorquere oculos: ſed potius deorſum aſpectum habere,ſurſum verò animam ad Dominum 400. & ſeq.
74 Paræneſis 38. de Manſuetudine 402. & ſeq.
75 Paręneſis 39. De inobedientibus,& de ſtatu,ac timore Dei. Et,de futuro Iudicio 404. 409.
76 Paræneſis 40. De pietate,& abſtinentia ab illicitis.ac de timore Dei 410. 412.
77 Paræneſis 41. De his qui propria cadunt negligentia, excuſationesq; in peccatis prætexunt 413. 417.
78 Paræneſis 42. Ad Fratrem,qui excidit. & de Pœnitentia. 418. 422
79 Paræneſis 43. Quòd non oporteat iurare,neque blaſphemare 423 425.
80 Paræneſis 44. De timore Dei 426. & ſeq.
81 Paræneſis 45. De charitate ſiue dilectione 428. & ſeq.
82 Paræneſis 46. Ad Eulogium 430. 433.
83 Paræneſis 47. Ad Monachum acediæ deditum,qui tentabatur vt rediret ad ſeculum 434. 438.
84 Paræneſis 48. De morum peruerſitate, ac diſſolutione, & negligentia 439. & ſeq.
85 Paræneſis 49. De differentia,atque præſtantia vitæ Monaſticæ, ſupra vitam ſecularem 441. & ſeq.
86 Paræneſis 50. Quæ commonitoria eſt,& catechetica,ad Monachos 443. 445.
87 Capita eiuſdem diſtincta numero Centum: quæ & narrationes , & Apophthegmata,ac ſcitè dicta,doctrinamque variam cum admonitionibus continent:

nent: & de ratione ac modo acquirendæ humilitatis,&c. 446.467.
88 *Eiuſdem de Monachis,ac de Turture 468.& ſeq.
89 Eiuſdem,De perfectione,qua præditum eſſe decet Monachum 470.478.
90 De Panoplia,ſiue armatura ſpiritali 479.482.
91 *Eiuſdem de Agone,ſiue luctamine ſpiritali 483 486.
92 Sermo Aſceticus,& exhortatorius,ad Fratres 487.492.
93 Eiuſdem S. Patris Ephræm Sermo Parẹneticus,de ſecundo Aduentu Domini. & de Pœnitentia,ac Reſipiſcentia 493.498.
94 Acceſſerunt Abbatis Ammonis capita Parænetica nouendecim 499.503.
95 Apophthegmata aliquot ſalutaria,atq; enarrationes Sanctorum & Antiquorum Patrum 504.508.

TERTII TOMI.

DEO OPT. MAXIMO GRATIARVM ACTIO.
Ad Sanctum EPHRAEM SYRVM, Interpretis Apoſtrophe.
1 S. PATRIS EPHRAEM Sermo Aſceticus, ad imitationem Prouerbiorum 509.
2 De TIMORE DEI 510.538.
3 Sermo Aſceticus,de Vita religioſa atque Monaſtica 539.560.
4 De POENITENTIA,Sermo ſiue Tractatus longiſſimus 561.589.
5 Sermo de Compunctione animi 590 598.
6 Confeſſio EPHRAEM, & ſui ipſius reprehenſio 599.616.
7 *De Vniuerſali Reſurrectione,& extremo Iudicio. De Regno cælorum,præmijſque Iuſtorum,& pœnis impiorum 617.620.
8 Eiuſdem pia,& humilis,ac compunctoria ad Deum Oratio 621.& ſeq.
9 Eiuſdem in NOE.& de Continentia 623.
10 Eiuſdem Sermo in ABRAHAM & ISAAC. cum Argumento, & Scholijs, varijſque lectionibus 624.628.
11 Eiuſdem in LOTH.& de ſecuritate nimia 629.631.
12 De Laudibus IOSEPH PATRIARCHAE 632.647.
13 In DANIELEM Prophetam,& in SS.Tres pueros 648. & ſeq.
14 Sermo in IONAM Prophetam,& de pœnitentia NINIVITARVM 650.660.
15 *In Sanctum HELIAM Prophetam,& in Viduam Sareptanam 661.663.
16 Eiuſdem in MARGARITAM PRETIOSAM 664.677.
17 Aduerſus eos,qui FILI DEI naturam curioſè rimari atque ſcrutari nituntur 678.685.
18 Sermo in Transfigurationem Domini & Dei, & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI 686.691.
19 Sermo de Paſſione Saluatoris noſtri IESV CHRISTI 692.696.
20 THRENI,id eſt,lamentationes glorioſiſſimæ Virginis MATRIS MARIAE ſuper Paſſione Domini 697.& ſeq.
21 Sermo in pretioſam & viuificam CRVCEM Domini 699.704.
22 De Sanctiſſimæ Dei Genitricis Virginis MARIAE laudibus 705.707.
23 Ad Sanctiſſimam Dei Genitricem Oratio 708.
24 Sermo in Mulierem peccatricem 711.717.
25 Sermo alius in Peccatricem,& Phariſæum 718.721.
26 Encomium in Sanctum BASILIVM Magnum 722.726.
27 Encomium in Sanctos Quadraginta Martyres 727.739.
28 Encomium in omnes Sanctos Martyres Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, qui in toto mundo Martyrium ſunt paſſi 740.743.
29 Sermo alius, de Laudibus omnium Sanctorum Chriſti Martyrum,qui per vniuerſum orbem Martyrio ſunt affecti 744.748.
De Laudibus omnium Sanctorum Martyrum plures Auctores. 747.e & ſeq.
30 In vitam Beati Abramij Eremitæ 749.754.
De Maria nepte B. Abramij, eiuſque lapſu, & reſipiſcentia, ac pœnitentia

admirabili 755. 760.

31 De ſancto Iuliano Monacho, & Anachoreta 761. 765.

32 Sermo in Sanctos Patres, qui temporibus ſuis conſummati ſunt 766. 768.

33 Sermo alius in Sanctos Patres ſuo tempore defunctos 769. 771.

34 Ex eodem Sermone Tetraſyllaba Oratio. 772.

35 Eiuſdem Sermo Heptaſyllabus, ſiue aliud Metrum 773. & ſeq.

36 Sermo, in eos, qui in Chriſto obdormierunt. & de breuitate vitæ humanæ: ac de Morte, varijsque morientium generibus 775. 784.

De varijs diuerſorum hominum mortibus repentinis 783. e & ſeq.

37 TESTAMENTVM SANCTI EPHRAEM 785. 793.

Scholia in eiuſdem Teſtamentum, quibus memorabilia in eo magis notantur, explanantur, & illuſtrantur 794. 800.

38 Acceſſit coronidis loco pulcherrimus S. Ioannis Chryſoſtomi Sermo, numquam antehac editus, de Pſeudoprophetis, & falſis doctoribus, impijsque hæreticis, &c. vbi & antiqui Sancti Patres nominatim laudantur, & inter alios varijs laudum epithetis S. Pater noſter Ephræm celebratur, eiuſque in haud paucis doctrina confirmatur 801.

Hæreticorum Catalogus, & eorundem confutatio 798. e & ſeqq. 809. & ſeqq.

9 Antiquitatis monumentum manuſcriptorum Codic. Græc. ex quibus hæc S. Patris Ephræm monumenta deſumpſimus, tranſtulimusque ex antiquiſſimo MS. Codic. Grȩc. Biblioth. Cryptæ Ferrat. in quo nomen ſcriptoris, & cuius iuſſu Opus ſcriptum, atque annum, quando 812.

40 Aliud Antiquitatis monumentum, ex vetuſtiſſimo Græco S. Patris Ephræm volumine Conſtantinopolitano, quo tempus quando Ephræm floruerit, atque deceſſerit, indicatur, Latinè à nobis conuerſum 813. ab

41 Aliud antiquitatis monumentum Encomiaſticum, ex Græca Bibliotheca Monaſterij Cryptæferrat. de laudibus S. Patris noſtri Ephræm Syri, etiam è Græco Latinè à nobis redditum ibid. c d e

42 Operum præcipuorum Eccleſiaſticorum ab Auctore ſiue Interprete ROMAE diuerſis temporibus editorum, Catalogus 814.

43 Catalogus Locorum Sacræ Scripturæ, quæ hiſce tribus S. Patris noſtri Ephrȩm Operum Tomis potiſſimum citantur, obiter explicantur, vel aliter atque aliter leguntur, aut ſæpius alijs atque alijs in locis repetuntur.

44 Prouerbia principaliora hiſce tribus Tomis ſparſim adhibita.

45 INDEX rerum, & verborum, atque Sententiarum magis memorabilium, quæ hiſce tribus Tomis continentur atque tractantur.

◆

INDICVLVS
PRÆCIPVORVM AVCTORVM, QVI IN SCHOLIIS TRIVM TOMORVM S. PATRIS EPHRÆM A SCHOLIASTE CITANTVR.

A

Abſalon Abbas.
Ambroſius.
Ammon, ſiue Ammona.
Amphilochius Iconienſis.
Anaſtaſius Nicænus.
Anaſtaſius Synaita.
Andreas Archiepiſcopus Cappadoc.
Andreas Arcſtiepiſcopus Cretenſis.
Anſelmus Epiſcopus Cantuarienſis.
Antonius Archiepiſcopus Florentinus.
S. Antonius.
Antonius Meliſſa.
Apollinarius Epiſcopus Hierapolit.
Apollonius.
Aquila.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Aſterius Epiſcopus Amaſiæ.
Athanaſius.
Athenagoras Athenienſis.
Auguſtinus.

B

Baſilius Magnus.
Baſilius Imperator Orientalis.
Baſilius Seleuciæ Epiſcopus.
Beda.
S. Benedictus.
Bernardus Abbas Claræuall.
Bonauentura.

C

Cælius Rhodig.
Calliſtus Xanthopul.
Canones Apoſtolorum.
Caſtor Agrippa.
Catechiſmus Concilij Tridentini.
Cedrenus.
Cicero.
Clemens Alexandrinus.
Clemens I. Papa Romanus.
Clemens V. Papa.
Concilium Antiochenum.
Concilium Chalcedonenſe IV. Generale.
Concilium Conſtantienſe.
Concilium Conſtantinopolitanũ I. Generale.
Concilium Conſtantinopolitanum VI. Generale.
Concilium Florentinum.
Concilium Gangrenſe.
Concilium Lateranenſe Magnum.
Concilium Nicænum.
Concilium Pariſienſe.
Concilium Toletanum III.
Concilium Tridentinum Oecumenicum.
Concilium Viennenſe Generale.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.

D

Didymus.
Dion.
Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Carthuſianus.
Dionyſius Corinthius.
Dioſcorides.
Dorotheus Abbas.

E

Egeſippus.
Elias Cretenſis.
Ephrem Syrus.
Epiphanius.
Epiphanius Papa.
Eſaias Abbas.
Euagrius.
Euodius.
Euſebius Alexandrinus.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Emyſſenus.
Euthymius.

F

Fulgentius Carthaginenſis Epiſcopus.

G

Galenus.
Gaudentius Epiſcopus.
Gennadius.
Georgius Cedrenus.
Georgius Nicomediæ Archiepiſcopus.
Germanus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus.
Glycas.
Gregorius Magnus Papa.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Thaumaturgus.
Gregorius Turonenſis.
Guerricus Igniacenſis Abbas.

H

Haymo Halberſtatenſis Epiſcopus.
Hermolaus.
Herodotus.
Heſychius Hieroſolymitanus.
Hieronymus.
Hilarius Epiſcopus.
Hippocrates.
Hippolytus Epiſcopus, & Martyr.
Hiſtoria Tripartita.
Honorius Auguſtodunenſis.
Hugo Ætherianus.
Hugo de S. Victore.
Hymnus Eccleſiæ.

I

Iacobus Monachus.

Indiculus Auctorum.

Ignatius Epiſcopus & Martyr.
Ignatius Xantopulus.
Ildefonſus Toletanus Epiſcopus.
Innocentius Papa.
Ioannes Caſsianus.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes Climacus.
Ioannes Damaſcenus.
Ioannes Diaconus.
Ioannes Hieroſolymitanus Epiſcopus.
Ioſeph Theſſalonic. Archiepiſcopus.
Ioſephus.
Irenæus.
Iſidorus.
Iſidorus Peluſiota.
Iuſtinianus.
Iuſtinus Martyr.

L

Lactantius Firmianus.
Leo Imperator.
Leo Magnus Papa.
Leontius in Cypro Epiſcopus.
Liuius.

M

Macarius.
Malchion Antiochenus Presbyter.
Marcellus.
Marcus Abbas.
S. Martialis.
Martyrologium Romanum.
Maximus Monachus.
Maximus Taurinenſis Epiſcopus.
Menologium antiquum Græcum.
Metaphraſis Apollinarij.
Metaphraſtes.
Methodius.
Moyſes Bar-Cepha.

N.

Nicænum Concilium 318. Patrum.
Nicephorus.
Nicetas, Scholiaſtes Gregorij Nazianzeni.
Nilus Archimand.

O

Oecumenius.
Olympiodorus.
Optatus Mileuitanus.
Origenes.

P

Pachomius.
Paciamus.
Pagninus.
Palladius.
Paſchaſius Abbas.
Paſsionarium Eccleſiæ S. Mariæ ad Martyres.
Paſsionarium Vaticanum.
Paulus Monachus.
Paulus Oroſius.
Pedacius Dioſc.
Petrus Chryſologus.
Petrus Damianus.
Philon Carpathius.
Philoſtorgius.
Photius Patriarcha.
Plinius.
Primaſius.
Proclus Conſtantinopolitanus Archiepiſcopus.
Procopius.
Prodromus.
Proſper Aquitanicus.
Prudentius.
Pſalterium.

R

Rabanus.
Remigius Remenſis Epiſcopus.
Ruffinus.
Rupertus.

S

Sacramentarium S. Gregorij Papæ.
Sedulius.
Seneca.
Septima Synodus.
Septuaginta Interpretes.
Sexta Synodus Generalis.
Sineſius.
Socrates.
Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus.
Sozomenus.
Summiſtæ.
Suidas.
Symmachus.
Synodus Nicæna Secunda.

T

Tertullianus.
Theodoritus.
Theodotio.
Theodulphus.
Theophylactus.
Theophilus Alexandrinus.
Theophilus Antiochenus.
S. Thomas Aquinas.
Timotheus Antiochenus Presbyter.
Trithemius.

V

Vincentius.
Virgilius.
Vit. Patrum.
Vlpianus.
Vrbanus IV. Papa.

Z

Zeno Veronenſis Epiſcopus.

FINIS INDICVLI AVCTORVM.

VITA

A VITA ATQVE ENCOMIVM S. PATRIS NOSTRI Ephræm Syri,

PER S. GREGORIVM NYSSENVM
Epiſcopum, Magni Baſilij Fratrem Græcè luculenter
deſcript. & ex eo Latinè reddita, ac
B *Scholijs illuſtrata.*

RECONDITA in diuinis Euangelis ſimilitudo, me ad
propoſitum dicēdi argumētum ſeriò cohortatur, linguamq́ue
ſilentij fræno conſtrictam ſoluit, ac cogitationum
ſemitas velut ſpatioſos quoſdam campos exęquat
atque adornat, currumq́; orationis ad iter aggrediendum
promptum reddit & expeditum, dum clara
voce hiſce quodammodò exclamat verbis: Neque accendunt
lucernam, & ponūt eam ſub modio, ſed ſuper
candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt.
Quid verò ex ijs intelligēdum ſit, ſubiungit dicens: Sic
luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera
C veſtra bona. Numquid igitur reprehendendi meritò erimus, ſi negligentes atque
ignaui ſilentio inuolucrimus illud, in quo celebrando magnos ſumere animos
ipſe mandauit Dominus? Cùm enim ſancti huius Patris vitam tamquam illuſtrem
ac ſole ſplendidiorem facem orbi accenderit, exponēdamq́ue nobis propoſuerit;
non fert, vt illam ſilentio prætereuntes, ſub modio occultemus: verùm
in ſublimi potius Eccleſiæ vertice reponamus, vt cunctis eluceat qui in hac totius
orbis terrarum verſantur domo: & qui ex illa lumen acceperint, cæleſtem Patrē
glorificent, atque collaudent.

Matth. 5. & Lucæ. 8.

Metaphora elegans & accommoda.

Matth. 5. & Luc. 8.

Ibidem.

Metaphoræ vis notanda.

Matth. 5. & Luc. 8.

Quamobrem non ſic paternum illius metuendum eſt vinculum, vt ipſius Domini
mandatum ſpernatur. quin etiam ipſius laudationis initium inde capiendum
fuit, tametſi in extremam orationis partem nos iſtud reiecerimus. Rem
enim ipſam rectè inſpicienti, illud haud prorſus videatur vinculum, quod humanam
D gloriam auerſantem vetet exornare laudibus, aut ſanè vinculum ad ſoluendum
facile, obligatioque eiuſmodi, quæ ad hoc ipſum potius præſtandum
impellat amantes. Nam ex quibus ille laudes ſe euitaturum arbitratus eſt, interdicti
vinculo noſtros conatus ſubuertens atque impediens, ea nobis ipſa laudandi
occaſionem ſuppeditant. Cùm enim ſingulæ pręclaræ animi ipſius dotes, vberem
ad laudandum, materiam exhibeant; tum illud cum primis, quòd laudibus non
afficiatur. Optabat quippè nō videri, ſed bonus potius eſſe. Ex quo quidem vel ſolo,
licet aliud nihil laude dignum præſtitiſſet, collaudari profectò mereretur. Adeò
enim laudibus ſe delectari aiebat, vt eo vinculo vituperationem ex illis manantem
obſignare maluerit, atque euitare. Iſtud verò primum noſtræ orationi
ſtadium aperit, & clarè metam oſtendit, ad quam dirigere curſum oporteat: ne temerè
E progredientes feramur præcipites, ſed per viam incedentes regiam, conſideremus
admirandum illum Dei virum, prohibiturum non fuiſſe ne laudaretur,
niſi laudibus ſe dignum cognouiſſet. Nam nullus, niſi valde inſignis atque ſuſpiciendus,
cùm adhuc in vita maximis virtutibus præcellat, memoriam ſui, obliuione
apud poſteros deleri iubeat. Et quemadmodum Paulus, prædicator gratiæ,
auſpex Eccleſiæ, os Chriſti, licet de ſe ipſe dixerit: Non ſum dignus vocari Apoſtolus.
non tamen ideo effecit, cur minus Apoſtolus vocaretur: imò quantò ipſe
ſubmiſſius de ſe ſenſit, tantò maiorem conſecutus eſt gloriam. Sicque magnus
noſter hic Pater, quoniam prudenter ac cautè ſeipſum laudibus indignum cenſuit,
ideo deinceps laudibus celebrari promeretur.

Hæc ideo dicit: quia laudari verbis Teſtamenti ſui vetuerat.

Nota.

Prohibitio per Teſtamentum facta.

1. Cor. 15.

Notanda.

A Simili.

Eccleſiæ conſuetudo.

Luc. 14.18.

Metaphoræ accommodæ.

In anniuerſario die obitus, habita hæc videtur Oratio.

Cùm ergo ea Eccleſiæ noſtræ conſuetudo ſit atque inſtitutum, vt virtutis A cultores, propterea quod eius partes amplexi ſint, coronentur;atque illi potiſſimum qui ob humilem de ſeipſis exiſtimationem,ſpiritu ſublimes euaſerint; cum ipſum dicat Euangelium: Qui ſe humiliat,exaltabitur. haudquaquam ſanè vituperandi,vel irridendi,aut reprehendendi ſunt, qui ſancti huius Patris virtutes atque encomia deſcribentes, ipſius nobis vitam tamquam ſpirantem, & animatam aliquam columnam erigunt. Quæ verò commemorauimus, nequaquam falſa eſſe prudens auditor cognoſcet,ſi vbi peroratum fuerit, varia ipſius virtutũ genera collegerit,ex quibus nos velut pretioſis ac diuerſis lapillis, auróque diſtinctam contexentes coronam,gratum atque optatum Chriſti Eccleſiæ donum offeremus. Geſtit quippe illa ac gaudet eiuſmodi ſe muneribus decorari,quandocunque B ſolennis memoria iuſti celebrãda occurrit. Quapropter cùm ita circulus ferat anni, vt hodie collaudandus ac celebrãdus ſit nobis S. Ephræm, fieri nequit, quin ingenti cum gaudio monumentum iſtud, pignuſque amoris ſuſcipiat, & amplectatur.

Ephræm fama, per totũ orbem celeberrima.

Gen 2.& Eccles.24.

Præclara Ephræm encomia.

Mundanę laudes à Sanctis alienæ.

Veræ laudes, ac præmia quibus debeantur.

Ephræm igitur ille mihi celebrandus eſt, qui cunctis Chriſtianis verſatur in ore. Ephræm inquam Syrus, neque enim illius nos pudet generis, cuius illuſtramur moribus. Ephræm,cuius vitæ atque doctrinæ ſplendor, vniuerſo terrarum illuxit orbi. Nam in omni ferè loco,qui illuſtratur à ſole,cognoſcitur; illiſque tantummodò incognitus remanet,qui magnum Eccleſiæ lumen S. Baſilium ignorant. Ephrę̄m,notus ille reuerà Eccleſię Euphrates,cuius aquis irrigata Chriſtianorum multitudo,centuplum fidei fructum producit. Ephræm, fertilis illa Dei vitis,quæ dulcium inſtar racemorum, doctrinæ fructus afferens,Eccleſiæ filios diuina charitate nutriens explenſque,reficit atque oblectat. Ephræm, bonus C & fidelis Eccleſiæ diſpenſator,qui virtutum rationes æqualiter conſeruis diſtribuens,Dei familiam prudentiſſimè adminiſtrat. Cuius quidem genus atque nobilitatem tum ab ipſo partam, tum à maioribus ſuſceptam, parentumque gloriam,ac ortum,& educationem,& ætatis incrementum,& corporis formam, & conditionem,& artes,& reliqua quæ ab externis ſcriptoribus tamquam maximi momenti in laudibus recenſeri ſolent, nos hic in medium proferre ſuperuacaneum arbitramur: cùm neque ſanctos homines ab eiuſmodi laudare rebus ſtatutum ſit. Et quamquam ad hunc collaudandum, inde etiam abundè nobis argumenta ſuppetant,non alijs tamen vijs ac rationibus,quàm quibus ipſe vita & doctrina illuſtrem ſe reddidit,coronam orationis contexemus. Veræ quippè laudes in ijs conſiſtunt,quæ in nobis ipſis ſunt poſita;atque illis debentur præmia,quæ ex noſtra proficiſcuntur voluntate. Earum autem rerum, quas commemorauimus, D & vituperationes ſunt falſæ,& laudes ineptæ.

Pulchrè & ingenioſè dicta.

Epheſ.4.

Quo enim pacto ex genere laudari volet, qui omnem mundi nobilitatem ac pompam deſpexit? & per optima opera, Dei filius fieri concupiuit? Quomodo ob patriam,ſe patiatur celebrari,qui totum mundum ad ſe pertinere non cenſuit? quique vt hoſtilem in maioribus & parentibus materiam gloria dulcem redderet, corporis,affectionem, ipſamque animalem carnis tuniculam, tamquam celerrimos ad virtutem curſus impedientem,prorſus peſſundedit? Quo denique pacto,aut ex corporis incremento,aut educatione, aut ex artibus,alijsve eius generis vitæ ſtudijs abiectis, ſe exornati ſinat; qui iam inde à pueritia in ſacrarum ſcripturarum meditatione educatus,& excreſcens, atque ex perennibus gratiæ fontibus bibens,ad menſuram ætatis Chriſti,vt cum Apoſtolo loquar,peruenire E ſtuduit? Cùm ergo nouerimus magnum hunc noſtrum Patrem ridiculis ijs laudibus,quibus homines ſenſui ac corpori dediti capiuntur, cumulari nolle; ex proprijs cum laboribus ſaltem mediocriter celebrare conabimur: neque enim oratio eam habet naturam,vt ſupra vires intendatur. Quamobrem adnitemur,vt neque infantia præpediti,quæ de eo dicenda ſunt, ſilentio inuoluamus: neque per ſemitam aliquam à Patrum inſtitutis alienam incedẽtes, à via deflectamus regia: verùm inter vtramque tranſcurrentes,cõuenien; orationi noſtræ temperamentum adhibeamus.

A quibus potiſſimum celebretur Ephræm.

Cuiuſmodi autem ſunt illa, quæ ad contexendam eius laudationem nobis propoſuimus atque ſubiecimus? actio nempe & contemplatio, quas virtutum

examen

A examen conſequitur, fides, ſpes, charitas. pietas erga Deum, ſacrarum ſcripturarum meditatio, animi & corporis puritas, lachrymarum aſſiduitas, vitę ſolitudo, è loco in locum ſeceſſio, malorum fuga, doctrina perpetua, precatio continua, humicubatio, & vitæ auſteritas penè incredibilis, voluntaria paupertas cum humilitate ſingulari, miſericordia humanam conditionem ſuperans, zelus diuinus in eos qui rabie aduerſus pietatem atque religionem inueherentur, cuncta denique, quibus ad Dei imaginem homo inſignitur. Iſtis noſter hic Pater decoratur laudibus: quæ commemoramus agnoſcit: prærogatiuas has eſſe proprias, non eum latet: ac ſermones hoſce vt nobis non ſibi vtiles, non contemnit. nam vel exigua de ipſo enarratio, ſtudioſis cauſſa complectendæ exiſtit virtutis. Atque iſta non aliunde, ſed ex ijs, quæ in varijs ipſe ſuis diſſeminauit ſcriptis, didicimus: ex B quibus inquã, ſedulæ inſtar apis, ex plurimis floribus fauum hunc ſpiritalem cõfecimus. Nobis vero hæc ipſa conantibus nequaquam ſubiraſcetur; quando ſceleſtum dæmonem, qui multos vel in extremo agone ſupplantare ſolet, non pertimeſcit amplius: iam enim ad tranquillum peruenit portum cæleſtem, vbi nullas omninò procellas reformidat atque tempeſtates.

Virtutes, quibus conſpicuus exſtitit.

Greg. Nyſſenus ex varijs Ephræm ſcriptis, eius compoſuit Vitam.

Ad fidem ergo quod attinet, nulla ex parte procul à pietate deflectens, admodum rectè ſentiebat, quod cùm eius ex ſcriptis, tum ex Eccleſiæ de ipſo exiſtimatione probè cognouimus. nam æquè & falſam Sabellij confuſionem; & inſanam Arij diuiſionem abominabatur. Nouerat autem quò ſe fines pietatis atque religionis extenderent. Sic quippè vnam, non confuſam, ſacroſanctamque Trinitatē, & numero perſonarum diuidebat, & vnitate ſubſtantiæ coniungebat, vt neque C diuinitatis inopiam Iudaicè contumelia afficeret, neque deorum multitudine, more Gentilium ac paganorum debaccharetur. Abſurdiſſimam porrò Apolinarij opinionem ſic deteſtabatur, vt omni conatu atque ſolicitudine eamdem ex quorumuis Chriſtianorum animis euellere ſtuderet.

Abominatio eius, aduerſus Arium, Sabellium, Apolinarium, Anomium, Nouatum, peſſimos hæreticos.

Quin & futiles, effrænatasque Anomiorum linguas varijs argumentis, ſcripturæque teſtimonijs penitus repreſſit, ſummeque vtilia ac diuina nobis aduerſum eos monumenta reliquit. Si quis verò in S. Ephræm diſputationum cum Nouato, conflictu, cupiat audaciſſimi eius contueri ſtragem, aduerſarij caſum reſpiciat, oportet. Ibi enim vſque adeò ſuperiores in ipſo certaminis congreſſu, noſtri Doctoris vires inueniet, vt hunc Pancratiaſten atque certatorem inuictum, illum autem mollem ac tanquam puerum nondum ætate firmatum dixerit. Neque verò illas dumtaxat, D quæ vel tunc, vel antea zizaniorum hæreſes ex malitiæ ſemine fuerant exortę, fidei rectitudine propulſauit: verùm & eas quæ in futurum perniciosè pullulare poterant, propheticis oculis præuidens præcidit: Quotquot enim ab eo cxnſcripta ſunt volumina demonſtrationibus ſunt plena: Nunquam ergo veritatis hic filius, ab ipſa deflexit veritate: ſpem verò omnem in ſolo Deo defixam habuit, in quo, qui ſuas ſpes conſtituunt, præmia referunt. Quapropter & illud Pſalmi, in cunctis ſuis factis, dictisque vſurpare ſolebat: In ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. Quoniam ſperantem in Dominum, miſericordia circumdabit. Et fiducia in Dominum, monti Sion ſimilem reddit, ſummamque beatitudinem intus poſſidentem conſtituit, ſicut ex ipſis addiſcere licet Prophetis, cum dicat Dauid: Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius. Hieremias verò: Benedictus vir, qui confidit in E Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas; quod ad honorem mittit radices ſuas, & non timebit, cum venerit æſtus. Eſaias autem: Dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos. Ecce Deus Saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo. quin & Paulus nos admonet, dicens: Teneanus ſpei noſtræ confeſſionem: fidelis enim eſt, qui repromiſit.

S. Ephrem ſcripta, longe vtiliſſima contra hæreticos.

Scripta S. Ephræm, demonſtrationibus plena.

Pſalm. 27.
Pſalm. 31.
Pſalm. 123.
Pſalm. 39.
Hierem. 17. & Pſalm. 1.
Eſaiæ 33.
Eſaiæ 12.
Heb. 4. 10.

Diuina igitur hac, & repoſita ſpe enutritus S. Epræm, humana ac tranſitoria quæcumque ſpernens, ſempiternam aſſiduè gloriam concupiſcebat. Amorem verò in Deum & proximum adeò ſeruauit ſtudioſè, vt ex hoc decedēs ſeculo, hęc inter poſtrema referret: par enim eſt ipſa eius verba tamquam omni demonſtratione potiora in medium producere. Nullo modo in tota mea vita (inquit) aduerſus Dominum contumelioſus exſtiti, nec ſermo ſtultus è labijs meis egreſſus eſt.

Iob 19

Verba ſunt hæc Teſtamenti ſui.

ſus eſt. Neminem in omni vita mea maledictis oneraui; nec cum vllo planè Chriſtiano homine contentioſum me præbui. O felicem linguam, quæ confidenter eiuſmodi vocem emiſit, quæ ſolis potiſſimum Angelicis, propter vitam ab omni materia mutationeque remotam, congruit: at nobis carni ſeruientibus, haud ita conuenit, noſtræque naturæ vires magis exſuperat, quàm vt facilè exæquari factis queat.

Comparatio ipſius, cum alijs.

Matth. 16 & Rom. 2. 14.

Et vt plurimum labores, vitaſque illorum explores, qui virtutibus clari fuerunt; vix tamen vllum huic ſimile puræ ſynceræque charitatis indicium reperias. Si enim inter cunctas virtutes, maximè præcellit charitas; hanc ita noſter hic excoluit Ephræm, vt nullus alius magis ex Patribus. Sed quoniam digna quiſque proprijs factis accepturus eſt præmia, ne Patres patribus videamur conferre, iſta alijs conſideranda potius relinquemus. Neque etiam hæc ipſa comparationis cauſſa à nobis ſunt dicta: ſed vt populo clarè conſtet, noſtrum hunc, aut verius vniuerſæ Eccleſiæ Doctorem S. Ephręm, ad ſupremum gradum in ſpiritali virtutum ſcala perueniſſe.

Iob. 12. 28. &c.

2. Cor. 12.

Pſalm. 38.

Studium S. Ephræm in explanandis ſcripturis.

Nota.

Pietatem verò atque religionem in vera ſapientiæ poſſeſſione comparauit, ſecundum illud Iob: Ecce cultus Dei eſt ſapientia. per illam, vt paullò antè, illius puritatem fidei deſcribentes, oſtendimus, quomodo S. Paulus in tertium aſcendit cælum, æternamque ſibi nominis gloriam in Eccleſia parauit. Sacrarum quoque ſcripturarum huic ex Dauidica lucerna, accenſa eſt meditatio, ſecundum iſtud: In meditatione mea exardeſcet ignis. Siquidem amor, cæleſtis contemplationis igne ipſum accendens, ſublimium rerum ardorem excitabat. Nam omnē & antiquam, & nouam ſcripturā aſſiduo ſtudio, vt quiuis alius ſtudioſè verſauit, accurateque ad verbum eſt interpretatus. & ab ipſa procreatione mundi, vſque ad poſtremum gratiæ librum, quæ abdita, quæque arcana ac recondita erant, ſpiritus adiutus lumine, commentarijs illuſtrauit.

Ephræm eloquentia, & doctrina.

Animi & corporis in eo puritas.

Inſidiæ impudicæ mulieris.

Scortum reſipiſcit.

Neque verò dumtaxat huius noſtræ diuinitùs conceſſæ ſapientiæ latices hauſit, alijſque impertitus eſt: ſed etiam eas, quæ ad rectè ornateque dicendi rationē, ac ad doctrinæ ſubtilitatem pertinēt, artes atque diſciplinas quatenus ducebat vtiles, reiectis vanis ſtultiſque rebus, ęquitatis lancę actionem contemplationemque ponderans, exercuit. Animi porrò corporiſque munditia, pro hominis natura, imò & ſupra conditionem quaſi humanam (cùm ſit gratiæ donum) excelluit. Reuera enim animo quidem imperabat corpore autem reſplendebat, perturbationemque dominam circumferebat. quod ipſum ex inſidijs, quæ ei (ſicut memoriæ eſt proditum) ab impudica ſtructæ ſunt muliere, ſatis confirmatur. Nam cùm ea tanquam eſca quadam malitiæ, ad fallendum inſignem ac rarum hunc virum homicida Belial vſus eſſet: tantum abfuit, vt quòd ſperârat, conſequeretur, vt etiam aduerſus ipſum inſidiatorem, eam ipſe decertantem in conflictu conſtitueri t. Siquidem cohortationibus, atque admonitionibus, diuinarumque rationum quaſi incantationibus, ipſam conuerſam ad meliorem frugem perduxit: & ex impudica pudicam, ex laſciuia grauem, ex inquinata puram caſtamque reddidit.

Metaphora perelegans.

Lachrymæ ac gemitus S. Ephræm.

Nyſſenus oſtendit ſe ſcripta Ephræm legiſſe.

Iam verò diffluentes ac perpetuas ipſius lacrhymas referre volenti, verè oboriuntur lachrymæ: cum vix abſque lachrymis, eius lachrymarum pelagus liceat trāsfretare. Nam ſicut cunctis hominibus citra intermiſſionem, ſpiritum ducere eſt proprium: ita beato Ephræm aſſiduè lachrymas profundere, natura quodammodo videbatur inſitum. Nulla quippe dies, nulla nox, nulla diei noctiſque pars, nullumque breuiſſimi temporis momentum fuit, in quo non vigiles ipſius oculi lachrymis conſpicerentur profuſi. Nunc enim communes, nunc priuatas, vt aiebat, calamitates, abſurditateſque deplorabat. Suſpirijs porrò, oculorum flumina prudenter inhibebat, aut potius oculorum fluminibus ſuſpiria excitabat. Eratq; rei vtriuſque progreſſus admirabilis, licet alioquin vtrumque alterius videretur cauſſa. Profluebant quippe ipſi lachrymæ, multiſque incognita erat cauſſa. Cùm enim tempus illas nō auferret, ſed mutua quadam viciſſitudine, & lacrhymæ ſuſpiria, & ſuſpiria lachrymas exciperent, alterutrius cauſſa latebat. Illud verò cognoſcet, quiſquis ipſius ſcripta euoluerit. Neque enim tantummodò, vbi de pœnitentia, de moribus, de rectis vitæ inſtitutis agit, ipſum plangentem ac ſuſpirantē inueni-

A inueniet: verùm & in ipſis laudationibus, quas plerumque omnes multa aſpergere ſolent hilaritate. Hic verò eumdem ſe vbique præbuit, aſſidueque lugendi munus, vt diuitias expetiuit. Vnde & nunc ferè cunctos ipſius ſermonum auditores ad veram amplectendam vitam reuocat: tantam ipſius mixta lachrymis vim continet oratio. Quis enim ita duro & adamantino eſt corde, qui eius verba audiens, non manſueſiat, morumque aſperitate abiecta, ſuis ipſius peccatis ex animo non doleat? Quis adeò ferus eſt & immitis, qui ſalutarem eius doctrinam auribus percipiens, tempus non deploret, quod perperam tranſegit? Quis adeò immanis atque crudelis; qui ſimul ac verba eius quouis melle dulciora guſtauerit, non ſe mox mitem, amabilemque omninò exhibeat? Quis abhorrens à lachymis, ita ſe B tradidit voluptatibus, quin vel modicis illius verbis auditis, retributionem illam, quam pro vita anteacta accepturi ſumus, in memoriam reducens, non lamentetur ac lugeat?

In rebus fieri nequeuntibus, illud paſſim vſurpant prouerbij: Lapidi miſericordiam perſuades. at iſtud fieri poſſe, nos experimento edocti didicimus. Sanctus quippe hic ſenex, animos quos ob malam obſtinatamq; duritiem lapides dixeris, planè emolliuit ac fregit, flexitque vt voluit. Quis enim eius de humilitate orationem legens, non omnem mox de ſe exiſtimationem, ſtultamque arrogantiã deponat, ac ſe omnium abiectiſſimum confiteatur? Quis ea, quæ de Charitate conſcripſit, lectitans, non ſic accendatur, vt ad quoduis etiam ſubeundum periculum, paratus ſit? Quis illa euoluens, quibus virginitatem laudat, non ſe Deo caſtum corpore animoque offerre contendat? Quis audiens, vel legens eius Sermones, quibus Iudicium extremum, ſiue ſecundum illum Chriſti aduentum C deſcribit, non ita corde & animo afficiatur, quaſi ad illud iudicium iam iam ſiſtendus eſſet? metuque repentè ſic exhorreſcat, ac ſi aduerſus ipſum ſententia Iudicis feratur? Nam ita futurum iſtud Dei iudicium accuratè ac plenè expreſſit, & ob oculos omnium ſtatuit præclarus ac Sanctus hic vir; vt ad eius cognitionem aliud nihil videatur deeſſe, niſi vt res ipſa agatur, ac coram fiat.

Prouerbium.

Metaphora elegans.

Citantur varia ſcripta Ephrem.

Cùm ergo in talibus de Iudicio cogitationibus, Beatus ipſe ſemper occuparetur, mundum & quæcunque in eo ſunt effugit. Procul vero receſſit fugiens, ſicut ſcriptum reperitur, & manſit in ſolitudine, Deo & ſibijpſi vacans, indeque virtutum præmia referens. Rectè enim iam nouerat, eos qui ſolitariam amplectuntur vitam, ex turbulentis ſeculis huius perturbationibus atque procellis liberari, & ad quietis tranquillitatiſque portum feliciter peruenire, vbi conſuetudine perfruantur D Angelorum; mentibuſque ſublimes, quantum licet, rapi ad contemplationem Dei. Quando porrò Spiritus illum commonefaciens, ad multorum ædificationem ſic diſponebat, vt loca mutaret, non reſiſtebat, ſed humiliter obſequebatur: erat enim iuſſis mandatiſque Dei, ſi quis alius, obtemperans. Vnde patriam, ſicut magnus ille Abraham, relinquere iuſſus, Edeſſenorum vrbem petijt: neque enim conueniebat, vt ſub terra diutius Sol occultaretur. Hiſce verò de cauſſis eò conceſſit, vt loca ibi ſancta inuiſeret, tùm vt ſapientem aliquem conueniret virum, ac cognitionis ipſe fructum vel caperet, vel alijs præberet.

Pſalm. 54.

Solitudinis fructus, in viris ſanctis.

Prompta eius obedientia.

Gen. 12. & Actor. 7.

Ad eam igitur dum appuliſſet ciuitatem, & iam portam introiret, loco ſapientis viri, quem optârat, ſcortum ſibi obuium habuit: in quod ſpectaculum permoleſtum cum præter exſpectationem incidiſſet, tamquam ſpe ſua deiectus, E oculos auertebat. At contra, improba fœmina defixis in eum oculis inſpiciebat. Cui Ephrem: O mulier, inquit, dic mihi, cur me vſqueadeò intueris? At illa promptè: quoniam, inquit, ex te viro ego ſum: tu autem me ne reſpicis quidem, ſed in terram ex qua ſumptus es, oculos tuos retorques. Quam quidem inexſpectatam reſponſionem, vehementer ſibi profuiſſe, vir ſanctus ac prudens confitebatur. quapropter infinitam Dei potentiam laudauit, qui interdum ea, quæ ſperamus, præter ſpem nobis elargitur.

Edeſſam venit.

Reſponſum ſane egregium.

Inde Cæſaream Cappadociæ diuino ductus ſpiritu, ipſum ibi os Eccleſiæ, auream ſcilicet illam doctrinæ luſciniam, Baſilium vidit atque cognouit. Quem ſenex intuitus, multis fauſtis cœpit venerari vocibus. Siquidem perſpicaci mentis oculo, conſpexit refulgentem * columbam humero ipſius inſidentem dextero.

Cæſaream ad S. Baſilium venit.

*al. albam columbam.

A

verbaque ſapientiæ ſubminiſtrantem, atque ipſum ea populo depromentem. Ex qua quidem ardua ac veneranda columba inſtructus ille, ſancti huius Patris cognouerat peregrinationem, eumque eſſe Ephræm illum Syrum. Peropportunè igitur ambo, mutua inter ſe fruebantur conſuetudine, ita vt laborioſa illa peregrinatio ipſi Ephræm inutilis non exſtiterit.

Malorum fuga.

B

*al. Ipſius enim ex ore, &c.

Viſio Ephræm adhuc pueri.

Alia Viſio.

C

Viſionis declaratio.

Eius maxima dicendi copia.

D

Naturalis porrò vitæ innocentia, malorum ipſi oſtendebat fugam: nam ex ea diſcebat & meliora proſpicere, & deteriora euitare, atque illas ſententias ac rationes eligere, quæ puræ eſſent, quæque ad excolendam honeſtatem conferrent, & docendi vſum nequaquam impedirent. Abundanter quippe Sancto ſeni conceſſum à Chriſto erat ſermonis talentum, quod cùm ad menſas cordium plurimis impertiretur, ei tamen cum primis profuit. Fertur autem hæc, ipſe de ſe dixiſſe: Sibi, cùm primum è tenera illa excederet ætate pueritiæ, arcana eiuſmodi contigiſſe viſa. Ipſi etenim * iuxta linguam, admodum fructifera enaſci videbatur vitis, quæ quidem ita excreſcebat, vt vniuerſum terrarum repleret orbem. Cuncta autem cæli volatilia aduentabant, & de fructu eius comedebant. Ipſa autem vitis, quantò plures volucres decerpentes fructus excipiebat, tantò amplius racemis abundabat. Aliud præterea quod ad ipſum pertineret, alius quidam ſe conſpexiſſe teſtatus eſt: Angelorum ſcilicet copiam deſcendentem è cælo, volumen intus ac foris conſcriptum detinere manibus. Sic verò ſanctam illam colloqui viſam eſſe aciem: Quis putas, volumen iſtud in manus accipiat? Et hos quidem hunc, alios illum, alios verò alium ex præſtantioribus eo tempore hominibus reſpondiſſe. Deinde autem poſt omnium ſubieciſſe probationem: Iſti quidem ſancti, ac miniſtri Dei ſunt: ſed hoc volumen in manus accipere nequeunt. Cumque iam varios ex tunc viuentibus nominaſſent, neque quiſquam ex ijs placuiſſet, demùm communi omnium conſenſu in eam pariter conuenerunt ſententiam, vt dicerent, à nullo alio iſtud volumen in manus poſſe ſumi, præterquam ab Ephræm Syro. Tuncque cæleſtes Angelos idem conſpexiſſe fertur, Ephræm volumen tradere; noctuque ſurgens ad Eccleſiam, viſum illud conſpiciens, perrexiſſe. Auditoque ipſo Ephræm, qui tunc inſignem gratiaque plenam habebat orationem, quid viſum illud deſignaret, cognouiſſe, Deumque collaudaſſe, qui tam præclarum dicendi donum viro ſancto tribuiſſet. Tantam enim ſapientię abundantiam largitus illi Deus fuerat, vt quantumuis ei perpetui quaſi verborum fontes ſuppeterent, rebus tamen explicandis pares nequaquam eſſent. Illudque non tam linguæ tarditate, quam cogitationis celeritate accidebat: lingua enim cogitandi aliorum vim exæquabat, attamen tardior erat, quàm vt ipſius ſententias adſequi poſſet. Vnde magnus ſenex, ſingulare quoddam à Deo eloquendi donum efflagitabat, hiſce verbis: Largire Domine, flumina gratiæ tuæ: Siquidem doctrinæ profunditas, linquam ipſius abſorbebat, vt ſenſa animi efferre nequiret, cum muneri concionandi inſtrumenta ad diſertè dicendum opportuna deficerent.

Catalogus virtutum S. Patris Ephręm.

Abſtinentia eius admiranda.

E

Noctium phantaſmata quomodo eludebat.

Vigiliæ ipſius.

Humicubationes.

Conciones porrò ipſius, aliud nihil niſi precatio interpellabat, precationemque iterum conciones excipiebant. Vnde fiebat, vt cum in ea ſucceſſiuè totus incumberet ſtudia, aſſiduè in diuinarum rerum contemplatione occuparetur. Nam ipſum quidem corpus inedia atque abſtinentia domitum, ita confecerat, vt rationi quaſi dominæ obtemperans, non magis, quàm ſi emortuum eſſet, voluptatis vllum ſenſum haberet. Cumque ad ea, quæ non decent, obeunda, immobile langueſceret, illis tamen quæ animarum conferunt ſaluti, perficiendis robore præſtabat. Quid? quòd ne noctes quidem, ſomniorum ſimulachris atque imaginibus ſæpè decipientes, ei virtutis ac pietatis curſum in vllo interrumpebant? nam quem aggredientes exceperant ſobrium, eumdem recedentes vigilantem relinquebant; illudque ſedulò curantem, ne manus principis iſtius ipſum ſomno oppreſſum deprehenderet. Tantum verò temporis quieti tribuebat, quãtum vitæ degendæ neceſſarium ducebat: ne naturali penitus ſublata viciſſitudine, caro violentam diſſolutionem ſuſtineret. Cùm autem varia eſſent quæ ab oculis eius ſomnum depellebant, tum illud in primis, quòd aſperam ac duram vitam agens, multiſque modis corpus ſuum affligens, humi etiam cubaret. nam hiſce potiſſimum rationibus, ſomni affectio excuti ſolet. Paupertatẽ porrò

A tantam ſeruabat, quantam vel ſanctis ipſis audis fuiſſe Apoſtolis. Quapropter ſi quis eum paupertatem colentium exemplar appellârit, haudquaquam à veritate aberrârit. Dulciſſimam ſanè prorſuſque beatam illam nobis vocem, velut paupertatis magiſtram hinc in in cælum emigraturus, reliquit, qua aiebat: Nec crumena, nec baculus, nec pera Ephræm vnquam fuit. Numquam aurum, aut argentum, aut vllam rem aliam poſſedi. nam bonum Regem ad ſuos dicentem diſcipulos audiui in Euangelio: Nihil in terra poſſederitis. quamobrem nulla me rerum eiuſmodi cepit cupiditas. Gloriæ igitur, & pecuniæ contemptor cùm eſſet, ac præſtantiora amaret; ad ipſos Apoſtolos in eo ſuo curſu quàm proximè accedere nitebatur.

Paupertas voluntaria.

Verba iſta in eius Teſtamento reperiuntur.

Matth.10.& Lucæ.9.

Quid verò animi ipſius ſubmiſſionem commemorem atque humilitatem; B cùm ea ipſa virtus paſſim in cunctis eius ſermonibus, ac ſcriptis, ſeſe ſingulariter ab eo fuiſſe excultam quodammodò clamitet? Quando enim vnquam ad arrogantiæ, elationiſque lapidem pes eius offendit, qui lachrymas lachrymis prouocabat, ac cinerem tanquam panem manducabat, & aſpera atque inamœna vita, (ſacra illa perſonant verba) poculum cum fletu miſebat? Quique ab omni vana, atque mundana abhorrens gloria, cùm in hac adhuc peregrinaretur vita, ſi à quoquam ſe laudari animaduertebat, ægro animo ferens, aliumque aliâs colorem capiens, atque oculos in terram demittens, tenui ac ſubtili madebat ſudore, altoque ſilentio tamquam verecundia linguam præpediente, corripiebatur.

Humilitas incredibilis.

Pſalm.101.

Cõtemptus humanæ laudis, ac gloriæ.

Iam autem hinc ad beatam cæleſtemque illam emigraturus vitam; graui quodam interdicto illud ipſum vetans, dicebat: Nulla Ephræm cecineritis car- C mina; nullamque laudationem adhibueritis. Ne me cum pretioſo ſepelieritis veſtimento, neve priuatim corpori meo conſtitueritis tumulum: mihi enim cum Deo conuenit, vt inter peregrinos commorer. Aduena quippe ſum ego, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Sicut ergo aliarum virtutum, ita huius etiam eximia atque præclara habes indicia. Eorum enim quæ ad eleemoſynam, & commiſerationis affectum pertinent, hunc non effectorem dumtaxat, ſed & doctorem exſtitiſſe, veritatis præſcriptio, lexque ipſa confirmar. Nam cum ex perfecta, quam amplexus fuerat paupertate, reliquum nihil haberet, quod egenis impertiretur, frequentibus tamen cohortationibus alios ad miſericordiæ opera commouendo, eleemoſynas erogabat. Erat quippe ipſius oratio, licet vultus non conſpiceretur, tamquam diuinitus fabrefacta quædam clauis, diuitum theſauros D recludens, & indigentibus neceſſaria ſuppeditans, aſpectuſque eius Angelicus ſufficiens erat, qui per ſe abſque vlla oratione intuentes ad commiſerationem permoueret. tanta in eo conſpiciebatur tum ſimplicitas, tum manſuetudo, tum probitas. nulluſque adeò reperiebatur impudens, qui non ipſum inſpiciens, rubore quodam profunderetur atque verecundia, ac ſeipſo melior non redderetur, atque modeſtior.

Verba ſunt Teſtamenti ſui.

Pſalm.38.

Benignitas in pauperes.

Sermonis efficacia in Ephrẹm.

Vultus ad commouendum idoneus.

Et quamuis ita multa in hoc viro perfecta exſtiterint, ne quis ob id exiſtimet abſolutam ei rerum Eccleſiaſticarum defuiſſe cognitionem. Neque enim eatenus dumtaxat illam attigit, vt dicendo alios erudire poſſet; ſed tam pietatis atque religionis inſtituta, quàm ea, quæ illis repugnant, omninò adſecutus eſt: illa quidem ad inſtruendum populum, hæc ad coarguendos hæreticos. Bono quippè zelo in illas pietatis inimicas beſtias ferebatur. Siquidem ſermone quodam, qui fama etiam potius quam ſcriptis ad nos deuenit, vnde ipſum veritatis ſtudio- E ſiſſimum exſtitiſſe, faclè intelligi poterat, Apolinarium leuem, imò dementem atque inſanum nuncupabat, qui res nouas moliens, multa impia, Scripturæque ſacræ aduerſantia duobus comprehenſa libris, è ſuo eructans ventre, admodum inſulsè ac temerè proloqueretur. Illos verò libros, cuidam, quam in delitijs habuiſſe ferebatur, fœminæ adſeruandos cõmiſerat. Quæ cùm Magno innotuiſſent Ephræm, ipſe eiuſdem ſe opinionis eſſe confingens, fœminam, quæ libros cuſtodiebat, adijt: & de ſe, quis ſit, & quàm fauſta ei ex eremo adferat, patefecit. nonnullaque fortè id genus alia adijciens, tandem rogat, vt præceptoris ſibi ſcripta, publicæ vtilitatis cauſſa exhibeat, vt nobis ſcilicet, quos tunc hæreticos vocabat, repugnare commodius poſſet. Quibus capta verbis fœmina, eumque

Ephrem zelus, aduerſus Apolinarium hæreticum.

Eadem de libris repetuntur apud Metaphraſten.

Gen.25.27.& Hebr.11.12.

NOT.

eumque ex illis vnum, qui Apolinarij ſuſtinerent partes, reputans, libros præbuit, eos tamen ſibi celeriter reſtitui deprecans. Cæterùm magnus hic Iacob, dementem ſupplantans Eſau, ac flagitioſa illa primogenita rapiens, prudenter oppreſſit: nam piſcis glutino omnes illinens, ita folium folio connexuit, vt cùm pars vna ab altera ob firmam coniunctionem, planè ſeiungi nequiret, in vnam quaſi tabulam ſinguli libri apparerent redacti. Sicque eos mulieri, à qua commodato acceperat, reddidit. quæ quidem artificij eiuſmodi, vti mulier, ignara, cùm formam eorumdem exteriorem ſaluam cerneret, quid intrinſecus eſſet, diligentius inſpicere neglexit.

Apolinarius impijs ſuis cõfiſus libris, ad iudicium venit.

Alluſio ad Daniel 13.

Apolinarij hæretici extrema confuſio.

Dies verò haud ita multi elapſi erant, cùm orthodoxis quibuſdam defertur ſanctus ſenex, qui Apolinarium acciuiſſet, & cum eo ſermones contuliſſet. In iudicium itaque vocatus, impijs illis libris fretus, ad ſtatutum diem venit. ac dicere quidem pro ſe, quod graui iam premeretur ſenio, renuit: poſtulauitque ideo ſibi proferri libros, vt ex illis reſpondere poſſet, atque contradicere. Cùm ergo iſtius delatoris, ſocij fremẽtes in medium libros produxiſſent, inueteratus ille dierum malorum iniuſtitiæ iudex, vnum ex ijs in manus ſumens, aperire atque explicare nitebatur. Sed quòd glutino vinctus non cederet, ad partem eius mediam aperiendam eſt aggreſſus, eamque ipſam eodem conglutinatam modo inuenit. Quare ſua illa, ex priore libro fruſtratus ſpe, ad alterum ſe contulit, quem quidem totũ ita firmiter connexum cernens, vt prorſus explicari nequiret, tanto rubore atque pudore ſuffuſus eſt, animoque vſqueadeo perturbatus, vt ex eo conſeſſu abiens, quaſi mentis atque conſilij inops, & examinatus, in morbum prolapſus ſit, illamque ignominiæ notam ita ægrè ac moleſtè tulit, vt parum admodum abfuerit, quin tum mortem obiret.

Zelus & labores pro fide.

Pulchra à ſimilibus Comparatio.

Ephræm omni virtutum genere clarus.

Comparationes.

Gen.2.3.

Talis autem pietatis zelo exſtitit magnus noſter Pater & Doctor S. Ephræm. nam aliâs manſuetum ſe præbens ac mitem, cùm nulla decertandi neceſſitas vrgeret: aliâs acerbum ac grauem, cùm fidei periculum immineret, cuncta prudenter pro temporis ratione moderabatur. Et ex hoc quidem zelo, non minus quàm ob multa ieiunia, ac lachrymas, continuaſque preces commendandus eſt: atque haud ſcio, an propterea etiam magis, quòd iſta in eo vno concluderentur, ille ad vtilitatem quoque communem pertinebat. Quẽadmodum enim verum inſignis alicuius venatoris ſpecimen exhibetur, cum bellicoſas inſequitur feras: bonique gubernatoris virtus ſe prodit in tempeſtate aduerſa: Medici prudentis in grauioribus morbis; militis ſtrenui in ipſo pugnæ diſcrimine: ita quoque pietatis ac religionis ſtudioſum virum, magna ac difficilia pericula oſtendunt, cùm & ſe, & alios ex inſidijs periculiſque eximit. Nullum ſanè virtutis genus à veteribus excultum eſt, in quo hic etiam non excelluerit. Quare & animum ipſius, vtilitate, dulcedine, atque iucunditate ſcaturientem, fonti quacunque aquarum abundantia fluenti ſimilem dicere poſſumus, vel prato diuerſis fragrantibus floribus reſplendenti, vel cælo varijs ſtellarum luminibus diſtincto, vel Paradiſo, quem in Edem fuiſſe audis, innumerabili fructiferarum arborum copia, decorato: (ita tamen vt ſerpenti maligno, communiſque exilij auctori, nullus omnino in eum aditus detur) aut ſi quid aliud venuſtum, amœnumque multis varijſque bonis cohoneſtauit natura; talem quoque beatum illum magni Ephræm animum, plurimis vndique virtutum generibus exornatum puta. Nam ſemper vir ille admiratione dignus, in eam incubuit curam, vt perfectum abſolutumq; cuiuſuis generis virtutum chorum poſſideret, ac quibus reliqui ſingulis antecelluerunt, ea cuncta ſolus ipſe adſequeretur.

Gen.4.& Hebr. 11. &c.

Geneſ.4. & 1.Ioan.3.

Gen.4.5.

Gen,5.Heb,11. Eccle.44.

Siquidem vt ſacerdos, eum qui inter iuſtos primus recenſetur, Abel imitatus: non ex ouium gregibus, neque ex adipe ſacrificia Domino obtulit, verùm abſque ſanguine, rationabile obſequium vitæ puritate ſacrificauit, ea dumtaxat re Abel diſſimilis, quòd à nefario homicida vt ille peremptus non fuerit, ſed inimici Dæmonis euitans laqueos, ſuperatis inſidijs ad vitam omni fine carentem, ſicut ille, peruenerit. Enos porrò ſpem ſic æmulatus eſt, vt non ſolùm Domini Dei ſui nomẽ inuocauerit, verum & alios, vt idem illud implorarent, edocuerit. Enoch autem vt ſimilis redderetur, operam dedit, non quidem admirandam eius è terra in Paradiſum translationem atque ſeceſſum, ſed ex materiæ perturbatio-

A batione in ſpiritum tranſitione, æmulando. Non etiam ſimilis exſtitit, non quidem modicam in arca lignea generis conſeruationem, at ſuam potius animi incolumitatem procurans, vt vitæ procellas tutius ſubterfugiens, nullum virtutis naufragium pateretur. In plurimis quoque, Abrahæ æmulator fuit; atque vt fidem, manſuetudinem, & amorem in Deum taceam, in eo potiſſimum, quòd quēadmodum propriam terram atque cognationem ille, ita quoque hic noſter Ephræm mundum effugit, & in ſuo corpore vnigeniti ſacrificium expreſſit, Deo ſeipſum conſecrans, & membra quæ ſuper terram ſunt, mortificans. Iſaac verò imitator exſtitit, propter mortem quam prompto tranquilloque ſubire paratus erat animo, non tamen inferente patre. quin & quotidie, inſtar Apoſtoli, corpore B quidem fructum, quod attinet ad propoſitum, percipiebat, ſpiritu autem Deo, ob caſtum corporis velut in ariete ſacrificium, viuebat. Iacob porrò æmulator fuit, ſupplantando ipſum Eſau, hoc eſt, hæreſum parentem, ac primogenita, id eſt, recta Eccleſiæ decreta, accipiendo. In eo præterea, quòd non ſcalam à terra ad cœlum vſque pertingentem, ſed oblongam ignis columnam, pulchriorem myſterij profunditatem indicantem conſpexerit. quodque hic diſcipulis, quemadmodum ille filijs, ex hac emigraturus vita, benedictiones impartitus ſit; quas qui pronus excipiebat, magni illius Iacob eſſe arbitrabatur. Verùm ipſius Ioſeph ſimilitudinem, vel maximè expreſſit vitæ integritate & corporis caſtitate: multò autem magis per hoc, quòd ſicut ille triticum, ita hic verbum ſalutis communicauit.

Gen.6.7.8. Eccl.44.& Heb.11.
Gen.12. Act.7. Heb.11.&c.
Coloſſ.3.
Gen.22.& Heb.11.
Philip.1.& 1.Cor.15.
Gene.25. 27.
Gene.28.33.
Gene.47.48.
Gene.49.
Gene.44.

In non paucis quoque Moyſi ſimillimum ſeſe præbuit: nam & ipſe Pharaonem Diabolum fugit, & commoratus eſt in ſolitudine, Deumque vidit, quatenus C contemplatione videri poteſt. Reſque admirandas peregit, ac doctrina ſe ducem atque magiſtrum populo exhibuit. Aegyptioſque decepit, eorum diuitias ſurripiens, hæreticorum ſcilicet libros, de quibus ipſe triumphauit. Salſum quoque ac potui minimè conueniens infidelitatis mare diuiſit, populumque fidelem in magno numero traiecit. Pharaonis verò exercitum, impiam nimirum calumniatorum progeniem proſtrauit atque oppreſſit. Et Amalec (ſi quem hæreticorum eo nomine appellare velis) in fugam vertit, ac profligauit. Legem beneChriſtianeque viuendi à Deo accepit, & nobis vniuerſis eam tradidit. Tabernaculi exemplar in monte contemplatus eſt, non Moyſis, ſed horrendi illius iudicij futuri. Sacerdotes conſtituit, ac de ſacrificio leges præceptaque tradidit. Aquam è petra eduxit, dum corda lapidea ad lachrymas fundendas commouit. Pane cæleſti, ſicut ille, abundè populum pauit, charitatis nobis ſermones pro- D ponens, quibus maximè corroborantur animi, & ad ſumendum cum fiducia diuinum ac ſacrum hunc panem, qui pro noſtra ſalute huc è ſinu Patris venit, accenduntur. Coturnices quoque fidelibus vt ille, exhibuit, oſtendens quonam pacto per Dei recordationem in cælum ſeſe tollant, ac quæ ibi ſunt pulchra, contemplentur. Et hoc quidem modo atque ratione, ſi quæ Pater hic grauiter ac ſtrenuè geſſit, cum priſcorum actionibus conferre lubuerit, illis nullatenus inferiorem comperies.

Exod.2.
Pſalm.54.
S.Ephræm, in quibus Moyſi ſimilis.
Exod.14.15. Pſalm.117.135.
Exod.17.
Exod.24.25.&c.
Deut.8.
Exod.16.
Pſal.77.104.113.
Num.11.& Exod.16.
Pſalm.77.

Ipſe namque vt Ieſus Naue, Iordanem quoque diuiſit, cùm clauſas diuitum manus benignitate aperuit, ac populo terram non quidem abiectę huius promiſſionis, verum cæleſtis regni diſtribuit. A ſua infantia, vt Samuel, conſecratus eſt Deo, diuinamque vocem, vt ille, audiuit. Sicut Elias, ſacerdotes turpitudi- E nis coarguit, ignemque diuinum orationis ſacrificio, non ſemel, ſed ſæpius deduxit: igneoque virtutum curru, non æthera, ſed in ipſum cælum ſublatus eſt. Sicut Eliſæus, duplicem ſpiritus gratiam conſecutus eſt. Sicut Prophetę diuinæ viſionis munere ac gratia donatus eſt. Qui & ipſa me mouet ratio, vt eumdem hunc vel cum illo, quo inter natos mulierum nullus perhibetur exſtitiſſe maior, comparare audeam: cum illo, inquam, qui inter legem & gratiam fuit medius. Siquidem hic, vt præcurſor ille, eremum coluit; & ad eum quoque factum eſt verbum Dei. ac præconem agens, pœnitentiam docuit. Sicut Paulus autem vas electionis, varias tribulationes atque tentationes pertulit; pœnitentiæque ſemina, vt ille fidei, ſedulò ſparſit. Sed quid neceſſe eſt, hunc cum Sanctis ſigillatim conferre, cùm eius rectè factis totus terrarum orbis ſit plenus? prolixior autem ora-

Eccleſ.46.& Pſalm.113.
1.Reg.3.
3.Reg.18.& 4.Reg.1.2.&c.
4.Reg.2.
Matth.11.& Lucæ 7.
Ibidem.
Actor.9.13.14.&c.

Notanda.

tio ſuperuacanea ſit, cum ipſa ſatis appareant opera ipſaq; verborum multitudo A
fidem infirmare videatur, quaſi non ſatis ex ipſis rebus declarentur virtutes, ſed
ſermonis adhuc auxilio indigeant. Quapropter operæpretium fuerit, vt quod
ſummopere animos noſtros oblectabit, admirabilem ſcilicet ipſius ex hac mortali
vita exitum, deinceps exponamus.

Exitus eius ex hac vita, cuiuſmodi.

Res formidine plena.

Pœna inobedientiæ.

Confeſſio & accuſatio ſui.

Miraculum hominis à dæmone liberati.

In cælum ergo iam perecturus Sanctus hic vir, ijs, qui tunc ibi aderant, mandabat,
ne pretioſo, cum veſtimento corpus ſuum ſepelirent. Et ſi quis amantior ſui,
tale quidpiam cogitaſſet, conſilio in melius commutato, hoc ipſum, quod ſepulturæ
cohoneſtandæ decreuiſſet, pauperibus impertiretur. Cum igitur vnus corū,
qui aderant præcipuæ nobilitatis vir, magni ſanè pretij veſtimētum paraſſet, quo
ſancti ſenis corpus amictum ſepulturæ traderet; poſtpoſito ipſius quod audierat
mandato, piumque magis ac pauperibus præferendum honorem quem ipſe excogitauerat B
arbitrans, veſtimentum pauperibus elargiri diſtulit. Quamobrem
mox à maligno correptus Dæmone, quòd mandatis non paruiſſet, grauiſſimas
pœnas dabat, ſeque ante lectulum, in quo vir ſanctus decumbebat, ore feruentes
agens ſpumas, dilaniabat. Ad quem clementiſſimus conuerſus ſenex: quidnam,
inquit admiſiſti ô homo, vt in hoc periculum conijcereris? Ille verò ſenis mandato
excitatus, licet eius menti tenebras cacodæmon offudiſſet, ſecretum, quod
apud ſe conceperat non obtemperandi iuſſis ipſius, conſilium patefecit. Quem
confitentem benigniſſimus vir commiſeratus, manuum impoſitione & precibus
hominem protinus ab illa affectione liberauit, & priſtinæ ſanitati reſtituit, eumque
ſic eſt allocutus: Perfice, homo, quæ dudum promiſiſti.

Alluſio ad verba Teſtamenti ſui.

Eius hinc in cælum emigratio.

1.Pet.1.

Virtutum occurſus, atque congratulatio.

*al. peregrinatio.

Conſolatoria planè verba.

Tranſitus potius, quàm mors.

Quo quidem demonſtrato miraculo cum iam vitæ finis immineret, eos, qui C
tunc aderant, multis pijs commonitionibus ad virtutis ſtudium atque amorem
cohortatus, vt poſtrema eius declarant verba, ad tranquillum æterni Regni portum
feliciter emigrauit, ſanctaque ac Deo grata acceſſione, numerum beatorum,
qui ab initio fuerant ſeculi, cumulauit. Nam in cæleſtibus anima ipſius conſedit
tabernaculis, vbi Angelorum ſunt ordines, vbi Patriarcharum populi, vbi Prophetarum
chori, vbi Apoſtolorum ſedes, vbi Martyrum gaudium, vbi piorum
lætitia, vbi Doctorum ſplendor, vbi celebres primogenitorum cœtus, vbi puræ
lætantium voces. In ſanctum illum locum, feliciſſima beati clarique Patris Ephræm
anima peruenit, vbi ea reperiuntur bona, in quæ ipſi deſiderant Angeli
proſpicere. Arbitror verò cùm in cælum ipſe aſcenderet, ſingulas quas in hac vita
excoluerat virtutes, præceſſiſſe, ac res illas reconditas & ſpecioſiſſimas, quę
mortalibus cerni nequeunt oculis demonſtraſſe: omniumquè excellentiſſimam
charitatē ſic ad eā accedentem dixiſſe? Intuere, dilecta anima, pulchritudinem,
quam tibi comparaui; ſimulque delitias oſtendiſſe. Moxq; accurrentem humilitatem,
ita eam compellaſſe: Aſpice, anima Deo chara, cuiuſmodi ego tibi locum D
exornaui. Tum ceteras omnes ſigillatim recenſuiſſe, demonſtraſſeq; præmia, quæ
iam inde, cùm ab ipſa ad huc in corpore excolerentur atque exercerentur, in futurum
comparabant. O decantanda, & imitatu digniſſima *emigratio. O mors,
lachrymis non indigens. O ſeparatio, optatam ſocietatem concilians. O tranſitus,
cuius tranſeuntem, minimè pœnitet. O funus, omnis doloris atque moleſtiæ
expers. Dum enim ipſius mores ſuſpicimus, conſolationem inde percipimus.
Aliorum quippe hominum mors illis qui relinquuntur, lachrymandi præbet
cauſſam: Sanctorum autem, lætitiam nobis celebritatemque conciliat. quare iſta
non dicenda mors, ſed potius tranſitus, & ad vitam hinc meliorem emigratio.

Concludit, pia & efficaci adhibita Apoſtrophe ad ipſum Sanctum.

Cauſſæ huiuſce Encomij.

Hierem. 41. 42.

Hæc ſunt, quæ tibi, Patrum optime, Eccleſiæque Doctor clariſſime, laudum E
præconia offerimus, non ea quidem pro dignitate, neque indigenti tibi. quam
enim afferre queat gloriam oratio, quæ laudati meritis planè ſuperatur? Verum
propter viuentium potius vtilitatem atque conſolationem. nam bonorum atq;
præſtantium virorum encomia, ſicut ſtimuli quidam ac faces hominum animis
admotæ, vehementer ad bene beateque viuendum, eos impellunt atque inflammant.
Hanc verò laudandi prouinciam alacrius ſuſcepimus, cùm varijs alijs adducti
rationibus, præter vitæ doctrinæque tuę famam toto terrarum orbe celeberrimam:
tum cura illa, quam in homine eiuſdem nominis liberando adhibuiſti.
Ille ſiquidem nos ad ſubeundum hoc onus impulit, qui à poſteris Iſmael in

bello

A bello captus, & longius à patria diu commoratus, cùm iam ad eam redire deſideraret, viamque commodam ignoraret, ſingulari ope tua, aptam ad ſalutem rationem inuenit, & quod diu concupiuerat, adeptus eſt. Cùm enim in maximum vitæ diſcrimen adductus eſſet; (quòd omnes viæ Barbarorum intercluſæ copijs tenerẽtur) te nomine dumtaxat inuocauit, dicens: Sancte Ephræm, ſuccurre mihi. Sicque tutò periculorum laqueos euaſit, ac mortem neglexit. inopinatamque conſecutus ſalutem, patriæ, tuo munitus præſidio, præter ſpem eſt reſtitutus. Quare ad iſta enarranda, audacius aggreſſi, laudes tuas impuris attingere labijs, non ſumus veriti.

Aliud miraculum, hominis liberati ex maximis periculis.

Qua quidem in re, ſi quid profecerimus, id tuo nos adſecutos auxilio fatebimur, tibique acceptum feremus: ſin verò tua dignitate multò inferiores ſint B noſtræ laudationes, te quoque (licet fortè audacius hoc dictum videatur) in cauſſa fuiſſe dicemus, qui & viuens, & defunctus, modeſtia humilitatiſque ſtudio, te collaudare cupientes impedis. Verumtamen, ſiue iſtud ſit, ſiue illud, nos quãtum tulerunt vires, pietatis officio ſatisfecimus: teque hoc ipſum minimè nobis ſuccenſurum, neque tui amantiſſimos auerſurum; verùm æquo beneuoloque animo filiorum balbutientium laudes admiſſurum, confidimus. Tu autem diuino iam adſiſtens altari, vitęque principi, ac ſanctiſſimæ vnà cum Angelis ſacrificans Trinitati, omnium noſtrûm memineris, veniamque nobis peccatorum impetra: vt ſempiterna cæleſtis Regni beatitudine perfrui poſſimus. In Chriſto Ieſu Domino noſtro: Cui gloria in perpetuum. AMEN.

Lepidè & eleganter dicta.

Ad verba Teſtamenti reſpicit.

C

SCHOLIA IN PRÆCEdentem Vitam.

QVo circa cùm ita circulus ferat anni, vt hodie collaudandus ſit nobis S. Ephręm, &c.] *In Anniuerſario die obitus S. Ephræm, hãc Encomiaſticam orationem à S Gregorio Nyſſeno Magni Baſilij fratre habitam eſſe, vel ex hiſce eiuſdem verbis colligitur apertiſſime. quem Græcorum Menologia volunt fuiſſe 28 menſis Ianuarij, ſub quo etiam die feſtiuitatem ipſius celebrat, vitamque à ſe collectam atque deſcriptam reponit Symeon Metaphraſtes, vt apud eumdem in antiquis manuſ. Græc. Vaticanis ſub numer. 536. & 794. reperies. Latinorum autem Martyrologia, feſtum eius atque commemorationem primo Februarij agunt, vt etiam bene adnotauit in ſuis in Martyrolog. Roman. notationibus ſub 1. Februar. Reuerendus Cæſar Baronius Soranus amicus noſter, plura ibid. de Sancto hoc Patre noſtro Ephræm adducens, & ad noſtram hanc editionem ſeſe denique referens.*

D

Ephręm ſolis illis incognitus remanet, qui magnum Eccleſiæ lumen Sanctum Baſilium ignorant.] *Quòd Sancti Patris Ephræm fama per magnum aucta ac diuulgata fuerit Baſilium, & ipſius Baſilij per ipſum Ephræm, nemini obſcurum eſt, qui nouit alterum ab altero non ſolùm cognitum; ſed & propter ſingularem ſanctitatem atque præſtantiam, in maxima admiratione & obſeruantia habitum, amatum, ac laudibus celebratum, licet etiam ſe inuicem prius non vidiſſent, de quo qui dubitat, legat quæ poſterius ab eodem enarrantur Nyſſeno, quomodo Ephræm diuino ductus ſpiritu Cæſaream Cappadociæ venerit, ipſumque ibi os Eccleſiæ, auream ſcilicet illam doctrinæ luſciniam Baſilium viderit, ſplendidamque columbam eius humero inſidentem dextero, verba eidem ſubminiſtrantem, quæ ipſe populo depromebat, & quantoſeſe amore ambo ibi complexi ſint, mutuaque conſuetudine atque colloquio quantopere recreati, &c. Sed de his plura apud Amphilochium, & alios Patres, quorum poſtea Teſtimonia addemus, inter quæ & ipſius Baſilij erit; quod denique luculentiſſima ipſe Ephræm confirmat oratione in laudem Magni Baſilij, quam tomo 3. reperies. De quo, & hoc ſolum memorandum ex* E *Sozomeno lib. 3. cap. 15. adducam: Quòd Baſilius, qui Cæſareæ Vrbis primariæ Cappadociæ Epiſcopus fuit, ipſum Ephræm eruditionis cauſſa cum primis eſt admiratus, ſummeq; laudauit. Quare Ephræm iure optimo videtur hoc laudis teſtimonium, prolatum ore Baſilij (quem omnium ſui temporis eloquentiſſimum fuiſſe inter omnes conſtat) ab omnibus Græcis, qui tunc ob doctrinam in magna fuerunt admiratione, conſecutus, &c. ita ibi Sozomenus. ita & Nicephorus lib. 9. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 16. alijſq; plures. adeo verum eſt quod hic dicit Nyſſenus, Ephræm ſolis illis incognitum, qui Magnum Baſilium ignorant.*

Atque iſta non aliunde, ſed ex ijs quæ in varijs ipſe ſuis diſſeminauit ſcriptis didicimus, &c.] *Geſta atque præconia laudum ipſius Ephræm, ex eiuſmet ſcriptis ſe hauſiſſe atque retuliſſe fatetur hic non obſcurè Nyſſenus, ex quibus inquam, vt ſedula apis ex multis floribus ſpiritalem hunc fauum confecit, vitamq; luculenter deſcripſit, & quidem copioſius ac plenius quàm ab alio quocunque factum com-*

pererim, quæ etiam, vel præcipua inter alias me commouit cauſſa, cur Encomium ac vitam ab eo deſcriptam ipſi Operi præfigerem Quod porrò Nyſſenus diligenter Auctoris noſtri monumẽta euoluerit, id tametſi abundè ex toto orationis corpore colligatur, clarius tamen per eum cuiuis demonſtratur, vbi poſtea varios à ſe Sermones Ephræm lectos recenſet. quales ſunt: De Charitate. de Virginitate ac caſtitate. De extremo Iudicio, & de ſecundo Domini aduentu, &c. quos quidem Sermones non ſolùm citat, ſed etiam in ijs contenta exponit, & quaſi ante oculos conſtituit. ſicut eo ex loco clarius patebit.

Dulciſsimam plàneque beatam illam nobis vocem in cælum emigraturus reliquit: Nec crumena, nec baculus, nec pera Ephræm vmquam fuit, &c.] *Hæc de ſeipſo retulit Ephræm expreſſiq́; in ſuo Teſtamento; vnde etiam illa ac pleraque alia prius adducta, Gregorius Nyſſenus Epiſcopus deſumpſit, & huic ipſius Vitæ attexuit. quemadmodum & paullo poſt ſequentia:* Nulla Ephræm carmina cecineritis. nullamque laudationem adhibueritis. Ne me cum pretioſo veſtimento ſepelieritis. neve priuatim mihi tumulum conſtitueritis: mihi enim cùm Deo conuenit, vt inter peregrinos habitèm. Aduena enim ſum ego & peregrinus ſicut omnes Patres mei, &c. *quæ vt & alia non pauca, ex poſtremis verbis Teſtamenti Ephræm, Nyſſenus deprompſit ſuaq́; de eo hiſtoriæ inſeruit, àliaq́; ex alijs eiuſdem ſcriptis, huc retulit, & ſuo huic inſtituto optimè accomodauit, ſicut iam ante demonſtratum eſt.*

VITA ALIA

S. PATRIS NOSTRI EPHRAEM SYRI EX VETVSTISSIMIS Manuſcriptis Gręcis anonymis.

Vixit ſub Conſtantino, & alijs ſequentibus.

SANCTVS hic Pater noſter Ephræm, ex Oriente oriundus, Syrus genere, pijs parentibus natus in Edeſſa. Vixit temporibus Conſtantini Magni Regis, & aliorum qui poſt ipſum regnârunt. Abſtinens à puero ab omni re mala.

Viſio parentum

Cuius parentes eo adhuc puero, per ſomnium, videlicet viſionem, conſpexerunt, quòd ex ore ipſius Ephræm vitis adſcenderet valde frugifera, quæ excreſcebat, & replebat omnem ſub cælo regionem: veniebantq́ue cuncta volatilia cęli, & comedebant de fructu vitis, & præter quæ comedebant, adhuc ſuperabat fructus. Hic ab ætate iuuenili eremum incoluit, compunctionis ſibi abyſſum vindicans, per quam, & diuinam Spiritus ſancti gratiam ſuſcepit.

Alia de Ephręm viſio.

De quo, quidam diuino afflatus ſpiritu, per ſomnium, vidit virum terribilem, tenentem chartę volumẽ, & interrogabat: Quis putas accipere, & cuſtodire illud poterit? factaque eſt vox ad eum: Nullus alius, niſi Ephræm ſeruus meus, quo quidem adſtante, & os aperiente, illudq́ue deuorante, ilicò fons ſermonum à Deo proficiſcentium ſcaturijt, compunctione & pœnitentia plenus, timorem commemorans iudicij, & ſecundi cum maieſtate aduentus vniuerſorum Regis, & Domini Ieſu Chriſti, veri Dei noſtri, vt reddat vnicuique ſecundum opera ſua.

Matth. 16. & Rom. 2.

Præterea etiam diuinorum dogmatum rectitudinem, ac veritatem libris mandauit.

Alia viſio de S. Ephræm.

Alius autem quidam Sanctorum ſenum, rurſus in viſione vidit Angelorum agmina ex cælis diuino iuſſu deſcendentia, & in manibus caput, id eſt volumen intus, & extra conſcriptum, tenentia. Et dicebant inter ſe: Cui debet liber iſte committi? Et alius quidem hunc, & alij alios nominabant.

Quanti factus ſit Ephræm.

Alij autem reſponderunt dicentes: Verè ſancti, & iuſti ſunt iſti; verumtamen nemini hoc volumen credi poterit, niſi Ephræm miti & humili, corde. Viditq́ue Senex, quòd Sancto Ephræm tradidiſſent caput. Et ſurgens manè, audiuit ex ore ipſius aptiſſimos pro aliorum inſtructione ſermones, omnis compunctionis, & timoris diuini, velut ex fonte aliquo ſcaturiente, profluentes. Et agnouit ſenex, à Spiritu ſancto illa ſuggeri, quæ ex illius ore manabant.

Cogitat Edeſſam viſere.

Precatio S. Ephręm.

Captus eſt autem deſiderio Sanctus hic Pater noſter Ephræm, viſendæ Edeſſenorum vrbis, orauitq́ue Deum dicens: Domine IESV Chriſte, dignare me videre Ciuitatem illam, & cùm ingrediar, obuiam mihi habere merear hominem eiuſmodi, qui mecum à Scriptura ſermonem exordiatur. Et ingredienti iam ei in locum, & pertranſeunti portam ciuitatis, occurrit

A currit mulier, quæ in ciuitate erat meretrix; quam adſpiciens ſeruus Dei Ephręm,
indoluit, ſic ſecum loquens: Domine Ieſu Chriſte, deſpexiſti preces ſerui tui E-
phræm; quo pacto enim hæc de Scriptura mecum diſſerat? Subſtitit autem mere-
trix intuens illum. Ad quam, Sanctus: dic mihi puella, quid ſubſiſtis, & ita in-
tentis me, intueris oculis? Cui reſpondens meretrix, ait ad eum: Intueor te,
quia ego mulier ex te viro ſumpta ſum. Tu autem ne me intuearis, ſed terram, ex
qua tu vir ſumptus es. Quæ cum audiret ſeruus Dei Ephræm, ſuſpexit, & glori-
ficauit Deum, qui talem ei ſapientiam dederat, vt eiuſmodi ab ipſa reſponſum
acciperet. Et cognouit ſuam à Deo nequaquam fuiſſe ſpretam orationem.
Veniensque in Vrbem, diuerſatus eſt ibi. Caſu autem iuxta eius hoſpitium, alia
meretrix habitabat, quæ cum ille per complures dies in Vrbe commoraretur,
B dixit ad eum: Benedic Domine Abbas: Et fixis oculis feneſtram intuens, vidit
illam proſpicientem, aitque ad eam: Deus benedicat tibi. Ad quem, illa: Quid
tuo deeſt *ſepto, atque domicilio? Cui ſanctus: Tres lapides & argilla modica,
vt feneſtra obſtruatur, per quam proſpicis. Cui ipſa reſpondit, dicens: Dum pri-
mùm te alloquor, reijcis me. ego dormire tecum cupio, & tu vel à collocutione
me excludis? Reſpondens autem illi ſeruus Dei Ephræm, ait: Si mecum dormire
velis, veni quò dixero tibi, vt ibi ſimul dormiamus. ad quem meretrix: Dic mi-
hi, inquit, locum, & veniam. Et Sanctus ad illam: ſi condormire mihi cupias,
non poteris alio in loco, niſi in Vrbe media. Reſpondens autem illa, dixit ad
illum: Et non erubeſcimus conſpectum hominum? Et reſpondens magnus E-
phræm, dixit ei: Si homines erubeſcimus, multo magis Deum erubeſcere, ſimul
C & timere oportebit, qui nouit etiam occulta hominum: quoniam ipſe eſt, qui ve-
niet iudicaturus mundum, & redditurus vnicuique ſecundùm opera ſua. Hæc
audiens meretrix, compuncta eſt ex verbis illius, & accedens procidit ante pedes
eius, plorans, dicensque: Serue Dei, deduc me in viam ſalutis, vt à multis meis
malis, operibusque improbis liberer. Sanctus autem ſenex multis eam admo-
nens, ex ſacra ſcriptura, confirmansque illius pœnitentiam, miſit ipſam in mo-
naſterium, & ſaluauit eius animam ex cœno flagitiorum. Et diſcedens à ciui-
tate illa, venit Cæſaream Cappadociæ, vbi ingreſſus templum, reperit Sanctum
Baſilium Archiepiſcopum concionantem ad populum: & cœpit magna voce be-
atiſſimus Ephræm, prædicare eum. Dicebant autem quidam de turba: Quis eſt
iſte peregrinus, qui ſic laudat Epiſcopum, quippe adulatur ipſi potius, vt aliquid
ei lagiatur. Peracta autem iam concione, ait Baſilius: Accerſite ad me homi-
nem, qui inſiſtebat laudando me. Et accerſito eo,, ditit ipſi: Quid ita inſtanter vo-
ciferabaris laudando me, Domine Ephræm? Reſpondens autem Sanctus Senex,
D dixit: Ideo perſeuerabam clamando, & laudando te; quia adſpiciebam immacula-
tam columbam ſtantem in humero tuo dextero, & in aures tibi ſuggerẽtem, quæ
populo concionaberis. Magnus autem Baſilius Spiritu ſancto plenus, ipſum ag-
nouit, & dixit ad eum: Tu ne Ephræm es Syrus? Verè quemadmodum intellexi,
ſic & in te cõperi, quietis amator. Scriptum habetur in Propheta Dauid: Ephręm
fortitudo capitis mei: Nam manſuetudo tua atque clementia, & ſimplicitas cla-
ra eſt, velut lumen apparens omnibus. Alibi rurſus tranſeunte Sancto Ephræm,
fraudulenter acceſſit ad ipſum meretrix, quæ aſſentatoriè eum ad turpem per-
trahere nitebatur commiſtionem: ſin minus, ſaltem vt ad indignationem ipſum
commoueret, quòd nemo vnquam illum vidiſſet iratum. Qui dixit ad illam: ſe-
quere me. Cum autem iam appropinquaret ad locum à magna ciuitatis turba
E frequentatum, dixit ad eam: Iſto in loco, veni faciamus vti cupis. At illa videns
turbam, dicit ad eum: Quomodo poterimus iſtud hic agere, in tanta hominum
præſentia? nonne nos pudet? Et ait ad illam: Si homines erubeſcis, quanto ma-
gis erubeſcere oportet Deum, abſcondita tenebrarum redarguentem. At illa
confuſa, re infecta abijt, nihil perficere cum illo valens, & ne ad iram quidem
eum concitare. Atque iſta ſunt certamina Magni Ephręm. Vir enim erat
clemens, ac patiens, manſuetus, purus, ac ſimplex, in cognitione diuina, velut
omni fuco carens, ſecundum quod ſcriptum eſt, demiſſus atque modeſtus, humi-
lis, & compunctione plenus, ſupra fidem; vt etiam ipſo tacente, vel ex ſolo aſpe-
ctu, intuentes ipſum docere videretur. Totus precibus ad Deum fundendis in

Occurſus mulieris cuiuſdam peccatricis.

Reſponſum planè egregium.

Alterius ſcorti inſidiæ.

*al. quid deeſt cibo tuo.

Reſponſum efficax & ſalutare. Rom. 2.

Scortum reſipiſcit, & monaſterium ingreditur.

Ephræm Cæſaream venit ad S. Baſilium.

Similia ſunt in Encomio Ephræm in S. Baſilium. Tom. 3.

Pſalm. 59. & 107.

1. Cor. 4.

Adluſio ad Iob 1. &c.

Teſtamentum ab Ephrem piè conditum.

tentus erat. Hic igitur Sanctus Pater noſter, poſt vitam bene beatequе peractam, A & cum ſe exemplum diuinæ virtutis exhibuiſſet, plurimoſque ſanctæ doctrinæ ſermones expoſuiſſet, præſcius ſui obitus, compoſuit Teſtamentum, ad Diſcipulos, & quoſcunque Monachos, de futuris eos commonefaciens: & ſic modicum ægrotans, quieuit in Domino, à Monachis eremi ſepulturæ traditus. Precibus igitur & interceſſione S. Ephræm, dignetur & nos peccatores Chriſtus Deus noſter facere imitatores diuinæ vitæ ipſius: per quam, conſequi poſſimus miſericordiam, & remiſſionem peccatorum noſtrorum, in quæ collapſi ſumus. Quoniam ipſi Chriſto & Deo noſtro conuenit omnis honor & adoratio, cum Patre, & Sancto ac viuifico Spiritu: in ſecula ſeculorum. AMEN. B

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

IN pluribus manuſ. exemplaribus Græc. S. Ephræm, tam Vaticanis, quam alijs, hanc anonymam reperi Vitam, alibi quidem in ipſo principio, alibi in fine Oper. poſitam, quam ideò Latinè transferre, & hic tamquam loco conuenienti reponere viſum fuit. Et licet de verò illius Auctore, non certò conſtet, in antiquiſſimo tamen manuſ. Græco Cod. Bibliothec. Cryptafer. Sub litt. ϙ̄ς eiuſmodi Inſcriptionē reperi: Περὶ τοῦ Κυροῦ Εφραιμ. ἴς. τοῦ Αμφιλοχίου Επισκόπου. *id eſt: De S. Ephræm Syro. fort. S. Amphilochij Epiſcopi.*

Vixit temporibus Conſtantini Regis, & aliorum qui poſt ipſum regnarunt, &c.] *Quod Ephræm Conſtantini Magni temporibus vixerit, paſſim reperitur in omnibus Vitis anonymis Græcè exaratis, quæ eius ferè adiunguntur operibus, ita etiam cum alijs tenet antiquum Græcum Menologium, in quo Vitæ Sanctorum cum ſuis Iconibus ab Imperatore Baſilio, vel iuſſu eius collectæ, graphicèq; deſcriptæ continentur, de quo poſtea latius. Nec obſtat quod ſcribit S. Hieronymus eum ſub Valente deceſſiſſe, quia potuit ſuam ætatem à Conſtantino ad Valentis vſque tempora produxiſſe, ſicut & fecit, cum ſolum 40 interfluxerint anni. adeo etiam verum eſt, quod hic & in alijs illis habetur anonymis: Vixit Conſtantini Magni Regis temporibus, & aliorum qui poſt ipſum regnârunt, ad Valentis ſcilicet vſque tempora, ſub quo deceſſit.* C

Tu autem ne me intuearis, ſed terram ex qua tu vir ſumptus es, &c.] *Alia lectio habet: Tu autem ne me aſpicis quidem, ſed in terram ex qua ſumptus es, oculos defixos tenes, &c. atque hoc ſapiens fœminæ reſponſum exſtitit, quod idem & à Nyſſeno in vita Sancti Ephræm, alijsque ductum reperitur.*

Hic igitur Sanctus Pater præſcius ſui obitus, compoſuit Teſtamentum, &c.] *S. Ephræm in fine* D *vitæ ſuæ condidit Teſtamentum varia pietate, ac ſalutari doctrina redundans, lectu ſanè digniſſimum, quod vt omnibus pateat, congruentem ei locum atque ordinem adſignare, & in fine Tomi 3. pro vltimo Sancti monumento reponere viſum eſt, quo Lectorem remittimus.*

COMPARATIO AC SIMILITVDO QVÆdam SS. Patrum Baſilij, & Ephræm Syri, per S. Amphilochium Iconij Epiſcopum.

FRatres, vtilem quandam vobis facere inſtitui narrationem, de celebri Baſilio, ac Ephræm Syro: eorum ſcilicet, quæ partim in S. E Patre noſtro Baſilio perſpexi, & partim ex veraci ore ipſius Sancti, ac admirandi Ephræm, audiui. Eſt autem hic Ephræm celebris inter habitatores eremi, alia quidem ex diuina inſpiratione ſanctiſſimi Spiritus contemplans, alia autem ex deſiderio & interrogatione addiſcens, cuiuſmodi ſunt admiranda opera celeberrimi Patris noſtri Baſilij: De quo quidem intentiſſimè Deum orabat, vt reueletur ei, qualis ſit magnus Baſilius. In ecſtaſim ergo raptus, vidit columnam ignis, cuius vertex attingebat cælum. Et vox deſuper audita eſt: Ephræm Ephræm, quemadmodum vidiſti columnam ignis, eiuſmodi eſt Magnus Baſilius. Et ſtatim adhibito interprete, quòd

Ephræm quid in ſpiritu cognouerit de Baſilio.

A quòd linguam Græcam non calleret, perrexit ad magnam Eccleſiam celebris Vrbis Cæſareæ, quò perueniens, ipſa ſanctæ Theophaniæ ſacra ſolennitate, & clam ingrediens, vidit * aduentantem Magnum Baſilium, dixitq́ue ſocio ſuo: Suſpicor frater, nos in vanum laboraſſe: Nam iſte in tali conſtitutus cùm ſit ordine, non eſt ſicut vidimus: conſpiciebat enim ipſum ſtola amictum candida, ſacrumq́ue * electum Diaconum, circa ipſum albis indutum, ac obſeruantem eum. Et ſtans in ſecreto loco Eccleſiæ, reprehendit inſtitutum, intra ſe dicens: Nos qui portauimus pondus diei, & ęſtus, nihil profecimus, & hic in eiuſmodi hominum frequentia, atque honore, quomodo columna ignis exiſtat, miror. Hęc ipſo ſecum cogitante, B mittit ſuum Archidiaconum ad ipſum Sanctus, dicens: Abi ad portam * quæ reſpicit Occidentē, & ibi in angulo Eccleſiæ reperies Abbatem cucullo opertum, & cum eo alium quemdam ſtatura humili; reliquaque adiecit, ad eius aſpectum pertinentia, cui dices: Iuberis ingredi presbyterium, vocat te Archiepiſcopus. Archidiaconus autem multo labore diſcindens populi multitudinem, perrexit ad locum vbi ſtabat Sanctus Ephræm, & dixit ei: Benedic Domine. velis ingredi ad presbyterum, vocat enim te pater tuus Archiepiſcopus. Et intelligens per ſuum Interpretem, quæ dicebantur, reſpondit dicens: Erras frater. Nos peregrini ſumus, & ei incogniti. Et abiens Archidiaconus, nuntiauit iſta Archiepiſcopo. Cumq́ue Magnus Baſilius ſacræ Scripturæ libros explanaret populo, videt Sanctus Ephræm igneam per os eius loqui linguam. Rurſuſq́ue ad ſuum Archidiaconum Sanctus: Vade, & dic ei: Domine Ephræm, veni ingredere in ſanctum presbyterium, nam accerſendum te curat Archiepiſcopus. Et abiens ad eum Archidiaconus, oſculanſq́ue eius pedes, dixit ad ipſum: Domine Ephręm, introire iuberis nam pater tuus Archiepiſcopus te vocat, vt ad ſacrum presbyterium C accedas. Super his ergo attonitus Sanctus Ephræm dedit gloriam Deo, genuq́ue flexo, reſpondit ei dicens: Verè Magnus Baſilius, verè inquam columna ignis Baſilius. verè Spiritus ſanctus loquitur per os eius. Rogabat autem Archidiaconum, vt reſpondeat opportunum magis fore poſt miniſterium, ſalutare ipſum in ſecretario. Abſolutoq; iam officio, in ſecretarium ingreſſus Baſilius, accerſendum eò curat Sanctum Ephræm. Cui aduentanti, oſculum præbuit in Domino, & dixit: Optatus aduenisti, ô Pater filiorum eremi. Optatus inquam veniſti, qui eam diſcipulis Chriſti repleuiſti, & dęmonas ex ea, in Chriſto expuliſti. Sed quorſum eũ tibi laborem ſuſcepiſti, ô pater? veniſti viſurus hominē peccatorē, largiatur tibi mercedem Deus, iuxta laborem tuum. Cui venerandus reſpōdens Ephræm, reuelare cœpit omnia ſecreta cordis ſui, factaque, ac dicta: & ſimul cum Abbate ſocio D ex manibus eius communionem accepit. Ipſoque conuiuium * exhibente, dixit Sanctus Ephręm: Pater ſummè honorande, vnam abs te depoſco gratiam, & hanc mihi annuas velim. Ad quem Magnus Baſilius: iube, & dic, quæ videtur tibi: multa enim tibi debeo, ac maximè propter tui ad me aduentus laborem, quem ſumpſiſti. Et honorandus Ephræm ad ipſum: Noui Sancte pater, quod quæcunque popoſceris à Deo, præbebit tibi, cupio autem, vt pro me roges ipſum, vt loqui queam Græcè. Cui Magnus Baſilius: Rem poſtulaſti, quæ meas excedit vires. ſed quia bona cum fiducia, ac in fide petis, veni Pater venerabiliſſime, & deprecemur ambo Dominum: Potens eſt enim Deus, facere voluntatem tuam. Scriptum eſt enim: Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Et orantibus illis ad plurimas horas, ac tandem ab oratione ſurgē- E tibus, ait Magnus Baſilius: Cur domine Ephræm, non accipis ſacram ordinationem Sacerdotij, quæ * conuenit tibi? Cui Ephræm per Interpretem: Quia, inquit, peccator ſum. Et reſponſum eſt ei à Magno Baſilio: vtinam, & ego talis peccator eſſem. Dixitq́ue ad eum: Flectamus genua, & cum humi eſſent proſtrati, impoſuit manus Sancto Ephræm, magnus Pontifex. recitanſq́ue orationem Diaconi, dicit ad ipſum: Iube nos ſurgere. Atque tunc ſoluta, & illuſtrata eius lingua, dixit Sanctus Ephræm, Græco ſermone: Σῶσων, ἐλέησον, ἀνάστησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς τῇ χάριτι. id eſt, Salua miſerere, reſuſcita, & tuere nos Deus tua gratia. & impleta eſt Scriptura: Tunc ſaliet ſicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Loquente ergo ipſo, & è veſtigio Græcè, omnes eadem hora glorificârunt Deum, qui omnia poteſt, & exaudit preces timentium ipſum. Et lætitia ſpiritali cum illo refectus,

Ephræm Cæſaream venit.

*al. procedentē in Eccleſiam.

*al. clerumque ſacrum candidis indutum veſtibus, &c.

Matth. 20.

*al. ad portam precatoriam.

Metaphora perelegans.

Lingua ignea S. Baſilij.

Idem apud Ephręm eſt in Encom. in S. Baſilium, Tom. 3.

*al. charitatem faciente.

Ephręm cupidus loquendi Grecè.

Pſalm. 114.

*al. cum dignus ſis atque idoneus, &c.

Ephræm incipit loqui Græcè.

Eſaiæ 35.

refectus, intra triduum ordinatis Interprete Diacono, & S. Ephræm Presbytero, A dimiſit eos in pace ad propria, glorificantes Deum, ſuper omnibus quę audierant, viderantque, ſicut locutus eſt ad eos.

SCHOL. *Pulcherrimam iſtam inter Baſilium & Ephræm, Comparationem, licet anonymam in vno manuſcrip Græc. Vatic. inuenerim, tamen quia in alio exemplari ſeorſim ſub nomine præfertur Amphilochij, non ſine cauſſa ſub eius edendam nomine cenſui & eò magis quòd vtrique ipſe* συγχρόνιος *fuerit, ac valde addictus, & hoc ſatis per illa indicetur verba:* Vtilem facere narrationem inſtitui, eorũ quę partim in S. Patre noſtro Baſilio perſpexi, & partim ex veraci ore Sancti, & admirandi Ephræm audiui, &c.

Vbi in fine habetur,] intra triduum ordinatis Interprete Diacono, & ſancto Ephrępm Presbytero, dimiſit eos, &c.] *In alio Cod. ſic legitur: Tres verò dies ſpiritali gaudio ſimul tranſigentes, poſtquam iam S. Baſilius Interpretem quidem Diaconum, Ephræm autem Presbyterum conſecraſſet, dimiſit eos* B *in pace ſicut dictum eſt* ad ipſos, &c. *De presbyterio porrò Ephræm, etiam in ſequentib. Teſtimonijs reperies.*

SEQVVNTVR PRÆCLARA ALIORVM QVORVNDAM.

SANCTORVM PATRVM TESTIMONIA DE S. PATRE noſtro Ephræm Syro.

De quo, in primis S. Baſilius, in Hexam. Diuini opific. Homil. 2. C

EXPONENS inter alia illud Geneſ. 1. *Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, &c.* ſic habet: At quo nã pacto dixeris, Super aquas hic ferebatur? Equidem nõ meam, ſed viri cuiuſdam Syri recenſebo ſententiam (intelligendo S. Ephręm Syrum) qui tantum à mundana ſapientia diſtabat, quanto verarum rerum ſcientię propinquior erat. (ecce quantam ei laudem attribuat) Aiebat igitur ille, Syrorum vocem ſignificantiorem atque euidentiorem eſſe, & ob affinitatem, quam cum Hebraica habet lingua, ſententias Scripturarum aliquo modo propius attingere, &c. Quòd autem per Syrum illum, Sanctum hunc noſtrum Patrem Ephræm intelligat, colligitur inde non obſcurè, confirmaturque idem ſatis à Gregorio Nyſſeno, affirmante de eod. in ipſius Vita iam ante poſita, quòd vniuerſam Scripturam aſſiduo ſtudio diligenter verſauerit, vt quiuis alius, accurateque ad verbum interpretatus ſit, & ab ipſa mundi procreatione vſque ad vltimũ D gratiæ librum, quæ abdita quæquè occulta & obſcura erant, ſpiritus lumine adiutus, commentarijs illuſtrârit, &c. Vnde mirum non debet cuiquam videri, ſi Baſilius dicatur commentarios illos S. Patris Ephręm, & pręſertim ſuper Geneſin, quò hic cum primis reſpicit, vidiſſe atque legiſſe. Et huc facit auctoritas Moſes Bar-Cepha Syrorum quondam Epiſcopi, adeò frequenter Ephræm Syri teſtimonium atque auctoritatem maximè in Geneſ. celebrantis atque citantis, ſicut ex ipſius lib. de Paradiſo terreſtri, cuiuis conſtare poterit, qui aliquot ab hinc annis è Syro Latinè in lucem prodijt. vt dubitari nequaquam debeat, quin & iſta iam adducta Baſilius apud Ephręm viderit, indeque eadem citauerit: quòd ipſum Ephręm maximi faceret, vniceque amaret & obſeruaret, ſicut ex ante iam poſitis, & ex Nyſſeno atque Amphilochio adductis, clariſsimè oſtenſum eſt. Quin etiam Baſilius qui Cæſareę vrbis primarię Cappadociæ Epiſcopus fuit, hunc hominem (vt cùm pluribus teſtatur Sozomenus) eruditionis cauſſa in primis admiratus eſt, ſummeque laudauit, &c. de quo plura in ſequentibus. E

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum inſigne admodum de eodem Teſtamonium profert, & dicit:

EPhræm, Edeſſenę Eccleſię Diaconus, multa Syro ſermone compoſuit: & ad tantam venit claritudinem, vt poſt lectionem Scripturarum, publicè in quibuſdam Eccleſijs, eius ſcripta recitentur. Legi eius de Spiritu Sancto Gręcum volumen, quod quidam de Syraca lingua verterat, & acumen ſublimis ingenij etiam in tranſlatione cognoui. Deceſsit ſub Valente Principe.

Et ex hoc S. Hieronymi teſtimonio clarè liquet, quanti olim Scripta S. Ephræm fiebant in Eccleſia.

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI INSIGNE ADMODVM DE S. EPHRÆM SYRO, alijſque SS. Patribus antiquis Encomium, vide infra in Eiuſdem Sermone de falſis Prophetis, & Doctoribus &c. pag. 804. b c.

Ex Palladio, de S. Ephræm.

QVæ ad vitam & actiones S. Patris Ephræm Diaconi Eccleſiæ Edeſſenę pertinent, omninò intellexiſti. Fuit enim vnus inter alios dignus, cuius memoria à ſanctis Chriſti ſeruis celebretur. Hic, Spiritus viam perficiens, & à recto vitæ tramite non deflectẽs, meruit acquirere gratiam cognitionis naturalis, cui ſuccedit Theologia, & vltimò beatitudo. Quietam ergò vitam exercens, & plurimis iam annis eos qui ad ipſum ventitabant, ædificans, tandem ex cella ob cauſſam eiuſmodi prodijt. Etenim fame magna inuadẽte ciuitatẽ Edeſſenorũ, miſertus omniũ qui peribant agreſtium, acceſsit ad eos qui in ciuitate erant diuites, & dixit ad eos: Quamobrem B non mouemini miſericordia humanæ naturę pereuntis fame, ſed frumentum veſtrum putreſcere ſinitis, in damnationem animarum veſtrarum? At illi ſe excuſantes, dicebant: quia non habemus cui fidamus, ad miniſtrandum fameſcentibus panes, nam omnes ad quæſtum rebus abutuntur. Quibus ille: Quid vobis de me videtur? (erat autem magnæ apud cunctos exiſtimationis, non fictè, ſed verè. Dicunt ei: Hominem te nouimus ſecũdùm Deum. Numquid mihi, inquit, fidem adhibetis? ecce propter vos meipſum receptorem peregrinorum offero. Et acceptis argẽteis, obſeptiſque vallis, ac conſtitutis lectis quaſi trecentis, infirmos ac fame oppreſſos curabat, morientes quidem ſepeliens, alios verò quibus adhuc vitœ ſpes ſupererat, curãs, & omninò, cauſſa curandæ famis, hoſpitalitatem & obſequium quotidie præbẽs, ex ijs quæ ſuppeditabantur ei. Anno ergo expleto, cùm ſucceſsiſſet fertilitas, & cuncti ſua ſeminarent, nec amplius ibi haberet quod ageret, rurſus ſuam ingreſſus eſt cellam, & poſt menſem obijt, Deo hanc illi præbente occaſionem, ac modum accipiendæ coronæ, in nouiſsimis ſuis. Reliquit autem & volumina ac ſcripta valde elaborata, conſtitutioneſque plurimas ſtudio digniſsimas. *atque iſta recens ex antiquo manuſcript. Græco Vaticano ſic tranſtulimus.*

C

Ex Theodoriti Hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 30. ſub fin.

EOdem tempore Ephræm, vir ſanè admirabilis, & Scriptor inter Syros facilè excellentiſſimus, ſacratiſsimo Iacobo ſupplicabat, &c. *Ecce quomodo eum admirabilem dicat virum, & Scriptorem excellentiſſimum, &c.*

Idem Theodoritus lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. cap. 29.

TVm & admirabilis Ephræm Edeſſę, Alexandriæ verò Didymus excelluit libris editis aduerſus hoſtes veritatis dogmatum. Vtebatur ille quidem lingua Syriaca, qua radios gratiæ D ſpiritales explicabat. Cumque Gręcas litteras non deguſtaſſet, tamen & multifidos Gręcorum errores reprehendere & detegere omnium ſectarum malitioſam imbecillitatem poterat. Idem cùm Harmonius Bardeſanis filius olim carmina quædam compoſuiſſet, quibus impietatẽ modorum ſuauitate temperata, audientes demulcerentur ac captarentur ad perniciem, aſſumpta compoſitione eadem modorum incluſit pietatem, & audientibus gratiſsimum optimumq; remedium obtulit. Quibus carminibus, nunc quoque lętiora redduntur feſta conſecutorum palmes Martyrum, &c.

Ex Sozomeni Hiſtoria Eccleſiaſtica, lib. 3. cap. 15. per totum.

E PER idem tempus, præter cæteros in magna laude vixiſſe, & Eccleſiam Catholicam cum primis exornaſſe viſus eſt Ephręm Syrus: qui Niſibi natus, genus ex illius Vrbis indigenis duxit. Hic diſciplina monaſtica vitam inſtituens, cùm neque à quoquam didiciſſet, neque expectaret ſe talem euaſurum, de repentè in linguę Syriacę peritia tantum profecit, vt ſummarũ Philoſophię præceptionum intelligentiam adeptus ſit: & non ſolum facilitate, ac ſplendore orationis, ſed etiam ſententiarum crebritate atque ſapientia Græcos ſcriptores facilè præſtãtiſsimos ſuperauerit Nam iſtorum ſcripta ſi quis vel in Syriacam velit, vel in aliam conuertere linguam, & condimenta (vt ita dicam) Gręcarum argutiarum adimere, ſtatim deprehendetur priorem venuſtatem amiſiſſe. At verò in libris Ephræm idem minimè accidit; nam non modò cùm ei vita adhuc ſuppeditaret, verùm hoc etiam tempore, eius ſcripta in Græcum ſermonem vertuntur; atque orationis vis & elegantia multò inferior eſt ea, in qua primùm ſunt edita. Sed cùm Gręcus etiam illa Gręcè legat, perinde ea admiratur, atque ſi Syrus eſſet, & Syriacè legeret. Quin etiam Baſilius qui Cęſareæ, vrbis primariæ Cappadociæ Epiſcopus fuit, hunc hominem eruditionis cauſſa in primis admiratus eſt, ſummeque laudauit. Quapropter Eprẹm iure optimo mihi

A Videtur hoc laudis teſtimonium, prolatum ore Baſilij (quem omnium ſui temporis eloquentiſſimum fuiſſe inter omnes conſtat) ab omnibus Græcis, qui tū propter doctrinam in magna admiratione fuerunt, conſecutus. Dicitur porrò triciès centenas myriadas carminum, ſi omnia ſimul numerare velis, conſcripſiſſe, eaque haberi in manibus multorum, qui fuerunt eius diſcipuli, quique ſtudioſè illius doctrinam imitati ſunt: quorū illuſtriſſimi fuerunt, Abbas Zenobius, Abraham, Merus, & Symeon, de quibus tum Syri, tum quotquot doctrinæ Syriacæ diligenter operam nauant, magnopere gloriantur. Pari ratione etiam Paulonam, & Aranad, propter eloquentiam laudant illi quidem: tamen eos à pia doctrina per errorem deſciuiſſe memorant. Neque equidem ignoro, olim quoque ſimiliter apud Oſroenos fuiſſe viros eloquentiſſimos Bardeſanem, auctorem ſectæ cuiuſdam ipſius nomine appellatę, & Harmonium eius filium, quem dicunt Gręcorum diſciplinis educatum fuiſſe, ac primùm patrium ſermonē numeris adſtrinxiſſe, & modis muſicis cantorumque cœtibus tradidiſſe. ad quem modum etiam hoc tempore canunt B Syri, non quòd carminibus ab Harmonio ſcriptis, ſed quòd eodē genere concentus & numerorum vtantur. Nam cum Harmonius neque à paterna hæreſi, neque ab opinionibus quas Philoſophi Gentiles de animo, de corporis ortu, atq; interitu, & de regeneratione tenent, omninò vacuus eſſet, cumque ea quę ſcripſerat, ad lyram compoſuiſſet, & eaſdem opiniōes ſuis ſcriptis admiſcuiſſet: Ephraim videns Syros & verborum elegantia, & numeroſis modis cōcetus mirè delinitos, atque eo pacto ad ſimiliter cum Harmonio ſentiendū aſſuefactos, quamuis Gręcæ litteraturæ eſſet expers, tamen in numeris verſuum Harmonij comprehendendis ſe attentè defixit, & ad modos carminum eius, alia carmina doctrinæ Eccleſiaſticæ conſonantia cōpoſuit: cuius generis ſunt ea quidem, quæ hymnos diuinos, & laudes virorum qui vitam à perturbationibus animi vacuam degebant, cōplectuntur. Ex quo quidem tempore, Syri modos ab Ephraim fuſos, iuxta concētum Harmonij obſeruantes canunt. Quantum igitur ingenio excelluerit, hinc facilè coniectura capi poteſt. Quod autē ad vitæ inſtitutionem attinet, ſe bonis operibus & exquiſita viuendi diſciplina nobilitauit, quietemque ac tranquillitatem vehementer amplexatus eſt. Grauis præterea erat, & ſibi vſque eò ab hominum calumnijs cauebat, vt etiam aſpectum C cuiuſque mulieris ſedulò vitârit. Nam fama eſt, mulierem quamdam vita diſſolutam, ac moribus impudentē, ſiue vt hominem tentaret ipſa, ſiue ab alijs mercede conducta iſtud conaretur, quodam tempore dedita opera ei ex aduerſo obuiam in angiporto prodijſſe, illumque intentis oculis aſpexiſſe. Eum verò acriter increpaſſe mulierem, iuſsiſſeque vt terram intueretur; mulierem autem reſpondiſſe. Qui poſſum ipſa iſtud facere, quæ non ex terra, ſed ex te ſum edita? Eſt enim æquius, vt tu terram aſpicias, ex qua ortum habes: ipſa autem vt te intuear, vnde procreata ſum. Itaque Ephraim mulierē valde admiratus, quod inter eos acciderat, libro quodam accuratè deſcripſit: quem librum qui ſunt inter Syros diſerti, in numerum librorum illorum, qui ſunt accuratè ab eo elaborati, referunt. Eſt etiam memoriæ proditum, illum, quamquam antea iræ moderari non poterat; tamen ex eo tempore quo vitam monaſticam excolere cœperat, nunquam viſum eſſe à quoquam ira incenſum. Itaque cum multis diebus, vti ſolebat, ieiunaſſet: miniſter D qui obſonium ei deferebat, ollam fregit. Quam cum Ephraim videret pudore & metu perculſum, quin bono animo es, inquit, atque eamus ad obſonium, quoniam illud ad nos non venit. Quare circiter ollæ fragmenta accumbens, cœnauit. Porrò autem quàm ſtrenue inanem gloriam repreſſerit, ex eo quod modò dicetur ſatis poterit intelligi. Quodam tempore quidam ad Epiſopatum gerendum ei ſuffragati, comprehendere hominem conantur, vti ad locum, in quo crearetur Epiſcopus, deducerent. Quod ſimul vt intellexit, in forum curſitat: atque incompoſitè incedento, veſtem lacerando, & cibum palam capiendo, ſe furere monſtrat. Vbi verò hi, qui eum comprehenderant, illum è mentis poteſtate exiuiſſe arbitrarentur, & appetitio, qua ad eum conſtituendum Epiſcopum ferebātur, reſtincta eſſet, ille idoneum tempus nactus clam aufugit, & tantiſper latitauit dū alter eius loco Epiſcopus creatus eſſet. Verum iſta de Ephraim dixiſſe contentus ero. De quo, licet eiuſdem loci indiginę, & norunt multò plura & commemorant: tamen vnum ſolum pręterea, quod ab eo non longè ante mortem geſtum quoniam mihi quidem admodum videtur memorabile, hoc loco litteris mandabo. E

Cum fames Edeſſenorum vrbem iam longo tempore occupaſſet, Ephraim è domo, in qua monaſticam degebat vitam, egreſſus, eos quibus ſuppetebant facultates grauiter incuſauit; quòd ſcilicet cum minimè oporteret, tribules inopia rerum neceſſariarum confectos negligerent, diuitias ſuas ſtudioſè ſeruarent, idque ad ſuum ipſorum damnum, & cruciatum animæ ſuæ, quam non modò diuitijs cuiuſque generis: ſed etiam ipſi corpori, & alijs rebus omnibus pręponendā ſapienter demonſtrabat, quam quidem illos pro nihilo ducere, re ipſa planè oſtendit. Illi igitur hominem & eius verba reuerti, dixêre ad hunc modum: Nobis quidem opes minimè curæ ſunt: ſed cui eas diſtribuendas committamus, admodum incerti ſumus: præſerim cùm omnes ferè lucri cupiditate ardeant, & hanc rem velut mercaturam ad quęſtum faciant. Tunc Ephraim ſciſcitatur ab illis: Qualis quæſo ipſe vobis videor. Qui cùm fidelem, ſpectatum admodum & bonum virum, & talem eſſe, qualem opinio de eo habita oſtendebat, cōfiterentur. Veſtrum, inquit, cauſſa, hoc quidquid eſt negotij, mea mihi ſponte ſumo. Argentoque ab illis accepto, circiter lectulos

trecentos

A trecentos in publicis porticibus conſtituit: & non eorum ſolùm, quos fames in morbum coniecerat, curam ſuſcepit, verùm etiam peregrinos, & eos qui egeſtate rerum ad vitam neceſſariarum coacti, ex agris eò venerant, benignè tractauit. Vbi autem fames exſtincta eſt, in domum rediјt, in qua antea ætatem degerat. Paucis verò poſt interpoſitis diebus, mortem obiјt. qui quamquam in ordine clericali ad Diaconatum ſolùm elatus erat, tamen non minus omnium ſermone ob virtutem celebratus eſt, quàm hi qui ob Sacerdotiј dignitatem, inſtitutionem bonæ vitæ, & excellentem doctrinam in magna admiratione fuerunt. Quare ſint iſta quidem tamquam indicia quædam virtutis illius, quæ in Ephræm elucebat. Nam de eo pro dignitate dicere, atque omninò quo pacto ille; & aliј ſinguli qui per idem tempus monaſticæ diſciplinæ ſe debebant, vitam & mores inſtituerint, & apud quos ætatem degerint, accurratè diſſerere, Scriptorem ſanè requirat, qualis ille ipſe fuit. A me quidem certè tum propter doctrinæ tenuitatem, tum ob ignorationem & virorum ipſorum, & rerum præclarè ab illis geſtarum, haud fieri poſſe video. B Nam nonnulli in ſolitudine delituerunt; aliј in turba ciuitatum vitam degentes, ſe opinione hominum abiectos, & nihil à vulgo differre oſtenderunt: qui licet virtutem ſedulò excolerent, tamen veram ſunt de ſe ementiti opinionem, quo minimè ab aliјs laudarentur. Nam dum ad bona futura, quibus rectè facta remunerantur, aciem mentis acriter intenderent, teſtem ſuorum operum Deum ſolum effecerunt; gloriam autem, quę ab hominibus virtuti tribui ſolet, omninò pro nihilo duxerunt, atque ſpreuerunt.

Ex hiſtoria Eccleſiaſt. Tripartit.
Libro 5. cap. 45.

C TVNC igitur Ephræm vir mirabilis, & Scriptor egregius apud Syros, ſanctiſsimo ſupplicabat Iacobo, vt ad murum veniret, & Barbaros conſpiciens, maledictionis tela in eos emitteret. Flexus ergo venerabilis homo, in quamdam aſcendit turrim; & cùm millia milliũ proſpiceret exercitus, aliam eis non eſt imprecatus maledictionem, niſi ciniphes & culices, vt per parua animalia ſupernam potuiſſet agnoſcere virtutem. Orationem verò ſequutæ ſunt ciniphum & culicum nebulæ, &c. *ac paullo poſt ſub fin. cap.* Hoc modo miſerrimus Imperator, paruã clementemque correptionem in ſe cognoſens factam à Deo habente prouidentiam animarum piè ipſum colentium, ſuum inde reduxit exercitum, confuſionem & non victoriam ex illa obſidione percipiens. *Atque iſta Theodoriti ſunt, in Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 30. ſub fin. vbi de Vrbis Niſibis obſidione, & Apoſtolica Iacobi Epiſcopi vita, ac S. Ephræm Syro agitur, &c.*

Ex eadem Hiſtor. Eccleſ. Tripart. lib. 8. cap. 6.

D HOC quoque tempore fuit Ephræm in Edeſſa, in Alexandria verò Didymus. Et Ephræm Syra vſus lingua, ſpiritalis gratiæ radios emittebat. Qui licet doctrinam ignoraret Græcam, multos tamen Græcorum, eruditoſque reprehendit, ac totus hæreticæ prauitatis infirmitatem nudauit. Et quoniam tunc Harmonius Bardiſanæ, quędam cantica componens, & impietatem melodicæ ſuauitati permiſcens illiciebat audientes, & ad perniciem venabatur: iſte ſumens inde harmoniam pietatem cantilenæ admiſcuit, audientibuſque ſuaue admodum ac vtile medicamẽtum appoſuit. Quę cantica triumphatorum Martyrum feſtos dies etiamnum efficiunt clariores. *Atque ita Theodoritus libro 4. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 29. vnde eadem licet verbis nonnihil commutatis, antea produximus.*

EX MENOLOGIO ANTIQVO GRÆCO TRADVCTA.

Quinto Calend. Februar. Commemorat. S. Patris Noſtri Ephræm Syri.

E EPhrẹm Edeſſæ in Syria, Conſtantino Magno Imperatore Chriſtianis parentibus natus, vixit ad Valentis vſque tempora; ex cuius infantis ore viderunt aliquando in ſomnis parentes prodire vitem, quę quaque verſus diffuſa, & ramos ſuos ad extremam terram protendens, terram ipſam implere videbatur, de cuius fructu alerentur volucres: intellexeruntque eam ſomniј figuram, vberrimam rerum omnium cognitionem, quę in filio futura eſſet, portendere. Nec defuit coniectura euentus: etenim omnibus virtutis numeris expletus, magno fuit Chriſtianæ Reipublicę vſui & commodo. atque vt magis etiam mortalibus prodeſſe poſſet, cũ Cæſaream veniſſet, à Baſilio Magno creatus presbyter, repentè linguam Gręcam (cuius erat vt homo media Syria natus, prorſus rudis & expers) callere cœpit, qui poſtea cùm pręclarè multa

ſcribendò & docendo, & faciendo optimè de Republica meritus eſſet, extrema ſenectute ex A
hominum vita migrauit.

Atqui iſta in antiq. quodam Menologio manuſcript. Græc. ſub 28. Ianuar. ſiue 5. Calend. Februar. vnà cum Icone S. Ephræm reperiuntur quem librum à Maioribus ſuis acceptum, loco theſauri magni adſeruat Illuſtriſſ. Cardinalis Cremonenſis, quòd venerandæ ſit antiquitatis, vitasq; Sanctorum à Baſilio Imperatore quem octaua celebrat Synodus general. collectas breuiterq; deſcriptas vnà cum ſuis Iconibus contineat, cuius ſanè aſpectu ac lectione non parum recreatus fui.

Ex Simeone Metaphraſte.

SAnctum quoque hunc noſtrum Ephręm miris celebrat laudibus Metaphraſtes in Vita eiuſdem B
à ſe deſcripta aut potius collecta, quam qui legere voluerit, Græcè bis in biblioth. Vaticana,
ſub num. 536. & 794. bono & antiquo charactere, conſcriptam inueniet: Latinè autem
à Lipomanno Epiſcopo traductam, & à Surio repoſitam Tom. 1. ſub 1. die Febr. Eam verò
nos 2. Tomo profiximus.

Ex Anaſtaſio Synaita, & Photio Patriarcha.

MVlta etiam S. Patris Ephręm adducta ſæpius inuenies tam ab Anaſtaſio Synaita in varijs
à ſe conſcriptis monumentis, quàm à Photio Patriarcha Conſtantinop. in ſua Bibliotheca,
vbi de varijs à ſe lectis libris ad Tharraſium ſcribens, varia ex hoc noſtro Auctore citat C
& ſubinde ad longum producit, quod idem & ab Anaſtaſio factum comperies.

Ex Georgio Cedreno.

CEdrenus quoque inter multa celebrans Ephræm Syrum, affirmat illum virum exſtitiſſe magnum dictis factiſque, ac multa vtiliter conſcripta Eccleſiæ reliquiſſe, & c. *ita ille inter Imperium Conſtantij & Iuliani.*

Ex Prodromo.

THeodorus item, non ille Antiochenus, ſed Prodromus dictus, tempòre Andronici Imperat.
Conſtantinopolitani iunioris, ann. Dom. 1200. in breui illa Auctorum ſacrorum hiſtoria D
S. Patris noſtri Ephræm meminit, vbi de ijs ſic ſcribit. *Qui Eccleſiam ſuis ſermonibus ornârunt,
hi ſunt: Magnus Dionyſius Areopagita, magnus Athanaſius, magnus Baſilius, magnus Ephram Syrus,*
& ſic de reliquis, quorum ibi mentionem facit, &c.

Ex Nicephoro Calliſt. Lib. 9. cap. 14.

MVlti alij ſpectati viri iiſdem annis viguerunt, atq; in Eccleſijs Dei enituerunt, inter quos potiſſimum eruditione, & eloquentia floruit Euſebius Emiſenus Epiſcopus, Titus Boſtrenſis, Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus, &c. *Sequiturq; ad rem hic faciens:* Videtur autem omnes hac in parte, gloria præcellere, atq; Eccleſiam vniuerſalem exornare Ephræm Syrus, &c.

Eodem lib. 9 cap. 16 Eadem hac ætate, & Ephrem Syrus pręclarus fuit, qui quidem longo interuallo
omnes pręceſſit, & breui tantum in lingua Syrorum, cùm quidem eam prius ab alijs nõ E
didiciſſet, neque ſpecimen aliquod aut ſpem, talem eum fore, præbuiſſet, profecit, vt cum pietatis exercitio ad ſummum cõtemplationis peruenerit, tum ſplendore, facilitate, & ſuauitate verborum, nec non denſitate & grauitate ſententiarnm, etiam præclariſſimos quoſque Græcorum, qui eloquentia antiquitus excelluiſſent, ſuperauerit. Etenim ſi quis illorum Græca ſcripta in Syrorum fortè aut aliorum peregrinam transferret, & florentem illam Græcorum ornamentorum gratiam, decentemque nitorem & fucum verborum detraheret, ilicò quoq; adſcititijs coloribus deficientibus, ſententiarum obſcuritas ſeſe pròdebat. Ad Ephræm longè alia erat oratio. Nam cum eo adhuc ſuperſtite atque etiam defuncto, poſtea libri eius in linguam Gręcam cõuerterentur, non longè admodum à propria & natiua virtute decedebant. mirum quidem auditu eſt, eundem & Gręcè, & Syriacè legi. Quamobrem Magnus ille & oratione & virtute Baſilius, qui Cappadocum metropolim Epiſcopatu ſuo exornauit, ſummopere virum eſt admiratus, eundemque eruditionis nomine beatum cenſuit. Vt tanti viri tam certo teſtimonio manifeſtum ſit, communiter quoque à Græcis, qui tum clarum in eloquentia obtinuére nomen, præ-

ſtantiſſimum

ſtantiſſimum omnium Ephræm iudicatum eſſe. Vox ſanè Baſilij talis, non temerè prolata eſſe exiſtimanda eſt. Dicitur autem S. Ephræm trecentas verſuum myriadas conſcripſiſſe. Multi quoque eidem fuêre diſcipuli, qui inſtitutionem & philoſophiam eius ſunt ęmulati, in quibus celebriores ſunt, Abbas Zenobius, Abraham, Maran, & Symeon, apud Syros ingenti gloria viri, & quibuſcum præterea hunc vitæ modum illi communicauêre. In locis verò eiſdem, facundia maximè præſtantes, Paulonas, & Anarad exſtiterunt, qui deinde lapſi, ſana exciderunt fidei doctrina, &c. *Sequiturq; ibidem poſtea*: Cæterùm S Ephręm ea re cognita, quamuis Græcarum artium expers, Harmonij numeros moderatus eſt, atque eiuſdem modulis, carminibus Eccleſiaſticæ ſententiæ conſonis, adiectis, Syris ad hoc vſque tempus ea canenda dedit. Nam diuinos hymnos plurimos, quibus Deum in primis celebrat, & laudes pręterea virorum, qui vitę inſtituto Deo placuêre canit, ad Harmonij carminum leges compoſuit: à quibus, vt equidem puto, per ęmulationis ardorem, poſteriores Eccleſię cantores modulorum formulas mutuati, magis etiam atque magis augere atque propagare eas ſunt aggreſſi. Qualis igitur is ſermone fuerit, vel ex hoc ipſo conijcere licet. Vita verò ei valde exacta, & bonis operibus ſpectata fuit, &c. *Poſtea ſub finem eiuſdem cap. 16. ſubdit.*

Plurima ſanè & alia memoratu digna, & qui de eo conſcriptus eſt liber, & prouinciales eius, Romani ſimul, & Syri, de eo referunt, quę cuiuis cognoſcere eſt procliue. Vnum illud ſanè quàm memorabile, hiſtorię huic inſerere viſum eſt, quod ab eo ante obitum eſt geſtum. Fames ingens Edeſſenorum vrbem premebat: atque ipſe, qui multos annos domo non fuerat progreſſus, tum philoſophandi ſtudio aliquantum intermiſſo, prodijt: & in homines locupletes, qui ſic turpiter rerum neceſſarium inopia ciues ſuos pereuntes deſpicerent, acriter eſt inuectus, arguens eos quòd animarum cura neglecta, ſtudium omne in corpore fouendo collocarent. Illi autem integritatem, & paupertatem viri obſeruanter veriti, minimè id ſic eſſe affirmârunt: facilè enim & promptum eis eſſe indigentibus facultates diſtribuere: deeſſe ſaltem qui in eo miniſterio, pro eo atque deceret, fidelem ſe præberet, omneſque lucro inhiare; & talia fœde in quæſtum ſuum vertere, dixerunt.

Tunc Ephręm: Ego verò, inquit, qualis vobis eſſe videor? Et illi: honeſtus atque bonus, reſponderunt, & talis prorſus, qui opinioni quę de eo fertur, vita ipſa reſpondeat. Itaque ille ait: paratus ſum omnibus hac in re inſeruire. Multoque ab eis ſumpto argento, trecentas parauit mēſas, & in publicis porticibus eos qui fame affecti erant, acceptos, diligenter & benignè fouit: aduenas quoque & alios qui inopia affligerentur, humaniter curauit. Idque tantiſper fecit, dum fames ibi eſt graſſata. Ea verò delapſa, ipſe ad philoſophię ſuæ officinam redijt, ibique paucos poſt dies vita eſt defunctus. Vita ſanè monaſtica percelebris fuit, & ex ęquo cum ijs, qui Epiſcopatu, doctrina, & vitæ ſanctitate clari ſunt, laudatur. Hęc pauca ex multis quę ab Ephręm rectè pieque facta ſunt diximus. Res namque eius omnes ſi pro dignitate earum exponere nos oporteret, aut etiam aliorum qui tum eodem philoſophandi genere elaborarunt, vt ſcilicet eorum quiſque vixerit, & quali morum inſtituto ſit vſus, qualis ipſe fuit, Scriptore opus eſſet, &c. *Eadem ex Sozomeno ad longum antea produximus.*

Ex Iohan. Trithem. de Script. Eccleſ.

Ephrem Monachus, eremique cultor inſignis, & Diaconus Eccleſię Edeſſenę, à Beato Baſilio Preſbyter ordinatus, propter humilitatem ad diuina myſteria conficienda numquam acceſſit, quamuis apud Deum, & homines dignus haberetur. Nihilominus quantum ad officium ſuum pertinebat, in monendo populum infinitas Homilias declamabat. Hic ſicut in Vitis Sanctorum Patrum legitur, ab Angelo viſus eſt librum aureis litteris ſcriptum recepiſſe: vnde mox altera die & deinceps loquente in eo Spiritu ſancto, tantam declamandi gratiam habuit, vt nullum ſibi ſimilem ſuo tempore inueniret, &c.

IN SANCTVM PATREM EPHRÆM SYRVM

Latinitate donatum, ac Scholiis illuſtratum per R. D. Doct. Gerardum Voſsium.

COLLEGIVM GERMANICVM SVMMI PONT. IN ALMA VRBE.

CÆcropias nutriuit apes per tempora longa.
Ephræm, iam Auſoniæ melle fruantur apes:
Sedula Romuleis apis eſt celebranda camænis,
Quæ tulit in Latios, Attica melle fauos.
VOSSIVS inſtar apis, frondoſa æſtate Latinis
Legit ab Argolico, dulcia mella thymo.
Deliba purum Lector ſtudioſe liquorem,
Accipe, paſce animum, nulla venena latent.

ALIVD.

VItales auras SYRIVS dum carperet EPHRÆM,
Optauit Graio reddere verba ſono:
Reddidit, vt flexit virtus operoſa tonantem,
BASILIIQ. preces in ſua vota Deum.
Iam per te VOSSI, occiduas illuſtret vt oras,
Hunc vita functum cerno Latina loqui.
Tunc ſolos viuus Græcos, nunc mortuus ornat.
Clara doctrinæ luce, quot orbis alit.

ALIVD.

QVÆ pridem Græco ſonuerunt dogmata voce,
Nunc præbent gemino munera plura ſono:
Græcia quem proprium quondam eſt venerata parentem,
Orbi communem VOSSIVS eſſe dedit.

ALIVD.

Ad Eccleſiam Latinam gratulatio.

ALma parens noſtri gaude, diadema repertis
Fulget iam gemmis, quæ latuêre diu:
Argolicus validū quondā quod miſerat EPHræm,
VOSSIO id auxilium ſuppeditante capis.
Quod ſapuit Graios magniq́; Demoſthenis ora,
Nec fuit huc aptum viribus vſque tuis,
Prodidit eloquio Ciceronis ſermo redundans,
Perfacili quidquid ſermo Pelaſge negas.
Ergo age dignatur queis te BORCHLOniæ virtus,
Hæc noua gratanti ſuſcipe dona manu:
Pixida inexhauſtū, cornuq́; recludeGERARDO
Naiadum, vt ſponſi cælica dona probet.

ALIVD GRAECOLATINVM.

ΕΦΡΑΙΜ ζῶν τε κενὴν μέγα φαίδιμε δόξαν ἔφευγες
Οὔτε θανὼν μερόπων κύδια βουκολέεις.
χίλια δήθεν ἔτη, πλείω τε, σὰ γράμματα κεύθεις
Οὐρανίου θεσμοὺς ἐμπεδάοντα πατρός.
Νῦν δὲ τάδ᾽ οὐκ ἀέκων φάος ἐς ΛΑΤΙΟΝ προκομίζεις,
Ἄμμι εὐφρονέων, οὐ κλέος μεδέων.
Ὡς δὲ πλέον φεύγεις, μᾶλλόν γέ σε δόξα διώκει.
Ὡς ὁ φυγόδοξος ἔεις, ἀξιεπαίνετος εἶ.
Κηδόμενος δὲ θέλειν τιμῆς ἀγαθοῦ τε ΓΕΡΑΡΔΟΣ
Ἡμετέρου, καμάτων ἄξια δῶρα φέροι.

IDEM LATINE.

ILluſtris fragiles fugiebas viuus honores
EPHRÆM: nec moriens quæris inane decus.
Supra millenos annos monimenta recondis,
Quæ ſummi firmant iura verenda Patris.
Iamq́; finis LATII prodire in luminis oras,
Nobis proſpiciens, non decus inde petens.
Hoc mage debetur tibi gloria, quò minus ambis:
Hoc mage te ſequitur, quo magis hanc refugis.
Qui decus hinc tibi molitur, nobisq́; GERARDVS
Commoda, curarum præmia digna ferat.

ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ ΓΡΑΙΚΟΝ ΤΟΥ ΑΚΡΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΕΝ ΤΗ ΡΩΜΗ.

ΕΦΡΑΙΜ εὐφράτοιο δίκην ποταμοῦ κελάδοντος.
Οὔασι διψαλέοισι ἔχευσε μελιβρόιαν
Ἐκ στομάτων λιγυρῶν, τὰ νοήματα δ᾽ ἔμβαλε δέλτοις,
Ἑλλήνων στέρξασα τὴν μελίγηρυν ὄπα
Τῆς, ὅτε ΒΑΣΣΙΛΕΙΩ γε σωώντετο ποιμένι λαῶν,
Εἵλετό μιν τότε δὴ ἵμερος εἰσιδίαν.
Πνεῦμα δὲ οἱ ἐπένευσε τὸ παγκρατὶς, αὐτίκα δ᾽ ἔπνευ
Μήδεα, κεκροπίδαις εἴκελος, ἐκ πραπίδων.
Νῦν δὲ φράσιν γλώσσης, γρίφους τε ΓΕΡΑΡΔΟΣ εὖ εἰδὼς,
Φθόγγον ἐς αὐσονίων Ἀτθίδ᾽ ἐφηρμόσατο.
Προὔθετο δὲ ξυνὸν δίψης ἄκος. ἀλλά γε πάντες
Μέχρι κόρου ψυχὰς πλήσατ᾽ ἀρυόμενοι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ΜΗ σύ γε χερσὶν ἔλιασε κενεὸν βάρος, οἶσθα τίν᾽ ὦνερ;
Τὸν σύριον ΕΦΡΑΙΜ θεῖον ἄωτον ἔχεις.
Εἴρεο καππαδοκῶν ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ, πῶς ποτε γλώσσης
Ἔμμορεν Ἑλλαδικῆς οὐρανόθεν ποθέων.
Τὸν δὴ θῆκε ΓΕΡΑΡΔΟΣ ὁμόθροον αὐσονίοισιν.
Ἦτ᾽ ἐς ἀγαθός τις ἀνὴρ πᾶσιν ἀπαντιπίλω.

ΓΥΜ-

ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ ΤΩΝ ΑΝΓΛΩΝ ΕΝ ΤΗΙ ΡΩΜΗΙ.

ΚΗΠΩΡΟΣ περὶ πάντα, περὶξ λειμῶνα λιάζων
Κανθηρόν, καθὰ καλλιπέτηλα σισύμβρια κήποις
Πάντ᾽ ἐφορᾷ, καὶ λείριον. ἄνθεα καὶ ῥοδόεντα
Δρεψάμενος πάντων λαμπηδόνα πάντοθεν ἀνθῶν.
Οὕτω παντοδαποῖς, κήπους χρυσήρια. μουσῶν
ΒΟΣΣΙΟΣ ἑλλήνων σελίδας πολύγλωσσος ἐρευνῶν
Παννυχίῳ περὶ πάντα πόνῳ περὶ πάντα θοάζων,
Παίγνιά τ᾽ ἐκκρίνων πολυίδρις ἰτώσια βίβλων
Πάντα δ᾽ ἀνοιγόμενος πινυτῶν σελίδεσσι χαράξεν
Παντοδαπὸν ΕΦΡΑΙΜ πάντων πολυφέρτατον ἀνδρῶν.
Ἢ σελίδων πολλῶν πολυχ᾽ ησάτη, ἔνθαδε πάντα
Ἔνθα παροιμιῶν ῥοδόεντα καὶ ἄνθεα γνωμῶν
Ἔνθα ῥοδ᾽ ἱστορίης δροσερῆς καὶ φύλλοπνο᾽ ἔνθα
Μουσάων φίλος κλέος ἑλλάδος ἔνθα ὁκος
Ἔνθα δὲ πιερίδων τὸ σοφόν. στόμα, καὶ μελίφθογγον
Ἐκ Συρίας ΕΦΡΑΙΜ. Τὸ βαθυκλεὲς οὔνομα τί. χθὼν
Οὐκ οἶδεν πολύαινον; ὃν οὐ μία πατρὶς ἀοιδὸν
Κοσμεῖται, βαθύνουν, ψυχῆντε, νόημά τε θεῖον
Καὶ μελιχρὰς ἔπος, θείης χρυσήριον ὀμφῆς
Μυριάδας ἐπέων, νόον ἐργ᾽ ἱδρῶτα, καὶ ἄθλους.
Ὁ ποίαις πολύκλεισον ἀναγραψόμεθα δόξης;
Μηδὲ λόγῳ μετοχόν τε θεῶν κρινώμεθα θνητῶν
Ὢ πᾶσα τελέθει μέγας οὐρανός, ὃν κλείουσι
Πανταδαπῶν φίλα στέρνα σοφῶν, σελίδες τε ἀοιδῶν
Ῥώμη, Συρίας, χθών τε θάλασσα, καὶ ἑλλὰς Ἀθῆναι.

Idem, eiuſdem Collegij Angl. Rom. Latinè.

QValis odoriferis dum ſolus inambulat hortis
Vinitor, auricomos per pulchras ſimbria, flores,
Lilia luteolasq; roſas, vagus ille fragrantes
Cernit, & excerpit quidquid magis halat odore:
Talis in irriguis Muſarum VOSSIVS agris,
Græcorum quæuis quid pandit pagina luſtrans,
Dum terit, & tereti congeſta volumina verſat
Pollice, quæ potuit labor improbus haurit, & ipſe
Segregat æquali, ſi ſint noua ludrica, lance:
Eruta facundus culto detexuit ore,
Quo magis eniteat toto CORYPHÆVS in orbe
Ephræm, quemq; opus hoc celebrat, depingit, & ornat.
Hinc quaſi conſpicuo Lector ſibi colligat agro
Quidquid apud veteres complexa eſt Attica muſa,
Et roſeo ſermone melos, liquentia mella
Sugat, & auricomis, pulchras decerpat in hortis
Florea ſerta, roſas, & purpureos hyacinthos,
Narcyſſum, violas, & lilia hiulca, nitentes:
Hinc EPHRÆM redolens grato diuinus odore
Vernus in excultis rutilat, quaſi floſculus aruis
Muſarum lumē, quem GRÆCIA cantat, honorat,
Et decus eximium, celebrat, quem turba per orbem
Pieridum: nam ſuada ſuis mellita labellis
Seſſitat, & nomen non eſt ignobile. & EPHRÆM
Quod mare, quæ tellus non nouit? (patria laudat
Quem non vna) ſagax diuinæ mentis acumen?
Pierium carmen? diuina oracula? molli
Carmina quot calamo contexuit vnus? & inter
Peruigil ancipites quot quot tulit ille labores?
Cui tandem celebri nos aſcribemus honori
Inſignem pietate virum? qui perpete florens
Viuit in Elyſijs impar mortalibus æuo.
Quem vatum cecinere melos, fœcunda poeſis:
Et Græci & Syrij, tellus, Vrbs, orbis, Athenæ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.
ΕΙΣ ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΦΡΑΙΜ.

Τί λέγ᾽ ὀνειρώττω βότρυας χείλεσσι γινέσθαι;
  Ὄρνιθας ἐκ στόματος βοσκομένους τ᾽ ΕΦΡΑΙΜ;
Πτηνὰ σιτεύουσι σταφυλαὶ πολυάμπελοι ἀλλὰ
  βρίθουσι, στόματος τίπτε τεῷ βότρυες;
Μῶν καὶ ἀπὸ γλώσσης ὅτ᾽ ἀπορρέειν ἡδὺ λάλημα
  Ἑλκόμενον πάντων τὰ φίλα στέρνα σοφῶν;
Μὴ δ᾽ ἐπισημαίνῃ λαιμαργίαν ἄμπελος, ὅττι
  Οἰνομανὴς ΕΦΡΑΙΜ πάντοθεν ὀψοφάγος;
Οὐ μέθυσος, μελίφθογγος ἦεν, πολυφέρτατα ἀνδρῶν
  Ἡδυμελὴς ποιμὴν καὶ πολυβοσκόμενος
Καὶ καταμειλίσσει περὶ πάντα μελιρρύτος αὐδή,
  Οὓς ΕΦΡΑΙΜ γλυκερὸς καρποφερεῖ βότρυαι;

Idem Latinè: In viſionem S. Ephræm.

Quid grauidos labris EPHRÆM geſtare racemos
Somniat? & volucres paſcere labra leues?
Dum comedunt, creſcunt vuæ, fit maior aceruus,
Ecquid habent tumidos ſic tua labra botros?
Cur quæſo in teneris quòd ſuada diſerta labellis
Seſſitat? & faciles allicit ore viros?
Anne quòd ingluuiē præſagit vitis? vt EPHRÆM
Ebrius annoſo turgeat ille mero?
Non vinoſus erat, ſed erat facundus, & omnes
Mulſit, & innumeras nectare pauit aues.
Quid? quòd lingua arctis omnes traiecta cathenis
Attrahit? hos EPHRÆM fert tua lingua botros.

ALIVD.

EPhræm quæ cecinit Graio ſermone. GERARDVS
Hæc recinit Latio VOSSIVS *eloquio.*
Par linguæ candor, zelus, par vtroque refulget
Relligio, ſtudium, par pietatis amor:
Illius, Hæretici rabiem contundit, & œſtrum;
Huius, vt igniuomos comprimat ore viros.
Quid tuus oblatrat rapidus Luthere catellus?
Et lepidum infeſto perſtrepis ore melos?
Neſcis vt hæreticos linit ichthiocolla libellos
EPHRÆM, dum piſcis glutine ſtringit eos?
Quid noua, laruales ſectaris & hæreſis vmbras?
Non noua, non nugas, hoc tibi pendat opus.
Pandit at excultæ cæleſtia fulmina linguæ,
Et quæ diuino flamine verba tonant.
Charior eſt docto Lectori VOSSIVS, & quo
Clarius hæc Latio præſtitit eloquio.

IOANNES CARGA.

MVltum tibi GERARDE VOSSI Eccleſia
Romana debet quòd Latinum feceris
EPHRÆM SYRVM, non ante nobis myſticæ
Præcepta legis explicantem ſenſibus,
Quibus tot annos explicauit Græciæ:
Auctoritate namque tam Sancti Viri,
Vt voce mentis nuntiæ, multum iuuas
Patres Latinos veritatis inſitæ,
Et, diſciplinæ Chriſtianæ vindices.
GRÆCI videntur cæteri depoſcere.
Vt è ruinis, & tenebris Patriæ,
In hancq; ſedem, in hancq; lucem transferas:
Hi iure dicent optimo, ſe poſteris
Tuo renatos, & redemptos munere;
Magnum laborem par ſequetur gloria.

EPHRAEM DE SEIPSO.

EMerſi tandem è tenebris auctore Gerardo
  Voßio, hic in lucem me tibi ROMA dedit.
E Syrÿs Græcos, hinc Patres cerno Latinos:
  Imperium hac venit, Relligioq́ via.
Debueram patriæ, fatus quod voce Syrorum:
  BASILII votis Attica verba ſono.
Quod me ROMA ſuo videat ſermone loquentem,
  Magna Gerarde fuit cura laborq́ tuus.
Me ſacram in PETRI ſedem fideiq́ magiſtram
  Euehis, vnde eius, lux mea, luce micat.
Tot tibi nunc debet ROMANA ECCLESIA pro me,
  Quot grates habuit Græcia BASILIO.
Mille & bis centum fluxêre atque amplius anni,
  Cùm mea concluſit frigidus oſſa lapis:
Sub CONSTANTINO vixi, exceßiq́ VALENTE
  Principe, ſub XRSTO iam rediuiuus ero.
Hauſtus morte, fruor vita meliore, Gerardo
  Vindice, quo vindex Vrbis & orbis ero.
Ergo Gerarde tuo merces ſtat certa labori,
  Quæ me & BASILIVM iam ſine fine beat.

A

SANCTI PATRIS NOSTRI
EPHRAEM SYRI DIACONI ECCLESIAE EDESSENAE RELIGIOSISSIMI
DE SACERDOTIO.

Interprete & Scholiaſte Gerardo Voſsio.

B O MIRACVLVM ſtupendum. O poteſtas ineffabilis. O tremendum
Sacerdotij myſterium, ſpiritale ac ſanctum, venerandum
& irreprehenſibile, quod Chriſtus in hunc mũdum
veniens, etiam indignis impertitus eſt: genu poſito lachrymis
atque ſuſpirijs oro, vt hunc Sacerdotij theſaurum inſpiciamus,
theſaurum inquam his, qui eum dignè & ſanctè cuſtodiunt.
Scutum ſiquidem eſt refulgens & incomparabile
turris firma, murus indiuiſibilis, fundamentum ſolidum ac
ſtabile, à terra ad axem vſq; cæli pertingens: quid dico fratres, excelſos illos axes
contingi, imò in ipſos cælos cælorum ſine impedimento atque labore aſcendit,
C & in medio Angelorũ ſimul cum ſpiritibus incorporeis facilè verſatur. Quid dico
in medio ſupernarum Virtutum; quin & cum ipſo Angelorum Domino atq;
Creatore, datoreque luminum, familiariter agit. Et quantum vult, confeſtim quę
poſtulat, facilè & ſuo iure quodammodo impetrat. Non deſiſto fratres laudare &
glorificare illius dignitatis profunditatem, quam nobis, nobis inquam Adæ filijs
Sancta elargita eſt Trinitas, per quam mundus ſaluatus eſt, & creatura illuminata,
per quam montes & colles, rupes & valles illuſtri ac veneranda politia, Sanctorum,
inquam, monachorum, impleta ſunt. Quemadmodum & Propheta Eſaias
ſonora voce reboat, dicens: Quoniam de vertice montium vocem ſuam datur
ſunt hominis, in gloriam & laudem Dei altiſſimi. Hac quoque impietas è terra
ſublata eſt. hac, & continentia in terris commoratur. Hac & diabolus, è cœlo decidens
D ſubactus eſt. Laſciui vaſa facti ſunt ſanctificata, & fornicatores caſti & impolluti.
Inſipientes veritatis & iuſtitiæ duces facti ſunt, & improbi boni ac pij.
Per hanc & mortis potentia deſtructa eſt, & inferni vires propalam deperditæ, ipſaque
Adæ maledictio exterminata eſt atque ſoluta, & cæleſtis thalamus apertus
eſt & adornatus. Per hanc quoque humana natura, licet humilis atque abiecta,
cum Virtutibus incorporeis adæquatur. Quid dicam? quid eloquar, aut quid laudibus
efferam? Excedit quippe intellectum & orationem, omnemq́ue cogitationem,
donum altitudinis dignitatis Sacerdotalis. Et ſicut arbitror, hoc eſt, quod
Paulus, quaſi in ſtuporem mentis actus, innuit, exclamans: O altitudo diuitiarum
ſapientiæ & ſcientiæ Dei [a] incomprehenſibilis, quam incomprehenſibilia ſunt
E iudicia eius, & inueſtigabiles diuinæ viæ eius? Altiuolans, è terra in cælum noſtra
poſtulata Deo celerrimè defert, & Dominum pro ſeruis ſuis deprecatur. Intendamus
igitur mentem fratres, clarè ac liquidò, ad myſticam hanc formidabilemq́ue
narrationem; quoniam abſque venerando & diuino Sacerdotio, remiſſio
peccatorum mortalibus non conceditur. Attendite fratres; vos etenim pietatis
amatores eſtis, qui lumen doctrinæ Chriſti contemplamini. Hæc ſunt, quæ prius
tenuiter de myſterio Sacerdotij commemoraui. Palmes vitis, & granum frumẽti
necnon Sacerdotium, vnionem inter ſe obtinent. Palmes & frumentum ſunt velut
pediſſequæ, at Sacerdotium eſt natura liberum. Ceterùm vbi tria hæc vt ſimul
ſint, inter ſeſe concordiam inierint: tum ſupra theſauros offert Regi, vnum

Matth.26. Mar.14. Lucæ 22. Ioan.13. & 1.Corint.11.

Sublimitas Sacerdotij.

Sacerdotalis dignitatis profunditas.

Eſaiæ 42.

Sacerdotij effectus multiplices.

1.Cor.15. Epheſ.2.4.5. Coloſſ.2.3. Heb.2.5.9.10.

Rom.11.

[a] In vulg. non adpitur (incomprehenſibilis.)

Nota pulcherrimam triũ in diuino myſterio ὁμονοίαν atque coniunctionem.

quodque virtutem propriorum fructuum,in odorem ſuauitatis. Palmes præcedit A
Sacerdotij libertas atque ſublimitas. ſanguinem,ſimiliterque frumentum,purum hunc panem.Sacerdotium verò
audacter è terra ſurſum in cœlum volitans,aſcendit ad Deum,donec ipſum contueatur
inuiſibilem,procidenſque ante excelſum thronum , inſtanter pro ſeruis
orat Dominum,lachrymas & gemitus conſeruorum deportans , proprioque ſimiliter
Domino feruentem deprecationem ſimul & pœnitentiam offerens,miſericordiam
& indulgentiam à Rege miſericorde poſtulans,vt Spiritus ſanctus
pariter deſcendat,ſanſtificetque dona in terris propoſita:cumque oblata fuerint
tremenda myſteria immortalitate plena,præuio Sacerdote orationem pro cunctis
faciente,tunc animæ accedentes,per illa tremenda myſteria,macularum purificationem
accipiunt. Cernitis pij, quomodo hæc duo non operentur in terra,
niſi cæleſte aduenerit ſuffragium ſanctificetque dona. Vides homo illuſtrem B
Matt-26. miraculi editionem,cernis ſublime ſacrificium,quam facilè ſordes animarum eluat.
Ioan.13. Benedicitur Saluator qui fecit in terris ſuperilluſtre hoc & purgatiuum donum,
1.Cor.13. 1.Reg.16. in gratia Sacerdotes illuminans,vt ſicut luminaria in mundo luceant. Populus
Iſa.5. qui ante nos erat,cornu olei ferẽs,ad Sacerdotium promouebatur: nos verò
Ezech.45.46. ſerui inutiles Dei benedicti,non cornu,non oleum ſenſibile ſumimus: ſed ipſe
2.Tim.1. qui eſt brachium excelſum atque tremendum,ex cælo deſcendens, ſuum nobis
per impoſitionem manuum,donat ſpiritum,qui ignis inſtar venit ſuper Apoſtolos.
Ibidem. O poteſtas ineffabilis, quæ in nobis dignata eſt habitare per impoſitionem
manuum ſacrorum ſacerdotum. O quam magnam in ſe continet profunditatem
Magna Sacerdotij profunditas. formidabile & admirabile ſacerdotium. Felicem illum,qui in hac ipſa dignitate
adminiſtrat purè & irreprehenſibiliter.Petrus dictus Cephas, qui aliquando C
Ioan.1. Matt.4. captus eſt ad littus maris, quippe à magno teſtimonium accepit Paſtore:quia
Marc.1. Luc.5. ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,per Sacerdotium, & claues regni
Matth.16.18. cælorum accepit,tamquam dignus.Similiter autem & Paulus, qui prius quidem
Act.9.13.17.18.19 & 20. perſecutor erat,hoc quoque chariſmate habitus dignus, celer vniuerſum terrarum
Rom.10.&15. peragrauit orbem,prædicans annuntianſque reſurrectionem mortuorum.
Ceterùm reuertamur ad iuſtum Abel,qui in initio creationis,ſacerdos factus eſt,
Gene.4. diſcamuſque ex ipſo quando in principio victimam ſuam ſacrificauit Deo, nonne
Heb.11. 1.Ioan.3. ignis è cælo deſcendens,ipſius ſacrificium deuorauit? Quando enim obtulit
Deo de primogenitis gregis ſui,vt inquit ſcriptura,reſpexit ex cęlo Deus ſanctus
Ibidem. in oblationem Abel,in ſacrificium verò Caim reſpicere, non bene ei conplacuit.
Gen.8. Rurſus autem & Noe,qui in arca ſaluatus eſt,quando ceſſauit aqua,ſeditque ſuprà
In monte Ararat. in monte Ararat,huius quoque fuit muneris particeps,obtulitq; Deo ſacrificium
Geneſ.9.&27. purè in odorem ſuauitatis,vnde & cum ipſo pactum ſtatuit Redemptor, de D
ac Iſaiæ.54. non amplius diluuio inducendo ſuper terram, ſanctam quoque illi dans benedictionem
creſcendi & multiplicandi. Adſpicis mirabile ſacerdotij opificum.
Vides primum ſacerdotem Abel,in priori creatione, quo pacto ignis cælitus
in terram deciderit,propter irreprehenſibile eius ſacrificium ; Cernis iterum
Gene. 27. Gen. 22. Noe Sacerdotem venerandum, in ſecunda creatione, quomodo pactum
cum ipſo ſtatuerit Dominus. Hoc quoque & Abraham reputatus eſt dignus, vt
illius foret particeps, Deoque offerret dilectum Iſaac,& ſacrificaret viſcera propria.
Ibi oſtendit ei Deus miraculum magnum,Chriſti ſcilicet generationem in
Planta Sabec. Gen.22. planta Sabec,in ictu incremẽtum, ipſamq; benedictionem,qua ipſe benedixit:In
Geneſ.26.28. ſemine enim tuo,inquit benedicentur tribus omnis terræ. Quin & hoc ipſo munere E
Exod.19.24.33.&34. diuinus Moyſes habitus dignus,adſcendit in montem Sina ad Deum , accepitque
legem;vnde quoque facies eius glorificata eſt,vt videretur ſole pulchrior.
Pſalm.98. Similiterque Aaron hoc eodem dignatus , legatione pro peccatis populi apud
Pſalm.105. Iſa.1.2.44.46. Deum functus eſt ; Moyſes enim & Aaron in ſacerdotibus eius.Similiter etiam
& Pſal.105. Phinees in hoc verè honorabili ſacerdotio, mortem à populo eius prohibuit.
Iſaias quoque eodem amictus,in igne exauditus eſt, ſacerdoteſque infamiæ iugulauit
Matth.26. gladius. Diſcamus igitur Fratres, quoniam magna eſt & multa, immenſa
Ioan.13. ac infinita ipſius ſacerdotij dignitas. Gloria vnigenito, gloria & ſoli bono,illud
2.Tim.1. ſuis præbenti diſcipulis , per ſanctum ſuum nouum teſtamentum,vt & ipſi
nobis per impoſitionem manuum ſuarum ſuper dignos,exemplum demonſtrẽt.
Cuncti ergo honoremus,cuncti hac venerandi Sacerdotij ſublimitate decoratos

prædi-

A prædicemus beatos; certò ſcientes, quòd ſi quis amicum Regis amet, hunc ipſum
multò amplius à rege amari. Quocirca amemus Sacerdotes Dei, ſiquidem amici
ipſius ſunt boni, & pro nobis ac mundo deprecantur. Honora Sacerdotes; Chriſti
mandatum exple, quod dicit: Quoniam qui Prophetam cum gaudio recipit in
nomine Prophetæ, mercedē Prophetæ accipiet. Quòd ſi de illo, qui ſacerdos eſt,
ignoras, dignus ne an indignus ſit tāta ſublimitate, tu ob præceptū ipſius Chriſti,
caue deſpexeris. Etenim ſicut fulgidiſſimum aurum licet luto contaminatum,
non percipit detrimentum, neque ſpecioſiſſima margarita ex contactu quarum-
dam immundarum ſpecierum: Ad eundem modum, nec ſacerdotium ab vllo
ſordidum redditur, quantumuis etiam indignus ſit is, qui illud ſuſcepit. Porrò ſi
quis ad hanc dignitatem velut dignus repertus ſit, in eaque ſanctè & irreprehen-
B ſibiliter ambularit, vitam & coronam immarceſſibilem ſibi ipſe conciliat. Sed ſi
indignè quis hanc ipſam ſibi vſurpare ſit auſus, tenebras is ſibi exteriores, iudici-
úmque abſque miſericordia conſciſcit. En aliud tibi exemplum ô homo, ne tu
indignè audeas & arroganter obrepere ad ſublimitatem Sacerdotij, cùm non be-
nè ſibi complaceat Deus purus, in arrogāter ordinatis. Noſce quid miſeri illi ſint
paſſi, qui olim reſtiterunt Moyſi & Aaron, ſuaque temeritate auſi ſunt impuden-
ter atque præfractè ſacrificare Deo, nonne ignis è cælo deuorauit omnes? aduer-
ſum quos in profundum ſupra ſe ſunt auſi. Rurſus autem & Maria prophetiſſa
Dei, quòd breui quodam ſermone, Moyſi de Sacerdotio improperaret, talem ei
reprehenſionis notam ſtatuit Altiſſimus, vt tota leproſa ſeptem diebus eijcere-
tur extra caſtra. Iccirco hæc nunc ô fratres purè adminiſtrare, imitantes Moyſen
& Aaron, atque Eleazar. Conſidera pios Sacerdotes, quomodo in ipſo ſacerdo-
C tio, ſacrilega hoſtium caſtra ſint vlti; Hoc poſſidens Moyſes, manus ad Deum ſu-
ſtulit, vulnerauitq; Amalec plaga incurabili. Hoc quoque circumamictus Abra-
ham reges in fugam vertit. Hoc ornatus Melchiſedech, Abrahę benedixit electo,
benedictione eximia. Dignatus es frater ſublimitate ſacerdotij; ſtude complace
re illi qui te elegit, vt ſis ipſi miles puritate & iuſtitia ac ſapientia diuina, illuſtri-
q́ue virginitate. Eſto feruens æmulator, vt temperans Ioſeph, vt caſtus vt Ieſus
Naue, hoſpitalis vt Abraham, paupertatis amator vt Iob, indulgens vt Dauid, &
mitis, vt Moyſes. Errantem reducito, claudum confirma, erige cadentem, ſuccur-
re infirmis, & alia his ſimilia. Ego verò obſtupeſco fratres dilecti, ad ea quę ſo-
liti ſunt quidam inſipientum audere, qui impudenter ac temerè ſeſe conantur
ingerere ad munus ſacerdotij aſſumēdum, licet non adſciti à gratia Chriſti, igno-
rantes miſeri, quòd ignem & mortem ſibi accumulent. Non dico tibi homo, non
ſolùm non ſacerdotium temerariè aſſumendum: ſed neque cæterorum quidpi-
D am, ex vaſis verè venerandi cultus diuini, contingendum. Siquidem legiſti quid
paſſus ſit Oza, eo quòd arcam Dei tetigiſſet. Huius tu ſemper memineris dilecte
frater horribilis verbi Dei excelſi, ore Iſaiæ Prophetæ pronuntiati: Super quem
requieſcam ego niſi ſuper manſuetum, humilem, trāquillum, & trementem ſer-
mones meos? Huius inquā ſemper memineris vocis, & attende vt poſſideas the-
ſaurum, animum tranquillum, quo poſſis ſpiritaliter in Metropolim Hieruſalē
ſupernam aſcendere, ſpiritaliaq; ſacrificia Regi Deo inacceſſibili offerre, vbi te-
xuntur coronæ immarceſſibiles & incorruptibiles, ibiq; tu corā Angelis à Chri-
ſto coroneris corona immortalitatis, ipſeque cum ſupernis illis choris hymnum
victoriæ decantes Sanctiſſimæ Trinitati: in ſecula ſeculorum. Amen.

Sacerdotes Dei amandi & honorandi.

Matth. 10.
Mar. 9.

Similitudo pulcherrim.

Bonorum Sacerdotum præmia.

Malorū Sacerd. pœna.

Aliud exemplum.

Leuit. 9. 10.

Aliud exemplū

Exod. 15.
Num. 12.
Pſalm. 105.

Exod. 17.
Iudith. 4.

Gene. 14.

Heb. 7.
Gen. 39.

Iob 1. 2.
2. Reg. 2. &
Num. 12.

Contra ingerētes ſe temerè ad Sacerdotale munus atque indignos.

2. Reg. 6.
1. Paralip. 13.
Num. 4.
Iſa. 66.

1. Tim. 2.
1. Pet. 1 & 5.

E

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones G. Voſſii.

De dignitate atq; præſtantia ſacerdotij, ſi alios adhuc graues Auctores requiris, plura apud S. Ioan. Chryſoſt. reperies, qui libros ſex de Sacerdotio conſcripſit, lectu in hac materia digniſſimos: extāt inter eius Opera, tom. 5. poſt illas 80. ad pop. Antioch. homilias. De quo argumento, idem Chryſoſt. licet non ita ex profeſſo, agit hom. de verbis Eſaiæ, ac 14. in 2. Cor. moral. ibi: nam etſi æquum, & hom. 10. in primam ad Theſſal. ac tertia in Act. & ad Hebr. vlt. in hunc locum: Ipſi peruigilant, quaſi pro vobis rationem reddituri, &c. De cuius etiam dignitate, vide apud eundem Chryſoſt. in Pſal. 117. & in Pſal. 131.

S. Ephram Tom. 1.

in quanto honore ac reuerentia ſit habenda Sacerdotalis dignitas, quatamq́; reprehenſionem ac pœnam mereantur inhonorantes illam, abundè eluceſcit omnibus. Quibus iſta non ſuffecerint, videre quoque poterunt aliud inſigne Græcorũ lumen Gregor. Nazianzenum cognomento Theologum præſertim in apologet. Oratione prima, quæ incipit in Billiana tranſlatione: Victus ſum, idq́; agnoſco & fateor, ſubditus ſum Domino, &c vbi inter alia, quanta Sacerdotij dignitas, quæq́; Sacerdotis profeſſio ſit, docet. & qualẽ Epiſcopum quoque eſſe oporteat, &c. Oratio prolixa eſt, ſed digna quæ legatur. poſt quam, eiuſdem etiã Carmen vide, tom. 2. quod incipit: O qui ſacra Deo offertis, nõ tincta cruore, &c. Huiusq́; dignitatem ac præcellentiã inter alios, etiã ab Ignatio celebratã habes, in epiſt. ad Smyrnẽſes potiſſimũ, ac ad Heronẽ, necnõ à Cypriano lib. 1. epiſt. 3. & lib. 3. epiſt. 9. ac Leone Mag. præſertim in epiſt. 87. ad Epiſc. Africanos, &c. A

In monte Ararat.] *Ita Septuaginta Interp. Gen. 8. Cæterũ in vulg. Latin. requieuiſſe arca ſuper mõtes Armeniæ legitur. Verũ quomodo hic legamus, parũ referre videtur: nã Armenia hebraicè dicitur Ararat, quod maledictionẽ tremoris ſonat. Quãquã tamẽ hic Ephræm potius Ararat, videatur velle eſſe nomẽ mõtis illius, ſuper quẽ arca Noe in Armenia requieuerat. Quod etiã cõfirmat S. Chryſ. ho. 26. in Geneſim.* B

In planta Sabec.] *Ita habent Septuag. Gen. 22. quod in Latin. vulg. nõ ponitur. Interpretatur autẽ hoc vocabulum* τὸ σαβὲχ ἐπηρμένος, *id eſt, elatus, ſiue erectus: vnde quidã etiã pro eo,* ὄρθιος, *hoc eſt, altus vel rectus, ediderunt, vt per arietem in planta rectum. ſiue erectum cornibus, vt eſt Gen. 22. intelligatur ibi typus ſeu figura Crucis Chriſti, &c. De quo vide Scholia Græca in allegatũ caput Gen. in noua Rom. editione Græc. veteris Teſtamẽti iuxta Septuaginta Interp. Ceterũ Syrus hic noſter Ephræm in Serm. in Abraam & Iſaac, per* τὸ φυτὸν τὸ τοῦ σαβὲχ, ἄφεσιν ἑρμηνεύει. *id eſt remiſſionem ſeu liberationem, per plantam Sabec, interpretatur. vt eo denotetur Crux Chriſti, quæ mundũ à peccatis liberauit, vitamq́; præbuit. Nam ſicut aries ille cornibus hærens in planta Sabec, myſticè liberauit Iſaac: ſic Agnus Dei manibus in cruce diſtenſis, ſuſpenſusq́; non ſolum hominem, ſed vniuerſum mundum à morte, & inferno liberauit. Sic in Abraam & Iſaac, ibi Ephræm. vnde plura in hunc locum require. Et huc ferè alludit Elias Cretenſis Metropolit. nomen Sabec, interpretans, in ſuo Comment. in priorem inuectiuam in Iulianum Apoſtat. in illa verba Nazianzeni: Abraam, dum vocaretur, ac filio præter ætatem donaretur, &c.*

In ſemine tuo benedicentur tribus omnis terrę.] *Sic legitur hic apud Ephrem. At Gen. 26. eſt: Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Et Gen. 28. Et benedicentur in te & ſemine tuo, cunctæ tribus terræ. Gen. autem 12. In te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. & Act. 3. cap. in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. In quibus lectionis varietatem obſerua & concilia.* C

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

1.Cor.7.

Ad Fratrem quemdam ſciſcitantem, ad quem hoc dictum pertineat: Melius eſt nubere, quam vri? D

RESPONSIO.

Eodem Gerardo Voſsio Interprete, & Scholiaſte.

1.Cor.7.

APoſtolum audi dicentem: Volo omnes homines eſſe ſicut & meipſum: ſed vnuſquiſq; propriũ donũ habet ex Deo: alius quidẽ ſic, alius verò ſic. Perſpicuũ ſcilicet hinc, inter ſeculares, illoſq́; qui ſeculo renũtiarũt, eũ feciſſe diſcrimẽ, cùm diceret: Vnuſquiſq; propriũ donũ habet ex Deo; alius quidẽ ſic, alius verò ſic. Etenim neq; ſolutos vetat legitimè matrimoniũ contrahere, neq; eos qui ſe ſeculo abdicarũt, à continẽtiæ lege liberat, inquiẽs: Vnuſquiſq; propriũ donũ habet ex Deo: alius verò ſic, alius verò ſic. Solutis ſiquidẽ concedit, dicens: Propter fornicationẽ aũt, vnuſquiſq; ſuã vxorem habeat. Et denuò: Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus: fornicatores aũt & adulteros iudicabit Deus. Cæterũ ijs qui ſeculo renuntiarunt, præcepit continentiã, dũ dicit: Omnis autem qui in agone cõtendit, ab omnibus ſe abſtinet. Duo igitur hiſce verbis oſtenduntur ordines, vti ſupra dictũ eſt. Quare tu monache, noſce atq; cõſidera, in vtro ſis ordine cõſtitutus; tũ quo ſigno quave nota ſis inſignitus; quæ pacta, quæque vota cũ Deo feceris conſtitueriſque. Quoniã ſecundũ illa, abs te rationem repoſcet, quemadmodũ ait Saluator: Ex ore tuo iudico te, ſerue nequã. Secularibus igitur, ſicut ante dictum eſt, permiſit legitimè matrimonio iũgi: at qui ſeculo ſe abdicarunt, hos continere, & quidẽ legitimè continere ſe voluit. Quãdoquidem ſi quoſ-

Ibidem. Heb. 13.

E

1.Corint. 9.

Seculares, & qui ſe ſeculo abdicarunt, intelliguntur.

Lucæ 19.

A uis verba illa concernerēt: Melius eſt nubere, quā vri: nemo hanc ipſam virtutē
vnquam excoluiſſet: non Helias Thesbites, non Eliſæus, non Iohannes, non qui- Ibidem.
cunque ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, caſtamq; ſuam carnem ſerua- Exemplis hæreticos atque apoſtatas carnales confundit.
runt Deo, ſed neque ipſe continens fuiſſet Apoſtolus, niſi reſpexiſſet in retributi-
onem mercedis. Ne igitur dixerimus ſicut nonnulli prætexunt, dicētes: At illi iu-
ſti fuerūt, ego verò peccator ſum. Iuſti ſiquidem illi euaſerunt, quòd iuſtè ſancte-
que ſuam hanc præſentem tranſegerint vitam. Quid igitur dicemus? anne quòd
iuſti illi, corporis expertes fuerint? nōne & illi corpore circūamicti erāt? Apoſto- 2.Cor.10.
lum audi dicentem: In carne ambulantes, non ſecundùm carnem militamus: ar-
ma enim militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia Deo, ad deſtructionem muni-
tionum. Clarum itaque, quòd & ipſi oppugnati ſint, tamquam carnem circumfe-
B rentes, verùm reſtiterunt ſtrenuè. Vnde rurſus Apoſtolus ait: Caſtigo corpus me-
um, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus effi- 1.Cor.9.
ciar. Manuducēs autē nos ad virtutem, Imitatores, inquit, mei eſtote, ſicut & ego 2.Cor.4.&11.
Chriſti. Quare attendamus fratres, ne quādo noſtram concupiſcentiam implere
volumus, in Apoſtolicum interdictū culpam reijciamus, ſermonis iſtius vim nō
intelligentes. Quoniam ſcriptum eſt: Animæ doloſæ errant in peccatis. Et rurſus: Prouer.13.
Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus & iuſtus laudabit atque gaudebit. Prouer.19.
Quid verò frater audis, melius nubere, quàm vri; & non audis quod adiungit, di- 1.Cor.7.
cens: Tempus breue eſt, reliquum eſt, vt & qui habent vxores, ſint tāquam non Ibidem.
habentes: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tāquam non gauden-
tes: & qui habent, tamquam non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tāquam
non vtantur: præterit enim figura mundi huius. Quapropter caue ſpreueris illū,
C qui hanc tibi impertitus eſt gratiam, oſcitanterve audias eum, te per Apoſtolum
compellantem: Noli negligere gratiam, quę in te eſt, quę data eſt tibi per prophe- 1.Tim.4.& 2.Tim.1.
tiam, cum impoſitione manuum presbyterij: ne te fortè præuaricatorem conſti-
tuas, rurſus ędificans quæ deſtruxiſti: Sed redde Domino vota tua, quoniam ſcrip-
tum eſt: Melius erat te non vouere, quam cum voueris non reddere. Contende
igitur & elabora, vt curſum tuum legitimè perficias, vt liberè dicere poſſis cum Deut.23. Eccl.5.
Apoſtolo: Bonum certamē certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reli- Prou.20.
quo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, qui 2.Tim.4.
ſolus potens eſt, & iuſtus Iudex: Non ſolum autem mihi, ſed & omnibus qui dili- 1.Tim.6.
gunt aduentū eius. Quoniam ipſi eſt honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

D SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

AD quem hoc dictum pertineat; Melius eſt nubere, quàm vri.] *Confutato intolerando hæretico-
rum errore, qui æquè ad regulares atque ad ſeculares, & tam ad voto continentiæ obſtrictos, quam
non ligatos atque ſolutos, hoc dictum, Melius eſt nubere, &c. pertinere dictitant: luculentiſſi-
mè atque pleniſſimè rationibus & auctoritatibus plurimis, ijſq; irrefragabilibus, demonſtrat atque con-
uincit grauis ac celebris hic Auctor noſter Ephræm, dictum illud, quod eſt Apoſtoli 1 Cor. 7. tantum-
modo ad ſeculares atque ſolutos, nequaquam verò ad regulares, votoq; continētiæ ligatos, ſpectare. Cū an-
tē hæc antiquiſſimi iſtius noſtri Patris, qui ante 1300. annos floruit, Reſponſio atque aſſertio valde inſig-
nis ſit, plurimumq; ad molles atque carnales hæreticos etiam noſtræ tempeſtatis cōfundendos, illorumq; te-
nebricoſiſſimos errores deſtruendos, faciat, omnibus hoc tanti Patris ſcriptum, quod Latinè nunc con-
uerſum illuſtratumq; damus, proponere, ac commendare, præſertim verò ijs, quibus aſſidua cum hæreti-
E corum monſtris lucta contingit, vtiliter ſpero viſum eſt. Ad eundem modum, hæc eadē Pauli verba vna-
nimi conſenſu, interpretati ſunt, Baſilius de vera virginitate, Chryſoſtomus epiſtol. 6. ad Theodorum mo-
nachum, cuius epiſtolæ etiam meminit Sozomenus lib. 8. cap. 2. Eccleſ. hiſt. Ita quoque Epiphanius hære-
ſi 61. ita Photius epiſt. 93. cap. 3. Et inter Latinos, Ambroſius ad virginem lapſam cap. 5. & de virginita-
te, ca. 39. Auguſtinus de bono viduitatis ca 8. & ad Pollentiū de adult. coniugijs li. 1. ca. 15. Hieronymus li.
1. contra Iouinianum, ita Cyprianus, Tertullianus, Sedulius, Anſelmus & alij, vt dubitandū non ſit, quin
iſte ſit legitimus ſenſus verborū Pauli, ſicut ea hic Ephræm noſter Syrus optimè cōtra hæreticos expoſuit.*

Tanquam carnem circumferentes.] *Sic in duobus manuſcriptis Græcis S. Ephræm reperi. In alijs
autem duobus etiam à me collatis, ὡς σαρκικὰ φρονοῦντες, tanquam carnalia ſentientes, &c. Vtraque le-
ctio bona eſt, & inſtituto noſtri auctoris accommoda.*

Qui habent, tamquam non poſsidentes.] *In alio exemplari Græc. legi: καὶ οἱ ἀγοράζοντες, & qui
emunt tanquam non poſſidentes, &c. & ſic vulg. 1. Cor. 7.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI Apologia, ad[a] Fratrem quendam, De Heli Sacerdote,

a. Al. Eiuſdem ad fratrem contradicentem De Heli Sacerdote.

INTERROGATIO.

Eodem G. Voſſio Interprete & Scholiaſte.

CVm ſcriptura de Heli Sacerdote atteſtetur, quòd filij eius maledicebãt B
Deo, ipſeque non corripuerit eos: quomodo ergo reperitur, ab eo eoſ-
1.Reg.2. dem admonitos fuiſſe atque correptos?

RESPONSIO.

ATtende tibi ipſi, ne fortè multa curioſius inueſtigans, tua mens
de ſede, ab impiorum errore deturbetur: Cùm totum quidquid
eſt, fidei ſit opus: quæ niſi adſit, nihil eorum quæ in quæſtionem
Iſa.7. eſt àpud Septuaginta. veniunt, vir duplex animo inuenerit vnquam. Niſi enim credi-
deritis, inquit, non intelligetis. Siquidem de Heli, non probauit
quidem ipſos hoc facientes ait, attamen potuiſſet facilè repri-
mere malum, quemadmodum ex conſequenti ſermone clarum exiſtit: imò
quam arbitratus es admonitionem, non eſt admonitio, ſed ſocordia, & negligen- C
tia eius in Deum amoris: eo quod nimia indulgentiæ conniuentiæque terminis
contineretur ipſius Heli modus. Sed & hoc diſpenſationis fuit, vt proprio ipſius
1.Reg.2. teſtatum ſit ore, da filiorum iniquitate, ſicut ſcriptum eſt: Et erat Heli ſenex val-
de, & audiuit quæ faciebant filij ſui, filijs Iſrael: Et dixit eis: Quare facitis ſecun-
dùm verbum hoc, quod ego audio, ex ore omnis populi Domini? Nolite filij, no-
lite agere ſic: non enim eſt bona fama quam ego audio de vobis, vt prohibeatis
populum cultum præbere Deo. Si peccauerit vir in virum, orare pro ipſo pote-
Ibidem. runt Dominum: Si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Opor-
tet igitur ex ipſius patris teſtimonio ac verbis, colligere ſummam illorum homi-
num impietatem. Cùm neque ab vno ſolo, ſed ab omni populo, à minimo vſque
ad maximum reclamaretur ipſis, ſicut ipſiuſmet Heli perhibetur teſtimonio, di-
Ibidem. centis: Vt quid facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, contra vos,
ex ore omnis populi Domini. Cunctis enim iniuriam inferebant, & ſcandalo D
erant, ſacrs victimas prophanantes, vti ait ſcriptura: Et filij Heli Sacerdotis filij
[b] perditi, neſcientes Dominum. Ac rurſus: Eratque peccatum puerorum grande
b. al. filij Belial, & ſic vulg. Lat. 1.Reg.2. nimis coram Domino, quia abrogabant ſacrificium Domini: Non ſolùm enim
à Sacrificijs populum deterrebant, verùm & deinceps ad apoſtaſiam populus im-
pietate operum eorum, quæ filij Heli moliebantur, perterrefactus, exercebatur.
De quo ipſum Heli ſic dicentem audi: non bona eſt fama, quam ego audio de vo-
bis, vt tranſgredi faciatis populum Domini. Dicebat autem: ne feceritis ſic; fortè
populi impetum veritus, ita locutus, vt ſcilicet animos eorum qui filijs reclama-
bant, emolliret atque placaret. Si enim ipſi diuinus cultus cordi fuiſſet, nullo
ſanè modo tantum à filijs damnum ſceluſque ſuſtinuiſſet, quin potius illud è ve-
ſtigio, propria è domo arcere contendiſſet. (Cuſtodes namque legis erant, & Sa- E
cerdotes, qui legem diſſoluere atque euertere nitebantur.) Et ſiue obedientes ac-
cepiſſet legitimè, ſiue inobedientes, iuxta legis traditionem penitus de medio
ſuſtuliſſet: cùm & Sacerdos eſſet, & iudex, & omnis populus ab ipſius ore pende-
ret, omnino enim ſe ab ira Dei liberaſſet. Verùm detentus filiorum illecebris,
iure eſt iracundiam, quam in illos Deus oſtendit, expertus. Non igitur culpa in
Deum conferenda: Quoniam rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas
Pſalm.91. in eo. Quod autem legitima admonitio ex correptione conſtet, ex conſequenti
perſpicuum euadit ſermone. Dictum enim eſt in iuſto Iob: Beatus homo qui cor-
Iob 5.c. ripitur à Domino. Admonitionem autem omnipotẽtis caue reieceris, ipſe enim
1.Reg.2. triſtari facit, & iterum recreat. Quemadmodum & Apoſtolus patribus præcepit,
Epheſ.6. dicens: Filios veſtros educate in diſciplina & correptione Domini. Haud imme-

ritò

A ritò igitur de ipſo aſſerit Sacra ſcriptura, quòd cùm filij eius maledicerent Deo,
non corripuerit ipſos: non enim diuino tangebatur zelo, ſicut ſancti illi Patres:
filiorum enim indulgentiam rebus præſtantioribus anteposuit. Quali enim amictus 1.Cor.4.
fuerit affectione, qui per Euangelium nos genuit Apoſtolus, norunt prudentes Philem.1.
cuncti: habuit ſiquidem in ſe viſcera miſericordiæ, benignitatem & longanimitatem 2.Tim.3.
: vt ibi audiuit quempiam externum peccaſſe, non tolerauit, neque reticuit,
ſed ſtatim talem hominem commiſit tradi in interitum carnis, vt ſpiritus 1.Cor.5.
ſaluus fieret, in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quin & beatus Petrus Apoſtolus Actor.5. cap.
vita quoque indignos eos iudicabat, qui Spiritum ſanctum tentare conabantur,
contemptum in Deum non ferens. At filij [c] Iſrael ſimulatque à Deo abſceſſerūt, c.al. filij Heli, ſed altera lectio magis hoc loco placet.
ſuos filios filiaſque impijs dæmonum obſequijs ac ſacrificijs deuouerunt. Hic verò
B Sacerdos cùm eſſet, poſſetque coercere, pro nihilo hanc tātam eorum iniquitatem
duxit: nullamque eis qua refrænarentur diſciplinam dedit, non alapam,
non verba duriora, ob ſacrarum victimarum pollutionē, vbi ad dæmonum obſequium,
proprijs illi manibus ſuos iugulabant filios, ſubter omnem arborē frondoſam. 3.Reg.14.
Quis igitur hunc ſceleris expertem iudicauerit? Et licet ab omnium cognitore
Deo didiciſſet prolatam aduerſus ipſum ſententiam; non tamen ab illa
in filios abſurditate atque incredulitate, receſſit. Ceterùm benignus & miſericors
Dominus illum ab impendente ira, per pœnitentiam liberare volens, per
innocentem puerum ipſi iam patefacta demōſtrauit; ne quæ ſubingreſſa ſuſpicio
facilē eius confirmaret animum, quaſi ex humana aliqua ſpeculatione, hæc ipſi
prædicta eſſent, aut per inuidiam, quorundamve indignationem & iram. Quare
ipſummet Heli prædictorum auctorem, teſtemque conſtituit, ſicut & ſcriptura
C ait: Et puer Samuel miniſtrabat Domino coram Heli Sacerdote, & ſermo Domini 1.Reg.3.
erat pretioſus in ipſo in diebus illis, & non erat viſio manifeſta. Factumque eſt
in die illa. Et Heli dormiebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant, & non poterat
videre lucernam Dei, antequam exſtingueretur. Samuel autem dormiebat in
templo Domini, vbi erat arca Dei: Et excitatus eſt Samuel. Et vocauit Dominus
Samuel, dicens: Samuel, Samuel. Qui reſpondens ait. Ecce ego: Et cucurrit ad
Heli, & dixit: Ecce ego, ad quid vocaſti me? Et ad eum Heli: non vocaui, inquit, te,
reuertere, & dormi fili. Et reuerſus eſt, & dormiuit: Et adiecit Dominus rurſum
vocare Samuelem, & vocauit: Samuel, Samuel, conſurgenſque Samuel abijt ad
Heli ſecundò, & dixit: Ecce ego, quia vocaſti me. Qui reſpondit: nō vocaui te fili
mi, reuertere, & dormi fili. Porrò Samuel necdum ſciebat Dominū, neq; reuelatus
ei fuerat ſermo Domini. Et adiecit Dominus vocare Samuelem tertiò. Qui conſurgens
abijt, ad Heli, & ait: Ecce ego: quia vocaſti me. Intellexitque Heli quòd
D Dominus vocaret puerum, & ait: Non vocaui te, reuertere, & dormi fili: Et ſi
deinceps vocauerit te, dices: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Abijt
ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo. Et venit Dominus, & ſtetit: & vocauit ipſum
ſicut ſemel, & bis vocauerat ipſum: Samuel Samuel. Et ait Samuel; Loquere
Domine, quia audit ſeruus tuus. Et dixit Dominus ad Samuelem: Ecce ego
facio verbum meum in Iſrael, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures
eius. In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli, omnia quæ locutus ſum, & ſuper domum
eius, incipiam & complebo. Prædixi enim ei, quod iudicaturus eſſem ego
domum eius in æternum, propter iniquitatem filiorum eius, eo quod nouerat
filios ſuos indignè agere, ac maledicere Deo, & non corripuerit eos. Iccircò iuraui
domui Heli, quod non expiabitur peccatum ex domo Heli, muneribus & victimis
E eius, vſque in æternum. Dormiuit autem Samuel vſque manè, & de manè
ſurgens aperuit oſtia domus Domini. Et Samuel timuit indicare viſionem
Heli. Dixitque ad Samuelem Heli: Samuel fili mi? Qui reſpondens ait, præſto
ſum. Et interrogauit eum. Quis eſt ſermo Domini, quem locutus eſt ad te nocte,
fili mi, oro te, ne cælaueris me, ex omnibus verbis, quæ in aures tibi locutus
eſt dixitque: Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem,
ex omnibus verbis quæ dicta ſunt tibi. Et indicauit ei Samuel vniuerſos d.al. pro ἀρεστὸν
ſermones, & non abſcondit ab eo verbum. Et ille reſpondit, Dominus eſt: quod placitum ἀγαθὸν,
[d] placitum eſt in oculis ſuis faciat. O mentis imbecillitatem ad obſeruationem bonum, legitur, vt in vulgat.
mandatorum Dei. O iniquam erga iniquos filios indulgentiam. Quo-

modo non exhorruit caro eius ſuper auditis? quomodo renes eius non contremuerunt? A
quomodo non adduxit animum ad pœnas de impijs ſuis filijs ſumendas,
exemplo zeli Phinees ſibi ante oculos poſito? quomodo ſua non diſcidit veſtimenta,
pernoctauitque in ſacco ac cilicio ſuper prolata aduerſus eum cõdemnationis
Ioſu.7. & 22. nota? Sed ne commotus eſt quidem. Non ita peccauit Achar *e* filius
e in vulg. legitur, Achan. Charmi, dum aliquid de anathemate tuliſſet, quantum iſti. Cæterùm filij Heli cũ
Leuit.10.cap. eſſent fœdifragi & inimici, in ipſum quoq; impij erant Creatorẽ, qui Moyſi dixit
& Aaron: Sanctificabor in ijs qui appropinquant mihi, & in cõſpectu omnis populi
Leuit.22. glorificabor. Et rurſus: Loquere ad Aaron, & ad filios eius, vt caueant ab his,
quæ conſecrata ſunt filiorum Iſrael, & non contaminent nomen ſanctificatorum
mihi, qui ipſi offerunt. Ego Dominus. Dic ad eos, & ad poſteros eorum:
Omnis homo qui acceſſerit, de omni ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & B
quæ obtulerunt filij Iſrael Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino.
Verùm non ita his attendit Heli: vnde quoque mortis fructũ decerpens, abijt.
f al. quam ab iniquorum filiorum malitia ſeparari. magis ſiquidem eligens reſiſtere Deo, quam *f* à mala in improbos filios indulgentia
diuelli. Et hoc ſuo aperto abuſus eſt dicto, Nolite agere ſic, inquiens, ô filij,
cum interea ſecretò particeps filiorum iniquitatis eſſet. Vide autem, reſponſionis
intentionem; ait enim: Dominus eſt, & quod bonum erit in oculis eius faciat,
pro eo, quod eſt: ego verò filijs meis moleſtiam afferre non poſſum. *Sed neq;*
factis ipſius Moyſes peritior factus, receſſit ab illa in filios affectione. *Siquidem*
Exod.32. Moyſes accipiens tabulas lapideas, deſcendenſque ex monte, ac vituli facturam
conſpiciens, tabulas proijciens ad radicem montis, confregit eas, aſpectumque
Ibidem. proprij fratris nõ tulit: quin & duriori voce ipſi Aarõ inclamabat, dicẽs: Quid tibi C
populus fecit hic; vt induceres ſuper eum peccatum maximum? Aaron verò videns
propriũ fratrem, diuino incenſum zelo, ſe purgauit, & dixit; Ne indignetur
Dominus meus: tu enim noſti, populum iſtũ, quod pronus ſit ad malum. Stans autem
Moyſes in porta caſtrorum, ait; *Si quis eſt Domini, iungatur mihi.* Congregatique
Ibidem. ſunt ad eum omnes filij Leui. Quibus ait: hæc dicit Dominus Deus Iſrael.
Ponat vnuſquiſque gladium ſuum ſuper femur ſuum: Et ite, & reuertimini de
porta ad portam, per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem ſuum,
amicum ſuum, & proximum ſuum. Feceruntque filij Leui iuxta ſermonem Moyſi,
*Al. triginta tria millia hominum, &c. ceciderùntque ex populo in die illa, quaſi * tria millia hominum. Et ait ad eos
Moyſes: Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque veſtrum in filio, D
& in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio. Quin & Iob ſolicitam ſuorum curam
Iob 1.cap. gerens filiorum, victimas quotidie pro ijs Deo obtulit non de manifeſtis ſolum,
ſed & occultis, quæ in corde ſuo commiſiſſe poterant, peccatis, puros eos
ſeruare ſtudens, in propriam illorum ſalutem: ita ſcilicet ſummè contenderunt
iuſti illi immaculatum fructum ventris ſui offerre Deo. Heli autem cum mollior
1.Reg.3.4. ſegniorque in filijs corrigendis eſſet; non, ſicut conueniebat, eum ab ira Dei,
Matth.13. Mar.4. exemit liberauitque veneranda ſenectus, non vetuſta loquendi libertas, arguendique
fiducia, non Sacerdotalis honor. Quando igitur ex ſacris ſcripturis audierimus:
Pſalm.114. Et incipiet inimicus homo de proprio aliquid occultè ſubſeminare in
corde: tunc nos in fide fundati, & ſpe confirmati, ad ipſum dicamus: Fidelis eſt
Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Ipſi gloria
in ſecula ſeculorum. Amen.

E

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

DE Heli Sacerdote eiusq; filijs, plura videatur apud alios orthodoxos Patres, ſiue illi ſint Græci, ſiue Latini, qui in Regum libros commentati ſunt, aut homilias conſcripſerunt, præſertim in 1. Reg. 2. qui locus præſenti huic noſtrò ſeruit inſtituto, quoniam ibi hiſtoria proponitur, quam etiam grauiter, neque ſine timoris incuſſione tractatã, pleneq; expoſitam inuenies, à Baſilio Magno, in Proœmio in librũ Ethicorũ, hoc eſt, de moribꝰ, in tract. De Iudicio Dei, quaſi ſub mediũ, vbi habet: Porrò filij Heli, filij Belial, in quos quia pater, cùm eſſent tales, non ſe vehementè adhibuerit, eiuſmodi contrà eos clementiſſimi

A *tiſſimi alioquin Dei, iracundiam concitauit, &c. locus lectu dignus. Et à S. Ioanne Chryſoſtomo, lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ, ad Patrem fidelem, non longe ab initio, vbi tota Hiſtoria de Heli eiuſq́; filijs, adamuſſim enarratur. ibi: Rem autem vobis enarrabo nō à me ipſo inuentam, ſed in diuinis literis traditam: Sacerdos quidam apud Iudæos fuit, Heli nomine, huic duo cùm eſſent liberi, videretq́; illos vitijs deditos, non corripuit, &c. Vnde reliqua hiſtoria, De Heli eiuſq́; filijs plenè depromi, & cum hiſce S. Ephræm conferri poterit, vt tota innoteſcat; Parentesq́; hinc exemplum modumq́; corripiendi ac corrigendi filios ſuos delinquentes, capiant.*

Suſcitabo aduerſum Heli omnia quæ locutus ſum, & ſuper domum eius.] *Al. ſine diſtinctione & copula (&) ſic legitur: Omnia quæ locutus ſum ſuper domum eius: incipiam & complebo, &c. & ſic vulgat. Lat. 1. Reg. 3.*

Non expiabitur peccatum ex domo Heli] *Al. ἀδικία οἴκου ἠλὶ, iniquitas domus Heli, &c. & ſic 70. Interpret. Vel, vt eſt in vulg. Lat. quòd non expietur iniquitas domus eius, &c.*

B Quaſi tria millia hominum.] *In vulg. Lat. legitur: triginta tria millia hominum. &c. al. viginti millia. Sed apud 70. tria millia hominum, vt hic apud Ephræm, reperitur.*

Non de manifeſtis ſolùm, ſed & occultis, quæ in corde ſuo commiſiſſe poterant,] *Al. & non hoc ſolum: verum & à cordium ſordibus eos puros eſſe cupiens, totis viribus pro eorum ſalute laborabat, &c.*

Fidelis eſt Dominus in omnibus verbis ſuis.] *In alio Cod. eſt: Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, &c. At apud 70. Interpretes legitur: Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus, &c. vt hic, quos ſequitur ferè S. Ephræm. Concordatq́; hoc loco vulgat. Lat. Pſal. 144.*

EIVSDEM

C

S. PATRIS EPHRAEM SYRI DE FESTIS DIEBVS, ET DE DIgnitate Diuinorum myſteriorum.

Eodem G. Voßio Interprete & Scholiaſte.

SAltem ne prorſus infructuoſi inueniamur, quotidiè in æterna illa bona reſpiciamus, horribilemque diem conſiderantes, deſiderio bonorū, & timore ſuppliciorum, ab omni via praua pedes noſtros retrahamus. Sicut ſcriptum eſt: Et cum metu & tremore ſalutem noſtram operemur: Spiritu feruentes, ſpe gaudentes, in tribulatio- D ne patientes, orationi inſtātes, neceſſitatibus Sanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes: In Eccleſia eſtote aſſidui, nocturno, matutino, atque meridiano tempore, viri pariter ac mulieres, diuites atque pauperes, ſerui ac liberi, ſenes & iuuenes ad diuina frequentanda myſteria, ſtudioſè concurrite, Domino ex manuum veſtrarū laboribus offerentes, in benedictionē domus, omniumque qui in domo ſunt. Et ſtate in multo timore atque tremore, cum nemine tunc quidem congredientes. Sed ſicut Angeli qui in cœlis ſunt, ſeruite Domino in timore, & exultate ei cū tremore, lachrymantes, ſuſpirantes, ſupplicātes, inuocantes ex toto corde, & rogantes, ne quis diuinorū myſteriorū ſuſceptione reperiatur indignus. Sed quemadmodum ait Apoſtolus Paulus: Probet vnuſquiſque ſeipſum, ne ſibi ipſi in iudicium fiat, & in augmentum peccati. Qui enim comederit & biberit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, ſicut ſcriptum E eſt. Cælum & terra & mare, & omnia quæ in eis ſunt, tremunt, ac ſe inclināt: Tu autem impudenter accedis? Angeli mundi cum tremore miniſtrant, faciemque obtegentes, non audent reſpicere: at tu immundus cùm ſis, & impœnitens, ac impudens non contremiſcis? Hominibus quidem, te ritè Euchariſtiam ſumere fidem facis: Sed cordium ſcrutatori quid dices? Declina igitur à malo frater, defle & ablue vas tuum, quod peccatis contaminaſti; firmumque non amplius peccandi propoſitum habe, & ſanaberis, Deus enim, pœnitentium Deus eſt. Et dum Sanctorum memorias celebratis, reminiſcamini quoque imbecillorum, & egentium viduarum, orphanorum, peregrinorum, pauperum, mutilatorum, claudorum, atque cęcorum, ſicut à Domino nobis præceptum eſt: Et be-

Pſalm. 118. & 4. Reg. 17.
Philip. 2.
Rom. 12.
Pſalm. 54.
Iudith. 6. ac 10.
Exod. 34. 35.
Leuit. 2.
Ezech. 44. &c.
Pſalm. 2. &c.
Eccl. 9. &c.
1. Cor. 11. & 2. Cor. 13.
1. Cor. 11.
Philip. 2.
Ezech. 1. 10.
In celebritate Sanctorum quid nobis agendum.
Luc. 13.

Ibidem. Et beatus eris, quoniam non habent quod retribuant tibi: retribuetur autem in
reſurrectione iuſtorum. Feſtiuitas pulchra eſt & diuina, pœnitentia cum lachrymis.
*Al.cum, eſſet Feſtiuitas hæc eſt, quam Chriſtus ipſe concelebrat, factus pauper*cùm eſſet
diues. 2.Cor.8. Deus. Feſtiuitates haſce dominicas honorate, ſtudioſè contendite, celebrantes
eas, non panegyricè, ſed diuinè; non mundanè, ſed ſpiritaliter; non inſtar gentilium,
ſed Chriſtianorum. Quare non portarum frontes coronemus, nõ choræas
ducamus non forum exornemus: non tibijs ac citharis auditũ effœminemus, nõ
mollibus veſtibus induamur, nec cingulis vndique auro radiantibus cingamur,
quẽadmodum mãdatum nobis eſt à Domino, ne omninò æs in zonis portemus.
Marc. 6. Non comeſſationibus & ebrietatibus dediti ſimus. Neque ob cibum & eſcam,
Rom.13. opus Dei diſſoluas, aut inſatiabilis ventris gratia, circa coquinam occupatus, iniuriam
diuino myſterio inferas: Neſcius etenim es, an aliud videre promereberis.
Philip.3. Verum iſta relinquamus ijs, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione B
ipſorum.

SCHOLIA.

De dignitate diuinorum myſteriorum, tum quanta præparatione atque reuerẽtia ad ea accedẽdum
ſit, luculenter quoque alibi demonſtrat Chryſoſtomus, præſertim in Sermone in B. Philogonium,
vbi ſub finem quaſi eiuſce ſermonis, oſtendit, negligenter adeuntes diuina myſteria grauiſſimè puniri,
etiamſi ſemel tantùm in anno, hoc ſcelus commiſerint. habetur in fine Tom 3. Operum Chryſoſtomi.
Plura in eandem ſententiam grauiſſima, adducuntur ab eodem Chryſoſtomo, Tom.5. homil.60.& 61. contra
indignè ſumentes diuina Sacramenta. ad popul. Antioch. Et alibi, in Serm. De non deſpicienda
Dei Eccleſia, ſacriſue myſterijs, &c. eſt in eodem. tom. 5. inter nouiſſimè adiecta. De hoc etiam pulchrè C
Damaſcenus, lib.4. cap.14. orthod. fidei. Et Gregorius Nazianzenus in apologet. orat.1. Et in poſteriori
in Iulianum Apoſtatam inuectiua, de feſtis Chriſtianorum agens. necnon Auguſt. Serm.1.2.& 253. de
tempore, &c.

Feſtiuitates Dominicas honorate, celebrantes eas non panegyricè, ſed diuinè, non mundanè
ſed ſpiritaliter; non inſtar gentilium, ſed Chriſtianorum.] *Cum iſtis valde quadrant, quæ à Grego-*
rio Nazianzeno in ſecunda in Iulianum Imperat. inuectiua adducuntur, vbi inter alia ſic habet: At
primum quidem, Fratres, feſtum celebremus, non corporis nitore, non veſtitus mutatione, ac magnificentia,
non commeſſationibus & ebrietatibus, &c. vbi elegãter non minus quam piè ac copioſè oſtendit Nazianzen,
quo pacto feſta Chriſtianis celebranda ſint, &c. locus ſanè lectu dignus, quem etiam pulchrè ac
doctè illuſtrauit Elias Cretenſis Metropolit. Et cum his quadrant, quæ idem Nazianz. in oratione ſua
panegyrica, in Chriſti natiuitatem, affert non longè ab initio, in hæc verba: Quocirca non vt in publicis
feſtis fieri ſolet, ſed diuinè, non mundanè, ſed ſupramundanè, celebritatem agamus, &c. & paulò pòſt: nec
domus veſtibula coronis cingamus, nec choros agitemus, nec vicos ornemus, & quæ ſequuntur ibid. quæ
etiam Nicetas fuſius ſuis Scholijs illuſtrauit, amplificauitq́; quem in eum locum vide. D

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

De Charitate ſiue Dilectione.

Eodem G. Voſsio Interprete & Scholiaſte.

Matth.11. BENE ait Dominus: quoniam onus meũ leue eſt. quale enim pondus E
I.Ioan.5. eſt, quisve labor, remittere fratri ſuo offenſiones? leuis ſanè &
prorſus nihili, vt & de proprio concedere, ac condonare, & ſimul
quàm citiſſimè iuſtificari. Non dixit, adducite mihi opes, aut vitulos,
aut hœdos, aut ieiunium, aut vigiliam, vt dicere queas,
non habeo, non poſſum; Sed quod leue eſt, ac facile, & compendioſum,
Matth.6.18. hoc præcepit, dicens: Et tu ignóſce fratri tuo errata ſua, & ego tibi ignoſco
Luc.6.17. tua. tu exigua delicta ac debita remittis, fortè obulos pauculos, aut tres denarios:
Ego autem ſexcenta talenta tibi remitto. ac tu quidem tantummodo condonas
aliquid, nihil de tuo largiens: Ego verò & remiſſionem tibi præbeo, & ſanitatem,

A nitatem, & regnum largior; ac tum demum, tuum ipſe munus accipio quando tu reconciliatus fueris inimico, quando non foueris inimicitiam aduerſus aliquem, quando ſol non occiderit ſuper iracundiam tuam, quando cum omnibus charitatem & pacem habueris, tunc oratio tua accepta, oblatioque tua beneplacita erit, domus benedicta, & tu beatus. Si autem fratri tuo nō fueris reconciliatus, quo pacto à me indulgentiam remiſſionemque depoſces? Sermones meos peſſundas, & veniam imperas? At ego qui tuus ſum Dominus, impero & non attendis: & tu qui ſeruus es, quomodo audes offerre mihi orationes, ſacrificia, atque primitias, inimicitias aduerſus aliquem fouens? Quemadmodnm enim tu faciem tuam à fratre tuo auertis, ita & ego ab oratione tua, ac donis tuis auertā oculos meos. Rurſus autem obſecro Fratres, cùm Deus ſit charitas, & quæ abſque B charitate fiunt, non placeant Deo: quomodo ergo ſuſcipiet Deus orationem, aut dona, aut primitias, aut fructuum oblationem ab homicida; niſi illum prius, vt ratio poſtulat, ritè pœniteat. At dices, homicida non ſum. Ego verò te homicidam oſtendero, vel Ioannes potius Theologus te coarguet, cùm ait: Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Reliquum eſt igitur fratres, vt nihil prius, antiquiuſque charitatis poſſeſſione habeamus, nihilque ſit nobis aduerſus aliquem, neque malum pro malo cuiquam reddamus, nec ſol occidat ſuper iracundiam noſtram ſed remittamus debitoribus omnia, ac charitatem nobis comparemus, quæ multitudinem peccatorum operit. Quid enim profuerit, filij cuncta poſſidere, viuica autem ac ſaluante charitate deſtitui? Quemadmodum enim ſi quis prādium magnificum inſtruxerit, vt Regem, Principes, ac Duces ad hoc inuitet, & ne quid omitatur, opulenter admodum quæuis præpararit, deſit autem ſal, poteC ritne aliquem recreare prandium eiuſmodi? Nequaquam ſanè: quin etiam damno talis ſibi in exitu fuerit, oleumq; ac operam perdiderit, & ignominiæ notam ſibi interim apud eos, quos inuitauerat, inuſſerit. Sic quoque hic, quid commodi in ſe habet labor vanus, abſque charitate? ſine qua, quodcunque opus & quæuis actio poluitur, licet etiam quis ſibi virginitatem vendicet, licet ieiunet, licet vigilet; ſiue hoſpitio pauperes ſuſcipiat, ſiue etiam dona videatur offerre, vel primitias, vel fructuum fertilitatem, aut Eccleſias fabricet, aliudve citra charitatem præſtiterit: omnia illa pro nihilo reputabuntur apud Deum, cum in ijs, hac ſecluſa, neutiquam ſibi complaceat Dominus. De quo Apoſtolum audi: Si linguis, inquit, Angelorum loquar & hominum, ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & ſi habuero omnem, *a* intelligentiam, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, *b* nihil mihi prodeſt. Nam qui inimicitias fouet aduerſus fratrem, & videtur ſibi aliquid offerre Deo, tanquam immolans D canes, & vt merces ſcorti æſtimabitur. Caue igitur, nequid abſque charitate vnquam feceris, quoniam charitas multitudinem peccatorum operit. O quale bonum deſpicimus. O quantis bonis, quantoque gaudio deſtituimur, charitatis expertes. Hanc Iudas ſpernens, ex medio Apoſtolorum choro diſceſſit, Lucem veram, ſuum ipſius præceptorem deſerens: proprios fratres odio habens, in tenebris ambulauit. Quamobrem & Princeps Apoſtolorum Petrus ait: Prȩuaricatus eſt Iudas, abiens in locum ſuum. Et rurſus Ioannes Theologus: Qui odit fratrem ſuum, inquit, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo vadat, quia tenebræ obcæcarunt oculos eius. Sed ſi dixeris: tametſi ego fratrem meum non diligam, Deum tamen diligo, Idem de redarguit Ioannes, cum ait: Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt; qui enim E non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? Qui ergo charitatem cum proximo habet, & non eſt ei inimicitia cum quoquam, quique implet dictum Apoſtoli: ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram, hic verè diligit Deum, hic diſcipulus eſt Chriſti, qui ait: quia in hoc cognoſcent omnes quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Perſpicuum eſt igitur, non aliunde quàm ex vera charitate diſcipulos Chriſti agnoſci. Qui autem odio habet fratrem, & videtur ſibi diligere Chriſtum, mendax eſt, & ſeipſum ſeducit; ait enim Iohannes Apoſtolus: quoniam hoc mandatum habemus ab ipſo, vt qui diligit Deum, diligat & proximum ſuum. Et iterum Dominus: Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum ſicut teipſum. volensq; vim charitatis demonſtrare, intulit, dicens: In duobus

Matt.5.
Epheſ.4.
Matth.5.6.
Marc.11.
Ibidem.
Ioan.4.
1.Ioan.3.
Epheſ.4.
1.Pet.4.
Charitas ſali comparatur.
1.Cor.13.
1.Cor.13.
a Al. Omnium fidē. & ſic vulg.
b. Al. nihil ſum.
Prouerb.6.
1.Pet.4.
Actor.1.
1.Iohan.2.
1.Ioan.4.
Epheſ.4.
Iohan.13.15. & 1.Ioan.2.
1.Iohan.4.
Ibid. & Epheſ.5.
Leuit.19.
Maath 22. &

bus hiſce mandatis, tota lex pendet & Prophetæ. O rem admirandam atque eximiam, A
Marc.12. quoniam qui habet charitatem non fictam, totam legem implet. nam
Rom.13. plenitudo legis eſt dilectio, ſecundum Apoſtolum. O vis charitatis imcomparabilis.
O vis charitatis immenſa. Charitate nihil præſtabilius, neque in cœlo neq:
in terra. Idcirco Paulus Apoſtolus, cùm didiciſſet charitate dignius non eſſe quidquam,
Ibidem. in fines orbis terrarum ſcripſit, & miſit, dicens: Fratres, nemini aliquid debeatis,
niſi vt diligatis inuicem; & animas veſtras pro inuicem ponatis. In hoc ſiquidem
Charitas ſal omnium virtutum. conſiſtit charitas, caput & ſal omnium virtutum. Charitas plenitudo
Gene. 4. legis charitas ſalus expers erroris. Hæc ab initio in corde Abel habitauit, hæc ipſius
Noe gubernatrix fuit, hæc Patriarchis eſt cooperata, hæc Moyſen præſeruauit,
Exod. 33. hæc Dauidem Spiritus Sancti domicilium effecit, hæc in Prophetis tabernaculum
collocauit, hæc Iob confirmauit. Et cur non maiora proferam? hæc ipſum
Ioan. 3. Filium Dei ex cælis ad nos deſcendere coegit, qui præ nimia charitate carnis B
expers, carnem aſſumpſit: qui ſine tempore, in tempore propter nos. qui Filius
Dei, filius hominis efficitur. Per charitatem, cuncta ad ſalutem adminiſtrantur:
Per eam, mors ſubacta eſt, infernus deſtructus, Adam ad vitam reuocatus, & Eua
libertate donata eſt. Per charitatem, vnum Angelorum & hominum factum eſt
ouile. Per charitatem maledictio ſublata eſt, & paradiſus apertus, vita manifeſtata,
Regnumque cælorum adnuntiatum, hæc Piſcatores ex piſcium captura, hominum
Matth. 4. Marc. 1. Luc. 5. piſcatores effecit, hæc Martyribus in eorum certamine animum roburque
præbuit, hæc politias in ſolitudinibus conſtituit, hæc montes & ſpeluncas dulci
Pſalmorum concentu repleuit, hæc homines Angelos effecit, hæc viros pariter
ac mulieres arctam anguſtamque inire viam edocuit. Sed quouſque orationis
meæ fila extendam, incomprænhenſibilia proſequens? Quis omnes charitatis C
laudes perſequi poſſit? Equidem nec Angelos pro dignitate id facere poſſe arbitror.
O beata charitas, quæ cuncta bona ſubminiſtras. O charitas beata, quæ cunctos
beatos demonſtras, qui te expetunt. Beatus & ter beatus eſt homo ille reuerà,
qui in corde puro, & conſcientia non ficta charitatem poſſidet. Cùm autem
de Charitate audis, caue mundanam & carnalem ſuſpiceris, ac de ea quæ in cauponis
Philip. 3. ac ſympoſijs locum habet, quorum Deus venter eſt, & gloria, quorumque
charitas menſæ terminis circumſcribitur, quorum charitas inimicitia eſt aduerſus
Deum: huc amici vocantur & non hoſtes, hìc pauperes non adſunt, hìc riſus
& plauſus manuum, atque tumultus; hìc temulentiæ & infamiæ. De hac Apoſtolus
ait. Qui ſe mundi putat amicum, Dei inimicus conſtituitur. De hac charitate
Iacob. 4. vel deceptione potius, & vt maius quidpiam dicam, quam Deus non adſpicit: Dicit
Matth. 5. enim Dominus, quòd & gentes hoc ipſum faciant. Si enim diligatis diligentes D
*aliâs habebitis. vos, quæ vobis gratia debetur? aut quam mercedem * habetis? At nos non de
hac loquimur, non hanc prædicamus, aut laude proſequimur, verùm illam non
fictam, illam culpa & reprehenſione omni vacantem, illam impollutam, illam
Rom. 12. incomparabilem, illam inquam, quæ cuncta in ſe continet, & in omni opere bono
nominatur, quam Dominus noſter edocuit, dicens: vt quis animam ſuam ponat
Ioan. 15. pro amicis ſuis. Etenim Dominus ipſe docuit & fecit, animamque ſuam pro
Actor. 1. nobis poſuit: non ſolùm pro amicis, ſed & pro inimicis. Sic enim Deus dilexit
Ioan 3. & 1. ioan. 4. mundum, vt Filium ſuum dilectum daret pro nobis. Quin & hac charitate flagrans
1. Cor. 3. Appſtolus Paulus, diuinamque in ſe charitatem poſſidens, dixit: Charitas
proximo ſuo malum non operatur, non reddit malum pro malo, nec maledicta
pro maledictis ingerit; ſed ſemper eſt patiens & longanimis, ſemper benigna
eſt. Charitas non æmulatur, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper E
iniquitate, congaudet autem veritati; Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat,
omnia ſuſtinet? huiuſmodi charitas nunquam excidit, qui hac eſt præditus,
beatus eſt & in præſenti & in futuro ſeculo. Beata hac charitate ornatus, non
Ibidem. inflatur, non inuidet, neminem odio habet vnquam, non faſtidit pauperem,
non auerſatur mendicum, non deſpicit orphanum, non viduam, non peregrinū.
Qui hanc habet, non modo diligentes ſe diligit, hoc enim & ethnici agũt: verùm
etiam tribulãtes ſe. Diuina hac charitate amictus Prothomartyr Stephanus, pro
Actor. 7 lapidantibus ſe obſecrabat dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Rurſus
dico, & dicere non ceſſabo; Beatus homo qui cunctas res terrenas, ac corruptioni
ſubiectas contemnit, & charitatem poſſidet: huius merces diebus ſingulis augetur.

A getur. Huius merces atque corona parata eſt, & paradiſus apertus, regnumq́ue cælorum dono retribuitur. Hunc omnes Angeli beatum prædicant. hunc cæli & vniuerſæ Poteſtates collaudant. hunc cum gaudio & exultatione, Archangelorum chori ſuſcipient. Huic vltro cæleſtes portæ aperientur, quas etiam audacter ingredietur, præſentandus coram throno Dei, & ad dexteram Dei coronandus; cum quo regnabit in ſecula ſempiterna. Quis hoc beatior? Quis hoc ſublimior? Quis hoc honorabilior? Cernitis in quam altitudinem, poſſeſſores ſuos charitas ſubuehat. Vt rectè ab Apoſtolo dictum ſit : Nemini aliquid nos debere niſi hoc tantummmodò, vt inuicem diligamus. Deus enim charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in ipſo manet, in ſecula ſeculorum. Amen.

1. Ioan. 4.

B

SCHOLIA.

HVc pertinent, quæ alibi ab eod. S. Ephræm de Charitate eiusq́; laudibus pertractātur, tā in breuioribus eius Adhortationibus, tom. 2. quam in Tract. de virtutibus & vitijs per oppoſitionē, hoc eodem tom. paulò poſtea, vbi de Charitate & non habentibus charitatem agit. Abſolutiſſimum huius virtutis encomium, luculenta Oratione eaq́; verè aurea, cui titulus eſt, De charitate, deſcripſit Theodoritus Epiſcopus Cyri, quam nos non ita pridem è Græco Latinā fecimus, & in vtraque lingua, ſimul cum ſcholijs, Romæ edimus. De qua etiam virtute, videri poterit inſignis Homilia S. Auguſtini, tract. 87. in Iohannem, in initio, ſuper illa verba Euang. Ioan. 15. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. digniſſima lectu.

C

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI Encomium in Pſalmos.

Eodem Interprete, & Scholiaſte.

ET hæc quidem, ac his plura, de Charitate: noſtrum porrò erit rurſus ad inſtitutum reuerti, & de pœnitentia ac futuro iudicio ſermonem proſequi: iſta ſiquidem omni tempore nobis ſunt meditanda. Quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Propterea dies noctesque in vltimam illam horam, mētis aciem intende: & D in lege Domini meditare die ac nocte. Cum Deo multis, cum hominibus paucis loquere: Et ſi manum operi admoueris, os pſallat, & mens oret. Pſalmus in ore tuo ſit aſſiduè. Quoniam Deus cùm nominatur, dæmonas fugat, & pſaltem ſanctificat. Pſalmus tranquillitas eſt animę, deſignator pacis. Pſalmus, amicitię conciliator, diſſidentium vnio, inimicantium inter ſe fœdus ac pacificatio. Pſalmus, Angelorum ad ſubueniendum inductio, præſidium timoris nocturni, requies à laboribus diurnis, infantium tutela, ornamētum ſenibus, maiorum natu conſolatio, mulieribus aptiſſimum ornamentum. hic ſolitudines inhabitat, conciones temperat, rudibus eſt inſtructio, proficientibus incrementū, perfectorum firmamentum, & vox Eccleſiæ. hic feſta colluſtrat, hic dolorem ſecundum Deum operatur. Etenim Pſalmus ex lapideo etiam corde lachrymas excutit. Pſalmus Angelorum opus eſt, cæleſte munus atque adminiſtratio, E incenſum ſpiritale. Pſalmus mentium illuminatio, ac corporum ſanctificatio. In hoc, fratres, nunquam exerceri deſiſtamus, & domi, & extra in vijs, & dormientes & excitati, loquentes nobiſmetipſis in pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritalibus. Pſalmus piorum gaudium, hic ocioſiloquium exterminat, riſum reprimit, iudicium ſuggerit, animam in Dei laudem excitat, cum Angelis choros agit. Vbi pſalmus adeſt cum compunctione, ibi & Deus vnà cum Angelis. At vbi diabolicæ cantiones ſunt, ibi ira Dei, & Væ, remuneratio riſus. Vbi Sacri libri adſunt & lectiones: ibi iuſtorum eſt lætitia, & auſcultantium ſalus. Vbi autem citharæ, & tibiarum cantus atque tripudia perſtrepunt; ibi virorum pariter ac mulierum ſunt tenebrę, diaboliq́ue feſtum celebratur. O ſubdola diaboli vafricies atque in-

1. Theſſ. 5.
2. Pet. 3
Apoc. 3. & 16.
Pſalm. 1.
1. Cor. 14.

Pſalmodiæ virtus, & efficacia.

Epheſ. 5.
Coloſſ. 3.

Cantica laſciua, diabolica.

uentum. Quomodo technis ſuis ac dolis vnumquemque ſupplantat, fallitque, hominesad mala tanquam ad bona facienda inducens. Hodierno die ſicut apparet, pſallunt Domino, craſtino autem ſtudioſè choreas ducent diabolo. hodie Chriſtiani, & cras ethnici atque pagani. hodie bonæ famæ ac celebres, & cras gentiles. hodie Chriſti ſerui, & cras Apoſtatæ à Deo. Nolite ſeduci. Nullus ſeruus poteſt duobus Dominis ſeruire, ſicut ſcriptum eſt. Non poteſtis Deo ſeruire, & cum (Matth. 6. Luc. 16.) diabolo choreas ducere. Quare vt veri & ingenui ſerui Chriſti, ipſi ſeruiamus, ipſum adoremus, in ipſo perſeueremus, in ipſo ad vltimum vſque ſpiritum permaneamus. Caueamus locum aſſenſumve præbere draconi, qui tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret, quem dolo circumueniat; cui reſiſtite fortes, ſicut decet Chriſti milites, inſeruientes ipſi, & cum ipſo permanentes. (1. Pet. 5.) Noli hodie pſallere, & cras in tripudijs eſſe. Noli hodie pœnitentiam de peccatis tuis agere: & cras in perditionem animæ tuæ in choreis ſaltare & geſticulari. B Caue hodie legas, & cras cithara ludas. Caue hodie ieiunijs te maceres ac temperans ſis, cras verò huc illucque animum circumagens oberres, ac cunctis ludibrio reddaris. Ne quæſo fratres, ita tempus ſalutis noſtræ deperdamus, ludentes ac ludificati. Eſto boni agricolæ inſtar, operans & coaceruans. Ne frater præſidia vitæ æternæ abijcias. ne ciborum ſiccitatem repellas. caue à vigilijs ceſſes: caue tædio humi cubandi afficiaris. Caue pſalmodiam prætermittas. Quoniam hæc & his ſimilia, te in vitam, & gaudium, & lætitiam requiemque æternam promouebunt. Dilige ſilentium, ab omni ſermone inordinato: mentem ſiquidem à Deo mundana colloquia alienant, ſeparantque.

C

SCHOLIA.

DE virtute & laudibus Pſalmorum, cui plura videre lubuerit, Baſilium Magnum legat, qui præclarum eorundem Encomium conſcripſit. quo cum hoc Ephræm valde conſonant, conueniuntque in plurimis: ſicut vtrumque legenti ac conferenti patebit, quamquam de his latius ibi, quam hic agatur. Incipit autem illud Baſilij Encomium ſic: Cùm omnia ſacra volumina diuini ſpiritus inſtinctu cōſcripta, ac planè vtilia ſint, &c. De Dauidicis etiam canticis ſeu Pſalmis, pulchrum ſermonem habes. apud Chryſoſtomum tom. 1. Plura in Pſalmodiæ laudem reperies inter Sermones S. Dorothei, Serm. 11. qui incipit: Animum aduertite, dilectiſſimi fratres, &c. quaſi ſub medium, vſque ad finem Sermonis.

D

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

De orando Deum, ſiue de oratione.

VErè beatum eſt non peccare; peccantibus autem, non deſperandum, ſed dolēdum de peccatis, vt eiuſmodi dolore rurſus beatitudine potiantur. Bonum igitur fuerit ſemper orare, & nunquā (Lucæ 18. 1. Theſſ. 5.) deficere, quēadmodum ait Dominus. Et rurſus Apoſtolus: Sine intermiſſione orate, hoc eſt, noctu & diu, & quacunq; hora, neque ſolum poſtquā Eccleſiam es ingreſſus, alijs autē horis abſq; E cura ſis. Verū ſiue opereris, ſiue dormias, ſiue iter facias, ſiue comedas, ſiue bibas, ſiue decumbas, caue orationem tuam intermiſeris. Neſcis enim quando veniet, qui animam tuam eſt reperiturus. ne expectes diem dominicum, (Pſalm. 102.) aut feſtum, locive differentiam: ſed vt inquit Propheta Dauid; In omni loco dominationis. Siue igitur in Eccleſia fueris, ſiuè domi tuæ, ſiue in agro: Et ſi oues paſcas, & ſi ædificia conſtruas, & ſi in ſympoſio verſeris, ab oratione caue deſiſtas: Et quandocunque poteris genua flecte, quando non potueris, mente Deum (Pſal. 54.) inuoca, & veſperi, & manè, & meridie. Quod ſi orationem operi præmiſeris, & ſurgens è lecto, primorum motuum tuorum initia ab oratione duxeris, aditus peccato in animam non patebit. Oratio temperantiæ eſt cuſtodia, iracundiæ

frænum,

A frænum, animi elati repreſſio, & ad modeſtiam reuocatio, odij ob acceptas iniurias medicina, inuidiæ deſtructio, impietatis correctio. Oratio, corporum robur, rei familiaris adminiſtratio, recta iuris legumque conſtitutio, Regni potentia, trophæum atque vexillum belli, tutela pacis. Oratio, virginitatis ſigillum eſt, fides nuptiarum, viatorum præſidium dormientium cuſtos, euigilantium confidẽtia, agricolarum fertilitas, nauigantium ſalus. Oratio, reorum patrona, vinctorum relaxatio, mœrentium conſolatio, lætantium iucunditas, lugentium ſolamen, celebritas feſti natalitij, coniugum corona, morientium ſepultura. Oratio, cum Deo eſt colloquium, par cum Angelis honor, proborum promotio, ab improbis auerſio, & peccantium emendatio. Oratio, Ionæ prophetæ balenam, pro domo conceſſit. Et Ezechiam ex portis mortis ad vitam reduxit. Ipſiſque tribus B pueris in Babylone, flammam ignis in flatum roris conuertit. Oratione, Elias cælum clauſit, ne plueret annis tribus, & menſibus ſex. Ioan.1. & 2. Iſa.38. & 4.Reg.20. Daniel.3. 3.Reg.17. & 18. Luc.4. Iacob.5. Videtis fratres, quid quantũque valeat oratio? Neque enim eſt alia in tota vita humana, precioſior oratione, poſſeſſio: ab hac nunquam vos ſeparari patiamini, ab hac nunquam receſſeritis. Verùm ſicut Dominus noſter ait: Oremus, ne in vanum fiat labor noſter. Matth.6. quãdo autem ſteteritis orantes, remittite, ſi quid aduerſus aliquem habueritis, vt & Pater veſter cæleſtis remittat delicta veſtra. Videte dilecti, quoniam in vanum laboramus orãtes, ſi habuerimus inimicitiam aduerſus aliquem. Matth.5.&6. Et iterum Dominus: Si obtuleris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia habet quis aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, primum reconciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum. Matth.5. Perſpicuum eſt igitur, niſi hoc prius feceris, nihil eorum omnium quæ obtuleris, gratum acceptumque C fore: Sed ſi mandatum Domini compleueris, tunc audacter Dominum deprecare, dicens; Remitte mihi Domine debita mea, ſicut & ego remiſi fratri meo, præceptum tuum impleui, ego quantumuis infirmus dimiſi. Cui reſpondebit humani generis amator: Si dimiſeris, & ego dimitto, Si ignoueris, & ego tibi tua ignoſco: Etenim poteſtatem habeo in terris remittendi peccata tua, remitte, & remittetur vobis. Videtis benignitatem Dei incomparabilem. Cernitis bonitatem Domini immenſam? Audiſtis breuiter ſalutem animarum veſtrarum.

D SCHOLIA.

DE Orationis ſiue precationis laudibus, plura vide in oratione S. Baſilij Magni, de Precatione, cuius principium, Latinè redditum, ſic ſe habet: Neceſſarium eſt nos, fratres, precationem noſtram non ſyllabis explere, ſed animi magis propoſito & actionibus, quæ virtute, omni tempore vitæ noſtræ condiantur, &c. ac apud eundem Baſil. in conſtitutionibus monaſticis, cap. 2. in eiuſdem cõmendationem multa. Et in duplici oratione S. Chryſoſtomi, etiam de Precatione ſiue oratione, quarum vtraque elegantiſſima eſt. & in alia ad pop. Antiochenum homilia, quæ eſt 79. de Oratione. De eadem etiam, videantur Nili monachi, de Oratione, cap 153. & quæ per totam Collationem nonam & decimã. De Oratione luculẽter adducit Iohan. Caſſianus, lectu ſanè digniſſima, aliaſq; apud ipſum Ephræm alibi.

EIVSDEM
E S. PATRIS EPHRAEM SYRI
De amore pauperum.

Eodem G. Voſsio Interprete & Scholiaſte.

HVc agite ergo fratres chariſſimi, contemnamus hęc momentanea, omnemque cogitationem in æternis illis bonis, nobis promiſſis, defixam habeamus. Luc.16. Studeamus hoc inquam, priuſquam adueſperaſcat, noſtraque hæc panegyris ſoluatur. Faciamus nobis amicos ex mammona iniquitatis, pro teſtibus multos pauperes acquiramus, à quibus nobis oleum emamus, præmittamusque. Matth 25. Illi nam-

que oleum pro lampadibus vendunt: quales ſunt, viduæ, orphani, impotentes, A
Luc.14. debiles, claudi, cæci, leproſi, læſi, & quotquot præ foribus Eccleſiarum conſident
pauperes: hos foueamus, iuuemusque. nam iudicem ipſi nobis conciliant.
Deut.15. Caueamusque noſtrum ab ijs vultum auertere, qui nos adeunt; quin & hilarè
Tob.4. potius obuiam illis occuramus: ad infirmos autem emittamus, quod priori
maius erit. Vnuſquiſque in Eccleſijs, de pauperibus atque peregrinis inquirat,
offendensque ſuis excipere ſtudeat ædibus, requieque. Ante omnes etiam
2.Cor.8. alios cupidos, quiſque pauperes ſibi præripere ſtudeat: Etenim cum paupere, in
Galat.3. domum vnà congreditur Chriſtus, qui propter nos factus eſt pauper: talibus
enim hoſtijs promeretur Deus. Quod ſi, qui prophetam accipit, mercedem
Heb.13. Matt.10. Marc.9. prophetæ accipiat: quid ergo mercedis accepturus eſt, Chriſtum ipſum ſuſcipiens?
Luc.10. Ioan.13. Perſpicuum ſanè id, quod ſcriptum eſt: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit,
1.Cor.2. nec in cor hominis aſcendit. Qui pauperem ſuas in ædes induxerit, Chriſtum B
Matth.5. ipſum ſecum adduxit, qui ait: Beati miſericordes. Qui miſeretur pauperis, Deo
Matth.25. ipſi hoc totum ad vſuram tradit, qui dixit: Quod feciſtis vni ex minimis hiſce,
mihi feciſtis, Qui peregrinum ſuo ſub tecto excipit, Chriſtum ipſum ſuſcipit dicentem:
Matth.8. filius autem hominis, non habet vbi caput reclinet: hæc & his ſimilia,
Luc.9. pœnitentiæ ſunt fructus, corona, exultatio, ac Chriſtianorum gloria. Non glorietur
Pſalm. 48. ſapiens in ſapientia ſua, aut potens in potentia ſua, aut diues in diuitijs ſuis;
Hierem.9. 1.Cor.1. ſed quicunque gloriatur, in Domino glorietur. Gloria verò Chriſtianorum, Dei
1.Cor.10. præceptum eſt. Gloria Chriſtianorum, Apoſtolorum & Prophetarum doctrina.
Gloria Chriſtianorum, humilitas animi eſt, ſpiritalis paupertas, atque obedientia.
Gloria Chriſtianorum, pſalmodia cum compunctione. Gloria Chriſtianorum,
pœnitentia cum lachrymis. Gloria Chriſtianorum, manſuetudo & quies, C
omnibusque ſe ſubmittere, ac reuerentiam tribuere. Gloria Chriſtianorum, pedes
fratrum lauare. Gloria Chriſtianorum eſt, dicere ſocio: peccaui tibi, ignoſce
Matt.18. mihi. Gloria Chriſtianorum, aduenarum & peregrinorum eſt receptaculum, atque
Luc.17. compaſſio. Gloria Chriſtianorum & ſalus eſt; ſemper mēſa ſua pauperes, orphanos,
aduenasque excipere: hanc etenim domum Chriſtus ſua nunquam præſentia
Epheſ. 5. deſtituet. Gloria Chriſtianorum eſt, non ſinere ſolem occidere ſuper iracundiam
ſuam, neque in inimicitia aduerſus aliquem, obdormiſcere. Gloria
Chriſtianorum atque corona eſt, tribulationes ſufferre, & non indignari: taliſque
Ioan.16. amicus reperietur illius, qui dixit: Quoniam tribulatio veſtra, conuertetur in
Matth.25. gaudium. Gloria Chriſtianorum eſt, eos qui in carcere ſunt viſitare, cuiuſmodi
ſunt, qui in ſpeluncis, ac montibus, terræque cauernis verſantur; ſicut verum docet
Ibidem. diſcipulum illius, qui ait: In carcere eram, & veniſtis ad me. Gloria Chriſtianorum D
eſt, ſemper meminiſſe Dei, magnique diei iudicij. Et cur non maiora affero?
1.Tim.6.& Gloria Chriſtianorum, lausque ſaluſque, eſt rectæ fidei confeſſio, &
2.Tim.1. non condeſcendere ac ſuffragari contraria ſentientibus: Verùm ſeruare
1.Tim.6. mandatum & depoſitum immaculatum, irreprehenſibile, nullaque hæreſis fece
Ioan.2. pollutum atque permixtum, vſque ad apparitionem Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Hunc ſiquidem videns Dominus, dicet: Ecce verè Iſraelita, Chriſtianus ſcilicet,
in quo dolus non eſt. In his oportet nos gloriari fratres, & non in curribus, & equis, potentijs, atque diuitijs.

SCHOLIA. E

DE Pauperibus amandis, pulchrum etiam Sermonem habet Gregorius Episcopus Nyſſenus, quem vide inter eius opera. Nec minus elegans, lectuq; dignus reperitur Sermo, de charitate in Pauperes, apud Gregorium Nazianzenum. Et Hom. Quòd vtilis ſit paupertas, & de miſericordia, apud Chryſoſtomum Tom. 5. ad populum Antiochenum. Et in hoc Argumentum, plura alibi inuenies apud Ephram.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Ieiunio.

Interprete & Scholiaſte eodem.

ESTO ſtudioſus paupertatis Chriſti, vt in cęleſti patria, eius diuinitate diteris. B Appete optimum ieiunium, rem prætioſam atque ſpectabilem. Ieiunium vehiculum eſt ad cælum. Ieiunium, Prophetas ſuſcitat, Legislatores ſapientiam docet. Ieiunium, bona animę cuſtodia, & corporis ſecurus cohabitator. Ieiunium, ſtrenuis militibus telum, athletiſque exercitium. Ieiunium tentationes retundit, ad pietatem inungit. Sobrietatis comes, temperantiæqua opifex. Ieiunium, fortitudo viri eſt in bellis. Ieiunium, ignis virtutem exſtinxit. Ieiunium, ora leonum obturauit. (Daniel. 6.) Ieiunium, orationes in cælum dirigit. Ieiunium, mater ſanitatis. Ieiunium, iuuentutis diſciplina, ornamentum ſenibus. Ieiunium, optimus itineris comes, viatoribus. Ieiunantis corpus venuſtum eſt, & anima pretioſa. Ieiunium, Lazarum in ſinu Abrahę refecit. (Lucæ 16.) Hoc igitur & nos amplectamur, vt nos quoque Abrahæ ſinu excipiamur. Fugiamus delitias, & multo riſu redundantem ebrietatem, fornicationis matrem. (Contra Ebrietatem.) Ebrietas, Dominum reſpuit. Ebrietas, Spiritum C ſanctum repellit. Ieiunium, bona ciuitatis lex; forique moderatio atq; tranquillitas. Ieiunium, non ſectatur mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Caueamus igitur malè agere, cùm ieiunamus: ſiquidem Angeli ſunt, qui per ſingulas Eccleſias deſcribunt ieiunantium nomina. Ieiunium, iniuriarum recordationem non admittit. Quoniam qui moleſtias ac dolores, iniuriaſque ſibi illatas memoria retinent; (Simile.) quamuis videantur orare & ieiunare, ſimiles ſunt ijs, qui aquam exhauriunt, & in dolium pertuſum infundunt. (Prouerbium.) Non enim oratio, malum in corde aduerſus proximum ſuum cogitantis, grata eſt Domino. Cui ſit honor & imperium, in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA.

D *EXTAT & pulchra de Ieiunio, oratio apud Baſilium Magnum, cuius principium eſt tale: Imperatores quidem cùm exercitum in aciem educunt, exhortatione ante conflictũ vtũtur, &c. aliusq; Sermo, de laudibus Ieiunij, apud eundem per elegans reperitur, qui incipit; Canite tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtræ, quia præceptum in Iſrael eſt, &c. habetur inter opera eius. Duosq; præclaros ſermones de Ieiunio apud Chryſoſtomum inter Didact. & Parenet. eius Tom. 5. reperies; & alios quoſdam ad popul. Antiochen. eod Tom. 5. &c. De hoc quoque apud Iohan. Caſſianum, vide plura capita, lib. 5. de ſpiritu Gaſtrimargiæ, & Collat. 21. apud eundem.*

Qui aquam exhauriunt, & in dolium pertuſum infundunt, &c.] *Prouerbium optimè hoc loco per Simile accommodatum: Quo eodem etiam opportunè, vſus eſt Baſilius, in ſermone de Ieiunio, iam* E *citato: Canite tuba, &c. qui Sermo, in pluribus valde cum hiſce S. Ephræm quadrat, dignusq; qui legatur, & conferatur.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Quomodo intelligendum ſit illud Scripturæ: Duo erunt in agro, &c.

Matth. 24.

Interprete, & Scholiaſte eodem.

do à ſcandalis, &c. apud eundem Chryſoſtomum, Tom.2. In eandem quoque ſententiam, plura in Moralibus reperies apud S. Baſilium cap.1. Regul.33. Quod neminem ſcandalizare oporteat, item cap.2.3.4.5.& Regula 34.35. ibidem. De non ſcandalizando proximo, etiam doctè & efficaciter agit S. Auguſtinus lib. de ſalutaribus documentis, cap.22. Tom.4. in 2. quæſt. vet. & noui Teſtam. quæſt. 85. Et ſerm 33. Tom.4. De quo etiam S. Ambroſius, ſuper primam ad Corinth.8. Tom.5. ſuper 2. ad Timoth. cap.3. De dignitate ſacerdotali, cap.5. Tom.4. &c.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De vera atque perfecta Renuntiatione. Et quo pacto Anima Deum inueniet, cuius etiam cauſa ad nos venire dignatus eſt Dominus.

QVI vitam quietam excolit, & vita ſolitaria gaudet, optimum principium amplectitur. Verùm ſeipſum intueatur oportet, an ſicut à perturbationibus exterioribus ſe abſtraxit; ita & ab interioribus commotionibus, maximiſque dæmonum procellis, ſit immunis ac liber. Nam & in anima perturbationes ſunt atque commotiones improbiſſimarum cogitationum, magnæque malitiæ aduerſarum poteſtatum, de quibus ait Apoſtolus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem; ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. Et rurſus: Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt; ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. Itaque vniuerſum noſtrum certamen in eo eſt poſitum, vt ab ijs quæ intra nos ſunt perturbationibus, conquieſcamus ac liberemur; & veris tumultibus renuntiemus, cum vniuerſa turba prauarum cogitationum, quæ ab aduerſis illis poteſtatibus nobis ingerũtur. Cũ aliàs fruſtra fieret renuntiatio, ſeceſſuſque ad ea quæ videntur loca. Vera ſiquidem renuntiatio hæc eſt: Interna animi pace atque quiete perfrui, eamque tueri. Quando igitur coram Deo in oratione perſiſtis, caue ne pulchra tua vaſa, in quibus Deo miniſtras, hoc eſt, cogitationes tuæ, ab hoſtibus tuis rapiantur. Et quo pacto precor, vel in quo, miniſtrabis Deo vniuerſorum, captis, id eſt, abreptis, & quaſi in captiuitatem abductis cogitationibus? Non enim indiget Deus, vt os vel lingua oret. Cultus autem Deo placens hic eſt: vt cogitationes, & tota fortitudo ac vis animæ, cum mente tota in Deum abſque vlla diſtractione ferantur. Caue aurum tuum ære vel plumbo miſceas, hoc eſt, animam tuam improbis atque immundis cogitationibus contamines. Quemadmodum enim virgo viro deſponſata, ſi corrumpatur ab alijs, execrabilis efficitur marito: ita & anima ſordidis cogitationibus diſtracta, & pactis atque conditionibus obligata, abominabilis redditur cæleſti ſpõſo ſuo Chriſto. Quantum autem in ſe eſt, caueat indulgere atque conſentire illarum dulcedini; vt ſic Chriſtus Dominus, eius in ſe amorem cernens, miſereatur ipſius, veniénſque diſperdat inimicos corrumpentes eam, ſuadentesque inimicitiam aduerſus ſponſum ſuum: Et conſilia eorum diſſipet, qui illam à Chriſto auulſam corrumpere ſtudent. Cumque iam viderit Dominus animam colligentem ſe, & quantum in ſe eſt, ſemper quærentem & exſpectantem Dominum ſuum, ac nocte diuque ad ipſum clamantem (quoniam ſic mandauit, ſine intermiſſione orandum eſſe) citò faciet vindictam illius, aduerſus inimicos eius; & mundans eam ab omni macula atque ruga, ſanctam & immaculatam ipſe * ſibi ſponſam exhibebit. Quòd ſi in eo, hæc ſe ita habere credis, vt reuera ſe habent; attendendum tibi erit, num anima tua inuenerit lumen, quod ipſam deducat cum cibo & potu vero, hoc eſt ipſo Chriſto, ad lucem inacceſſibilem. Si verò non habes, nocte diuque inquirito, vt accipias: Cœcus enim es. Quoniam ſic promiſſum eſt nobis; ſicque anima Deum verum repertura eſt. Quandocunque ergo ſolem vides, ve-

Ad vitam ſollitariã, quies animi requiritur.

Perturbationes animi quales?

Epheſ. 6.

2.Cor.10.

Vera Renuntiatio quæ ſit?

Mentis diſtractiones vitãdæ.

Cultus Deo placens.

Alluſio perpulchra.

Collatio notanda.

Improbis cogitationibus nequaquam conſentiendum.

Verba conſolatoria, animumque addentia.

Luc.18.

Epheſ.5.

* al. ipſam ſibi.

Ioan.6.

Marc.7.

Lucæ.18.

Matth.24. Luc.17. AVdiſti, quòd duo erunt in agro, quorum alter aſſumetur, & alter A
relinquetur: duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur:
& duo in domo, & reliqua. Et hi quidem in domo, qui in
ſublimitate ſunt conſtituti; vt Iudices, Præfecti, Imperatores, ac
Reges, optimates, ac magiſtratus. Eſt namque iudex iuſtus, & eſt
iniuſtus; ac iuſtus quidem aſſumitur ab igne, iniuſtus autem relinquitur.
Qui verò in agro, hoc ſcilicet in mundo, ſunt agreſtes, rudes, & idiotæ, genere
& opibus minimi, gloria item nominis conſpicui, atque inglorij; & hi quidem
iuſti, illi autem iniuſti: iuſti aſſumendi, iniuſti in igne relinquendi. Molētes
autem ſunt, multitudo mulierum, viciſſim verò & ipſæ animæ, quæ ſeruile ſortitæ
ſunt iugum, & in morbo vitam terminant. Sunt quippe mulieres iuſtæ, ſunt
& iniuſtæ. Sunt ſerui iuſti, ſunt & iniuſti. Sunt ægroti ac languidi iuſti, vt Iob, & B
Matth.24. Lucæ 17. Lazarus: ſunt & iniuſti, vt Caim, & Giezei. Vnde ait: Duo erunt in lecto, illorum
infirmitatem denotans. Iuſti aſſumentur, & iniuſti relinquentur. Sed quonam
1.Theſſ.4. modo, iuſti ſint aſſumendi, dicat Paulus: Qui viuunt in Domino, in nubibus inquit,
Matth 24. &25. obuiam Domino rapientur in aëra, & ſemper cum Domino erunt. Iniuſti
verò quo pacto reliquendi? Congregabunt Angeli electos quidem à quatuor
ventis, impios autem comburent igni inexſtinguibili. Ne igitur ſuſpiceris, ex lignis
inexſtinguibilem illum ſupplicij ignem fore, ſuccenſoresve illius, lictores aliquos,
Gen.19. Luc.17. vt plerique imperiti vulgo arbitrantur. Ad Sodomam reſpice, & caminum
abſque lignis cerne: Cogita quomodo vxor Lot, verſa ſit in ſtatuam ſalis, &
comminationes ignis admirare; (ſimul enim cum Lot erat vxor, & duæ filiæ) quādoquidem
neque Lot cum ſuis filiabus ignis conflagrationem ſenſit, neque ignis C
minas vxor effugit: Sed vnicuique propriam ſortem, iuſtitia diuina attribuit, perſoluitque.
Sic & in iudicio, aſſumentur iuſti, vt Lot: iniuſti verò relinquentur, vt
vxor eius.

SCHOLIA.

EVndem hunc Scripturæ locum, de vno aſſumendo, & altero relinquendo, vt eſt Matth.24. ac Luc. 17. reperies pulchrè non minus, quam piè & eruditè à S. Iohan. Chryſoſtomo tractatum atque explicatum, ſub finem elegantiſſimi Sermonis; à nobis nuper conuerſi, & Scholijs illuſtrati, De ſanctiſſima Aſcenſione Domini, qui incipit: Quando crucis memoriam, &c. circa finem ibi; audi quid dicat Chriſtus: Tunc inuenientur duæ molentes in mola, &c. Plura de hoc, apud Chryſoſtomum, & alios D *Patres, vide ſuper allegat. loc. Matth, & Luc. quibus ex profeſſo magis iſta tractatur, explicanturq;.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De his, quæ pręſens hęc noſtra vita in ſe continet.

Eodem Jnterprete, & Scholiaſte.

E

1.Pet.1. COgitemus Fratres, quòd nihil nobis in die defenſionis noſtræ
Matth.16. proderunt fines mundi: & ne ob res nihili, ac corruptibiles, detrimentum
Marc.8. Luc.9. patiamur beatarum illarum delitiarum paradiſi, æternorumque
bonorum, quæ humano ore recenſeri nequeunt, in
quæ Angeli proſpicere deſiderant: Quid profuerit, ſi homo vniuerſum
mundū lucretur, ab ortu vſque ad occaſum, & ab aquilone
vſq; ad mare, & cunctas res quæ in eo ſunt, poſſeſſiones, & alimenta; animæ verò
ſuæ detrimentum patiatur. Num ipſum ibi illa defendēt? Atque ideo, ſapiens dixit
Eccleſ.1. Salomon: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid porrò lætifera, & vana
hęc vita in ſe continet; quandoquidem ſtudium omne, certamina atque ſudores,

A res, iſtorum cauſſa adhibentur, & mens humana ſuis ipſa vinculis conſtringitur. De futuris autem bonis, verbum nullum, ſtudium nullum: At de corruptibilibus ac mometaneis, & ſtudium, & curſus, & pugnæ, & inimicitiæ, atque conatus; quin & frequens ob res nullius momenti ſanguinis profuſio ſequitur, licet poſt puſillum, homo deſtituatur ijſdem. Excedit è vita, nudus & miſerabilis, neque ea quæ hîc ſunt ſibi lucrifaciens: neque æterna illa bona aſſequens. O vanitatem curſus huius mundi. O lætiferam hanc vitam noſtram. Quomodo hominem illudit? Quamobrem cogita ô homo, quid præſens hæc vita in ſe habeat; habet fœtorem, tribulationem, laborem, dolorem, curſum continuum, iniuſtitiam, auaritiam, mendacium, furta, veneficia, inuidiam, deprędationes, naufragia, viduitatem, orbitatem, ſterilitatem, conuitia, malitias, calumnias, improperia, damna, rapinas, B angores, bella, odium, inuidiam, homicidia, ſenium, ac morbos, peccatũ & mortem: audiſti quæ præſens hæc noſtra vita in ſe contineat? Quo circa non amplius ipſam appetas, ipſam inquam, quæ hominem in errores impellit, illudit, & decipit, quæque multos ſubſannat & excœcat. O aſtutum conſilium maligni ſpiritus, & principis mundi huius. Quomodo cunctos ad momentanea & corruptibilia hæc pertrahit, in obliuionem interim æternorum bonorum, homines inducens: & non eſt qui intelligat. Chriſto ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA.

C *HVC facit Sermo Baſilij Magni: Quòd non oporteat rebus huius vitæ adhærere. & S. Iohannis Chryſoſtomi: De vanitate rerum præſentium, & de exitu animæ, ac de futuro Iudicio. Eiuſdemq́; Chryſoſt. De fruitione futurorum, & de exiguitate præſentiũ, Homilia pulcherrima. Ac moralis ipſius Digreſſio, Serm. 15. in Epiſt. ad Philip, cap. 4. in fine. quibus in locis multa in hanc materiam lectu digniſſima reperies.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, De Manſionibus Beatis.

Interprete & Scholiaſte eodem.

D SAluator noſter Manſiones multas Patris, vocat menſuras intelligentiæ eorum, qui in regione illa commorantur: dico autem diſcrimina, ac differentias, quibus mente & intelligentia gloriam participant: non enim locorum diuerſitatem, ſed chariſmatum ordinem, manſiones multas apellauit. Quemadmodum enim vnuſquiſque pro puritate & capacitate viſiuæ potentiæ, ſenſibilibus radijs ſolaribus fruitur: & quemadmodum vnica lucerna in vna domo, lucente, aliter atque aliter luminis ſplendor diffunditur, licet etiam per multas lucernas non fuerit diuiſus: ad eundem modum in futuro ſeculo, iuſti omnes indiuiſibili- E ter habitabunt, vnius gaudij participes. Ceterùm pro ſua ipſius menſura ac capacitate, ab vno ſole intelligibili ſplendorem ſuum quilibet accipit; & pro dignitate, gaudio & exultatione perfruitur, tamquam ab vno aëre, & loco, ac cathedra, & contemplatione, atque forma. Neque contemplatur quis alterius præcellentioris, inferiorisve indigentioris menſuras: ne videns ſuperabundantem ſodalis ſui gratiam, ſuiq́ue ipſius defectum, ſit hoc ei doloris & mœroris cauſſa. Abſit autem vt id fiat, vbi dolores & ſuſpiria deſunt. Verùm quiſque ſecundùm datam ſibi gratiam, pro ſua capacitate atque menſura, interius lætatur: licet vna foris ſit omnium contemplatio, & gaudium vnum. Et extra duos hoſce ordines, alius non eſt ordo medius: loquor autem de altero quidem ſuperno, altero verò inferno, inter quos medians eſt varietas differentiæ retributionum. Quòd ſi verùm ſit, vt conſtat eſſe veriſſimum, quid inſipientius, abſurdiuſúe ijs qui dicunt; quoniam ſuffecerit mihi gehennam effugiſſe, ingredi

Ioan 14.

Loquitur hîc de manſionibus & locis æternis: vt liquet ex Schol.

autem regnum cælorum, mihi non eſt curæ : cùm effugere gehennam, hoc A
ipſum ſit regnum cælorum ingredi: quemadmodum & eo excidere in gehennam
Matth 25. eſt introire. Neque enim tres nos regiones, ſcriptura edocuit. Quid ergo?
Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua, ſtatuet oues quidem à dexteris
ſuis: hœdos autem à ſiniſtris. Non enim tres ordines recenſuit; ſed vnum
à dexteris, & altrum à ſiniſtris. Seperauitque regiones horum, à tabernaculis
iſtorum, dicens: Quoniam abibunt hi in ſupplicium æternum, peccatores
Matth. 25. Sap. 3. videlicet. Iuſti autem in vitam æternam, fulgebunt ſicut ſol. Et rurſus:
Venient ab Oriente & Occidente, & recumbent in ſinu Abrahæ, in regno cælorum
Matt. 8. & 22. 24. ac 25. : filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor
dentium, B

SCHOLIA.

DE Manſionibus beatis, quarum hic ſit mentio, quidq; earum appellatione intelligendum ſit, plura videre licebit apud alios Patres, tam Græcos quàm Latinos, qui in Euangelium Iohannis commentati ſunt, ac Homilias fecerunt, præſertim ſuper illa verba cap. 14. In domo Patris mei manſiones multæ ſint, &c. De quibus, etiam inſignis apud S. Baſilium Magnum reperitur locus, in libro, De Spiritu ſancto, cap. 16. quem allegat, exornatq; Anaſtaſius Nicenus, quæſt. 84. in Scripturam.

Et extra duos hoſce ordines, alius non eſt ordo medius;] *Ne quis impoſtor hæreticus hoc ex loco, cauillandi, & Purgatoriũ impugnandi occaſionẽ capiat, eſt quod ſanè & ſincerè mentem tanti Patris intelligat, eumq; hic, de duplici ordine manſionem æternarũ, Beatitudinis ſcilicet & pœna, egiſſe norit: Non autẽ de temporario illo purgatorij loco. Atque hoc ipſemet clarũ facit, ex loco Euangelij de dextris & ſiniſtris, hic à ſe adducto; tantum verò abeſt, vt purgatoriũ neget, vt nuſquam non illud eſſe inſinuet affirmetq;, ſicut in eius videre licebit Teſtamento, & alibi.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, De Locis Beatis.

Interprete & Scholiaſte eodem.

HAEc ipſa præcepta complentes iſtuc eorumdem fructus præmittamus:
hęc chariſſimi hîc quidem perficiuntur, at ibi præoccupant.
hæc fratres hîc quidem apparent parua, ſed ibi magnam
& incomparabilem nobis mercedem præparant. Illuc
quodcunque mandatum receptum, anteuertit obſeruantem illud.
Illuc omne pręceptum, & opus bonum, ſiue magnum,
ſiue paruum in promptuaria cæleſtia abit, reponiturque, vbi
neque tinea neque erugo demolitur: neque fures perfodiunt. Iſtuc aliquid
Matth. 6. bonorum operum præmittere ſtudeamus, vt hac vita lachrymabili & ærumnoſa
Luc. 12. defuncti, cum fiducia iſthuc properemus, gaudentes, præſtolantesque
mandatorum occurſum, mereamurque introire, vbi omnes quoque Angeli &
Sancti Dei in magno gaudio regnant, pro nobis deprecantes Dominum, vt digni
habeamur, qui poſſimus intrare in gaudium illud ineffabile, incomparabile,
1. Pet. 1. & inenarrabile, in quod deſiderant Angeli proſpicere, vbi chori & agmina iuſtorum.
Ibi ſinus Abtahæ excipit eos, qui hîc tribulationes paſſi ſunt. Ibi theſauri
Apoc. 3. 21. æternorum bonorum aperiuntur. Vbi ſuperna Hieruſalem mater primogenitorum,
Heb. 12. &c tamquam ſponſa ornata, excipiens mādatorum obſeruatores. Ibi, in terra
beata manſuetorum: vbi cuncta ſunt pacifica atque tranquilla, vbi cuncta lucida
& ſpectabilia, vbi nullus iniuriæ illator aut tyrannus, vbi nullum eſt peccatum
ac denigratio, vbi lux inacceſſibilis, & gaudium ineffabile, in quo nec labor,
nec lachrymæ, in quo nec cura, nec ſollicitudo, nec planctûs. Vbi nō eſt maſculus

ſculus

A ſculus & fæmina, vbi non eſt diabolus & mors, vbi neque ieiunium, neque dolor, neque contentio, neque æmulatio: Sed ex vniuerſo vniuerſa; gaudium, pax, lætitia, vbi aqua eſt refrigerij, & locus herbæ vireſcentis, & fons in quatuor partes diuiſus, ac vinea ab vniuerſorum Deo exculta, in illa terra beata pulcherrimorum germinum ac fructuum (quæ lignum vitæ portauit, quæque ſpiritalibus gratiarum fontibus diſtillat, in qua, vinea vera germinat, cuius agricolam Spiritum ſanctum audiamus) vita eſt immortalis, & bonū inexplicabile, nulloque nomine exprimendum. Vbi pulchritudo illa ineffabilis, vbi lumen verum, & omnis bonitatis fons, & poteſtas quæ omnibus rebus præeſt, quæque ſola amabilis eſt atque perpetua exultatio, ac lætitia ſempiterna, Lux quę neſcit occaſum, Sol non occidēs. Vbi ciuitas Regis eſt, quæ magnifica & glorioſa B ſunt prædicata, in qua feſtos dies agentium voces reſonant, in qua ſapientiæ theſauri, & intelligentiæ arcana, ibi fratres mei chariſſimi dona maxima, gaudium incomparabile, quod hominis voce explicari nequit, ibi Angelorum myriades, Heb.12. primogenitorum celebritates, Apoſtolorum throni, Prophetarum præſidentię, Patriarcharum ſceptra, coronæ martyrum, laudes iuſtorum, ibi audacter atque intrepidè verſantur, qui arctam & ærumnoſam hic ingreſſi ſunt viam. Choroſque cum angelis iungunt, qui in ſolitudinibus, montibus, ſpeluncis, terræque foraminibus, Pſalm.67. ieiunando, orando, vigilando, ac lachrymando, ſeipſi confecerunt. 1.Tim.5. Et pater orphanorum, iudexque viduarum, in ęterna tabernacula recipit pupillos, & eas quæ verè viduæ ſunt. Ibi omnis principatus ac poteſtatis merces repoſita eſt? locuſque paratus Pontificibus, Diaconibus, Lectoribus? Regibus, Principi- C bus, ac Ducibus, militibus, diuitibus atque pauperibus, ſolitarijs, virginibus, coniugatis, ſeruis, liberis, viduis, omnibus inquam his, ibi repoſita ſunt præmia, fructus, & actiones, & quod quiſque iſtuc pręmiſerit, ſicut ſcriptum eſt; Quia in manu Sapien.7. eius, & nos, & ſermones noſtri. Et rurſus apud Apoſtolum: Quia vniuſcuiuſque 1.Cor.3. opus manifeſtum erit. Et alibi dicit: Quod enim ſeminauerit homo, hoc & me- Galat.6. tet? Quamobrem iſta ſcientes, ſeminemus opera iuſtitiæ, ſeminemus inquam: in pauperum, viduarum, viduarum, & pupillorum manibus; vt iſthic liceat metere Galat.6. vitam æternam. Dum tempus habemus, operemur bonum, præmittamuſque iſtuc, quiſque pro poſſe ſuo, eleemoſynam, compaſſionem, hoſpitalitatem, pœnitentiā, lachrymas, ieiunium, vigilias, continentiam, orationem, pſalmodiam, abſtinentiamque à conuicijs, iniurijs, ac certaminibus, tribulationum tolerantiam, humicubationem, virginitatem. Maiora autem cunctis, tria iſta: ne hæreſi vl- D la polluatur fides, vt in pauperes amor vigeat, & fratribus offenſiones condonentur, quibus accedit, vt nullæ ſimultates, nullæque inimicitiæ cum aliquo ſuſcipiantur. Quæ & ſimilia fratres mei, facientes, præmittamus ſinguli iſthuc pro poſſe, vnus quidem vnum præceptum, alter autem duo, vnus quinque, alter decem, alius verò triginta, alius ſexaginta, alius autem centum. Deus autem miſerationum, cui vel duo ſola minuta viduæ accepta fuerunt, ſuſcipit à famulo ſuo, & multa & pauca, & omnia retribuit ſingulis, pro ratione laboris atque certaminis, ſicut ſcriptum eſt: Quoniam vnuſquiſque propriam mercedem accipiet, ſecun- Rom.2. 2.Cor.13. dum proprium laborem.

E

SCHOLIA.

De Locis Beatis, vide cum primis plura apud ipſum S. Ephræm alibi, in Reſponſione, ad Interrogationem; An varij ſint in inferno cruciatus, diſtinctaq; tormentorum loca? Sub finem pulcherrimæ pleniſſimæque ſuæ Reſponſionis, qua, inter cætera, de varijs tormentorum generibus locisq; agit: & ſub finem de locis Beatis, multiplicibusq; regni cæleſtis gaudijs, ac præmijs, &c. Coniuncta ſunt hæc cum ijs, quæ de Abrenunciatione in ſacro Baptiſmate facta, ad longum à noſtro Auctore adducuntur, exponunturq;. De quibus & Idem alibi.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De non ſuſpiciendis rebus hiſce momentaneis. Et ne patiamur nos decipi huius vitæ oblectamentis. Et, in Pſalmum ſeptuageſimum ſecundum.

CVm mens noſtra ad lubricitatem ſit prona, ſit vt ad vitæ oblectamenta B
facilius rapiatur, obliuionem capiens futurorum bonorum;
vnde oportet nos haud tepidos in cuſtodiendis ſenſibus eſſe:
Siquidem honeſtatis oſor nos tentans, res confundit, ne mentis
imperio diſtingui poſſit inter bonum & malum. Accumulantibus
ſe igitur in nobis, vanis cogitationibus, antequam illarum
Pſalm. 72. obducantur tenebris, breuiter ad ſpiritalem recurramus doctrinam, tunc
cum Propheta ſcriptum Pſalmum decantantes: plurimum enim nobis contenta
Expoſitio Pſal. 72. pulchrè ac commodata. in eo doctrina contulerit: Quandoquidem exponit in ipſo, Propheta, vitæ huius
varietatem & inæqualitatem, tentationesque, tum quomodo alij capiantur tentationibus,
alij eaſdem ſuperent in patientia: Singulorumque remunerationes
ibidem deſcribit, vnde & ſuperbiam atque arrogantiam, vanamque gloriam demolitur,
& ad veram gloriam, ſaluari cupientibus iter parat, Quamobrem non C
verba ſolùm percurramus, ſed & ſenſum eorumdem diligenter inueſtigemus; vt
Pſalm. 72. eorum quę dicuntur virtute, digni quoq; effici mereamur factores. Ait enim Propheta:
Quam bonus Deus Iſrael, his qui recto ſunt corde? Mei autem penè moti
ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei. Quid ita? Quia inquit, zelaui ſuper iniquos,
pacem peccatorum videns. Quia non eſt reſpectus morti eorum: & firmamentum
in plaga eorum. In labore hominem non ſunt, & cum hominibus non
flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia eorum in finem, operti ſunt iniquitate
& impietate ſua. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum
cordis. Cogitauerũt, & locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt,
Explicatio. & poſuerunt in cælum os ſuum. Quod dicit, eiuſmodi eſt: Ipſis mala facientibus,
& flagellum malitiæ ſuæ, protinus iuxta illa, non recipientibus, putantes non eſſe
Pſal. 13. Deum, ſtulti facti ſunt. Ait enim: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus: Iniquitatem
Pſalm. 72. in excelſo locuti ſunt, & poſuerunt in cælum os ſuum: & lingua eorum
tranſiuit in terra. Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur
in eis. Et dixerunt: Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce ipſi peccatores
& abundantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi, ergo ſine cauſſa iuſtificaui
cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota
die, & caſtigatio mea in matutinis. Si dicebam, Narrabo ſic, ecce nationem filiorum
*al. reprobaſti & al. cum qua conuentum ac pactum feci, &c. tuorum † reprobaui. Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me,
Donec intrem in ſanctuarium Dei: & intelligam in nouiſſimis eorum. Auſculta
igitur quę nam futura ſint eorum nouiſſima, qui obliuiſcuntur Deum: ait enim:
Propter dolos eorum poſuiſti eis mala: deieciſti eos dum alleuarẽtur. Quomodo
facti ſunt in deſolationem? ſubitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem ſuã.
Velut ſomnium ſurgentium. Rurſusque ait: Domine in ciuitate tua imaginem E
ipſorum ad nihilum rediges. Et quænam iſta eſt ciuitas? Superna Hieruſalem,
Atque iterum: Quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati
ſunt: & ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui. Vt iumentum factus ſum apud te:
& ego ſemper tecum. Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti
me. Quid porrò ſibi vult; & in voluntate tua deduxiſti me? Arbitror hoc
quod dicit, eiuſmodi eſſe: Exuta inquit carnis voluntate, & ad ſuſceptionem,
& ad obſeruationem mandatorum tuorum meipſum innixum, in voluntate tua
deduxiſti me: non enim firmaui voluntatem meam. Vnde inſtar pij ac boni patris,
filium ſibi carum habentis, tenuiſti manum meam dexteram, & in voluntate
tua deduxiſti me. Iccirco & cum gloria ſuſcepiſti me. Quid enim mihi eſt in
cælo?

A cælo? & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei. Et quid inueſtigo conuerſationes illas ſupernas? Quemadmodum enim deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem † viuum; quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Et pars mea Deus meus in æternum. Eſt itaque quòd ex profunda admodum cogitatione, quæ dicuntur percipere ſtudeas, tum etiã quam ſit formidabile verbũ, quod infert, dicens: Quia ecce qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam. Vt adnuntiem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion. Cùm ergo nobis chariſſimi, auxilia ex Sacris literis preſto ſint, & via trita ac recta quæ nos ad portas cæleſtes deducat, non negligamus propoſitam nobis ſpem in cælis. B Veniet enim Dominus, ſicut ſcriptum eſt: Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inexſtinguibili. Ipſi gloria in ſæcula. Amen.

Pſalm.41.

† al. ad Deũ fontem viuum, vide Schol.

Pſalm.72.

Ibidem.

Matt.3. Luce.3.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

DE non ſuſpiciendis rebus hiſce momentaneis, & ne patiamur nos decipi huius vitæ oblectamentis, &c. *Vide cum primis Sermonem S. Baſilij Magni, ſuper eo: Quòd non oporteat rebus huius vitæ adhærere, cuius principium eſt: Verebar quidem ego, dilecti, ne moleſtus eſſe vobis viderer, dum frequens ſermonis ſtimulos vehementius admoueo, &c. vbi ex profeſſo quaſi hoc Argumenti genus eleganter ac copioſè tractatur. Vide etiam ſuper hoc, elegantiſſimum S. Iohan. Chryſoſtomi Sermonem, De vanitate & breuitate præſentis vitæ, &c. eſt inter Didact. & Parænet. tom.5. Et S. Ephræm in tractatu conciſo paulò ante poſito, De his quæ præſens hæc noſtra vita in ſe continet, &c. ac alibi.* C *Necnon Gregorij Nazianzeni Carmen, De vitæ vanitate, atque incertitudine, communiq; omnium fine. aliudq; eiuſdem de externi hominis vilitate, ac præſentium rerum vanitate. cuius principium eſt: Quis prius ipſe fui? quis ſum, quis mox ero, &c.*

Ait Propheta: Quam bonus Deus Iſrael his qui recto ſunt corde. Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, &c.] *Hæc verba ex Pſal.72. deſumpta ſunt, quæ Chryſoſt. Homil. in Pſal.115. repetit atque exponit, notans inter alia, iis verbis: Penè moti ſunt pedes mei: quantum periculi ſit, res fidei humanis permittere rationibus ac curioſitatibus, &c. De quo, plura vide in Homilia iam citata apud Chryſoſtomum. Auctor verò hic noſter, ea ad vitæ præſentis varietatem & inæqualitatem, &c. potius refert, & ad optimum ſenſum moralem applicat, vt ſuperbia vanaq; omni gloria ſpreta, ad veram æternamq; gloriam futuri ſeculi, hic aſpiremus, contendamusq; &c.*

Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me. *In Græc. talis eſt diſtinctio: Vt cognoſcerem: hoc labor eſt ante me, & ſic Græc. vulg. ſequor autem hic Latin. vulg. ſicq; paulò poſt in Græc. facti ſunt in deſolationem ſubitò? defecerunt, &c. Sed in verſione, hoc loco, placet vulg. Latin.*

Quia inflammatum eſt cor meum.] *Al. pro* ἐξεκαύθη, *inflammatum eſt: reperitur* ηὐφράνθη, D *lætificatum atq; exhilaratum eſt, & ſic noua Romana editio 70. Interp. ſic quoque eſt in veteri, & in Romano Pſalterio, & apud S. Auguſtinum. In cæteris autem libris Græcis, ferè* ἐξεκαύθη *legitur, vt etiam in vulg. Lat. & hoc loco apud S. Ephrem, Pſalmus eſt,* οβ. *72.*

Exuta inquit carnis voluntate.] *Al. pro* θέλημα, *eſt,* φρόνημα τῆς σαρκὸς, *carnis cura, ſenſu, ſiue prudentia, &c.*

Sitiuit anima mea ad Deum fortem, viuum.] *Al. fontẽ viuum, & ſic vulg. Lat. In edit. aũt 70. Rom. deeſt* ἰσχυρὸν, *fortem, vt & apud Ambroſ. Hieron. & Auguſt. leguntq; ad Deum viuũ. Pſalmus eſt 41.*

EIVSDEM
E S. PATRIS EPHRAEM SYRI,
Ode optime fluens, in eos qui quotidie peccant, & quotidie pœnitentiam agunt.

Al. Ode aptiſſima, in eos qui aſſiduè peccant, & raro pœnitẽtiam agunt.

QVouſque ô amice inimicum ſuſtines, & quæ illi placent quotidie efficis? quouſque ô amice; corporeis rebus iiſq; mortiferis ſubſeruis? cape meum conſilium quod te ſaluare poterit: & expiato animo ſimul & corpore, accede ad Saluatorem, qui cunctos procidẽtes ei in pœnitentia feruenti, & fide perfecta, ſanat. Inter cetera

Pſalm.94.

præclapręclara, magna quædam res eſt pœnitentia, & ſalutaris. Vbi ſemel emerſeris, noli denuò mergi, quotidie peccando, ædificando, diruendo, texendo, diſſoluendo, puerorum inſtar: qui frequenter domos quas erexerunt, reuerſi iteratò deſtruunt. Fuge ſcorpionem, cuius nouiſti ſtimulum. Fuge diligenter ſerpentem, cuius exploratam habes perniciem. Nam qui ſecundò in eundem lapidem impegerit, cæcus eſt aut mente captus, non cernens quid fugiendum ſit; hac cura adhibita, cum pœnitentia accede, cuius præſidio munitus, Creatorem placare ſtude, humilis ac triſtis, demiſſo vultu, atq; ſuſpirans, præterita dolens, futura proſpiciens. Sic quõdam Zachæus telonius ſaluatus eſt, ſic rurſus Matthęus Chriſti ſeruus apparuit. ſic quoq; fornicatrix mulier, ſcortum luxurioſè agens, atq; inſaniens libidinoſa, ac videntibus ſcandaloſa, Saluatoris pedes capillis capitis ſui abſtergens, ex lacu reuocatur profundorum & impiorum. Sic etiam tu, diſſoluta ſupercilia reprimens, miſerabiliſque apparens, teipſum ad vitam reuocabis. Siquidem Deus demiſſos erigit, & humiles exaltat; ſeipſos autem exaltantes diuellit, deturbatque. Vidit ciuitatem Sodomorum & Gomorræorum, crudele genus hominum, & ſæuum, abominabile, temerarium, atque obſcœnum, quod omnibus flagitijs delectabatur, omni ex parte libidine laborans, violentum, laſciuum, illudque ſulphure atque igne perfundens, penitus præfocauit atque combuſſit. Vidit ciuitatem Niniuitarum illuſtrem atque ſpecioſam, peccatis florentem, & ſceleribus ſcaturientem, quam ſe deleturum funditusque euerſurum eſſe minatus erat. Vidit rurſus in ſacco & cinere, homines delitijs ac genio indulgentes, in fame atque ieiunio, in fletu ac lachrymis, ſqualentes expalleſcentes, timore metuque perculſos, diuerſos & peregrinos inter ſe factos, alios ab alijs, in ſimilibus cunctos, in æqualibus inæquales, liberos ac ſeruos, diuites & pauperes, præfectos & ſubditos, potentes atque morigeros, maſculinum & fœmininum genus, ſenes atque lactentes: cunctos humiles vidit, & continentes inuenit. Commiſeratus & miſertus eſt, ſaluauit, pepercit, in homines ſua benignitate liberaliſſimus, pœnam pro peccatis debitam diſſoluens, & † mendax potius haberi, quam crudelis, tulit. Sicque peccatorum duritiem punit, non ſinens obedientes ſibi, temerè perire. Feſtinate igitur & orate; ſaluemini ac cuſtodiamini: Dominus paratus eſt ad gratiam, ad ſanitatem, ad auxilium velox, ad redemptionem promptus. Concedit petentibus, aperit pulſantibus, præbet rogantibus. Porrigit volentibus, non inuidet quærentibus, non repellit cadentes, manum ad ſaluandum extendit, gratulatur ijs qui exſolui, & liberari conantur. Cõminatur non obtemperantibus ſibi & de ſuo dominio diffidentibus condolet. Erraſti, reſipiſce. Cecidiſti, cõuertere, precare, obſecra, procide, pete, quære, accipe, datumque perſuade, adora, ſaluari expete, exora dare volentem, & ſaluare potentem. Saluatus caue excidas, ſi excidiſti reſurge, ſi reus ſis corrigere, poſt lapſum reuertere, ſanatus perſiſte, ſanus ſis per omnia, & conſeruatus auerſare morbum quem depoſuiſti. Caue igitur iterum incendas, quem ſemel reſtinxiſti. Caue in lutum incidas, quod rectè abſterſiſti: noli imitari porcos, qui cœno delectantur; neque canes æmulare, vomitum lambentes. Nullus ſemel mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei. Nullus ſemel ablutus, ad ſordes recurrit. Vnus† Chriſtus, vna fides, vna crux, vna mors, vna gratia, vna paſſio, vnaque reſurrectio. Non eſt neceſſe mactari iterum, qui ſemel eſt oblatus, neque idem rurſus rependi pretium redemptionis. Redemptus es; noli fieri ſeruus animo duplici. â peccatorum inquinamento ablutus es, caue iterum ſordibus inficiaris: neque enim aliud habes lauacrum, quod nece tibi ſit ad abluendum, propoſitum.

Parœmia valdè accommoda.

Lucæ 19.
Marc. 2.
Luc. 7.

Matt. 23.
Luc. 1. 14. 18.
Gene. 13. 18. 19.
Eſaiæ 1. 5. 13.
Iere. 23. 49. 50.
Rom. 9. Iud. 1.

Ionæ 1. 3. 4.

Ionæ 2. & 3.

à Alluſio fit ad illud Ioan. 3. Et miſertus eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.

Matt. 5. 6. 7.
Luc. 11. 18.
Ioan 14. 15. 16.
& 1. Iohan. 3. 5.

Hierem. 18. 25. 31. 36. &
Malach. 3.
Prouerb. 26.
2. Pet. 2.
Luc. 9.
1. Cor. 6.
Epheſ. 4.

† al. vnus Deus & vulg. vnus Dominus, vna fides, &c.

SCHOLIA.

HVc facit vtiliſſimus legentibus, S. Baſilij Magni Sermo. De Pœnitentia, qui incipit: Arrogantiam eorum qui pœnitentiam abrogare audient, non ferens obſeruãdiſſimus frater, &c. vbi inter alia, multa quoque inſignia Pœnitentiæ exempla adferuntur, quibus cæteri prouocari ad Pœnitentiæ actus poſſint. De ijs porro, qui poſt pœnitentiam de peccatis, iterum in eadem relabuntur, vide apud eundem Baſilium, in Regulis breuioribus, in Reſponſ. ad Interrogationem 289. Pœnitẽtiam alicuius peccati qui egerit, ſi in illud idem relapſus ſit, quid faciet? &c. vbi ratio iſtius atque conſilium ſuper eo ponitur.

Verùm

A *Verùm de iſtis, alibi plura apud S.Ephræm, in varijs tractatibus atque Sermonibus, De Pœnitentia, ac de Compunctione, quos ſuo loco reperies. Quam verò pernicioſum ſit, frequenter in eadem relabi ſcelera, optimè oſtendit Chryſoſtomus Homil 15. ad Populum Antioch. quæ incipit: Oportebat & hodie, & ſuperiori Sabbato, de Ieiunio Sermonem facere, &c. vide circa medium Homiliæ. Idemq́; Homil. 40. 41. & 77. ad pop. Et in Epiſt. ad Theodorum lapſum, Tom.5.*

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

B

De Virtutibus & Vitijs.

Eodem G. Voſsio Interprete & Scholiaſte.

VITAM veſtram beatam prædico, O Fratres Chriſto dilecti, quoniam ingenua & frugi eſt: meam autem miſeram reputo, quia inutilis. Vos ego beatos prædico, ô chariſſimi, quos recta viuendi ratio, Deo & Angelis amicos effecit. Vicem autē meam quis dignè lugere poterit, qui inanibus operibus meis Deum exacerbaui? Vos felices eſtis, qui pura & ſancta veſtra conuerſatione, charitateq; immenſa hæreditatē paradiſi acquiritis. Vos enim ſuſpicio, qui tam longi itineris laborem non detrectaſtis, cauſſa ſalutis atque vtilitatis animæ veſtræ. Sed & hoc magis mihi admirationi eſt, quòd ad hominem C vilem & peccatorem conueneritis, ab eo ſermonem petentes ſalutarem. Res profectò mira, eos, qui ſaturati ſunt, ad fame tabeſcentem accedere; qui rore ſpiritali pleni ſunt, ad ſiti areſcentem venire; qui virtutum dulcedinem deguſtarunt, in amaritudine peccatorum verſantem adire. Quid eſt quòd diuites ad pauperem? Quomodo ſapientes, ad rudem & imperitum? Quomodo mundi, ad immundū? Quomodo ſani, ad eū qui ex conſcientia laborat? Cur qui Deo ſunt chari, ad eum qui ad iracundiam illum prouocat? Cur liberi, ad captiuum? Cur diligentes, ad negligentem veniſtis? Vos enim virtutum ſplendore admirabiles eſtis: ego verò inſipiens atque nequitia ipſi diſpliceo. Vos bonis veſtris operibus, & glorioſa caſtitate, bonus odor eſtis Chriſto, ego autem molitie mea atque ſegnitie totus fœteo. 1.Corint.2. Valde igitur mitum eſt, vos qui tantis commodis abundatis, ad me recurriſſe, qui D ne mihi quidem ipſe prodeſſe queo. Meritò ergo hoc feciſtis, Chriſti amātiſſimi, volentes ſic torporem atque deſidiam â me depellere, animumq́ue meum ignauum diligentem reddere, & infirmitati vires addere. Cùm enim ſitis perfecti, in nullo deficitis. Poſtquam ergo, pro veſtra humilitate, à me homine vili atque abiecto ſermonem vtilem audire depoſcitis, vitamq́ue meam coarguere volentes, id mihi iuſſeritis: vt obedientiæ fructum percipiam, loquar quidem, at cum pudore. Nam ſi vobis conſilia dare incepero, meipſum condemnabo. Et ſi alios reprehendere voluero, meipſum accuſabo. Iure enim in me dici poterunt illa Saluatoris verba: Medice, cura teipſum. Luc. 4. Sed quoniam idem Dominus & Saluator omnium, dixit: Quæcunque dixerint vobis, vt faciatis, facite: ſecundùm autem E opera eorum nolite facere. Matth.23. Luc.11. Et licet ipſe immundus ſim, rectè tamen alijs ſuadere noui. Vnde cum Angelicam iſtam vitæ rationem conſidero, ſingula ipſius ſalutaria inſtituta beata exiſtimo. Quis enim rectè pieq́ue viuentem, & caſtimoniam colentem, ob infinita & immenſa illa bona repoſita, beatum non prædicet? Et quis vice verſa non lugeat eum, qui ſua negligentia prauiſq́ue operibus à regno cælorum pellitur, & à cæleſti illo ſponſo repudiatur? Quocirca dilectiſſimi, demus operam, vt hoc breui vitæ curriculo, cum Dei timore in Angelico iſto & monaſtico atque religioſo viuendi inſtituto verſemur, totiſque viribus, vera cum humilitate, ſancta Domini noſtri & Saluatoris Chriſti præcepta complectamur.

A

SCHOLIA.

De Virtutibus & Vitijs, videre licebit pulchrum inter Didactica & Parænetica apud Chryſoſtomum, Tom. 5. Sermonem, Aliumq́; eiuſdem, de nequitia ac vitijs depulſis, & virtute inducta Et alium, de memoria vitiorum excludenda, ibidem: in quibus non parum, Virtutis ac Vitiorum pugna eluceſcit. Sicut etiam in morali eiuſdem Digreſſione quam facit Serm. 14. in Epiſt. ad Philip. cap. 4. quæ ſic incipit: Quàm verò nobis inimica ſit vitioſitas, & amica virtus, multis argumentis conſtat, &c. Huc etiam facit Baſilij Magni Oratio, de Virtute & Vitio, cuius principium eſt: Dominus noſter ad ſuos ait diſcipulos: Euntes docete, &c.

De Timore Dei. B

Beatus vir ille, in quo eſt timor Dei. Talis enim manifeſtè etiam à Spiritu
ſancto prædicatur beatus: Beatus enim vir inquit, qui timet Dominum.
Pſalm. 3. Verè enim verè inquam, qui timet Dominum, ab omni fraude inimici
ſecurus eſt, cunctasq́ue illius vitat inſidias. Qui timorem habet Dei, facilè
maligni & fraudulenti hoſtis fallacias doloſq́ue ſuperat; nulla enim in re, ipſum
irretire poterit. Nam qui timorem Dei ſibi vendicat, carnis voluptatem non admittit.
Qui timorem Dei obtinet, huc illucq́ue non euagatur animo, ſed Dominum
ſuum expectat, ne fortè repentè veniat ipſumq́ue negligentia torpentem,
Matth. 24. & imparatum offendat, ſeparetq́ue. Qui Deum timet, non eſt expers curæ ac ſollicitudinis:
ſemper enim vigil eſt & ſobrius. Qui timet Dominum, immodico nō
Matth. 25. eſt deditus ſomno: vigilat enim, & aduentum Domini ſui exſpectat. Cui timor C
eſt Dei, in nullo ſe negligentem præbet, ne Dominum ſuum offendat. In quo timor
Dei eſt, inertiæ atque deſidiæ non ſe tradit; ſemper enim ſua diligenter curat,
ne condemnetur à Domino. In quo eſt timor Dei, ſemper quæ Domino ſuo
placent, probat, eaq́ue amplectitur, & perficit: vt cùm Dominus eius venerit, in
Ibidem. multis ab eo laudetur. Plurimorum enim bonorum cauſſa eſt timor Dei, poſſidentibus
Pſalm. 110. illum. Initium enim ſapientię, timor Domini. Intellectus bonus omnibus
Eſaiæ 66. facientibus eum. Et ad quem reſpiciam inquit, niſi ad pauperculum, & manſuetum
corde, & trementem ſermones meos?

SCHOLIA.

Timoris Dei Encomium etiam celebratum à Baſilio Magno reperies, in Pſal. 33. ſuper illa verba: Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Item in Homilia, in principium Prouerbiorum. Et in Regulis fuſius ab eo diſputat. in Reſponſ. ad Interrogationem quartam, de Timore Dei. Et à S. Auguſtino, Sermone 2. de Timore, de Temp. 214. Tom. 10, de verbis Apoſtoli, Sermone 15 Tom. 10. ſuper Pſalmum 118. Sermone 12. & Sermone 25. Tom. 8. epiſt. ad Anaſtaſiu 144. Tom. 1. ſuper 1. Canonic. Iohannis, Tom. 9. ſuper Pſalmum 26. 32. & 36. tom. 8. Sermone 15. de Martyribus. tom. 4. ac libro 14. de Ciuitate Dei cap. 9. tom. 5. De quo etiam leg. S. Ambroſium, ſuper Beati immaculati, &c. litt. 21. ver. 2. tom. 4. De bono mortis, tom. 1 De Iacob & vita beata, tom. 4. Item libro de Iſaac & anima, cap. vltimo, tom. 4. Et Ephræm, de eodem prolixè. tom. 3. D

De illo, qui non habet Timorem Dei.

In quo non eſt timor Dei, omnibus diaboli dolis patet atque inſidijs. Cui E
non adeſt timor Dei, animo vagatur, omnia ſuſq́ue deq́ue habet, atque contemnit,
expers omnis curæ ac ſollicitudinis, ſomno indulget, in actionibus
ſuis ignauus eſt ac ſegnis, voluptatum eſt receptaculum, quæcunque ſenſibus
in vita iucunda ſunt, ijs delectatur: Non enim pertimeſcit aduentum Domini,
affectibus fertur, gaudetq́ue requiete. Afflictiones fugit, humilitatem deteſtatur,
& ſuperbiam amplectitur. Deinde venit Dominus eius, offenditq́ue ipſum
Matth. 24. Lucæ 16. cunctis, quæ ipſi non placent, vacantem: ideoq́ue diuidet eum, & proijciet
in tenebras ſempiternas. Quis autem eiuſmodi hominem non eſſe miſerum exiſtimet?

SCHOLIA.

Quàm graue & deteſtabile malum ſit, non habere Timorem Domini, alibi etiam ex Scriptura & ipſius Salomonis verbis oſtendit S. Baſilius: Qui ſine timore ſunt, in portis morabuntur. Et iterum: Quæritis apud reprobos ſapientiam, nec inuenietis: Et rurſus: Quærent me improbi, nec inuenient. Non alia ſane de cauſſa, niſi quod diuino minimè purgati ſint timore, &c. Vide Homiliam S. Baſilij, in principium Prouerbiorum, quæ incipit: Præclara eſt obedientiæ merces, &c. Plura in idem Argumentum require in locis, De timore Dei, iam adductis in noſtris Scholijs.

De Charitate ſiue dilectione.

B Beatus vir ille, in quo Diuina charitas eſt: quoniam Deum in ſe gerit: Deus enim charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet. Qui charitatẽ habet, omnibus cum Deo antecellit. 1. Ioan. 4. Qui habet charitatem, non timet: nam perfecta charitas foras mittit timorem. Ibidem. Qui charitatẽ habet, neminem torvè aſpicit, neminem vnquam deteſtatur, non paruum, non magnum, nõ gloria conſpicuum, non inglorium, non pauperem, non diuitem: Omnium autem ſe infimum reputat, omnia tegit, omnia ſuſtinet. 1. Cor. 13. Qui charitatem habet, non effertur in quemquam, non inflatur, non detrahit famę cuiuſquam, verùm etiam detrahentes auerſatur. Qui habet charitatem, in dolo & fallacijs non ambulat, nec fratrem ſuum ſupplantat. Qui præditus eſt charitate, non æmulatur, non inuidet, Ibidem. non indignatur, non lætatur de lapſu proximi, neque errantem calumniatur, ſed potius condolet, & adiuuat. In neceſſitate fratrem non deſpicit, ſed eum ab iniuria defendit, & mortem pro eius ſalute oppetit. C Qui præditus eſt charitate, Dei voluntatem perficit, veruſque ipſius diſcipulus efficitur. In hoc enim, inquit bonus Dominus noſter, cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi diligatis inuicem. Ioan. 13. Qui charitate præditus eſt, nunquam ſibi quid arrogat, nihil ſibi proprium † dicit: † al. ducit. ſed quæcumque habet, tamquam omnibus etiam communia proponit. Qui charitate eſt præditus, neminem alienum ducit, ſed omnes putat ad ſe pertinere. Qui habet charitatem, non irritatur, non inflatur, non accenditur iracundia, 1. Cor. 13. non gaudet ſuper iniuſtitia, in mendacio non verſatur, nullum putat ſibi inimicum, præter ſolum diabolum. Qui charitatem habet, omnia ſuſtinet, in omnibus ſe benignum & manſuetum exhibet. Beatus ergo qui charitatem poſſidet, & cum ea ad Deum tendit; D quoniam ipſe quod ſuum eſt agnoſcẽs, cum ſinu ſuo excipiet: Cum Angelis enim verſabitur, & cum Chriſto regnabit operator charitatis. Nam per charitatem; etiam Deus Verbum in terram deſcendit. 1. Ioan. 4. Per charitatem Paradiſus nobis apertus eſt, & in cælum reditus cunctis demõſtratus. Rom. 5. & Coloſſ. 1. Cumque inimici eſſemus Deo, per ipſam reconciliati ſumus. Meritò itaque dicimus, quòd Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 1. Ioan 4.

SCHOLIA.

De Charitate, quæ cuncta dirigit & perficit, elegantem inuenies Sermonem inter Didactica & Parænetica Chryſoſtomi, Tom. 5. quo hæc Ephræm de Charitate, non parum illuſtrari poterũt. De Charitate autem inuicem habenda, & quo pacto ea proximis exhibeatur, videatur S. Baſilius Magnus, lib. de inſtit. Monach. cap. 31. & Epiſt. 75. ad Neocæſarianos. E Item Theodoritus in pulcherrima Oratione, quam de Charitate inſcripſit, vbi etiam de pœnis ac damnis nõ habentium Charitatem, agitur, &c. oratio à nobis non ita pridem in vtraque lingua, vnà cum Scholijs proprijs, Romæ edita eſt. Plura vide apud Ephræm, in Serm. De Charitate.

De non habentibus Charitatem.

Miſer autem atque infelix, qui longè à Charitate abeſt: Is enim ſomnians dies ſuos tranſigit. Et quis non lugeat illum, qui alienum ſe à Deo reddidit; quique lumine priuatus, in tenebris verſatur. Dico enim vobis fratres, illum qui Dei charitatem non habet, eſſe Dei ipſius inimicum.

S. Ephræm Tom. 1.

1.Ioan 2.&3. Verax enim eſt, qui ait: Qui fratrem ſuum odit, homicida eſt, & in tenebris ambulat, & ad omne peccatum procliuis eſt. Qui enim charitate deſtituitur, citò excandeſcit, facilè indignatur, & facilè ad odium accenditur. Qui charitatis eſt expers, gaudet ſuper iniquitate aliorum, non compatitur cadenti, non porrigit manum iacenti, 1.Ioan.2. non admonet errantem, non confirmat fluctuantes. Qui caret charitate, obcæcatus eſt mente; amicus diaboli eſt; inuentor improbitatis, pugnarum & contentionum auctor, maledicorum amicus, detractorum ſocius, contumelioſorum conſiliarius, inuidorum præceptor, ſuperbię operator, ac vas arrogantiæ. Et vt paucis complectar, qui abſque charitate eſt, aduerſarij eſt inſtrumentum, ac tota errat via, & ignorat ſe in tenebris verſari. Quamobrem enitamur Fratres, perfectionis parentem atque magiſtram Charitatem, nobis comparare, 1.Ioan.4. quæ verus eſt Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

SCHOLIA.

MIſer atque infelix qui à Charitate abeſt, &c. *Quantum malum ſit deſtitui Charitate, luculenter oſtendit Magnus ille Baſilius, in libro Regularum fuſius diſput. in Reſponſione ad Interrogationem 2. qua, de Charitate erga Deum agitur, vbi inter multa, demonſtrat; Carere charitate, non ſolum malum eſſe, ſed etiam malorum omnium longè grauiſſimum, &c. Et in reſponſ. ad Interrog. 3. vbi de Charitate erga proximum tractatur. Ac in Epiſtola 75. ad Neocæſarianos, quæ incipit: Iam diu inter nos nihil interceſſit mutui alloquij, fratres colendiſſimi, &c. Necnon Chryſoſt. ad popul. Antioch. Et Ephrem, in Serm. de Charitate, &c.*

De Longanimitate.

Prouerb.14. VErè beatus homo ille, qui longanimitatem poſſidet: nam & hunc ſacra commendat Scriptura, dicens: Vir longanimus, multa prudentia gubernatur. Quid verò eo præſtantius? Longanimus enim ſemper in gaudio atque lætitia, & exultatione verſatur: ſpem in Domino defixam habet, & ab omni iracundia alienus eſt. Omnia enim longanimus ſuſtinet, non facilè ad iram concitatur, neque ad contumelias conuertitur, non facilè verbis mouetur inanibus. Si afficiatur iniuria, non moleſtè fert. Sibi auerſantibus, non reſiſtit. In re quacunque, firmus conſtanſque permanet. Nullis impoſturis fallitur. Non facilè ad iracundiam prouocatur. In aduerſis gaudet. Delectatur omni opere bono. Inuidos æquo ac lubenti animo perfert. Iuſſus non repugnat, obiurgatus non dolet. In longanimitate ſeipſum ſemper exercet.

SCHOLIA.

DE *Longanimitate, vide inter alios, Chryſoſtomum ad popul. Antiochenum. Et in Sermone eiuſdem, Melius eſſe iniuriam pati, quam inferre: ibid. Conditiones porrò longanimitatis, plenè ac pulchrè expreſſas inuenies in Sermone B. Maximi monachi & Confeſſoris, ad pietatem exercēt. per Interrog. & Reſponſ. quaſi circa medium, vbi frater Senem interrogat, dicens: Veruntamen amabo te Pater, dic mihi quid ſit longanimiter agere? Senex: Patienter ferre, quæ grauia accidunt, ac tolerare moleſta, nec temerè iram emittere, &c. locus ſanè lectu dignus. Plura quoq; huius Encomia, ſuis locis alibi ſparſim inuenies apud S. Ephram.*

De ijs, qui carent Longanimitate.

QVI longanimitatis eſt expers, etiam patientia deſtituitur. Nam qui longanimus non eſt, facilè commouetur, facilè irritatur, citò ad rixas pugnaſque exardeſcit: contumelia affectus, viciſſim maledicit. Iniuria laceſſitus, ſe vindicat. Inanibus altercationibus gaudet. Actiones eius & opera, atque ſermones, tanquam à vento folia, iactantur. In verbis non eſt conſtans. Celeriter ex vna re tranſilit ad aliam. Qui longanimitatis expers eſt,

etiam

A etiam conſtantiæ firmitate deſtituitur, Citò enim mutatur. Iudicio † caret. Cum improbis vitam agit. Cum maledicis commercium habet. Cum iniquis & facinoroſis hominibus ſe vlciſcitur. Secretum nullum tegit, ſed ad arcana detegenda ac prodenda eſt promptiſſimus. Quid porrò eſt eiuſmodi homine miſerabilius?

† al. Delectum rerum in vita non habet. Cum improbis viuit, &c.

SCHOLIA.

DE vitio eorum, qui longanimitate carent, plura vide apud Chryſoſtomum in ſermone, De ira & longanimitate ac mãſuetudine. Et in Sermone, Contra iraſcẽtes, &c. ad popul. Antiochenũ. Et apud ipſum Ephræm, in tract. de Impatientia. Nam qui longanimitate caret, etiã patiẽtia deſtituitur, B *vt hic rectè aſſeritur. Locisq́; alijs de longanimitate virtute oppoſita, iam citatis.*

De Patientia.

BEatus eſt Fratres, qui patientiam poſſidet; quoniam patientia ſpe fulcitur, ſpes autem non confundit. Verè igitur beatus & beatiſſimus, qui patientia eſt præditus. Qui enim perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluabitur. Et quid iſta promiſſione præſtantius? Chriſtus Dominus ac dux eſt, cunctis exſpectantibus & ſuſtinentibus ipſum. Patientia autem quanti tandem fiat, nonne ſcitis fratres? An de hac re quoque nobis eſt oratione ad vos C confirmandos excogitanda? Non enim ſola patientia reperitur, ſed cum multis virtutibus implicatur. Nam patiens cunctis virtutibus exornatur: Gaudet enim in rebus aduerſis, in calamitatibus & in neceſſitatibus probatur. In tentationibus exultat, & ad obedientiam promptus eſt: In longanimitate compoſitus & ornatus, & in charitate perfectus. Maledicentibus benedicit. In bello pacem ſeruat. In quiete virilis eſt. In Pſalmodijs impiger. In ieiunijs alacer, in orationibus ſtrenuus. In operibus irreprehenſibilis in reſponſionibus rectus, atque conſentiens. In exequendis mandatis obediens. In vita rectè inſtituenda diligens. In adminiſtrationibus gratioſus. In conuerſatione iucundus, in conuentu fratrum dulcis, & in conſilijs ſuauis. in vigilijs hilaris, in peregrinorum cura ſtudioſus, in obſequio infirmorum ſedulus, ad ſuccurrendum oppreſſis paratiſſimus. In cogitando ſobrius, & in quacunque re expeditiſſimus. Qui patientiam poſſidet, etiam ſpem ſibi D vendicat: Omni enim operebono talis ornatur. Ideoque magna cum fiducia ad Dominum clamat, dicens: Exſpectans exſpectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas.

Rom. 5.
Matt. 10. ac 24.
Patientia multis cum virtutibus coniuncta eſt.
Pſalm. 39.

SCHOLIA.

PLura de Patientiæ vtilitatibus & commodis eximijs qui volet, Cyprianum cum primis in tractatu verè aureo, quem de bono patientiæ fecit, diligenter perlegat, vbi multa in hanc rem digniſſima, & hac doctrina S. Ephræm non multum diſſimilia, licet fuſius tractata reperiet. De qua etiam virtute videatur Baſilius Magnus in oratione de Patientia & Tolerantia, quæ incipit: Nemo ob eas moleſtias, quibus conflictatur, cogitare aut dicere audeat, nullam omnino prouidentiam res noſtras gubernare, &c. Et Chryſoſtomus ad popul. Antiochenum, de eadem. Ipſeq́; Ephram pluribus huiuſce Virtutis lau- E *des proſequitur alibi, ſicut ſuo loco poſtea, hoc ipſo Tomo & ſequent. comperies.*

De Impatientia.

MIſer & infelix qui patientiæ eſt expers: Nam eiuſmodi hominibus, Væ, comminatur diuina ſcriptura: Væ, inquiens, illis, qui patientiam perdiderunt. Verè enim, verè inquam, væ homini impatienti. Qui enim caret patientia, velut folium à vento rapitur. Hic iniurias perferre nequit. In aduerſis eſt puſillanimus. In bello facilè capitur. Dum obediendum eſt, obmurmurat, & præcipientibus reſiſtit. In orationibus piger, &

Eccleſ. 2.
Iob 14.

in vigilijs diſſolutus. In ieiunijs triſtis, & in ſeruanda continentia negligens, in reſponſis cunctabundus, & in actionibus improbus. in malitia inuictus, & in mandatis imperioſus. In altercationibus vehemens, & in quiete ac ſilentio impotens. Probis aduerſatur, & proficientibus inuidet. Qui patientia deſtituitur, multis damnis afficitur, & ad virtutem peruenire nequit. Per patientiam enim, vt ait Apoſtolus, ad propoſitum nobis certamen currimus. Qui patientiæ expers eſt, ab hac ſpe alienus eſt. Quamobrem, cunctos † impatientes, qualis & ego ſum, ad patientiam acquirendam poſſidendamque cohortor, vt pariter ſaluemur, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. A

Heb.13.

†al. omnes qui impatiẽtes eſtis, vt ego ſum, cohortor; acquirite patiẽtiam, vt ſaluemini, &c. per 2. plural.

SCHOLIA. B

EXemplum Impatientiæ, & inuectiuam contra eos qui in aduerſis, mox Deo terminum dare volũt, reperies apud Chryſoſt. Homil. ſexta ſeu vltima ad Titum, circa finem, locus conſideratu dignus, cõtra Impatientes. Plura quoque alia, de Impatientiæ malo, atque iracundia, adducit S. Auguſtinus ſuper Pſalm. 54. Tom. 9. Epiſt. ad Nebrid. 115. Tom. 2. Et S. Ambroſius in Sermone 6. de Sacram. ad Neophytos, Tomo 4. & in Epiſt. ad Epheſ. cap. 4. Tom. 5. ac libro 1. de offic. cap. 3. Tom. 1. & ibid. cap. 21. Alia etiam apud Senecam in libris de Ira.

De Lenitate animi, ſine Benignitate.

C Beatus ille vir, qui non facilè ad iram indignationemque concitatur. In pace enim talis ſemper viuit. Qui iracundiæ & indignationis à ſe ſpiritum repellit, procul eſt à bello atque tumultu, ſemperque tranquillo eſt animo ac fronte hilari. Qui non citò iraſcitur, vanis otioſiſque ſermonibus non commouetur. Hic iuſtitiæ & veritatis operator eſt. hic pugnaces & garrulos facilè ſuffert, cohibetque. Hic alienus eſt à contentionibus; Erga omnes enim, ſe amabilem benignumque demonſtrat, à rixis & altercationibus abhorret, nemini iniuriam infert. Hic morbis non afficitur, ſed ſemper ſanus eſt atque incolumis. Hic pacis amator eſt & patientiæ. Qui ſpiritu iracundiæ non facilè vincitur, Spiritus ſancti domicilium efficitur. Qui ab iracundiæ ſpiritu liber eſt, Spiritum ſanctum non irritat. Hic & ad manſuetudinem, & ad charitatem, & ad patientiam, humanitatemque eſt propenſus, omnibuſque o- D peribus bonis ornatus, à Chriſto diligitur. Verè igitur beatus ac feliciſſimus, qui à ſe quàm longiſſimè ſpiritum iracundiæ & indignationis propulſat. Quoniam huius corpus, & anima, & mens, perpetua ſanitate fruitur.

SCHOLIA.

HVc cum primis facit; Sermo S. Ioan. Chryſoſtomi, De Ira & longanimitate, ac manſuetudine: eſt ad populum Antiochenum Tom. 5. ac alius Sermo eiuſdem, Contra iraſcentes, ibidem. Et S. Dorothei Sermo octauus, in ordine ſuorum Sermon. De ira, & iniuriarum memoria non habenda, qui incipit: Dicebat Euagrius abſurdum eſſe monachos iraſci, &c. Quantum porrò Lenitatis ſit robur & efficacia, plenè oſtendit Chryſoſt. Tom. 1. Homil. 34. in cap. Gen. 13. cuius principium eſt: Chariſſimi didiciſtis heri eximiam Patriarchæ modeſtiam, vidiſtis lenitatem, &c.

--- E

De Iracundia.

Qui iracundia ſemper tenetur, & ſæpè ac celeriter ob res etiam nullius momenti iraſcitur atque indignatur: Apoſtolum audiat, ſic dicentem: Ira viri, iuſtitiam Dei non operatur. Et verè miſer atque infelix, qui paſſionibus eiuſmodi vincitur. Nam iracundus animam ſuam occidit. Verè autem animam ſuam interficit, perditque iracundus: Nam ſemper in perturbationibus viuit, animi tranquillitate ac pace, commodaque corporis valetudine carens: ſemper enim corpus illius contabe-

Icaob.1.

Iracundus occidit animam.

ſcit, &

A ſcit, & animus angitur, caro marceſſit, oboritur pallor, & mens perturbatur. Senſus debilitatur, & cogitationes fluminis inſtar ſcaturiunt atque turbantur omnibuſque inuiſus iracundus redditur. A longanimitate & charitate alieniſſimus eſt, ob verba inania facilè turbatur, & leuiſſima de cauſſa rixas excitat. Vbi non eſt opus, ſeſe ingerit, & vbique odium ſibi accumulat: multiloquio gaudet, & in rebus inutilibus exultat, ac conuitijs oblectatur: ad manſuetudinem infirmus eſt, & ad improbitatem ſtrenuus. Et quis hominem eiuſmodi non deploret; Quoniam apud Deum & homines, abominabilis eſt: Omni enim in re, moroſus atque difficilis eſt iracundus. Ideo ab iracundia vobis cauete.

Pulchra & elegans metaphora.

Prouer.15.27.29. Eccl.8.28.

B

SCHOLIA.

De Ira & diuerſis eius ſpeciebus, agit Baſilius Magnus, lib. de inſtitut. Monac. cap. 83. & Iohannes Caſſianus libro 8. per tot. In deteſtationem porrò huius vitij, elegantem ſcripſit Orationem idẽ ſanctus Baſilius, cuius titulus eſt, De ira & inimicitijs; principiumq́; eiuſmodi: Maxima reprehenſione dignus eſt homo Chriſtianus, quod ad vindictam procliuis ſit, &c. Extat & alius eiuſdem Baſilij Sermo de Ira, inſignis & efficax, incipitq́; Quemadmodum in medicorum præceptis, quando appoſitè & ex artis ratione experientia ſumitur, &c. Aduerſus iram, prolixiſſimum etiam Carmen Iambicum inuenies, apud S. Gregorium Nazianzenum, quod incipit: Iraſcor iræ, dæmoni intus condito, &c. Contra iraſcentes, & de iracundiæ vitio, pulchros etiam quoſdam Sermones reperies apud Chryſoſtomum ad populum Antiochenum. Huc quoque facit elegans eiuſdem Chryſoſtomi Sermo; Quòd vbi ira, ibi non ſit Spiritus ſanctus, &c. eſt inter nuper additos ad Tom. 5 in vlt. edition. Pariſienſ. C *Inuenitur & S. Nili Abbatis Oratio, De ira, quæ inter octo illas aduerſus vitia, eſt quarta in ordine, incipitq́; hoc modo: Ira furori atque inſaniæ affinis eſt perturbatio, quæ efferatos reddit animos, & ab hominibus abalienat. &c. De pœnis autem, quibus mulctandi ſunt iracundi & furioſi, vide in Regul. S. Pachomij 85. Si quis iracundus & furioſus, &c. Alia alibi apud ipſum Ephræm inuenies. Necnon apud Senecam, in libro de Ira.*

De Manſuetudine.

D Beatus ac feliciſſimus verè eſt vir ille, qui manſuetus eſt: hunc enim & ſanctus Saluator noſter ac Dominus beatum prædicat, dicens: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Et quid iſta beatitudine beatius? quid ea promiſſione ſublimius? quid hac lætitia illuſtrius, cùm quis paradiſi terram obtinet? Quapropter fratres, cùm immenſas diuitias ac præmia huic virtuti propoſita intelligatis, ſtudioſè conſectemini illam. Ad ſplendorem virtutis illius feſtinate, compungimini, & ad eam totis viribus properate. Nemo ſe huius expertem ſinat, ne hac deſtitutus, poſſeſſione excidat paradiſi, plangatque amare, fruſtra dolens conquerenſque. Manſuetudini beatitudinem eſſe propoſitam intelligitis, quare ad eam contendite. Audite quid de illa, per Spiritum ſanctum ediſſerat verax Propheta Eſaias; Super quem requieſcam, dicit Dominus, niſi ſuper manſuetum & tranquillum, & trementem ſermones meos? Nónne mirari licet hoc promiſſum? & quid iſto honore præſtantius? Videte ergo Fratres chariſſimi, ne quis ab hac felicitate, gaudioque immenſo, & E lætitia inenarrabili excidat. Contendite igitur, contendite obſecro, vt manſuetudinem poſſideatis: Nam vir manſuetus omnibus operibus bonis decoratur. Quamuis afficiatur iniuria, lætatur; quamuis rebus aduerſis prematur, Deo gratias agit: in charitate iraſcentes placat, increpationes aliotum fortiter tolerat, in pugna tranquillus eſt, & ſub imperio alterius lætus viuit. Non pungitur ſtimulis ſuperbiæ. In depreſſionibus lætatur. Rectè factis non extollitur, nec de ijs ſe iactat. Cum omnibus ſe pacificum exhibet, ſuperiorum iuſſis prorſus obtemperat, ad omne opus bonum promptus eſt, in omnibus rebus probatur, & à quibuſcunque laudatur. Omnis maliciæ expers eſt, & à ſimulatione diſtat quàm longiſſiè: à dolo & inuidia hic alieniſſimus eſt. Auerſatur maledicentiam, & detractatores fugit. O felices diuitias manſuetudinis, quæ ab omnibus

Matth. 5.

Eſaiæ 66.

celebratur & collaudatur, admirationique eſt vniuerſis. Proinde demus operam A
Chariſſimi, vt hanc ipſam virtutem obtineamus, quo præmia ei à Saluatore no-
ſtro Deo propoſita, conſequamur.

SCHOLIA.

*DE Manſuetudine, eiusq; laudibus, vide pulchrum Sermonem, apud ſanctum Iohannem Chry-
ſoſtomum, inter didact. & parænet. Tomo quinto relatum, in poſtrema editione Pariſienſi, quæ
1581. prodijt Cui ibidem alter adiungitur Sermo eiuſdem Chryſoſt. Vt benedicamus maledicenti-
bus Chriſti & Sanctorum exemplo. Quo pacto autem in manſuetudine Chriſtus imitandus ſit, & de ma-
lorum obliuione, &c extat eodem Tomo quinto Homilia vna ex octoginta ad populum Antioch. Hanc B
quoque Baſilius Magnus celebrat, & maximam omnium virtutum manſuetudinem appellat, homi-
lia in Pſalmum 33. ſuper verba illa; Audiant manſueti & lætentur, &c. vbi huius laudes enarrat, & quis
verè manſuetus, pulchrè declarat. De eadem virtute, plura vide apud eundem Baſilium in conſtitutio-
nibus monaſticis; cap. 14. cuius principium eſt: Manſuetudine cum primis plenus eſſe monachus de-
bet quoniam, &c. caput ſanè dignum quod legatur. Et in Carmine Gregorij Nazianzeni ante citato,
aduerſus iram: vbi varia Exempla ſacrorum virorum nobis proponuntur, qui manſuetudinis laude flo-
ruerunt.*

De Malitia ſiue Improbitate.

Pſalm. 36.
Matt. 12.
Lucæ 6.
Pſalm. 91.
*al. ab inſurgentibus in me malignantibus, &c.

LVgendi itaque & deplorandi ſunt illi, qui manſuetudinis expertes, mali-
tiæ atque improbitatis vinculis conſtricti ſunt, graui enim iſti ſubiacent C
ſentẽtiæ: Quoniam qui malignantur, exterminabuntur. Quin & ſanctus
Deus noſter Saluator, eoſdem coarguit dicens: Malus homo, de malo
theſauro cordis ſui profert mala. Et rurſus Propheta: Inſurgentibus, * inquit, in
me malignantibus, audiet auris mea. Graue malitiæ dæmonium eſt, fratres. Pro-
inde orate, ne quis in ipſum incidens, ſe ipſe reprehenſione dignum conſtituat:
Nunquam enim in pace eſt malignus, ſemper perturbationibus agitatur, ſemper
bile ac dolo, & ira plenus eſt, ſemper proximum ſuum deſpicit, ſemper ſubmur-
murat, ſemper ſuſurrat, ſemper inuidet, ſemper æmulatur, ſemper exaſperatur,
ſemper Superiorum mandatis refragatur, iuſſaque peruertit, ſana conſilia aſper-
natur, & bona inſtituta diſſoluit. Eos, à quibus diligitur, illudit. Commendan-
tes ſe ſpernit; proficientes contriſtat, admonitiones parui facit, fratres dirimit, D
ſimplices vexat, longanimes repellit, patientes irridet, peregrinos auerſatur, ali-
os alibi calumnijs premit. Singulis aduerſatur, iracundiam excitat, ad vindictam
impellit, ad conuitia promptus, ad detractiones facilis, ad iniuriandum procli-
uis, ad loquacitatem potens, ad iurgia pronus, ad excitandos tumultus paratiſſi-
mus. In pſalmodia verò imbecillis eſt, in ieiunijs debilis, in omni opere bono im-
potens atque inutilis, in ſermonibus ſpiritalibus tardus ac ſegnis. Omnis enim
iniquitas concludit os ſuum. Atque ideo maximo commiſeratione homines e-
iuſmodi digni ſunt. Quamobrem rogo obſecroque vos fratres, vt ab improbita-
tis atque malitiæ vobis lue, caueatis.

Pſalm. 106.
Prou. 10.

SCHOLIA. E

*ADuerſus Malitiam ſiue improbitatẽ plura vide apud S. Iohannem Chryſoſtomum ad pop. Anti-
ochen. Homil. 31. per totam. & 52. ex Matthæo poſt medium, ac 68. 78. Et Homil. De dili-
gendis omnibus tiam perſequentibus nos. Et immediatè ſequenti Sermone, Vt benedicamus ma-
ledicentibus, Chriſti & Sanctorum exemplo. Et in Serm. Quod vbi ira, ibi non ſit Spiritus ſanctus, &c.
eodem Tom. 5. inter didact. & paræn. De qua etiam videantur Auctoritates à nobis adductæ, in Schol.
de Manſuetud. virtute oppoſita.*

De Veritate.

A Beatus qui ſecundùm veritatem vitam ſuam inſtituit, & non eſt deprehenſus in aliquo mendacio. Beatiſſimus qui veritatem colit atque obſeruat, Ioan.1. quoniam Deus verax eſt, & mendacium in ipſo non eſt. Et quis veritatis amatorem non admiretur? Nam Deum talis imitatur. Reuera enim veritatis ſtudioſus, ſemper & Deo placet, & cunctis hominibus vtilis eſt. Rom.3. Pſalm.113. In cœtu aliorum fratrum iucundus, & in re quacunque rectus: non reſpicit perſonas hominũ, & iniuſtè non iudicat. non vſurpat dignitates atque honores, & pauperem atque inopem non deſpicit. in reſponſionibus ſimplex eſt, & in iudicijs rectus: in operibus eſt ſedulus, & in conuerſatione fratrum gratioſus atque honorabilis. Doli omnis eſt expers, ſimulationemque deteſtatur. Omnibus operibus bonis ornatus eſt, & cunctis virtutibus accumulatus. B Beatus igitur, qui abſque vlla ſimulatione ſemper veritati inſeruit.

SCHOLIA.

De veritate ſemper dicenda, & de mendacijs fugiendis, vide inter alios, Baſilium Magnum in moralibus, Regula 24. cap. 1. Sit autem ſermo veſter; eſt, eſt, non, non, &c. Matth. 5. Et S. Auguſtinus pulcherrima Veritatis encomia adducit, in Sermone primo, de Decollatione S. Iohannis Baptiſtæ, Tom. 7. Super Pſal. 25. Tom. 8. lib. 2. de libero arbitr. cap. 6. Tom. 1. lib. 1. de Gen. contra Manich. Tom. 1. Serm. de temp. 94. de plagis Ægypti Tom. 10. quibus in locis de Veritate, lectu digniſſima, tradit Auguſtinus. De qua etiam, quædam apud S. Ambroſium reperies, in Comment. Epiſt. 2. ad Corinth. cap 13. & Epheſ. cap. 5. Tom. 5. Nec non apud S. Gregor. lib. xi. moral. in cap. 13. Iob.

C

De Mendacio.

Miſer atque infelix, qui ſemper mendacijs addictus eſt; quoniã ab initio diabolus mendax eſt. 1.Ioan.3. Qui autem delectatur mendacijs, hic in verbis ſuis omnem perdit auctoritatem, odibilis enim Deo pariter & hominibus redditur. Et quis hominem mendacem non deploret? Hic enim in nullo opere probatur, & in quacunque reſponſione ſua ſuſpectus eſt. Hic rixas & iurgia in monaſterijs ſuſcitat, & in mutua familiaritate eſt, vt in ferro, rubigo. D Cor quidem habet audax, ſed pertuſum; libenter arcana audit, ſed eadem facilè reuelat, nouitque organo linguæ ſuæ domos benè inſtitutas ſubuertere. Aggreditur facinora, ſeque eorundem auctorem diſſimulat: abſque iuramento nihil affirmat, & loquacitate ſibi perſuadere videtur. Verſutus ac verſipellis eſt homo mendax. Nullum eſt hoc maius animi vulnus, nullumque eo dedecus grauius. Homo enim mendax ab omnibus reijcitur, & ab omnibus irridetur. Proinde attendamus Fratres, ne adſueſcamus mendacijs; vt non cum parente mendacij diabolo, in ignem tradamur æternum, vbi fruſtrà miſeriam noſtram doleamus. Ioan.8. & 1.Ioan.1.3.

SCHOLIA.

E *De Mendacio, eiusque deteſtatione, etiam vide ſancti Dorothei Sermonem nonum, in ordine reliquorum ſuorum Sermonum, qui incipit: Volo fratres pauca quædam vobiſcum de Mendacio diſſerere, ac vos commonefacere. &c. Et ſanctum Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum, in libro contra Mendacium Tom 4. Enchirid. cap 18. cap. 22. Tom. 3. de Ciuitate Dei, lib. decimoquarto cap. quarto, Tomo quinto, & alibi ſæpè. Et ſanctum Ambroſium in tractatu de obitu Gratiani Imperatoris Tomo 4. Sermone quodam, ſuper illud: Quis ex vobis arguet me de peccato, &c. Qui quidem Sermo, etſi hactenus inter impreſſa Ambroſij opera non fuerit editus, citatur tamen à Bartholomæo Vrbinate in Milleloquio.*

De Obedientia.

Philip.2. Beatus qui vera & minimè ſimulata præditus eſt Obedientia, quoniã hic A imitator eſt, optimi noſtri Præceptoris, qui obediens fuit vſque ad mortem. Verè igitur qui obedientiæ fruitur poſſeſſione, beatus eſt; quia cùm Domini ſit imitator, etiam cohæres illius efficitur. Qui obedientiam obtinet, vinculo charitatis cum omnibus coniungitur. Qui obtinet obedientiam, magnam poſſeſſionem obtinet, magnaſque ſibi diuitias accumulauit. Qui obediens eſt, omnibus gratus eſt, ab omnibus laudatur, & ab omnibus probatur. Vir obediens, citò exaltatur, & celeriter progreſſus magnos efficiet. Vir obediens præcipientibus non reſiſtit, & iubentibus non aduerſatur. Reprehenſus non iraſcitur, ad omne opus bonum promptiſſimus eſt. ab iracundia non facilè capitur; ſi reprehendatur, non commouetur, & ſi contumelijs afficiatur, nequaquam excandeſcit. B In calamitatibus gaudet, & in tribulationibus Deo gratias agit. De loco in locum non tranſmigrat, & ex vna in aliam manſionem non ſe transfert, admonitus non perturbatur; ad quem deſtinatus eſt locum, in eo manet, & tædio non afficitur. Patrem non deſpicit, & fratrem nequaquam ſpernit, monaſticæ vitæ rationem non carpit. Recreationes & otia fugit, ac locorum aëriſque amœnitates minimè ſectatur, ſed ſecundùm Apoſtolum, 1.Cor.7. in qua vocatione vocatus eſt, in ea manet. Multi igitur, vt apparet, ſunt fructus Obedientiæ. Quamobrem beatus eſt, qui poſſidet illam.

SCHOLIA.

De Obedientia, & quibus obediendum ſit, &c. habes apud S. Baſilium Magnum, lib. de Inſtitut. monach. cap. 14. Et eodem lib. cap 42. & 46. tractatur de Obedientia, & de modo atque affectu C *obediendi, &c. Quam porrò hæc virtus Religioſo ſit neceſſaria, inuenies apud eundem Baſil. in Præceptis generalibus vitæ Religioſorum. Et apud S. Dorotheum, Sermone 1. qui eſt de Obedientia, & ſubmiſſione propriæ voluntatis, &c. nec non apud Auctorem noſtrum Ephræm, pluribus in locis.*

De Inobedientia & murmuratione.

Execrandus autem eſt, ac miſer homo inobediens & murmurator. Magna enim in omni familia fratrumque cõuentu, plaga eſt murmuratio: Scandaloſa quippe eſt cunctis, charitatem euertit, vnionem diſſipat, pacem diſturbat. Murmurator pręcipientibus contradicit, & ad omne opus bonum ineptus atque inutilis. Nihil gratiæ habet in re vlla: idem enim eſt etiam piger. D Pigritia enim murmurationi coniunctiſſima eſt. Omnis igitur piger incidet in Prou.17.21. mala, ait ſacra ſcriptura. Si quo enim piger, inquit, mittatur, dicit: Leo eſt in via, in Prouerb.22.26. medio platearum occidendus ſum. Murmuratori ſemper excuſationes in promptu ſunt, ſi quod ei opus agẽdum iniũgitur, obmurmurat, ac alios mox etiam peruertit, dicens: Et quorſum hoc? cur iſtud, vel illud? non expedit, inquiens, iſtud fieri, ſi aliquo mittatur, damnum, inquit, ex illo itinere proueniet. Si ad pſalmos decantandos excitetur, iraſcitur. Si ad vigilias, ſtomachi vel capitis tibi dolorem prætexet. Si illum admoneas, teipſum, inquit, admone, de me erit, ſicut Deo placuerit. Si quid ipſum docere cupias, vtinam dicit, tu iſtud ſcires, ſicut ego. Nunquam opus aliquod ipſe ſolus aggreditur, niſi alios ſibi adiũctos habeat. Murmuratoris actio quæuis reproba, inutilis, & ad nullam virtutem accommodata. homo murmurator otio atque ſolatij gaudet, & tribulationes fugit. Murmurator E epulas diligit, & ieiunia ſpernit. homo murmurator piger, & ſuſurronem agere, & rumores confingere nouit. Homo murmurator, verſutus eſt ac verſipellis, & verborum multitudine inuictus, perpetuiſque calumnis; nunc iſtum, nunc alium inſectatur. Idem in rectè factis triſtis eſt, & ad hoſpites recipiendos minimè idoneus. in amicitia ſimulatorem, & in odio vehementem ſe exhibet. Quapropter fratres, ne in exequendis mandatis Superiorum, queruli ſimus & murmuratores; neque tanquam præcipientibus peritiores, aduerſum eos, nos opponamus, defendamuſve, cauendum eſt.

SCHOLIA.

Aduerſus Murmurationem & Inobedientiam vide in Regul. S. Pachomij 88. Qui habet peſſimam conſuetudinem murmurandi, &c. Et 89. Si inobediens quis fuerit, aut contentioſus, aut contradictor, &c. Nec non 118. & 119. Ac apud Baſilium Magnum, in Regulis fuſius diſput. in Reſpon. ad Interrogationem 47 De his qui nolunt admittere, quæ Antiſtes perficienda iuſſerit. Et in Regulis breuioribus, in Reſponſione ad Interrog. 38. Et denique in Reſponſ. ad Interrogationē 119. Et apud Chryſoſtomum ſerm. 8. in Epiſtol. ad Philip. cap. 2. in morali Digreſſione. Et apud Ephræm, in Adhortation. breuioribus tom 2. varijs in locis.

B

De eo, qui ab inuidia & ęmulatione alienus eſt.

Beatus qui inuidiæ & æmulationi non eſt obnoxius: Nam æmulatio & inuidia dependent à ſe inuicem. Et qui alterutram habet, vtramque habet. Verè igitur beatus, qui in hæc vitia nō incidit, nec ab aliquo iſtorum vulneratus eſt. Nam qui iniuſtè fratri ſuo inuidet, cum Diabolo condemnabitur. Vincitur inuidus, laborat odio & inimicitia. Bono aliorum angitur progreſſu. Qui autem ab hoc morbo alienus eſt, nunquam aliorum profectu cruciatur. De honore alterius non turbatur, neque de dignitate dolet. Cunctos enim ſe meliores præſtantioreſque ducit, indigniorem ſe alijs, omniumque infimum reputans. Gloriam propriam non quærit, non ſectatur honores. Gaudet cum gaudentibus, adiuuat proficientes, cum præclarè incedentibus exultat, & benè beateque viuentes laudibus celebrat. Si fratrem rectè viuentem viderit, illum C nequaquam impedit, ſed ad meliora cohortatur, vireſque ac neruos ei addit. Si alium viderit requieſcentem, eum non criminatur, ſed illi gratulatur. Si quem peccaſſe viderit, non procindit conuitijs, ſed rectè admonet. Si iratum viderit, non exacerbat; ſed in charitate illum lenire ac mitigare, & ad concordiam pacemque dirigere ſtudet. Si quem mœrore affectum adſpexerit, non deſpicit, ſed vtili blandoque hunc ſermone ſolatur ac ſubleuat. Ignorantes, rudeſque inſtruit, & ad rectam virtutis ſemitam, errantes reducere conatur. Si quem Pſalmodiæ ac orationis tempore dormitantem offenderit, ſedulò eum ad orandum excitat. Et vt paucis multa, qui ab hoc Vitio alienus eſt, in nulla re proximum ſuum deludit, ſed cunctis aliorum progreſſibus atque virtutibus lætatur.

D

SCHOLIA.

Contra inuidiam, optima quoque Remedia atque antidota ſubminiſtrata inuenies à Baſilio Magno in homilia quam ſcripſit, De Inuidia; cuius principium eſt: Bonus eſt Deus, & bonorum præbitor, &c. paulo poſt medium, vbi quomodo Inuidia ſuperetur atque tollatur, eleganter oſtendit. itē quo pacto Inuidus beneficentia irritetur, inuidorumq; conuerſatio vt fugienda &c. De hac autem, plura vide apud S. Iohan. Chryſoſt. Hom. 15. in 1. cap. Iohannis, in ipſo mox principio. Et Hom. 47. ex cap. 7. Iohan. etiam in initio. Ac Homil. 54. ex cap. 8. Iohan. ſub finem. & Homil. 52. ad popul. Antioch. ex Matth. quaſi circa medium.

E

De eo, qui obnoxius eſt inuidię & æmulationi.

Qui autem eiuſmodi vitiorum laborat morbo, miſer eſt atq; infelix, ac diaboli conſors; per quem mors introiuit in orbem. Sap. 2. Inuidus enim & æmulator, omnibus ſe aduerſarium præbet. Neminem ſibi in honore præferri patitur. Proborum æſtimationem diminuit, recteque incedentibus ſcandalum conſtituit. Rectè viuentes vituperat, & pietate ac religionē conſpicuos aſpernatur. Ieiunantes appellat gloriæ auidos, & ſedulos in decantandis pſalmis, oſtentatores: promptos in miniſterio, gulæ deditos; & alacres in bonis operibus, gloriæ cupidos. Vacantes ſacrarum literarum ſtudijs, inertes atque otioſos: & in reſponſionibus temperatos, ventri deditos. Nunquam aliorum

rum progreſſibus gaudet inuidus. Si quem torpentem adſpexerit, non excitat; ſed A
ad malum potius impellit. Si orationis tempore dormientem viderit, non expergefacit, imò magis torpentem fouet. Si quem honeſta ſe quiete reficientem cernat, calumniatur. Si quem lapſum conſideret, vbique calumnijs eum proſcindit. Væ homini inuido, quoniam mœrore contabeſcit, corpuſque eius liuido pallore obductum langueſcit, & viribus deſtitutum corrumpitur, cunctis ſe amarulentum atque acerbum exhibet. Cunctis ſe inimicum præbet, apud cunctos ſimulatorem agit. Cunctis inſidiatur, & apud cunctos, perſonas accipit; hodie huius, cras alterius ſe partibus adiungit. Omnibus ſe virum oſtendit, dum cuiuſlibet voluntati ſe obſequi fingit, & mox interim omnes damnat; & hunc apud illum, illum apud alium rodit. Cum omnibus omnes implicat. Graue ergo & peſtiferū B
eſt inuidiæ & ęmulationis venenum; vnde detractiones, odia ac cędes pullulant. Procul igitur ab hoc teterrimo vitio fugite, qui vos ciues Sanctorum, & domeſticos Dei profitemini, procul à vobis omnem inuidiam & æmulationem depellite, ne ſimul cum diabolo damnemini.

SCHOLIA.

DE hoc teterrimo vitio. plura habes in Oratione S. Baſilij Magni de inuidia, & odio, cuius principium eſt; Multam nobis affert moleſtiam, temporis iſtius iniuria, in qua & cunctæ eccleſiæ conquaſſatæ ſunt, & vniuerſæ animæ affliguntur, &c. Et in alio Sermone, De inuidia apud eundem, qui incipit: Bonus eſt Deus, & bonorum ijs qui digni ſunt præbitor, &c. Huius Argumenti duos alios reperies Sermones apud Chryſoſtomum ad popul. Antioch. alterum De liuore & Inuidia, alterum verò, De Inuidia & liuore, inſcript. quos legito, & inter ſe conferto. C

De eo qui à maledictis, & contumelijs alienus eſt.

BEatus ac feliciſſimus, qui maledictis & contumelijs, proſcindendo proximum linguam ſuam non maculat, nec lingua maledica ſibi cor contaminat; ſed cùm omnes norit alicui vitio obnoxios, alienis vitijs non delectatur, neminemq́; iniuria afficit, verum ab hoc crimine abhorret quā maximè. Qui enim alterum maledictis non inceſſit, ſeipſum inculpatum ſeruat; D
is neminem offendit, & in nullum offendiculum incurrit, nec conſcientia illius coinquinatur. Qui maledicentiæ, & contumeliæ ſpiritum vitat, ab improborum ſe conſuetudine ſeruat, exercituſque dæmonum fugat, ac ſuperat. Qui linguam in aliorum infamiam non exacuit, theſaurum quo ſpoliari nequit, tutum ſibi vēdicat. Qui non flectitur ad maledicendum alijs, fratricidio is non redditur obnoxius, & apud alios nō malè audiet. Qui procacitatis & contumelię ſpiritu non capiatur, is verè nouit, ſe hominem ex carne conſtare, & ſeipſum purum immaculatumque conſeruat. Qui maledicorum familiaritatem fugit, is inter Angelos verſabitur. Cuius aures & lingua, maledicentiæ veneno non ſunt infectæ, is medicamento ac cibo charitatis plenus eſt. Qui labia ſua maledictis atq; contumelijs non polluerit, illius os fructum Spiritus ſancti redolet. Verè ergo beatus, iterumq́ue beatus ille eſt, qui à deterrimo hoc vitiorum genere, ſe integrum cuſtodierit, quoniam Spiritus ſanctus in eo habitabit. E

SCHOLIA.

HVc ſpectat Chryſoſtomi Oratio, Vt benedicamus maledicentibus, Chriſti & ſanctorum exemplo. Eſt inter Didact. & Parænetica eius, Tom. 5. incipitq́; Ingemiſcēdi cōſuetudo mihi inceſſit, &c. Ac in homilia apud eundem. Quod vbi ira, ibi nō ſit ſpiritus ſanctus: reperitur ſub finem Tom. 5. Plura in hanc materiam alibi apud Chryſoſtomum & Ephræm ſuis locis ſparſim reperies. Nec non S. Auguſtinū lib. de Conflictu vitiorum cap. 8. Tom. 9. ac de Mendacio cap. 16. Tom. 4. Ad fratres in eremo, ſerm. 53. Tom. 10. Ambroſ. lib. 3. de viduis, part. 4. Tom. 1. Et denique S. Hieron. ad Ruſticum monachum, & alibi. quæ omnia loca, etiam ſeruiūt in deteſtationē Vitij oppoſiti, quod immediatè hic ſequitur.

De * Maledicentia & maledicis.

* al. Contra maledicos & contumelioſos.

QVI alios lubens maledictis inceſſit, ſe ijs, quæ in alios confert, obnoxium declarat. Qui enim in alterum eſt contumelioſus, ſeipſum condemnat: Carnalis enim eſt, & mundi laqueis implicatus. Homo maledicus, vtroque & odij & ſuſurrationis morbo laborat. Et qui talis eſt, fratricida & crudelis atque immitis cenſetur. Cui autem timor Dei ſemper ob oculos verſatur, & qui mundo eſt corde; aliorum ignominia non gaudet, nec de occulta cuiuſquam turpitudine lætatur, neque in aliorum lapſu atque ruina conquieſcit. Verè ergo miſer ac deplorandus eſt ille, qui maledictis & conuicijs in proximum conferendis adſueſcit. B Quid autem hoc ſcelere grauius? Vnde quoque ſanctus Apoſtolus nefaria impiorum opera prohibens, etiam maledicos ijs adnumerat; neque maledici, inquiens, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.

1. Cor. 6.

SCHOLIA.

IN deteſtationem execrandi iſtius Vitij, plura quoque alibi inuenies apud eundem Ephræm, in eò, quod ſcripſit ex profeſſo; De morbo ſeu malo Linguæ, alijsq; vitijs; &c. cuius principium in noſtra Interpretatione eſt: Diuerſæ in cunctis hominibus ſparſæ reperiuntur cupiditates, &c. vbi; quàm graue & deteſtabile ſit vitium Obtrectatio ac maledicentia, quantopereq; fugiendum, abundè demonſtratur. De maledico ſermone atque Detractione, etiam Baſilium Magnum vide, libro de Inſtitut. Monach. cap. 33. & 34. Et S. Pachomium in Regul. 84. 93. Nec non Gregorium Nazianz. in Orat. habita coram 150. Epiſcopis. ac Chryſoſt. Homil. 43. in Matth. Tom. 2. Item Homil. 2. ad populum Antioch. Tom 5. & Homil. 5. ac 32. ad Popul. &c. C

De Temperantia & Continentia.

BEatus ac verè feliciſſimus, qui temperantiæ ac continentiæ virtute eſt cõſpicuus. Magna profectò & eximia hæc eſt virtus. Verùm quàm longè ea pateat, quantique valeat, & quibus in rebus ſita ſit, benignè quæſo fratres attendite. Eſt ergo temperans & continens in lingua, qui nec pluribus verbis vtitur quàm oportet, nec inanibus atque inutilibus; qui modeſtiæ fræno linguam temperat, qui à conuicijs & execrationibus abſtinet; qui non delectatur veniloquijs, & ijs quæ non oportet. Qui linguam refrænat, & vnum in alterum, calumniando & obtrectando, non commouet: qui ſecreta cœlat, & ſilentio aliena contegit. D Temperans quoque ac continens, in auditu dicitur, qui ſic auribus ſuis imperat, vt eas verbis inanibus ac maledicis non accomodet. In oculis etiam temporantia conſiſtit, quando quis ſic aſpectum comprimit, vt non paſſim quæ oblectare poſſunt, aut quæ nefas eſt intueri, reſpiciat. Animo autem temperans eſt, qui ſic eum regit, vt non efferatur iracundia, nec citò exacerbetur. In gloria, hominis temperantia verſatur, quando quis ita mentẽ moderatur, vt nec honoribus, nec dignitatibus, nec laudibus aucupandis vincatur. In cogitationibus etiam cernitur temperantia, cùm quis timore Dei, blandas ardenteſque cogitationes reprimit. In cibis ſeruatur temperantia, quando nec ſuperfluis delicatioribusve quis delectatur; nec extra pręfinitum edendi tempus, cibum appetit, horamque anticipat: neque etiam dapium pulchritudinem aut varietatem curioſè auideque nimis requirit. E In potu temperãs eſt, qui ſobrietatem colit, nec compotationibus aut vinorum dulcedine gaudet, nec temerè vinum bibit, poculorumve varietatem, ac permixtam in ijs voluptatem ſectatur; nec immodicè non ſolùm vino, ſed ne aquæ quidem potu fruitur, quâm fert neceſſitas. In cupiditatibus autem ac prauis voluptatibus temperantes dicuntur, qui ſenſibus ſuis imperant, nec mox cupiditatibus ingruentibus indulgent, nec cogitationibus libidinoſis aſſenſum præbent, neque oblectantur ijs quorum poſtea odium capiunt ac nauſeam, quique carnis deſideria non perficiunt, ſed timore Dei, concupiſcentias prauas refrænant. Verè enim continens ac temperans cenſetur ille, qui cæleſtium & immortalium bonorum deſiderio incenſus, in ijsque tota mente defixus, cunctas voluptates carnis auerſatur, libidineſque quaſcunque vt vmbram

Temperantia quàm longè pateat, quantique valeat, &c.

Temperans in lingua, quis ſit.

Temperans in auditu quis.

In viſu temperans.

Animo temperans.

In gloria temperans.

In cogitationibus temperans.

In cibis temperans.

In potu temperans.

In concupiſcentijs temperantes.

Quis vere ſit temperans ac continens.

deſpicit,neque vllo fœminarum aſpectu, aut corporis forma delectatur. Nullis A
capitur blanditijs, & cum mulieribus præſertim impudicis conſuetudinem non
habet,nec in longum ſermones etiam cum honeſtis protrahit. Qui verè temperans
eſt ac continens, ſeque ad immenſam illam cæleſtis beatitudinis quietem
ſeruans,tota mente ac corde concupiſcentiam omnem carnalem cupiditate potioris
boni,ac formidine venturi ſeculi,propellit ſuperatque.

SCHOLIA.

QVI verè continens eſt, toto corde concupiſcentiam omnem carnalem propellit, ac ſuperat,
&c.] *De hoc fertur S.Baſilij Cæſarienſis Epiſcopi diſtricta ſententia : & mulierem, inquit,*
ignoro,& virgo non ſum. Intantum intellexit incorruptionem carnis, non tam in mulieris eſſe abſtinentia,
quam in integritate cordis, quæ verè incorruptam perpetuò ſanctimoniam corporis,vel timore B
Dei,vel caſtitatis amore cuſtodiat. Quam Baſilij ſententiam,de qualitate virginitatis eius,refert Caſſianus
lib.6.cap.19. Plura in commendationem Continentiæ,habet Baſilius alibi, in Regulis fuſius diſputatis,
in Reſponſ. ad Interrogat.16.& 17.ac 19. De qua etiam vide Iohan. Caſſian.Collat.12.per tot. Et
Ephræm,ſuis locis.

De Intemperantia & Incontinentia.

Homo intemperans à quouis vitio alio facilè ſuperatur.

QVi intemperans eſt & incontinens,à quocunque alio facilè vitio ſuperatur:
homo enim intemperans,etiam voluptatibus addictus eſt. Intemperans C
multiloquio gaudet, ſermonibuſque inanibus atque otioſis
& ſcurrilibus delectatur; ſuauitate epularum capitur, ad edendum
& bibendum fortis eſt. Vana ac ſtulta voluptate incenditur. Cogitationibus impuris
aſſenſum præbet. Libidine infatuatur atque marceſſit. Inanis gloriæ ſtudio
vexatur. Honores ſibi fingit,& quaſi iam ſit adeptus,luditur. De fœminarum ſibi
conſuetudine placet: corporum pulchritudine atque colore irretitur, formarũ
gaudet aſpectu,præſtigias adhibet,mulierum familiaritate & riſu liqueſcit. Quæ
vigilans vel per ſomnium vidit,memoria recolit. In mente ſua, velut pictura exprimit
atq, effingit fœmineos vultus,contrectationes manuum,complexus corporum,
membrorumque complicationes,ſermonum dulcedinem, blandimenta
riſus,nutus oculorum, ornatum veſtium, colores corporum,collocutiones
adulatorias,labiorum contractiones, totius corporis iucunditatem,motuum ac
geſtuum illecebras,tempora ac loca congreſſionum, & cuncta denique quæ ad
voluptatem pertinent. Homo voluptatibus addictus atque incontinens, in animo D
ſuo tanquam ſcriptura aliqua voluptatem depingit,& in illa cogitatione fixus
hæret immoraturque. Adeò vt ſi videat ſcripturam aliquam de temperantia
recitari,mœrere incipiat. ſi grauem Seniorum de rebus vtilibus ac bonis differentium
conuentum viderit,ab illo ſe ſubtrahat. Si patrum auſteritatem conſideret,
nauſea afficiatur. Si verba de ieiunio audiat,turbetur. Fratrum congreſſum
auerſatur. At ſi mulieres conſpexerit,illicò exhilaratur, ſurſum atque deorſum
ad miniſtrandum curſitans. Tunc in pſallendo ſonorus eſt,tunc in facetijs ac riſibus
ſtrenuus, vt ſic ſe gratum iucundumque fœminis illis præbeat. Tempore
quietis atque ſilentij,triſtis & infirmus eſt. Miſer ergo & infelix is, qui continentia
ſpoliatus eſt. Quapropter fratres,cùm continentiæ fructus & commoda,intemperantiæ
autem ſiue incontinentiæ mala ac damna intelligamus, hanc fugiamus, E
illam modis omnibus amplectamur oportet. Magna enim continentiæ
repoſita ſunt præmia,& magnitudinis eius non eſt finis. Verè igitur felices atque
beati,qui temperantiæ ac continentiæ ſplendore ornati ſunt. Sed omnium beatiſſimi
ac feliciſſimi,qui omnibus virtutibus clarent, qui operibus iuſtitiæ præcellere
ſtudent, qui nihil occultè agunt, quod diſpliceat Deo: ſed ſemper veritati
inſeruiunt,ſemperque actiones ſuas benè in lumine dirigunt; & nullis vnquam
cogitationibus improbis conſentiunt. Sed ego quid miſer agam;qui cunctas
virtutes ſemper prædico,& ne in vna quidem me exercui, ſed in omni potius
vitiorum genere annos meos conſumpſi? In me quadrabit quod ſcriptum Matth.23. Luc.11.
eſt: Oneratis homines oneribus,quæ portare non poſſunt, & ipſi vno digito ve-

A ſtro non tangitis ſarcinas. Quamobrem rogo obteſtorque vos omnes fratres in
Chriſto benedicti, & cæleſtis pdradiſi ciues, vt Chriſto Domino, qui vos ſuæ mi-
litiæ adſcripſit, totis viribus placere ſtudeatis. Nullus veſtrum, qui Dei gratia ſub
iugo Chriſti militatis, repudietur, vt ignauus ac negligens. Nolite morem gerere
voluntati carnis, ne abſque defenſione inueniamur coram tremendo tribunali
illo; vbi quiſque referet, prout geſſerit in vita, ſiue bona, ſiue etiam mala. Væ au-
tem mihi tunc miſero, qui omni tum fiducia deſtituar. Et quid agam infelix, in
extremæ illius neceſſitatis, quæ vitari non poterit, articulo? Beati atque felices
illi, qui tunc cum fiducia ante iudicem ſtatuentur, & de manu Domini ſanctam
mercedem accipient. At væ illis, qui minimis leuiſſimiſque de cauſis, tunc con-
B fundentur. Quæ enim (vt clarius rem explicem) excuſatio poterit eſſe ei, qui vel
ob vanam gloriam, vel arrogantiam atque pertinaciam, vel inobedientiam, vel
gulam, vel ob petulantiam, vel loquacitatem, vel ſuperbiam, vel ob complacen-
tiam ſiue iactantiam, aut ob inuidentiam, aut contentionem, aut iracundiam, aut
contumeliam, aut calumniam, detractionem ve tunc accuſatur? Quam excuſati-
onem afferet, qui ob minima iſta tunc accuſabitur? quod tibi lucrum vel volup-
tas, ex tam leuibus atq; caducis iſtis eſſe poterit? At quæ difficultas iſta vitare? Quæ
cum ita ſint, vos hortor obteſtorque fratres, ne quis veſtrum propter aliquod e-
iuſmodi, tunc damnationis ſententiam audiat; vt non ſolum à grauioribus pec-
catis ac vitijs temperetis, quod quidem vos facere noui; ſed etiam ab illis quę par-
ua apparent ac leuia, quę tanquam minimi ac nullius momenti, ferè ab homini-
bus negligi ſpernique ſolent, quaſi nulla de ſimilibus reddenda foret ratio; cùm
C interim per eiuſmodi, nos perdere etiam quærat diabolus. Omni ergo diligen-
tia ac ſtudio etiam in minimis illis, dolos atque inſidias diaboli cauete, vt cum
Chriſto ſempiterna gloria fruamini. Cui ſit gloria, in ſecula ſeculorum.
Amen.

2.Cor.5.
Rom.14.

Non ſolũ grauiora peccata, ſed.etiam quæ parua videtur ac leuia, nobis vitanda.

SCHOLIA.

DE abominando hoc vitio, oppoſitaq́; ipſi virtute, vide pulcherrimam Baſilij Magni Orationem,
quam de Temperantia ſiue continentia, & Incontinentia, ſcriptam reliquit: cuius initium eſt: A-
lexander ille Rex Macedonum, cùm filias Darij in ſuam poteſtatem redigiſſet, &c. Eiuſdemque
Regulas breuiores lege in Reſponſione ad Interrogationem 140. de incontinentiæ malo; vbi, quàm graue
malum ſit, continentiam non colere, inter alia (quæ ibi in exaggerationem huius vitij adducuntur) oſten-
D *ditur. Plura in deteſtationem huius vitij, adducit Gregorius Nazianz. præſertim Tomo 2. aduerſus mu-*
lieres ambitioſius ſeſe ornantes, excolentesq́;, agens, & alibi. Nec non S. Ioannes Chryſoſtomus homilia
22. 54. & 55. ad populum Antiochenum. Item, in Sermone, de carnis concupiſcentijs non ſectandis, qui
incipit: Excitatus è ſomno, ipſum te indue, indutus morigerum corpus redde, &c. eſt inter didactic. &
parænet. Tom. 5. Et in ſermone alio, Contra gulam, & cæteras corporis voluptates, ibid. & alibi ſæpè.
Huc quoque facit Nili Abbatis Oratio aduerſus Luxuriam, cuius principium eſt: Pudicitiam parit
temperantia, gula mater eſt impudicitiæ, &c. Ipſiusq́; Ephræm ſermones varij, quos ſuis locis inuenies,
hoc Tomo, & ſequen. Quòd ſi Latinos etiam velis, Ambroſium tibi & Auguſtinum citabo, quorum il-
le, De incontinentiæ malo, ſeu de Libidinis abominatione, multis agit, lib. 1. de Caim & Abel, cap. 5. To-
mo 1. Ac lib. 1. de Abraham cap. ſexto. Tom. 4. Libro de Ioſeph. cap. quarto. Tomo quarto libro 1. Tomo
1. Ac lib. 1. de Abraham cap. ſexto tom. 4. Libro de Ioſeph. cap. quarto. Tomo quarto libro 1. de fuga ſecu-
li. Tom. 1. libro 2. de Apologia Dauid. Tom. 4. Et libro 1. de pœnitentia, cap. decimotertio. Tomo primo,
&c. Et ſanctus Auguſtinus lib. contra Iulianum, Tomo 7. ac lib. 4. hypognoſtic. Tom. 7. item de Ciuit.
Dei lib. 22. cap. 22. Tom. 5. &c. vbi multa in vituperium Incontinentiæ atque libidinis, in medium affe-
runtur.

E Væ illis, qui minimis leuiſsimiſque de cauſis confundentur, &c.] *Vult auctor hic noſter Ephræm*
non ſolùm grauiora vitari peccata, ſed etiam quæ parua nobis videntur ac leuia. Idemq́; repetit atque
inculcat frequenter alibi: Nam quæ parua videntur delicta, non afferunt exiguum aut qualecunq́; de-
trimentum, ſicut latius ab eo oſtenditur, in initio primæ Adhortationis, Tomo 2. cuius principium eſt: Si
vitam ſolitariam in eremo colueris, &c. ac alibi. cùm & diabolus per eiuſmodi leuiora, maximè illaque-
are ac perdere conetur animas mortalium, quod etiam hoc loco non obſcurè demonſtrat Ephræm. Plu-
ra in hanc rem, vide ex profeſſo tractata à Chryſoſtomo, in Homilia; De leuium peccatorum periculis,
&c. quæ incipit: Si leuium delictorum magnitudo noſcatur, & maiorum facillimè pernicies noſcitur,
&c. eſt inter didact. & parænet. Tom. 5. Et in Oratione eiuſd. de Anima, poſt medium, ibid. Et Hom. 12.
ad Romanos & 14. ad Epheſios & Galat. 1 ibi: Volunt ſubuertere, &c. Quod porrò nullum Vitium ſit

parvum putandum;docet inter alia Gregorius Nazianz. in ſuis præceptis ad Virgines, quæ eruditiſſimo prolixiſſimoq́; ipſe tractauit Carmine,vbi inter multa,ſic reperitur: Nec verò in vitijs quidquã paruiq́; leuisq́; Ponderis eſſe putes, Qui paruis obuius ibit, Is nunquam præceps ſcelera in grauiora feretur, Et quæ ſequuntur,ibid. Reliqua huc facientia,optimè hîc & alibi proſequitur,explanatq́; Ephræm. A

EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI,
De recta viuendi ratione.
Cap. XCI. B

Eodem G.Voſsio Interprete & Scholiaſte.

1 SI rectam viuendi rationem experis, te in humilitate exerce, ſine qua recta vitæ ratio conſiſtere nequit.

2 Similitudo bona & accommoda.

Viator,à recto deflectens itinere,in peregrina regione errabundus diuagatur. Et qui ab humilium declinat ſemita,in caſtris iuſtorum ſuum non figet tabernaculum.

3 Superbia altiſſimæ arbori,ſed putridæ ſimilis.

Omnia tua, cum humilitate in nomine Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti operare: in hoc enim fructus tuus in cœlum extolletur. Superbia enim arbori excelſiſſimæ,ſed putridę ſimilis eſt,cuius vndique facilè confringuntur rami;in quam ſi quis adſcenderit,celeriter in profundum corruet. C

4 1.Regum.19.

Initium deſertionis hominis,eſt receſſus ab humilitate. Qui autem à Deo deſeritur,ab improbo ſpiritu præfocabitur,ſicut Saul.

5 Peccatorũ conſuetudo peſsim.

Grauem puta ſuffocationem, peccatorum premi conſuetudine, neque ab eorum inundatione,ad mortis vſque horam emergere.

6 Inimici laquei deceptionibus pleni.

Si diligenter attenderis, vbique inimici laqueos, tanquam mellis dulcedine circumlitos,voluptatis illecebris extenſos deprehendes, vt ſi quis illius guſtare dulcedinem velit,laqueo capiatur.

7 Caue mel eiuſmodi appetas, ne illius laqueo conſtringaris:dulcedo enim eius ad extremum,felle & amaritudine,ſuos amatores replet.

8 Humilitas diaboli laqueis opponenda.

Humilitatem diligito, & nunquam diaboli laquis capieris: Velociſſimis enim humilitatis alis ſemper ſubleuatus,ſublimor eris,quam vt inimici retibus capi poſſis. D

9 Si quem videris ſuperbia elatum, aſpectu luculento, habituque ſplendido ac magna committantium caterua ſtipatum,noli inuidere aut turbari;verùm mente atque ingenio temperans eſto,& paullò poſt exſtinctum eum videbis. Soli enim florent atque reſplendent, qui ad nutum & voluntatem Dei, vitæ ſuæ rationem inſtituunt.

10 Exod.40.& 1.Pet.1.

Qui ob pietatis virtutisque ſtudium Domino grati ſunt,nequaquam ijs,quæ in hac vita ſunt iucunda, attendunt, clarè ſcientes illa non ſecus quàm flores agri velociter exareſcere. Nos verò pigri ac deſides,ſi quem corpulentum atque robuſtum,geniſque rubicundum adſpexerimus, hunc iudicamus beatum,quamuis in extrema is impietate verſetur. Vnde fit,vt procul à nobis honeſtos vitę labores repellamus,ignorantes quantam in ſe dignitatem habeat, ſancta religioſorum ac piorum hominum vita. quapropter etiam temperantiam ac ſanctitatem auerſamur,deteſtamurque. E

11 Ne puerilibus ludis attendamus fratres, ſed perfectam vitæ rationem amplectamur ſemper,ne piorum ac religioſorum hominum priuati gaudio, æternis ſupplicijs deputemur.

12 Beatus,qui ſpe bona plenus eſt,& bonis cogitationibus cordis illuminatur, eius enim gloria magna erit & ſempiterna.

13 Quiete atque ſilentio delectemur,vt ex inſpectione noſtrorũ peccatorum,ſemper humiliemur;non vt arrogantiæ,& malitiæ cogitationes, tanquam peſtiferas quaſdam belluas,foueamus.

A 14 Silentium & quietem diligamus, vt cor mundum poſſideamus, templumque nobis concreditum, à peccatorum corruptione immaculatum, purumque ſeruemus.

15 Pulchra ac bona eſt oratio, quæ cum gemitu & lachrymis tacitè peragitur. Quę enim cum clamore fit, vt audiatur ab alijs, humanæ laudis ſtudium deſignat. Qui autem cum iudicio ac fide deprecatar Dominum, in conſpectu eius proſpicit, nos in illo viuere, moueri, & eſſe.

In oratione, inanis vitanda gloria. Act. 17.

16 Si cor obduratum habeas, plora coram Deo, vt cognitionis tibi lumen infundat: illoſque, qui in cordis feruore clamores in cœlum emittunt, ne irrideas, caue.

Feruor orationis commendatur.

B 17 Qui honeſtis occupatos laboribus irridet, diaboli miniſtrum ſe facit, ſceleſtæque eius voluntati obſequens, gaudium quod Dei ſeruis præparatum eſt, deperdet.

18 Tu autem qui in pietatis ac religionis te ſtudio exerces, actiones tuas cum iudicio ſemper exequere, ne occaſionem præbeas quærentibus occaſionem.

19 Væ homini immiſericordi, væ doloſo, & vę delitijs dedito. Quoniam acerba eos inferni manent tormenta: Ventris enim cùm ſint ſerui, Deum aſpernātur, vt principatus ac dignitates in hac vita vanitatis plena, conſequantur. Verùm mors repentè ſuperueniens, eorum guttur exſiccat, quo aſſiduè lautas epulas excipiebant. Principatus ac poteſtates deſtruit, quibus ipſi ſuum Creatorem ſpernebant. Denique infelicium cadauera, velut ſtercora, in terram proijciuntur, animæ verò ad loca propria abducuntur.

Contra immites, doloſos, & delitijs indulgentes.

20 Cùm ea, quæ ſenſui iucunda ſunt, in vita conſpicis, vide ne capiaris ijſdem: C Nam in illis laqueus & eſca mortis latitat. Neque enim nudum piſcator hamum, in aquam dimittit.

21 Concupiſcentiæ retia, velut eſcam in hamo, tendit aduerſarius, vt animas omnes ſibi obnoxias reddat improbus.

22 Quæ primùm capta fuerit anima, ad alias decipiendas fit quaſi laqueus, vt voluntati inimici obſequantur; ineſcatque animas potiſſimum illas, quæ nondum Draconis acerbitatem ſunt expertæ. Sicut perdix comprehenſa, pro eſca illis proponitur, quæ nondum laqueo captæ ſunt. Circa illam enim auceps laqueos figit, vt voce ſua perdix reliquas circumuolitantes, ad eoſdem pelliceat.

Anima ab inimico capta, perdici comparatur.

23 Ab excolenda virtute, non te deterreat labor, abſque labore enim virtus cognoſci * non poteſt.

* al. comparari non poteſt.

24 Inter labores animi, ſurſum aſpectum attolle, contemplanſque gaudia illa, D nullos labores recuſabis.

25 Honeſtos labores laborioſè ac ſtudioſè ſuſcipito, vt labores inanium laborum, effugias. Iuſtorum enim labores, fructum vitæ proferunt. At labores peccatorum, laqueis & ærumnis pleni ſunt.

26 Ex præſcripto Dei, tribulationes atque anguſtias vitæ præſentis fortiter patienterque ſuſtineto, & nequaquam ſanctorum ſpe fruſtraberis. Iugum enim inimici, mortiferam in ſe triſtitiam continet.

27 Qui mundi vanitatem ſequuntur, benè operantes atque viuentes ſupplantare ſtudent, ne illorum ipſi præſentia coarguantur. Eorum autem ruina, pietatis athletas, coronam promereri oſtendit.

28 Humilitatem cole, ne fructu honeſtorum tuorum laborum deſtituaris: hac enim reiecta, inter eos qui in vanum laborant, ipſe quoque refereris.

E 29 Rectène vis animum inſtituere? Teipſum prudenter contra voluptatum cogitationes, vndique munias; ne ab ijs abſorbearis, naufragiumque patiaris in portu.

Contra cogitationes moroſas, & libidines.

30 Vis portum ſecurum tenere, firma tibi præſidia compara, ne voluptatum libidinumque procellis ac fluctibus, facile obruaris, & pro portu, ipſe tibi ſcopulus atque naufragium fias.

31 Noli anchoram alligare anchoræ; ne ſi quid adhuc leue in te ſit reliquum, facilè à paſſionibus cupiditatibuſque detraharis. Nam qui extrahere cupit illũ, qui in foſſam incidit, virili animo apprehendere debet, ne eodem in gurgite, ab illius anchora ipſe quoque demergatur. Malorum enim cogitationes atque ſermo-

Parœmia elegans.

nes, vbi locum repererint, quaſi aculeis & vncis quibuſdam, animam figunt, detrahuntque. A

32 Prauorum colloquia atque commercia ſemper fugito, & in maxima tranquillitate animum tuum poſſidebis.

33 Riſui atque ludibrio fit monachus, qui cum prudentia atque intelligentia ſpiritali, cunctas ſuas actiones non dirigit. Synceros enim & ſapientes, nos omnes eſſe ratio poſtulat.

34 Niſi ardore ſancti Spiritus, valde te inflammatum ſenſeris, ab aliorum cogitationibus audiendis abſtineto. Duplici enim ab ijs bello impugnaberis, ac primũ quidem, quod eorum quæ audiuimus, recordatione, anima luxu diffluere atque laſciuire incipiat: tum etiam quod rebellionem nobis moliantur, qui ſe nobis ſubiecerant, niſi ſtrenuè per virtutem Crucifixi, vitijs obſtiterimus. Cùm enim B quis per negligentiam, in eadem peccata reciderit, tunc eum, quem correctorem atque magiſtrum ſibi delegerat, vt hoſtem intuetur. Ille autem ſi prudens ſit, cunctos errores illius qui ſibi ſubiectus eſt, facilè, obliuioni tradit. Potens enim eſt Deus, rurſus eundem conuertere.

Similitudo elegans.

35 Quemadmodum ſi quis columbam domi foueat, eademque feneſtram fortè apertam reperiat, & ex domo auolet, non virga vel lapidem illam reuocare conatur, ſed ſparſis leguminum granis, prudenter ſtudet allicere, atque recipere. Sic quoque multa indiget prudentia atque experientia, qui cogitationum maculas purgare cupit.

Fructus ex lectione, quomodo capiendus.

36 Si lectioni incumbas, caue ex ea, quæ ad faſtum & elegantiam tantùm pertinent ſermonis, perſequaris, & euſque duntaxat tuum extendatur ſtudium, ne C ſpiritus arrogantiæ, cor tuum feriat: Verùm inſtar ſapientis apiculæ, mel ex floribus ſibi colligentis, fructum ex ijs quæ legis, pro animi medela deſumito.

Similitudo aptiſsima.

Prouerb.

Pſalm. 52.

37 Quemadmodum ſi pauper quiſpiam inanis gloriæ cupidus, Regis ſibi nomen vſurpet, ob id tamen non eſt Rex. Sic quoque monachus occultè comedens, & ad menſam fratrum, abſtinentiam & temperantiam ſimulans, non ſe virtutem atque religionem colere, ſed araneæ potius telam texere oſtendit; non enim per rectam viam ambulat Sanctorum; ſed illorum, qui humanas laudes affectant, quos ſic Spiritus ſanctus alloquitur: Dominus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent.

38 Si mundo renuntiaſti, munere tuo fungere, vt deſideratam margaritam conſequaris. D Quidam enim poſt mundi renuntiationem, è ſeculi vita receſſerunt, alij quidem militia relicta, alij verò diuitijs diſtributis; ad extremum verò propria voluntate ducti, adhuc ceciderunt: cùm nihil ſit grauius, quàm à propria ſuperari voluntate, & non ex diuinæ voluntatis præſcripto, vitæ ſuæ rationes dirigere. atq; hi cum ſe putent quàm longiſſimè ab huius vitæ rebus abſceſſiſſe, in ipſo adhuc veſtibulo hærent.

Exod. 6. 13. 14. 15. 18. 20. 32. Deut. 4. 7. 8. 9. Ierem. 11. &c.

39 Filij Iſrael, cùm è fornace & ſeruitute ferrea liberati, incolumes mare rubrum tranſiſſent, doniſque eiuſmodi ac commodis perfruerentur, incontinenti naufragati ſunt, quod propriæ voluntatis imperio nimium ſe ſubderent; adeò vt ex tanta eorum multitudine, duo duntaxat ſaluati fuerint, qui diuina oracula nequaquam ſpreuerant: ſed altiſſimi Dei conſilium ac voluntatem piè ſancteque ſecuti ſunt, & obſeruarunt.

40 Qui mundo renuntiarunt, nihil amplius cum mundo habent commune, atque E hi ſiue primo loco conſtituantur, cùm non ſint principes, ſiue in poſtremum detrudantur locum, ijdem ſemper ſunt animo, ſuique ſimiles. Qui autem à recta pietatis ſententia ſe auelli ſinunt, facilè ad mundi voluptates declinant, neque deinceps virtutis cauſa, certamen vllum ſuſcipiunt, ſed abiecto iugo, diligentius reficiunt, quæ olim honeſtè diſſoluerant, haud ſecus, quàm ſi virgo aliqua caſtiſſima, quæ ſenſus ſuos in thalamo atque conclaui ſuo diligenter curare ſolebat, depoſita verecundia corrumpatur, impudenterque nec Deum nec homines verita, quodcunque flagitium committat. Sed ob id nequaquam talis effugiet manus Dei. Dies enim ſupremus cuiuſque opus oſtendet: quoniam in igne probabitur.

1. Cor. 3.

A 41 Beatus qui virtutem operibus prædicat. Verbis enim proprietates virtutis enarrare, & factis contraria agere, ad ſalutem nõ proficit. Quemadmodum nec qui de modeſtia atque temperantia diſſerit, & interim turpia peragit, præmia vlla conſequetur.

42 Caue animo perturberis ô amice Dei, dum homines voluptatibus deditos, cernis abſque vllo timore quæ ſenſibus placent, ſequi: flos enim eorum planè fœtet. Illorum autem qui virtutes colunt, ſtudia, in luce reſplendent, ſuauiſſimisque odoribus fragrant. Quapropter virtutum ſtudijs inſiſte, vt & apud illos, qui fluxas atque fugaces voluptates ſequuntur, in admiratione ſis: licet enim manifeſtè id declarare nolint, ſecum tamen tacitè, virtutum cultores beatos prædicant.

B 43 Quando videris hominum corpora ſtudioſè compta atque ornata, ad turpem amorem excitandum, caue ea admireris, neque pellis paullò poſt in cinerem diſſoluendæ color, te decipiat: ſed tecum ipſe ingemiſcendo pſalle: Memento Domine quoniam puluis ſumus homo ſicut fœnum dies eius: tanquam flos agri ſic efflorebit. Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet amplius locum ſuum. Miſericordia autem Domini ab æterno, & vſq; in æternum ſuper timentes eum. Quę ſi præſtiteris, diuina adiuuante gratia, ab hoſte maligno nequaquam capieris.
Pſalm. 102.
Ibidem.

44 Deum ardenter inuoca, vt perfectæ tibi continentiæ ſpiritum tribuat, quo in nocturnis etiam phãtaſmatibus, hoſtiles incurſiones effugere poſſis: velut ſi quis ſe à fera inuadi oppugnarique conſpiciat; aut ab aliquo, ardenti petatur face, & ex vna in aliam domum inde confugiat, ne comburatur ab igne.

C 45 Quemadmodum abſque labore ac ſtudio, non licet etiam mediante pecunia, ſcientiam vel artem aliquam adipiſci: ſic neque monachus citra diligentiam ac patientiam, ad perfectionem religionis peruenire poterit.

46 Quemadmodum inter omnia corporis tui membra, nullum tibi præſtantius eſt capite; & ſiue lapide, ſiue claua: ſiue etiam gladio petaris, reliqua corporis tui membra obijcis, vt ictum à capite repellas, certò ſciens te, abſque illo non poſſe viuere: ita rebus tibi anteponenda eſt omnibus, fides Sanctæ, & conſubſtantialis Trinitatis, quòd ſine ea, vitam quæ verè vita ſit, viuere nemo queat.

47 Ex toto corde tuo, ſpem tuam omnem in Domino defixam habe, & facilè aſtutorum inſidias euitabis: neque enim ſeruos ſuos in ſe ſperantes, vnquam deſpiciet, deſeretque Dominus.

D 48 Dei amantiſſimum Ioſeph, decipere geſtiebat Aegyptia, magnoque impetu ad peruerſum ſuum ſcopum contendebat. Cæterùm caſtus ille adoleſcens, mentem ſuam velut rore quodam recordationis Dei, perfundebat, ne impij amoris igne vreretur. Senſus autem ſuos muniebat, ne alienis cogitationibus vllum locum præberet, & in laqueos impudicæ mulieris conijceretur; illam enim ſemper vt mortis laqueum, intuebatur. Ideoque tentatione illa ſuperata, corona donatus eſt, & Rex Aegypti factus.
Gen. 39.
Gen. 41. 42. 43. Exod. 1.

49 Statuerant homines impij in Babylone, aduerſus ſanctam animam inſurgere, vt fœdè eam contaminarent; verùm illa cum Deum altiſſimum ſibi haberet adiutorem, impios illos facillimè proſtrauit, deuicit. Cumque in ſuo conſilio ſententiam mortis in eam decreuiſſent, ea ipſa re, imprudentes in mortis ſentẽtiam inciderunt: nec intelligebant ſtulti, ſe ob idipſum morte eſſe damnandos. Nõ enim E poteſt oculus Dei ſemper vigilans, illudi ac decipi.
Dan. 13.

50 Incedamus fratres, per anguſtam & ſtrictam viam, vt cum honore ac laude Deum cuſtodem habeamus.

51 Margaritæ ſemper in intimis conſeruantur locis; at quiſquiliæ, & alia quæque vilia, velut fimus & ſtercora, in plateas proijciuntur.

52 Quòd ſi quis in te maledicta conijciens, ſcelera abs te commiſſa exprobrauerit, teipſum potius quàm alterum illum argues: Tuis enim te factis dedecoraſti, ea committens, quæ ab alio tibi obijci non tolerat. Noli ergo per minas & iracundiam, ſilentium illi imponere; ſed teipſum, non patrando amplius mala, emenda. Peccatorum enim tuorum fœtor, te animæ tuæ inſidiatorem ac proditorem eſſe, manifeſtè deſignat.

53 Teipſum per pœnitentiæ remedium, à ſceleribus impijſque operibus purga, nulla te maledici vituperatio perterrefaciet. A

54 Reſiſte peccato, ô vitæ ſempiternæ cultor, & tentationis impetum ne timueris. Nulla enim tentatio, ſtrenuum pietatis athletam offendet.

55 Quod igne efficitur, igni ſolet obſiſtere. lateres adhuc crudi, fragiles ſunt & imbecilles, vbi autem iam igne concocti fuerint, igni ſimul & aquæ, ſua validitate reſiſtunt. Et ſicut in vaſe fictili, aqua, ita in fornace, flamma accenſa continetur, Fornax verò ex lateribus emicat.

56 In tentationibus, & tribulationibus, tu quoque validum ac ſtrenuum te præbe, voluptatumque ardoribus reſiſte; ne crudi lateris inſtar, qui pluuiæ guttis diſſoluitur, quam habere videris ſoliditatem, deperdas.

57 Non quę tibi videris bona agere, rectè facta putato, ſed illa quæ ab hominibus pijs comprobantur. B

Pſalm. 80.

58 Auſculta vocem Domini, vt te adiuuet, ac manus ſuas in affligentes te immittat, humilietque inimicos tuos, ne obaudiens audias: Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.

59 Propriæ voluntati ne te ſeruum feceris, timentibus autem Dominum, morē gerito, & diuina adiuuante miſericordia, caput draconis conteres. Donec autem propriæ voluntati obſequutus fueris, à perfectione te abeſſe ſcito quàm longiſſimè. Et quantum abes à perfectione, tantum doctrina ac diſciplina indiges.

60 Tribulationes atque afflictiones in Domino ſuſtine, vt gaudio & lætitia perfruaris. Labores perfer, vt mercedis fructum referas. C

61 Lapicida incidendis lapidibus, & faber ferrarius tundendo producendoque ferro, mercedem percipient.

62 Qui fugit bellum, non accipiet ſpolia. Et qui recuſat diſciplinam, inter prudentes non connumerabitur.

63 Quæ ſurſum ſunt, contemplare; & terrena quæcunque vt humilia atque abiecta deſpicies. Quod ſi ab alto deſcenderis, quamcunque etiam domunculam dealbatam admiraberis.

64 O tu, qui pietatem colis, prudentiam cunctis in rebus exerce, quæ te quaſi vehiculum geſtabit, & ex multis offendiculis atque periculis eripiet, conſeruabitque. Non enim ſinet ſui ſtudioſos atque amantes, quidquam ad ſubuerſionem audientium dicere, aut facere.

65 Odor prudentiæ in viro eſt, ſeipſum ſemper accuſare, ſeipſum autem accuſantis, alterum in eoſdem errores incidentem non iudicare. D

66 Ex duobus ſeruis delinquentibus, qui idem ob crimen, carcerum cuſtodia detinentur; ingratitudinis damnatur ille, qui in conſeruum ſuum, ſe cōtumelioſum atque crudelem exhibuit.

67 Illum qui in tentationem incidit, irridendo caue condemnes; ſed aſſiduè Deum ora, ne te inducat in tentationem. Cuius enim animus, cogitationum turbine atque procella obſcuratus eſt, & à perturbationibus ſuperatus; is nec homines veretur, nec Deum timet. Et ſi quidem potens eſt ac diues, intrepidè mala committit. Sin imbecillus ac pauper, morum peruerſitate fretus, impudenter in ſcelera atque flagitia fertur.

Pſalm. 67.

68 Caue voluptatum ſtudioſus ſis, aut aliorum contemptor; ſed ſacrum Pſalmiſtam clamantem audi: Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant; Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. Et iuſti epulentur, & exultent. E

Daniel. 3.

69 In cellula, quam tibi delegiſti ô monache, in cordis humilitate Deum aſſiduè ora; ſicut tres illi pueri in camino ignis, & ne te ſpeluncam latronum facias, illicita atque ſceleſta committens, vt non cunfundaris in die iudicij, quando reuelabuntur occulta hominum.

70 Qui meſſis tempore ignauus eſt, non abundabit domus eius. Et qui nunc pietatis ſtudium atque labores negligit, in tempore retributionis, conſolatione iuſtorum deſtituerur.

71 Tempus nobis aduenit fratres, timore aç tremore plenum, cùm ea quæ in occulto

A culto atque obſcuro geſſimus, cunctis manifeſta fient. Væ autem animæ illi, quæ Deum ſibi adiutorem non habuerit.

72 Adeſte fratres Chriſto dilecti, de fine & conſummatione cuiuſque noſtrum cogitemus, quo pacto in vanitatibus vitam hanc noſtram tranſegerimus: Stultus enim eſt, qui inter ſtultos verſatur, & in rebus vanis ſuam vitam tranſigit. Beati autem, qui quamdiu in hac vita ſunt, pulchram pietatis atque virtutis negotiationem obeunt.

73 Quemadmodum diues ſecundo vento nauigans, in ſtrato deſidet, ſuperbo intuitu oblectamenta captans; adſtant coqui, qui cibos ei præparant, ſequitur ſatellitum militumque turba: Ex inopinato autem ſuboritur tempeſtas, quæ mare turbat, & nauem confringit, ipſeque ſolus à fluctibus & vndis in inſulas deſertas, B feriſque atrocibus plenas abripitur, vbi vociferatur & plorat, nec eſt qui exaudiat; verberat faciem, toto exagitatur corpore, & in horas mortem expectat. Qui paullò ante, animo ita elato erat, & ceteros deſpiciebat, fame atque timore tabeſcit, & ſiti perit, nulluſque adeſt qui ibi conſoletur ipſum. Idem nobis quoque negligentibus in terra, vel in continenti contingit. Dum enim in inani hac vita, delitijs ac voluptatibus indulgemus, repentè nos ignauos mors inuadit, & in loca horrore plena abripit atque detrudit, vbi cuncti cruciabuntur peccatores, qui ſemper Dominum ſuum repudiarunt, & contempſerunt.

Similitudo grauis & accommoda propoſito.

74 Perpendamus dum in tuto ſumus, in quo timore verſetur is qui à fluctibus in deſertos conijcitur ſcopulos, nec habet à quo auxilium ſolatiumve accipiat. C Hinc quoque cogitemus, in quanto erit metu peccator, in ſuppliciorum & tormentorum locum coniectus.

75 Cor meum ſuſpirat, oculiq; mei ad lachrymandum proni ſunt, ſed peccatum mentem meam captiuam detinet; ne cum cordis compunctione deprecer Dominum amariſſimis lachrymis, ne me proijciat in tenebras exteriores.

76 Domine, qui è manu Pharaonis, & ex camino ferreo, tuum populum liberaſti, eumque per mare rubrum eduxiſti ſaluum, nos quoque ab iniquitatibus noſtris libera, vt in conſpectu tuo gratiam inueniamus, qnando venturus es iudicare viuos & mortuos.

Exod.6.13.14. Deut.4. & Ierem.11.

77 Donec vires nobis ſuppetunt, Domino in rectitudine cordis ſeruiamus; vt in tempore tribulationis nos adiuuet, & ex ingentibus periculis liberet.

D

78 Cunctos ſibi in cordis puritate ſeruientes, incredibili atque immenſa decorat gloria, cùm nullus Sanctorum gloriæ inueniatur finis.

79 Diuino iuſſu, Cetus Ionam Prophetam deglutiuit, qui velut in quodam penu ſeruabatur in ventre ipſius Ceti. Caput eius ad montium ſciſſuras deſcendit, & extrema abyſſus ipſum vallauit, in terram deſcendit, cuius vectes æterni eum conſtrinxerant; ibique orans, ad Deum clamabat, dicens: Reſurgat è corruptione, vita mea ad te Domine Deus meus. Oratio eius profundum diuiſit, aërem ſcidit, in cælum adſcendit, & in aures Domini introiuit. Aut potius ipſe qui vniuerſa replet Dominus, à vero iuſtoque hoc ſuo famulo, non longè abfuit.

Ionæ 2.cap.
Ibidem.
Ibidem.

80 Mandauit Dominus cete, & Prophetam euomuit, qui quaſi è naue deſcendens, ad prædicationem ſe conuertit.

Ion.2.3.

81 E Dentibus aduerſus iuſtos ſtrident peccatores. Ingruunt tentationes. Verumtamen coronantur pij ac ſancti: impij autem, qui mala in ſanctos Dei cogitabant, confunduntur.

82 Helias Theſbites olim perſecutionem ab improba paſſus eſt fœmina. Sed corui miniſterio, Prophetam paſcebat Dominus: peccatores verò grauiſſima fames inuaſit.

3.Reg.17.18.19.

83 Helias Propheta in curru ſublatus eſt igneo. Impia autem Iezabel, è faſtigio domus ſuæ præceps deturbata eſt, & in plateis ciuitatis deuorata.

4.Reg.2.9.

84 Ieremiam Prophetam, quod pios eius ſufferre nequirent ſermones, in cœni lacum coniecerunt impij. Quorum temeritate audita, Abimelech, corpore quidem æthiops ac niger; ſed animo candidus & fide coruſcans, iniquitatem Regis

Ierem.37.38. & Thren.3.

Ierem.83. coarguit: Prophetam que eduxit, & benedictionem obtinuit.

85 Inſurrexerunt hoſtes in eos, qui ſemper Prophetas Dei oppugnabant: Datuſque eſt populus Hebræorum in hoſtium manus. Qui, viſo Propheta Dei, vincula ſoluerunt, & munera obtulerunt: Magna enim illum pietate viderant conſpicuum. Nam ſicut qui lucernam defert, præſentibus lumen præbet, ita & virtus ſemper gloriæ ſecum ſplendorem affert.

86 Danielem Prophetam, in lacum leonum, propter eius pietatem coniecerunt Dan 6.14. Daniel.14. impij, vt ab illis deuoraretur, ignorantes ſcelerati ſe in propriam id machinari confuſionem. Deus autem per manum Habacuc, & per ſuum Angelum, fideli ſeruo ſuo miſit prandium. Immanes autem feræ, in medio ſui videntes Prophetam, inclinantes ſe, adorabant illum. Virtus enim cęleſtis ora leonum obturauerat, ne virum iuſtum in vllo læderent.

87 Propheta è medio ferarum educto, reprehenſione ſe dignos cognouerunt homines illi impij, cernentes eum tanquam ſponſum è thalamo, facie ſplendida, gloriaque illuſtri progredientem.

88 Meritò dubitabant Babylonij, vtrum ex morbo aliquo leones non attigiſſent Daniel.14. Danielem; ad ſextum quippe diem in medio ſeptem leonum electus Dei fuerat, nec vlla in eo inuenta eſt corruptio. Venit ergo Rex die ſeptimo, vt lugeret iuſtum: Et inclinans ſe in lacum, adſpexit illum inter leones ſedentem, velut paſtorem in medio ſuarum ouium. Qua de cauſſa, meritò de ſalute eius, infideles illi Ibidem. dubitabant. Cùm autem in lacum leonum miſſi ſunt à Rege, qui perditionis iuſti cauſſa fuerant, membratim coram eo diſcerpti ſunt, vniuerſaque illorum oſſa Ibidem. comminuta, & in nihilum redacta. Vnde præ admiratione magna, cuncti fortiter exclamarunt: Magnus es Domine Deus Danielis.

89 Tres pueri qui apud Azariam non adorauerunt imaginem auream, fortiter li- Daniel.3. gati, immiſſi ſunt in fornacem ignis ardentis, quorum tamen ne capillum quidē Ibidem. auſus eſt abſumere ignis: at contra erumpens flamma, eos qui incenderant ipſam, combuſſit, deleuit.

90 Hæc igitur conſiderantes, ô fratres dilectiſſimi, ſolliciti ſimus, ne tentationum tempore inueniamur reprobi. Nam propter tolerantiam tentationum, ſemper magnificantur amici Dei.

91 Donec vires nobis ſuppetunt, Domino in timore & recto corde, bonoque propoſito ſeruiamus, vt tentationis tempore, adiuuet infirmitatem noſtram, noſque victores decernat, ac coronatos in cæleſte ſuum regnum introducat. Amen.

SCHOLIA.

HVius Argumenti, aut potius tituli ſiue Inſcriptionis, duos Sermones inuenies apud S. Ioan. Chryſoſtomum ad popul. Antiochen. vnum; Quòd Chriſtianum oportet vitam rectam habere, &c. Alterum, De vita recta. Quibus accedit alius ibid. De optima conuerſatione. &c. aliiq; apud eundē alibi, vt apud Auctorem noſtrum Ephræm, qui varijs in locis, De recta vitæ ratione ſparſim agit. Dixi autem; hic inſcriptionem potius, quàm Argumentum eſſe de Recta viuendi ratione: Quoniam illud, ſi contentorum varietatem ſpectemus, multiplex reperiemus: diuerſa enim continet præcepta ad vitam & mores pertinentia, Apophthegmata ſciteq; dicta plurima, doctrinam variam, hiſtoriarum ſacræ ſcripturæ alluſiones, ſimilitudines, ac comparationes non infrequentes, eaſq; aptiſſimas, & longè pulcherrimas, prouerbiaq; non pauca, ſicut in varijs hiſce Auctoris noſtri capitibus reperies: quæ ſi numerum requiris, in aliquibus manuſcriptis Codicibus Græc 89. in noſtris autem, quos contulimus & ſequuti ſumus, 91. ponuntur: quæ tamen ſi ſubſtantiam conſideremus, etiam in illis 89. comprehenduntur. vbi duo capita in vno continentur. ſicut legenti, & conferenti melius patebit.

Ex cap 22 Sicut perdix comprehenſa, pro eſca proponitur.] *Alluſio fit ad locum Eccleſiaſtici cap. 11. Non omnen hominem inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. Sicut etiam eructant præcordia fœtentiū, & ſicut perdix inducitur in caueā, vt caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum, &c. Nā queādmodum vna perdix capta, ſua voce alias inuitat, & ſi fœmella ſit, omnes ſuæ ſpeciei mares ſuo cātu ad ſe allicit: ita vna anima ſuperbi, luxurioſi, vel auari, ab hoſte maligno illaqueata, reliquas ad eadē vitia facilè pertrahit, ineſcatq; ni ſibi ab ea ſedulò cauerint. Et (vt magis ſimilitudo illuſtretur) ſicut Auceps mediante perdice, reliquas inuitat atque ineſcat: ita Diabolus per vnam animam ineſcatam, etiā alias attrahere & ineſcare nititur, &c. adeò vt optimè à noſtro Ephræm, anima ab hoſte capta, comparata ſit perdici, quæ ſalaciſſima & aſtutiſſima eſt natura, maximamq; alias aues ſuæ ſpeciei alliciendi,*

ac ipſum

A *ac ipſum etiam aucupem decipiendi; vim habens. De qua, vide plura apud Baſilium Magnum, in lib. hexamer. Hom. 8 De volatilibus. Et Homil. in exhortatione ad Baptiſmum, cuius initium eſt: Salomon quidem ſapiens, &c. poſt med. ibi: Vidi ego auis aſtutæ miram artem, &c. perdicem intelligens. De qua etiam non pauca congeſſerunt, inter alios Rabanus lib. 4. cap. 5. in Eccleſiaſt. Et Sanctes Pagnin. in ſua Iſagoge ſacræ ſcripturæ, in verbo Perdix, ex Origene, Auguſtino, Hieronymo, Ruperto, &c. Plura apud alios qui in Eccleſiaſticum ſcripſerunt inuenies.*

Ex cap. 36. Caue ex lectione, quę ad faſtum tantum & elegantiam pertinent ſermonis, perſequaris.] *Non ſermonis eloquentiam, ac faſtum, ſed vtilitatem potius quærendam eſſe, inter alios docent, Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. Origenes lib 6. contra Celſum. Cyrill. Hieroſol. catech. 4. Athanaſius Homil. de ſemente. Baſilius Magnus in hexamer. Homil. 4. Gregor. Nazianzenus in laudem S. Athanaſ. orat. 1. de Theolog. Nec non S. Iohan. Chryſoſt. lib. 3. aduerſ. vitup. vitæ monaſt. Hieronymus in* B *procem. Epiſt. ad Galat. & in Epiſt. ad Paulinum, ac in epiſt. ad Heliodor. S. Auguſtinus in quæſtionibus mixtim, Tom. 4. Gregorius epiſt. in lib. Moral. Theodoretus, de Martyribus. De fide. Lib. 9. de legibus. De natura hominis, &c. Proſper lib. 3. de vita contemplat. &c.*

Et cap. 37. Monachus occultè comedens, & abſtinentiam ſimulans, araneæ ſe telam contexere oſtendit.] *Studium hominibus potius placendi quam Deo fucatoſq; quorundam mores taxat, & hypocriſin eorum qui aliud foris oſtentant, aliud clam factitant, coarguit; alludens haud obſcurè ad illa verba Iob cap. 8. Spes hypocritæ peribit: non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia eius, &c. In quem etiam locum ſcribens S. Gregorius, Moral. lib. 8. cap. 26. de aranearum tela ab hypocrita contexta, agit, & pulcherrima in medium adducit.*

Ex cap. 39. Filij Iſrael è fornace & ſeruitute ferrea liberati.] *Hoc caput in nonnullis alijs manuſcript. Codicib. Græcis, quos contulimus, per aduerbium ſimilitudinis ὥσπερ, antecedenti cap. 38. coniungitur, vt cum eo vnum ſit, hoc modo; Atque hi cum ſe putent quàm longiſſimè ab huius vitæ rebus abſceſſiſſe, in ipſo adhuc veſtibulo hærent. Quemadmodum filij Iſrael è fornace, & ſeruitute ferrea liberati, &c. coniungendo ſcilicet principium huius cum fine præcedentis, vt ex duobus vnum caput reſultet. Quæ etiam lectio non diſplicet. In alijs tamen codicib. ſublato ſimilitudinis aduerbio, cap. 39. ſic incipit: Filij Iſrael, &c. vt hic poſitum, diſtinctumq; reperitur.* C

Ex cap. 49. Illa cum ſibi haberet Deum adiutorem, impios illos facillimè ſuperauit.] *Vbi pro εὐχερῶς, id eſt, facilè, nulloq; negotio, alias reperitur, αἰσχρῶς, quaſi cum magno illorum dedecore, ac turpitudine, quæ lectio licet etiam hoc ſenſu ſtare poſſet, potius tamen hoc loco εὐχερῶς legendum cenſeo: cùm & dubium ſit, an αἰσχρῶς paſſiue accipi poſſit, hoc eſt, cum dedecore aliorum; Videtur enim referri potius ad eum, qui aliquid agit, id eſt, cum ſuo ipſius dedecore. Cæterum de hoc, alijs etiam iudicandum relinquimus.*

Ex cap. 88. Meritò dubitabant Babylonij, &c. *Dubitatio illorum eſt, quæ ſequitur: vtrum ex morbo aliquo, leones non attigiſſent Danielem: Cauſſa dubitationis: quoniam ad ſextum vſque diem, inter ſeptem leones illæſus remanſerat, &c. Sed poſtea tollitur dubitatio, cùm aduerſarij repente conſumpti ſunt ab iiſdem, quare exclamarunt: Mgnus Deus Danielis, &c.*

D

EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI,
Conſilium, De vita Spiritali.

AD † MONACHVM NOVITIVM, CAP. XCVI.

† al. ad Amócū; qui recens amplexus erat vitā monaſticam.

TVA mihi probatur fides ac ſtudium, quòd ab homine peccatore E aliquid perdiſcere deſideras, tuo viuendi inſtituto aptum; idque 1 non ſemel aut bis, ſed frequentius efflagitaſti: & hoc animi præſtantis argumentum eſt. Sed me retardat, deterretque operum diſſimilitudo, quòd intolerabilis ſit eorum fœtor. Rurſusque ad morigerandum tibi, me commouet, verè ardens tuum deſiderium audiendi, quę ad timorem Dei pertinent. Qui enim in vita ſpiritali ſe exercere cupiunt, ſermonibus ad excolendam virtutem facientibus, oblectantur. At qui ad vitam ſecularem procliues ſunt, quæ ſpiritalis ſunt vitæ, audire nolunt. Quin & cõuitijs ea excipiunt, dicentemque interpellant. Contrà verò, de vitijs ac voluptatibus agentes, nulla capiuntur ſatietate; quin & cibi ſomnique beneficio priuati malunt, quàm eiuſmodi ineptijs finem imponere.

2 Sed tu ijs, quæ ad ſpiritalem vitam ducendam pertinent, inuigilia; vt tecum permaneat recordatio Dei, inutilesque ſermones deteſtare. Quoniam malum & bonum odorem, ſimul commorari, eſt impoſſibile.

3 Humiliter ſubmiſſeque, ſemper & vbique te gere, ſiue inueniaris in via, ſiue in nauigio, ſiue in cella, ſiue in iuniorum, ſiue ſeniorum congreſſu verſeris. Cum prudentia etiam atque iudicio, tui labores, ſermonesque inſtituantur: ne ex vlla tuarum actionum, aliquod detrimentum ad te redeat.

4 Vtere victu ſimplici & neceſſario, ne tibi mens in crapula & ebrietate, curiſque ſecularibus torpeſcat atque hebeſcat. Qui enim eiuſmodi cupiditatibus ſeruiunt, & circumueniuntur; non fornicationem æſtimant fornicationem, neque adulterium, adulterium: neque quæ à gentibus Deum ignorantibus fiunt, deuitant: ſed omnia intrepidè atque licenter factitant, in nullo porcis, qui in luto volutantur diſſimiles. Non legis, non Prophetarum memores, neque etiam ipſius Domini, qui humanam naturam aſſumpſit, vt impietatem peccati deſtrueret. Sed pietatis forma freti gloriantur, cùm interim mentis imperio capti & obcœcati, propter negligentiam, & contemptum timoris Dei, contraria peragant. Caue igitur, carnis eſu, viniique potu delecteris, ne mens tua inutilis reddatur, ad dona ſpiritalia ſuſcipienda.

5 Si de cogitationibus cum fratre ſermonem conferas, & lingua tua à recto inflexa eſt, propter animam à cogitationibus laſciuis irretitam; Vide ne dum damnationem tuam cupis obſcurare, turpiloquio vtaris & ſcurilitate, vt à proximo non redarguaris, in quibus & illius votis deſis, & te peſſimo tradas Dæmoni. Orationem verò atque ſilentium potius adhibe; & redibit ſuper te Spiritus ſancti gratia, effugieſque mentis inſaniam.

6 Si tuæ curæ committatur monachus in integrum reſtitutus; caue ne nimium illius vicem dolens, Creatorem tuum offendas, pariterque cum eo auellaris, atque intereas. Neque enim ſcapha decidente, mox etiam nauis negligenda eſt.

7 Ad cognitionem ac voluntatem Domini, componantur actiones tuæ; & laqueis diabolicis non implicaberis: cùm moris ſit ei, ſub ſpecie boni, machinari malum.

8 Si ſuperiorem, pro fratre ex manſione depulſo interpelles, vt qui cæteros peruerteret fratres, caue patrem, illius cauſſa intercedendo compellas: verùm ſic eum huius commonefacito, vt interim rem omnem diuinæ voluntatis committas imperio, ne fortè quòd ex animo nondum reſipiſcat, ad vomitum redeat, ſuoque ingreſſu, ceteris fratribus incommodet. Etenim vel ſola ſcintilla in aream incidens, facilè totius anni labores inflammat.

9 Quantum depoſcit æquitas, quiſque proximum ſuum ferat, oportet. Cæterùm beatus, qui propter ſpem, quam in Deo collocauit, proximum tolerat. Sed væ illi, qui toleratur, nec intelligit.

10 Qui in ſolitudine verſatur, à triplici liberatur bello, viſus ſcilicet, auditus & loquelæ. Qui verò in conuentu fratrum, quieti ſe tradidit, à tribus & ipſe liber eſt: nimirum, ab emptione, à venditione, & à timore incurſus latronum. Quocirca ſuam quiſque conſcientiam tueatur, oportet.

11 Si contingat colloqui cum adoleſcentibus, ætate & aſpectus venuſtate florentibus; cuſtodi oculos tuos, ne concupiſcentia mentem tuam conturbet, incipiaſque in longum ſermones affectione plenos, diducere: Extremis autem tantùm labijs de continentia loquens, mente laſciuus ſis, & totus in illo occuperis. Quando ergo contigerit, te in eiuſmodi congreſſum incidere, breuiter ſermonem præſcinde, & ſilentium tibi impone. ait enim ſcriptura: In multiloquio non deeſt peccatum. Et familiaritates ac colloquia eiuſmodi, haud exiguum detrimentum pariunt animæ. Quare ſollicitè tibi ſimilium perſcrutationem præſcinde; ne peccatum per multiloquium te in errorem pertrahens, ad illicita te inducat.

Prou.10.

12 Quanto quis propriam voluntatem reſcindit atque ſubmittit, tanto amplius proficit. Quanto autem quis in voluntate ſua perſiſtit obſtinatior, tanto maiorem ſibi iniuriam, detrimentumque acquirit. Noli ergo propriæ ſubſeruire vo-

lunta-

A luntati, ſed diuinæ magis te voluntati ſubmitte.

13 Si monachus quiſpiam ex negligentia, ab inſtituto ſuò deflexerit, impudentiam ei ſubijcit inimicus; ne ſi iterum triſtior apparuerit, facilè, à curatoribus patribusque admonitus, ſe ſinat corrigi, & ad meliorem vitæ ſtatum reduci.

14 Chriſto ſubijci, caue recuſes: Quoniam ex ea ſubiectione, fructus certus atque ſecurus proficiſcitur.

15 Si quis Religioſus inſtigante Dæmone, paſſus ſit ſe decipi, non capiat tamen odium atque inuidiam, aduerſus eos qui in inſtituto religionis ſuæ laudabiliter perſeuerant; talem in errorem non relinquet Dominus, ſed manum ei porriget, vt emendetur, eò quòd non repulerit charitatem. Similiter autem qui B ſibi videtur ſtare, ſi intumeſcere ſuperbia cœperit, & alios odiſſe, ſecurus nequaquam erit, eò quòd caligo odij, obſcurauerit oculos eius, vt non videat quò vadat.

16 Si in domo Domini, ad diuinum ſpiritalemque cultum conſtiteris, in pſalmodijs te alacrem, promptumque præbeto. Si autem tacueris, tacebo & ego, tacebit & proximus, vnde neceſſariò, cantum ceſſare neceſſe ſit. Sed hoc quæſo abſit. Qui enim principem aliquem vel Regem, ex Theatro fauſtis lætisque acclamationibus excipiunt, videantque interea aliquem ſibi adſtantem cum ſilentio, neque ſimul cum ipſis contenta voce acclamantem; hunc quaſi loco eiuſcemodi iudicantes indignum, ex eo deturbant. Quamobrem haud remiſſè negligenterve, oportebit nos ſupplicationibus hymniſque vacare.

17 Væ homini iniuſto, & væ impudenti. Væ delitijs & voluptatibus indulgenti, & væ ſuperbo. Nam quando eos inferni turbatio, & mortis ſuffocatio præ C occupauerit, ipſa experientia fidem ijs faciet, nihil eſſe preſtantius timore Domini.

18 Bonorum congreſſum amplectere, malorum autem conſuetudinem fugito; neque enim venefici, aut latrones, aut fures, ſepulchrorumq; effoſſores ſic nati ſunt: ſed tales effecti ſunt ab hominibus, quorum corrupta mens erat à Sathana: fecit enim Deus cuncta valde bona. Gen. 1.

19 Balneis, ac potulentis, conſilioque eſus carnium delectari caueto; ne in grauiſſima peccandi incidas pericula.

20 Vitam bonam, cum recta fide tibi vendica. Quis enim inter homines, eum qui ſic vitam ſuam inſtituit, beatum non prædicet?

21 Quando cella tua miniſterij alicuius obeundi, vel aliquos conueniendi gratia egrederis, munitos ſerua oculos, mentemque pijs cogitationibus imbue, ſic tecum D ratiocinans: Num tamquam pictor es egreſſus, vt formas hominum effingere atque exprimere diſcas? Sedulò tibi attende. Quo pacto enim ſi rebus mundanis diſtrictus ſis, pura mente vacare poteris contemplationi earum rerum quæ non videntur; & in Dei recordatione te oblectare, atque exultare? Elegans dictũ.

22 A curioſa perueſtigatione alienorum defectuum abſtine, ne meritò religioſa mens tua corrumpatur.

23 Impone tibi ſilentium, à multis enim hoc inquinationibus, te liberabit. Peccatorum cruciatus ſemper meditare, timens ne & tu non multò poſt, in eorumdem numerum adſcribaris.

24 Nunquid aliquando domum luctus ingreſſus es, videnſque planctum ac fletũ qui ibi erat, mox ex ea domo exire properaſti? Quamobrem ex momentaneis & fugacibus, ſempiterna coniectare oportet. ait enim ſcriptura: Da ſapienti occaſi E onem, & ſapientior erit. Prouerb 9.

25 Si tibi cogitatio locum mutandi ſubrepſerit, acceſſerintque te aliqui commiſerationis affectu: & alius quidem quaſi iuſtum dolorem ſuſcipias, migrandi propoſitum approbet: vide ne temerè & abſque iudicio, conſilium illius amplectaris. Sed ſi quis te reprehendere, & inſtituti tui admonere inceperit, hic tibi potius quàm alter ille, audiendus erit: Tales ſiquidem magis de fratrum ſalute ſunt ſoliciti. Nota.

26 Quod autem puſillanimitatis cogitationes, vel eos maximè exagitent, qui in ſolitudine conquieſcunt, etſi perpaucos eius neſcios arbitrer, viſum tamen eſt, tui confirmandi gratia, nonnullas earum proſequi.

27 Quando animus afficitur ab his quæ ſub ſenſus cadunt, occupatus: mens enim A ſimulatque à præclara illa futurorum bonorum contemplatione & exſpectatione, ac meditatione defecerit; in his quæ ad ſenſus corporis pertinent, tota defigitur, his frui cupit, inuidentiæ nequitiæque deſeruiens.

Luc.16. ſed in vulg. eſt: fodere non valeo.

Verba iſta non ſunt dicta in perſona S. Ephrem, ſed in perſona monachi deſperationis ſpiritu tentati.

28 Hei mihi, quid agam miſer? Magna eſt mea imbecillitas. languor, & ſolitudo, & paupertas, & deſperatio me occupant. Operari non valeo, mendicare erubeſco. Rebus & fortunis domeſticis ſum exutus. Qui commodè meis viuere poteram, in res aduerſas me ſponte conieci. Ludibrio nunc ijs factus ſum, qui me felicem iactitabant. Dolor, cor meum ex calamitate qua detineor, occupat; nec vllus reperitur qui ſuccurrat, nemo qui compatiatur. In magna me ignominia conſtitutum cerno. Alius ad ſacerdotium euectus eſt, alius in dignitate conſtitutus. Ego B verò velut ignobilis, & inglorius, abiectusque remaneo. Nemo eſt qui mihi inopia & infirmitate laboranti, quid tribuat: dum interim hic diuitijs affluit, ille diſcipulis comitatus procedit: vnde & cum maximis præſtantiſſimisque viris conuerſantur. Ego autem in magna ignominia contemptuque viuo, & victu etiam quotidiano indigeo. Illi ſplendidè veſtiti incedunt: mihi autem & neceſſaria indumenta deſunt. Illi poſtquam in bonis dies ſuos tranſegerint, ex hac luce emigrantes, adhuc cum aromatibus condiuntur, ſplendidaque ſepultura honorantur, ſempiterni nominis fama ijs per Epitaphij inſcriptionem, attributa: mihi verò morienti, vix ſepulturæ honor concedetur, ipſaque cella ob infrequentiam viſitantium, ſepulturæ loco erit. Cor mihi dolet, ſed quid faciam? Defecerunt oculi mei, aſſiduo obtutu oſtium conſpicientes, & nullus eſt qui † pulſet. Mœrore C tabeſco, nec eſt qui me conſoletur. Summis anguſtijs hic angor, & non eſt qui miſereatur, atque condoleat.

† al. qui lachrymas effundat.

Pſalm. 41. 42.

29 Hei mihi, quoniam in dolore deficiunt dies mei. Dìc animæ tuę ô homo: Quouſque triſtis es ô anima mea, & quouſque conturbas me? Spera in Deo, & ipſe prauas à te cogitationes repellet. Si enim terrenis non adhæſiſſes, eiuſmodi te laqueis non implicuiſſes. Quin & hoc tibi perſuade, neminem ſiue obſcuro, ſiue claro fuerit loco, ſi ex Dei voluntate vixerit, eſſe reijciendum. Qui autem terrena ſuſpicit, fructumque ex ijs conſectatur, iuſtorum ſe conſolatione priuat.

Matth.10.
Ioan.12.
Coloſſ.3.

30 Si ergo gaudio illo perfrui deſideras, caue aditum prauis cogitationibus, quæ nos à Deo ſeparant, patefeceris. Verax namque eſt qui dixit: Qui inuenit animam ſuam, perdet illam: Et qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Iccirco & Apoſtolus ait: Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Cùm † ergo Chriſtus apparuerit, vita veſtra, tunc & vos apparebitis cũ D ipſo in gloria.

† al. cum enim al. cum autem, &c. & ſic vulg.

31 Quorſum igitur momentanea & fugacia iſta, quæ fluminis inſtar diffluunt, ſuſpicis ac prædicas? Quid etiam præclara funeris pompa proderit? Quid ſepulcra dealbata, & vanæ laudationes, hominem impium, quando nullam ipſe relaxationem conſequatur, iuuare poterunt?

32 Quid profuerint laquearia inaurata? quid nitentes parietes? quid ſplendida tecta? Cùm ipſe interim ſuis excruciatur cupiditatibus, & à Dracone conuellitur interius, deuoraturque corpus. Quid enim proderit animæ ex hac luce emigranti, plurimorum, ſe circa corpus in ornando funere, occupantium cura? niſi eum laus à Deo conſequatur in eccleſia illa magna. Ne igitur tibi ſint admirationi momentanea atque caduca iſta quæ inſtar ceræ liqueſcunt. Sed iſti, inquies, cum magnis atque diuitibus conſuetudinem habent. At tu cum omnium Rege Deo, per orationem conuerſaris. tu corpore vnigeniti Filij eius veſceris, & ſanguinem bibis E gaude ergo & lætare, quod merueris templum eius fieri.

Nota.

Matth. 6.
Geneſ.27.
Ibidem.

33 Ne igitur animum deſpondeas, videns te in hac vita inglorium atque abiectum, vel morbo, aut graui ſenectute, ac paupertate grauatum. Qui enim paſcit volucres cæli, non te ſua deſtituet prouidentia, ac te angit, ne tibi lippitudo mentis moleſtiam faceſſat; ſed cogita, hæc etiam viros iuſtos ſuſtinuiſſe. Vnde de Iſaac legimus, quòd dum Iacob ab eo benedictionem cuperet accipere, dixerit ad eum: Accede ad me, vt tangam te fili mi: & probem, vtrum tu ſis filius meus Eſau, an non? Illuſtratus autem eſt oculus mentis eorum, & ab omni iniquitate

quitate

A quitate purgatus. Quare & tu te purum integrumque ab omni malitia cuſtodi: de corporis neceſſitate atque infirmitate non vſqueadeò ſolicitus, 1.Pet. 5. quoniam ipſi cura eſt de nobis. Si autem doles tibi deeſſe vitæ neceſſaria, cogita Herodem diuitijs Matth 14.& Marc.6. atque delitijs abundaſſe: Pręcurſorem autem Domini, inſtar hominis malefactoris ac vilis, in carcere vinctum atque detentum. Verax enim eſt, qui dixit: Vos tribulationes in mundo ſuſtinebitis, mundus autem gaudebit, vos verò contriſtabimini, Ioan.16. ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

Sed & ego, dices, in miſerijs atque anguſtijs vitam obſcurus & inglorius tranſigens, 34 poſt mortem, nullam mei memoriam relinquam? Extremæ dementiæ, & animi vana gloria pleni, hic morbus eſt. Quam multi ſunt putas, qui perſecutiones pro Saluatore noſtro Deo pertulerunt, & adhuc obſcuri atque ignoti mundo B viuunt? An ergo qui in montibus, in ſpeluncis, atque cauernis terræ vitam traduxerunt, quorum memoria non celebratur ab hominibus, perierunt? Philip.4. Coloſſ.3. minimè verò; nam in libro illius omnes ſcribentur. Quare quæ ſurſum ſunt cæleſtia, Philip.3. 1.Theſſ.4. non autem quæ in terris, ſapito. Iuſtorum enim conuerſatio in cælis eſt. Ne igitur labores atque angores ſubterfugias. atqui nos quoque qui relinquimur, & reſidui adhuc ſumus, eos, qui in laboribus atque anguſtijs, & neceſſitatibus Domino placuerunt, beatos prædicamus. Iccircò ſi iuſtorum cupis eſſe conſors, caue humilitatem deſpexeris; caue etiam in laboribus atque ærumnis, vexationem patientiamque abieceris; ſed obdura ac perfer: vt ſempiterna vita, gaudioque ac gloria potiaris. Neque enim (vt inquit Apoſtolus) ſunt condignæ paſſiones huius Rom.8. temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quòd ſi ſubdolè ab aduerſario nolis in re aliqua ſupplantari; crede nihil te agere vel cogitare, C quod lateat Deum. Sin cogitatione de Dei ſcientia dubitaueris; ea tibi ex hiſtoria Eliſæi Prophetæ innoteſcet: Nam cùm bellum eſſet inter Regem Iſrael; & 4.Reg.6. Regem Syriæ, conſiliumque iniret Rex Syriæ cum ſeruis ſuis, dicens: In illo loco ponamus inſidias. Miſit itaque Eliſæus ad regem Iſrael, dicens: Caue ne tranſeas in locum illum, quia ibi Syri in inſidijs ſunt. Miſit itaque Rex Iſrael ad locum, quem dixerat ei vir Dei, & præoccupauit eum, & obſeruauit ſe ibi non ſemel, neque bis. Conturbatumque eſt cor regis Syriæ pro hac re, & conuocatis ſeruis ſuis ait: Quare non indicatis mihi, quis proditor mei ſit apud Regem Iſrael? Dixitque vnus ſeruorum eius: Nequaquam domine mi Rex, ſed Eliſæus Propheta, qui eſt in Iſrael, indicat Regi Iſrael omnia verba, quæcunque locutus fueris in conclaui tuo. Si ergo nihil eorum, quæ clam fiebant, latebat Prophetam; nonne aliquid, rerum vniuerſarum creatorem, latere poterit? minimè verò: hinc D etiam in occulto orare iubemur, Domino ac Saluatore noſtro Ieſu Chriſto, ſic dicente; Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem Matth.6. tuum in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Quãobrem omnem à nobis malitiæ cogitationem abijciamus, ne diffluamus. Nudus ſiquidem eſt infernus coram ipſo, nullumque perditioni eſt opertorium. Ne igitur triſteris, neque vacilles: In oculis enim Dei verſamur, velimus nolimus. Psalm. 33. & Act.14.&c. Gaudium ſit tibi in tribulationibus, nam coronæ ex varijs texuntur floribus. Et iuſti per multas & diuerſas tribulationes, in gaudium Domini ſui ingrediuntur, quare & eos aſſiduè imitemur oportet.

Curam animarum ne appetieris. Nam cùm ad eam metam, nondum perueneris, 35 vt cunctis animi tui paſſionibus imperes; & tibi ipſi, & illis qui te ſequerentur Curã animarũ non appetenda. noceres. Quòd ſi inuitus ad curam eiuſmodi traheris, in ea adminiſtranda maximam diligentiam adhibe, non vt quæ tibi ſunt placita, facias: ſed ei E potius morem geras, qui tibi, ouium ratione præditarum curam concredidit. Ezech.34. Ait enim per Ezechielem Prophetam, O paſtores † Iſrael. Numquid paſcunt paſtores ſemetipſos? nonne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis, quod contractum eſt, non alligaſtis, & quod abiectum eſt, non reduxiſtis, & quod perierat, non quæſiſtis: Sed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt. Errauerunt greges mei

† In vul. Lat. ſic: Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, &c.

in cunctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo, & ſuper omnem faciem terræ A diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requireret, neque auertens. Propterea paſtores audite verbum Domini: Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri, eo quòd non eſſet paſtor. Neque enim quæſierunt paſtores gregem meum: ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant, propterea paſtores audite verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus; Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos, vt vltrà non paſcant gregem meum. Et non paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Et liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltrà eis in eſcam.

Aduertant Paſtores.

Paſtorum munus, & qualitates requiſitæ.

36 Hinc igitur nos meritò intelligere oportet, quantum illi immineat periculi, B qui ſuperbè negligenterqùe curat ſubditos. Ideoqùe eum qui ceteris præeſt, conuenerit & peritiſſimum eſſe, & ad conſulendum ſaluti ſubditorum, vigilantiſſimum; vtqùe ſingulorum obſeruet inceſſum, motum, geſtum, ac habitum, adhibita etiam debita earum rerum correctione, quæ minus conueniunt. Et vt ad optimum ea ſtatum formamqùe reducantur: præceptores enim non ſolùm elementorum ſcholaribus oſtendunt figuras, ſed & minima quæque puncta, diſtinctionesqùe proponunt. atqui ſic oportet Prælatum, nihil quantumuis minimũ, quod ad ſalutem pertineat, omittere, quin fratribus proponat; non prætermittendo etiam ſupplicia negligentibus parata, vt eo velut muro aliquo, culpam omnem ab inocentibus procul arceat, atque ita lupi, paſtoris diligentiam conſiderantes rationalium ouium gregem fugiant.

Ioan.10.

37 Nihil æquè animum hominis ducit ad ſalutem, iunioresqùe ad laborandum C incendit, atque ſi doctorem re ipſa, & exemplo ad virtutem cohortatorem, inuenerint ſecundum eum qui ait: A me videbitis, & ſic facietis.

Matth.5.7.&c.

Obedientia cõmendatur erga Superiores.

38 Nos autem qui diſcimus, alijsqúe ſubiecti ſumus, ab omni inobedientia, atque contumacia alienos eſſe oportet. Sed contra pótius, omnem modeſtiam & humilitatem coram Deo & hominibus exhibere decet. Porrò ſi præfectus ac Doctor nobis contigerit, qui verbis quidem virtutem prædicet, factis autem ſpernat; cauendum erit, ne ex ea occaſione, aduerſario locum præbeamus euertendi animam noſtram. Verùm illius memores ſimus dicti: Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: Secundum verò opera eorum, nolite facere, dicunt enim & non faciunt.

Matth.23.
Luc.11.&c.

39 Teipſum omni tempore cuſtodi, ne fratri tuo ac proximo ſcandalum aliquod vel offendiculum prębeas, minas eius reformidans, qui per Prophetam ait: Væ D qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians, vt adſpiciat nuditatem eius. Et rurſus, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego iudico inter pecus, & pecus, arietum & hircorum. Nonne ſatis vobis erat: paſcua bona depaſci? Inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris: & cùm puriſſimam aquam biberitis, reliquam pedibus veſtris turbabatis. Et oues meæ, his quæ conculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebantur; & quæ pedes veſtri turbauerant, hæc bibebant. Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos: Ecce ego ipſe iudico inter pecus pingue & macilentum, pro eo quòd lateribus, & humeris impinguebatis, & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras, ſaluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. Quare proprium noſtrum amorem vitemus, E oportet: Quoniam ex ſui ipſius amore, vitia velut germina quædam pullulant. Ceterùm amorem proprium, expellit Charitas, omnes ad concordiam & vnionem pertrahens, complectensqúe: magna ſiquidem ac pretioſa res eſt charitas à qua ne excidas, diligenter caueto. De noſtra igitur ſalute ſoliciti, proprijs parcamus membris, formam virtutis proximo noſtro nos proponentes, in fide, in charitate, in patientia, in caſtitate, in ſubiectione, in humilitate, in timore Dei. Ne peſſimis nos ſinamus voluntatibus abduci: ſed ſpiritus amplectamur labores. Nam delitiæ & remiſſiones animi, optimo viuendi inſtituto contrariæ ſunt.

Habac.2.

Ezech.34.

40 Incedamus per viam arctam atque anguſtam, cordis contritionem amplectentes; vt ſemper nobiſcum mortis memoria permaneat, liberemurque à damnatione æterna. Væ enim, inquit, vobis, qui ridetis; quia lugebitis & flebitis. Beati qui nunc lugent, quia conſolabuntur. Inclinemus nos ad ſepulchra, & conditionis noſtræ occulta perſpiciamus. Ex cadaueribus permixtos oſſium aceruos, craniaque carnibus exuta, cum reliquis oſſibus cernemus. Et hæc conſiderantes, nos ipſos in illis velut in ſpeculo quodam contemplabimur. Vbi iuuentutis flos & pulchritudo? vbi venuſtus ille genarum color? Hæc nobiſcum cogitantes, carnis deſideria fugiamus, ne in reſurrectionis ac iudicij die confundamur. Infirmitatis autem meæ, in tuis precibus, memor eſto, non negligens teipſum, vt mei, qui vermis ſum atque putredo, recordetur Dominus Deus, liberetque me à ſupplicijs, quæ peccatores manent, & dignos nos reddat delitijs paradiſi. Quoniam ipſius eſt benignitas ac bonitas, & miſerationes eius ſuper omnia opera ipſius. Amen.

Luc. 6. Matth 5.

Pſalm. 144.

41 Frater quidam, rem quam ab alio acceperat, narrabat, de homine quodam habitante in quadam ciuitate, qui apud ſe mercenarium habebat, cui omnia ſua cõcredebat: huic vitam ſolitariam degendi inceſſit deſiderium; à quo quidem inſtituto, vt iuuenem rebus ſuis vtilẽ deterreret, herus ferè nihil intentatum reliquit, at fruſtra in eo retinendo laborauit. Iuuenis enim hic mundo renuntians, ad fratres ſe recepit. Verùm paucos poſt annos, inuaſit eum tentatio redeundi ad ſeculum, relictaque ſua cella ad herum redijt, ſub prætextu illum reuiſendi, hic autem fratrem ſemel atque iterum lubens ſuſcepit; ſed tertiò rediens frater, depoſita ſimulationis perſona, homini occultam animi ſui paſſionem ac morbum detexuit, dicens: Quandoquidem amplius perferre nequeo iugum vitæ monaſticæ, obſecro te Domine, vt me apud te recipias, eodemque quo olim loco habeas. Spero enim me rectius etiam, quàm antea rebus tuis conſulturum; ex te quippe acceperam, quòd & filiam † tuam mihi in vxorem elocare velles: Cui herus: Si Deo conſcientiam non ſeruaſti, mihi quod promittis quomodo ſeruare poteris? Quo dicto, iuuenis tamquam flagello cæſus, ad cellulam ſuam ſe contulit. In laboribus ergo perferendis, ne deficiamus. Quoniam ſcriptum eſt: Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.

†al. ſororem tuam.

Dictum inſigne.

Pſalm. 125.

42 Ad mandata Dei obſeruanda, innocentiam adhibe: Solertiam autem, ad inimici inſidias depellendas.

43 Caue tibi prudenter à congreſſu & familiaritate pernicioſa; vt benè conquieſcat homo interior.

44 Caue ex propoſito, te fraudulentum exhibeas atque acerbum; ne ſupplanteris quando tibi firmus videberis, ac ſtabilis.

45 Lenitatem ac manſuetudinem ſectare; ne abſque vino ebrius fias, malitia & iracundia grauatus.

46 Ne voluptatibus addictus ſis, atque contemptor; ne per te, Deus blaſphemetur.

47 Caue cum ſcurris & hiſtrionibus commercium habeas, ne conſilia atque ſententiæ animi tui deprauentur; valde enim pernicioſi ſunt illorum ſermones: nam ſenes repueraſcere faciunt; iuuenes autem ad operandum iniquitatem pertrahunt.

48 Improborum hominum conſilia fuge, qui ſe ventris, & eorum quæ ſub ventre ſunt, ſeruos conſtiterunt.

49 Nequit impudicus amare eum, qui carnis vitium abominatur; nec fur hominem, qui ab inferenda iniuria abhorret. Similis enim ſuo adhæret ſimili.

50 Caue, tibi dulcis ſit voluptas, ne tormentum illius tibi amarum reddatur.

51 Quotidie diem exitus tui exſpecta; & ad ingrediundum illud iter te para: qua enim hora minimè putas, veniet mandatum horribile; & væ tunc imparatis. Bona eſt compunctio cordis, quoniam animis hominum medetur.

Matth:24:25. & Marc.13.

52 Qui luctum ſectatur, non facilè peccabit; & qui cordis compunctione tangitur, non cogitat mala. Nam ex compunctione oritur fletus, in fletu autem à peccatis declinamus.

53 Vide qua ratione ſuperare poſſis voluptates: & ſuperuacanearum rerum ne ſatagas: hoc ſiquidem functioni tuæ eſt expediens.

54 Voluptatum illecebras diſſolues, ſi cum primis aſſiduæ orationi & ſobrietati ſtudueris. Deinde ſi mentem à prauis cogitationibus cohibeamus; ſi nullum inordinatum verbum, ac non neceſſarium protulerimus; certi, quòd infallibilis iudex ſit Dominus. Siquc templum Dei diligenter viſitauerimus, ſi mortem denique atque iudicium aſſiduè ob oculos noſtros habuerimus: hæc ſiquidem intus titillantem, æſtuantemque carnis concupiſcentiam reprimunt, animumque in tranquillitate ac gaudio conſtituunt.

55 In loco habitationis tuæ, vel quem à Deo aſſignatum accepiſti, lubens permaneto, otium atque deſidium à te repellens: Cum neque in loci mutatione, atque diſtantia ſitum ſit, vt paſſiones noſtras reprimamus, ſed in attentione & cura mentis. Patientia nobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, promiſſiones eius conſequamur. Qui autem ignauia atque otio diſtrahitur, tam longè abeſt à patientia, quàm ægrotus à ſanitate. Non igitur, non inquam, in otio atque torpore, virtus: ſed in patientia cognoſcitur. Quæ quidem in nobis ſemper vigens: mentem, earum rerum contemplatione ac meditatione, quas ſperamus & exſpectamus, exercet, occupatamque tenet: huius enim pabulo animus pinguefactus, vires ſibi ſumit; quemadmodum corpus, ciborum atque eſcarum ſenſibilium nutrimento. Quòd ſi ab huius gratia ac dignitate mens deciderit, verè inops atque infirma reddetur. Iccirco animum à cupiditatibus terrenis reuoca, & ad diuinum illud opificium incumbe. Et ſic tibi non erit neceſſe, vt corpus è loco in locum transferas, & in peregrinationibus abſque cauſſa legitima, & Superiorum permiſſu, defatiges. Regnum enim cælorum intra vos eſt.

Heb. 10.

Luc. 17.

56 Quocunque in loco te morari contigerit, facilem te atque irreprehenſibilem præbeto, vt benè in Domino proficias. Si autem euaſeris contemptor, vide ne in te, velut auctorem ac ducem actionum impiarum, à potentiore contemptio refundatur.

57 Gaudere & lætari de progreſſu proximi, ſignum eſt perfectionis; De bona autem alterius angi atque triſtari fama, acerbiſſimæ improbiſſimæque naturæ eſt argumentum.

58 Quid angeris cruciariſque ô homo, de profectu & gloria proximi? Num quòd hic aut ille excidit à ſalute, tu propterea ſalutem conſequeris? an quia multi cælorum regno excludantur, tu iccirco regnabis? num te vnum capit regnum cælorum? Num tibi vni gaudium paradiſi paratum eſt, quia de multorum ſalute indignaris? ne igitur opera puri amoris, ſanctique inſtituti, cum odio atque inimicitia, ac grauiſſima morum acerbitate, commutaueris? Nemo te ſeducat, non homo, non vlla in corde tuo latitans cogitatio. Impoſſibile enim eſt, veram virtutem abſque charitate conſiſtere. Et licet enim quis noſtrum, quod ſanè eſt difficile, omnem ſcientiam habeat, omnemq; fidem, ita vt montes (ſicut ait Apoſtolus) transferat, charitatem autem non habeat, nihil ipſi proderit: quin & à recta, quæ ad cæli portas ducit ſemita, diſtat longiſſimè. Multis ergo nobis opus eſt lachrymis, vt à vinculis odij, atque inuidiæ, ſuperbiæ & cuiuſcunque probri diabolici liberemur. Siquidem dæmoniacæ affectionis eſt, de bono progreſſu proximi angi, atque excruciari. Cùm Dæmones omni odio imbuti, nihil æquè deſiderēt, quàm cunctos funditus perire. Contra verò, ſancti Dominum ſuum † imitantes, omnes homines cupiunt ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: charitate enim cum ſint pleni, proximum æquè ac ſeipſos diligunt.

1. Corint. 13.

† al. timentes.

59 Si continens ſis, ne in tua continentia extollaris; ſed cum humilitate Dominum ora, vt ad finem vſque tuus cuſtos permaneat: Sæpè enim accidit, vt repentinus beſtiarum, in vineam à cuſtode neglectam, incurſus, fructum vniuerſum vineę deuaſtet atque corrumpat.

60 Si diuitiæ tibi fuerint, caue ſuperbias. Nondum enim à periculis atque inſidijs es liber. Incertuſque earum eſt vſus, propter celeres dubiaſque rerum viciſſitudines, ſicut ſcriptum eſt: Vidi ſeruos in equis: & principes ambulantes ſuper terram, quaſi ſeruos.

Ecceſ. 10.

A 61 Si membris integris valeas, ne corporis robore extollaris; ſed animo tecum expende, quot & quanta pericula corpori immineant. Quos etenim videmus incurabilibus laborantes morbis, ſiue membrorum aliquo mutilatos, ſiue ab immundis ſpiritibus vexatos, qui non ſic affecti, ex vtero matris nati ſunt. Sed plurimi in eiuſmodi repentina incidunt mala, quique heri florida ætate vigebant, hodie grauiſſimis afflicti morbis marceſcunt. Atq; ideo cùm eiuſdem cum ijs ſis naturæ atque conditionis, teipſum conſidera, ne paullò poſt in eaſdem quoque ipſe calamitates incidas. Quandocunque igitur in alio triſte aliquid ac graue perſpexerimus, in illo nos velut in ſpeculo contemplemur, oportet. Neſcimus enim quid craſtina allatura ſit dies. Multis namque doloribus atque calamitatibus noſtrum corpus obnoxium eſt. Quocirca infirmitatis propriæ conſcij naturæ, ab omni B ſuperbia & immanitate alieni ſimus, mutuaque nos benignitate ac commiſeratione complectentes, Creatorem nobis propitium reddamus, qui potens eſt, nos tum morbis affligere, tum ſanare; deducere ad inferos & reducere. Licet enim ad modicum tempus, firmitate corporis valeamus, quid poſterior tamen paritura ſit dies, neſcimus.

Prouer. 27. & Iacob.4.

1.Reg. 2. Prouerb 27.

62 Super peccatore, ne extollaris: Et innocentem, ad peccandum caue incitaueris. Vtrumque enim perniciloſum eſt & periculoſum. Si autem te vtilem exhibere velis; vtrique te formam & exemplum bonorum operum præbeto, riuos lachrymarum coram Domino effundens: vt & lapſum Dominus à peccatis excitet & ſtantem à peccatorum laqueis eripiat. Vnus enim iudex eſt, qui poteſt ſaluare & perdere.

Iacob.4:

63 Noli hominum religioſorum, ſtantium & Deo pſallentium cœtum, cogitati- C onum elatus arrogantia, perturbare: ne plaga in te diuinitus emiſſa, deſcendat. Siquidem in Deum peccare, graue ſimul & exitiale eſt. Prophetarum verò ſpiritus Prophetis ſubiecti * ſunt: non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis.

*al. ſubiectus eſt, in ſingul.

64 Adoleſcens cùm ſis, ſilentio & diligentia delectare: ſiquidem diligentia te facilem ſeruat. at lumen animæ inexſtinguibile, tuetur taciturnitas; non ſinens à malitia ſplendorem eius obtenebrari.

65 In omni tempore ac loco, & quocunque in opere, humilitatē tibi comitē adhibe. Sicut enim corpus, ſiue calori ſiue frigori obnoxium ſit, veſtimento indiget: ita & anima, perpetuo humilitatis indumento habituque opus habet. Quàm pulchra atque eximia poſſeſſio ſit humilitas, facilè norunt omnes, qui eius perferre iugum inuerecundè detrectant. Quare nudus & abſque calceis potius in- D cedere eligito, quàm humilitate ſpoliari. Diligentes enim eam, protegit tueturque Dominus.

66 Quemadmodum fieri nequit, vt ſemper in naue vectores permaneant, viatoresque in eodem aſſiduè commorētur hoſpitio, abſque loci mutatione: ita neque nos perpetuò in hac permanere vita poterimus. Quemadmodum enim ibi viatores atque nauigatores appellantur: ita & hic nos aduenæ & peregrini. Quare iſta oculo mentis perſpicientes, pręparemus nos ad migrationem vitæ.

67 Quando te videris, ad apicem virtutum euectum, tunc maxima tibi humilitate opus eſt; vt fundamentis ſaluis & integris, quod ſuperſtructum eſt ædificium, inconcuſſum, immobileque conſiſtat: atque ſic in multa ſecuritate fructus tuus erit.

E 68 Qui proximo ſuo foueam fodit, incidet in eam. Et qui pręceptori ſuo laqueum tendit, impius hic eſt atque ſceleſtus; vnde & eodem ſupplicio dignus, quo, qui benè de ſe meritum, præceptoremque ſuum, in manus tradidit impiorum.

69 Hominem mundanum non coma aut veſtimentum faciunt, ſed praui mores, propenſioque ad ſecularia, improbaque deſideria, quibus anima execrabilis efficitur.

70 Monachum non tonſura commendat ſeu habitus; ſed cæleſte deſiderium, diuinumque viuendi inſtitutum, quibus optima declaratur vita.

71 Ante tentationem, ne te magnum quid eſſe duxeris: nam ſæpè etiam eos tentatio ingruens arguit, qui ſibi ſtare videbantur.

72 Ante tentationem, quid viribus polleas, puto te ſcire non poſſe. Quapropter animus tibi præmuniendus erit, & contra tentationis impetum, aduigilandum.

72 Quemadmodum in fornace aurum atque argentum probat ignis; ſic tentationis tempore, mortalium explorantur animæ, auxiliatorem habentes Dominum. A

73 Tentationibus ne ſuccumbamus, ſed ad brauium cæleſtis vocationis in Chriſto, contendamus ſtrenuè. Coronat enim Dominus cunctos diligentes ſe.

74 Quòd ſi membra tua contegas, ne nuda videantur ab aliquo; ipſe viciſſim aſpectum tuum ab alterius nuditate auertas oportet, extra tamen caſum neceſſitatis in ægritudine: ne ſpecies aliquas indecoras menti tuæ hinc imprimas.

75 Si charitatis officio perfungens, oleo ægrotantem inungis; fac oculos, manus, linguamque cuſtodias; ne in vllo, temperantiæ ac modeſtiæ fines tranſgrediaris: hoc enim depoſcit pietas.

77 Membris alterius, reuerenter ac cum timore manus admoueto, quaſi rem aliquam B ſanctam attingeres. Etenim verè ſanctum eſt templum Domini, & admirabile in iuſtitia, ſecundum illud ſcripturæ: Neſcitis quia templum Dei eſtis: Et ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autnm templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. hæc igitur ſcientes, omni cuſtodia cor noſtrum conſeruemus.

1. Cor. 3. 6. & 2. Cor. 6.

78 Caue tibi à frequenti adoleſcentum conſuetudine: multi enim ſunt corrupti, & abominabiles, ſtultique facti.

79 Somno atque quieti tantum temporis tribuito, quantum ipſa te cogit neceſſitas: nimia enim mollities, facilè corpus accendit, vehementioremque libidinis flammam excitat, redditque. C

80 Qui in lectulis cubant auro, ebore, gemmiſque diſtinctis; eos qui in laboribus verſantur collaudant, quamuis non audeant imitari.

81 Omnia facito & cogitato, vt placeas Deo: abſque hac enim cogitatione, perierit tibi omnis laboris merces.

82 In hoc breui vitæ curriculo, labores amplectere, vt quiete ſempiterna perfruaris: tuus enim illic ceſſabit labor, ſed opus ac præmium permanebit.

83 Si benè operatus ſis, noli triſtari de bona atque honeſta hinc tua emigratione. Nullus enim diuitijs affluens, ad ſuos redit; vt moleſtijs & difficultatibus afficiatur.

84 Caue, proximum tuum quæſtus auaritiæque cauſa tentaueris; ne propter ipſum in peccatum incidas: verùm cogitatione tecum, quod ſcriptum eſt, complectere. Nolite prudentes eſſe, apud voſmetipſos. Iniqui enim regni Dei non D poſſidebunt.

Rom. 12.

85 Ne ſit manus tua exporrecta ad accipiendum, ſed ad dandum potius.

86 Eſto patiens atque longanimis, vt multa prudentia reddaris conſpicuus. Præclarum enim donum eſt patientia: nam bilem atque iracundiam, contentionemque expellit, & animum tranquillum reddit.

87 Si ex militia, momentaneam floriſque fœni inſtar, decidentem gloriam retuleris, & ab illa militia, mente & cogitatione diſceſſeris, ac ad ſolitudinem ſpiritalemque militiam confugeris, honeſtis laboribus ad finem vſque inſiſte; ne Dei nomen per te vituperetur inter gentes, qui dicunt: ne Deus quidem ipſius illum liberauit. Verum vti ait Dominus: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt. Quin & ij qui terreno regi militant, niſi ſe ſtrenuos, pro rege oſtenderint aduerſus hoſtes, E magnis ab eo præmijs affici nequeunt. Cùm verò quæcunque etiam præſtiterint, exigua adhuc ſtipendia referunt. & hæc ipſa quæ dicimus, ſunt vana gloria, & voluptas ventris. At qui ſtrenuè aduerſus improbos & immundos ſpiritus decertant, militiæ cæleſtis exercitus adſcribuntur, cuius gaudij non erit finis. Erũt enim ſicut Angeli in cælis.

Matth. 5.

88 Si vel in cœnobio, vel tibi ſeorſim in eremo vitam duxeris; caue quæ in te requiruntur, cor ſcilicet mundum, & ſpiritum contribulatum poſſidere negligas: Nam hæc qui ſibi vindicat, nequaquam à Deo ſpernetur: qui autem hæc ipſa negligit, magnum periculum ſubit.

89 Caue te ipſum de elegantia & ſublimitate ſermonis iactites, extollaſque, quin potius efficacem rudium & illiteratorum doctrinam, vt diſcipulus ſis Apo-

ſtolo-

A ſtolorum Domini, proba atque enuntia. In externa enim ſapientia gloriari, hominibus Chriſtianis interdictum eſt. Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.

2.Cor.10.

90 Noli ſplendido ornatu veſtium gloriari, memor quomodo ouinis pellibus indutus fuerit Helias, & ſacco Eſaias Propheta, de quo ſcriptum eſt: Vade & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Quali item Iohannes Baptiſta veſtimento vſus ſit, ne obliuiſcaris. Quare non veſtium ſplendore ſtudeas eſſe conſpicuus, ſed per bona ſanctaque opera, luceat lux tua coram omnibus, vt vbique glorificetur Dominus.

Eſaiæ 20. Matth. 3. & Marc. 1.

91 De fide diſſerens, an opera fidei correſpondentia habeas, vide. Nam ſi dicendi duntaxat & audiendi ſis cupidus, in te quadrabit quod ſcriptum eſt: Vis ſcire ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt? Verè enim mortui ſunt omnes, qui Deum noſſe profitentur, factis autem negant, cùm ſint execrabiles, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Tu autem ſubmiſsè atq; humiliter de te ſentito, ne in ſublime elatus, turpiter decidas, ac diſrumparis. Aſſiduè Deum inuoca, clamans ad ipſum: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem. Lingua enim exiguum membrum eſt, & magna exaltat.

B Iacob.6. Tit.1. Pſalm. 104. Iacob.3.

92 Depopulationes bonorum, atque tormenta, mortiſque ruinæ, multorum animos concuſſerunt, alij autem per hæc, fortitudinis atque conſtantiæ coronas acceperunt. alij auaritiæ cauſa, proditores euaſerunt. Quidam etiam ob vanam inanemque gloriam, ſpreuerunt veritatem. alij verò libidinis œſtro concitati, ſceleribus ſuccubuerunt. Ceterum illi ſoli, mortis habent imperium, hoc eſt, diabolum ſuperant, qui in ſeipſis ſemper Dominum retinent. Quoniam victoria noſtra eſt Dominus. Siue igitur in bonis proficis operibus, ſuperbia ne extollaris. Siue etiam in multis te cõdemnas, ſalutem tuam caue deſperes. Beatus enim ille, non qui benè tantum cœpit, ſed qui irreprehenſibiliter ad finem vſque perſeuerat. Ne ergo demus nos otio atque deſidiæ toto die; ſed hora ſaltem vndecima, benè operemur: vt nos quoque digni reddamur, qui denarium ex manu Domini accipiamus.

C Matth.10.24. Matth.20.

93 Si diſcipulum nactus ſis, qui culpa ac negligentia ſua, religionis iugum excuſſerit; caue turberis, aut deſidiæ triſtitiæque locum præbeas, vt mentem tuam vehementius excrucies; ne & tibi ipſi obſis, & ei non proſis. Sed cogita qualis fuerit Eliſæi Prophetæ miniſter. Quòd ſi ad magnam malitiam deuenerit, in memoriam tibi eum reuoca, qui ex Apoſtolo factus eſt proditor. Et quis ita perfidus eſt & iniquus, vt præceptori, ruinæ ſuæ cauſam adſcribat, ac non potius improbę voluntati ipſius diſcipuli? Libero enim arbitrio Deus hominem donauit, vnde & præmia & ſupplicia ei ſunt propoſita: ac legitimè quidem hîc certantibus, honor atque corona; tranſgreſſoribus autem & contemptoribus, ſupplicia, atque tormenta. Eſt enim peccatum ad mortem: parat autem ſibi mortem, qui perſeuerat in peccato, nec ſe à vita impia ad optimam viuendi rationem confert.

D Matth.26. Marc.16, Luc. 6. 22. 1.Ioan 5.

94 Quando te à lectione rerum diuinarum abhorrere videris, admonitioneſque ſpiritales faſtidire, tunc animam tuam in grauem incidiſſe morbum noueris. Siquidem id inſipientiæ, ac maleſentiendi initium eſt; quo morbo qui laborant, mortis fructum percipiunt.

95 E Qui artem fabrilem exercent, non puluerem, nõ mallei ſtrepitum, neque ignis ardorem reſpuunt; ſed rudem ferri maſſam ſtudioſè aſſiduèque manibus tractantes, vaſa inde commoda & vtilia educunt atque conficiunt. Quocirca ne nos quidem ad virtutem & pietatem inuicem cohortando, defatigemur; vt à vili pretioſum ſeparantes, nos quoque digni vocatione illa cęleſti, immenſaque gloria reddamur. Scriptum eſt enim: Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. Et beatus, qui ſemen habet in Sion, & domeſticos in Hieruſalem.

Ieremi.15. Eſa.31.

96 Animam tuam diuinis laticibus irriga, vt vigens ac florens, fructum proferat in iuſtitia. Oportet enim nos animæ vtilitatem conſectari, quemadmodum terreſtria animalia herbas frondeſque depaſcunt. Nam anima bene corroborata, corpus ad ferendos honeſtos labores, firmius ſolidiuſque redditur. Anima autem à turpibus cogitationibus debilitata, corpus quoque à malitia corrumpatur neceſſe eſt. Quamobrem beatus, qui hîc rectè, quæ vitæ ſunt propria, nego-

tiatur

tiatur atque diſponit: nam diues ad vitam immortalem perueniet. Qua vtinam A perfrui nobis omnibus liceat, precibus & interceſſione omnium eorum, qui Domino noſtro Ieſu Chriſto complacuerunt, Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

DE vita Spiritali, præter Auctorem noſtrum Ephræm, alij cõſcripſere plurimi tã Græci quàm Latini, Baſilius non vno in loco, & præſertim in Admonitione elegantiſſima, ad Filium ſpiritalem, quæ ſub finem Oper. Tom. 2. reperitur, incipitq́; hoc modo. Audi fili admonitionem patris tui B *& inclina aurẽ ad verba mea: Cupio enim te inſtruere quæ ſit ſpiritalis militia & quomodo regi tuo militare debeas, &c. Greg. Nazianz. De beatitudinibus, & ſpiritalis vitæ Regulis, Tom. 2. quarũ ibi principium eſt: Felix à mundo abſtractus, &c. Item in Carmine Iambico 19. vbi per proſopopæiam inducuntur duæ Vitæ inter ſe diſceptantes, nimirum ſpiritalis & mundana, eod. Tom. 2. & alibi. S. Ioan. Chryſoſt. Homil. 23 25 34. 56. 57. 58. ad popul. Antioch. Et in Homil. De militia ſpiritali. & altera, De militia Chriſtiana, inter Didact. & Paræn. Tõ. 5 ac de cõparatione Regis & monachi, lib. 1 eod. To 5. inter Apolog. alijsq́; apud eũdem Chryſoſt. locis plurimis, alibi. Quòd ſi Latinos velis, vide S. Auguſt. ſpecul. Tom. 3. S. Hieronymi epiſt. ad Ruſticum, De viuendi forma. Ad Paulinum de inſtitutione monachi. Ad Celan. De ratione piè viuendi. S Bernard. de interiore domo. De ordine vitæ. Formul. honeſtæ vitæ. Notabile documentum. Speculum Monach. Modumq́; bene viuendi, apud eundem. Præterea Vencen. de vita ſpiritali. Bonauenturam, de Reformatione mentis, De proceſſu Religionis, De perfectione vitæ. De inſtitutione vitæ Chriſtianæ. De Regimine animæ, &c. Plura in hãc materiam ſparſim apud Caſſianum, Nilum, Eſaiam, Abb. Dorotheum, Climacum, Macharium, Abſalonem ipſumq́; Ephræm alibi reperies,* C *qui Sermones, Collationes, & Paræneſes varias hac de re habuêre. Suum porrò Conſiliũ de vita ſpiritali, ad eum qui ſe recenter Religioni tradiderat, ita hic noſter componit formatq́; Auctor, vt ſi non omnia, ſaltem plurima illius, cuiuis etiam pio Chriſtiano ad vitam benè beateq́; viuendam, optimè conueniant; quæ varijs diſtincta reperies documentis atque capitibus, à nobis ad veritatem mmſſ. Codicum, quos contulimus, denuò iam conuerſis, & illuſtratis.*

Ex cap. 28 Hei mihi, quid agam miſer, &c.] *Hæc & quæ ſequuntur, vſque ad Cap. 29. non ſunt verba recitata in perſona S. Ephræm, ſed in perſona Monachi cuiuſdam deſperationis ſpiritu tentati. Sunt enim omnia iſta tentationis & ſuggeſtionis verba; quare & ſub perſona illius, vtitur hic Auctor vocibus ἀδημονία, καὶ ἀπονοία, &c. Deinde in cap. 29. reſpondet, illumq́; ſpiritali conſilio iuuare, & ad mentem, rectamq́; vitæ ſpiritalis rationem reuocare conatur, in quo & ſequentibus aliquot capitibus ſeriò occupatur.*

Ex cap. 29. Hei mihi quoniam in dolore deficiunt dies mei, &c.] *Iſta adhuc tentati verba ſunt, quamuis à ſcripturæ loco ſumpta. Quare ad priorem numerum 38. videntur referenda, & cum eo potius coniungenda, abſque diuiſione; vt ex duobus capitibus vnum fiat, contineretq́; caput 28. iſta omnia, quæ* D *ad ſuggeſtionem deſperationis pertinent, quæq́; ad remedium, ac ad ea Reſponſionem, ibi: Dic animæ tuæ ô homo: quouſque triſtis es anima mea; & quæ ſequuntur ibidem, aut ſaltem iſta Reſponſionis verba per ſe, nouum caput conſtituerent: quomodo etiam in vno manuſcript. Cod. Græc. numeri diſtinctionem ad marginem obſeruauimus. Verum quòd in pluribus Græcis per nos collatis exemplaribus, duo iſta Capita ſic diſtincta inuenerimus, nihil immutauimus, ſed ſaltem quod videtur, Lectori inſinuare hic voluimus.*

Ex cap. 36 Meritò intelligere oportet, quantum illi immineat periculi, qui ſuperbè negligenterque curat ſubditos.] *De grauitate & periculis hic agit Curæ animarum, qualitatibusq́; ad paſtorale officium debitè obeundum, requiſitis: de quibus plura vide apud Ignatium epiſt. I. Chryſoſt. Homil. 59. in Iohannem, alijsq́; apud eum locis plurimis. Auguſtinum epiſt. 148. Paulin. in vita S. Ambroſij. Gregorium Magnum in lib. de cura Paſtorali. Ipſumq́; Ephræm in immediatè præcedenti cap. 35. ac alios alibi.*

Ex cap. 37. Nihil æquè animos hominum ducit ad ſalutem, atque ſi Doctorem reipſa & exemplo ad virtutem hortatorem inuenerint.] *Super hoc pulchrè & efficaciter Chryſoſtomus in Epiſt. ad Philipp. cap. 3. ſermone 12. in morali Digreſſione, ſcribit in hæc verba: Apoſtoli erant forma, & typus;* E *ſpeciem eam retinentes, quæ Archetypi, & primarij cuiuſdam exemplaris inſtar eſſet. Cogitate quã accurata eſſet illis vitæ ratio vt ipſi propoſiti eſſent, quaſi archetypus, & exemplar, & leges animatæ. Quæ enim litteræ dicebant, hæc ipſi factis perſpicua omnibus faciebant. Hæc optima eſt docendi ratio: ita diſcipulum impellere Doctor poterit. Sin dicat quidem, ac verbis philoſophetur, factis autem contraria repræſentet, nondum Doctor eſt. Sed illa admonitio & perſuaſio accedat oportet, quæ per opera fit: Nam hæc & Doctori reuerentiam conciliat, & diſcipulo propenſionem ad parendum. & quæ ſequuntur ibid. Eademq́; ab eodem repetuntur, & amplificantur, homil. 10 in caput 5. Matth. Locus vtrobique lectu digniſſimus eſt. Et hanc doctrinam hic confirmat Ephræm illis verbis Chriſti: A me videbitis, & ſic facietis; alludens credo ad illud Iohannis 13. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, &c.*

A Ex cap. 58. Sancti Dominum ſuum imitantes, omnes homines cupiunt ſaluos fieri.] *Vbi, pro μιμούμενοι imitantes, in alio cod. Græc. eſt, φοβούμενοι, timentes. Sed altera hoc loco magis placet lectio: quia videtur hoc ad imitationẽ potius quàm ad timorem pertinere, cum hic dicat: Omnes homines volũt ſaluos fieri. Reſpicere enim videtur ad illa verba 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, &c.*

Ex cap. 77. Si charitatis officio perfungens, oleo ægrotantem inungis.]*Videtur hoc referendũ, ad οἰκονομίαν τοῦ πρεσβυτέρου. & Sacramentum extremæ vnctionis, in quo adminiſtrando, quomodo & qua ſe reuerentia Presbyter gerere debeat, haud obſcurè hoc & proximè ſequenti, vt & præcedenti cap. Auctor inſinuat, atque oſtendit.*

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

B De non ſcandalizando proximo. Et: De recta vitæ ratione, Adhortatio.

NON decet eos qui ad pietatis ſtudium accedunt, & manum ad aratrum ponunt, retrò conuerti, eorundemq́ue ſtudium Deo complacendi impedire; ſed ad perfectionem potius ſimiles ſunt dirigendi, cùm de talibus dictum reperiatur: Quoniam qui vos tetigerit, tanquam qui tangit pupillam oculi *eius. Qui igitur noluerit violare præceptum; vndique ſe muniat, ne alteri ſcandalum præbeat, maximè verò, qui ad Dominum Deum acceſſit, & mundi laqueos effugit; vt non connumeretur & ipſe illis, quos increpat Propheta, dicens: Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius. Et væ, qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis: quorum viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum, qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas. Quoniam in his diuinã aduerſum ſe iram prouocant, ſicut & ex Euangelio patet, vbi ait Dominus: Expedit homini magis, vt mola aſinaria ſuſpendatur in collo eius, & demergatur in profundum maris, quam vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt. Damnum enim quod hinc oritur, explicari non poteſt. Deſcribamus igitur rem ipſam pro viribus, vt hoc vel exiguo exemplo res exprimatur: cognitoq́ue tanto huius detrimento, metu nos cohibeamus, ne proximo vllum offendiculum ſiue ſcandalum ponamus. Filius quidam fuit vnicus parentibus ſuis, quem ipſe vehementer diligebant, quoniam omnem ſuam poſt Deum ſpem, in illo repoſitam habebant, per eum ſperantes, ſe optimam atque decentem vitæ ſpem vltimam habituros, generiſque ſucceſſionem atque reſtaurationem per ipſius procreationem fore. Verùm adoleſcens, repentè cunctis rebus fugacibus ac momentaneis abiectis, eremum petit, & fit monachus, dolorem intolerabilem ſuis propinquis & amicis relinquẽs. Flet pater, plangit mater, ita ſubitò exſpectatione ſua fruſtrati; ſimul æſtimantes impoſſibile, eum deinceps fore, ſicut fuerat ante ſeceſſum. Neque enim fieri poterat, vt amplius domui paternæ præeſſet, vel operam liberis daret; cum hominem quodammodo exuiſſet. In hoc igitur loco ſancto verſabatur indutus, & adhuc viuus, nihil eorum diſſimilis, qui in ſepulchro ſunt conditi, quod attinet ad humana negotia: quare flet pater, lamentatur mater; proprij filij obſequium requirentes. Sponſa poſt arrhabonem euertitur, ac ſpoliatur. Si opificium didicerat, abijcit. Si mercaturam exercebat, relinquit. Si in album erat relatus militum, à malitia recedit. Si magiſtratum gerebat, contemnit: & penè domus euerſio, ex hoc illius nouo vitæ inſtituto conſequitur. Omnia enim quæ videntur, & affectionem rerum ſenſibilium mouere poſſunt, capillorum inſtar abſcindens; nudus pietatis ac religionis ſepta ingredi maluerat, vt Chriſtum Dominum gloriæ ſibi lucrifaceret. Nunquid igitur hic ſcandalo aut ſubuerſione dignus erat? abſit. Quis ergo eo malitiæ euaſit, vt proditoris atque piratæ officium, huic optimæ negotiationi ſibi præferendum cenſeat? Aut quis ad eam audaciam, tanquam præſtantioris rei potiundę cauſa deuenit, vt bene recteq́ue currentem, in ſua alacritate ac bono propoſito intercipiat atque impediat, quo minus ſequeſtratus cunctis terrenis, ad cęleſtia per-

Luc. 9.

Zach. 2.

*al. oculi mei: & ſic vulg.

Habac. 2.

Prouerb. 2.

Matth. 18.

Marc. 9.

Exemplum facti de Filio quodam vnico, qui ſeculo renuntiarat, non ſine dolore ſuorum parentum & amicorum.

Parœmia.

Philip. 3.

In virtutis ac Religionis ſtadio, non eſſe claudicandum, retroque reſpiciendum.

peruenire poſſit. Nam ſi poſt renuntiationem, abdicationemque vitæ, quis in virtutis A
ſtadio claudicare inceperit, & ſenſim à recta via reſilire, oculoſque circumuertere
retrorſum; hic & in vita præſenti, erit exemplo: & poſt ſuum è viuis exceſſum,
regno cœlorum priuatus, indignum ſeipſum Sanctorum choro reddet:
quin & parentibus ipſis ignauia huius in confuſionem futura eſt, amici dolore
concident, & inimici gaudebunt ſuper illius deſidia atque ruina. Propinqui &
affines mortem ei imprecabuntur, quòd terrenis exutus, cæleſtia non apprehenderit;
& ſub prætextu pietatis, diaboli iugum ſubierit: legitimis enim nuptijs ſpretis,
in ſcortationibus atque impudicitijs volutatur, & in crapula atque ebrietate
totos dies tranſigit. Deplorant parentes damna pariter animæ illius. Hic autem
qui corde ſeductus erat, & vias corruperat, horum nihil ſibi vendicat, verùm
abiecta pietate, impudentiam indutus eſt, & turpiter ac præter decorem agere nō B
erubuit. Neque enim homioes veretur, neque Dei indignationem animo expendit;
& idcirco neque parentibus debitum atque conuenientem honorem attribuit,
neq; ſpiritali ſe opere dignum exhibet. vnde deinceps naſcuntur maledicta
aduerſus promiſſa, & in pietatem atque religionem blaſphemiæ, quod quidem
Prouer. 18. horrendum eſt & dicere. Et quemadmodum impius cùm in profundum malorū
venerit, contemnit, ita & hic in tantam temeritatem impingens, nequaquam eſt
Matth. 9. Marc. 2. territus, ſed inſtar illius qui vendidit vniuerſam ſuam ſubſtantiam, vendenſque
ſuam ſtolam magni pretij, denique verò furore incitatus, hanc impleuit aſſumētis
panni rudis, ac ſordidi; qua ſi vtatur, non amplius in laudem & honorem, ſed
in ſubſannationem & improperium vtetur. Quis enim non irrideat, adſpiciens
eum, qui heri in monte ſeipſum ad miniſterium fratrum in vnum habitantium C
præcinxerat, ad imitationem Domini noſtri Ieſu Chriſti, hodie famulorum comitatu
ſtipatum, & ab ancillis eius lauari pedes, eoſdemque in molli lecto reponi;
& ad fluxum atque remiſſum, affectionibuſque plenum vitæ genus, iterum
propenſum illam intueri? Aut quis eum ludibrio non habeat, qui heri in cella
concluſus erat, & multorum conuerſationem vitabat; hodie autem cum inhoneſtis
mulierculis viuentem, & in tabernis ebrietati ſtudentem? Aut quis eum
non reprehendat, qui die heſterno ſua ſponte, quæcunque temporalia ſiue mundana
abiecit, inopiam amplectens; hodierno autem aſſidentem in iudicijs? Et
quæ iam damnarat, ſtudioſè rurſus ad ſe reuocantem, & ſuam mentem à cæleſtibus
ad terreſtria traducentem, iudiceſque mancipiorum inſtar, ſequi geſtientem;
Et loco deprecationis atque meditationis eloquiorum Dei, cū cauſidicis ſermocinantem.
Et pro ſimplicitate atque innocentia, verſutiam morum atque ſermonum D
adſumentem. Vtinam autem ex ijs quæ videmus, tribunalibus, mente comprehendamus
Luc. 15. etiam iudicium futurum, fugiamuſque vitæ huius ærumnas, ac noſtrum
viuēdi modum cum pietate commutemus. Tunc enim, tunc inquam, gaudium
erit inter Angelos, & lætitia bonis, propinquiſq; recōciliatio. Luctus enim
eorum qui iniquo animo tulerunt eius ſeceſſum, cōuertetur in lætitiam, propter
optimam iam vitæ filij rationem initam. Beati enim putantur ac prædicantur ab
amicis, ijſque maximè qui caſus eorum qui reuertuntur in vita, conſpiciunt, &
tanquam munera Domino Deo offerentes, beatificantur. Gloriatur genus de
ſtrenuis factis egregij athletæ, & alacres geſtienteſque percontantur quoſcunque
obuios. Virtus autem abſcondi nequit, audientque oprimam ſuper eo inualeſcētem
famam, ac in his glorificabunt Dominum, ſeque amicos ac conſanguineos
Creatoris eſſe adſerent. Qui in dignitate ſunt conſtituti, hunc ab auctoritate ac
dignitate commendabunt. Milites eum à rebus militiæ geſtis, demirabuntur. Eiuſdem
artificij homines, hunc in ſimili ſecum arte exercitatum laudabunt. Ita E
cunctis, benè beateque agentes, virtus amabiles celebreſque efficit, in Domino.
Ideo in gloria, cæleſtique regno coronabuntur.

SCHOLIA.

Iſtius quoque Argumenti, elegans Chryſoſtomi reperitur Sermo; Ne ſcandalum cuiquam fratrum ponamus, &c, Et alius, de malis à nobis euertendis, &c. De quo, & in Epiſt. ad Theod. lapſum. Et in homil. Quòd regulares fœminæ viris non cohabitent. Tom. 5. Et alius ſuper illud Matth. 18. Væ mundo à

A *do à ſcandalis, &c. apud eundem Chryſoſtomum, Tom. 2. In eandem quoque ſententiam, plura in Moralibus reperies apud S. Baſilium cap. 1. Regul. 33. Quod neminem ſcandalizare oporteat, item cap. 2. 3. 4. 5. & Regula 34. 35. ibidem. De non ſcandalizando proximo, etiam doctè & efficaciter agit S. Auguſtinus lib. de ſalutaribus documentis, cap. 22. Tom. 4. in 2. quæſt. vet. & noui Teſtam. quæſt. 85. Et ſerm 33. Tom. 4. De quo etiam S. Ambroſius, ſuper primam ad Corinth. 8. Tom. 5. ſuper 2. ad Timoth. cap. 3. De dignitate ſacerdotali, cap. 5. Tom. 4. &c.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

B De vera atque perfecta Renuntiatione. Et quo pacto Anima Deum inueniet, cuius etiam cauſa ad nos venire dignatus eſt Dominus.

QVI vitam quietam excolit, & vita ſolitaria gaudet, optimum prin-
cipium amplectitur. Verùm ſeipſum intueatur oportet, an ſicut à
perturbationibus exterioribus ſe abſtraxit; ita & ab interioribus
commotionibus, maximiſque dæmonum procellis, ſit immunis
ac liber. Nam & in anima perturbationes ſunt atque commotio-
nes improbiſſimarum cogitationum, magnæque malitiæ aduerſa-
C rum poteſtatum, de quibus ait Apoſtolus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus
ſanguinem & carnem; ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi re-
ctores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. Et rurſus:
Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt; ſed potentia Deo ad deſtructionem
munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduer-
ſus ſcientiam Dei. Itaque vniuerſum noſtrum certamen in eo eſt poſitum, vt ab
iis quæ intra nos ſunt perturbationibus, conquieſcamus ac liberemur; & veris tu-
multibus renuntiemus, cum vniuerſa turba prauarum cogitationum, quæ ab ad-
uerſis illis poteſtatibus nobis ingerũtur. Cũ aliàs fruſtra fieret renuntiatio, ſeceſ-
ſuſque ad ea quæ videntur loca. Vera ſiquidem renuntiatio hæc eſt: Interna ani-
mi pace atque quiete perfrui, eamque tueri. Quando igitur coram Deo in oratio-
ne perſiſtis, caue ne pulchra tua vaſa, in quibus Deo miniſtras, hoc eſt, cogitatio-
D nes tuæ, ab hoſtibus tuis rapiantur. Et quo pacto precor, vel in quo, miniſtrabis
Deo vniuerſorum, captis, id eſt, abreptis, & quaſi in captiuitatem abductis cogita-
tionibus? Non enim indiget Deus, vt os vel lingua oret. Cultus autem Deo pla-
cens hic eſt: vt cogitationes, & tota fortitudo ac vis animæ, cum mente tota in
Deum abſque vlla diſtractione ferantur. Caue aurum tuum ære vel plumbo
miſceas, hoc eſt, animam tuam improbis atque immundis cogitationibus con-
tamines. Quemadmodum enim virgo viro deſponſata, ſi corrumpatur ab alijs,
execrabilis efficitur marito: ita & anima ſordidis cogitationibus diſtracta, & pa-
ctis atque conditionibus obligata, abominabilis redditur cæleſti ſpõſo ſuo Chri-
ſto. Quantum autem in ſe eſt, caueat indulgere atque conſentire illarum dulcedi-
ni; vt ſic Chriſtus Dominus, eius in ſe amorem cernens, miſereatur ipſius, veni-
enſque diſperdat inimicos corrumpentes eam, ſuadenteſque inimicitiam aduer-
E ſus ſponſum ſuum: Et conſilia eorum diſſipet, qui illam à Chriſto auulſam cor-
rumpere ſtudent. Cumque iam viderit Dominus animam colligentem ſe, &
quantum in ſe eſt, ſemper quærentem & exſpectantem Dominum ſuum, ac no-
cte diuque ad ipſum clamantem (quoniam ſic mandauit, ſine intermiſſione oran-
dum eſſe) citò faciet vindictam illius, aduerſus inimicos eius; & mundans eam ab
omni macula atque ruga, ſanctam & immaculatam ipſe * ſibi ſponſam exhibe-
bit. Quòd ſi in eo, hæc ſe ita habere credis, vt reuera ſe habent; attendendum ti-
bi erit, num anima tua inuenerit lumen, quod ipſam deducat cum cibo & potu
vero, hoc eſt ipſo Chriſto, ad lucem inacceſſibilem. Si verò non habes, nocte diu-
que inquirito, vt accipias: Cœcus enim es. Quoniam ſic promiſſum eſt nobis;
ſicque anima Deum verum repertura eſt. Quandocunque ergo ſolem vides, ve-

Ad vitam ſolitariã, quies animi requiritur.

Perturbationes animi quales?

Epheſ. 6.

2. Cor. 10.

Vera Renuntiatio quæ ſit?

Mentis diſtractiones vitãdæ.

Cultus Deo placens.

Alluſio perpulchra.

Collatio notanda.

Improbis cogitationibus nequaquam conſentiendum.

Verba conſolatoria, animumque addentia.

Luc. 18.

Epheſ. 5.

* al. ipſam ſibi.

Ioan. 6.

Marc. 7.

Lucæ 18.

Ioan.1. Rom.4. & 2. Cor.4. Epheſ.3. Marc.7.9. Matth.18. Luc.19.

rum ſolem quærito, animamque tuam inſpicito, num lumen verum inueneris. Nam quæ videntur, vmbra tantum ſunt eorum, quæ non videntur, verorumque bonorum animæ. Quoniam ab his quæ foris apparent, alius eſt homo intus latens, & oculi, quos excœcat Sathanas, & aures, quas ſurdas reddit. Et venit Ieſus hoc ſaluare, & hominem ſanum facere. Venit enim filium hominis quærere, & ſaluare quod perierat. Ipſi gloria, in ſeculorum ſecula. Amen.

SCHOLIA.

De vera atq; perfecta Renuntiatione, plura ad inſtitutum etiam noſtri Auctoris huc facientia, inuenies apud Baſilium Magnum, Tom.2. in Regulis fuſius diſputat. Reſponſ. ad Interrogationem 8. De nuntio rebus huius vitæ remittendo: vbi Renunciationis formulæ, proponuntur & explicantur. ac quis Renuntiationem perfectam peragat, quæq; illa ſit, & in quibus conſiſtat, luculenter oſtenditur. Reſponſio ſanè digna, quæ in hanc materiam citetur, & cum hiſce S. Ephram, conferatur. De qua etiam lege Iohan. Caſſianum lib. 4. de inſtitut. Renuntiant. præſertim cap. 34. 36. 38. 39. 43. Et Collat. 3. de tribus abrenuntiat. potiſſimum cap. 6. & 7. vbi quomodo ſingularum Abrenũtiationem ſit apprehendenda perfectio, copioſe oſtenditur. Extant & Beati Eſaiæ Abbatis in eandem materiam Orationes aliquot eligantes ac piæ, nimirum octaua in ordine reliquarum, quæ incipit: Si mundo renuntiaſti &c. ac 15. & 17. quæ de mundi renuntiatione plenè tractant. Quæ ſi non ſuffecerint, vide quoque S. Dorothei Sermonem, de Obedientia & ſubmiſſione propriæ voluntatis, vbi multa in hanc materiam lectu digna adducuntur. De qua, & pluribus in locis ſparſim apud S. Ephræm, alibi.

Quando igitur coram Deo in Oratione perſiſtis, caue &c.] *De reuerentia Orationis; & de euagatione mentis, ac quomodo non ſit impoſſibile, mentem ne euagetur, reprimere, legatur S. Baſilius Magn. lib. de Inſtit. Monach. cap. 57. Chryſoſtomus ſermonib. de orando Deum, ſiue de Oratione, Tom. 5 aliiſq; in locis de oratione à me ſuprà citatis. Iohan. Caſſianus diuerſis capitibus, Collat. 9. & Nilus Abb. pluribus capitib. de Orat. Ipſeq; auctor noſter Ephræm in Serm. atque tract. de Oratione, antea adduct. Nec non in ſua ad monachos Catecheſi, quæ incipit: Venite dilecti mei, &c. locus huc faciens, eſt ſub finẽ Catecheſ. Quomodo porrò ſine intermiſſione orandum ſit, & quocumque tempore piis ad Deum precibus (quod hic vult Ephræm) recurrendum, pulcherrimus reperitur locus in Sermone aſcetico ad pietatem exercente B. Maximi Monachi & Confeſſoris, quaſi in medio; vbi Frater interrogat Senem, quanam ratione mens ſine intermiſſione orare poſſit? vbi hoc optimè deducitur, & explicatur.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Quomodo Anima* quando tentatur ab hoſte, debeat cum lachrymis, interpellare Deum.

*al. Sermo, Quomodo Anima cum lachrymis debeat orare Deum, quando tentatur à Diabolo.

2. Cor. 11.

*al. ne quando dicat aduerſarius, &c.

*al. Immenſum pelagus eſt, largiſſima curationum tuarum gratia.

Anima anguſtiis tentationum preſſa, ad te recurrit Sancte Domine, & cum lachrymis, tuum implorat auxilium, aduerſus corruptorem inimicum; & cum omni humilitate ſupplex te inuocat, contra affligentem ſe aduerſarium. Quoniam igitur audacter ad te accedit, celeriter exaudi eam; & quia ſummo deſiderii affectu ad te confugit, illam ſedulò viſita & protege. Si enim afflictam deſpexeris, perit. Si in anguſtiis conſtitutam audire diſtuleris, iam deficit. Si verò miſerationibus tuis viſitaueris illam, inuenitur. Si reſpexeris illã, ſaluatur. Si exaudieris illam, corroboratur. Aemulare pro illa, quoniã tibi deſponſata eſt. Hoc etenim Paulus Apoſtolus, qui illam deſpondit tibi, affirmat, dum ait, te immortalem Zelatorem eſſe. Ne ergo deſpexeris illam, ne quando * arbitretur inimicus te illi libellum repudii dediſſe, atque abs te dimiſiſſe. Erudi me Domine, propter miſerationes tuas, & ne tradas me obſecro in manus corruptoris. Ecce enim intellexi cogitationes meas de longè, nec in me quicquam boni comperio, quod in conſpectu tuo memorari poſſit, niſi hoc ſolum, quòd præter te, alium ignorem. Immenſa* latitudo atque profunditas, eſt gratia curationũ tuarum, qui omnibus ad te venientibus ſanitatẽ largiris. Sanantur ſæpius, miſerationibus tuis mea vulnera, quæ eadem rurſus propriæ negligentiæ vitio, putreſcũt. Nũc obliuiſcor medici,

A dici, dum ſanus ſum; qui idem & mei obliuiſcitur, in ægritudine mea. Quòd enim
malè te habeant peccata mea, quodque miſericordiam conſecutus, te iterum ad
iracundiam prouocem, ſcio; & quod ex immenſa pietatis tuæ clementia me toleres
non ignoro, inſtar indulgentiſſimæ matris; quæ licet irritetur à ſuo infantulo,
non tamen ob id deſpicere illum poteſt; vincitur enim viſceribus pietatis. Si
ergo ſic illa; quanto magis indulgentia tua? Ecce Domine, & volucrum viſcera
ſuper pullos ſuos funduntur, illoſque certis horis viſitant, & eſcam eis deferunt,
elaborantque vt nutriant illos, proprijs enim ſuperantur viſceribus. Quòd ſi animalia
rationis expertia, adeò indulgẽtia ſunt; quanto amplius infinitis partibus,
gratia tua viſceribus pietatis victa, omnium ad ſe accedentium & verè eam requirentium
B miſerebitur? Ecce rurſus fons aquis abundans, indeficienter ſcaturiens,
affatimque cunctos ad ſe venientes potans, laudẽ ab hominibus promeretur. Nec
tam in fontem laus ea redundat, quod gratis potum cunctis exhibeat, quàm in te
potius, qui eius affluentiæ merito, laudaris. Clarum enim eſt, quòd per beneficiũ
gratiæ tuæ, potum ille vbertim præbeat. Ecce immenſum miſerationum tuarum
pelagus, fons iſte deſignat, vt qui cæleſtes corporeaſque virtutes liberaliſſimè nutris,
omnemque ſpiritum prouidè diſponis. Et cùm laudibus humanis non*indigeas,
neque glorificatione vllius rei creatæ, glorioſus enim es in ſubſtantia maieſtatis
tuæ, & magnificentia gloriæ tuæ; Charitas tuæ noſtrę ſalutis cupidiſſima,
ſeipſa ad nos inclinat, vt dum ea à nobis glorificatur, in ipſa quoque nos magnificemur,
laudeque ac gloria per illam potiamur: Certus ſum enim, quòd hæc charitas
gratiæ tuæ, præſtoletur atque ſuſcipiat omnem ad accedentem. Cumque o-
C mnia pręnoſcas Domine, accedentis ad te cor intueris, ſiquidem exuit mundum:
priuſquam enim pertingat ad ianuam, tu ei aperis. antequam tibi procidat, manũ
ei præbes. antequam lachrymas profundat, tuas ſuper illum miſerationes effundis.
antequam ſua tibi debita confiteatur, indulges atque remittis. Non improperas
illi, dicens: quo pacto tranſegiſti tempus tuum? quomodo ætatem conſumpſiſti?
Non perquiris quantitatem libelli, in quo deſcripta ſunt peccata eius. Non
reuocas in memoriam, quantum te per ſuam exacerbauerit negligentiam. Non
exprobras, quantum tua ſpreuerit ipſe beneficia: at humilitatem potius atq; clamorem,
& bonum affectum cordis eius proſpiciens, clamas: Citò proferte ſtolam
primam, & induite illum, & mactate vitulum ſaginatum. Ad requiem atque
lætitiam eius conueniant Angeli, congaudeantque ſuper inuentione filij
perditi, ac conuerſione antea errabundi hæredis. Et velut negotiatorem ali-
D quem cum multis opibus ad propria remeantem; ita peccatorem ex tota anima
ad te confugientem, ſuſcipit gratia tua. Cupit certè videre lachrymas, ſititque pęnitentiam
intueri, gratulans ijs qui ſeriò pœnitentiæ ſtudio ſe dedunt. In me igitur
Domine, immenſa pietatis tuæ viſcera oſtende; & remitte mihi, vt ab impij
corruptoris liberer nexibus, quippe qui vbi me vulnerauerit, illicò & ſtans cominus,
irridet me. Et ſicut in mari turbato, diſcipuli ad te confugerunt, teque excitarunt,
& per benedictam vocem oris tui, procella venti ceſſauit, & tempeſtas maris
facta eſt tranquilla: ita quoque exaudi lachrymas meas, quoniam die noctuque
ſuſcitant te. Annos duodecim medici laborantes, non potuerunt curare fluxum
ſanguinis, moleſtiam potius quàm ſanitatem ægrotanti præbentes. At quod non
potuerunt illi, tu præſtitiſti, & quæ illi confundebant, tu ſanaſti, remediaque abſ-
E que vllo labore largitus es. Cùm enim mulier illa fidei plena, ſe putaret latere;
clam ad veſtimenti tui fimbriam tangendam, acceſſit. Non quidem ſanctum tuũ
corpus attigit; ſed ſola veſtis tuæ ora, curationem illi præbuit, & liberationẽ à dedecore
multorum medicorum. Libera*obſecro, & afflictam animam meam, ab
improperijs tribulantis me inimici, pijſſime medice. Oſtende in membris meis,
infinitam ſapientiam tuam; & vulnera animæ meæ ſana, & incontaminata cuſtodi,
eiſq; virtutũ decorem iugiter inſere. Prædicetur in me diuina gratia tua; quoniam
ipſa me liberauit, ô Agne immaculate, qui pro ſalute totius mundi occiſus
es, cælumque ac terram pacificaſti. Ne me quæſo ad te importunè accedentem,
abieceris, neque exprobrans mihi dixeris, in die illa terribili atque tremenda,
quid mea cauſa paſſus ſis, quando nobis peccatoribus dices: Noſtis quid pro vobis
ſim perpeſſus: Cùm enim inuiſibilis eſſem, vobis me videndum exhibui, cùm im-

Pulcherrima à minori ad maius; Comparatio.

Alia Comparatio à minori.

*al. indigeat, vt referatur ad fontem, vel gratiam.

Luc. 15.

Matth. 8.

Matth. 9. Marc. 5. & Luc. 8.

*al. libera & me obſecro, à confuſione & improperio affligentis me inimici, &c.

mortalis eſſem, propter vos morte condemnatus ſum. Cùm nullum in me peccatum cadere poſſet, propter vos accuſatus & iudicatus ſum. Cum omni crimine eſſem vacuus, propter vos alapis cæſus ſum: ita cùm crucifigerer, nõ iraſcebar; cùm irriderer, non maledixi. Ego Dominus veſter, in quem omnino nullum cadere poterat peccatum vel crimen, propter peccata veſtra ac ſcelera, iſta omnia ſuſtinui: vos autem qui rei eſtis, quid pro me perpeſſi eſtis? Et propterea, ad hæc nullus veſtrum excuſationem habet. Sed memineris Domine, iſta te omnia ſuſtinuiſſe noſtra cauſa, propter infinitam pietatem tuam, bonitatemq́ue ac iuſtitiam, & non propter vlla noſtra opera bona. Vt enim tunc pro nobis traditus es, bonus, ſanctus, & omnis peccati exors, & nunc idem es Domine. Neque enim mutabilis eſt, ſumma pietas diuinitatis ac clementiæ tuæ, quam habes ſecundum naturam. At nos, & tunc impij atque improbi, & nunc peccatores & infirmi ſumus. Munus ergo, quod nobis per immenſam pietatem tuam donaſti; à nobis quæſumus, ne abſtuleris. Nam ſi tunc quidem propter noſtram iuſtitiam liberaſſes nos, nunc verò quia peccauimus, iccirco iraſcereris, & gratiam tuam à nobis auferres; meritò diceremus, tunc noſtra iuſtitia liberaſti nos; modò autem, quia peccauimus, receſſiſti à nobis. Verùm, vt iam dixi, & tunc impij fuimus, & modò peccatores ſumus. Donum ergo iſtud, quod nobis, benignitate illa tua largitus es, in finem vſque firmetur in nobis. Equidem Domine, cum afflictione & attritione animi mei, iam etiam atque etiam clamo ad te; atque aduerſus hoſtẽ meum, te interpellare cogor. Reſpice Domine, & eſto mihi refugium, illiuſq́ue prædones, qui ſingulis horis perterrefaciunt me, tua increpatione coerce; diſtrahunt enim me, atque ad res inanes attollunt, & non compungor. Impediunt me, neque vt te implorem, ſinunt. Norunt enim, ſi cum gemitu ac lachrymis ad te clamauero, ſe non poſſe ſubſiſtere. Hei quid agerem miſer; cui, cum adeò graui aduerſario, ad luctam prodeundum eſt. Sed me felicem, qui tuæ protectionis dextera conſeruor atque defendor, à quo in certaminibus præmia parantur vincentibus. Baſiliſcus quidem beſtia vtrimque nocens eſt, aſpectu ſcilicet, & acerbitate morſus. Sed iſte Draco ex parte vtraque, illo nequior eſt, & pernicioſior, in lucta & impudentia. At virtus tua ſancta, Domine, quæ deuorauit virgas, in dracones mutatas, increpet & draconem iſtum, qui impudenter admodum mihi inſidiatur, cum ſumma improbitate pugnæ, qua tamen ingentem theſaurum operatur ſuſtinentibus atque vincentibus: & vexatio quam eius afferunt comminationes, latentem continet felicitatem. Nam iſtius quidem ſeculi gaudium triſtitia atque dolore plenum eſt. Quæ autem ſecundum Deum triſtitia eſt ac gemitus, gaudium ineffabile, vitamq́ue æternam conciliat. Semper infirmus fui, indeſinenterq́; infirmor Domine, ſed indeficiens tua gratia aſſiduè viſitat, & ſanat me. Horis quoque ſingulis neglexi ac negligo mercedem curationum eius, cùm omnem pretij æſtimationem excedant remedia gratiæ tuæ, quæ tu gratis donas. Et quoniam lachrymis ipſa largiris, da & mihi obſecro, per meas lachrymas, curationem animæ meæ: Perſpicuum namque eſt omnibus, ſeculum hoc pręſens, caueæ vbi cum beſtijs certatur, eſſe perſimile, vbi validus ille Draco cum omnibus decertans, ab aliquibus quidem ſuperatur & conculcatur, pleroſque autem vincit, & peſſundat ipſe; à quibuſdam deijcitur & irridetur, nõnullos deijcit & ſubſannat ipſe. Atque alij quidem ex colluctatione cum illo ſuperantur, alij verò coronantur. Hi quidem per acerbitatem eius, æternæ vitæ dulcedinem cõſequuntur, alij autem dulcedine atque blanditijs ipſius emolliti ac deliniti, amaritudinem ęternorum ſuppliciorum incurrunt. Alij ſumma rerum omnium paupertate, ipſum facilè proſternunt, & vincunt. Alios verò terrenarum rerũ cupiditate deuinctos, ipſe proſternit ac ſuperat. His, dum ex animo Deum concupiſcunt, leuis ac nulla eſt illius pugna; At mundo affixis, eadem grauis eſt & intollerabilis. Beati illi, qui Deum ex toto corde diligunt, & per dilectionem eius contemnunt vniuerſa. Beati item, qui die noctuq́ue peccata ſua lachrymis abluunt, vt à ventura ira liberentur. Beati, qui ſponte ſua, ſe hîc humiliant; quoniam illic exaltabuntur in patria cæleſti. Beati, qui hîc continentes fuerint, quoniam ibi delitiæ paradiſi eos manent. Beati, qui hîc ſua corpora ſponte in vigilijs & exercitationibus virtutis afflixerint, quoniam illic paradiſi exultatio ijs parata eſt. Beati, qui ſponte facti

ſunt

Matth.26.&27.
1. Pet.2
Tit.3.
2.Tim.1.&c.
Baſiliſci cum Dæmone comparatio.
Exod.7.
2.Cor.7.
Matth.19.
Matth.3.
Luc.18.
Matth.25.

ſunt templa Spiritus ſancti; quoniam illi ad dexteram ſtatuentur. Beati, qui charitatem 2.Cor.3.
Dei, corde & animo poſſederint; quoniam ipſi amici Chriſti vocabuntur.
Beati, qui ſeipſos mundo, & concupiſcentijs eius crucifixerunt; quoniam die ac Galat.5. Pſalm.1.
nocte meditatio eorum in Deum defixa eſt. Beati, qui verè lumbos ſuos præcinxerint, Lucæ.12.
lampadeſque ſuas preparauerint, exſpectantes Dominum ſuum, quando Matth.25.
reuertetur à nuptijs. Beatus, qui mentis oculis ſpeculari potuerit futura cæleſtis
gaudij bona, & contra, ſuppliciorum æternorum gehennæ mala; omnique ſtudio
ad illa conſequenda, & hæc euitanda contenderit. Beatus, cui ob oculos aſſiduè
extrema illa hora horroris atque formidinis plena verſatur, ſtudetque placere
Deo dum tempus adhuc ſuppetit. Beatus, qui tanquam omnis perturbationis, Galat.6.
& immoderatæ affectionis expers, vitam Angelicam in hoc mundo duxerit; vt
B cum Angelis in die illa, æterno cæleſtis vitæ gaudio perfrui poſſit. Conemur ergo
fratres, ſuperna ſolum contemplari, ſuperna ſapere, ſuperna cogitare, de ſupernis
diſſerere, ſuperna animo voluere, ſuperna meditari; ſuperna ſentire & intelligere,
ſuperna loqui, ſuperna perficere, ſuperna pertractare: in omnibus & per
omnia conuerſationem noſtram in ſupernis habere, ſuperniſque adſueſcere. Caueamusque
ad inferiora obtutus conuertere, vbi voluptates blandæ ac noxiæ,
concupiſcentiæque inanis atque mortiferi ſeculi huius prauæ, dominantur. At
præclarum eſt, oculis cordis ſemper videre atque proſpicere, ne quid noxij vnquam
in pupillam oculi incidat; mentiſque aciem cogitatio aliqua improba, aut
quid aliud indignum ac Domino Deo diſplicens, perturbet, obtenebretque. Sed
C audi quæſo, qui legis, de meipſo autem loquor; & quid perpetuò cogitandum ſit
nobis, accipe: Habemus Angelos quos iugiter cogitemus, habemus Archangelos,
habemus Poteſtates atque Virtutes, habemus Dominationum gloriam, habemus
Cherubim, & Seraphim, habemus nos ipſos. Habemus Deum ac Dominum
vniuerſorum, bonumque ac ſanctum nomen eius. Habemus Prophetas, habemus
Apoſtolos, habemus ſancta Chriſti Euangelia, diuinoſque ſermones eius.
habemus Martyres, habemus Sanctos omnes. habemus Confeſſores, habemus
ſanctos Patres noſtros & Patriarchas. habemus Paſtores, habemus ſacerdotes, habemus
denique cęlos, & omnia quæ in eis ſunt. Hæc meditare ſemper, in iſtis mẽtem
ac cognitionem tuam omnem iugiter defige. Eriſque filius Domini ac Dei
altiſſimi, gratia Domini ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Cui ſit gloria & imperium,
nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

D

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

Anima anguſtijs tentationum preſſa, quomodo ad Deum recurrere debeat, valde eleganter ac pte hic demonſtrat S. Ephræm. De quo, etiam videre licebit S. Baſilium Magnum, non in vno loco, ac præſertim in Moralibus, vbi de Tentationibus homini ſuperuenientibus agit, & quomodo ſe in ijs gerere oporteat, Regula 62. cap. 2. 3. 4. & Regula 63. cap. 1. &c. Nec non Gregor. Nazian. in oratione 17. in ordine, ad Ciues Nazianzenos, graui timore perculſos, vbi inter alia docet ægram atque afflictam animam Deo propinquam eſſe, &c. Eandemq; ſententiam in priore ad Cæſarium fratrem epi- E *ſtola recenſet, eamq; ibi Petro Apoſtolo attribuit, in hac verba ſcribens: Anima namque afflicta, Deo vicina eſt, inquit Apoſtolus Petrus, vbi hac de re præclariſſimè diſſerit, &c. Sed eam in neutra Epiſtolarum Petri reperire potui. Annotat autem ibi Elias Cretenſ. hunc locum ex eo libello ſumptum eſſe, qui Doctrina Petri inſcribitur, &c. Huc quoque faciunt, quæ idem Nazianzenus longo Carmine, de animæ ſuæ calamitatibus conſcripſit Tom. 1. Et Chryſoſt. Homil. in Pſal. 9. ſuper illa verba: Patientia pauperum non peribit in æternum, &c. ac in illud Pſal. 93. Quis conſurget mihi aduerſus malignantes, &c. & Homil. 42. 62. 63. 64. 65. 67. ad popul. Antioch. Item in Orat. de Anima, eiusq; humilitate, ſub finem Tom. 5. & Doroth. Serm. 13 de tentationibus conſtanter perferendis.*

Annos duodecim medici laborantes, &c.] *Vbi in alio manuſcripto cod. Græc. pro* ἔτη δώδεκα, *reperi* ἔτη δέκα ϗ ὀκτω, *annos decem & octo Verùm altera lectio, de numero duodenario, magis placet, cùm & ille numerus ex communi ferè ſententia Patrum. pertineat ad Hæmorroiſſam; ſicq; paſſim legatur iſte locus ſcripturæ, Matth 9. Marc. 5 & Luc. 8.*

Neque exprobrans mihi dixeris, &c.] *Al. Neque improperans mihi obieceris, quid pro me ſi paſſus: In die enim illa terribili ac metuenda, nobis dices peccatoribus: Noſtis, &c.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Timore Animi.

Admirabilis S. Ephræm humilitas, atque modeſtia.

Narratio de ſeipſo.

Iob 8.14.
Pſal.101.143.

Colloquium Dei cum Anima S.Ephręm.

Matth.25.

Animi ſui timorem explicat.

Deflet ſeipſum amarè, & diuinam miſericordiam implorat.

EGO Ephræm peccator, ignauus ac piger in certamine ſpiritali, in quo aſſiduè ob negligentiam meam animique torporem vincor, vobis ſtrenui pugiles, Deique amantiſſimi fratres, ingentem animi mei timorem atque tremorem, qui quodam die me miſerum atque diſtractum, tardumque ac deſidem inuaſit, recenſere volo. Solus ſedebam in loco quodam quieto atque ſublimi, & inanes huius vitæ curas, tumultus, ac perturbationes mente reuoluebam. Et illachrymans dicebam: quomodo vita hæc noſtra velut vmbra fugit, & inſtar velociſſimi curſoris pertranſit, & tanquam flos matutinus marceſcit? Rurſuſque cum dolore ac gemitu; quomodo, inquam, ſeculum hoc prætereat, dum interim ignauia, rebuſque ac cogitationibus inutilibus diſtrahimur, neſcimus. Hæc dum mecum expendo, repentè oculos in cælum ſuſtuli, & pænè à ſenſibus alienatus, magno cum timore perculſus, oculis cordis Dominum meum ſumma in gloria ſedentem proſpexi, & ſic animam meam compellātem audiui: Quamobrem ô anima, cæleſtem tuum thalamum lumine gloriæ plenum contemnis? Cur ô anima, ſponſa mea, me immaculatum & immortalem ſponſum tuum odiſti? Cur ô anima, ſpernis illa bona, quæ ego in lumine vitę pręparaui tibi? Cur ô anima, te à me per res & cogitationes indecentes, atque inutiles alienaſti? Cur, omni cum ſtudio ac gaudio aduentum meum non præſtolaris? Cur ô anima, manibus tuis lampadem ardentem non tenes, exſpectans dum vocem illam audias: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei cum lætitia? Cur non feſtinas tibi veſtem decoram dignamque ad nuptias parare? Cur, cum gaudio ſanctum illum cæleſtem thalamum non ingrederis? Cur ô anima, me qui bonus ſum, & te à morte in vitam aſſerui, odiſti? Ego anima, tui cauſa mortem opetij, vt te ſpōſam mihi conciliarem. Ego anima, regnum tibi hæreditarium, quod omnibus bonis abundat, acquiſiui. Ego anima, homo propter te factus ſum, vt vitam tuā à corruptione liberarem. Ego anima, ſalutem tuam cunctis operibus meis ſemper prætuli. Ego anima, cæleſtem tibi thalamum præparaui, Angeliſque mādaui, vt in eo coram te miniſtrarent; vt cum gaudio illuc ingrediaris. Tu verò ô anima, me cæleſtem tuum ſponſum, & ineffabilia quæ tibi paraui bona, ſpreuiſti. Sed quem quæſo præferre mihi potuiſti: qui res omnes creatas mea indulgentia conſeruo? Quis pater vitam donat vt ego; quem tu anima reliquiſti, & inimicum odioque digniſſimum concupiuiſti? His ego fratres chariſſimi, in illa hora coram Domino conſtitutus, vehementer cōtremui & expaui; pręſertim dum formidabilia illa Domini verba, maximamq; animi mei confuſionē atq; turbationem animaduerterem. Vnde defecit præ timore atq; confuſione anima mea, cogitabamque vbi me abſconderem; quòd tantam ignominiā ferre nequirem, dicębamque apud me: Venite mōtes, & me peccatorem ac impiū operite. Et demiſſo capite confuſus, alta voce meipſum deflere lamentabiliter cœpi, dicens: Cur ego inquiens, ex vtero matris prodij, vt Dominum meum ſanctum & bonum atque miſericordem exacerbarem? Cur conceptionem in vtero matris, & corporis incrementum, donaque cæleſtia, ac ſancta gratiæ tuæ remedia, quæ dediſti Domine, contempſi? Flens tamen procidi, & cum planctu ac dolore cordis mei illachrymans rogaui & exclamaui: Exaudi Domine fletum meum, & ſuſcipe verba deprecationis meæ, quæ ego peccator timore perterritus, coram te loquor clementiſſime, mitiſſime, & miſericordiſſime Domine. Ne feceris mihi obſecro, ſecundum cuncta opera mea, neque memineris iniquitatum mearum, quibus ego gratiam tuam benigniſſime Domine irritaui. Tantum mihi peccatori, hominum amator optime, tempo-

temporis concede, vt pœnitentiæ ſpatium habeam. Gratia tua, quæ delicta iuuẽtutis meæ tulit, & ſenectutis nunc errata perferat. Noui ego iuſiurandum tuum clementiſſime Domine, quod per temetipſum iuraſti, dicens: Viuo ego, dicit Dominus, quia nolo mortem peccatoris & impij; ſed magis vt conuertatur ab omnibus iniquitatibus ſuis, & viuat. Iuraſti hominũ amator optime, pro tuis miſerationibus, te mortem peccatoris nolle; ſed potius vt conuerteretur & viueret. Miſerere igitur mei peccatoris, qui adiuro te per miſericordię tuę viſcera, vt mihi propitius ſis, atque ignoſcas. Miſerere mei Domine, & ne adiurationis meæ, te libertas offendat. Tu qui corda ſcrutaris & renes hominum, noſtraſque cogitationes perſpicis; noſti me acerbiſſimo animi dolore coactum, iſta auſum in conſpectu tuo eloqui. Reſpice ô Chriſte Saluator, fontes lachrymarum mearum, contritioneſque ac gemitus indignæ meæ animæ. Veniat præceptorum tuorum iuſſio, & me protegat, antequam formidabili iuſſu tuo, imparatus atq; confuſus deprehendar. Concedat mihi gratia tua, exiguum tempus veræ pęnitentiæ. Nequit clementiſſime Domine gratia tua peccatorem deſpicere lachrymantem. Ignoſcit omni animæ, quæ ſupplex ad te recurrit; & peccatorum quæ patrauit, veniam implorat. Exaudiuit ſanctus, & benignus Dominus vocem meam, & ploratum lachrymarum mearum, & miſertus eſt mei. Et nũc me reſpice, vt longanimis & miſericors Dominus; vt ego quoque fructum pœnitentiæ referam. Quamobrem ſupplico Domine, vt veræ pœnitentiæ ſpatiũ mihi largiaris. Suggerit mihi quotidie viam ſalutis, & numquam non me ad vitam trahit Saluator meus, vt ſaluus fiam. Quoties in mentem mihi venit illius diei ac horæ, in qua me repente timor hic inuaſit totus horreo, lachrymor, ac ingemiſco. Iterum mox omnium ſimul obliuiſcor, & precum, & lachrymarum, & timoris, & ſpatij pœnitentiæ mihi largitate diuinæ gratiæ, conceſſi. Sed vnde mihi iſta duritia, & negligentia? vnde tanta obliuio? vnde ita ſubitò fio impudens, & timoris expers, elatus, & iracundus? adeò vt planè nec timor Dei, nec iudicium futurum mihi verſetur ob oculos? Numquid iniuſtus eſt Deus? Nunquid diſſimulat, aut non intuetur opera mea? abſit. Omnes vos rogo obteſtorque, amici Dei, & fratres mei chariſſimi; vt pro me homine peccatore & minimo, apud Deum miſericordem, & benigniſſimum, intercedere velitis. Quæ mihi acciderũt, vel ideo patefeci vobis, vt per vos miſericordiam à Deo obtineam. Neque dubito, quin ſi volueritis, mihi peccatori, veſtris apud Deum orationibus & ſupplicationibus, ſuccurre poſſitis. Noui multorum deprecationes apud Deum, etiam Apoſtolos è carcere & vinculis, & morte liberare valuiſſe. Quanto magis vos me peccatorem & impium à morte liberabitis? Succurrite ergo qui temetis Dominum, preces veſtras pro me peccatore fundite, vt Diuina gratia in anima mea reſplendeat, mentemque tenebris circumfuſam illuminet, promptuſque ac dignus efficiar precibus veſtris mediantibus, qui pœnitentiam agam, & veniam merear. Et adueniente diuina gratia, dulceſcat omnis amaritudo mea. Gratiæ enim præſentia, ſimul cũ cordis cõpunctione, animi dulcedinem & tranquillitatem affert. Exhilarent vndæ diuinæ gratiæ, iubarque Sancti Spiritus, noſtra pectora; faciuntque vt anima repentè omnium rerum terrenarum, cupiditatumque carnalium ac noxiarum obliuiſcatur. Foueant igitur vndæ diuinæ gratiæ intellectum ſimul & animam. Similiſque eſt gratia Dei in anima noſtra, horto regio pulchris arboribus, & fructibus bonis pleno, qui tum ſapore, tum odore, tum iucunditate & pulchritudine ſua, mirificam cũctis ſenſibus delectationem ac recreationem afferunt. Ita & diuinæ gratiæ fructus ac medicamenta nobis ſplendorem, dulcedinem, lætitiamque præbent. O beata illa anima, quæ operibus diuinę gratiæ reſplendet; illuſtratur enim eius ſplendore, afficitur dulcedine, contemplationiſque ac ſuauiſſimi illius odoris gaudio perfunditur. Iterum dico: O beata illa anima, quæ cunctis diuinæ gratiæ muneribus ornata eſt. Nihil anima illa intuetur in terra, ſed tota defixa hæret in Deo. Cùm neque ſponſi ſuauitas & gratia, illam aliorſum ſe vertere permittat. Ecce rurſus ad fores Domini mei procido, ſupplicans, obſecrans, atque adorans, & cõtinuè dicens: Ignoſce mihi ſcelera atque delicta mea, clementiſſime Domine. Expedit enim ſupplici ſeruo, poſteaquam peccauit, non effugere manus Domini ſui, ſed omni potius cum ſubmiſſione & humilitate cordis, ab eo veniam exſpe-

Ezech. 18.

Ibidem.

Pſalm. 7. & Hierem. 11. 17. 20.

Diuinæ gratiæ efficacia, atque præſtantia.

Gratia Dei in anima noſtra, horto Regio quomodo ſimilis.

Laudatur anima, diuinæ gratiæ muneribus decorata.

Ephræm ſupplex ad Dominum recurrit, & pro delictorum venia inſtat.

A ctare. Nam ſic etiam homines delinquentibus ſeruis ſuis offenſas ignoſcere conſueuerunt. Quòd ſi homines mortales, & improbi, errata conſeruis ignoſcunt; quanto magis Dominus noſter ſanctus & bonus, vniuerſorum conditor, omniumque creator Deus, cuius miſericordia, & manſuetudo, ac pietas, atque clementia eſt infinita, iniquitates atque delicta cunctis peccatoribus remittet, qui ſupplices ad eum aſſiduè confugiunt? Theſaurus ſiquidem miſericordiæ eius, ſaltem modicam animi noſtri reſipiſcentis atque dolentis de peccatis, requirit promptitudinem; & mox ſuas profundit diuitias, in requirentes illum cum contritione: Nam ſimilis videtur theſaurus ille fonti vberrimo, qui aquam haurientibus abũdè præbet. Vnde facilè eſt cuiuis, explicare, quo pacto fons ille, diuinæ miſericordiæ fonti comparetur. Quemadmodum enim fons neminem ab aqua ſua arcet; B ita gratię theſaurus, nullum prohibet hominem, cur minus pariceps illius reddatur. Modò igitur voluntas accipiendæ gratiæ adfuerit, illicò totus theſaurus gratiæ patebit. Haurite ex hoc fonte, Chariſſimi, cæleſtium donorum riuos atque fluenta, dum licet. Tempus enim veniet & hora, quando ex eo bibere, ac ſitim extinguere, planè nemini licebit. Quæſo obteſtorque vos, hæredes Dei, & Chriſti fratres, vt mei memineritis, aſſidueque pro me Deum ac Saluatorem exoraueritis; vt per Chriſtum, ab hoſte maligno, qui me ſingulis horis oppugnat, liberer. Sanctiſſimæ Trinitati ſit gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Argumentum à minori ad maius, valde efficax.

Theſaurus diuinæ miſericordiæ, vberrimo fonti ſimilis.

Ex fonte diuinæ gratiæ, hauriendum atque bibendum.

SCHOLIA.

ANimi ſui timorem Auctor explicat, quæq; ipſi quodam die ac loco, extra ſe rapto euenerant, dum C *ſeculi huius vanitatem rerumq; humanarum fugacitatem atque incertitudinem altiori mente reuoluit, cæleſtiaq; profundius contemplatur, hic enarrat. Et inter alia, Deum ſibi in ſumma gloria apparuiſſe piè fingit, ſuamq; animam multis verbis conſolatorijs allocutum fuiſſe; cuiuſmodi ſunt, quæ hic ab eo adducuntur plurima, magnam pietatem, ardentemq; ſpiritum redolentia: & talia quidem quæ legentibus vel audientibus etiam animum quantumuis obduratum emollire, lachrymasq; ex oculorum palpebris excutere poſſint. Tota enim oratio affectibus vehementibus, verbisq; ac ſententijs ad mouendos animos plurimum facientibus, referta eſt, ac ad Compunctionem fidelis animæ, cumprimis valde accommodata. Et ſiue hortatoria ac conſolatoria illa Dei verba ad Animam, ſiue etiam ſuſpiria ac lachrymas, conuerſionemq; piæ ad Deum Animæ, conſideres; pulcherrimum tibi vitæ in melius commutandæ ſpeculum hinc propoſitum habebis. Scripta autem ſunt iſta ab Ephræm iam ſene, quod ipſe in corpore orationis ſatis inſinuat, vbi ait: Gratia tua quæ delicta iuuentutis meæ tulit, & ſenectutis nunc errata perferat, &c. adducitq; ibi non pauca eaq; pulcherrima, in laudem Diuinæ gratiæ, qua fidelem animam vult eſſe munitam atque decoratam. De qua, ex profeſſo in ſequent. poſtea.*

Noui ego iuſiurandum tuum, quod per teipſum iuraſti clementiſſime Domine, dicens: Viuo D ego dicit Dominus, &c.] *Verba illa iuriſiurandi, ad quæ alludit Ephræm, ſunt Ezechiel 18. & 33. vbi tamen aliter atque aliter legitur: Nam in extrema parte cap. 18. eſt;* Nolo mortem morientis dicit Dominus Deus; reuertimini & viuite.] *atque ita in Lat. vulg. vbi tamen illud vltimum:* Reuertimini & viuite,] *deeſt in edit. Græc. 70. Interp. in aliquibus porrò Codicib. ibi reperitur: Nolo mortem peccatoris dicit Dominus Adonai. ſed vt conuertatur à via ſua, & viuat anima eius, dicit Dominus Adonai. atque ſic ferè Theodoritus. Auctor verò noſter Ephræm potius hic ad verba Ezechiel. 33. cap. reſpexiſſe videtur, vbi eſt: Viuo ego dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat, &c.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, E

Reprehenſio ſui ipſius atque Confeſſio.

FRatres, compatimini mihi, qui commiſerationis habetis viſcera; non enim otiosè diuina dixit ſcriptura: Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi alta atque munita ciuitas. Nam fundati regni inſtar, fortis eſt ac potens. Alibique rurſus: Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt † ſanemini. Accipite ergo cohortationem, electi Dei, ab eo qui decreuit atque promiſit quidem placere Deo, & mentitus eſt factori ſuo, vt ſuplicationibus veſtris liberer à peccatis, quæ me complectuntur ac detinent, ſanitatique reſtitutus exſurgam

Prouerb 18.

Iacob. 5.

† al. vt ſaluemini, & ſic Lat. vulg.

A ſurgam è lecto tabifici peccati: Quoniam ab infantia factus ſum vas inutile atque abiectum. Et nunc de iudicio audiens, nihil facio, tanquam offenſis ac culpis omnibus ſuperior; aliosque mea admonitione ab inutilibus deterrens, hæc ipſa duplo plura à me peraguntur. Hei mihi, in quali damnationis ſtatu reperior. Hei mihi, in quo dedecore iaceo. Hei mihi, quòd in me non eſt, id quod latet, vt id quod apparet; vnde niſi velociter commiſerationes in me diuinæ refulſerint, nulla mihi ex operibus ſpes ſalutis oſtenditur. Dum enim de pudicitia diſſero, de laſciuia cogito. Dum de puritate cordis verba facio, turpium affectionum meditatio in me dies noctesque dominatur. Quam igitur excuſationem habebo? Hei mihi, quæ qualisque mihi diſcuſſio imminet? Reuerà ſpecie tantùm pietatis amictus ſum, & non potentia atque virtute. Quo igitur ore, quaue B audacia accedam ad Dominum Deum meum; qui abſcondita nouit cordis mei? Tantis malis obnoxius cùm ſim, pertimeſco in oratione conſtitutus, ne ignis de cælo deſcendat, ac deuoret me. *Si enim eos qui offerebant coram Domino ignem alienum in deſerto, egreſſus ignis à Domino, conſumpſit;* quid ego exſpectabo, tanto delictorum pondere indutus atque circumdatus? Quid ergo; deſperabone propriam ſalutem? Abſit. Ea quippe aduerſarij eſt ſolicitudo ac ſtudium, vt cum aliquem ad deſperationem deduxerit, mox eum deijciat ſubſternatque. Ego verò non deſpero de meipſo, ſed Dei confido miſerationibus, veſtriſque pro me deprecationibus. Ne ergo deſiſtatis ab oratione, apud hominum amatorem Deum; vt à ſeruitute ignomnioſarum paſſionum liberetur cor meum. Inflammatum eſt cor meum, immutata eſt pia cogitatio mea, obſcurata mens mea: velut canis ad proprium reuertor vomitum, & non eſt pœnitentia mea pura, non ſunt mihi in oratione lachrymæ. Dumque ſuſpiro, ſicco † faciem meam C verecundiæ rubore ſuffuſam. pulſo pectus meum domicilium paſſionum. Gloria tibi, qui ſuſtines. Gloria tibi longanimis. Gloria tibi clementiſſime. Gloria tibi benigniſſime. Gloria tibi optime. Gloria tibi, qui ſolus es ſapiens. Gloria tibi, qui animarum ac corporum benefactor es. Gloria tibi, qui ſolē oriri facis ſuper malos & bonos, pluiſque ſuper iuſtos atque iniuſtos. Gloria tibi, qui cunctas nutris gentes, omnemque naturam humanam, tamquam hominem vnum. Gloria tibi, qui volucres cæli paſcis, & feras atque ſerpentes, ac aquatilia, velut paſſerculum vilem: Omnia enim in te ſperant, vt des eſcam illorum in tempore opportuno. Magna quippe tua eſt poteſtas, & miſerationes tuæ, ſuper omnia opera tua Domine. Ideo precor Domine, ne me abijcias cum ijs, qui tibi dicūt: Domine Domine; & voluntatem tuam non faciunt; precibus & interceſſione omnium, qui in D conſpectu tuo gratos ſe atque acceptos reddiderunt. Tu autem noſti latentes in me paſſiones. Tu vulnera animæ meæ explorata habes. *Sana me Domine, & ſanabor.* Socios vos mihi præbete fratres, in orationibus. Miſerationes à Dei bonitate depoſcite. Animam à peccatis exacerbatam, dulceſcere facite. Ex vera vite, vos qui palmites eius eſtis, tradite ſitienti de fonte vitæ. Qui ipſius miniſtri digni habiti eſtis, me ad diuina eius obſequia præſtanda, corroborate. Illuminate cor meum, qui filij lucis euaſiſtis. Me aberrantem, in viam vitæ deducite, qui in ea perſiſtitis. Me intra regalem portam introducite, ſicut Dominus proprium ſeruum, qui hæredes regni euaſiſtis; quoniam comprimitur cor meum. Præueniant me commiſerationes Dei, veſtra deprecatione; antequam pertrahat vnà cum operantibus iniquitatem. Ibi quæ in tenebris, quæque in aperto geſta ſunt, reuelabuntur. Quod me tandem dedecus & rubor occupabit; E quando me condemnatum viderint, qui nunc me irreprehenſibilem dictitant? Spirituali relicto opere, paſſionibus obediui. Doceri nolo, & docere alios volo. Subeſſe recuſo, & ſubiugare ceteros cupio. Laboribus grauari renuo, & alijs imponere eos deſidero. Operari nolo, & exactorem ac monitorem operis agere volo. Honorare alios nolo, & honorari gaudeo. Improperia ab alijs ferre non poſſum, & tamen improperare ac maledicere geſtio. Contemni nolo, & alios pro nihilo habere, ac ſpernere volo. Aliorum ſuperbiam ferre non placet, & tamen ſuperbire in alios delectat. Redargui detrecto, & reprehendere amo. Miſereri aliorum nolo, & tamen commiſerationes aliunde requiro. Increpari non volo, & increpare ac obiurgare alios volo. Condemnari recuſo, & damnare alios ſtudeo.

Seipſum reprehendere ac deplangere incipit & errata confiteri.

Leuit. 10.

Alluſio ad verba, Pſal. 72. Prouer. 26. & 2. Pet. 2.

† al. refrigero faciem meam, &c.

Matth. 5.

Matth. 6. & Luc. 12.

Pſalm. 105.

Pſalm. 144.

Matth. 7. & 25.

Ierem. 7.

Ecce quanta humilitate ſeipſum, reprehendat, & peccata confiteatur.

deo. Iniuriam mihi fieri nolo, & iniuria alios afficere volo. Obtrectari mihi A non fero, & alijs obloqui cupio. audire alios non lubet, & tamen audiri opto. celebrare alios nolo, & celebrari ac prædicari volo. antecellere mihi alios non fero, & ſuperare contendo. In admonendo ſapiens, ſed non in agendo. Quæ facere oporteret, dico, & quæ nec dicere fas eſſet, facio. Quis ſuper me non ploret? Deplangite me ſancti ac iuſti; vt qui in iniquitatibus conceptus ſum. Deflete me, qui lucem diligitis, & tenebras odiſtis. Lugete me, cui tenebrarum opera placent, & non lucis. Plangite me reprobum, qui probi eſtis. clementes arbitri eum qui miſericordiam conſecutus eſt, & adhuc iudicem irritat. Plangite me, qui extra omnem reprehenſionem eſtis, iniquitatibus demerſum. Plangite me, qui bonum diligitis, & malum odio perſequimini; mala amplectentem, & bona auerſantem. Plangite me, qui vitam religioſam colitis, habitu ſolùm vitam † relinquentem. B Plangite me, qui Deo grati & accepti eſtis, ſtudio hominibus complacendi deditum. qui perfectam poſſidetis charitatem, eum qui verbis quidem diligit, operibus autem proximum odio habet. Plangite me, qui ſatagitis rerum veſtrarum, eum qui de rebus alienis curioſè laborat. Plangite me patientiæ expertem, atque infructuoſum, vos qui patientia inſtructi fructificatis Deo. Plangite me rudem atque inutilem, qui diſciplinam ac doctrinam concupiſcitis. Plangite me vt indignum, qui altitudinem cælorum reſpiciam; vos qui cum fiducia ad Deum acceditis. Plangite me, qui Moyſis patientiam habetis, hanc ſponte deperdentem. Plangite me, qui Ioſeph pudicitiam poſſidetis, eiuſce proditorem. Plangite me, qui Danielis temperantiam diligitis, ea ipſa voluntariè priuatum. Plangite me, qui patientia Iob ornati eſtis, ab hac alienum redditum. Plangite me, qui voluntariam Apoſtolorum tenetis paupertatem, C ab ea longè diſtantem. Lugete me duplicis animi hominem, ignauum ac timidum, improbumque; vos qui fideles ac ſtabiles in Deum corde eſtis. Lugete me riſu gaudentem, & luctum abominantem; qui planctum diligitis, & riſum remouetis. Lugete me, qui templum Dei immaculatum conſeruatis, illud contaminantem ac inquinantem. Plangite me, qui ſeparationis ac ineuitabilis viæ recordamini, immemorem atque imparatum ad idem iter. Deplangite me, qui in mente iudicium quod eſt futurum poſt mortem, tenetis; confitentem meminiſſe, & agentem contraria. Deplangite me inquam, hæredes regni cæleſtis, hæredem gehennæ ignis. Hei mihi; quòd peccatum non reliquit in me incolume vllum membrum, aut ſenſum quem non deprauarit: neque id eſt mihi curæ. Iam finis pro foribus aſſiſtit, & de eo non cogito fratres. Ecce reuelaui vobis D vulnera animæ meæ, nolite ergo aſpernari me ægrotum; ſed medicum pro infirmo deprecemini: paſtorem pro oue, Regem pro captiuo, vitam pro morte; vt ſalutem in Chriſto Ieſu Domino noſtro conſequar, de peccatis me detinentibus; emittatq́; gratiam ſuam, ac animæ lubricitatem confirmet. paratus enim ſum ad reſiſtendum improbis paſſionibus; & dum cum ijs confligo, doloſa Draconis malignitas contentionem firmitatemque animæ, voluptatis illecebris diſſoluit, abripiorque ab ijs captiuus. Rurſus ſtudeo eripere illum qui cõburitur, & ignis odor adhuc me iuueniliter & inconſideratè agentem, ad ignem attrahit. Rurſus conuerto animum ad ſaluandum eum, qui demergitur; & præ inexperientia, cum ipſo demergor. Medicus paſſionum dum cupio fieri, ipſemet ab ijs occupor. Loco medicinæ, ægrotantem obiurgo, ipſeque cœcus, cœcis ducatum præſtare conor: vnde multis indigeo orationibus, vt proprias mẽſuras cognoſcam, Chriſtique gratia obumbret mihi, ac obſcuratum cor meum illuminet, & pro ignorantia, E diuinam cognitionem habitare in me faciat: quoniam non erit impoſſibile apud Deum, omne verbum. Ipſe inacceſſum mare, peruium reddidit populo ſuo. Ipſe Manna pluit ijs, & ex mari coturnices, ſicut arenam maris. Ipſe ex petra duriſſima, aquam ſitientibus præbuit. Ipſe ſolus eum qui in latrones incidit, ſua benignitate ſeruauit. Miſericordia quoque in me moueatur eius bonitas, vt qui in peccata prolapſus ſum, ligatuſque tamquam vinculo à malitia. Non eſt mihi loquendi libertas, apud Scrutatorem cordis ac renum. Nemo reperitur, qui ſanare animæ meæ poſſit dolorem, niſi ipſe qui nouit profunda cordis. Quoties in meipſo terminos conſtitui, muroſque reædificaui inter me & ini-

†intellige ſecularem, ſiue mūdanam vitam.

Mira S. Ephræm modeſtia, atque humilitas, cum compunctione animi.

Luc. 1.
Pſalm. 77. &
Exod. 16.
Num. 11.
Luc. 10.

A iniquitatem peccati, & inter hoſtes qui ex aduerſo congrediuntur ad bellum? Mens ſuos præteriuit terminos, muroſque euertit; eò quòd termini non eſſent muniti timore fortioris & potentioris, murique non fundati in ſyncera ac vera pœnitentia. Vnde & iam pulſo, vt aperiatur mihi: perſiſto in oratione, vt poſtulatis potiar, ac velut impudens miſericordiam à te depoſco Domine. Tu bona præbes Saluator, ego mala retribuo. Tuam, in me peruerſum, longanimitatem exhibe. non de verbis tantummodò otioſis veniam rogo, ſed etiam de actionibus impijs, ignoſci mihi à tua bonitate deprecor. Libera me ab omni opere malo Domine, priuſquam me finis præoccupet; vt coram te gratiam in hora mortis inueniam: Nam in inferno quis confitebitur tibi? Salua animam meam de futuro B timore Domine; Commaculatamque meam veſtem, propter miſerationes ac bonitatem tuam dealba: vt & ego licet indignus prælucens, dignus efficiar regno tuo cæleſti: gaudioque illo incomparabili donatus, dicam: Gloria ei qui afflictam animam ex ore liberauit leonis, eamque in paradiſo deliciarum repoſuit. Quoniam tibi puriſſimo, ac ſanctiſſimo Deo conuenit gloria, in cuncta ſeculorum ſecula. Amen.

Diuinam miſericordiam humiliter implorat.

Pſalm. 6.

Pſalm. 21.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

PLena admirandæ humilitatis, ſingularisq; modeſtiæ, ac compunctionis animi, eſt iſta S. Ephræm de ſeipſo Reprehenſio atque confeſſio, grauiq; frequenti antitheſi roborata, qua animæ ſuæ vulnera detegit, & peccata confitetur atque deplangit, veniam depoſcit, & diuinam miſericordiam implorat, &c. Cuiuſce argumenti, aliam etiam apud eum Orationem benè longam reperies poſtea Tomo 3. vbi C *variè ſeipſum reprehendit, & peccata ſua confitetur; vitæq; ſuæ anteactæ geſta commemorat, & quæ malè egit, deplorat, & ad Deum recurrit, &c. Alia quoque eiuſdem Inſcriptionis, nimirum, De accuſatione & reprehenſione ſui ipſius, extat Oratio in ordine ſeptima apud S. Dorotheum, haud inelegans, quæ incipit: Perquiramus obſecro fratres, &c. Aliaq; ſimiles apud alios.*

Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi alta atque munita ciuitas.] *Locus eſt Prou. 18. Et in hac lectione cõcordant 70. ſicut & in ſequ. Nam fundati regni inſtar fortis eſt ac potens, &c. Ceterũ in Lat. vulg. ibi paullo aliter ſic: Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma: & iudicia quaſi vectes vrbiũ, &c. Cui non diſſimilis eſt lectio, quæ in aliquibus codic. Græc. reperitur, de quibus conſule Schol. in edit. 70.*

Inflammatum eſt cor meum immutata pia cogitatio mea.] *Vbi, pro* ἐυσεβὴς, *pia ſiue religioſa, in alio cod. Græco, eſt* ἐυτελὴς, *vilis atq; abiecta cogitatio. Verũ* ἐυσεβὴς, *hoc loco magis probatur, quadratq;.*

Dumque ſuſpiro, refrigero faciem meam.] *Quo loco, pro* ψύχω, *refrigero, recreo; alibi eſt:* ψύγω μȣ τὸ πρόσωπον, *ſicco faciem meam, verecundiæ rubore ſuffuſam, &c. Vtraque tamen lectio ſtare, & commodè hic explicari, atque accommodari poteſt.*

Plangite me habitu dumtaxat vitam relinquentem.] *Vbi, pro* καταλείψαντα *(antepenult. per (έ)* D *relinquentem; vel, qui habitu ſolum vitam ſecularem reliquit al. leg.* καταλήψαντα *antepæn. per (ή)* ἀπὸ τοῦ καταλαμβάνω, *vt ſit ſenſus: qui hanc vitam, nimirum monaſticam, habitu ſolo ſuſcepit, &c. vtrobique lectio bona eſt, & ſententia commoda atque aperta.*

Studeo eripere illum, qui comburitur.] *Pro hoc, al. ſic: Studeo me ab eo auellere qui exurit, &c. Sed quia iſta fortaſſe rectius ad alios referuntur, quorum ille ſalutem curabat, priori lectioni potius inſiſtendum videtur quemadmodum & in ſequent. eum qui demergitur, & abſorbetur, &c.*

Ille manna pluit illis, & ex mari coturnices.] *Ad duplicem ſcripturæ locum hic alluſit; ad Num. 11. ibi: Et arreptas per mare coturnices, in caſtra detulit, &c. ac Pſal. 77. ibi: Et pluit ſuper eos vt puluerẽ carnes, & ſicut arenam maris, volatilia pennata, &c.*

EIVSDEM

E S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Adhortatio ad pietatem.

CHariſſime, Diuina gratia Chriſtianus es, Serua mandata Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſaluaberis. Scriptum eſt enim: In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: Sed in omni gente, qui temet eum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Si autem volueris etiam ad perfectam vitæ rationem contendere, vt & melioribus potiaris: Scito, quòd niſi ita ſtatueris, iam te ex hac

Act. 10.

vita migraſſe, mundumque iſtum cum omni gloria ſua, inſtar vmbræ euaneſcere; A non poteris affectiones terrenas, & concupiſcentias mundanas ſuperare, quæ quidem demergunt homines in pernicem † carnis, atque perditionem. Verax enim eſt, qui ait: Si quis vult poſt me venire, abneget ſeipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animã ſuam inuenire & ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit eam propter me; inueniet eam. Quid enim proderit homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Neque enim eſt labor, fundamentum iacere, ſed ædificium perficere. Quanto enim amplius ædificium erigitur in altum, tanto maior labor relinquitur ędificanti vſque ad perfectionem operis. Audiamus ſalutarem vocem dicentem: Quis enim ex B vobis volens turrim ędificare, nonne prius ſedens, computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habet ad perficiendum: ne poſteaquam poſuerit fundamentum, & non poterit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Bellum enim militum breue: ſed monachi pugna, quoaduſque emigret ad Dominum, durat. Iccirco omni cum ſtudio ac vigilantia, patientiaque opificium auſpicari oportet. Si igitur dilectiſſime, leoni † inſidiari coneris, firmiter apprehende, ne fortè tibi confringat oſſa, inſtar vaſis teſtacei. Si verò & teipſum in mare præcipitem dederis, caue abijcias animum, donec in terram deueneris, ne fortè in profundum ſubſidas quaſi lapis. Frater ſi ad certamen ingrediaris, ſobrium ac vigilantem te præbe, ne fortè aduerſarius tuus victor euadens, ſupergaudeat tibi, & pro corona, contraria referas. Quicunque igitur cupit eſſe monachus, ad fortiter ſuſtinendum, ſe promptum exhibeat; ne ingreſſus dicat ignoraſſe ſe, quòd iſta ſibi euentura eſſent. Ecce C præſciuiſti iſta frater, vt & tu cogitationem tuam componas, ſciens quod in hoc manifeſtabitur tua † probatio. Intellige quod dicitur, frater. Ne hodie pro foribus conſiſtens, interrogatuſque dicas, omnia ſuffero: cras autem in verbis † & operibus detractes. Angeli enim Dei adſtant, audiuntque omnia de labijs tuis procedentia. Vide chariſſime, vt tua ſponte accedas, Deoque viuenti ac vero coniungaris, nemo te cogit. Caue mentiaris; quoniam ipſe perdit omnes, qui loquuntur mendacium. Hæc igitur ad Deum accedenti contingunt: primò quidem tentatio, deinde tribulatio, poſtea labor: angor animi, ac tædium, nuditas, paſſiones, anguſtia, contemptus. Atqui in his apparet patientia, atque probatio fidelium: & in his omnibus ſuperior eſt, qui ſeipſum ex toto corde, gubernationi diuinæ offert, voluntatis eius imperio ſe ſubdens. Bonum enim tantum à nobis propoſitum D poſtulat atque requirit Deus, & ipſe nobis fortitudinem ſubminiſtrabit, concedetque victoriam, ſicut ſcriptum eſt: Protector eſt omnium ſperantium in ſe. Rurſusque ait? Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus ipſum in veritate. Voluntatem timentium ſe faciet; & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Orate autem & pro nobis obſecro, vt quæ ſumus dicturi, ipſo benè iuuante, ſine reprehẽſione peragamus: Nõ enim vt occupantes locum temerè, vos adhortari ſtatuimus; ſed inuocato prius Domino noſtro Ieſu Chriſto, datore & largitore gratiæ verbi, incipimus ſermonem exercere, vt ſimul & iuuemur & iuuemus. Nam ſi medici, & qui dicuntur pigmentarij, ſiue pharmacopolæ, ſtudioſè inquirunt radices, ac ſpecies herbarum; neque tantum dico demonſtrant, ſed & in ſcriptis tradunt; & in hoc diſpenſationem Diuinam puta, in ſolatium infirmorum, ſecundum carnem. Nonne multo magis debemus theſaurum gratiæ ab eo donatum E promulgare? Nequaquam enim effugit pœnas ſeruus, qui per malitiam, talentum † Domini ſui negligens, abſcondit. At quis ſuper me non ingemiſcat, qui ficticium mihi nomen monachi attribuo? Quis ſuper me non plangat, qui pietatem & patientiam deperdidi? Et quid agam, quando me viſitauerit Dominus Chriſtus? Ideo precor chariſſimi, orate pro me ſeruo inutili, vt ex præſenti ſeculo nequam liberer; & gratia eius, mihi labia aperiat, ad glorificationem Sanctæ, ac conſubſtantialis & viuificæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Quia in manu eius, & nos & ſermones noſtri. Ipſe enim eſt, qui hominem docet ſcientiam. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Sap. 2. 4.

† al. in interitũ carnis, atque perditionis, &c.

Matth. 16.

Marc. 8.

Luc. 9.

Luc. 14.

Ibidem.

Dictum memorabile & inſigne.

† al. leonem iugulare tentes, de quo in Schol.

† al. tua patientia.

* al. in cogitationibus & locutionibus detractes.

Pſalm. 5.

Eccleſ. 2.

Pſalm. 17.

Pſalm. 144.

Elegans à minori comparatio.

† al. pecuniam Domini ſui, &c.

Mira S. Ephrem modeſtia.

Sapien. 7.

Pſalm. 93.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

BEllum militum breue; Sed monachi pugna donec emigret ad Dominum, durat.] *Inſigne & memorabile dictum, per quod duplex nobis innuitur bellum, corporis ſcilicet & animæ, ſeculare & ſpiritale, viſibile & inuiſibile, terrenum & cæleſte, intermiſſum & continuum, breue & diuturnum. Eſt enim bellum militum huius mundi, corporale, ſeculare, viſibile, terrenum, intermiſſum, & breue; At monachi, & eorum qui ſe totos Deo dediderunt, animasq; ſuas Chriſto lucrifacere totis viribus conantur pugna potiſſimum animæ eſt, ac ſpiritalis, & ferè inuiſibilis ab inuiſibili hoſte illata, cæleſtis, continua, & diuturna, donec migrauerint ad Dominum. Quod autem continuum nobis in hac vita ſit bellum, tibi Iob affirmat, cap 7. dicens: Militia eſt vita hominis ſuper terram: & ſicut mercenarij dies eius. atque ita quidem illud continuum, vt induciæ omnino ſint nullæ: quod ipſum luculenter ac grauiter inculcat demonſtratq; Chryſoſtomus homil. 3. in caput Geneſ. 1. poſt med. ibi: Iccirco & vobis magna vigilantia opus eſt, quoniam & continuum eſt nobis bellum, & induciæ nullæ, &c. Idemq; docet in homil. in Pſal. 6. oſtenditq; vitam noſtram in continuo verſari certamine, & propterea nos aſſiduè in armis aduerſus inſultus inuiſibilium hoſtium eſſe oportere, &c. Monachorum porrò bellum quomodo perpetuum ſit, & non finiatur niſi cum hac vita, habes apud eundem Chryſoſtomum homil. 57. ad popul. Antioch. de monachorum vita, &c. Ceterum quod hic Ephræm de monachi pugna dicit, tu de militia & tua & cuiuſcunque boni Chriſtiani ſaluari cupientis, intellige: cui bellum perpetuum eſt vita præſens: quare & continuo ei pugnandum eſt, vt homil 62. idem tradit Chryſoſtomus, iuxta illud Apoſt. 2. Timoth. 2. Non enim coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. & illud Matth. 10. & 24. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, &c.*

Si igitur leoni inſidiari velis, firmiter apprehende.] *Variat hic mmſſ. exempl. Græcis S. Ephræm lectio: Nam in aliquibus, pro φυλάξαι λέοντα, obſeruare leonem, aut ſi mauis, inſidiari leoni, reperitur, σφάξαι λέοντα, id eſt, iugulare leonem. Verum priorem hic tamquam magis accommodam, ſequendam reponendamq; mihi duxi: Non enim videntur rectè cohærere: iugulare prius, ac deinde comprehendere. niſi forte vtramque ſic coniunctim malueris: ſi Leoni inſidiari, atque iugulare eum coneris, firmiter apprehende. &c. Quæ lectio non improbanda, cum & cohærentia ſit optima.*

Vide chariſſime, vt tua ſponte accedas, &c.] *In alio manuſc. Græc paullò aliter ſic: Vide chariſſime, nemo te compellit: tuapte ſponte ad Deum viuum ac verum accedas, eiq; coniungaris, &c. quæ lectio etiam ſatis hic videtur accommoda & genuina.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Sermo ad pietatem, bonaque opera, Chriſti Athletam exercens.

QVi ſe verè Domino cõſecrare cupiunt, ob futuram regni promiſſionem, & ad improbi aduerſarij repellẽda tela, quibus variè ſingulorum animas impugnat; in primis fidem firmam, & ſpem certam vnuſquiſque ſecum afferat oportet, quibus nequiſſima improbi hoſtis tela ignea exſtinguere poſſit. Tametſi igitur millies voluntatem noſtram aduerſarius laxiorem atque remiſſiorẽ reddere conetur, & à ſpe atque amore in Dominum diuellere; animam diuerſimodè oppugnans, ſiue per immiſſiones tribulationum per ſpiritus malignos in ipſam animam; ſiue per ſuggeſtiones improbarum, vanarum, illicitarum, atque impurarum cogitationum: in memoriam etiam reducendo peccata priora, animamque ſic condemnando, & voluntatem ad malum relaxando; quaſi ſaluari foret impoſſibile, vt in deſperationem interim animam pertrahat: quodq; ex ea, improbarum cogitationum ſcelera pullulẽt in corde, non autem à maligno ſpiritu peccatum illi intrinſecus comminiſcente ac ſuggerente. Atque iſtud malitię ſibi propoſitæ, quam agnoſci tamen nollet, argumẽtum eſt: quandoquidem animæ mundanus adeſt ſpiritus erroris, diuino Spiritui contrarius, qui in deſperationis laqueos animam impellat: ſiue per corporis labores, infirmitatem pariẽdo: ſiue per homines opprobria & anguſtias inferendo. Et licet his omnibus malignus animam debellare conetur: ſua tamẽ in Deum fiducia homo nequaquam excidat, imò eo magis ſoli Chriſto, & miſericordi, & qui animę infirmitates curare poteſt, aſſiduè adhæreat, ſemper eum amans, ac meditans: ſicque apud ſe cogitans

Epheſ. 6.

Remedia efficacia, aduerſus tribulationes, tentationes, ſuggeſtionesque quaſcunque Diabolicas.

Firma animę in Deum fiducia neceſſaria.

tans ſtatuenſque: quòd ſi à Deo receſſero, deflectens à recto virtutis tramite, ad A
quem abire potero? niſi forſan in perditionem meipſum reddam præcipitem, &
in manus fraudulenti hoſtis. Iccirco licet infinitis gladijs igneorum telorum, &
malitiæ paſſionum, necnõ abſurdarum atque prauarum cogitationum quotidie
vnumquemque fratrum malignus impugnet; licet etiam impetum faciat vt à via
iuſtitię nos auertat relaxetque, ac in deſperationem inducat: tanto magis ad Deum
cõfugere oportebit, & ſpem in eo defigere. Nam ſic animas vult probari, quæ
ad ipſum recurrunt; vt verè conſtet, ſe omnia odio habentes, ſolum Deum dilexiſſe.
Quin & à malitia hominum, mala plurima tales perpeſſi ſunt, vt propius ad
Deum accederent, eiuſque voluntatem perficerent; vnde & amplius eorum in
Heb.11. Deum exarſit amor ac deſiderium; ita vt infinitas mortes deſpicerent, Deũ ſolum B
amantes, eumque ſolum hæreditate poſſidere cupientes. Omne quoque ſtudium,
Pſalm.89. & laborem ſuum atque certamen parui ducentes, nihilique facientes, vt ſperatis
2.Pet.3. Eccleſiaſt.18. illis bonis æternis perfrui liceret. Nã mille anni huius ſeculi, in æterno & incorruptibili
illo mundo, tantam habent comparationem, quantam minima arena
maris cum tota arena eiuſdem. hoc ſeculum æternum eſt, infinitum, & incorruptibile,
atque immortale iuſtorum, regnumq; cælorum. Tales igitur animæ, quæ
intellectu atque prudentia certant, & ſpe eiuſmodi exſpectant, cunctaſque anguſtias
Rom.5. ob ſpem in Dominum conceptam, peſſundant; & ſpe eadem conſtanter ſuperant,
Rom.12. non confundentur: ſed æternam veramque vitam conſequentur, probatæ
Rom.8. in tentationibus repertę, ſecundum illud Apoſtoli dictum: Quis nos ſeparabit
à charitate Dei? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, C
Rom.5. an gladius, & quæ ſequuntur. Et rurſus: Tribulatio patientiam operatur,
Lucæ.21. patientia autem probationem, probatio autem ſpem, ſpes verò non confundit.
Mat.10. & 24. Et Dominus: In patiẽtia, inquit, veſtra, poſſidebitis animas veſtras. Et iterum:
Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluabitur. Quæcunq; itaque homini tribulationes
à ſpiritu maligno inferuntur, ſi generosè ſtrenueque, ſpe & longanimitate
ſuffultus, eas ſuſtinuerit; magis eum confirmabunt conſtabilientque, ac
A minori ad maius comparatio, per hypophoram. probatiorem reddent. Iam enim tu mihi ratiocinando collige: Quòd ſi vniuerſi
terrarum orbis te Regem ſolum conſtituerent, theſauroſque totius mundi tibi
ſoli offerrent; & ſi ſolus totum orbem rexiſſes ac tenuiſſes, ex quo creatum eſt genus
humanum, vſque ad ſeculi conſummationem: commutares ne cum his veram,
Lucæ.1. ac ſine termino, ſempiternamque vitam, ipſum regnum cœlorum, cuius nõ
erit finis, neque ſucceſſio? Perſpicuum eſt, ſi rectè diiudices, dicturum te; Abſit à D
Matth.16. me, vt cæleſte regnum cum corruptibili & tranſitorio commutem, quemadmodum
Mar.8. Luc.9. dixit Dominus: Quid enim proderit homini, ſi mundum vniuerſum lucretur,
animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem
pro anima ſua? Vniuerſo itaque mundo, regnoquè eius, pecunijs atque
ſubſtantijs, gloria & honore, ſola anima & pretioſior, & honorabilior eſt: tãtum
2.Petr.1. abeſt, vt regnum hominum, illi honore ſit præferendum: quoniam nullam omnino
creaturam, placuit Deo, diuinæ ſuæ naturæ ſpiritus conſortem participemque
facere; non cælum, non lunam, non aſtra, non terram, non mare, non quamcunque
ceterarum quæ videntur, naturam, præterquam ſolum hominem, qui
Res terrenæ nequaquam cęleſtibus comparandæ, nedum pręferendæ. ipſum ſuper omnia diligat. Si igitur maximas ac prætioſiſſimas quaſque mundi
creaturas, vel diuitias, vel ipſum etiam vniuerſum regnum terrenum, recta cogitatione E
complectamur; nequaquam iſta, cum æterno & cæleſti vitæ regno comparari,
nedum illi anteponi patiemur: quomodo plures illud ipſum cum miſerabilibus
ac contemptibilibus mundi rebus comparant atque commutant; veluti
cum aliqua concupiſcentia huius mundi, ſiue vana gloria, ſiue cum turpi lucro.
Quod enim quis ſeculi huius diligit, & cui quis alligatus eſt, tamquam mundanæ
& corruptibili rei; cum illo etiam regnum cęlorum comparat, atque commutat.
2.Petr.2. Nam quod quis diligit, illud ſibi Deum conſtituit, ſicut dictum eſt: A quo enim
quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus efficitur. Oportet namque eum qui verè vitam
æternam appetit, cæleſtiſquè regni gaudijs perfrui deſiderat, cunctis rebus ſeculi
huius ſuperiorem maioremquè fieri, vniuerſoſquè mundi terminos, & omnẽ
gloriam terrenam ſuperare, & vniuerſa materiæ vincula perfringere, & ſupercæleſtem
Chriſti gloriam complecti, nihilquè ceterorum cum eius amore commutare,

A mutate,aut quid etiam ſeculi huius fugacisve vitæ amare.Qui enim vero†amore
verè in Deum fertur, inſtar gladij bicipitis quemcunque amorem alium huius
mundi interrumpit ac dirimit,omneque vinculum materiæ perfringit;nihilque
eorum, quæ ſub aſpectum cadunt, animam illam detinere ac poſſidere poterit:
non voluptas aliqua,non gloria,non diuitiæ,non vinculum amoris carnalis,ne-
que quid earum rerum,quæ huius ſunt materiæ. Sed quæ ſolū Deum diligit ani-
ma,prȩter ipſum nihil aliud diligit ſeculi huius:ſed vniuerſum ſuum amorem ac
voluntatem,in ipſum ſolum transferens, ipſique ſoli alligata,omnem amorem
terrenum atque materialem tranſcendit ac vincit.Enſis vtrimque acutus eſt dile-
ctio ſpiritus,quæ quidem dilectio, enſis inſtar quamcumque materialē affectio-
nē euellit,omnibusque terrȩ limitibus ſupereminere facit, & adhȩreſcere Deo,
B eiuſque voluntatem per omnia explere.Magnorū igitur certaminum eſt & forti-
um laborum,ingentes illas æternæ vitæ promiſſiones percipere:neceſſe enim eſt
aliquem ſe totum ex toto,deuouere Deo, ſicut ſcriptum eſt: Ex toto corde & vi-
ribus,& fortitudine,& ex tota voluntate ſuſpendere,& crucifigere ſeipſum iugi-
ter,anima & corpore,in cunctis ſanctis eius prȩceptis;vt potiri queat vita ijs pro-
miſſa,qui diligunt Deum,regnoque ſempiterno digni haberi volunt. Si enim in
terreno,tranſitorio,& corruptibili regno,maximi ſudores,defatigationes atque
labores ſuſcipiuntur,vt qui horum ſunt cupidi alios queant præcedere, & ad ali-
quam honoris æſtimationem, vel principatus tranſeuntis gloriam peruenire;
quāto magis nos omnibus neruis ac viribus cum gaudio adlaborare & decertare
oportuerit,pro æterno,immortali, & incorruptibi regno, & pro tantis incorru-
ptibilis gloriæ coronis obtinendis? Iuſtum ſiquidem tibi videtur, vt tranſitoriæ
C res terrenæ cū omni ſua gloria corruptibili, tantis moleſtijs atque laboribus ac-
quirantur;ad æternas verò bonorum æternorū,incorruptibiles,& ſine fine dura
turas,vt cum Chriſto regnare liceat,adſpirare; & ad hoc, vel modico aliquo hoc
tempore in terris laborare ac decertare non decebit;vt in futuro ſeculo cum Deo
regnare poſſis in ſeculorum ſecula? Equidem arbitror, vel etiam parum admo-
dum ſapienti iuſtiſſimum viſum iri, hoc breui tempore certare, dimicare, ac
currere,vt victoriam conſequatur æternam;quæ modico hoc tempore non viri-
liter certantem,ſed deſidem ac mollem, terreniſque voluptatibus iterum difflu-
entem deijcit, & æterno pudore ſuffundit. Nam ſi quis operibus bonis det ope-
ram,ſeque in rebus ſcripturarum occupet;omnes ſermones, ſiue ſcripturæ, ſiue
ordines,ipſorumque externorum & à lege Euangelica alienorum Philoſopho-
D rum libri,de hiſce clamantes, hunc collaudant,& de hoc gloriantur,omnesque
linguæ de hoc perhibent teſtimonium,cum qui in diuinis ſcripturæ rebus ſuam
vitam traducit,celebrantes. Ille demum verè diuinus eſt Philoſophus,qui omni
tempore prauis ſuis concupiſcentijs reſiſtit. Nam qui in ſolo nomine ſapientiæ
ſibi blanditur & gloriatur, propriasque ſibi concupiſcentias non ſubijcit; inſipi-
ens hic prorſus ac ſtultus reputabitur,quòd de tam modicis paſſionibus ipſe in-
quiri atque torqueri velit. Non igitur in multiloquio, Dei hominem decet ſe
occupare;ſed operibus veritatis attendat,& exercitia à diuinis ſcripturis propo-
ſita amplectatur,ad eaque vitȩ ſuæ rationes componat,oportet. Etenim cuncti
diuinarum ſcripturarum ſermones,vt & mundani,de operibus bonis loquūtur;
& aduerſum mala vitæ inſtituta, ſuppliciorum pœnas decernunt. Quòd ſi igitur
in ipſis bonis operibus virtutis,probaque atque honeſta cōuerſatione vitam tra-
duxeris;Ecce iam de te cuncti ſermonem facient, memoriam tui alijs prodent,
E vitamque in ipſis operibus virtutis, quæ à cunctis celebratur, tranſactam imita-
buntur. Quamobrem in diuinis præceptis ſemper nos occupare ſtudeamus, vt
cùm ſpem hæreditatis tantorum bonorum perfruendæ conceperimus, etiam
communicationem ſpiritus ſemper exſpectemus;vt anima & corpore hinc ſan-
ctificati,cunctisque mandatis Dominicis, per ſpiritus communicationem à no-
bis impletis, digni efficiamur Chriſto; ſicque filij ſupercæleſtis Patris,per com-
municationem Sancti Spiritus eius fieri mereamur, hæredes quidem Dei, cohæ-
redes autem Chriſti,ſecundùm Apoſtolicum ſermonem. Vt digni quoque red-
damur fruitione æternorum cum Chriſto bonorum, in ſempiterna ſecula ſecu-
lorum. Amen.

†al Qui enim reuera in Deum eſt amor verus, &c.

Enſi bicipiti cōparatur Dilectio ſpiritus.

Deut. 6.30. Matth.22.& Marc.12.

Argumentum à minori ad maius efficax.

Inſiſtit comparationi à minori,eleganti adhibita hypophora.

Bonorum operum laus,& gloria.

Diuinus Philoſophus quis?

1.Corint.2.3.

Prouer. 10.

Bonorum operum præmia, & malorum pȩnȩ.

Diuinis præceptis ſeriò inſiſtēdum.

1.Cor.13.

Rom. 8.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

HUius cum primis Argumenti atque Inſcriptionis ſeſe offert Beati Maximi Monachi & Confeſſoris Sermo ad Pietatem exercens, per Interrogationem & Reſponſionem; Interlocutoriæ autem perſonæ ſunt, Frater & Senex. principiumq́; eiuſmodi: Frater interrogauit ſenem hiſce verbis: Amabo te mi pater, dic mihi, &c. Sermo totus aſceticus eſt, longus quidem, ſed pietatis ac ſalutaris doctrinæ ſucco plenus; & ideo in hoc argumenti genere, lectu dignus. De quo, ſi alios adhuc tibi Patres citari velis, vide S. Ambroſium ſuper Pſal. Beati immaculati; vbi inter alia ſic enarrat: Pietas amica parentibus, grata Deo, Dominum conciliat, neceſſitudines fouet: Dei cultura, merces parentum, filiorũ ſtipendium: Pietas, inquam, iuſtorum tribunal, egenorum potus, miſerorum ſuffragium, indulgentia peccatorum, &c. Idemq́; Ambroſ. in lib. de Viduis ſic: Neceſſitudini generis, inquit, diuinæ religionis, pietas antefertur: nulla enim merces Deo melior, quàm ea, quæ habet pietatis munera, &c. verba pulcherrima ſunt, & iccirco ea produxi. Plura in hanc rem inuenies apud eund. Ambroſ. ſuper 1. ad Tim. cap. 2. Tom. 5. lib. 1. de Abraham, cap. 2. & lib. 2. cap. 8. Tom. 4. & lib. 8. in Luc. & ſuper Pſal. 35. Tom. 3. Ac S. Auguſtin. de orando Deum, lib. De vera religione, Tom. 1. Enchirid. cap. 2. Tom. 4. Confeſſion. lib. 13. cap. 1. Tom. 1. &c.

Sermo ad pietatem, bonaque opera, Chriſti athletam exercens.] *Hunc titulum tamquam magis clarum & ad ſubiectam materiam accõmodum, ex quatuor collatis à me exemplarib. mſſ. Græc. delegi, & hic repoſui. pro quo, aliàs legitur: Sermo ad pietatis certamen inungens, præparansq́; Al. Sermo, ad pietatis religionisq́; cultum, decertantem exercens. Al. Eiuſdem ſermo Aſeticus, ſiue exercitatorius: Domine benedic. &c. Verùm de hiſce iudicent eruditi, ego quod videtur repoſui.*

Qui ſe verè Domino conſecrare cupiunt, ob futuram regni promiſſionem, &c.] *Sic ſe lectio vnius manuſc. Cod. habet; In alio autem ſic reperitur: Qui verè & ex animo Dominum ſequi volunt, ad futuram regni promiſſionem adſpirantes, & nequiſſimi tela, quibus variè mortalium mentes impugnat, repellere volentes: in primis fidem firmam ac ſpem certam ſibi adſumat neceſſe eſt quibus &c.*

Ad quem abire potero: niſi fortaſſe, &c.] *Alia lectio ſic: Ad quem abire licebit: niſi fortè cum celeritate in perditionem: meq́; ipſum improbi hoſtis conſiliis tradidero, &c.*

Abſit à me vt cæleſte regnum cum corruptibili & tranſitorio commutem.] *Pro hoc, ex alio manuſc. Græco, ſic tranſtuli: Abſit vt corruptibile regnum, incorruptibili & æterno comparem, &c. vtraque lectio bona & commoda videtur: Lectori tamen per me ſit liberum, ex iis ſequi quam maluerit.*

Omnem amorem terrenum atque materialem tranſcendit ac vincit.] *In alio manuſcrip. ſic: Tranſcendit ac ſuperat gladium vtrimque ſcindentem dilectio ſpiritus, quæ perfecto poſſidetur amore. Gladius autem ſpiritus omnem materiam mundanam perrumpit, &c quæ etiam lectio non diſplicet.*

Et exercitia à diuinis ſcripturis propoſita amplectatur.] *Iſta ſub finem habentur Serm. pro quibus, al. ſic: Et ſtudiis ſiue viuendi inſtitutis à diuina ſcriptura præceptis inſiſtat, &c. Verùm alibi, pro* ἐνέχεσθαι *inſiſtat,* ἀνέχεσθαι, *id eſt, obediat, hic legitur: magis tamen probatur* ἐνέχεσθαι, *vt reliqua conſonent.*

EIUSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Diuina Gratia.

Diuina gratia, quid operetur, quantumque eius ſtudio teneri debeamus.

ENitere, vt diuinam gratiam iugiter in mente tua habeas, ne illudaris. Cole illam, vt cuſtodem tuam, ne iniuria affecta relinquat te. Venerare illam vt magiſtram tuam inuiſibilem, vt ne illa abſente verſeris in tenebris. Sine illa noli certamen inire, ne turpiter intereas. Sine comitatu illius, virtutis ſemitam ne ingrediaris, nam draco rugiens inſidias tibi ſtruet. Abſque conſilio ipſius, non tractes quæ ad animam pertinent; multi enim ſunt, qui ſpecie recti mentem deprauant. Illa tibi nauiganti niſi adfuerit, vani labores tui erunt. Hac niſi aduerſus inimicos tuos, inunctus fueris, multis fruſtra ſuſceptis laboribus, turbiter victus lugebis. Illam niſi ſociam tibi habueris, dolos ſerpentis ignorabis. Cum promptitudine igitur animi, morem ipſi gerito, & cuncta tibi perſpicua reddet. Studioſè præcepta illius imbibe, & citò abſque vlla ſolicitudine eris. Illam tibi familiarem atque domeſticam facito, & conſuetudinem eius honorificam experieris, nec te illudet. Sororem tibi adſume illam (vt monet ſcriptura) & ſemitam patris oſtendet tibi. Filium altiſſimi efficiet te, ſi illam tibi ſoro-

Prouerb. 7. &c.

A bi ſororem adiunxeris. Inſtar matris, vbera præbebit tibi;& velut infantem ab
inſidiatoribus cuſtodiet te. Tamquam paruulum incautum gubernabit te,& in Comparationes pulcherrimę.
virum perfectum te formabit. Amori eius atque indulgentiæ fidem adhibe; ea
enim omnis creaturæ principium eſt: Nondum eius erga te amoris vim cernis,
quoniam & lactantes pueruli, matris erga ſe ignorant ſolicitudinem. Patiens
eſto,& illius te ſubmitte conſilio;atque ita eius fructus, vtilitatemque percipies.
Neſciunt quomodo nutriantur, & infantes;at vbi paulatim creſcendo adoleue-
rint, virique euaſerint, naturæ vim in ſe admirantur. Sic & tu, ſi in diuina gratia
perſtiteris, ad perfectionem peruenies. Quod & ex Ioſeph intelligere potes, Gen.37.39.40.
dum oues paſceret; non enim ſubitò ipſum ad ſumma perduxit, ſed multis qua- 45.49.50.&
B ſi præparationibus exercuit. Non agnoſcebat adoleſcens quid fieret, ſed ſe Exod.1. Pſal.104.&
ab illa regi ſinebat, vt vellet. quando autem diadema illi vt regi impoſuit, Sapien.10.
tum demum vtilitatem eius intellexit. quando in regio eum ſolio colloca-
uit, tunc ideo ſe captiuum fuiſſe reſciuit, vt ab ea exploraretur. Sicut mater † Leg. ſicut ma-
†artibus proles imbuit; ita illum, per patientiam, gratia Dei pietatem edocuit. ter filium do-
Vt magiſter proprium filium inſtruit, ſic illum gratia, in ſeruitute exercuit. cet, ita, &c.
Quemadmodum pater † filium percutit, vt fiat ſapiens; ſic ea ipſum laboribus ob- † al. quẽadmodum mater, &c.
iecit. Bonis eius conſilijs ille morem geſſit, & vt filius primogenitus ab ipſa ho-
noratus eſt. Oſtendit illi gratia cuius naturæ eſſet, & filium iam effectum, regem Diuina gratia
conſtituit. Simul cum illo regnauit, & iccirco ad finem vſque eum direxit. Non quomodo in
illum reliquit in principatu; quia nec ipſe ab ea deflexit, cùm tentaretur. Hono- Ioſeph reſplen-
ris & æſtimationis eius ſtudioſa fuit; quia & ipſe illam in neceſſitate coluerat. eius diuit, & opera-
correptionem vt matris tulit, & decoris illius hæres eſt factus. Ipſius tamquam ta eſt.
C magiſtræ reprehenſionem pertulit, & doctrinam atque ſapientiam rerum inuiſi-
bilium acquiſiuit. Quæ ad ſingulos pertinent, antea neſciebat; & obediens ei, cog- Gen.37.41.42.
nouit quæ ad homines ſpectant vniuerſos. Quid ageret ignorabat, & ad extre- Sap.10.
mum, ipſis etiam Regibus, quæ facerent, ſuaſit. Vbi verſaretur, vix intelligebat, Actor.7.&c.
& quid quouis tempore cunctis euenturum eſſet hominibus, prænuntiauit. Quo-
uſque alieno ſubderetur imperio, ignorabat: & quam longa adhuc atque acerba
reſtarent tempora, apertè reſpondit. Quodque abſque gratia, nemo vmquam
ea viderit, quæ oculis cerni non poſſunt, ex ijs quæ ab eo geſta ſunt, facilè con-
ſtare poteſt. Sapientes erant Aegyptij, ſed abſque ea, ſtulti & inſipientes. Vide- Exod.7.&c.&
bantur & rerum ſub adſpectum non cadentium, velut incantatores, tenere ſcien- Geneſ.41
tiam; verùm illorum ſcientia, inſcitiæ & tenebrarum erat plena. Affirmat & Pau-
lus, ſpiritalia nequitię eſſe; vt diſcamus & eos, rerum quæ oculis cerni neque- Epheſ.6.
D unt, ſcientiam habere, at incertam & impropriam; quoniam nihil planè norunt.
Diſcere quoque licet ex geſtis Ioſeph, quòd gratia Dei quaſcunque res ſuperet
inuiſibiles. Hanc nihil latet, & iccirco qui illam ſibi vendicat, non ſuccumbet
tentationibus. Ipſa autem latere nequit: eſt enim lux, quæ à tenebris non com- Iohan.1.
prehenditur. Et Paulus, de ijs, qui Ioſeph ſunt ſimiles, loquens: Spiritalis, inquit, 1.Cor.2.
homo omnia iudicat, ipſe autem à nemine iudicatur. Si quodnam ſit Dei
iudicium ſciremus, mundi iudicium damnaremus. Magiſtri ſtultorum erant
Aegyptij, quos & Ioſeph ne bonos quidem diſcipulos eſſe poſſe oſtendit. Si e- Geneſ.41.
nim magiſtri fuerint inſipientes ac ſtolidi, multo magis diſcipuli ipſi tales erunt.
Quibus nulla vis eſt, verbis illi vtuntur bene ſonantibus. Et meretrices, licet
deformes, fucum ad fallendos homines adhibent. Ioſeph iuuenis erat abſque Ibidem.
litteris, tamen diuina adiuuante gratia, ſenes Aegyptios ſuperauit. Apoſtoli
E etiam idiotæ erant & illiterati, ſed & loquaces Phariſæos vicerunt, cùm dicerẽt:
Si iuſtum eſt non loqui quæ†nouimus, aut non facere quæ ad curam atque mede- Actor.4. † al. quæ vidi-
lam hominum didicimus, vos iudicate? ad quę illi ſubticuerunt. Eadem gratia & mus.
in Sanctis fuit: Spiritus enim ſanctus, inquit Chriſtus, docebit vos omnia, quæ vẽ- Iohan.16.
tura ſunt. Quin & Apoſtolus affirmat nos Dei ſpiritum habere, per quem omnia 1.Cor.2.
nouimus. Non habemus ſpiritum mundi; quo quidem ſpititu edocti ſapientes
Aegypti, nihil ſciuerunt. Neque mirandum, quòd ſpiritum, etiam mundi ſpiri- Ibidem.
tum appellarit: nam & homines, & beſtiæ animam habere dicuntur. Non in-
fert præiudicium gratiæ Dei, nomen: non enim ex nominibus cenſetur res, Non ex nominibus res, ſed ex
ſed ex rebus nomina. Intelligite ex iuſto Ioſeph, per tentationes nos oportere rebus nomina.

Effectus diuinæ Gratiæ in Ioſeph demonſtratur.

1.Cor.12.

Gen.37.39.41 42.43.44.45.&c.

Gen.4.5.6. Eccleſ.44. & Heb.11.

Exemplum efficax, & ad propoſitum accommodatum.

ad agnitionem pulchritudinis gratiæ Dei peruenire. Noui permultos optare A
ſe gratiæ filios eſſe; ſed quid illis prodeſt velle, niſi accedant & facta? Multi etiam
per fidem, gratiæ filij ſunt appellati; ſed non multi propter negligentiam illa
potientur. Non omnes poſtquam viri euaſerint, ſuas matres reuerentur. Itidemque
gratia licet multos enutrierit, à paucis tamen honoratur. Pariendi dolores,
laboreſque educationis non omnes intelligunt. Ita & pauci ſunt inter nos, qui
benè ad gratiæ ſint munus affecti. Si noſſe cupitis quid operetur gratia; nobis id
optimè declarabit Ioſeph. Cunctorum & bonorum & malorum curam gerit, vt
benigna mater. Quapropter & Aegyptios ſuſtentauit. Paucos hæredes habet,
quorum delectetur conſuetudine. Eoſque, ſi à recta vitæ ſemita deflexerint, adhuc
ſuſtinet. Sin ſe impios oſtenderint, auerſatur: nec tamen ſua ipſis recludit
viſcera, ne moriantur. Quòd ſi talem ſe gerit erga ingratos: cur conſuetudinem B
eius ſubterfugimus? Si erga contumelioſos benignam ſe exhibet; quare non intelligimus
ex eo quod vniuerſas bonitatis ſuæ diuitias in amantes effundat? Quare
ſi aliquando ſeſe occultet, deſidiæ atque torpori ne ſuccumbamus; & ſi nos
tentari permittat, animum ne abijciamus. Quid expediat nobis, optimè nouit.
naturam atque menſuram cuiuſque exploratiſſimam habet: & quantum cuique
ſatis eſt, largitur. Beneficium quandoque differre videtur atque ſupprimere,
quòd nobis ita expediat. Querimonias noſtras tolerat, vt ſolent medici cùm
ęgrotantibus vſum vini ac cibi auferunt. Intelligite quæ dico; ne in rebus claris
tempus conteram. Quæ ſit gratia, quæ natura, quæ cognitio, quæ electio, quæ
firmitas atque conſtantia, quæque communicatio, ſpero noſtis. Ipſeque Paulus
adſtruit gratiarum eſſe diuiſiones, eaſque ad vtilitatem ſingulis diſtribui. Ne
igitur deſiſtamus, non accipientes; neque cùm accipimus, ſimilia requiramus. C
Ne proprer varietatem donorum, vtrum eadem ſit gratia, dubitemus. Verùm
tempora & conditiones hominum, moreſque attendamus oportet. Neque nunc
Aegyptius dominatur, neque fame premitur Chananæus. Non in terris iam iuſtus
Iacob: neque Iſraelis populus, qui ſit egreſſus Aegppto, vt Chananæi adeat
hæreditatem. Non fratres paſtores. non mercatores Madianitæ. non Ioſeph
coniector ſomniorum. Ex reliquis tamen ſacrorum voluminum locis, & eamdem
eſſe fidem, & eamdem eſſe gratiam credimus Si enim cuncta eiuſdem eſſent
generis atque ſimilia, tunc res non prouidentia, ſed natura ſic diſponi cenſeremus.
Abel acquiſiuit gratiam, quippe qui per proprium ſanguinem moriens,
Deo coniungi meruit. Enoch translatus eſt, ne videret mortem. Et Noe in gratia
ſaluatus eſt à diluuio. Magna in præſenti vitæ ſtatu cernitur varietas, quoniam
& diuerſa eſt electio. Ex gratia, probationis etiam differentiam intelligemus. D
Non ijſdem omnes ſubiecti ſunt tentationibus, quia nec eodem omnes
præditi ſunt ingenio. Vna quidem cunctis corona eſt propoſita, ſed ad quam varijs
certaminibus contendimus. Idque ex nauigantibus in mari, intelligere licet:
Vnum eſt mare, ſed nauigantium curſus eſt diuerſus. Naues cunctæ ſunt ſimiles,
ſed quædam etiam ſecundo vento vtentes, naufragium faciunt; aliæ verò
ſummis periculis iactatæ, ſaluantur. Et multæ ab vno eodemque vento, diuerſimodè
commouentur: Loca enim & promontoria, ventos mouent & fluctus, ipſamque
gubernatorum artem nunc impediunt, nunc dirigunt. Non parum etiam
refert, cuius formæ ſint naues, quæq; earum vela, & quæ gubernacula; vt vel hinc
vobis innoteſcat, quis præſentis vitæ noſtræ ſit ſtatus. Si quid adhuc iam dictis
addendum videbitur, vos ſupplete. Ego enim vt artis imperitus, parendi deſiderio E
adductus, quæ ſciebam ſcripſi, licet fortaſsè paullò arrogantius, quod
tamen citra omnem indignationem, boni conſuleris ſpero. Cùm enim recuſaro
non poſſem, quæſtionis partem aggreſſus ſum, quam dum accuratius explicare
vellem, par eſt me lapſum eſſe. Non nego infirmitatem naturę, non de operibus
meis glorior, non repeto ſimilitudinem. Sermo meus, veſter eſt miniſter. Si vita
non comprobat orationem, admonentem excipite. Eſto ſermo meus, veſtræ ſpeculum
naturalis actionis. In illo tamquam in pellucida materia, virtutem veſtram
cernite ſpiritalem. Miramini vos ipſi recognoſcentes, & ſcribentis errata
reprehendite. quæ orationi deſunt, factis corrigere. Imperitiam arguite illius,
qui virtutis formam deſcribere nō vereatur. Reſpuite hominem, qui verbo im-

perfecto,

A perfecto, virtutis perfectum exprimat ſimulachrum. ſtudium ac bonam voluntatem agnoſcite, & ignorantiæ parcite. imperitiam cognoſcite, & ſtudium ne reijcite. Et quia ex paupertate mea, vobis quod potui libenter dedi; vos ex diuitijs veſtris, precationis & paternæ charitatis munera nobis abundanter rependite. Ego quamuis inops, diuitibus mutuum dedi; non ſortem volo, ſed fœnus repeto. non laudes, ſed preces depoſco. non mercedem, ſed mutuam beneuolentiam exigo. Neſcio an opus meum iuſſu veſtro dignum ſit: Noui autem, onus hoc mihi à vobis impoſitum; non quòd admonitione indigeretis, ſed vt in me potius liberales eſſetis. Qui fontem habent, gutta non indigent. Non egent lacte, qui gregem paſcunt. Qui panem frangunt, micis non habent opus. Qui mel conficiunt, B ijs non eſt neceſſe, vt mellis ſaporem explorent. Qui margaritam poſſident, illis vt vilem acquirant obolum, non eſt laborandum. Vos ex agro veſtro quem colitis, fructum nobis aliquem afferte; quoniam paradiſum obtinuiſtis. Præbete animæ cibum, quos lignum vitæ ſuſtentat. Quemadmodum enim ea quæ videntur, caduca ſunt; ita & noſtra ad vos oratio. Sed vos iſta operibus perficientes, ſempiterna reddite.

Parœmiæ venuſtæ, & valde ſententioſæ.

2.Cor.4.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

C *Plura in Diuinæ gratiæ commendationem qui volet, inter alios S. Ioan. Chryſoſtomum legat, homil. 46. in caput Gen, 21. ibi: Si diuinam gratiam nacti fuerimus, nullus nobis præualebit; ſed nos potentiores omnibus erimus, &c. ac paullo poſt ibid. maxima enim ſecuritas & inexpugnabilis murus eſt Gratia Dei, &c. Quod ipſum ibi & rationibus & exemplis quibuſdam efficacibus ſcripturæ illuſtrat, demonſtratq;. Locus ad præſens noſtrum argumentum non parum facit, ideoq; lectu dignus. Huc quoq; pertinent, quæ idem adducit Chryſoſtomus alibi in Homil. 18. in cap. 11. ad Rom. Et in Homil. 12. in Epiſt. 1. ad Corint. cap. 4. Et Homil. 11. in priorem ad Theſſalon. ac Homil. 34 ad Hebr. alijsq; locis apud eund. De hoc etiam Argumento, lege B. Macarium Homil. 2. 16. 24. 26. 44. quibus in locis multa in hanc rem pulchra inuenies.*

Et inter Latinos ſanctus Ambroſius libro 1. de Caim & Abel, cap. 7 Tom. 4. ad Hebræos cap. 6. To. 4. De Helia & Ieiunio, in fin. In tractatu de myſterijs To. 4 &c. Sanctus Auguſtinus lib. primo diuerſ. quæſtionib. ad Simplic. To. 4. hypognoſti Reſponſ. 5. Tom. 7 ſuper Pſal. 92. Serm. 2. Tom. 8 Lib. 1. de prædeſt. Sanctor. lib. 2. de merit. & remiſſ. peccatorum Tom. 7. In epiſt. ad Macedonium Tom. 2 Lib. de D *prædeſt. & perſeuerantia cap. 16. Tom. 7. De correp. & gratia, Cap. 1. Tom. 7. Item de grat. & lib. arbitrio, cap. 8. Tom. 7. alibiq; ſæpius apud eundem. Sanctus Gregor. lib. 8. Moral. & alibi frequenter. Sanctus Bernardus de lib. arbit. Item Sermon. ſuper Cant. 54. ac 77. Quibus iſta non ſuffecerint, videant etiam Iohannem Caſſianum in Collat. 3 cap. 12. 13. 14. 15. 16. & ſequent. ex quibus clariſſimè patebit, Gratiæ diuinæ bona omnia adſcribenda eſſe, eiuſq; adiutorio ſemper homines indigere, ſicut idem etiam luculenter atque efficaciter oſtendit poſtea, præſertim in Collat. 13. cap. 3. 5. 6. 16. &c. necnon collat. 23. cap 10. varijsq; alijs locis. Et denique ſanctus Ephræm in pulcherrima illa ſua enarratione, quam facit de Timore animi ſui, ſup. adducta, cuius initium eſt: Ego Ephræm peccator, ignauus ac piger, &c. ab illo loco, poſt med. Gratia tua Domine, quæ delicta iuuentutis meæ pertulit, & ſenectutis nunc errata perferat, &c. vſque ad finem, vbi inſigne Encomium Diuinæ gratiæ reperies, alibiq; apud eundem ſparſim.*

Sicut mater artibus proles imbuit.] *Fort. & valdè probabiliter hoc loco, pro τέχνην,* E *legendum in Græco videtur τέκνον, vt ſit ſenſus: Sicut mater filium docet; ita illum, &c. vt conueniant ſequentia, niſi vtrumque ſimul coniungere malis, legaſq; vt poſuimus: Sicut mater artibus proles imbuit, &c. Vel, vt mater artes filium docet, &c. Sic enim & venuſta erit connexio, & ſententia optima.*

Si iuſtum eſt non loqui quę nouimus, aut non facere quæ didicimus, &c.] *Locus eſt Actorum quarto ad quem reſpicit: vbi paullo aliter ſic reperitur: Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire quàm Deum, iudicate, non enim poſſumus quæ vidimus & audiuimus non loqui, &c. Sequimur autem hic verba Ephræm qui non ad verbum hunc locum Actorum recitat, ſed aliquid de ſuo interſerit; vt illa, ad curam & medelam hominum, &c. vt ſæpe etiam alibi explicatiuè, & amplificatiuè facit.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Fide.

DOminus noſter in Euangelio ad perfectionem fidei ſuos adducere
volens diſcipulos, dicebat: Qui in modico fidelis, & in multo
Lucæ.16. fidelis eſt. Et qui in modico infidelis, & in multo infidelis erit.
Quid autem ſibi volūt hîc modicum, & multum? Per modicum,
Quid ſit in modico & multo fidelem eſſe. ſeculi huius intellige promiſſiones, quas pollicitus eſt ſe præſtiturum
omnibus in ipſum credentibus, videlicet victum atque B
Matth.6.& Lucæ.12. amictum, & reliqua corpori neceſſaria, quietem, ac ſanitatem, & eiuſmodi: præcipiēs,
ne omnino de iſtis ſimus ſoliciti; ſed in ipſum ſolùm ſpem noſtram reponamus.
Per multum autem intelligenda ſunt æternæ vitæ, & immortalis ſeculi
dona, quæ repromiſit daturum ſe illis, qui crediderint in ipſum, aſſidueque de
eiuſmodi ſoliciti, flagitauerint illa. Quoniam ſic nobis mādauit Dominus, cùm
Matth.6. ait: Vos autem quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam, & hæc omnia adijcientur
vobis, vt ſcilicet ex modicis, & momētaneis probetur vnuſquiſque num credat
Deo. Et ſi de præſentibus non fuerit ſolicitus, ſolùm autem in futuris atque
æternis curam omnem repoſuerit; clarum eſt quòd & circa ea quæ videntur,
ſanam atque integram fidem intus reconditam ſeruet, verèque bona æterna
quærat. Debet enim vnuſquiſque eorum qui ſermonē audiunt veritatis, ſeipſum C
probare atq; examinare, aut à viris ſpiritalibus probari & examinari, quomodo
credat, & ſeipſum Deo deuouerit. Nunquid reuera ſecundùm eius ſermonem, in
veritate credat; aut opinionem in ſe duntaxat fidei habeat, quòd ſe credere exiſtimet.
Luc.16. Quilibet enim ex verbis Domini, ſi fidem in caducis mūdi bonis poſitam
habeat, probatur & reprehenditur. Quo pacto? audi: Credere te dicis, quod regno
cælorum efficieris dignus, & filius Dei fies, cùm de cælo natus ſis, & cohęres
Alluſio ad verba Iohan.1. Chriſti, quodq; in omne ſeculū ei cōregnaturus ſis; delitijsq; ineffabilis lucis, per
infinita & immenſa ſecula perfruiturus? planè dices credo: hac enim de cauſa, &
ſeculū reliqui, & me Deo deuoui. Proba igitur te ipſum, nūquid terrenæ adhuc te
curæ detineāt, & ſolicitudines variæ de nutriendo ac veſtiēdo corpore, aliaq; adhibēda
cura, ac procurāda requie; cùm tui iam iuris eſſe velis, ac tui ipſius curam
Argumentum à maiori, ad minus, & contra. gerere; de quibus iuſſus es, omnino non eſſe ſolicitus. Si enim te credis accepturū D
æterna illa & immortalia, omniſq; corruptionis expertia bona: Quātò magis fugacia
iſta atque terrena accipies, quæ Deus etiam conceſſit feris, atque volucribus
cæli, & hominibus impijs. An non credis Dominū ea tibi largiturū, de quibus ipſe
pręcepit, dicens: Nolite ſoliciti eſſe quid edatis aut bibatis, aut quibus veſtiamini;
hæc enim cuncta gentes mundi inquirunt. Nouit enim Pater veſter cæleſtis, quòd
Matth.6. Luc.12. his omnibus indigeatis. Et ſubinfert, exprobrans hominibus modicæ fidei: Reſpicite
volatilia cæli, quoniam neque ſeminant, neq; metunt, & Pater veſter cęleſtis
Ibidem. paſcit ea, quantò amplius vos, qui multum differtis à volucribus? Et rurſus
Matth.6. nos confirmans ait: Nolite igitur ſoliciti eſſe in craſtinum. Si verô adhuc de iſtis
*al.& non credis teipſum ſermoni ipſius. laboras, & non credis * ſermoni ipſius, Noſce rurſus, te quoq; non credere, quòd
bona æterna, quæ ſunt regnum cęlorum, ſis accepturus; & exiſtimas te credere, E
qui in rebus paruis ac corruptioni obnoxijs, reperiris incredulus. Et iterum:
Sicut corpus pretioſius eſt indumento: ita & anima corpore. Credis igitur animam
Ibidem. tuam à Chriſto ſanandam, ab æternis & incurabilibus apud homines, malorum
ignominiæ vulneribus; propter quæ etiam ad nos deſcendit Dominus,
vt credentium animas ab inſanabilibus apud homines malis curaret, & à ſordibus
lepræ malitiæ purgaret, qui ſolus curat, & verus medicus eſt? Dices, prorſus
credo: iccirco enim adſum, & iſtud ab illo exſpecto. Quare noſce, teipſum
diſcutiens, ne fortè carnales morbi te ad medicos terrenos abripiant, quaſi
Chriſtus, cui credidiſti, te curare non poſſit. Vide quomodo teipſum decipias,
A maiori ad minus. dum deputas credere, & nondum credis, vt oportet in veritate. Si enim æterna
& incurabilia immortalis animæ vulnera, ac morbos malitiæ, à Chriſto curari
credis;

A credis; nunquid impoſſibile putabis ab ipſo temporalia quoque corporis mala, ac morbos curari poſſe; ſi vtique ad ipſum ſolum, poſtpoſito medicinali curandi officio, confugeris? Nam qui animam creauit, ipſe & corpus fecit: Et qui illam immortalitatem ſanat, corpus etiam à malis, morbiſque temporalibus omnino liberare atque curare poterit. Sed ſcio mihi reſpondebis, quòd & iſta ad corporis medicinam ſubminiſtrauerit Deus; herbaſque ac terræ pharmaca, & medicorum ſtudia ad morbos corporis curandos cōceſſerit, corpori terreno ex differentibus terrenæ ſpeciebus medicinam componens? Conſentio & ego, ſic ſe iſta habere; ſed noueris velim, quibus ea data ſint, & quibus diſpēſata. Dominus Deus ex multa ſua & infinita erga humanum genus liberalitate ac benignitate, poſtquam à B mandato excidiſſet homo quod acceperat, ſubiectuſque eſſet ſententiæ iræ, & quaſi in captiuitatem, ac ſolitudinem, atque exilium, fodinam ve, ex delitijs paradiſi in hunc mundum eiectus, & ſub poteſtate tenebrarum factus; carniſque paſſionibus ac morbis ſubijceretur, qui prius paſſionum atque morborum expers erat; omneſque præterea qui ab ipſo producti fuerant, iiſdem malis ac paſſionibus facti eſſent obnoxij; hæc tandem infirmis atque incredulis permiſit, nolens omnino deperdere hominum peccatorum genus, ſed propter multam bonitatem, & immenſam miſericordiam dedit in ſolatium ac refrigerium, & curam atque medelam corporum iſta, hominibus huius mundi, qui nondum ſe totos cōcredere Deo poterant. At tu qui vita ſolitaria gaudes, & ad Chriſtū acceſſiſti, cupiens filius Dei fieri, & deſuper ex Spiritu ſancto naſci, primoque ac impaſſibili C homine ſuperior euadere; & qui maiora accipis promiſſa, aduentum diuini beneplaciti, & velut peregrinus ac hoſpes huius mundi factus, debes fidem aliquam magis nouam & admirandam, intelligentiamque, ac vitæ rationem & inſtitutū præter omnes homines mundi tibi vindicare, cū & vitam, ſicut cuncti alij degas. Ecce & mundus nubit, comedit, & bibit, auro & argēto vtitur, mercaturā & artes exercet, ac diuitijs gaudet, quæ omnia Deus petmiſit homini peccatis ſubdito: neque enim ſine Deo quidquam ad vſus humanos dicemus ordinatum. At tu ab his omnibus exemptus es, vt Deo perfectè placere poſſis. Sic ergo alienus * à cura, in curandis mundi malis, medicorumque induſtria adhibenda, eſſe debes; vt qui ad Chriſtum profugeris, qui cūcta ſe largiturum * ſuis ſeruis promiſit. Si autem quæ mundi ſunt ſapis, & pateris, ſimilis hominibus illis mundanis adhuc es incredulus, licet te fidelem & Chriſti ſeruum profitearis. Nouo enim quodam ac peregri-D no conſilio, mente, fide, conuerſione, vitę denique ratione, mundum hunc & curare & obtinere debes, qui Chriſto perfectè placere, eiuſque veſtigia perſequi cupis, contrariaque hominibus mundi huius ſapere; quoniam noua quædam & admiranda * credis promiſſa, & ſempiternis te bonis ſperas eſſe fruiturum, cęleſtiſque ciuitatis, ac regni incorruptibilis, delitiarumque perpetuarum, ac ſempiternæ fruitionis hæreditatem, cordis quoq; ſanctificationem, & purgationem perfectam, quæ tibi per Spiritum ſanctum fit, adepturum. Nam qui verè cupit eſſe homo Chriſti, æterniſque ſe bonis perfruiturum ſperat, paupertatem diuitias cum gaudio exiſtimare debet, & afflictionem recreationem, aſperitatem victus, delitias, improperium honorem, & contumelias gloriam ducere: hæc enim vera ſeruorum Dei gloria eſt. Neque verò ſolùm improperia ferre debet pugil ac miles Chriſti, quin & ſi fortè diuitiæ obuenerint, eas vt ſtercora reſpuere oporte-E bit. Si gloria & principatus, non extollatur & ſuperbiat: Si laudes atque honores hominum, vt quæ ne ſint * quidem, exiſtimanda: quin etiam propter huiuſmodi res, quæ habentur glorioſæ, confundi atque lugere oportet, & propter eiuſmodi, contra lætari & gaudere, quæ habentur vilia, & abiecta putantur. Poteſt ſiquidem aliquis interdum opprobria ferre, gloriam autem & honorem nō item. Sed efferri ſæpè ſolet mens, & à ſeipſa excedere quodammodo, & humilem viā iuſtitiæ derelinquere. Ait enim Paulus: Per arma iuſtitię, à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt in vtriſque per omnia probatus, idem & inconcuſſus inueniatur, extra ſe nunquam diſcedens. Talem enim eum eſſe oportet, qui verè placere cupit Deò, ſicque voluntatem ſuam habere debet fundatam. Et quemadmodum incus aliqua, licet quidem ſemper verberetur, non tamen dat tergum, neque concauitatis formam in ſe

recipit,

Eadem ferè ſunt apud S. Baſil. Mag. de quibus vide noſtra Schol.

Geneſ. 2. 3. &c.

Similia ſunt in S. Baſil.

De his vide Schol.

Vide Schol.

De vita perfectiori agit.

* Græciſmus hic paulò obſcurior.

*.al. daturū hominibus promiſit.

*.al. auditionē ſeu famā quandam nouā credis, &c.

*.al. tanquam quæ nihil ſint, ea æſtimet. &c.

2. Cor. 6.

Argumentum à ſimili haud inefficax.

recipit, ſed eadem ſemper manet, ſibique ſimilis: ſic & qui verum ſe vult gerere A
Chriſtianum, inter diuerſas tribulationes atque tentationes, ſiue extrinſecus ab
hominibus illatas contumelias, perſecutiones, damna, aut aliqua eiuſmodi; ſiue
intrinſecus à ſpiritibus malignis inductas anguſtias diuerſiſſimas, vnus & idem
Pſal. 60. maneat oportet, fortiter quæcunque obuenientia perferens. Pro munitione ac
caſtro, & turre fortitudinis à facie inimici, ſemper Chriſtum Dominum habeat,
Pſalm. 30. ad eumq; belli tempore, in regione inimicorum conſtitutus confugiat, & illud
*al. poteris, in 2. perſon. ſcripturæ vſurpet: Eſto mihi in Deum protectorem, & in locũ refugij, vt ſaluum
me facias. Sic enim quaſcunque poterit* ſuperare tentationes atque afflictiones
*al. tibi conſtituens. ingruentes, omni tempore Dominum, ac firmam in eum fiduciam, atque ſpem,
ob oculos* ſibi conſtituens. Quin & gloriæ humanæ laudes, honores, & principatus ac magiſtratus ſi ſe obtulerint, vt prædictum eſt, non concauitates, neque B
formas in animam impreſſas reliquant, vt ijs oblectetur & acquieſcat, & propterea inflatus ſuperbiat. A dextris enim & à ſiniſtris tentatus homo, id eſt, per glo-
2. Cor. 6. riam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, idem & cõſtans, immotuſque vtrobique permanere debet. Sic enim qui ſuper terram, fundamentum
ſuum ædificat, ab inundantibus tribulationum fluctibus, & tentationum procellis, ſæuiſque improborum ſpirituum ventis impellentibus atq; concutientibus,
Lucæ. 6. non concidit neque commouetur, quoniam fundamentum ſuper petram poſuit. Qui ergo circa eiuſmodi habitum exercitationemq; bonam, fortitudinis dico & generoſitatis, longanimitatis & patientiæ, fidei, & ſpei atque fiduciæ, per verbum Dei prius ſe occupat, adſuefaciens ſe moribus bonis, ſanctoque viuendi inſtituto; & in reliquis virtutum ſtudijs ſe exercens, diuinumque ſermonem C
ſequens, poſtea autem virtutem ab alto in exſpectatione fidei ſuſcipiens; talis verè fundamentum, & domus, atque columna, & firmamentum efficitur in gratia Dei, multarumque animarum vitæ cauſa; ac plurimorum infirmitatem ſufferre valens. Quare & nos ad omne virtutis genus noſipſos excolentes, & quàm optima ratione ad complacendum Deo nos componentes, cogitationemque noſtrã accuratè & enixè ad omnem tentationem præparantes; Diuina confirmati gratia, æternorum bonorum euadamus hæredes. In Chriſto Ieſu Domino noſtro: Cui gloria & potentia, in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones. D

PRO Declaratione, rectaq; intelligentia eorum, quæ hic ab Auctore noſtro Ephræm ferè de Fide adducuntur, operæpretium fuerit noſſe, Fidem in ſacra ſcriptura interdum eum ſignificare aſſenſum qui rebus à Deo nobis patefactis, vel primæ ipſi veritati præbetur, veluti eo loco Iacob. 2. Fides ſine operibus mortua eſt. & illo Pauli ad Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Et paullò ante ibid. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. Et 1. Cor. 13. Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas, &c. Interdum ſpei robur, & quandam firmitatem denotat, quæ modus quidam ſpei eſt, proles autem fidei primo modo dictæ, quomodo accipiendum videtur Matth. 8. Quid timidi eſtis modicæ fidei, &c. Fides enim pro fide fiduciaq; ſimul ponitur, ſicut etiam demonſtrat non obſcurè ſanctus Auguſtinus, lib. 2. de conſenſu Euang. cap. 43. verba illa Marc. 4. enarrans: Necdum habetis fidem, perfectam certè, quæ fides & confidentia eſt. Origenes & Chryſoſt. locis in Matth. idipſum adſtruere videntur. Eodemq; ferè ſenſu, videtur accipi Lucæ. 8. Vbi eſt fides veſtra? Et, Matth. 9. Creditis quia hoc poſſum facere vobis? Et, ſecundum fidem veſtrã fiat vobis. E *Et: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et Marc. 2. Cum vidiſſet Ieſus fidem illorum, &c. Accipitur etiam pro tertio modo Fides, pro fiducia ſola: ita Matth. 6. Si fœnum agri ſic veſtit Deus, quantò magis vos modicæ fidei? & Matth. 17. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, &c. ac Iaco. 1. poſtulet in fide nihil hæſitans, &c. Ceterùm non ſic exponimus, vt fiduciam ſine fide conſiſtere poſſe velimus; ſed locis iſtis fiduciam ſolam eſſe intellectam planè arbitramur, hoc modo: Poſtulet in fide, fiducia maxima, &c. Quibus ſic deductis atque expoſitis, optimè intelligitur, quo ſenſu Auctor noſter eos incredulos hic vocet, & fidem non habere dicat, qui de terrenis nimium ſoliciti ſunt, & ad medicos potius terrenos, quàm ad Deum, in morbis recurrunt; quos reprehendit, & fidem non habere, hoc eſt, vera fiducia diuinæ miſericordiæ carere affirmat. Neque etiam à ſanctis Patribus iſte loquendi modus videtur alienus: Sic enim S. Cyprianus quaſi in principio lib. de mortalitate ſentit ac loquitur, in hæc verba: Deus tibi de hoc mundo recedenti immortalitatem pollicetur, & tu dubitas? Hoc eſt Chriſtum*

credere

A credentium magiſtrum, peccato infidelitatis offendere: hoc eſt in Eccleſia conſtitutũ, fidem in domo fidei non habere, &c. Sic quoque S. Hieronymus ad Demetriad. epiſt. 8. de Anania & Saphira loquens, ait: Patrem alienæ ſubſtantiæ ſibi reſeruarunt, metuentes famem, quam vera fides non timet, &c. ita idem Hieronym. in Dialog. contra Luciferian. de Centurione, & muliere ſanguinis fluxum paſſa agens, & alibi. Plura in hoc, Patrum teſtimonia omitto, ne ſim longior; ſaltem Pauli locum addam 1 Tim. 5 Qui ſuorum maximè domeſticorum curam non habet, eſt infideli deterior, & fidem negauit, &c. quæ verba ſic exponit S. Chryſoſtomus, fidem factis negauit. Et Anſelm. operibus fidem negaſſe, non conditionis ſtatum mutaſſe interpretatur. Quare quo ſenſu dixit Apoſt. eos qui ſuos negligunt, fidem negare; dicere videtur & eodem planè ſanctus Ephræm, eos qui Deo derelicto, medicorum idola colunt, & oracula terræ conſulunt, &c. Quod Spiritus ipſe ſanctus 2. Paralip. 16. reprehendit Azæ Regis Iſrael exemplum proponens. Et Eccleſiaſt. 38. Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te. Da ſuauitatem & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem, & da locum medico, &c. Ac paullò B poſt ibid. ſic de ſacerdotibus, qui ſunt medici ſpiritales: Ipſi verò Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & ſanitatem, &c. Vnde euidenter colligo, in infirmitatibus Deum maximè inuocandum, placãdumq; ſacrificijs & oblationibus, Dei ſacerdotes, qui ſpiritales ſunt medici, cumprimis adhibendos, poſtea verò terrenos medicos atque corporales. Quod cùm non faciant homines, vel præpoſtero ordine, exclamat ſanctus pater Ephræm eos incredulos eſſe, & fidem non habere, id eſt, fiduciam, vel fidem perfectam quæ cum fiducia eſt. Quaſi dicere vellet cum Propheta: Nunquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? Hiere. 8. Quãquam tamen pro pleniori mentis Auctoris noſtri explicatione, Lectoriſq; ſatisfactione, dicere etiam hic poſſumus iſta de medicis ac medicinis corporalibus, ad monachos & perfectiores, quibus ſæculũ relinquere, &, & Deo ſe totos tradere conſtitutũ erat, dicta potiſſimũ eſſe. quomodo planè in eundem ſenſum fuſius S. Bernardus ad fratres trium fontiũ, ſeu de S. Anaſtaſio, epiſt. 121. conſcripſit, vt ſequitur: Credo autem quòd & ego ſpiritum Dei habeã, & conſilium Dei in hoc. Scio equidẽ quod in regione habitatis infirma, & multis aliqui ex vobis laborant infirmitatibus. Sed mementote quis dixerit: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Et C cum infirmor, inquit, tunc fortior ſum. Compatior vtique, & multum compatior infirmitati corporum; ſed timenda multo magis, ampliuſq; cauenda infirmitas animarum. [Et ſequitur ibi:] propterea minimè competit religioni veſtræ medicinas quærere corporales, ſed nec expedit ſaluti. Nam de vilibus quidem herbis, & quæ pauperes deceant, interdum aliquid ſumere tolerabile eſt, & hoc aliquando fieri ſolet. At verò ſpecies emere, quærere medicos, accipere potiones, religioni indecens eſt, & contrariũ puritati, maximeq; ordinis noſtri; nec honeſtati congruit, nec puritati. hæc enim omnia gentes inquirunt. Scimus autem quia qui in carne viuunt, Deo placere non poſſunt. Spiritalia proinde ſpiritalibus comparanda, & quærenda potio humilitatis, & clamãdum in toto corde: Sana animã meam Domine, quia peccaui tibi. Huic ſanitati fratres dilectiſſimi, operam date, hanc ſectamini, hanc ſeruate, quia vana ſalus hominum. Nec diſſimile conſcripſit ſerm. 30. in Cant. hæc inter alia, in medium adducens: Nam qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Quid hîc vos dicitis obſeruatores ciborum, morũ neglectores? Hippocrates, & ſequaces eius docent animas ſaluas facere in hoc mundo; Chriſtus & eius D diſcipuli perdere. Quemnam vos è duobus ſequi magiſtrum eligitis? At manifeſtum ſe facit, qui ſic diſputat; hoc oculis, hoc capiti, & illud pectori, vel ſtomacho nocet. Profectò vnuſquiſque quod à ſuo magiſtro didicit, hoc in medium profert. Num in Euangelio legiſtis has differentias, aut in Prophetis, aut in litteris Apoſtolorum? Caro, & ſanguis reuelauit tibi hanc ſapientiam, non ſpiritus Patris. Eſt enim carnis hæc ſapientia. Sed audi quid de ipſa noſtri medici ſentiant; Sapientia, inquiunt, carnis, mors eſt. Item, ſapientia carnis inimica eſt Deo. Num Hippocratis, ſeu Galeni ſententiam, aut certè de ſchola Epicuri debui proponere vobis? Chriſti ſum diſcipulus, Chriſti diſcipulis loquor. Ego ſi peregrinorum dogmata induxero, ipſe peccaui. Epicurus atque Hippocrates, corporis alter voluptatem, alter bonam habitudinẽ præfert; meus magiſter vtriuſq; contemptum prædicat. Et poſt multa, in fine Serm. fruſtra ſibi quidam blandiũtur, de exemplo Pauli hortantis diſcipulum non bibere aquam; ſed modico vti vino propter ſtomachum, & frequentes ſuas infirmitates. Qui attendere debent, primum quidem Apoſtolum minimè ſibi ipſi rem iſtiuſmodi ſuadere: ſed nec diſcipulum æquè expoſcere ſibi. Deinde non monacho hoc intimari, E ſed Epiſcopo, cuius vita teneræ adhuc & naſcenti Eccleſiæ pernecesſaria eſſet. Timotheus hic erat. Da mihi alterũ Timotheũ, & ego cibo eũ, ſi vis, etiã auro, & protobalſamo, hactenus Bernar. cuius doctrina quantũ hîc cum illa Auctoris noſtri Ephræm conueniat, quis non videt? quam tamen vterq; Sanctus vita melius expreſſit, quã verbis. Vnde de Bernardo in eius vita, Gulielmus Abbas lib. 1. cap. 8. ſic ſcribit: Videres hominẽ inbecillẽ, & languidũ conari, & aggredi quæcunque vellet, minus conſiderare quid poſſet, ſolicitũ pro omnibus, circa ſeipſum negligentẽ, omnibus in omnibus alijs obedientiſſimum, ſed de ſeipſo vix aliquando ſeu Charitati ſeu poteſtati obedientem: ſemper enim priora ſua nulla reputans, maiora moliebatur; ad non parcendũ corpori, ſed ſtudijs ſpiritalibus robur addendũ, corpus ſuũ varijs infirmitatibus per ſe attenuatũ, ieiunijs inſuper, & vigilijs ſine intermiſſione atterendo. Orabat ſtans diu noctuq;, donec genua eius infirmata à ieiunio, & pedes eius à labore inflati corpus ſuſtinere nõ poſſent. Et poſt pauca: Videbant eum & conuerſationem eius homines medici, & mirabantur tantãq; vim, eũ in ſeipſo cauſabantur inferre naturæ, ac ſi agnus ad aratrũ alligatus arare cogeretur, &c. Hinc quoque S. Ambroſius in Pſalm. 148. (refertur in cap. contraria. de Conſec. diſt. 5) Contraria, inquit, diuinæ conditioni præcepta *medicinæ ſunt, à ieiunio reuocant, lucubrare non ſinunt; ab omni intentione meditationis abducunt.* A *Itaque qui ſe medicis dederit, ſeipſum ſibi abnegat. Ita idem Ambroſ. in Pſal. 118. Beati immaculati. Et lib. 6. in Lucam, vbi in hanc ſententiam plura. Quam & S. Hieronymus confirmat, ad Euſtochium ſcribens, ac de Paula matre loquens, in hæc verba: Referam, inquit, quæ expertus ſum menſe Iulio, feruentiſſimis æſtibus incidit in ardorem febris; & poſt deſperationem cùm Dei miſericordia reſpiraſſet, & medici perſuaderet ob refectionem corporis vino opus eſſe tenui, & parco, ne aquam bibens in hydropem verteretur. Et ego clam Beatum Papam Epiphanium rogarem, vt eam moneret, imò compelleret vinum bibere. Illa, vt erat prudẽs, & ſolertis ingenij, ſtatim ſenſit inſidias; & ſubridens, meũ eſſe quod ille diceret, intimauit. quid plura? Cùm Beatus Pontifex poſt multa hortamenta exiſſet foras, quærenti mihi quid egiſſet, reſpondit: Tantum profeci, vt ſeni homini penè perſuaſerit, ne vinum bibam. Et de eadem S. Paula, ſic idem S. Hieronymus: laſciuientem, inquit adoleſcentularum carnem, crebris & duplicatis frangebat ieiunijs, malens eis ſtomachum dolere, quàm mentem, &c. Habes quoque exemplum ſingulare apud Sophronium in prato ſpirituali c. 8. de Abbate Myrogine hydropico, qui ob nimiam auſteritatem, hoc morbo* B *laborans ſenibus ad ſe iugiter venientibus, ſic dicere ſolebat: Orate pro me Patres, ne interior homo hydropicus fiat; ego enim vt in hac infirmitate diutius durem, Deum oro, &c. Capite deinde decimo exemplum ponitur Barnabæ Anachoritæ, cuius pedi infixa arundinis feſtuca doloribus eum exagitabat, nec paſſus eſt, vt eum medicus videret, &c. Dicebat autem his, qui ad ipſum accedebant, quod quanto magis exterior homo patitur, tãto magis interior viret. Et in hiſtoria tripart. lib. 8. cap. 1. de Beniamin eremita legimus, quòd cùm aqua intercutis morbo vehementer laboraret, ijs, qui infirmitatem eius miſerabantur, ſupplicare ſolebat, ne corporis ſui, ſed animæ curam haberent, eoſdem interea infirmos ſola oratione curans. Ac in Pall. hiſt. de Syluia ſeu Syluiana Ruffini Alexandriæ præfecti ſorore habemus, quòd cùm malè haberet, medicis conſulentibus balnea adire, noluit illorum cõſilium ſequi. Similéq; omnino cõmemorat S. Gregorius dialog. 4. cap. 13. de Galla Symmachi filia, quæ cum intra puellares annos marito viduata ægrotaret, corpore toto in tabificam ſcabredinem verſa, medicis affirmantibus niſi iteraret matrimonium, vel morituram eo morbo, vel mentum piloſum inſtar viri habituram, neglexit medicorũ conſilium. Poſſem multa alia eius generis exempla adducere, ſed ne ſim prolixior, vnum ſolum dictis adij-* C *ciam non omittendum, de ſancta Agatha, quæ, vt eſt in eius vita, de ſeipſa loquens, medicinam, inquit, carnalem corpori meo nunquam exhibui, ſed habeo Dominum meum Ieſum Chriſtum, qui ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa, &c. Quæ verba expendens S. Thomas 2. 2. q. 97. art. 1. de Tentat. Dei, ad 3. Beata Agatha, inquit, experta erat erga ſe diuinam beneuolentiam, vt vel infirmitates non pateretur, pro quibus corporali medicina indigeret, vel ſtatim ſentiret diuinæ ſanationis effectum, &c. Eundemq; S. Thomæ locum illuſtrans eruditus ipſius Interpres Caietanus, reſpuere, inquit, medicinam licet, ratione ſpiritalis profectus: Et hoc ſi infra limites rationalis obſequij ſit, non eſt tentare Deum, ſed ſemetipſum offerre hoſtiam viuentem Deo. Et hoc modo Sancti illi qui propoſiti ſunt in exemplum ceteris, & præſertim religioſis, in hoc mundo dolores iliacos, vlcera, & cætera morborum genera, quæ in corpore patiuntur, ſuſcipere ſolent libenter, vtentes ijs vt inſtrumentis diuinitus ſibi conceſſis ad carnis ſubiectionem atque mortificationem, & ad Dominicæ paſſionis participationem; ægréq; ferrent ſi filialis dilectionis ſignum hoc deperderent, ſanitatem corporis recuperando atque hi licet infirmentur in carne, fortiſſimi tamen ſunt ad ſpiritalia, adeò vt nihil etiam mali videantur quandoq; habere, ſicuti compluribus exemplis* D *iam ante adductis, hoc ipſum clarum fecimus, demonſtrauimuſq; abũdè. Quæ cum ita ſint, nemini meritò hæc ſancti Ephræm dicta, peregrina hoc loco videri debent ac paradoxa; quippe qui ea ad religioſos atq; perfectiores potiſſimum retulit, eos magno quodam zelo à medicinis corporalibus, curiſq; ſecularibus auocans atque dehortãs. Quare vt concludam, dico iſta Auctoris noſtri verba (ne ab imperitis detorqueantur) ſecundum ſcientiam piè rectéq; accipienda & intelligenda eſſe, quomodo etiam ab alijs SS. Patribus antea citatis in eundem planè ſenſum accepta ſunt & comprobata; ipſéq; Baſilius Magnus, quẽ præterire non poſſum, intellexit, optiméq; conuenienti temperamento adhibito ſimilia deduxit atque expoſuit, in pulcherrima illa ſua Reſponſione, quam facit ad Interrogationem LV. cuius principium eſt: Quemadmodum vniuſcuiuſlibet artis ſuffragium, ad hoc nobis à Deo eſt indultum, vt noſtræ occurramus infirmitati, &c. Tom. 2. in Interrogat. Nunquid ex veræ pietatis propoſito ſit, vti medicina? Ex* E *quorum lectione, & cum his collatione, Lectori, vt ſperamus, abundè hic ſatisfactum erit.*

S. Ephræm, de Fide: *Pro hac Inſcriptione, in antiquo quodam alio manuſcrip. exemplari Græc. ſic reperi, atque traduxi: Eiuſd. S. Patris Ephræm ſermo de Fide. ſuper illud Euang. Qui fidelis eſt in paruo, & in multo fidelis erit. Verùm prior generalior eſt, toti Orationi ſeruiens: poſterior non item; ideóq; eam potius quàm hanc repoſuimus.*

Deinde vbi eſt; Sed in ipſum ſolum, ſpem noſtram ponamus.] *al. leg. ſed firma in ipſum fiducia ſperandum eſſe ijs, qui ad eum confugiunt, &c. Vtraque lectio bona eſt, & inſtituto Auctoris ſatis accommoda.*

Vbi porrò habetur: Et ſi de præſentibus non fuerit ſolicitus, ſolum autem in futuris &c *Ex alio manuſc. cod. Græc. ſic tranſtulimus: Quoniam nobis circa eiuſmodi, minus ſolicitis, & futurorum atque æternorum duntaxat ſatagentibus, alia quæcunque neceſſaria ſe daturum promiſit. Et tunc apparebit, an de incorruptibilibus fidem habeat, veréq; æterna bona quærat; & nunquid in ijs quæ videntur, ſanam integramq; fidem defixam ſeruet. Debet enim, &c.*

A Credere te dicis, quòd filius Dei fies, cùm de cælo natus ſis, &c.] *Alludere videtur haud obſcurè Auctor, ad illa Iohann. 1. dedit eis poteſtatē filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. &, ex Deo nati ſunt, &c. Sic quoque hic poſtea Ephræm: Tu autem qui ad Chriſtum acceſſiſti, cupiens filius Dei fieri, & deſuper ex Spiritu ſancto naſci, &c. vnde quo ſenſu iſta ab eo ſint dicta, ſatis perſpicitur.*

Si enim te credis accepturum ęterna illa & immortalia, omniſque corruptionis expertia bona.] *Vbi, ἄφθαρτα, in alio manuſcr. Græc. eſt: παράμονα καὶ ἄφθονα, ſtabilia ſiue permanentia, omniſq; inuidiæ expertia bona. Vel ἄφθονα, hoc eſt, copioſa, abundantia, vbi cuncta bona abundè ſuppetunt, quæque omnem inuidiam ſuperant: aut ſi malis; in qua nulla inuidia cadit, &c.*

Reſpicite volatilia cæli, quoniam neque ſeminant, neq; metunt, &c.] Vbi pro θερίζουσι, *neque metunt, al. leg.* συνάγουσιν, *neque congregant in horrea, &c. at in ſacro Cod. Græco & Lat. Matth. 6. eſt: neque ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea. Pro quo, Luc. ſic: Conſiderate coruos, quia non ſeminant, neque metunt, &c. abſque verbo (congregant) vt hic apud Ephræm.*

B Sicque voluntatem ſuam debet fundatam habere, qui verè cupit placere Domino, & quemadmodum incus aliqua, &c. *In alio manuſcrip. eſt: Sicq; voluntatis ſuæ certamen fundare debet; velut ſi incus aliqua eſſet, quæ licet percuſſa, non tamen dat tergum, & coniunctim etiam hæc legendo. Vtrobique tamen ſimilitudinis vis exprimitur, & ſententia optima redditur; quam eãdem & alibi licet verbis commutatis, hoc eod. tom. in tract. de Patientia & compunctione (cuius principium eſt: Chariſſimi, ſtrenuos nos in hoc vitæ ſtadio milites præbeamus, pro rege noſtro Chriſto, &c.) idem retulit Ephræm, vbi ſic habet. Præbeamus ergo nos velut incudes, percuſſi, & nequaquam terga vertentes, & quæ ſequuntur ibidem.*

Qui ego circa eiuſmodi habitum exercitationemque bonam, per verbum Dei prius ſe occupat, &c. *In alijs duobus antiquæ Codicib. Græc. ſic per 2. perſonam iſta efferuntur: Ad eiuſmodi ergo habitum, exercitationemq; bonam fortitudinis, &c. te occupa atque exerce, &c. ſed melius per tertiam perſonam, vt ſequentia reſpondeant: nam mox ſubijcitur in perſona ead. talis verè fundamentum efficitur, &c.*

C

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Aduerſus eos, qui dicunt Terræ motus à terrę inflatione fieri.

D DIcite nobis qui veſtro è pectore verba depromitis, & non ex ore Domini: ſi quod à Pſalmiſta dictum eſt, vobis recenſuerimus, nunquid credetis? ait enim: Qui reſpicit terram, & facit eam tremere. Psal. 103. Et commouiſti terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia commota eſt. Pſal. 59. Nec diſſimile in S. Iob dictum reperitur, diuino ſic ibi affirmante oraculo: Qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur. Iob. 9. Qui præcipit ſoli & non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Ibidem. Qui extendit cælos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris. Qui facit arcturum, & oriona, hyadas, & interiora auſtri? Qui facit magna & incompræhenſibilia, & mirabilia quorum non eſt numerus, Rurſuſque dicit? Iob. 26. Qui extendit aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihilum. Qui ligat aquas in nubibus ſuis: vt non erumpant pariter deorſum. Atqui iſta audientes, non creditis; propterea quòd mentem Græcanica ebrietate turgidam habetis. E Vnde & delirantes, dicitis ex terræ inflatione, & non ex diuina prouidentia terræmotus fieri. Obiectio. Sed dicite nobis, quo pacto durante terræmotu, vnoque aruo concuſſo, altero verò non concuſſo, nō abſcindatur concuſſus à non concuſſo? Verùm quemadmodum ſedata aquarum inūdatione, iterum aqua ſuum in locum tranquilla reducitur: ita & terra ad rationem vndarū, poſt concuſſionem à terræmotu productam, ſimiliter componitur atque firmatur. Obiectio de montibus Armeniæ. At dicite nobis rurſus modum, quomodo per terræmotum, montes Armeniæ ab inuicem diſſiti, in mutuum quaſi conflictum impellantur, ita vt ignis videatur excitari, plurimumque fumare, & ſic ſatis etiam longa loci intercapedine, rurſuſque locorum interuallis diſiuncti montes, ſinguli ſuo ordine ac loco conſiſtant? Quis ergo hunc nobis modum adnuntiauerit? Alia obiectio de nauigātibus. Et quo pacto rurſum, terræmotus tempore, in ſtuporem aguntur qui in mari nauigant; ipſaque etiam naue huc illucque frequenter à fluctibus agitata, non latet eos terræmotus? Nam tabulatis atque cubiculis, cum cunctis etiam vaſis quæ in naue ſunt, præter omne ſolitum inter ſe collidentibus atque concutientibus, nautæ ex terræmotus inuaſione redduntur attoniti. Audite igitur ac intelligite dictum Apoſtoli, vt vera ſapientia reddamini digni. Ait enim: Nemo ſeipſum ſeducat. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo: ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Et iterum: Dominus nouit cogitationes ſapientum, quoniam vanæ ſunt. Quamobrem gentilium ſtoliditate, atque vana eorum ſapientia dementari cauete: quæque admiramini, potentiæ præpotentis Dei adſcribite, cum Propheta exclamantes: Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius: & ſapientiæ eius non eſt numerus. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

1.Cor.5.

Iob.5.
Pſalm.93.

Pſalm.146.

SCHOLIA.

Reprehendit hic Auctor noſter potiſſimum illos, qui Terræmotuum rationem ad ſecundas magis cauſas, quàm ad primam referunt, eosq; ex terræ inflatione quadam potius, quam diuina prouidentia fieri contendunt, quaſi diuinæ potentiæ atq; prouidentiæ prorſus immemores. Quorum opinionem ideo tanquam ſtolidam atque abſurdam confutat; contrariumq; auctoritatibus Scripturæ, ſimilitudinibusq; atque exemplis optimis hic adductis, adſtruit probatq;: ad diuinam prouidentiam cauſas eorundem referendo, ſicut magis hoc ipſum in Terræ motibus illis inſignibus atque famoſis eluceſcit, quorum hic quædam exempla de montibus Armeniæ, alijſq; ponit. De quibus, plura vide apud Euſebium in Chron. & Paulum Oroſium, lib.3.cap.3.ac 5.& lib.4.cap.12.lib.6.cap.5.& lib.7 cap.3.9.13.32. vbi ingentes atque horrendi Terræmotus deſcribuntur. Item apud Plinium, natural. hiſtor. præſertim lib.2.cap.85.per totum, & cap.86. per totũ. &c. Ariſtot.2.meteor.cap.7.8.ac Dion. in Traiano. Fidem vero ſuperare videtur, quod narrat Procopius 2. belli Goth. de Veſuuio monte, qui aliquando ad Bizantium vſq; cineres effudit, magno habitantium damno; ita diuina ſæuiente ira in ſceleſtorum hominum perniciem.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Ne decipiamur Gentilium erroribus.

Mortalitas in vrbe Conſtantinop. deſcribitur, & Hiſtoria facti memorabilis proponitur.

Adijciam autem & hoc dictis: Mortalitate gliſcente in vrbe Conſtantinopoli, multiſque morientibus, medicus quidam cognomento Domnus, plurimorum tũc ibi cladem, & aliorum timorem quo detinebantur, cernebat. Et ex his quidem qui moriebãtur, alij artifices erant, qui igne ſua opera conficiebant; alij in cellis ſubterraneis degebant. Qui verò in altioribus locis habitabant, & ſerenioris ſubtilioriſque aeris beneficio perfruebantur, peſtis contagium euadebant. Atqui iſta in Domno contigerunt, poſtquam animum ad vanam gẽtilium ſapientiam imbibendam appulit; & ab eiuſmodi, mentem ſuam lædi paſſus eſt. Et vt iſta hic effutire cœpit, biduo aut triduo poſt, morbo correptus iacuit ſemiuiuus, proprios ſubornans ſeruos, qui ipſum in ſuburbium eius ferrent, vt mortuus ibi ſepeliretur. Quem alius medicus cui nomen Macedonius, vidẽs deportari iam agentem animam, (erat autem ipſe vnus ex ijs, qui futilem eius loquacitatem audire ſolebant) ait: Hic tametſi pulcherrima domo, ac ſereno aere perfrueretur, non eſt ſaluatus; ſed ecce obrutus eſt, nec ſuæ ipſi profuerunt nugæ. Et Domnus quidem ad ſuburbia delatus, ibiq; mortuus ac ſepultus eſt. Macedonius verò ab ingruente mortalitate præſeruatus, vitæ priori renuntians, ſyncerioris vitæ inſtitutum, monaſticum ſcilicet, amplexus eſt; ab illius impietate minimè conſumptus. Noſtrum porrò erit, diuina inſpirante ſcriptura duce, mentem noſtram rectè noſſe dirigere. Quibus enim mens diuinis doctrinis non eſt illuſtrata, remotam hi mentem à veritate poſſident. Quare diuinam nos audiamus ſcripturam, luculenter in ſecundo Regum libro proclamantem atque dicentem: Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael; commouitque Dauid in eis

2.Reg.24.

A eis dicentem: Vade, numera Iſrael & Iudam. Dixitque Rex ad Ioab principem exercitus ſui: perambula omnes tribus Iſrael, à Dan vſque Berſabee? & numera populum, vt ſciam numerum eius. Et paullò poſt: Dedit ergo Ioab numerum deſcriptionis populi regi, & inuenta ſunt de Iſrael, octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium & de Iuda quingenta millia pugnatorum. Percuſſit autem cor Dauid eum, poſtquam numeratus eſt populus : & dixit Dauid ad Dominum: peccaui valde in hoc facto, ſed precor Domine, vt trãſferas iniquitatem populi * tui, quia ſtultè egi nimis. Surrexit itaque Dauid manè, & ſermo Domini factus eſt ad Gad Prophetam, & videntem Dauid, dicens: Vade, & loquere ad Dauid; Hæc dicit Dominus: Trium tibi datur optio , elige vnum quod volueris ex B his, vt faciam tibi. Cumque veniſſet Gad ad Dauid, nuntiauit ei, dicens: Elige tibi vnum fieri ex his: aut tribus * annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequentur: aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quid reſpondeam ei, qui me miſit. Dixit autem Dauid ad Gad: Coarctor nimis hiſce tribus: Sed melius eſt vt incidam in manus Domini, (multæ enim miſericordiæ eius ſunt) quam in manus hominum. Elegitque * ſibi Dauid peſtem, & dies meſſis ignium. Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael de manè vſque ad tempus conſtitutum : & mortui ſunt ex populo à Dan vſque ad Berſabee, ſeptuaginta millia virorum. Cumq; extendiſſet manum ſuam Angelus Domini ſuper Ieruſalem, vt diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſuper afflictionem, & ait Angelo percutienti populum: Sufficit, nunc contine manum tuam. Erat autem Angelus Domini iuxta aream C Areuna Iebuſæi. Dixitque Dauid ad Dominum, cùm vidiſſet Angelum cædentem populum : Ego ſum qui peccaui, & ego ſum paſtor qui iniquè egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? vertatur obſecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. Venit autem Gad Propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei: Aſcende, & conſtitue altare Domino, bonum * in oculis eius, in ſancta area Areuna Iebuſæi. Et aſcendit Dauid, iuxta ſermonem Gad Prophetæ, quem præceperat ei Dominus. Conſpiciensque Areuna, animaduertit regem & ſeruos eius tranſire ad ſe: Et egreſſus adorauit Regem prono vultu in terram, & ait : Quid cauſæ eſt, vt veniat Dominus meus Rex ad ſeruum ſuum? Cui Dauid ait: Vt emam à te aream, & ædificem altare Domino, ceſſetque interfectio quæ graſſatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid: Accipiat, & offerat Dominus meus Rex Domino, ſicut placet ei: Ecce boues in holocauſtum, & plauſtrum, & iuga boum in vſum lignorum. Omnia dedit Areuna regi, dixitque Areuna ad regem: Dominus D Deus tuus benedicat * tibi. Cui reſpondens Rex ait: nequaquam vt vis, ſed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocauſta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues, argenti ſiclis quinquaginta, & ædificauit ibi Dauid altare Domino: & obtulit holocauſta & pacifica: Et propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael. Siue ergo bellum, ſiue fames, ſiue peſtilentia, ſiue quid aliud triſte atque acerbum ingruat; cuncta hæc ad emendationem, correptionẽque noſtram: tum vt mens hominum ad pietatem impellatur, mortalibus inferni credendum eſt. Indigent namque ſingulæ ætates, diſciplina viſitationis Domini. Nam ſi timoris etiam tempore, nonnulli ad pietatem ſint inſenſibiles: quomodo non magis, ſi nulla Domini viſitatio fiat, penitus ad impietatem perditionemque, ſuam ipſi mentem conuertent.

*al. ſerui tui, vt in vulg.

*in vulg. eſt: aut ſeptem annis, &c.

*iſta vſque ad (Immiſitque) deſunt in vulg.

* Deſunt iſta (bonum in oculis eius, in ſancta) in vulg.

*in vulg. Lat. eſt: ſuſcipiat votum tuum.

2. Paralip. 3.

Alluſ. ad Eph. 6.

E

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.
in præcedentia, De Gentilium erroribus, &c.

Tribulationes & flagella à Deo nobis propter vtilitatem noſtram immitti, quod hîc potiſſimũ vult Ephræm, perpetuò quoque alij docuerunt SS. Patres, & inter alios S. Baſilius in Homil. in Diuites auaros, ſuper illa verba ſcripturæ: In famè & ſqualore, &c. ac S. Ioãnes Chryſoſt. ad pop. Antioch. Hom. 4.5.15.62.63.66.67.78. & Homil. 10. in Matt & in Pſal. 83. & 93. S. Ambroſ. copioſiſſimè lib. ſuper, Beati immaculati, litt. 9 verſ. 1. litt. 10. verſ. 4. & verſ. 6. & litt. 14. verſ. 2. & 18. verſ. 7. Tom 4. Et ſuper Epiſt. ad Rom. cap. 5. Et ſuper 2. Cor. 4. Et ſuper epiſt. ad Coloſſ. cap. 1. Tom. 5. &c. Nec non S. Auguſti-

nus lib.1.de verb.Domini,ſerm.18.Tom.10 ſerm.de preſſ.mundi,ſerm.2.De Machabeis.ſuper Pſal.21. ſerm.2.Tom.10.ſuper Pſal.30.ſerm.2.ſuper Pſal.36.ſerm.2.ſuper Pſal.40.Tom.8 lib de vera innocentia, cap 204.Tom.3.epiſt.87.ad Felicitatem,Tom.2.&c.Item S.Bernardus ſerm.16.& 17.ſuper Pſalm.90. Qui habitat,&c.

Siue ergo bellum,ſiue fames, ſiue peſtis,&c.cuncta ad noſtram emendationem,correptionéque,&c.] *Bellum à Deo permitti ad noſtram emendationem ſcribit S. Auguſtinus lib.1. de ciuit.Dei cap.1.Tom 5.& lib.22.contra Fauſtum,cap.74.Tom.5.Item S. Ambroſius in ſerm.88.de Heliſæo,& tumultus bellico. Tom.3.ac Cyprianus libro de mortalitate.Quòd porrò fames meritis peccatorum inſligatur,habes apud Baſilium,& Chryſoſt.in locis iam adductis.& apud ſanctum Ambroſium lib.7.epiſtol. Epiſt.52.ad Romulum,ſuper illud: Ponam cælum aereum,& terram ferream.Tom.3.&c.Idemq; planè de peſte ſentiendum.*

Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael,&c.] *Locus eſt 2. Reg.24.Et ſic in vulg. Lat.ſicq; in Commentarijs Græcis biblic.vbi tamen pro θυμωθῆναι,iraſci,vt eſt ibi;hic apud Ephræm,quemadmodum & in Græca edit.70.ponitur verbum ἐκκαῆναι,inflammari,exardeſcere,excandeſcere, &c. At nos hoc loco,vulgat.ſequimur Lat.in interpretatione noſtra.*

Peccaui valde quòd fecerim verbum hoc,] *Ita hic legit Ephræm, ita & S. Ambroſius, cum quibuſdam alijs Doct.pro quo tamen,Græca editio 70.habet: Peccaui valde in eo quod feci nunc Domine; vel,vt eſt in vulg.Lat.peccaui valde in hoc facto.Et ſicut eſt 1. Paralip.21. Peccaui nimis vt hoc facerem,&c.Deindè ſequitur hîc:* Sed precor Domine,vt auferas iniquitatem populi tui,&c.*atque ita apud Ephræm.Ceterùm in edit.70.vt & in vulg.Lat.reperitur:* Sed precor Domine, vt transferas iniquitatem ſerui tui,quia ſtultè egi nimis,&c.*ita quoque 1.Paralip.21.*Obſecro aufer iniquitatem ſerui tui,quia inſipienter egi,&c.

Elegitque ſibi Dauid peſtem,&c.] *Iſta hoc loco,in vulg.Lat.2.Reg.24 deſunt, vſque ad verb.(Immiſitq;,&c.nec ponuntur in loco cit.Paralip. Sunt tamen in Græc. edit.70. 2.Reg.24.quibuſcum concordant.*

Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael,de manè vſque ad tempus conſtitutum.] *Ita eſt in vulg.Lat.Sed Græcè ad Litteram hic eſſet,*vſque ad prandij horam.*At ſequimur hoc loco vulg.in interpretatione.*

Indigent namque ſingulæ ætates diſciplina viſitationis Domini.] *Fort.non malè legend.diſciplina & correptione Domini,vt eſt Epheſ.6.quò hîc reſpexiſſe videtur Auctor.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Ad euerſionem Superbię.

Simile accommodum.

Verſutia atque calliditas immundi ſpiritus, in varijs ſe prodit.

Lu. 17.

VAna eſt omnis exercitatio, omnis temperantia, omnis obedientia, omnis voluntaria paupertas, omniſque diſciplina multiiuga, humilitate deſtituta. Nam quemadmodum principium & finis bonorum eſt humilitas;ita malorum initium,finiſque exiſtit ſuperbia. Verſutus autem ac callidus, multiformiſque eſt hic immundus ſpiritus; vnde etiam in cunctos dominari nititur, ſinguliſque per quas tranſire contigerit vias,in ijs laqueos conſtituit: Sapienti per ſapientiam, forti per fortitudinem,diuiti per diuitias,formoſo per pulchritudinem. Eloquenti per loquelam, ſonoro atque vocali per vocis præſtantiam. bono opifici,per artis excellentiam; agili per agilitatem.Similiter autem & ſpiritales tentare non ceſſat: eum qui renuntiauit ſeculo, per abrenuntiationem; temperantem ac continentem, per temperantiam ac continentiam; in quiete ac ſilentio viuentem, per quietem & ſolitudinem; paupertatem colentem,per paupertatem: diſcendi ſtudioſum, per addiſcendi facilitatem; apprehenſu facilem, per apprehenſionis facilitatem, Religioſum per religionem,& eruditum per eruditionem; quæ autem reuerà cognitio eſt atque ſcientia,humilitati coniuncta reperitur. Sic ergo in cunctis ſua ſtudet ſeminare zizania. Ideo Dominus noſter ſciens paſſionis huius difficultatem,quòd vbi radices egerit,ibi hominem illum cum ſuo exercitio inutilem planè reddat; ſuppeditauit nobis aduerſus ipſum pro trophæo atque vexillo humilitatem, dicens: Quando omnia feceritis quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus. Quid ergo nobis ipſis leuitatem atque dementiam adſciſcimus,

mus: cùm dicat Apoſtolus: Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit: Opus ergo ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit, & non in altero. Cur igitur noſipſos decipimus, in alterutrum elati, ſicut qui in mundo ſunt celebres; eoſque qui ſunt modeſtiores aſpernamur? Inuenimus quippe docentem Dominum, quòd quæ hominibus excelſa ſunt, abominabilia reperiantur coram Deo. At vt continentes ac moderati, aduerſus infirmiores extollimur? Rurſus ab Apoſtolo corripimur dicente: Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt; ſed quem Deus commendat. Quòd ſi vt plus alijs laborantes, ſuperbimus aduerſus eos qui vitam quietam ducunt? at Dominum reperimus Mariam commendantem, quòd optimam partem elegerit. At verò tanquam animi tranquillitatem colentes, aduerſus eos extollimur, qui miniſterio diſtrahuntur? Iterum Dominum docentem inuenimus, atque dicentem: Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare; & ponere animam meam redemptionem pro multis: quare res eſt omnino repudianda ſuperbia. At quòd in deſerto loco & puluerulento ſedemus, magnificè de nobis ipſi ſentimus? Nihil ſanè opus loci nobis proderit, non operantibus in humilitate; Apoſtolo dicente atque hortante: Non contemplemur quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ autem non videntur æterna. At vt in lacu, aut ſpelunca habitantes inflamur? ſigna ſunt iſta mortificationis, & rerum terrenarum contemptionis, atque incuriæ. Quod ergo tibi ipſe delegiſti ad rectius excolendam virtutem, ne tibi ſit in lapſum ſuperbiæ: ſimiliſque reddaris imperito fabro ferrario, qui ſuum non nouit opus, & pro gleba ferri, lignum adurere tentat. neceſſarium igitur fuerit, fortiter humilitatem apprehendere. At opulentus es, & æquitatis atque iuſtitiæ * moderationem obtines? ſed ad Abrahami menſuram non perueniſti, qui ſeipſum terram dicebat ac cinerem. At populi tibi procuratio commiſſa eſt? & Moyſes populi curam ſuſcepit, neque mille hominum ſolùm curam & adminiſtrationem; ſed & vulgi multitudinem. Poſtquam enim Aegyptum percuſſit Deus in manu Moyſis & Aaron, exſiccauitq́; mare rubrum, & per ſiccum traduxit Iſrael, tranſmiſitq́; eos per ſolitudinem illam terribilem, venerunt iuxta fines Moab; aſpicienteſque Moabitæ multitudinem populi, ſicut ſcriptum eſt: Dixit Moab ad maiores natu Madian: Ita delebit hic populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas vſque ad radices carpere: Cenſus enim habebatur populi, ſecluſis mulieribus ac pueris, & tribu Leuitarum. numerus autem eorum à viginti annis & ſupra, omnes qui ad bellum procedere poterant ex Iſrael, ſexcenta tria millia virorum, quingenti quinquaginta, cunctorumq́ue iſtorum ipſe dux erat. Cumq́ue vnà cum Deo familiariter ageret, eiuſque gloriam contemplaretur, non elatus eſt corde, neque humilitatem omiſit animi. Vnde ſacra quoque de eo teſtatur ſcriptura, dicens: Erat enim Moyſes, vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. At formoſus es, & viribus vales, & corona ſeu diademate cingeris? ſed non perueniſti ad menſuram Regis Dauidis, qui ſumma animi humilitate dicebat: Ego autem ſum vermis, & non homo. At ſcientia præditus es, & ſapientia, atque temperantia? non tamen ad menſuras Trium puerorum, ac Prophetæ Danielis perueniſti: quorum hic quidem dicebat; Tibi Domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei; ſicut eſt hodie viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalem, & omni Iſrael. Alij autem: in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Et ſi tantam homines iuſti humilitatem oſtenderint; quales nos peccatores eſſe oportebit? Supra modum enim efferri, ac ſuperbire carnis prudentia eſt. Et ſecundum Apoſtoli oraculum: Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini; Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Fieriq́ue nequit, vt quis paſſiones vincat, ni prius virtuti excolendæ vacauerit. An non intellexiſti, qualia pro pietate beatus Paulus ſubierit? Scribit enim in ſua ad Corinthios Epiſtola: In laboribus abundantius, * in plagis ſupra modum: à Iudæis quinquies quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die in profundum maris fui, in itineribus ſæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in labore & ærumna, in vigilijs

Galat. 6.
Ibidem.
Obiectio cum Interrogatione.
2. Cor. 10.
Luc. 10.
Matth. 20.
2. Cor. 4.
Comparatio ab abſurdo.
*Locus in Græco ſubobſcurus.
Exod. 14. 15.
Pſam. 71.
Num. 22.
Num. 1.
Num. 12.
Noua obiectio.
Pſalm. 21.
Daniel. 9.
Daniel. 3.
Ibidem.
Rom. 8.
2. Cor. 11.
* in vulg. eſt, in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, &c.

multis,in fame & ſiti,in ieiunijs multis,in frigore & nuditate, & quæ ſequuntur. A
*for. inhiare, vel aſpirare, ne ad iſta poterimus: &c. Nunquid * adhæc vel hiſcere poterimus? Quin & virtutem intuere: Poſt tot
pericula,tantaque rectè facta,cum ſumma animi humilitate & modeſtia dicebat:
Fratres,ego meipſum nondum exiſtimo comprehendiſſe. Iſta vero dicebat: vt elationem
funditus tolleret,cum ſciret quantam iram in eos concitet, qui illam
*Conſtructio Latina, eſt hic ſimilis Græcæ. amant. Verùm quid eſt ſuperbia? Simile * eſt efferri, ac ſi quis Deo exprobret
propriè rectè facta. Sicut enim in rebus humanis, ſi quis cùm aliquid proximo
donauerit,mox aduerſus ipſum efferri ſupra modum incipiat,beneficia ſanè huius
inania reddentur; amicitiamque cum proximo ſic dirimet, vnde etiam talis
abominabilis redditur. Hinc quoque Dominus de noſtra ſalute ſolicitus,cupiens
ab hac nos pernicioſa paſſione deterrere atque auertere,docuit dicens: Quando B
Luc. 17. feceritis omnia,quæ præcepta ſunt vobis,dicite: Serui inutiles ſumus, quod
debuimus facere fecimus. Cùm autem non facimus, neque ſeruorum quidem
Pſalm.146. inutilium appellatione digni ſumus: quoniam magnus Dominus noſter, & magna
ac præualida dona eius. Et vt diſcas non ſolùm humiliter loqui, ſed & humiliter
Ioann. 13. ſentire,nos à Domino edoctos eſſe;qui ipſo nos facto inſtituit, dum linteo
Matth. 11. præcinctus,pedes lauit diſcipulorum. Ideo ait: Diſcite à me,quia mitis ſum,& humilis
corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Cùm verò triſtia atque
acerba præter voluntatem, ac ſi ad voluntatem fluerent, ſuſtines: tunc
teipſum ad menſuras viri pij & religioſi perueniſſe agnoſce. Expaui cum intellexi
quemadmodum fraudulentam pertuleris cogitationem, quæ tibi nefaria
ſuggerebat: per hos dies aſſumendus es;atque adeò quàm multi ſunt ab huiuſmodi
ſuggeſtione de ſtatu mentis deturbati? Dic tibi ipſe, tu quis es? ad quam menſuram
perueniſti? Elias ne es;an res miraculoſas,inſtar illius feceris? Is enim oratione
3.Reg.17.18.& Iacob 5. cælum clauſit,& non pluit annos tres,& menſes ſex. Iterumque oratione alia, C
ter ignem de cælo deduxit. Atqui cunctam fidem obtines? experimentum
præbe,ſigna atque prodigia oſtende,mortuos oratione excita, oculos cæcorum
aperi,dæmonas depelle, leproſos munda, claudos ſana,ſuper mare ambula tanquam
in terra arida, aquam in vinum commuta; quinque panibus ac duobus
Ioan.14. piſcibus, copioſam multitudinem oratione paſce. Verax enim eſt qui ait: Amen
dico vobis,qui credit in me,opera quæ ego facio,& ille faciet,ac maiora efficiet.
Sed accedens quis forſan dicturus eſt; Si quis igitur non fecerit,inquiens, res illas
diuinas,non habebit is ſpem ſalutis? Spem ſalutis habemus, etiam huiuſmodi
per nos non præſtitis,ſi imbecillitatem & modicam fidem confiteamur. Nam infirmus D
miſericordia indiget,& non elatione. Si autem miſericordiam requirimus,
etiam humilitate opus habemus: vt per eam nobis ipſi miſerationes à Domino
Pſalm.131. conciliemus. Scriptum eſt enim: Quoniam in humilitate noſtra, memor
Pſalm.114. fuit noſtri. Et redemit nos de inimicis noſtris. Ac rurſus: Humiliatus ſum, &
liberauit me. Quod ſi ventis innixi,magnificè de nobis ſentimus; non aliud facimus,
niſi nos ipſi in abyſſum præcipites agimus. Noli igitur ſuperbiæ morbum
admittere,ne forte mentem tuam ſubitò deprædetur inimicus. Reſipiſce ergo
ab elata cogitatione propriæ complacentiæ. Noli retia proprijs inijcere pedibus.
Mentem tuam ab hoc veneno mortifero,per humilitatem deterge. Doceat te
Argumentum ab Exemplo,& à minori. forma atque exemplum eius,qui propriam verrit domum,ſeque in pauimentum
inclinat,& mundat. Quanto marori ſtudio ac cura incumbere nos decet atque E
humiliari, ad purgationem animæ;neque in ea permittere, quæ odit Deus. In
humili enim anima,habitat ſimul Pater,& Filius,& Spiritus ſanctus. Nam ſcriptum
2.Cor.6. habetur: Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci
2.Cor.6. & 1.Cor.3.6. ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum
infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum idolis? Nos enim templum
Leuit.26. ſumus Dei viui,ſicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis; & inambulabo, &
Eſaiç 32. ero illorum Deus: & ipſi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum,
& ſeparamini dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam
Hierem. 31. vos:& ero vobis in patrem,& vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus
omnipotens. Has ergo habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab
2.Cor.7. omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore
Dei.

A Dei. Cùm ergo certando exieris de medio rerum temporalium, ſeparatuſque fueris
à fluctuationibus ac tempeſtatibus vitæ nequam, tunc abundantius decerta;
ne cùm immundo ſpiritu ſuperbiæ ſocietatem habeas; vt te recipiat Dominus.
Immundus enim verè apud Dominum, omnis qui elato eſt corde. An non conſideras
illum, per quem tranſibimus † ignem? Quando igitur pertranſeuntres
eum, mundi deprehenſi fuerimus & irreprehenſibiles; tunc cognoſcemus nos
ipſi quales ſumus. Dies enim Domini, vniuſcuiuſque opus declarabit, ſicut
ſcriptum eſt; quia in igne reuelabitur. Rogemus ergo multa cum humilitate
Dominum, vt à futuro nos timore eripiat, raptuque illo nos dignetur, quando
iuſti rapientur in nubibus obuiam Regi gloriæ in aera; hæredeſque cæleſtis regni
euadamus, cum manſuetis atque humilibus. Nam quemadmodum ſecundùm
B ſcripturam: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum: Ita
væ ſuperbis & altè ſapientibus, quia eorum eſt caminus ignis. In ſuperbia enim
habitat, qui dixit: In fortitudine manus meæ faciam, & in ſapientia intellectus
auferam terminos gentium, & fortitudinem eorum deprædabor: & concutiam
ciuitates habitatas, & vniuerſum orbem terrę: apprehendam manu quaſi nidum,
& quaſi oua derelicta tollam; & non eſt qui effugiat me, aut contradicat mihi. Sed
mittet dominator Dominus exercituum, in honorem tuum, ignominiam; & in
gloriam tuam, ignem ardentem accendet. Et rurſus: Dixiſti in corde tuo: In cælum
conſcendam, ſuper aſtra † cæli exaltabo ſolium meum. Sedebo in monte excelſo,
in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero
Altiſſimo. Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum † terræ. Fugiamus
ergo ſuperbiam, quam deteſtatur Deus diligamus verò humilitatem, qua
C cuncti iuſti complacuerunt Deo. Magnum quippe donum eſt humilitas, magna
gloria, magna felicitas, & honor poſſidentibus eam. In ipſa enim, curſus ſine defectu
eſt, & ſapientia integra atque perfecta. Nam per ſuperbiam Phariſæus ille
humiliatus eſt, & per humilitatem Publicanus exaltatus. Cum quo, nos immortalitatis
hæreditate ac parte dignetur Dominus, cum omnibus iuſtis. Quoniam
ipſi conuenit gloria, in ſeculorum ſecula, Amen.

† Purgatorij ignem intelligit.
1.Cor.3.
1.Theſſ.4.
Matth.5.& Luc.6.
Eſa.10. Verba Regis Aſſyriorum.
Eſa.14.
† al. ſuper aſtrà Dei, ita vulg. Lat.
† al. in profundū lăci, vt in vulg.
Luc.18.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

D *Huc optimè quadrat eruditiſſimum ac ſpiritali contemplatione pleniſſimum Gregorij Nazianzeni
cognomento Theologi Carmen. De Virtute humana, quod in ordine reliquorum octauum ponitur
Tom.2. in quo faſtum ac Superbiam cum primis deſtruere atque euertere in hominibus nititur, omnemq́;
mentis elationem, ſtudiumq́; vel ſibi vel alijs placendi, ex anima noſtra elidere: ac contra, humilitatem
atque modeſtiam amatoribus ipſius commendare atque conciliare: quod idem & hic ab Auctore
noſtro Ephrem, non minori efficacia, ac ſpiritu atque feruore præſtatur.*

*Huic præterea Argumento ſeruit Baſilij Magni Homilia, De humilitate; cuius initium eſt: Debebat
homo in gloria, quam apud Deum habebat, manere, &c. vbi in laudem humilitatis, & vituperium
atque deſtructionem ſuperbiæ, non pauca inuenies lectu digna. Quò etiam referri poſſunt, quæ idem adducit
Baſilius in Regulis breuioribus in Reſponſ. ad Interrog.56. Quis ſit altum ſapiens, & quis ſuperbus, &
quis in ſuperbiā elatus? &c. De ſuperbia eiuſq́; deteſtatione, etiam Nili Abbatis exſtat Oratio, in ordine
reliquarum 8. quæ ſic incipit: Superbia eſt animi tumor ſanie plenus, qui ſi maturuerit, in magnum e-*
E *rumpit fœtorem, &c. Plura in hoc Argument. vide apud Chryſoſtomum Hom.4. de verbis Eſai. Vidi
Dominum, &c. ac Hom.8. in Pſalm.122. Tom.1. Nec non Homil.15. in cap. Matth.5. & Homil.59. in
cap.16. Matt. Homilia 66 in cap. Matt.20. & 21. ac Hom.6. ex varijs in Matth. locis, in illud Matth.
5. Cum vidiſſet Ieſus turbas, &c. Tom.2. Et in ſermone, Contra ſuperbiam, Tom.5. inter didact. & paranet.
cuius principium eſt: Si quis natura in mentis valetudinem inciderit, &c. Ac apud Iohan Caſſian.
lib.12. De ſpiritu ſuperbiæ per tot.*

Cenſus enim habebatur populi, ſecluſis mulieribus ac pueris, &c.] *Ita Græca S. Ephram hîc ſeſe
habent, quibus Interpretatio hæc noſtra conſonat: ita & lectio Græca apud Septuaginta. Sed in Latin.
vulg. paullo aliter, vbi iſta Num.1. ſic redduntur: Fueruntq́; omnis numerus filiorum Iſrael, per domos
& familias ſuas, à viceſimo anno & ſupra, qui poterant ad bella procedere, Sexcenta tria millia virorum,
quingenti quinquaginta. Leuitæ autem in tribu familiarum ſuarum non ſunt numerati
cum eis.*

Scribit enim in ſua ad Corinth. Epiſtola: In laboribus abundantius, in plagis ſupra modum, A &c.] *Locus eſt 2.Cor.11. quem fortè S. Pater Ephræm cum illa membrorum tranſpoſitione, eo modo legit atque citauit; aut certè de accurata verborum recitatione, vſqueadeò non laborauit. In Lat. autem vulg. alia eſt tranſpoſitio, & ſic legitur: In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, &c. At nos hic Græcum codicem, & ordinem quem tenuit S. Ephræm, in tranſlatione noſtra ſequimur, non tamen lectionem improbando vulgatam.*

Nunquid ad hęc hiſcere poterimus?] *Fortè non malè hic leg. Aſpirare ne ad iſta poterimus? vel inhiare, &c. Verùm quomodocunq; legatur parùm refert, cùm iſta omnia per verbum ἀναχάναι, quo hic eſt vſus Ephræm, denotentur, & commodè ad mentem Auctoris explicentur. ſpectant autem hæc eò, vt exemplo S. Pauli, & nos omnem mentis elationem deponamus, humiliterq; de nobis ipſi loquamur ac ſentiamus: quomodo reipſa fecit Paulus, poſt tot pericula & mala perlata, recteq; facta demonſtrata, ad quæ ne hiſcere quidem poſſemus: de quibus, hic pluribus.*

In fortitudine faciam, & in ſapientia intellectus auferam terminos gentium, & fortitudinem B eorum deprædabor, &c.] *Verba hæc ſunt Eſa.10. quæ ſecundum Græcum cod. ipſius Ephræm, & lect. 70. à nobis hoc loco per futurum tempus, tranſlata ſunt. Et non ſecundùm præteritum, vt redduntur in vulg. Lat. non ſine differentia, hoc modo: In frortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi, & abſtuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus ſum, & reliqua. In quibus quia diuerſitas lectionis permagna eſt, viſum fuit hic, & in alijs locis ſimilibus, non vulgat. ſed potius ſequi 70. cùm illos ſequatur & Ephræm, & cæteri ferè Patres illorum temporum. Vulgatâ autem Lat. tunc ferè ſequor, quando diſcrimen eſt perexiguum, at hoc loco ſatis cùm ſit magnum, non ſequor.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

C

Ad Correctionem eorum, qui vitioſè viuunt, & honores appetunt.

Habac. 1. & Act. 13.

†al. propter mea vulnera, &c.

Matth. 7. & Luc. 6.

Pſalm. 118.

Attentionem captat.

ANGOR Fratres mei, & horreo, ac contremiſco, doloreque conficior, dum illud Prophetæ animo reuoluo: Videte contemptores, & admiramini, & diſperdimini. Ac primum quidem maximè ob †meam imprudentiam, atque ignorantiam: cùm omnem iniquitatis viam ſim ingreſſus, omnique genere peccati ſingula membra mea conſtricta teneat inimicus. Debuiſſem ſanè meipſum D affligere atque deplangere, propter turpitudinem in qua verſor, ac deinde aliorum ſatagere. Debuiſſem prius trabem ex proprijs oculis euellere, & ſic aliorum feſtucas cernere. Cæterùm qui nunc dominatur contemptus, vehementi dolore me obruit atq; demergit. Aſpicio enim præſentis diſciplinæ negligētiam, & ferre nequeo; at cum Propheta doleo, qui ait: Vidi præuaricantes, & tabeſcebam. Quæ enim nobis arma non intentauit inimicũs; quibuſque fraudibus ac dolis nos vincere & occupare non eſt conatus? Hei mihi; quis impendentia nobis mala non deploret? Verùm ijs quæ dicuntur, attendite obſecro, qui hanc vitæ rationem delegiſtis, & pertimeſcite. Cùm enim angelicum feramus habitum, vnà cum diabolo militiam gerimus. habitus quidem eſt angelicus, at vita mundana. Numquid inter Angelos in cælis contentiones vigent & æmulationes, ſicut nunc inter monachos videmus? Radices quippè egit inter eos E æmulatio, & inuidia, atque obtrectatio. Diuerſimodè ſua ſingulis nobis miſcuit venena hoſtis callidus, arteque ac dolo vnumquemque noſtrum ſupplantare ſtudet. Hic quidem, inquit, ieiunium rectè obſeruat, verùm zelo & inuidia vincitur. Alius rurſum à fœda atque abſurda ſe concupiſcentia continet; ſed vana conſtrictus eſt gloria. Alius diligenter vigilias colit, ſed detractionis malo irretitus eſt. Alius ab hoc vitio alienus eſt, verùm inobedientia ac contradictione plenus. Alius à cibis temperat, verùm inani iactantia & arrogantia demerſus eſt. Alius in oratione patiens eſt ac potens, ſed indignatione atque iracundia ſuperatur. Alius rurſus paululum in rectè agendo proficit, ſed aduerſus negligentiores extollitur. Alios alio modo malitia ligatos tenet, & non eſt qui intelligat. Propterea rixæ atque diſſenſiones ſunt inter monachos. Hei mihi; quis

A hi; quis non ſuſpiret? quis non lugeat? Quo pacto angelicum hoc inſtitutum, ac
ordinem confudimus? Reliquimus mundum; & quæ mundi ſunt ſapimus. Poſſeſſiones
reiecimus, & à contentionibus non ceſſamus. Reliquimus domos, &
earum cura atque ſolicitudine quotidie abſumimur. Non adſunt opes, ſed non
abeſt ſuperbia. Nuptias ſpreuimus, & ab inani cupiditate non recedimus. Exterius
humilitatem ſimulamus, & animo honores appetimus. Videmur quidem
paupertatis amatores, & habendi cupiditate detinemur atque abſorbemur. Orè
quidem ac verbo paupertatem colimus: mente autem, auaritiæ morbo laboramus.
Quis igitur noſtram conditionem atque inſtitutum non doleat? Licet quippè
monachorum, iuniorum pręſertim ac nouitiorum, intueri & admirari ſtudia:
Nondum enim vel verbo, ſeculo renuntiarunt; & iam faſtu atque ſuperbia tument.
B Nondum aſſecuti ſunt habitum, & iam ſuam arrogantiam oſtendunt. Nōdum
inſtitutiones audierunt, & iam alios admonent. Nondum veſtibula viderūt,
& iam penetralia comminiſcuntur. Nondum primum aſcenderunt gradum, &
iam ſuper nubes æqualiter volitant. Nondum pietatis ac religionis exercitia deguſtarunt,
& iam vana inſtructi ſunt gloria. Nondum primam diſciplinæ vocem
auribus perceperunt, & iam velut magiſtri alios obiurgant. Nondum in fratrum
ſodalitium aggregati ſunt, & iam ſibi auctoritatem vſurpant. Nondum portas
monaſterij ingreſſi ſunt, & iam alios reprehendunt, condemnant, moleſtāt. Sed
quid in his tempus conſumo? Varia enim eorum ſunt ſtudia: ſed non eſt qui intelligat,
non eſt qui propter amorem Dei mundo renuntiet: vt per obedientiam,
ſeipſum fratribus ſeruum exhibeat. Verùm ſi increpetur, iuſtius † arbitratur oratorio
more contradicere. Si quid iubeatur, ſeipſum excuſat. Quæ ſunt bona,
C non imitatur; quæ autem inutilia, ijs ſeſe accommodat. Vix à tribus diebus ſeculo
renuntiauit; & cum eo qui conſenuit in habitu, contendit; nec vult cuiquam
ſubijci, ſed technas & impoſturas ſibi excogitat: corporiſque † laborem ac æſtum
non ferentes, alius alium contuetur. Obedientiæ iugum ſubijt, & alijs vult
imperare. Si officij admoneatur, iraſcitur. Fac iſtud frater; Non faciam
inquit, niſi & ille mecum venerit. Ille ſacrarum ſcripturarum vacat meditationi,
& ego eidem vacare debeo. Sæpè qui ante renuntiationem, domi ſuæ opifex
fuerat, ignorabatque prius quæ ipſius eſſet dextera, quæve ſiniſtra; in monaſterio
litterarum † ſtudioſus, & interpres doctorque incedit. Frater, inquit, ille quieſcit,
& me quieſcere oportet. Frater ille altioribus intentus eſt, & ego ſublimiora
ſpectare debeo. Frater ille honoribus ornatus eſt, quare non ego? Frater ille patrum
conſuetudine fruitur, cur non fruar ego? Frater magiſtratum aſſecutus
D eſt, & quare non ego? Illi auctoritas commiſſa eſt: nonne & ego dignus ſum, cui
hoc atq; illud credatur & committatur? Hæc ſunt præclara iuniorum facta. hæ
nouitiorum ſubmiſſiones. hi labores. hi nouellarum oliuarum fructus. Hæc ſtudia
atque certamina, quibus ſe ad cæleſtis regni hæreditatem peruenturos ſperant;
non conſiderantes, quod iſta animæ perniciem concilient, ijſque ſe Deo
inimicos reddi. Vnde liquidò conſtat, nos ne ad exiguum quidem tempus, externo
vitæ inſtituto, dico ſeculari renuntiaſſe. Specie quidem & apparentia
mundo renuntiauimus: reuerà autem quæ mundi ſunt curamus, nec habemus
quo nos excuſemus. Habitu monachi ſumus, ſed moribus crudeles quidem & inhumani.
habitu humiles, & moribus peſtiferi, ac ſcelerati. habitu religioſi, & moribus
E exitioſi. habitu amici, & moribus inimici. habitu gratioſi, moribus odioſi.
habitu exercitatores ſeduli, moribus ignaui athletæ. habitu † ſobrij, moribus
prædones. habitu pudici, animo autem adulteri. habitu modeſti, moribus & pectore
vagabundi. habitu mites, moribus arrogantes. habitu conſolatores, moribus
contumelioſi. Habitu conſiliarij, moribus obtrectatores. habitu ſimplices,
moribus difficiles & pernicioſi. Habitu ab inuidia alieni, moribus inuidi & homicidæ.
habitu defenſores ac ſuſceptores, moribus autem proditores. Et vnde
quæſo accidit nos tales eſſe? niſi inde quòd mutuam inter nos dilectionem perfectam
non habeamus? niſi quia pura inter nos non ſit concordia? niſi quia vera in
nobis humilitas non eſt? niſi quòd præ oculis timorem Dei non conſtituamus?
Quodque ſalutaria Dei præcepta deſpiciamus, ac pro noſtro ea arbitrio detorquecamus,
& pro nugis exiſtimemus? Verbo quippè Dei cæli firmati ſunt; & nos
ipſum,

† al. in iuſtioribus etiam detrectat imperium.

† al. & ne corpus fatigent, alius alium reſpicit.

Parœmia elegans.

† al. laborioſus, & diligens, interpreſque exiſtit.

† al. Ore ſobrij, corde piratæ atque prædones.

Pſalm. 32.

Matth.20. ipſum,ne vt fratrem quidem ſuſcipimus.Os illud eius terribile,& incomprehenſibile, A
Mar.10. ac formidandum locutum eſt: Qui vult,inquiens,inter vos maior fieri, ſit
omnium nouiſſimus, & omnium ſeruus. At nos cum nondum vel à limine religionem
ſalutauerimus, inſoleſcimus; & vnus aduerſus alium extollimur, inuicemque
inſultamus,& cuncti apud nos ipſos prudentes ſumus. Cuncti voluimus
eſſe duces,cuncti cũ authoritate: cuncti cum imperio:cuncti reprehendere, cũcti
†al. cuncti litteratores,cuncti interpretes,&c. præcipere, cuncti † de litteris diſſerere, cuncti interpretari, cuncti eſſe magiſtri,
cuncti Domini,cuncti curatores,cuncti œconomi,cuncti primi,ac cuncti ſecundi.
1.Cor.12. Numquid ne Apoſtolus quidem vobis perſuadeat; Si totum, inquiens,corpus
auditus, vbi odoratus? Si igitur omnes primi, ſi omnes principes ac duces,ſi omnes
præceptores:vbi diuina diſpoſitionis ordo,atque differentia? Nec tamen fidẽ
Heb.5. habebitis dicenti? Nemo ſibi † aſſumit honorem, niſi vocatus à Deo. Ac rurſus: B
1.Cor.12. Numquid omnes doctores? Numquid omnes interpretantur ſacras ſcripturas?
Iacob 3. Alibique iterum, quomodo dicatur:Nolite plures magiſtri fieri. Propterea principatus,
ac poteſtates conſtituit Deus. Nam ſi in cęlis etiam, vbi omnes incorrupti
& immortales,cùm miniſtratorij ſint ſpiritus,noluit Deus vnicum cunctorum
eſſe ordinem;ſed vt cernitis in ijs quoque Poteſtates cõſtituit, & Dominationes,
nemoque præſcriptum ſibi ordinem excedit;cùm omnia debito ibi modo & ordine
conſtituta ſint:cur nos iniuſtis in inuicem contentionibus exercemur? Angeli
& Archangeli imperata ſibi non tranſgrediuntur; at nos inuicem collidimur,
vnuſque aduerſus alterum inſurgimus: ac alius alium præcedere ſtudet; aliosque
1.Cor.7.& vilipendimus & deprimimus,quaſi aliquid amplius efficere valeamus. O
Epheſ.4. mentis cæcitatem. Non ne creditis dicenti? Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus
Luc.12. eſt, in ea permaneat. Cur ſaltem non timetis eum,qui ait:Quibus multum datum C
eſt, multum exigetur ab ijs; vt ſic ſaltem, humilitatem ſibi comparent. Non
ſic fratres, vitam noſtram in confuſione trãſigamus. Non bona eſt gloriatio noſtra.
Ne ſic abſque omni timore viuamus,quaſi iudicium illud tremendum non
†al.non ſubituri. †audituri. Non ſic vitam noſtram traducamus, tanquam de ſingulis actibus noſtris,
cum increpatione ac ſeueritate rationem non reddituri. Non ſic, obſecro
vos. Ne proximis offendiculo ſimus ac ſcandalo; neve peccata peccatis accumulemus.
†al. ne pulchrũ nomen habitus; ob noſtram dementiam vituperetur,&c. Ne † præclarus per nos habitus, blaſphemetur ac vituperetur;ſed potius
commendetur. Veniet enim & non tardabit formidanda illa dies & hora, qua
interrogati atque examinati, non inueniemus excuſationem. Quid enim ipſi reſpondere
tunc poterimus? Quid potuit nobis ipſe facere, & non fecit? An quòd D
ipſum Deum Verbum,in forma ſerui humilem non adſpexerimus; vt nos humiliari
Philip.2. Matt.26.27. Mar.14.15. Luc.22.23. Ioann.19. diſcamus? an quòd incomprehenſibilem ac ſanctam eius faciem conſputatam
non agnouerimus; vt nos itidem contumelijs & iniurijs affecti, non exaſperemur,
& contra ferociamus? An quod ſanctum eius dorſum flagellis cæſum non
vidimus; vt nos quoque per omnia noſtris præfectis obediamus; An quod faciem
Matt.27. eius decoram atque tremendam, in terris non vidimus à ſeruo alapis contuſam;
ne & nos in contemptum adducti ſæuiamus? Nonne eum loquentem audiuimus:
Luc.22. Eſaię 50. Ego à meipſo facio nihil; ne ſcilicet audaces ſimus, arrogantes; noſtrique arbitrij
ac iuris? Nonne & dicentem audiuimus: Ego autem non repugno, nec
contradico? ne inobedientes nos prębeamus ac contumaces. Nonne ſic nos
Matth.11. commonentem audiuimus: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde? vt E
Galat.5. nos item mites ſimus, atque humiles. Nos autem inuicem nobis inuidemus, inuicem
nos mordemus, & deuoramus. Sed quam ipſi excuſationem afferre poterimus?
Ne quæſo fratres chariſſimi; nec ſic, inquam, nos carnis perturbationibus
ſuperari patiamur; vt per eas, æternæ felicitatis iacturam faciamus. Ne propter
caducum honorem ac momentaneum, gloria priuemur æterna. Ne propter
contentiones, & æmulationes, atque rancores, horribili condemnemur gehenna.
Si omnino ſaluari cupis; cur ita in proximo iudicando curioſus es? Semel
te iugo ſubmiſiſti, cur illud iam excutis? Qua tandem ratione, obedientiæ fructus
exiſtet? Neque dignitate atque auctoritate, mihi crede chariſſime, neque honore,
neque magnificentia, neque quod primus, aut ſecundus dicaris, aut præfectus
appelleris: neque quòd gloria ac fama ſis celebris, aut in vllo honoris
dignitatisve gradu conſtitutus: concedetur vt in regnum ingrediaris cælorum,

A rum. Non enim iſta remiſſionem tribuunt peccatorum, non à ſupplicijs liberant; imò condemnant potius ac perdunt, niſi humilitas adfuerit, & obedientia, charitas, patientia, atque longanimitas. Hæc ſunt quę ſaluant hominem: cùm neque aliter probari, ſalutem ve conſequi poſſimus, niſi in cunctis imitemur Dominum. Nonne dicentem audiſtis: Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare? Ac rurſus: Non veni vt faciam voluntatem meam; ſed voluntatem eius qui miſit me Patris. Rurſuſque alibi: Qui ſe humiliat, exaltabitur; & qui ſe exaltat, humiliabitur. Nonne audiſtis, quos ipſe beatos prædicet: Beati, inquiens, pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum? Nonne audiſtis illud: Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris? Et qua ratione denuntiet fore, vt eum arguat in B faciem? Nonne & illud audiſtis: Qui odit proximum ſuum, in tenebris eſt? Non audiſtis, Diabolum propter ſuam ſuperbiam & inuidiam, è cœlo excidiſſe? Non audiſtis, quomodo ob ſuperbiam & rebellionem aduerſus Deum, à qua & quanta deturbatus ſit gloria? Non audiſtis, quomodo propter vnicum conuitium, Maria ſoror Moyſis correpta ſit lepra? Cur igitur ad tot tantaque exempla nos aſpidum inſtar, aures non dico corporis, ſed cordis noſtri obturamus? Hæc certè audiunt quidem, at illorum memoriam non conſeruant. Cur non credimus dicenti: Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo? Obſecro igitur vos, ô grex Chriſti electe: Vigilemus & cautè agamus, dum tempus habemus. Temperatè viuamus & reſipiſcamus, quoad remiſſionis tempus durat: ne fortè ſubitò veniat dies ac hora illa tremenda atque luctuoſa, & fleamus amarè, fruſtrà tunc dementiam noſtram agnoſcentes. Vigilemus, ne in maximam illam incurramus ignominiam, confundamurq; coram Deo, & Angelis, atque homi- C nibus. A vanis contentionibus deſinamus. Et vos in primis, quibus adhuc iuuenilis viget ætas, humilitatem pro viribus amplectamini; vt intelligere poſſitis, quanta Patrum noſtrorum temporibus exſtiterit remiſſio atque indulgentia; quantaque apud eos perfectio, quanta humilitas, quanta frugalitas, quanta denique rerum humanarum contemptio atque deſpicientia. At nunc magnum adeſt bellum. Nolite negligere. Neque exiſtimetis ad perfectionem vos perueniſſe. Multis ad ſalutem conſequendam opus eſt laboribus, varijſque certaminibus. Non putetis in cingulo ac veſte longa, conſiſtere perfectionem monachi; aut in eo ſalutem poſitam, quod mundas ac nitidas manus habeas; aut quòd benè diſertus ſis, quodque ſcripturas interpreteris; aut quòd capite incedas abraſo, comamve nutrias; licet etiam proportione reſpondentes, congruenteſque virtutes deſint. Hæc autem, non vt deprimam habitum, eique detraham dico, D quod abſit: ſed vt habitui mores & opera cogruere debere demonſtrem. Nam habitus abſque operibus nihil eſt. Nolite ergo vos otio, deſidiaque tradere: cùm magno ſit opus labore, vt iuuentus, corporiſque motus coerceantur. Et ſi moleſtiam ſentiatis ex dictis meis; me tamen vos commonuiſſe non pœnitet. Malo enim cauterijs vos in curando corpore vti, quàm vt illud totum computreſcat. Neque verò putandum, quia morbos veſtros occultatis, iccirco eos Deum latere Dico enim vobis, quæ à vobis occultè fiunt, mihi deſcribere turpe eſſe. Nam ſi ea deſcribere voluero; non perſiſtetis, ſed aufugietis. Quapropter vos hortor & obſecro, vt humilitatem, obedientiam, charitatem, frugalitatem, & mortificationem, atque abnegationem colatis. Per hæc ſubijcite alij alijs mutuo, & obtemperate; per arma ieiunij, vigiliarum, orationis, optimæque E vitæ conditionis. Ne in contentionibus fortes ſitis, & in Pſalmodijs imbecilles. Nolite in cogitationibus eſſe vigiles, & ferarum inſtar contueri inuicem; in precationibus autem dormitare, & conquiniſcere. Ne ſitis in nugis adferendis valentes tamquam tauri; & in laudando ac glorificando Deo, debiles, vti vulpes. Ne in verborum contentionibus ſitis inuicti, & in rebus ſpiritibus oſcitabundi. Ne in iocis ac luſibus ſitis hilares; cùm verò admonemini, truces ac toruum vultum præferentes: in ventre curando per diem ſani, at in nocturna oratione ægri, ac ſegnes. in conuerſationibus atque colloquijs arrogantes, & in operibus diſſoluti. ad iubendum prompti, & ad parendum negligentes. in præcipiendo læti, & in obediendo mœſti. in mandando auſteri atque ſeueri, & in obtemperando queruli, ac murmuratores. Ne manicas vſque ad digitos, lin-

Matth.20.
Iohan.6.
Lucæ.14.18.
Matth.5.
Pſalm.49.
1.Ioan.2.3.
Eſai.14.
Ibidem.
Num.12.& Exod.15.
1.Ioan.4.
Gal.6.
1.Theſſ.5.

Parænefis ad Religioſos ſaluberrima.

Comparationes accommodæ.

Antitheſes variæ, eæque efficaciſſimæ.

guam

guam verò vſque ad pectus. Ne ad menſam agiles ac prompti, in opere autem A
ignaui atque eneruati. Ne ad edacitatem valentes, & ad ieiunium impotentes. Ne
ad vini potationem læti, & in aqua bibenda moleſti ac triſtes. Ne ad circumſpiciendum
experrecti, & ad diſcernendum quid bonum ſit, tenebris circumfuſi. Ne
coram mulieribus graues ac hilares, & cum fratribus aſperi ac feri. Sed obſecro
vos filij Dei dilectiſſimi, vt bonorum zelum ſuſcipiatis; & quidquid ad honeſtatem,
2.Cor.6. & grauitatem morum, ad ædificationem, ac ad bonam famam pertinuerit,
amplectamini: ante omnia autem humilitatem, chariatem, benignitatem, manſuetudinem,
humanitatem atque æquitatem, inutilibus reiectis contentionibus,
vobis mutuo cedite. In vigilijs, & orationibus impigri eſtote & alacres, vt carnis
vitia ſuperare poſſitis. Ne rebus ac paſſionibus inanibus, tantorum bonorum iacturam B
faciamus; neve momentanea iſta ſectantes, immortalem gloriam deperdamus.
Demus quæſo operam, dum adhuc in carne ſumus; vt quæ grata & accepta
Epheſ.6. ſunt Deo, perficiamus. Feſtinemus atque inſtemus; magna imminet tempeſtas.
Ibidem. Ne ſimus negligẽtes. Non eſt nobiscum inimicis quos videmus colluctatio,
vt perſpecti, propulſari & arceri per nos queant. Inuiſibiles ſunt hoſtes, qui nos
oppugnant: & propterea magnum negligentioribus adeſt periculum; ſicut cõtrà,
Antidota præſtantiſſima. ingens vincentibus fiet mercedis retributio. Cogitemus igitur, quomodo cautè
eos vincere, reſiſtereque ipſis valeamus. Si enim (exempli gratia) ad ventris, gulęque
inſaniam nos prouocauerint: ieiunio & abſtinentia cum illis pugnemus. Si
ad mulieris nos concupiſcentiam inimicus titillauerit; patientiæ remdio adhibito
ſenſum coerceamus, & è veſtigio profugiet. Si ad iracũdiam nos incitauerit,
pace armemur. Si excandeſcere nos fecerit, manſuetudinem aſſumamus. Si ad C
odium incenderit, charitatem ac beneuolentiam complectamur. Si ad honorem
atque ambitionem prouocauerit, noſtri ipſorum deſpicientiam adhibeamus. Si
ad gloriã, vilitatem & abiectionem obijciamus. Si ad ſuperbiam inſtiget, Domini
humilitatem contemplemur. Si ad æmulationem erga proximum irritauerit;
Gen.4.25.27, Heb.11.12. lapſum Caim animo reuoluamus. Si ad inuidiam, Eſau perditionem cogitemus.
Si ad detractionis vitium nos impulerit, ſilentio os noſtrum obſtruamus. Si ergo
hiſce modis, ipſi reſtiterimus; à nobis profugiet, & conſiſtere nequibit. Redibit
autem ad vos gratia illicò, & tamquam victores vos coronabit. Credite fratres
chariſſimi, me omnium eorum, à quibus vt abſtineretis, vos cohortatus ſum, reum
eſſe. Sed quamuis vos puri ſitis, ego autem cœno peccatorum deturbatus, vos
tamen rogo, vt bona, ac vera, minimeq; fucata veſtra pœnitentia, me quoque liberare D
ſtudeatis. Credite enim, me nihil obſeruaſſe eorum, de quibus hactenus
† al. Ego verò damnatione dignum me reddo in ijs quæ dico & non facio. locutus ſum. Verùm vos factis mea decorate verba. Confido enim fore, vt vos
immaculati inueniamini. Ego autem ſuper ijs† damnabor, quæ dico & non facio,
Salutem ergo noſtram ne negligamus fratres; neque quaſi in prouerbijs, hæc dicta
cenſeamus. Nihil enim à ſcriptura alienum, falſum ve protulimus. Faxit miſericors
Dominus, vt vos omnes diuini verbi huius ſemẽ ſuſcipientes, inſtar bonæ
ac fertilis terræ fructum afferatis; alij trigeſimum, alij ſexageſimum, alij verò
† al. ipſeq; vos in regno ſuo, lætitia cumulet ſempiterna. Amen. centeſimum: vt virtutum fructibus onuſti atque exornati, gaudium afferatis Domino
noſtro Ieſu Chriſto; ipſequè† vos lætos excipiat in requie ac regno ſuo, in
ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

AD hoc Argumentum pertinent, quæ S. Baſilius Magnus contra Ambitionem, & inanem gloriam, adducit in Conſtitutione Monaſtic. cap. 10, & 11. vbi Ambitionis appoſitiſſima ponuntur Epitheta plura. Nec non cap. 25. quomodo ab omni ambitione Monachus eſſe debeat alienus, &c.

Et de hoc malo non pauca inuenies apud Gregorium Nazianzenum in Apolog. Oratione prima, vbi inter alia, in eos inuehitur, qui Epiſcopatus ac dignitates captant, ſacriſq; ſe ingerũt, priuſquã digni ſint; & præeſſe deſiderant, antequã ſubeſſe didicerint, &c. Ac in Oratione eius viceſima, quæ eſt in laude Baſilij Magni Cæſarienſis Archiepiſcopi, vbi inter alia, præpoſteras Præſulum electiones non parum reprehendit, & quomodo S. Baſilius gradatim ad Epiſcopatum peruenerit, oſtẽdit. Nec diſſimile reperies in Oratione eiuſdem 21. quæ eſt in laudem Magni Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini. Et in Orat. 27. quæ eſt de ſeipſo: & ad eos, qui ipſum Cathedram Conſtãtinop. affectare dicebant, &c. Ac in Orat. 28, vbi inter *vbi inter reliqua, grauiter euidenterq; demonſtrat, Præfecturas ac dignitates fugere, maximæ eſſe prudentiæ: eas autem affectare, imprudentiæ ſummæ, &c. quod idem etiam in Oratione 32. in præſentia 150. Epiſcoporũ habita, luculenter oſtendit, ac alibi. De quo, plura vide apud Chryſoſt. Homil. 43. ad Popul. Antiochen. Tom. 5. vbi ex profeſſo de hoc vitio tractat, ambitioniſq; malum atque tyrannidem fuſius enarrat. Et in alio Sermone. De inanis gloriæ cupiditate: inter didact. & parænet. eod. Tom. 5. pluribuſq; alijs in locis, apud eumd.*

Et inter Latinos, S. Auguſt. lib. 3. 4. 5. de Ciuit. Dei. S. Ambroſ. ſuper Luc. lib. 3. &c. vbi aduerſus ambitionem, multa adducuntur. S. Gregor. in Regiſt. & in Paſtorali. Tertullian. lib. de habitu muliebri, in fine, vbi etiam vnde, & cur ambitio dicta ſit, interpretatur. S. Bernard. de conſideratione ad Eugenium Pap. lib. 3. ac alibi. Et innocnt. de vilitate conditionis humanæ, de eodem copioſiſſimè, alijq; alibi.

B Ad correctionem eorum, qui vitioſè viuunt & honores appetunt.] *Pro hoc Argumento atque inſcriptione, in alio manuſcrip. Græco. ſic reperi atq; traduxi: Eiuſd. Paræneſis ſiue adhortatio, ad eorum correctionem, qui cùm vitioſè viuant, honores affectant. Verum quomodocunque legatur, parum refert: cum in vnum concidant, & quod in vno exprimitur, in altero ſubinde elligatur.*

Debuiſſem ſanè meipſum affligere atque deplangere, &c.] *Verbum eſt κόψασθαι, quo hîc vtitur: ſumptaq; videtur metaphora ab ijs, qui manuum comploſione ſuum oſtendunt dolorem, &c. Quæ autem hoc loco coniunctim ad litteram leguntur atque redduntur, poſſent fort. non malè etiam diuiſim ſic reddi: Debuiſſem ſanè meipſum affligere, & turpitudinem propriam deplangere: ac ſic deinde pro alijs eſſe ſolicitus, &c.*

Si quid iubeatur, ſeipſum excuſat, &c.] *fort. aliter ad verbum magis ſic: Si quid iubeatur, ſeipſum fingit aut ſimulat, ſcilicet obedientem: eſt enim hîc Græcè, ἑαυτὸν διατυποῖ, ſed non additur ibi (obedientem) quod hîc ſenſus gratia adiecimus. Aut ſi malis ſic: Si quid iubeatur, ſimulat quidem obedientiam: at non in bonum æmulatur. ſed ad res inutiles ſe accommodat. Quamquam tamen in tranſlatione textus, putem ſententiam Auctoris ſatis à me eſſe expreſſam. Sed iſta penitus erudito Lectori examinanda relinquimus.*

C Nec vult cuiquam ſubijci, ſed technas ac dolos ſibi excogitat, &c.] *fort. iſta & quæ conſequuntur, ſic legi non incommodè poſſent: Nec vult cuiuſquam ſuperioris imperio ſubeſſe: ſed artificioſas ſibi excuſationes comminiſcitur: & ne corporis aliquam exæſtuationem ferre oporteat, alius in alium reſpicit, &c.*

At nos cùm nondum vel à limine religionem ſalutauerimus, &c.] *Aut ſi malis ſic: Verum nos cum nondum monaſticæ vitæ, ſiue religionis veſtibulum conſpexerimus, &c. σχῆμα enim hoc loco Auctor metaphoricè appellat religionem, & viuendi rationem religioſam ac monaſticam, &c. Niſi fortè in ſignificatione etiam magis propria per σχῆμα, hîc habitum religionis intelligere potius velis, hoc ſenſu: At nos priuſquam etiam habitum Religionis adſpexerimus, &c.*

D Ipſeq; vos lætos excipiat in requie ac regno ſuo, &c.] *Pro hac lect. in alio Cod. ſic reperitur: Ipſeq; requieſcere vos faciat in ſuo Regno: Quoniam ipſi cõuenit gloria in ſecula ſeculorum Amen: Al. ſic: ipſeq; vos in regno ſuo reficiat atque lætificet in ſeculorum ſecula. Amen. Aliâs quoque iſta coniunctim leguntur hoc modo: Vt vos virtutum fructibus oneratos ac decoratos, lætus excipiat in regnum ſuum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, lætitiaq; cumulet ſempeterna. Amen.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De morbo Linguæ, alijſque Vitijs.

E Diuerſę in cunctis hominibus reperiuntur cupiditates, vt vnuſquiſque aliquod certamen habeat, in quo mentem aſſiduè exerceat. Sunt enim qui gulæ luxuique ſunt dediti, & ab adulterio abhorrent. Alij ſuperbia turgent, & à furto abſtinent. Alij auaritię ſtudent, & corporis voluptates ſpernunt. Quidam ornatum veſtium negligunt, & luxuria diffluunt. Nonnulli vino delectantur, & à ſuperbia ſunt alieni. Alij à fornicationibus remoti ſunt, ſed occultam in animo diſſimulationem atque hypocriſim fouent. Sunt qui veſtium ornatum damnant, & obtrectatione gaudent. Sunt quidam vitio aliquo ſuperiores, cùm in alio interim toti volutentur. Nonnulli ab vna aliqua ſunt reprehenſione remoti, & in alia fœdiſſimè verſantur. Quidam dum la-

† al. & ex perexiguis indicijs, res magnæ noſcuntur.

queum vnum euaſerunt, in alio ſunt vitiorum cœno ſepulti. A Multa enim ac infinita ſunt vitiorum genera, decipiunturque paulatim homines, & ex † minimis principijs in maiora ſcelera præcipites ruunt. Cumque hominem circumuenire ſtudet inimicùs, in quod vitium procliuior inclinet eius natura, cum primis cõſiderat; vt dum ſuis ipſe gaudet vinculis, ne exſolui quidem velit. Probè enim nouit callidus & verſutus hoſtis, quibus ac qualibus nos vinculis obſtringat; & ſi nos inuitos, in ſuos caſſes, coniecerit, fore, vt celeriter confractis illis, mens noſtra iterum in libertatem ſe vindicet. Quapropter iucunda ac grata vnicuique vincula inijcit, in quibus libentius conquieſcat. Poteſt enim mens noſtra Deo duce, ex inimici ſe laqueis eximere. Nunc verò iiſdem obſtricti gaudemus, ipſaque captiuitate ſuperbimus. B Qui enim inuidiæ vinculis conſtringitur, quoniam à libidine alienus eſt, ſe liberum plane exiſtimat. Et qui calumnię vitio obnoxius eſt, quia rapinas ac furta odit, nullo ſe prorſus modo vinctum eſſe arbitratur. Sua quemque latent vincula; & laqueos ſibi paratos ignorat, ebriorum inſtar; qui vino perfuſi, nec ſe vinciri ſentiunt, neque obiectos ſibi laqueos præ ebrietate vidēt.

Comparatio venuſta & accommoda.

At benigniſſimus Deus, hoc veluti iugum aliquod, varijs quaſi occaſionibus, omnibus imponit; dum ſingulis pro ratione virium, tentationis onera partitur. Tempore quo tabernaculum ab Hebræis conſtructum eſt, à cunctis tam pauperibus quàm diuitibus aliquid ad participationem ſalutis, offerebatur.

Exod. 25. 26. 35. 36. &c.

Exod. 35.

Pro ſua quiſque facultate munus afferebat: alius aurum, alius margaritas, alius lapides pretioſos; pauper pilos ac pelles compoſitas. Mulieres opulentæ ſericum, inopes viduæ lanam tinctam. Atque ita vniuerſus tabernaculi apparatus, ex diuitum ſimul ac pauperum muneribus conflatus, omnes commendauit. C Suſcipiebat enim ſingulorum vota Dominus, tam pauperum quàm diuitum, volens in eo oſtendere ſe, quemadmodum ea; quæ ad tabernaculi conſtructionem quiſque pro ſuis facultatibus obtulerat, accipiebat; ita & pro cuiuſque opere preces, ac vota ſingulorum, abſque vllo perſonarum reſpectu, ſuſcipere. Sicut enim inimicus noſter varijs nos occaſionibus perimere conatur: ita diuerſis occaſionibus, Dominus ad ſalutem perducere ſtudet.

Lucæ. 23.

Num. 12. & Exod. 15.

Et quemadmodum latro, vel vnico confeſſionis verbo factus eſt ciuis paradiſi; ita vno verbo blaſphemiæ, redditur quis reus gehennæ ignis. Vt propter vnum maledicentiæ verbum, Maria, quamuis eſſet alioquin vates, damnaretur, lepra multata eſt; quo tandem genere ſupplicij digni ſunt illi, qui ſunt ſine vllo delectu contumelioſi? Et cùm id quod erat Maria diceret, veritas tamen reprobata, quòd maledico animo loqueretur. D Ita quoque ſi quis alicui iniure maledicat, ipſius iuſtitia eſt iniuſtitia referta.

Nota.

Vel enim hominē iure coargue, vel ne clanculum maledicas; vel increpa liberè, vel ne occultis inſectare contumelijs. Pro nihilo enim habetur iuſtitia, cùm admiſcetur illi dolus & improbitas: quemadmodum & improbatur illa ſanctitas, quæ immunditiam ſibi coniunctam habet. Inutilis quoque ea eſt caſtitas, quæ permiſcetur libidinibus. Vana eſt & illa fides, quæ præſtigijs ac vaticinationibus obſtricta eſt. Inanis illa eſt concordia, in qua cernitur ſimulatio. Nullius eſt illa beneficentia, quæ comitem ſibi habet ſuperbiam. Nihili fit ieiunium, ſi detractio adſit. Deſpicitur & charitas, ſi zelo vel æmulatione turbetur. Res naturales attendens, diſce ab ijs † quæ ſcripta ſunt.

† Locus aliquis ſacrorum voluminum hic inſinuatur.

Veritatis pulchritudo deformis redditur, quando ſuper improbitate extenditur. Quin & cibus interficit, in quo aconitum latitat. Caro licet munda, communis immundaq; habetur, eò quòd ſacrificijs & immolationibus coinquinatur. Ex ijs igitur, quæ manifeſta ſunt, latentia atque occulta intelligi debent.

Num. 12.

Deſcriptione enim Mariæ prophetiſſæ, nobis veritatis exemplum exhibuit. Nam apertè corpus illius lepra occupauit; quia clam lepra peccati animam ſuam infecerat. Ex manifeſto eius malo, peccatum innotuit quod latebat. Ex teterrima ipſius lepra docemur quàm graue ac deteſtabile vitium ſit obtrectatio.

Graue & deteſtabile vitium, Obtrectatio.

Corpus quod lepra infectum cernebatur, velut ſpeculum quoddam fuit animæ, quæ non perſpiciebatur, cuius indicabat maculam. Ex illa carnis corruptione, patefactum eſt, quomodo hominis maledici ac detractoris corrumpatur animus. Per hominem verò exteriorem, hominem ſuum interiorem intellexit. Nam ſicut illa defecerat à fratre ſuo; ita & ab ipſa proprium corpus defecit, vt ex ſemetipſa charitatē

addiſce-

A addiſceret. Diſcamus igitur & nos, hinc concordiam & mutuam beneuolentiam
fouere. Quemadmodum enim ob corporis mutationem doluit illa; ſic illi, quòd
à proprio fratre alienior facta eſſet, indignatus eſt Deus. Ideoque corpus homi-
nis ob varia peccata, varijs ſæpe morbis affici, & immutari videmus. Membra
enim corporis ei redduntur inimica, quia ipſe à Deo & proximo ſe alienari per-
mittit: atque vt diſcat ex illa corporis contrarietate, concordiam & pacem
fouere cum alijs. Peruulgatum eſt totis caſtris, Mariam repentè lepra corre- Num.12.
ptam eſſe, quòd linguam in mitiſſimum fratrem, qui pro ipſa deprecabatur
Dominum, exacuiſſet. Vnde iuſtus vltor, meritas de prophetiſſa, propter pe-
tulantiam linguæ eius, pœnas ſumpſit. Suſurrationes enim & detractiones abo- Ibidem.
minatur, quibus homines inſipientes delectantur. Plurimis licet ſignis atque
B miraculis claruiſſet Moyſes, vbi modicè lingua lapſus eſt, è terra promiſſionis
excidit. Magnum & horrendum mare viam ei præcludere non potuit, ſed verbũ Num.20.
vnicum iniquè ab eo prolatum, velut murus aliquis ipſi obſtitit, ne vlterius pro- Exod.14.15.
gredi poſſet. Si Moyſen, qui Dei inſtar factus erat Pharaoni, vel ſolum verbum
excluſit à terra promiſſionis; quanto magis nos, maledicentia linguæ noſtræ, Num.11.14.15.
quam in Deum & homines quotidiè exacuimus ac ſtringimus, à regno Dei ar-
cebit? Ignis ſanctus iuſtos deuorauit ſacerdotes, qui cùm ſancta tractarent,
actionibusque ac functionibus illis ſacerdotalibus ſancti eſſent, verbis tamen Leuit.10.
polluti erant. Si tales tantique viri talia ſint perpeſſi; quomodo hoc vitium
quaſi paruum, lingua noſtra contemnit? Quapropter conuitijs ac maledictis fra-
tres noſtros inſectari deſinamus. Terra tunc prætermiſſis impijs atque impuris,
deuorauit maledicos. Mare Aegyptios abſorbuit, & terra contumelioſos, † ma- †Auctores di-
C ledicos, & ſuſurrones. Dux exercitus, famis tempore, verbum iniquius protu- ſcordiæ notantur.
lit; propter quod meritas pœnas luit, cùm populi pedibus conculcaretur in por- 4.Reg.7.
ta. Ex hoc proximo ſubitoque iudicio, de futuro tibi ſit exploratum, iuxta ver-
bum Saluatoris: quo dixit, de omni etiam verbo otioſo, reddendam eſſe ratio-
nem in die iudicij. Varijs igitur occaſionum laqueis, miſerandum mortalium ge- Matth.10.
nus inuadit inimicus. Alij enim tamquam ære grauati alieno, detinentur. Alij,
vt fideiuſſores trahuntur. Ipſaque natura & experientia docemur, alios alio-
rum occaſione ac nomine, quotidie perire. Et qui nihil vlli debent, non minus
quàm debitores, demergi. Quo quidem exemplo, iuſtorum & iniuſtorum pa-
tefiunt debita. In proprijs quippè rebus, contingat vt iuſtus ſit innocens: at in
alienis, reus inuenitur. Nam ſi quis eo præſente veritatem ipſam irrideat, aut
D virum aliquem iuſtum maledictis inſectetur, ipſe autem ad ea conticeſcat; non- Obtrectatori-
ne ſilentium hoc eius, ipſi vertetur in crimen? Audiendo enim talem, & non re- bus nec aures
prehendendo, maledicta eius comprobare videtur tamquam vera. Atque hoc ex præbendæ.
magnorum etiam Principum intelligi licet poteſtate. Si quis enim vel iure in Re-
gem peccantem inuehatur; qui præſentes ſunt, ea quæ aduerſus Regem dicuntur,
audire renuunt: Si quis autem adeſſe pergat & audire, iam idem in vtrumque ſup-
plicium conſtituitur: vnuſque propter vitium linguæ, alter propter auditum
damnatur. Narrat aliquid obtrectator, & tu illi præbes aurem; & quam ille ſuo
ore inferre ſtudet necem, tu eam aurium tuarum ſinu excipis, acerbiſſimumque
mendacij fermentum in animo tuo commiſces. Vnde mors principium ha-
E buit? Nonne per aures Euæ, dum eam ſerpens alloqueretur, aditum ſibi patefe- Gen.3.
cit? Poteſt enim improbus dæmon, per os loquentis, tacentem occidere: &
quem proprio lædere nequiret ore, per auditum interficit. Quoſque opere in-
ſontes videt, cogitatione perimit. Dæmonas ipſos clamoribus veritatem Luc.4.
confitentes, Saluator noſter, obmuteſcere iuſſit. Neque enim ipſe, qui erat veri-
tas ipſorum opera atque induſtria ſibi fidem haberi voluit; ſed quæ vera ſunt, per
veros prædicatores nuntiari. Cur Apoſtoli, dæmonem à quo laudabantur, audi- Act.16.
re renuerunt? nonne ideo, ne mundæ ac caſtæ eorum aures, impuris illorum vo-
cibus contaminarentur? Si laudes diaboli, velut maxima probra vitarunt ho- Ibidem.
mines ſancti; quis obtrectationes probare poterit? Verſipellis inimicus, ſpecie Mar.1.
veritatis decipere ſolet eum, à quo toleratur. Ideo Saluator, ne vera quidem à dæ- Luc.4.
monibus audire voluit. Eadem etiam pluuia, irrigantur herbæ bonæ & malę; cùm
ſit eiuſdem rationis aqua, & quidem bona natura, in herbarum tamen vitium in-

fluit. Et ſerpens, quamuis dulciſſimis veſcatur, ſubitò ea in amaritudinem vertit,
quam ſi in aliquem effuderit, væ illi. Sicque ex veritate mendacium confingitur,
velut cicuta mortifera: nam ſub verborum eius dulcedine , amaritudo latet
Matth.26. exitioſa. Ad fallendos ſimplices, linguæ dulcedinem antiquus ſerpens adhibet:
Mar.14. cuius rei exemplum tibi ſit Iudas Iſcariotes , qui ſub blando oris oſculo, & lingua
Lucæ.22. Ioann.18. pacem ſimulante, dolum occultans; aduerſus Dominum, qui ſcrutator eſt
cordium, molitus eſt proditionem. Quòd ſi in ipſum Creatorem, talis viſus eſt
mendax; in te qualis erit? O inſipiens. quis mendace ſceleſtior; niſi is, qui ſuas
vltrò aures verbis illius accommodat? Seipſum ſponte morti obtulit Seruator,
Matth.27. †al.accepit. & ſermonibus mendacij aurem nequaquam præbuit. Os ſuum aperiens, acetum
cum felle † guſtauit, qui ſceleſti verba auribus excipere recuſauit. Os proditori
oſculandum exhibuit , & deceptori reſponſum dare noluit. Sic & tu
os tuum maledicis oſculandum præbe, aures verò minimè. Nam ſi tuum illis os
præbueris, oſculum illos condemnabit. Sin aures ijs accommodaueris, iam te
verborum guſtus occidet. Melius autem fuerit, ſi odorem pariter & guſtum veneni
euitaueris. Cur fumum celerrimè fugis, mendacem autem cum voluptate
ac ſedulitate auſcultas? à fœtore abhorres, & apud maledicum ſedes? Singula corporis
† al. Qui enim ore.&c. vide Schol. membra decenter à rebus noxijs tibi ſeruanda ſunt. Si corpus à libidine alienum
ſit, os tuum à detractione cuſtodi. Qui enim † corpore libidini indulgere
nequit, ore ſanè mentiri poteſt; calumniari, & obloqui. Si vnum è membris tuis
valeat, & aliud langueat; totus laboras, vno membro laborante. Exemplum à
militibus cape: Nonne totum corpus militis ferreo thorace munitur? accidit
autem & illud, ob laxiorem conſtitutionem lædi: nam ſi per tenuem aliquam rimulam
telo aditus pateſiat, ſtrenuo militi mortem affert: Quãto magis per apertas
Gen.3. aurium fores, morti ingreſſus dabitur. Magna ſiquidẽ eſt auris feneſtra, quippè
per quam mors in mundum ingreſſa, cunctas deuorauit gentes ac nationes, &
inſatiabilis adhuc remanet. Seris igitur ac vectibus obſtruendę ſunt tibi aurium
fores, ne maledicentia & obtrectatio ſubintrare poſſit. Ne detrectionis vitium
Ab exemplo volucrum. paruum ducas, & tamquam interficere non valeat. Ex volucrum aucupio diſce,
quæ parua videntur, non ideo contemnenda. Contingit enim vt auis in laqueum
incidens, minima capiatur vnguicula , & alarum vires franguntur ac debilitantur
ob vnguem vilem; & cùm totum ſit corpus extra laqueum , totum tamen retinetur.
Diuus quoque Apoſtolus, vnam & eandem in homicidas, & maledicos,
1.Cor.6. luxurioſos, atque adulteros ſententiam ſtatuit: Nemo, inquiẽs, iſtorum regnum
Ibidem. Dei poſſidebit. Et æquè, ait, iſtos iuſti iudicij tempore, cæleſti hæreditate priuandos.
Gen. 9. Vt autem æquale cunctos manere ſupplicium intelligas : Qua de cauſſa,
Chanaan in maledictionem æternam incidit? nonne ideo quia iuſtum irriſit?
Neque enim ob aliud facinus aliquod graue damnatus eſt; ſed ob leuem irriſionem,
Contra irriſiones, & irriſores. in horrendam illam ſententiam incurrit; & propter petulantiam linguæ,
tam acerbas pœnas dedit. Mundæ erant cogitationes eius, ſed os eius
ipſum perdidit. Si ob modicum riſum , in tantam ille calamitatem decidit;
quis non pertimeſcat, irriſioneſque ac ludibria fugiat; ex quibus execrationes
& maledicta eiuſmodi emanant. Iuſtus enim ille, Chanaan à benedictionibus
Geneſ.9. excludens, tradidit illum maledictionibus; deſcripſitque in eo iudicium futurum,
quod ſubituri ſunt, qui ludibrijs atque irriſionibus delectantur. Si calumniator
prætextu amicitiæ, ſimulat ſe exhilarari ac riſu oblectari; & Chanaan
dum hilaritatẽ fingit, & riſu gaudet, maledictionem ſibi cõciliauit. De malis
ac damnis, quæ in ludibrijs & irriſionibus latitant, Sapientiſſimum audi Salomonem
Prou,14. ea explicantem: Qui, inquit, irridet hominem, exprobrat factori eius:
Hominis eim deriſio, in Creatorem vergit. Tu quod in riſu videtur, ſimpliciter
ſpectas: quid autem in eo fraudis ac doli reconditum ſit, neſcis. Iuſtus
Noe dolum agnouit, eumque ignoranti Chanaan non patefaciens, illum à
benedictione excluſit, vt vel ex eo, cognita riſus pernicie, fratrem irridere deſinas.
Semei, in Regem innocuum maledicus fuit. Rurſuſque Apoſtolus, horrendam
2.Reg.16.19. 1.Cor.5. in maledicos ſententiam pronuntiauit. Nos quid lucri ſibi faciant maledici,
3.Reg 2.& conſideremus. Semei, non ob adulterij, aut furti crimen, perniciem ſibi
2.Reg.16.19. conciliauit: ſed quod maledictis ſit viſus, ex quibus cõſulitur calumnia; qua & quę

gesta

A geſta ſunt aperiuntur,& quæ non geſta finguntur. Animus enim,dolore ſtimula- Ibidem.
tus, quemcunque ſermonem gignit improbum. atque ſic animus affectus Se-
mei,conuicijs innocentem Regem affecit; illum vt Saulis interfectorem accu-
ſans,qui frequētius Saulem à morte liberauerat. Et quia falſo crimine eum incu-
ſabat,meritò à iuſto iudice damnatus eſt. Conſtitutus erat ei à Salomone termi-
nus,quem tranſire non poterat, ac quem ſe ſeruaturum receperat; illum autem
vt tranſilijt calumniator,in mendacium proceſſêre promiſſa. Ita per mendaci-
um,calumniæ nota iuſto inuſta fuerat;vt dignas facti ſui pœnas, meritò calumni-
ator lueret:vt qui linguam in hominem innoxium exacuerat, qua velut gladio 3.Reg.2.
eum occiderat,acutum quoque gladium,contra in ſe ſit expertus; vt & in hoc, &
futuro ſeculo ſibi exitium conſciuerit,æternumq́ue ſibi ſupplicium præparaue-
B rit. Quis igitur à maledictis non abhorreat, ne duplici ſupplicio mulctetur.
Quin & eodem iudicio, Apoſtolus molles atque adulteros, & maledicos con- 1.Cor. 6.
damnauit. Nam Eſau,primogenitis propter intemperantiam ſe ſpoliauit. Habes Gen.25.38.& Heb.12
& tu primogenita tua,quæ ne occaſione luxus atque intemperantiæ, deperdas,
caueto: Magnus enim ille vir, nulla re magna ſe perdidit; ſed vili ſe dedecora-
uit.Si veritatem amiſeris,ſtultus ac ſimilis Eſau fies. Rem admirandam audi;quo-
modo verba factis præſtiterint, ipſaque fides naturam ac generationis ordinem
ſuperauerit: Primogenituræ donum, quod videtur auferri non poſſe,ſermo Gen.25.41.48.
ſubingrediens ademit.Et quæ Eſau naturaliter ſibi vindicabat, ea fidei ſtudio aſ- Ibidem.
ſecutus eſt Iacob. Fides & iuſiurandum, vnanimiter generationis vim demon-
ſtrant. Et primogenita quæ per carnem conceduntur, ſpiritaliter accepta ſunt; Spiritalis intelligentia.
quæq́ue iuſiurandum exuit,ea fides ſuſcepit. O rem admiratione dignam,quæ
C inter primogenituræ venditorem,& emptorem eiuſdem, conſecuta eſt. Nam
qui ea ſe ſpoliauit,quaſi ſenſus videtur fuiſſe expers; & qui eadem ſe veſtijt,inno-
cens permanſit. Sed quomodo Eſau primogenita exuit, quæ deponi nequeunt?
aut quomodo illa Iacob induit, quæ adiungi non poſſunt? Quòd ſi mercaturam Nota.
iſtam,pueri illi adeò ſupra naturam exercuerunt, vt omninò explicari conueni-
enter nequeat: quis quæſtionem illam aggredi audebit,qua ineffabilis vnigeniti
filij Dei generatio continetur? Dic mihi rurſum, cur Iacob primogenita à Ma- Gen.48.
naſſe ablata,tranſtulerit in Ephraim? nonne ideo, vt maior illi gloria decusq́ue
inde accreſceret? plena enim eſt primogenitura ſignis admirabilibus, & mune- Primogenituræ myſteria maxima.
ribus eximijs,atque innumerabilibus. In eà deſcriptum continetur Baptiſma;in
ea fides obſignata eſt. in ea,noſtra deſignatur fortitudo. in ea,glorioſæ virginita-
D tis figura repræſentatur. Hanc pretio Iacob mercatus erat,& gratis eam Ephra- Gen.25.&28.
im tribuit. Et in hoc,neque Manaſſes culpandus eſt, neque Ephraim in admira-
tione habendus: ſed potius donantis auctoritas,in quam non cadit reprehenſio,
ſuſcipienda eſt. Quis igitur gentium primogenituram reprehendere tentabit?
Quòd ſi Iudæi id facere voluerint; reprehendant primùm, quòd Manaſſæ adem- Contra Iudæos.
pta ſit. Qui enim illam ab eo abſtulit, non peccauit, vt ſuam in hoc auctorita-
tem oſtenderet: ademit autem illam ipſis,quia peccauerant; vt iuſtum ſuum
in eo iudicium declararet. Quòd ſi à nemine, iure coargui poſſit Iacob,quamuis
à Manaſſe qui non peccauerat,primogenituram abſtulerit: quomodo quiſquam
ipſum reprehendere audebit,qui vt iuſtus iudex primogenituram à Iudæis, qui
E Dominum occiderant, abſtulit? Si igitur iuriſiurandi vis tanta fuit, vt ab Iuriſiurandi vis.
Eſau potuerit auferre primogenita; cùm enim iuraſſet ſolùm, noluit periurij
notam incurrere: quibus tradentur ſupplicijs, qui non ſolùm iureiurando ſe- Periurij pœnæ.
ſe obſtringunt, ſed & periurijs iuſiurandum violant? Si Eſau ab ijs,quæ cum Grauis ſententia.
damno ſuo pepigerat, recedere noluit; quomodo tu pacta quæ pro ſalute tua
feciſti, rumpere audebis? Si Herodes,quæ in ſuam promiſerat perniciem, ſerua- Mar. 6.
uit;& tu à fœderibus, quæ æternæ vitæ gratia pepigiſti, reſilies? Et quemadmo-
dum oratio ſeſe inſinuans,primogenituræ munus abſtulit; ita & conuitium ſub-
intrans,cæde actionem contaminare poteſt. Lingua enim non minus nocet, Linguæ mala.
quàm gladius.Et cogitatio ac ſermo impudicus inquinat, vt adulterium.Occul-
ta ſimulatio,laquei inſtar inſidias tendit.Et peruerſum conſilium, quouis vene-
no pernicioſius eſt ſuſcipientibus.Si enim Eſau,ſolo ſermone primogenitura ſe Gen. [illegible]
ſua exuit,eamq́ue deperdidit: quanto amplius & quidem facilius, ſeruus inutilis

Pſalm.4. temperantiam amittet? Et vanitatem diligendo, atque mendacium quærendo? à veritatem quis ſui promiſſi deſpicit. verbiſque fidem abnegando, tenebris obducitur, exuendo ſe ijs quæ ad fidem pertinent: ſicut contra, verbis fidem profi- Sententiosè æquè ac verè dicta. tens, fide ſe veſtit. Sermo interea dum exercetur, ad effectum ſe operis producit, improbaque deliberatio non minus quàm opus malum damnatur. Aſpectus illicitus, improbum opus arguit. Iracundia perinde, atque gladius ferit. Beſtialiſque inuidia, haud ſecus, quem telum vulnerat. Exitij foueam calumnia ſtruit. Cogi- Cogitata non aliter, ac facta cenſentur. tationes malas fugiamus: Cogitata enim non aliter ac facta cenſentur. Bonis cogitationibus incumbamus, quibus operum propoſita eſt merces, apud eum qui conſilia cordium explorat. Operis inſtar eſt cogitatio; quippè in qua, tamquam Contrarietas rerum. in cauſſa omnium effectiua, arbitrij noſtri ratio nititur. Suum autem quæque res habet contrarium. Tenebris lux contraria eſt, amaritudini dulce, & vigilia ſomno. Qui creauit hæc omnia, nihil reliquit, cui non adiunxerit contrarium. Nam Argumentum à minori. ſi mortalis homo, ſuo ingenio componit inter ſe contraria; aduerſuſque labores, quietem adhibet, remediaque ac medicamenta terra marique opportunè conquirit; vt ſuam cuique morbo, vt res tempuſque poſtulat, curationem prudenter adhibeat: quanto magis immortalis ille omnium rerum procreator, cuncta ſuo diſpoſuit ordine, atque ita moderatus, vt ad manum cuique ſint, quibus ab inimicis ſeſe defendat? Inſtructus es ergo armis, ô homo, aduerſus quoſcunque hoſtes Arma efficacia aduerſus hoſtē, & aduerſarios tuos. Hæc tibi ad ſalutem conceſſa ſi neglexeris, victus, in die iudicij, quomodo teipſum excuſes, non habebis. Præſto tibi contra aduerſarij machinas ſunt, arma diuerſa. Si ignita ſua in nos tela hoſtis emiſerit, habemus & nos orationis ſcutum inexpugnabile. Si libidinis in nos bellum mouerit; ſociam nobis in pugna, animi dilectionem, aduerſus illum aſſumamus. Si nos iniquitate captiuos, ducere conatus fuerit, ad iuſtitiam confugientes, ſaluti noſtræ conſulamus. Si te per odium atque malitiam vulnerare ſtuduerit, ad fraternam charitatem accurrito. Si te per arrogantiam atque ſuperbiam oppugnauerit, humilitatem ei opponito. Si corporis concupiſcentiam aduerſum te incitauerit, temperantiæ thoracem velociter induito. Si laſciuiæ iacula in nos contorſerit; galeam caſtitatis, in eum aſſumamus. Si diuitiarum nos cupiditate ſtimularit, paupertatis beatitudinem habemus. Si gulæ nos vitio adortus fuerit, ieiunij nobis alas aptemus. Et quia euerſionis cauſſa eſt inuidia; præſto nobis aderit charitas, ſi velimus, quæ corrigere queat & ædificare. Et ſicut ſua inimico ſunt arma ad oppugnandum; ita & nobis adſunt noſtra, ad defendendum. Si nos perſequatur vt Pharao; adeſt ma- Pſalm.113.135. re, quod eū ſubmergat. Si laqueos nexuerit in terra eſt, eſt qui nos liberet in cęlis. 1.Reg 17. Si irruerit in nos vt Goliath; aderit, qui eum humiliet, Dauid. Si vt Siſara elatus Iudic.3. intumuerit, per eccleſiam tolletur è medio. Si inſtar Sennacherib, nos bello pref- 4.Reg.19. ſerit, ſacco & cinere delebitur. Si Babylonicum tyrannum imitatus fuerit, ſancti Daniel.1.2.3. ac temperantes non deerunt, vt Daniel. Si vt Neeman elatus fuerit; aderunt ieiu- Neem.9. nijs addicti, qui eum deijcere poſſint. Si luxuriæ flammam accenderit; qui caſtum Gen.39. Ioſeph imitentur, aderunt. Quæ enim eius reperitur machina, quæ à nobis non diſſoluatur? Qui morbi aut quæ mala, quibus ſua parata non ſint remedia? Quodnam fucatum & adulterinum comparet; ad quod redarguendum, fornax non ſit parata? Quas ipſe ſtruere poterit inſidias, quæ nobis non ſint exploratæ? Quam ipſe moliri poterit machinam, cui deturbandæ non ſint apti vel homines idiotæ? Quas afferre ſecum poterit vires, vt illas nequeant vel fœminæ ſuperare? Quā Daniel.3. fornacem paret, quam non fideles pueri reſtinguant? Lacum effodit, ſed eum Da- Dan.6.14. niel contempſit. Epulas parauit, ſed illas pro nihilo duxit Ananias. Superbiam Dan.1. inimicus ſeminauit, ſed eam Moyſis humilitas conculcauit. Naaman adulatus 4.Reg.5 eſt auro, ſed illud deſpexit, reiecitque Eliſæus. Simon Magus pecuniam ob- Act.8. tulit, ſed meritam in eum ſententiam pronuntiauit Petrus: in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Cui gloria & potentia, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHO-

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

De *linguæ morbo, ſiue maledico Sermone, & Detractione, vide Baſilij Magni Homil in Pſal. 33. ſuper illud: Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua, &c, Eiuſdemq́; Librum de Inſtit. monachor. cap. 33. ac 34. Et in Regul breuiorib. in Reſponſ. ad Interrog 24. 25. 26. 27 &c. Ipſumq́; Ephræm ſuprà, in oppoſitione Virtutum ac vitiorum, cap. De maledicentia & maledicis. Et in S. Pachomij Regul. 84. & 93 vbi qua pœna hoc vitio laborantes ſint mulctandi oſtenditur, præſertim inter Religioſos. De hoc malo linguæ, copioſiſſimé etiam agit S. Gregorius Nazianzenus, in Carmine quod ſcriptum reliquit, ſuper ſilentio quod ieiunij tempore coluit; quo inter alia, quot quantaq́; mala è morbo linguæ oriantur, pleniſſimè demonſtrat, vt & cæteri ad eam ſummo ſtudio compeſcenda, refrenandamq́; coerceantur. Incipit autem ipſius Carmen: Lingua ſile, &c dignißimum ſanè quod allegatur. Idemq́; in oratione habita coram 150 Epiſcopis. Et S. Iohan. Chryſoſt. homil. 43. in Matth. Tom. 2. ac Homil. 2.5 32. ad popul. Antioch. Tom. 5. Et inter Latinos, S. Ambroſ lib. 3. de viduis, parte 4. Tomo. 1. & alibi. S. Auguſt. de conflictu vitiorum, cap. 8. Tom. 9 De mendacio, cap. 16. Tom. 4. Ad fratres in erem. Serm. 53. Tom. 10. S. Hieron. ad Ruſticum monachum, & alibi ſæpè. S. Bernard. ſuper Cantic. Serm. 24. & 73. &c.*

Res naturales attendens, diſce ab ijs quę ſcripta ſunt.] *Videtur hîc Auctor non obſcurè aliquem locum ſacrorum ſignificare voluminum; vbi docemur res naturales non amare vt finem, &c. vt illud: Fallax gratia; & vana eſt pulchritudo, &c. Prouerb. 31. in quem etiam locum, Patres orthodoxi ſcribentes, idem plenius docent, oſtenduntque.*

Ex hoc proximo iudicio, de futuro tibi ſit exploratum.) *Proximum hîc appellat iudicium, damnationem illius, quæ ſtatim in ſequenti die peccatum obtrectationis in Duce illo exercitus, propter verbum iniquius famis tempore prolatum, conſecuta eſt, quippe qui populi pedibus conculatus, mortuus eſt in porta: vt habet Regum hiſtoria, quam hîc adducit S. Ephræm; eſt autem ea 4. Reg. 7.*

Os ſuum aperiens, acetum cum felle guſtauit, (*In alio manuſc. cod. Græc. pro ἐγεύσατο guſtauit, reperitur ἐδέξατο, qui cum felle acetum accepit, &c. Verùm ἐγεύσατο guſtauit, hîc magis probatur, conſonantq́; verba Euang. Matth. 27.*

Qui enim corpore libidini indulgere nequit, ore ſanè mentiri poteſt, &c.) *In alio manuſcrip. Græc. hîc pro σῶμα, legitur στόμα, hoc ſenſu: Vt enim non poſſit os indulgere libidini, mentiri certè poteſt, calumniari, & obloqui, &c. ac ſic fortaſsè etiam melius, clarius, & ad mentem Auctoris magis.*

Si vnum ex membris tuis valeat, & aliud langueat, totus laboras, &c.] *Fort. non malè ad verbum magis, ſic: Si vnum ſit ex tuis membris innoxium, alterum verò obnoxium, totus es reprobus vno membro reprobato. Vel, totus laboras vno membro laborante, &c.*

Qui irridet hominem, exprobrat factori eius, &c.] *Alludit ad verba Salomonis, quæ partim continentur Prouerb. 14. vbi in vulg. Lat. eſt: Qui calumniatur egentem, exprobat factori eius. Et, partim Prou. 17. vbi eſt: Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius, &c. Nam & irriſione eiuſmodi contemptus ſubeſt, & ſæpè non ſine calumnia.*

Semei in Regem innocuum maledicus fuit, ruſuſque Apoſtolus horrendam in maledicos vocem edidit.] *Locus hic licet prima fronte mutilus videatur, & ſententia hiulca, niſi aliud addatur; tamen quia in tribus manuſc. Græc. ita reperi, latiusq́; poſtea hîc explicatur, nihil in eo immutare viſum eſt: de quo tamen & eruditus iudicet Lector.*

Cogitata non aliter ac facta cenſentur, &c.] *S. Ephræm, volens à prauis illicitisq́; cogitationibus mentem noſtram auertere, docet bonis cogitationibus incumbendum eſſe, & ab improbis abſtinendum: eo quòd cogitata non aliter ac facta cenſeantur, & operis inſtar conſilium ſit atque cogitatio. Ipſeq́; Deus non ſolùm de malefactis, ſed etiam de malis cogitatis pœnas perſequatur. Atque hunc noſtrum Auctorem ſecutus S. Hieronym. non ſolùm enim opus (inquit) ſed & cogitatio mali operis pœnas luet. vide Hieronym. libro 1. cap 4. Oſeæ, &c. Quod ipſum pluribus quoque verbis, eius perſequitur præceptor Gregorius Nazianzenus, præſertim in priore aduerſus Iulianum Apoſtatam Oratione. Necnon S. Baſilius Magnus in Ethicis. Idemq́; in Sermone, in verba illa Moſeos: Attende tibi ipſi: vbi multa enarrantur præclara, ſuper his quæ per cogitationem admittuntur; & quomodo quis ſibi ipſi ſeriò attendere debeat, ne facto vel cogitatione offendat, &c. Et Athenagoras in pulchra Oratione, quam pro Chriſtianis ad Imperatores conſcripſit. Quibus pro confirmatione atque concluſione adijciam, quæ in Homilia de leuium peccatorum periculis, Tom. 5. in hæc verba grauiter adducit Chryſoſtomus: Et ſi nonnunquam cogitamus, nec facimus, diſponimus nec implemus; tamen (inquit) cogitata pro factis tenentur, licet nondum opere compleantur. Facere enim cordis, cogitare eſt; quia corporis eſt cogitata perficere. Cor cogitando tenetur in crimine, licet corpus immune videatur ab opere: Reus eſt iam animus qui cogitauit, licet immune ſit corpus ab opere, quod non fecit, &c. Atque ideo cogitationes malæ, ex animis noſtris planè radicitusq́; euellendæ ſunt.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Non eſſe ridendum, ſed lugendum potius atque plorandum.

INitium euerſionis atque interitus animæ monachi, eſt riſus &
impunitas atque licentia. In his cùm te monache conſpexeris,
in malorum te concidiſſe abyſſum noueris. Ne deſinas igitur
orare Dominum, vt ab hac te morte liberet. Riſus atque B
licentia, perdit fructus monachi. Riſus & licentia, monachum
in turpes animi paſſiones conijcit, neque ſolùm iuuenes, ſed &
ſenes. Riſus & procacitas, monachum deprimit. Dixit quidam
Sanctorum de licentia loquens: Licentia ventus eſt æſtuās, monachi fructus corrumpens.
De riſu autem, iam audi: Riſus, beatitudinem luctus exterminat. Riſus
Matth. 5. & non ædificat. Riſus non cuſtodit, imò deperdit, ædificiaque deuaſtat. Riſus Spiritum
Luc. 6. ac ſanctum contriſtat: animæ obeſt, & corpus corrumpit. Riſus virtutes expellit,
Iacob. 4. non meminit mortis, neque ſupplicia cogitat. Aufer à me riſum Domine; luctumq́;
ac gemitum mihi concede, quem à me ipſe requiris Deus. Initium luctus
*al. luctus veſter eſt, aliquem noſſe ſeipſum. Sit verò luctus * noſter non ſecundum hominem, neque
vt videatur ab hominibus; ſed ſecundum Deum, qui nouit etiam abſcondita
2. Cor. 7. cordis: vt apud eum mereamur beatitudine perfrui. Hilari itaque atque amœno
ſimus adſpectu, gloriantes in Spiritu ſancto, ſuper donis Domini: cogitatione autem C
1. Theſſ. 5. & animo plorantes atque gementes, Deum exoremus, vt ab omni ſpecie mala
1. Cor. 2. nos conſeruet, ne cęleſti eius priuemur regno, æterniſque bonis, quæ præparauit
*al. ijs qui complacuerunt ei. diligentibus * ipſum. Luctus ædificat, & cuſtodit. Luctus animam lachrymis
Matth. 5. tergit, mundamq́ue eam reddit. Luctus temperātiam gignit, voluptates excindit,
Luc. 16. & virtutes perficit. Quid plura? Luctus ab ipſo Deo prædicatur beatus, & ab Angelis
Iacob. 4. *al. conuertatur. conſolationem accipit. Vnde & quidam ex diſcipulis Domini dixit: Riſus veſter
*al. confortamini igitur, &c in luctum * conuertetur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini * igitur ſub
potenti manu Dei, & exaltabit vos. Sed quid ego peccator faciam, qui nec lugeo,
nec defleo cum compunctione, meipſum? Dico enim, & non facio. Væ mihi, quā
parui pendo eiuſmodi. Væ mihi, quàm ſum negligens ſalutis propriæ. Væ mihi,
quoniam ſcienter pecco: Scio cùm malè facio, nec tamen à malo declino. Væ mihi,
Matth. 25. Precatio. quia inexcuſabilis ſum. Verbis quidem inter eos, qui ad dexteram futuri ſunt, D
re autem in ijs numeror, qui ad ſiniſtram ſtatuentur. Verùm tibi Domine ſoli
Heb. 4. bono, noſtrarumq́ue offenſionum immemori, confiteor peccata mea. Etenim
Eſa. 43. me tacente, tu omnia noſti Domine, nihilq́ue occultum à facie oculorum tuorū.
Sed quoniam tu per Prophetam tuum dixiſti Domine: Dic tu primum peccata
Luc. 15. tua, vt iuſtificeris. Peccaui Domine, peccaui, & non ſum dignus reſpicere ac contemplari
multitudinem cælorum, præ multitudine iniquitatum mearum. Quia
1. Cor. 6. ob modicam voluptatem, ignem æternum pro nihilo reputaui, regnumq́ue tuū
cæleſte non ſum conſecutus. Quid igitur infeliciſſimus ego mortalium faciam?
*al. & amator Plangam meipſum, noctu dieque, donec tempus adhuc ſuppetit, quo lachrymæ
hominum benigniſsimus. meæ ſuſcipi poſſint. Sed dona mihi Domine lachrymas compunctionis, qui ſolus
Matt. 8. 13. 22. bonus es, & * miſericors, vt ijs tibi ſupplicem, emundari maculas cordis mei. E
24. 25. & Luc. 13. Væ mihi, quid agam? Quo pacto gehēnam ignis, & tenebras exteriores, vbi fletus
eſt & ſtridor dentium, effugiam? Væ mihi, quid faciam, quomodo tartara, ſempiternaq́ue
Hierem. 9. tormenta & vermem nunquam moriturum, euadere potero? Væ mihi,
quid faciam, quomodo comminationes impiorum, qui tormentis præſunt, Angelorum,
ſubterfugiam? quoniam horrēdi ſunt, & abſque miſericordia. Quis dabit
*al. dies tui. capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt ſedens fleam dies
Iob. 7. & 8. Pſalm. 143. ac noctes, Deumq́ue, cuius prouocaui iram, placatum reddam. Peccaſti ô anima
mea, pœnitentiam age. Nam ecce dies * noſtri velut vmbra prætereunt. Adhuc
modicum, & migrabis ex hoc ſeculo, formidabilia peragrabis loca, ô anima mea.
Ne differas de die in diem conuerti ad Dominum. Vę mihi, ô anima, operibus im-

mundis

A mundis à te diuinam fugaſti miſericordiam, ſanctoſque Angelos cuſtodes tuos.
Ne des igitur tibi requiem anima mea, neque ſileat pupilla oculorum; ſed procidens Eccl.5.
optimo & benigniſſimo Deo, ora eum, vt mittat tibi auxilium ab alto. Fratres, Paræneſis grauis & ardua.
horrenda atque tremenda, non multò poſt, pertranſituri ſumus loca; fieriq́;
non poterit, quin per illam ingrediamur viam. Nullus eorum quos hîc habemus,
nos comitari iſthic poterit; non parentes, non fratres, non amici, non genus,
non diuitiæ, aut quid his ſimile. Caueamus igitur operum bonorum eſſe
negligentes, vt ea in tempore neceſſitatis noſtræ inuenire poſſimus. Sobrij ſimus
& vigilemus in pręſenti ſeculo, ne poſt corporis ſeparationem, nos ſibi vendicēt
principes tenebrarum. Et quis illa hora nos adiuuabit, redimetq́ue ex manibus
eorum? Si diuina tunc protectione reperiamur deſpoliati; ſæui atque crudeles ibi
B tenebrarum aderunt principes, qui nec Regem timent, nec tyrannos curant, non
paruum, non magnum? niſi ſolum eum, qui in pietate vitam ſuam tranſegerit, in
operibuſq́ue ſe bonis occupauerit: ab illius ſibi conſpectu timebunt, recedentq́;
timore perculſi, magno cum ſtudio tranſitum præbentes, ſicut ſcriptum eſt: Quoniam Sap.4.
gratia Dei & miſericordia in ſanctos eius, & reſpectus in electos illius. Rurſúſque Sap.3.
ait: Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget eos tormentum. Eſaię 58.
Anteibit enim iuſtitia eorum ante faciem ipſorum, & gloria Dei cooperiet eos. Pſalm.144.
Tunc inuocabunt, & Dominus exaudiet eos: clamabunt, & ipſis dicet: Ecce adſum,
fidelis enim eſt qui promiſit. Beatus qui in hora emigrationis ex hac luce, Rom.4.
inuenietur liber. Ne igitur torpeſcamus fratres, neque res alienas ac noxias ad
nos rapiamus, quæ penitus ſunt corruptibiles. Illa via quæcunque deſtruit. Nam
hora ſeparationis animæ à corpore præoccupante, voluptates marceſcunt, delitiæ,
C ac vana gloria pereunt; diuitiæ cum auaritia, & cupiditate dominandi deficiunt,
aduentante hora ſeparationis, cuncta iſta, & his ſimilia finem capient. Domine Precatio.
horam illam animo mecum reuoluens, procido tuæ bonitati, rogoq́ue, ne *al. perſequentium me.
me tradi patiaris in manus nocentium * mihi: Neque glorientur inimici tui, aduerſus
ſeruum tuum benigniſſime Domine, dentibus ſtridentes, animamq́ue meam
peccatricem exterrentes. neque dicant: In manus noſtras veniſti, nobis es traditus
veruntamen hic eſt, quem expectabamus, dies. Ne Domine, ne quæſo
obliuiſcaris miſerationum tuarum. Ne Domine, ne obſecro, ſecundum iniquitates Pſalm.34.39.
meas retribuas mihi; & ne auertas à me faciem tuam. Ne precor, dixeris Pſalm.101, Pſam.26.
mihi: Amen dico tibi, non noui te. Tu autem Domine corripe me, verùm pro Matth.25.
tua miſericordia, vt inimicus meus non ſupergaudeat mihi. Eius autem minas Luc.13. Pſalm.34.37.
D exſtingue, omnemq́ue efficacitatem eius deſtrue, & da mihi viam iniuriæ expertem
atque inoffenſam. Exorari te ſine Domine, non quidem propter iuſtitias meas,
neque enim quid vnquam boni feci, ſed ob miſerationes tuas, & propter infinitam
bonitatem tuam, ſalua animam à plaga mortis oppreſſam. Recordare bone
Domine, quòd & peccans, & ad mortem vſque vulneratus, ad alium non confugerim
medicum, neque manus meas expanderim ad Deum alienum, niſi ad tuam Pſalm.43.
ſolius bonitatem. Tu enim es Domine vniuerſorum Dominus & Deus, qui Matth.7.
habes poteſtatem omnis ſpiritus. Tu dixiſte Domine: Petite & dabitur vobis, pulſate
& aperietur vobis. Munda me Domine antequam moriar, ab omni peccato.
Ne repellas deprecationem meam benigniſſime Domine. Indignum os clamat
ad te, & cor non mundū, animaq; peccatis contaminata. Exaudi me Domine propter
E bonitatē tuam; non enim repellis orationem verè pœnitētium tibi. Verùm
mea pœnitentia non eſt pura, ſed corrupta. ad horam vnam pœnitentiam ago, &
duabus iram tuam prouoco. Confirma cor meum in timore tuo bone Domine.
Statue pedes meos, ſuper petram pœnitentiæ. Vincat malitiam quæ in me eſt, tua
*bonitas Domine. Vincat in me tenebras, lumen gratiæ tuæ. Domine qui aperuiſti *al. tua charitas Domine.
cæcorum oculos, aperi tenebris circumfuſos oculos mentis meæ. Qui ſolo Matth.9.20.21.
verbo mundaſti leproſos, abſterge maculas animæ meæ. Fiat in me gratia tua bone Luc.7.18.
Domine, ſicut ignis, comburens in me cogitationes immundas. Tu enim ſolus Matth.8.
bonus es, lumen quod omne lumen excedit, gaudium ſuper omne gaudium, Marc.1. &
requies ſuperans omnem requiem, vita vera, ſalus in æternū permanens. Tibi ſoli Luc.5.
bono, ego omnis ſupplicij reus, ego qui quamcunq; pœnam mereor, procido,
rogans;

rogans.Tibi ſoli redemptori ſupplico, ne in finem aduerſarius me præoccupet. A Sed tu Domine, vti ſolus bonus, & malitiæ noſtræ immemor, atque miſericors; reſuſcita membra mea, quæ peccatum diffregit, & viuifica animam meam, quam iniquitas occidit; mentemque illumina, quam improba concupiſcentia obcæcauit. Libera me ab omni opere malo, & inſere in me charitatem perfectam, Bone Ieſu Saluator mundi, nomenque ſerui tui libro vitæ inſcribe, perfectum mihi bonum largiens, vt relata victoria aduerſus diabolum, citra ruborem atque confuſionem, procidens adorem te, coram throno regni tui, cum omnibus iuſtis. Quoniam tibi conuenit honor, & gloria, in ſecula. Amen.

Matt.15. Marc.7. Obſecro autem & vos Fratres mei dilectiſſimi, electi Dei, vt pro me peccatore Ephræm, precibus veſtris intercedatis apud Deum, ſicut Apoſtoli ſuper Chananæa; B digni pro indigno, honorandi ſuper vili atque abiecto: vti oratio mea per acceptabiles veſtras preces, dirigatur ante conſpectum Dei. Quia ipſi conuenit Imperium, Maieſtas, & gloria, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, ante omne ſeculum, & nunc, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

QVia ſuperiori, De malo ſeu vitio linguæ, tractatu ſiue Sermone, etiam contra Riſum, irriſionesq; ac irriſores agitur; viſum eſt in diſtributione materiarum poſt illam, conuenienti ordine hanc immediatè ſubijcere: De non ridendo, ſed lugendo potius atque plorando. Cum qua, conuenit quod alibi in Monachorum Regulis, cap.37. aduerſus Riſum, in hæc verba adducit S. Baſilius Magnus: Cùm, inquit, Dominus eos, qui nunc rident, condemnet: manifeſtum eſt quòd nunquam tempus ſit riſus fidelis animæ: & maximè, cùm adeò multi ſint, qui per præuaricationem legis Deum inhonorent, & in peccatis C *ſuis moriantur; pro quibus vtique triſtari indeſinenter conuenit, atque lugere. hæc ibi. Quòd porrò Luctus riſu vtilior ſit ac melior, etiam eleganter oſtendit Chryſoſtomus, ad pop. Antiochenum, homil. 15. vbi de calamitate Ciuitatis Antiochiæ agit, luctusq; vtilitatem exponit. Et S. Auguſt. ſuper Pſal. 51. To. 8. & alibi frequenter. S. Ambroſ. De offic. lib. 1. item ſuper Pſal. Beati immaculati. ac De fuga ſeculi, Tomo 1. pluribusq; alijs in locis. De fletu autem ac lachrymis, multa habet idem Ambroſ. de obitu Valentini. ac ſuper Lucam lib. 9. de lachrymis Petri inter alia tractans. Et vt conſtet de efficacia fletus ac lachrymarum, eam eleganter his verbis S. Hieronymus ſuper Eſai. expreſſit: Oratio Deum lenit, ſed lachryma cogit; hæc vngit, ſed illa pungit, &c. Plura vide apud S. Gregorium, in Regiſt. vbi tractat illud; Axa filia Cale, &c. item lib. 8. ac 12. moral. & in paſtorali, &c. Necnon S. Bernar ſuper Cant. ac De contemptu mundi, ac S. Ephræm, hoc loco, & alibi in Serm. De compunctione. item De Iudicio & compunctione, &c.* D

Non eſſe ridendum, ſed lugendum potius atque plorandum.] *Pro hoc, in alio manuſc. Græco ſic eſt: Non oportere mente diſtrahi, neque ridere; Sed potius plangere. In alio cod. talis Inſcriptio reperitur: Quòd non debeamus ridere, & extolli; ſed nos potius ipſos deflere. Quam ex his malueris, ſequere.*

Verbis quidem inter eos, qui ad dexteram futuri ſunt, re autem in ijs numeror, qui ad ſiniſtram, &c.] *In alio, verbis aliquantulum commutatis, at ſenſu non diſcrepanti, ſic: Verbis quidem inter eos futurus, qui à dextris erunt, operibus autem ijs, qui à ſiniſtris futuri ſunt, adſociabor, &c. Sententia vtrobique clara eſt.*

Fratres, horrenda non multò poſt, pertranſituri ſumus loca, &c.] *Poſt iſta verba, ſubijciuntur in Latino quodam paruo Cod. Ephræm, antea ab alijs euulgato, aliqua de alijs Patribus, vti de S. Antonio, & S. Athanaſio exempla, quæ hîc in collatis noſtris Græcis deſunt, nec admodum inſtituto atque argumento huius loci ſeruiunt; ideoq; tanquam parerga & irreptitia, conſultò à nobis in verſione hac* E *noſtra, reſecta atque omiſſa ſunt.*

Domine horam illam animo mecum reuoluens, procido tuæ bonitati, &c.] *Quæ hîc coniunctim, in alio manuſc. disiunctim leguntur, cum eiuſmodi interpunctione ac ordine: Quare horam illam, mente nobiſcum reuoluamus. Procido bonitati tuæ Domine, ne, &c.*

Poſt illa porrò verba Epilogi: Inſere in me charitatem perfectam bone Ieſu Saluator mundi nomenque ſerui tui libro vitę inſcribe,] *ſic immediatè ſequitur atque concluditur, in antiquiſſ. Manuſc. Cod. Græc. Cryptaferrat. dignumq; me fac æterno tuo Regno, cum ijs qui verè ſanctum tuum nomen dilexerunt, & mandatis tuis obſequuti ſunt. Quoniam tu ſolus bonus, & amator hominum benignus: Tibiq; gloria, Patri & Filio, & ſpiritui ſancto, nunc & ſemper; & in ſecula ſeculorum Amen, nec aliud additur.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Quòd Ludicris rebus abſtinendum ſit Chriſtianis.

IN rebus ludicris non eſſe tempus à Chriſtianis conſumendum,
omnes nouimus,& ex diuinis quidem ſcripturis hauſimus, præ-
ſertim cùm Dominus cominando,in Euangelio dicat: Væ vobis, Luc.6.
B qui ridetis nunc;quia ibi lugebitis & flebitis. Rurſuſque alibi:No- Luc.12.
lite,inquit,in ſublime tolli: hęc enim omnia gentes faciunt: Eſa-
ias autem Propheta,aut potius ipſe Deus per Prophetam ait: Væ Eſaię 5.
ijs,qui cum tympanis,ac tybijs,& citharis vinum bibunt. Quin & Beatus Dauid, Pſalm.130.
tamquam animi elationem abominans,& in Domino glorians,dicebat: Domi- Iacob.4.
ne non eſt exaltatum cor meum,neque elati ſunt oculi mei. Atque Iacobus fra-
ter Domini: Lugete,inquit,& plorate,riſus veſter in luctum conuertatur,& gau- 1.Cor.10. Exod.32.
dium in mœrorem. Quin & beatus Apoſtolus Paulus, idololatras vocat ludẽtes, Epheſ.4. Ibidem.
dum ait:Nolite idololatræ fieri,ſicut ſcriptum eſt.ac rurſus:Omnis ſermo malus Epheſ.5.
ex ore veſtro non procedat,ſed potius ſermo bonus. Siue manducatis,ſiue bibitis,
ſiue aliud quid facitis,omnia in gloriam Dei facite. Idemque denuò ait:Fratres,e- Ibidem.
ſtote imitatores Dei,& amabulate in dilectione. Fornicatio autem & omnis im-
munditia,aut auaritia,nec nominetur in vobis:aut turpitudo, aut ſtultiloquium,
C aut ſcurrilitas,quæ ad rẽ non pertinet:ſed magis gratiarum actio. Aliaq; multa in Matth. 22.&
ſacris ſcripturis huc ſpectant,& non eſt qui intelligat. Verùm in nobis impletur Mar.12. 2.Tim.4.
ſermo Domini:Erratis,neſcientes ſcripturas. Impletur quoque Pauli prophetia Ibidem.
in nobis, quę ſic habet: Veniet tempus quando ſanam doctrinam non ſuſtine-
bunt:ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à ve-
ritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem conuertentur. Hæc in nos per-
uenerũt ô dilecti,& ecce iam cernimus quod dicitur,re ipſa comprobatum. Quis
enim hodie ſcripturas ſacras ſuſtinet? Quis ſedulò Chriſti mandatis intentus eſt?
Quis ſapiens,& cuſtodiet hæc? Quis oſtendet nos non eſſe præuaricatores legis?
Multi potentes,omnes ſapientes ſecundùm carnem,inquit Apoſtolus. Multi no-
biles,multi ſcientes,ſcribæ,& legiſperiti,& doctores, & pauperes, ſerui,& liberi; Pſalm.106.
D ſolitariam vitam ſectantes,& virgines,& in cœtibus aliorum viuentes,& ſenes,& Alluſio fit ad 1.Cor.1. ſed ibi:
iuuenes. Quis autem horum omnium demonſtrare poterit; conuenire Chriſtia- Non multi, &c. Vide ſchol.
nis,citharizare,aut tripudiare,aut cymbala pulſare,aut tibijs ludere, aut accla-
mare,aut haruſpicem agere,aut phylacteria quæ vocant facere, aut eadem circũ-
geſtare;aut dæmonia conſulere,aut inebriari, aut tolerare eos qui eiuſmodi res
impias ſectantur? Quis vt ante dixi,hęc Chriſtianorum eſſe oſtenderit? Quis ex
Prophetis? Quod Euãgelium? Cuiuſmodi Apoſtolorũ liber? Si omnino iſta Chri-
ſtianis cõueniunt:omnia vana,& erroribus plena,& Lex,& Prophetæ,& Apoſto-
li,& Euãgelia. At ſi Dei hæc ſint verba,& vera,& diuinitꝰ inſpirata,vt reuera ſunt:
nefas ſanè fuerit,Chriſtianos quæ iam diximus,agere. Nam ecce ab Oriẽte ad Oc- 2.Tim.3.
cidentẽ vſq;,& à finibus orbis terrarum,Diuina ſcriptura per eccleſias,& in omni Rom.1.
loco legitur. Lex,& Prophetæ,& Apoſtoli. Dominus vniuerſorũ,& cũcti Deiferi
E Patres. Neq; vſquã reperitur,hæc Chriſtianis permiſſa eſſe. Verũ ſicut ſcriptũ eſt: Eſa.47. Rom.2.
Vnuſquiſq; noſtrum propria errat via,& tranſgreditur,& eſt tranſgreſſor, & mẽ-
dax,& ſine Deo;& per præuaricationẽ legis Deũ inhonorat. Et ne durũ vobis ap- S.Ioan. in 2.
pareat quod dixi;ſine Deo:Nõ enim hic meus eſt ſermo,ſed S. Iohãnis Theologi, Epiſt.Catholic.
ſic dicentis:Omnis qui recedit,& non permanet in doctrina Dei,Deũ non habet.
Quis hoc infelicior;& eo,qui Deũ iſtud mandantem atque loquentem per Legẽ,
& Prophetas,atq; Apoſtolos,contemnit,abominabilior? quiq; væ illud,à Domi- Eſa.52.
no per Prophetam prædicatum,ſecum portat: Væ per quos nomen meum blaſ- Rom.3.
phematur inter gentes. Ne quæſo fratres mei; ne quæſo,ſic dies noſtræ conſuma-
mus pœnitentiæ. Verùm Dauid Prophetam clamantem,& nos exhortantem,at-
que dicentem audiamus:Venite exultemus Domino. Feſtinanſque ſubiungebat: Pſalm.94.

Ibidem. Præoccupemus faciem eius in confeſſione, præoccupemus, antequam ſoluatur A
celebritas. præoccupemus antequam apertè veniat, & nos otio atque deſidia
Matt.25. torpentes inueniat, antequam clamor ille fiat: Ecce ſponſus venit. Tunc qui parati
Matth.5. erunt gaudebunt. tunc qui miſericordes fuerint, exultabunt. viles & abiecti
Daniel.7. conflictabuntur: & digni lætitia ineffabili gloriabuntur. Sed præoccupemus fratres,
Matth.25. & curramus, dum per tempus licet, antequam ſellæ, ac throni conſtituantur:
antequam nos ab inuicem ſegregemur. Præoccupemus faciem eius in confeſſione;
Pſal.94. & in pſalmis iubilemus ei. In pſalmis inquit, & non in rebus ridiculis.
Ibidem. In pſalmis, & non in canticis dæmoniacis. Ait: Venite adoremus, & procidamus
ante eum, atque ploremus: non autem cymbalis ludamus, aut citharis. Verùm
Pulchrum Pſalmodiæ Encomium. ploremus inquit, in Pſalmis & hymnis. Pſalmus enim dæmonas propellit. Pſalmus B
telum in timoribus nocturnis. Pſalmus diurnorum requies laborum. Pſalmus
infantibus tutela. Pſalmus ſenibus conſolatio: mulieribus ornamentum decentiſſimum.
Eadem & alibi ab Auctore in laudē Pſalmorum adducuntur. hic feſta colluſtrat. hic eum, qui ſecundùm Deum eſt, dolorem procreat.
Pſalmus ſiquidem ex lapideo licet corde, lachrymas excitat. Pſalmus Angelorum
opus: cæleſtis vitæ ratio & inſtitutum, ſpiritaliſque quidam ſuffitus. Hic
mentem illuminat, hic in cælum reducit, hic homines Deo familiares colloquio
reddit, animam lætificat, otioſas collocutiones remouet, riſumque exterminat,
de iudicio nos admonet, diſſidentes reconciliat. Vbi Pſalmus cum compunctione,
ibi & cum Angelis ſuis, Deus adeſt. Vbi autem aduerſarij cantica; ibi ira Dei,
& vę, remuneratio riſus. Vbi libri ſacri & lectiones, ibi lætitia iuſtorum, & auſcultantium
ſalus, ac diaboli confuſio. Vbi autem citharę ac chori, & plauſus manuū;
ibi virorum tenebræ, & mulierum perditio, Angelorum triſtitia, & diaboli feſtū.
O improbum diaboli conſilium. Quomodo vnumquemque fraudulenter ſupplantat, C
fallitque, ac mala pro bonis facienda ſuadet. Hodie, vt videre licet, pſallunt
ex ordinatione Dei, & cras ſtudioſè choreis incumbunt iuxta doctrinam Sathanæ:
hodie abrenuntiant Sathanæ, & poſtero die iterum ſequuntur ipſum: hodie
coniunguntur Chriſto; & cras abrenuntiant ac abnegant, inhonorantq; eum:
hodie Chriſtiani, & cras Ethnici: hodie pij, & cras impij: hodie fideles & ſerui
Matth,6. Chriſti, & cras apoſtatæ inimicique Dei. Nolite errare fratres mei, nolite errare.
Ibidem. Nullus ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire, ſicut ait Chriſtus Dominus: Quia
Gen.1.9.&c. nemo poteſt Deo ſeruire & mammonæ, ac cum diabolo choreas ducere. Ad imaginem
Rom.8. Dei formati ſumus, non dedecoremus imaginem ipſius Dei: ſed tanquam
milites Chriſti, illum ſequamur, illi ſeruiamus. Noli hodie pſallere cum Angelis,
& craſtino die in tripudijs eſſe cum dæmonibus. Noli hodie ſacras lectiones audire, D
tanquam Chriſto dilectus auditor; ac cras citharis intentus eſſe, vt præuaricator
& Chriſti inimicus. Noli hodie pœnitere de peccatis, & cras in perditionē
tuam, ſaltare in choreis. Ne hodie ieiunijs & temperantiæ operam des; cras autem
ebrius venias, huc illucque agiteris, ac omnium irriſione ludaris. Ne obſecro
fratres mei; ne ſic tempus pœnitentiæ deperdamus, quod nobis ad pœnitentiam
Luc.6. atque ſalutem conceſſit Deus. Meminerimus illius, quod comminando dixit
Matth.5. Dominus: Væ vobis qui ridetis nunc, quoniam lugebitis poſtea, ac rurſus: Beati
qui lugent. Nemo vos ſeducat, Chriſto dilecti mei fratres. Non eſt iſta Apoſtolorum
Galat.1. doctrina, qui dicunt: Si quis vos doceat eiuſmodi, quæ vos non docuimus,
2.Theſſ.1. anathema eſto. Non ſunt enim Chriſtianorum illa, ſed infidelium gentilium,
Luc.12. qui non obediunt Euangelio, ſicut ait Dominus: Quoniam cuncta iſta gentes
Galat.3. faciunt, quibus non eſt vlla ſpes ſalutis. Noſtis fratres mei, quia quotquot in
Rom.6. Chriſto baptizati ſumus, Chriſtum induimus. Quo pacto ergo Chriſtum exuentes, E
Epheſ.6. Antichriſto ſeruire volumus? Mandatum ab Apoſtolo accepimus inceſſanter
orandi, & omnia in gloriam Dei faciendi. Tu autem ad iſta non conſideras:
1.Cor.10. ſed auditum auertis, & oculos claudis. Nouiſſima verò amara, quaſi abſynthium,
Prouer.5. & acuta, quaſi gladius biceps, tibi erunt. Iterum dico: ne decipiamini fratres
Chriſto dilecti; non ſunt iſta Chriſtianorum, ſed gentium Deum non habentium.
Luc.12. Conſideremus fratres, quòd homo vanitati ſit ſimilis, & dies eius vt flos
Pſal.145. fœni, ſic præteribunt: vno temporis momento, & cuncta ceſſabunt. Quid fruſtra
Iacob.1.& 1.Pet.1.&c turbaris ô homo; vnico febris impetu, tuæ ſaltationes atque laſciuiæ finem capient.
Matth.24 & Vna hora, te ab ijs quibuſcum tripudiare ſolebas, ſeparabit. Vna mox inter-
cedet,

A cedet, & caro tibi marceſcet, pedeſque ad malum curſum diſpoſiti deficient: ma-
nus tibi diſſoluentur, oculi tui tabeſcent, lingua ex improuiſo quieſcet, & incom- Iob.33.
poſita tua vox deficiet, gemitus tibi abundabit, & lachrymæ inutiles tibi profun- Eſa.17.
dentur. Cogitationes tuæ peribunt, & nemo erit, qui iuuare poſſit; (Deum enim Pſalm.145.
contempſiſti & dedecoraſti) ac cuncti te relicto recedent: nemoque præſto erit, Rom.2.
præter inuiſibiles dæmones, quibus obſecutus es. Qui autem eò miſſus erit ange-
lus truculentus, deiecto vultu à longè conſiſtens, aſſenſum à Domino exſpecta-
bit, vt infelicem tuam animam rapiens, abducat in pręparatum ſibi locum, vt me- Marc.4.
tat quę ſeminauit: vbi colitur, & exſuperat, redundatq; fletus, tribulatio, anguſtia, Luc.6.13.
ſtridor dentium & væ. Quid fruſtra turbaris miſer? Ibi ebrioſorū oculi tabeſcent, Matth.8.24.25.
ibi tripudiantium carnes marceſcent, ibi dolore affligentur, atque eſurient, qui
B cum citharis ac tibijs vinum bibunt. Ibi magno cum dolore plorabunt, & denti-
bus ſtridebunt, vultumque percutient, fornicatores, adulteri, fures, homicidæ, di- Ibidem.
uinatores, venefici, incantatores, falſarij, maſculorum concubitores, puerorum
corruptores, raptores, ſanguiuori atq; crudeles: hi omnes, & eorum ſimiles, abſ-
que pœnitentia ad finem vſque peccantes, & per latam ac ſpacioſam incedentes
viam, quæ ducit ad perditionem, idoneum omnino ibi diuerſorium reperient. Gal.5.
Neque enim licet & hic cum dæmonibus, choreis delectari, & ibi cum Angelis Rom.1.
ſaltare, ſicut ait Dominus: Væ qui ridetis nunc, quia ibi lugebitis & flebitis. Fieri
non poteſt fratres, vt modò Chriſtiani, modò Ethnici ſimus. Nuſquam, vt antè Matth.7.
diximus, conceditur agere aliquid Chriſtianis hominibus huiuſmodi. Dominus Luc.6.
ſiquidem noſter & Saluator, in hunc mundum veniens, cuncta illa, vt dictum eſt,
C funditꝰ deleuit, ac ſuſtulit: hoc eſt, vniuerſam doctrinā diabolicā, qua malè inſtru- 2.Theſſ.2.
ctus homo, factus eſt tranſgreſſor mandati Dei creatoris ſui, & è paradiſo exſul; 1.Cor.6. 2.Tim.1.
didicitque omne quod ſub cælo vocatur malum. Atque hæc cuncta, vt iam dixi- Gen.3.5.6.
mus, veniens Chriſtus repreſſit, exterminauitque, & per ſemetipſum, & per diſci-
pulos ſuos, dicens: Euntes docete omnes gentes; baptizantes eos, & docentes ſer-
uare omnia, quæcunque mandaui vobis: ac ſi dicat: Dicite ipſis, pœnitentiam agi- Matth.28.
te, appropinquauit enim regnum cælorum. Non dixit, ebrietati vos tradite, non Matth.3.5.
choreis: ſed pœnitentiam agite. Lugete & vigilate, orate, & ſemper eſtote parati; Mar.3.
quoniam aduentus Domini appropinquauit, & regnum cęlorum pro foribus eſt. Luc 21. Rom.13.
Quocirca ſimus parati ac digni; vt cùm venerit Dominus noſter, inueniat nos cū Iacob.2.5.
pœnitentia paratos, nullumque ex nobis condemnet: ſed hæredes ſui nos regni Matth.24.25.
D conſtituat. Quoniam ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen. Luc.10.12.21. Galat.1.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

HVc facit S Baſilij Homilia, in Ebrietatem & luxum, quæ apud eum incipit: Mouent me qui-
dem fratres, ad hunc ſermonē veſpertina ſpectacula, &c vbi multa contra Ebrietatem, item con-
tra choreas, atque ſpectacula, riſus, & cantiones prophanas, in medium adducuntur.

Et S. Iohan. Chryſoſt. Homil. ad eos qui ad theatra currunt, Tom. 5. Idem, Homil. 6. in Matth. vbi de
E *ludorum enormitate agit, quæq; in theatris & poſt ludos exactos turpiter committi ſolent, valde reprehē-*
dit. A canticis porrò prophanis atque laſciuis, ad eccleſiaſtica & ſpiritalia, idem nos cohortatur ac tra-
ducit Chryſoſt. Homil. 2. in Matth. & alibi, ipſeq; Ephræm hoc loco, ſi vſquam aliàs.

De luſibus & choreis, videri etiam inter Latinos, poterunt, S. Auguſt. Serm. 1. De decollat. S. Iohan.
Baptiſtæ. Serm. 2. de Calend. Ianuar. vbi inter alia oſtendit, non debere fidelem animam, quæ Angelo-
rum conſortia concupiſcit, dæmoniorum luſibus delectari, &c. De ludorum autem ſcenicorum, & reatu
in eorum ſpectaculis, plenè agit lib. De catechizand. rudibus. cap. 16. Tom. 4. Et Hom. 21. Tom. 10. &c.

Idem S. Ambroſ. ſup. Beati immacul. verſ. 5. Tom. 5. De fuga ſeculi, cap. 1. Tom. 1. & alibi ſæpè. Ter-
tullianus, & Cyprianus in Lib. de ſpectaculis. Arnobius lib. 2. 4. 7. &c. Huc referri ſolent quatuor Specta-
culorum genera, quæ à Tertulliano, Cypriano, Epiphanio, Iſidoro, Rabano, alijsq; improbantur, nempe,
Ludi Circenſes in circo, artes ſcenicæ in theatro, agones in ſtadio, & munera ſiue gladiatorij ludi in am-
phiteatro: de quibus ſingulis, Tertullian. lib. de ſpectac. cap. 9. 10. 11. 12. 16. 17. 18. 19. De Theatri laſciuijs &
impudicitijs, poſt Tertull. vide etiam Cyprianum, Epiſt. 2. & lib. de ſpectac. cap. 2. 5. 6. Lactant. libro 6.
cap. 20. Auguſtinus de Ciuitate Dei, cap. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. &c. Et vt de Amphiteatri quoque

malis, ac turpitudinibus periculiſq; maximis conſtet, rem memoratu dignã ex S. Auguſtino referam, de Alypio quodam iuuene probis ac caſtis moribus prædito, qui cùm auerſaretur & deteſtaretur talia, quidam eius amici ac condiſcipuli, cùm fortè de prandio redeuntibus obuius eſſet, recuſantem vehementer & reſiſtentem, familiari violentia duxerunt in Amphiteatrum, crudelium & funeſtorum Ludorum diebus, hæc dicentem: Si corpus meum in illum locum trahitis, & ibi conſtituitis, nunquid & animum ac oculos meos in illa ſpectacula intendere poteritis? adero itaque abſens, & ſic & vos & illa ſuperabo Quibus auditis, illi nihilo ſecius eum abduxerunt ſecum, idipſum explorare cupientes, vtrum poſſet efficere. Quò vbi ventum eſt, ac ſedibus quibus potuerunt locati ſunt, feruebãt omnia immaniſſimis voluptatibus. Ille clauſis foribus oculorum, interdicit animo, ne in tanta mala procederet; atque vtinam & aures obturaſſet. Nam quodam pugnæ caſu, quum ingens clamor populi totius vehementer eum pulſaſſet, curioſitate victus, & quaſi paratus quidquid illud eſſet, etiam viſum contemnere & vincere, aperuit oculos. Et percuſſus eſt grauiore vulnere in anima, quàm ille in corpore, quem videre concupiuit, ceciditq; miſerabilius, quàm ille, quo cadente factus eſt clamor, &c. hæc Auguſtinus lib.6. Confeſſ. cap.8. de Alypio, vnde reliqua de his conijce.

Multi potentes, multi ſapientes ſecundùm carnem, inquit Apoſtolus; multi nobiles, multi ſcientes, &c] *Alluſio fit ad verba Apoſt. 1 Cor. 1. vbi tamen iſta paullò aliter, cum particula negante (Non) leguntur, hoc modo: Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, &c. atque ita eſt in vulg. Gràc. & Lat. ita & S.Chryſoſt. dictum locum legit atque exponit, Homil.5. in 1.Cor.1. Non enim, inquit, indoctos duntaxat, ſed & pauperes, & contemptibiles, & ignobiles vocauit Deus, vt potentes confunderentur, &c. Quanquam tamen nec malè iſta verba cum aliorum additione, hîc per modum alluſionis affirmatiuè enuntientur, & ad mentem inſtitutumq; Auctoris ſatis aptè accommodentur.*

Quis demonſtrare poterit, licere Chriſtianis haruſpicem agere, aut phylacteria facere, eademque circumferre, aut dæmonia conſulere, &c.] *Contra iſtos pluribus agit S.Chryſoſt. non vno in loco, ac præſertim Homil.21. ad popul. Antioch. in Catecheſi ad illuminandos. Et in Oratione ipſis Calend. habita, contra nouiluniorum obſeruatores, quæ reperitur eod. Tom.5. inter didact. & parænet. ac Homil.73. in cap. Matth.23. ſuper illa verba dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias, &c.] vbi quanam ſint iſta phylacteria, & vnde dicta, non obſcurè oſtendit, dum ait: Hæc phylacteria, quaſi quadam cuſtodientia Latinè vocabant, ſicuti multæ mulierum modò faciunt, Euãgelia ex collo dependẽtes: & vt aliunde in memoriam reducantur, quod obliuioſi crebrò facere ſolent, filo digitum ſtrictius ligantes, &c. hæc ibi. Vt autem conſtet quàm graue & enorme malum ſit iſtis vti, & eiuſmodi farere; antiqui Canones extra Chriſtianorum cœtum eijciebant Incantationum, & phylacteriorum, breuiumq; obſeruatores, quales coniugum vincula ſoluere, humanorumq; corporum atque etiam beſtiarum morbos curare profitebantur contra medicorum inſtituta, non abſque graui Dei offenſa. verba ſacra vanis ſuperſtitionibus, dæmonumq; nominibus temerantes, diuinumve honorem dæmonibus tribuentes, ſicut etiam in Voc. Incantatio, Sortilegium, Superſtitio, Diuinatio, Augurium, latius oſtendunt Summiſtæ.*

Nouiſsima verò amara quaſi abſynthium, &c.] *Ita Prouerb.5. legitur in Lat. vulg. ſed hîc ad verbum magis ſic eſſet: Poſteriora verò acerbiora felle inuenies, & acutiora bicipiti gladio, &c. ſicq; in Græco Cod S.Ephræm, & apud 70. eſt. Verùm quia differentia eſt exigua, vulgatam Lat. in verſione hîc ſequi viſum eſt, cùm & al. quaſi abſynthium, Græcè reperiatur.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De ijs, qui animas ad impudicitiam pelliciunt, cùm dicant nihil mali eſſe.

AD Prophetam Ezechielem dixit Deus: Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergo ex ore meo ſermonem, adnuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium, Morte morieris; non adnuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat: impius ille in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua * requiram. Si autem tu adnuntiaueris impio, & ille non fuerit conuerſus à via ſua impia; ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. Atque hæc audientes chariſſimi, cum metu & tremore noſtram operemur ſalutem. Non negligentes, ſed mutuas admonitiones, neque ad gratiam * & voluptatem inuicem loquentes, quod cuiuſque noſtrum decet ſalutem. Quoniam hiſce delectatur Deus. Inimicus enim tendere laqueos non deſiſtit. Quamobrem & nos in mutua charitate

Ezech.3 & 33.

*al. vindicabo, ſiue vlciſcar. Philip.2.

*al. neque ad voluptatis gratiam loquentes, &c.

fouenda,

A fouenda, haud eſſe deſides oportet. Potens namque eſt Deus, laqueos eius confringere,
& ab eius nos verſutia liberare. Mihi verò cor dolet, & interiora mea
in me vertuntur, ſuper ijs quæ ad meas delata ſunt aures. Vnde & rurſus fraterno
te iuuare conſilio, incipio; ne decipiaris ab hominibus voluptati deditis, qui impiè
operando mentem ſuam deſperatam retinent. Sunt enim illi Sodomitarum
ſoboles: Nam quorum quis æmulatur opera, horum & filius vocabitur. Similium
ergo tu operationes, imitationemque fuge, vt cum calculo Iudicis, ipſum
quoque cognomē effugere queas. Inſtitutum enim eſt illorum flagitioſum, mores
peruerſi, adulatores peſſimi. Quorum alij apertè decipere conantur, alij etiam
ſpecie pietatis & ſummiſſionis, id agunt. ſecundùm quod ſcriptum eſt: habentes
ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Vnde etiam,
B ne à liberorum propagatione redarguantur, nequitia ac voluptatibus fruuntur:
ablatus ſiquidem ac ijs eſt Dei timor, & agnitio eius. Et non tantùm iſta faciunt,
ſed etiam * alijs eadem facientibus conſentiunt. Atque adeò quidem, magnum
hoc & graue flagitium extenuant, vt cunctos homines ad diuinorum mandatorum
præuaricationem alliciant. Quomodo enim qui leonem occidere volunt,
vbi iaculum exacuerint, atramento ferrum oblinunt, ad ſplēdorem obſcurandum,
vt ſic lethalem ipſi ictum infligant: Ita quoque hi per extenuationes, &
impiam aſſentationem, turpiaque lucra, inuitant ſibi morigeros, ad perniciem
animæ ſuæ. Et quemadmodum ex quibuſdam latebris, multitudo venenatarum
beſtiarum egreditur: ad eundem etiam modum, ex corde ſimilium hominum,
multitudo peſſimarum cogitationum procedit. Cor namque peruerſum (vt ha-
C bet ſcriptura) machinatur mala omni tempore. Quamobrem neceſſe fuerit, breuiter
ex diuinis ſcripturis, quædam protuliſſe in medium, ad improborum hominum
reprehenſionem atque euerſionem; illorum verò, qui pœnitentiam
agere voluerint, correctionem, ſecuritatemque. Eſt enim in Prouerbijs: Conſerua
fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: liga ea in corde
tuo iugiter, & circumda gutturi tuo. Cùm ambulaueris adduc ea, & tecum
gradiantur: cùm autem dormieris, cuſtodiant te, & euigilans loquere cum eis.
Quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, vt cuſtodiant
te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Ne te vincat pulchritudinis
eius deſiderium; neque illius aſpectu capiaris ac nutibus. pretium enim ſcorti,
vix eſt vnius panis: mulier autem viri pretioſam animam capit. Nunquid poteſt
quis ignem abſcondere in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? aut ambu-
D lare ſuper prunas, vt non comburantur pedes eius? Sic qui ingreditur ad mulierem
proximi ſui, non erit mūdus, * neque omnis qui tetigerit eam. Non grandis
eſt culpa, ſi furtiuè quid aliquis ceperit: furatur enim vt eſurientem impleat animam:
deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, & omnē ſubſtantiam domus ſuæ
tradet, & liberabit ſe. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam, perdet animam
ſuam. Turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius
non delebitur in æternū. Quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec
acquieſcit cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.
Fili mi, cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili, honora Dominum,
& valebis: præter eum verò ne timueris alienum. Serua mandata mea, &
viues, & legem meam quaſi pupillam oculi tui, liga * eam in digitis tuis: ſcribe
E *illam in tabulis cordis tui. Dic ſapientiæ, ſoror mea es: & prudentiā voca amicam
tuam: vt cuſtodiat te à muliere extranea, & improba, quæ verba ſua ad gratiam
cōponit. De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi, & video paruulos,
conſidero vecordem iuuenem, qui tranſit per plateas iuxta angulum, &
prope viam domus illius graditur in obſcuro. aduesperaſcente die, in noctis tenebris,
& caligine. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad * decipiendas
animas, garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere
pedibus ſuis: nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians. Apprehenſumque
deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: Victimas
pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea, iccirco egreſſa ſum in occurſum
tuum, deſiderans te videre, & repperi. Intexui funibus lectulum meum, ſtraui tapetibus
pictis ex Aegypto: aſperſi cubile meum * myrrha, & aloe, & cinnamomo.

2. Tim. 3.
Titum 1. &c.

2. Tim 3.

† al. ſed etiam in alijs ſibi placent, qui eadem faciunt.

Comparatio elegans, atque accommoda.

Prouerb. 6.

Prouerb. 6.

Ibidem.

* in vulg. Lat. non erit mundus, non tetigerit eam.

Prouerb. 7.

* al. liga ea.
* al. ſcribe illā.

* al. ad capiēdas animas, &c.

* al. aſperſi cubile meū croco.

& domum cinnomomo: & ſic in Græco cod. S. Ephræm.

*In Græco eſt: inſtar cerui ſagitta vulnerati in iecore.&c.

Gen.13.

Contra Sodomitas.

Gen.13.

Rom.1.
1.Tim 6.
2.Tim.3.4.
2.Pet.2. &c.

Rom.1.2.

2.Pet.2.3.

Pſalm.144.
Matth.12.

1.Theſſ.4.
Rom.1.
Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Veni inebriemur huberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies: non eſt enim vir in domo ſua, abijt via longiſſima. Sacculum pecuniæ ſecum tulit: multos poſt dies reuerſurus eſt in domũ ſuam. Irretiuit eum multis ſermonibus. & blanditijs labiorum protraxit illũ. Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorans, quòd ad vincula ſtultus trahatur, *donec tranſfigat ſagitta iecur eius: velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit quòd de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo fili mi, audi me, & attende verbis oris mei. Ne abſtrahatur in vijs illius mens tua, neque decipiaris ſemitis eius, multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis. Quòd ſi in mulieribus tanta hæc ſit ignominia; multò ſanè magis in ijs, qui turpitudinem exercent in inuicem, grauius formidabiliusque iudicium irę futurum eſt. Sed dixerit fortaſſe quiſpiam: Et vnde hæc conſtant? Ex ſacris ſcripturis tibi iſta conſtare faciã. Scriptum habes in Geneſi: Abraham habitauit in terra Chanaan. Lot verò moratus eſt in oppidis quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Intellige ergo vim ſermonis, quia & peſſimi, & peccatores, tales demonſtrantur, neque his contentus, adhuc adiecit nimis. Rurſuſque ait: Dixit autem Dominus ad Abraham: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Per hæc oſtendere volens enormitatem, abominationem, grauitatemque ſceleris id genus hominum. Sacræ ne igitur ſcripturæ habenda eſt fides, an voluptarijs illis hominibus, veritatiſque expertibus? Siquidem voluptatibus addicti, impudenti ore ad inuicem dicere ſolent: Non iſta iudicabit Deus, ſunt enim corporalia. hæc autem opponunt, vt diuinæ iuſtitiæ timorem à proximorum cordibus auferant, quo ſic abſque vllo timore atque erubeſcentia, deſideria propria perficiant, neque ſit à quo reprehendantur. Quàm multos verba huiuſmodi decipiunt? quàm multos corrumpunt? quàm multos perdunt? Omnis quidem lubricitas lubricitanti periculoſa eſt: qui autem alios ad malum adducit, & à pietate abſtrahit, præcipitiumque ſternit: iudicium abſque miſericordia conſequetur. quemadmodum ſcriptum eſt: Veros & abſque mendacio ſermones Domini falſificare ſunt auſi? blaſphemantes iuxta proprias concupiſcentias. Etenim ſi hac turpitudine diſtrictos, pœnitentiamq; nullam agentes, non iudicabit Deus, ſicut illi nefariè inſulſeq; loquuntur: nulla iam erit Dei in iudicando iuſtitia. Verùm non ita ſe res habet, nequaquam, abſit. Fidelis enim Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Nam ſi de verbis otioſis rationẽ reddituri ſumus in die iudicij: multò ſanè magis de impuris & prophaniſque actionibus iudicium ſubibimus; niſi per pœnitentiam, iuſtum & infallibilem Iudicem placauerimus. Quo pacto autem dictum illud Apoſtoli audientes, non ſuffunduntur pudore. Non enim, ait, vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. Vt non immeritò dictum ſit de ijs: propter quod tradidit eos Deus in deſiderijs cordis ipſorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Rurſuſque ait: propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris ſui, in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt; repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia. Qui cùm iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Vides quòd quæcunque loquuntur vel faciunt, reproba ſunt, & reproba mente profecta. Quamobrem caueamus aurem fallacibus eorũm verbis præbere, ne & prædicta in nos veniant. Caueamuſque locum tribuere voluptarijs mortiferiſque cogitatio

A gitationibus,ne quoque in nos dicatur,quod ſcriptum eſt:Euerterunt ſenſum ſuum,
declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum,neque recordarentur Daniel.13.
iudiciorum iuſtorum. Ait autem & beatus Petrus Apoſtolus: Nouit Dominus 2.Pet.2
pios de tentatione eripere, iniquos * verò in diem iudicij reſeruare cruciandos: *al peccatores vero,&c.
magis autem eos,qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulāt,
dominationemque contemnunt,audaces,ſibi placentes;ſectas non metuunt introducere,
blaſphemantes.Vbi Angeli fortitudine & virtute cùm ſint maiores,
nō portant aduerſum ſe execrabile iudicium. Hi verò velut irrationabilia pecora, Ibidem.
naturaliter in captionem,& perniciem,in his quę ignorant blaſphemantes,in
corruptione ſua peribunt,percipientes mercedem iniuſtitiæ: voluptatem exiſtimantes
diei delitias, coinquinatiōis *& maculæ: delitijs affluentes, in conuiuijs
B ſuis luxuriantes vobiſcum: oculos habentes plenos adulterij,& inceſſabilis delicti. *al.coinquinationes.
pellicientes animas inſtabiles,cor exercitatum auaritia habētes, maledictionis
filij: derelinquentes rectam viam errauerunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor,
qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ: Num.22.
ſubiugale mutum animal,hominis voce loquens,prohibuit Prophetæ inſipientiam. Iudæ.1.
Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulę turbinibus exagitatę,quibus caligo tenebrarum Numer.22.
reſeruatur in æternum. Superba enim vanitatis loquentes,pelliciunt in Iudæ.1.
deſiderijs carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur:
libertatem illis promittentes,cùm ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim
quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim refugientes coinquinationes mundi, Ioan.8.
in cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati Rom.6. Heb.6
ſuperantur:facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis, Matth. 12.
non cognoſcere viam iuſtitię,quam poſt agnitionem,retrorſum conuerti ab eo, *al.implebitur
C quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contigit * enim eis illud veri Prouerbij: autem apud eos
Canis reuerſus ad ſuum vomitum:& ſus lota in volatabro luti. Sed ad iſta,quid illud Prouerb.
opponere poterunt vaniloqui illi ac nouarum mentium deceptores? Quos quidē Prou.26.
& alius redarguit diſcipulus,dicēs:Iudas Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi, S.Iud.in Epiſt.
ijs qui ſunt in Deo Patre dilectis,& Chriſto Ieſu cōſeruatis,& vocatis: miſericordia Cathol.
vobis,& pax * in charitate adimpleatur. Chariſſimi, omnem ſollicitudinem *al.& pax & charitas.
faciens ſcribēdi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis,deprecans
ſupercertari*adhuc ſemel traditæ ſanctis Dei.Subintroierunt enim quidam *al.deeſt hic (adhuc)vt in vulg.
homines(qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Domini noſtri
gratiam transferentes in luxuriam,& ſolum dominatorem,& Dominum noſtrū
D Ieſum Chriſtum negantes. Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia,
quòd Dominus populum de terra Aegypti ſaluans, ſecundò, eos qui non crediderunt, Num.14.
perdidit: Angelos verò,qui non ſeruauerunt ſuum principatum,ſed dereliquerunt
ſuum domicilium,in iudicium magni diei,vinculis æternis ſub caligine
reſeruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha,& finitimæ ciuitates, ſimili modo exfornicatæ, Geneſ.19.
& abeuntes poſt * carnem alteram, facti ſunt exemplum, ignis æterni, *al. retro carnē alteram;al:extra &c.
pœnam ſuſtinentes. Similiter & hi ſomniantes, carnem quidem maculant, dominationem
autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant. Cùm Michael
Archangelus,cum diabolo diſputans,altercaretur de Moyſi corpore,non eſt auſus Zach.3.
iudicium inferre blaſphemię,ſed dixit:Imperet tibi Deus.Hi autem quęcunq; Eccl.21.
quidem ignorant,blaſphemant: quæcunque autem naturaliter, tanquam muta
animalia norunt,in his corrumpuntur. Væ illis, qui in via Caim abierunt,& errore Geneſ.4.
E Balaam,mercede effuſi ſunt,& in contradictione Core perierunt. Hi ſunt in epulis Num.22.
ſuis,maculæ:conuiuantes ſine timore,ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, Num.16. 2.Pet.2.
quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales,infructuoſæ,bis mortuæ, eradicatæ,
fructus feri maris,deſpumantes ſuas confuſiones,ſydera errantia: quibus
procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. Prophetauit autem & de his
ſeptimus ab Adam,Enoch dicens. Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis Apoc.10.
Angelorum, facere iudicium contra omnes:& arguere omnes impios, de omnibus
operibus impietatis eorum,quibus impiè egerunt,& de omnibus duris, quæ
locuti ſunt contra * eum peccatores impij. Hi ſunt murmuratores, queruloſi, ſecundum *al.contra Deū
deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur * ſuperbiam, mirantes Pſalm.16.
perſonas quæſtus cauſa. Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum,quæ *al.ſuperba

prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis: Quoniam in nouiſſimis temporibus venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem Chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimę noſtræ fidei in Spiritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, in vitam ęternam. Et hos quidem arguite iudicatos: illos verò ſaluate, de igne * inexſtinguibili rapiētes. Aliorum autem miſeremini in timore: odientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam. Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos, in exultatione. Soli * ſapienti Deo Saluatori noſtro, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria & magnificentia, imperium & Poteſtas, ante omnia ſecula, & nunc, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

1.Tim.4. 2.Tim.3.& 2.Petr.3.

* (inexſtinguibili) hic deeſt in vulg. Lat.

*Deeſt hîc (ſapienti) in vulg.

A B

Quin & in lege Moſaica ſcriptum habemus: Quicunque dormierit cum maſculo, coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriantur ambo, ſit ſanguis eorum ſuper eos. Ecce detecti & confutati ſunt ſtulti ac ſpurci, id genus hominum ſermones. Quocirca fili, caue decipiaris ab ijs, qui luxurioſè viuunt; caue ab ijs qui in hypocriſi pelliciunt animas inſtabiles. Eorum autem veſtigia contemplare atque ſectare, qui cum timore, & conſcientia pura Domino ſeruiunt. Neque verò hæc ita à me dicta accipies, quaſi meipſum iuſtum & operibus irreprehenſibilem facere velim, ſiquidem damnatis operibus, & ignominia plenus ſum. Sed recordatus eorum quæ abs te dicta ſunt, tum in quanta pericula incurrant Neophyti, ex conuerſatione improba, & cōdeſcenſione indiſcreta: Huius rei gratia, his ego verbis vti cōpulſus ſum. Decet namq; omnem Chriſtianum, aut potius omnem hominem, de ſalute proximi ſui anxium eſſe atq; ſolicitum, quoniam inter nos membra ſumus. Præcipuè autem ſine offendiculo ac ſcandalo vos ad Dominum confugere oportet, timentes interminationem eius qui dixit: qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Oportet autem nos aduigilare, & ſobrios eſſe, alterumque ab altero admoneri, & adhortationem ſuſcipere, antequam præoccupemur à malis. Quemadmodum enim qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent: Ita qui ſeminant in carne ſua, de carne & metent corruptionem, & non eſt acceptio perſonarum apud Dominum. Attendamus * igitur nobiſipſis, cum lachrymis pœnitentiam agentes Chriſto Domino: vt à futuro illo nos liberet timore. Siquidem Prophetam dicentem audimus: Quis adnuntiabit nobis locum æternum? quis adnuntiabit nobis, quòd ignis ibi ſit vrens? Et rurſus ait: Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me. Vermis enim eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur: Et erunt vſque ad ſatietatem * viſionis omni carni. Tu verò pro me deprecare obſecro, vt & ego merear fructum acceptabilem Domino noſtro Ieſu Chriſto præſtare. Ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Leuit.20.

Matth.18. Mar.9. Galat.6.

Pſalm. 125. Galat.6. Rom.2.& Deut.10.

*al. Ploremus igitur, &c.

Iſaię 33.66.&c.

Iſa.66. Mar.9.

*al. & ab omnibus adſpicientur

C D

SCHOLIA CVM VARIIS LECTION.

Docere ac perſuadere hic nititur Auctor noſter Ephram, non ſolùm vitanda peccata, ſed & peccatorum occaſiones eſſe amputandas: quare non tantum vult Impudicitiam vitari, ſed & eorum laqueos declinari, qui animas ad impudicitiam quoquo modo pellicere poſſent. Hinc quoque non ſolùm peccata, ſed quæcunq; peccatis confinia ſunt, ipſe Dominus in lege prohibere ſolent: Sic enim Nazaræis, quibus vino interdixit, quidquid vino finitimum erat, ab vua paſſa vſque ad acinum prohibuit. Quid autem hoc ad religionem, niſi huius nos periculi admonere voluiſſet? Similiter cùm Idololatriam vetuit, aurum etiam ex quo idola fiunt, contingere vetuit. Quod quia Iudæorum quidam ſub Machabeo duce in prælio aduerſus Gorgiam ſeruare noluerunt, in prima acie corruiſſe memorantur. Dum enim cæſorum corpora requirerent, deprehēſum eſt eos de donarijs idolorum tuliſſe; quæ res cauſam eorum ruinæ dedit, vt eſt 2. Mach. 12. Simile quoque de filijs Iſrael habes Num. 33. Idemq; non obſcurè exemplo Dinæ colligitur, quippè quæ tuta paternæ domus clauſtra egreſſa, videre cupiens virgines regionis alienæ, à principis eius gentis filio vi oppreſſa, magnarum poſtea ruinarum cauſa exſtitit, vt habetur Geneſ. 34. Adeò vt non ſolùm corrupti mores nobis ipſis vitandi ſint, ſed & in vim improba aliorum, de quibus plura apud Eſaia 49. Ezech. 22. Mich. 7. ac Eccleſ. cap. 9 10. &c. ipſoſq; orthodoxos Patres qui eidem loca ſuis ſcriptis concio-

E

concionibuſq; illuſtrârunt. Nec etiam à præſenti inſtituto, atque argumento Auctoris noſtri aliena ſunt, quæ infra ſequentes Doctores varijs in locis adduxerũt, Chryſoſtomus Homilia 60. in cap. 18. Matt. Væ mundo à ſcandalis, &c. vbi inter alia, docet nihil æquè periculoſum eſſe, atque conſuetudinem prauorum hominum, qui ſcandali & peccati auctores alijs exiſtunt: de quibus ibi latius. Idem Chryſoſt. Tom. 5. Homil. de vitijs & virtutibus, quæ Homilia eſt Sermo 9. & Homil. 15. ad popul. vbi inter alia pulchrè exponitur illud Sapientis: Agnoſce quòd in medio laqueorum ſis, &c. Item 34. ad pop. exponens inter alia iſtud Matth. 24. Bibit cum ebrijs, &c. Item Homil. 50. ad pop. contra eos qui alios ſcandalizant, & ad peccandum pertrahunt. De cuius ſcandali grauitate, reperies eiuſd. Serm. Contra concubinarios, eod. Tom. 5. ibi: Si grauiter quis peccet, &c. Idem in Pſalm. 139. ibi: Cogitauerunt, &c. Et in Pſalm 140. ibi: Cum hominibus operantibus iniquitatem, &c. ac Homil 22. in Geneſ. ibi: Videns Deus, quòd malitiæ hominum multiplicata eſſent, &c. plurimiſq; alijs locis apud eumdem. Huc referri poſſunt quæ inter Latinos, habent in eamdem materiam, Auguſtinus de ſingul. cleric. & in lib. 6. Confeſſionum de Alypio B *familiari amico ſuo, quem narrat à ſocijs ad ludos Circenſes abductum fuiſſe, vnde alius egreſſus erat quã intrauerat, &c. verba S. Auguſtini ad longum antea citauimus. S. Hieronymus de iiſdem, agens de habitatione Cleric. & mulier. Idemq; ad Euſtochium. Necnon Cyprianus, de ſimplicitate Prælatorum. S. Gregorius in Regiſt. & ſuper Ezechielem. Iſidorus lib. 2. Soliloq. alijſq; alibi. Huc denique pertinent, quæ ab Auctore noſtro Ephræm tam hoc Tomo, quàm duobus ſequentibus ſparſim in hanc rem adducuntur.*

Cor namque peruerſum, vt habet ſcriptura, machinatur mala omni tempore, &c] *Ita hic habent Græca S. Ephræm, quibuſcum & 70. conſonant. Sed in vulg. Latin. Prouerb. 6. legitur: Cor machinans cogitationes peſſimas, &c. Verùm prior lectio melius hic inſtituto atque propoſito ſeruit Auctoris, ideoq; & nos eam in verſione retinuimus, quod & alibi, vbi noua aliqua & præclara eſt ſententia, vel amplificatiuè ſiue explicatiuè aliquid verbis Scripturæ additur, à nobis ferè ſeruatur, aliâs (vt antea etiam commonefecimus) ſi nihil addatur, vel differentia in lect. ſit parua, quaſi ſemper in verſione Scripturæ, ſequimur vulg. quemadmodum, & in pluribus alijs, tam hîc quàm alibi patebit.*

Omnis quidem lubricitas lubricanti periculoſa eſt: qui autem alios ad malum adducit, &c.] C *Vt ſententia Auctoris noſtri hîc cunctis reddatur clarior, alijs eam verbis exprimam, hoc modo: Omnis quidem lapſus, labenti periculoſus exiſtit: at qui ceteris etiam auctor eſt mali, eoſque à pietatis propoſito remouet, ac præcipites agit, iudicium abſque miſericordia ſubibit, &c. Vel ſi mauis adhuc aliã Interpretationem, hanc dabo: Et quidem quicunque labitur, ipſe periclitatur: at qui alijs quoque ſuadet, & eos reuocat à pietate, agitq; præcipites, iudiciũ in ſe parat ſine miſericordia, quemadmodum ſcriptũ eſt, &c. Sententiam clariſſimam, & ad mentem Auctoris accommodatiſſimam iam puto redditam.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De abſtinendo à cupiditatibus carnalibus: & de certamine, ac de multa ſecuritate, ad Fratrem qui excidit.

D

QVi in medicorum curantur officinis, non lętantur malis alienis, neque ſpernit quiſque proximum cauſſa morbi, ſed potius ſtudet, vnuſquiſque morbo ac paſſione, conceptoque à ſe dolore liberari; proximo autem manum pro poſſibilitate præbere, ad facilius laborum dolores tolerandos. Oportet igitur & nos alterutrum conſolari ac admonere, potiſſimum verò tentationis tempore; vt ſic verè ab amara ſeruitute peccati, ac tyrannide diaboli liberari queamus, & ignea eius tela exſtinguere, ante quam nos ignis ille præoccupet inexſtinguibilis; E tuncque plorantes ploremus in dolore cordis noſtri, & non qui ſit conſoletur. Primùm itaque veniam ac remiſſionem peccatorum meorum depoſco: deinde verò te amicè admonere aggredior, ſic ſacra Scriptura dicente: Argue ſapientem, & diligit te; inſipientem autem, & odio te habebit. Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Doce iuſtum, & feſtinabit te accipere. Miror equidem quomodo poſt tantas admonitiones, teipſum ſic neglexeris; & quæ cum Deo pepigiſti fœdera ita conculcaueris pedibus, momentaneoq; perculſus timore, te ipſum in gladium impuleris? Quis ita benè compunctus eſt corde, vt hunc interitum dignè deploraſſe poſſit? periculoſum ſanè conciperet † animo, turpeq; dictu. Quis ſic in fide ac ſcientia reperitur ſufficiẽs, qui enarret ſupplicia præparata ijs qui ineſcari ſe patiuntur morbo corruptionis huius, & igno-

Rom. 13. 15. Gal. 5. & 1. Theſſ. 5. ac Iacob 4. 5.

Epheſ. 5.

Prouer. 9.

† al. periculoſius ſanè eſt conatus. Vel, tẽtatu quippe periculoſum

minioſi operis, fœtoriſque extremi. Sed quæ ea eſt excuſatio? Quia inquis præfectus eſt moleſtus, & metuo ne fortè malè me tractet. Quæ iſta duritia; aut quæ cæcitas? Admonet enim Dominus: Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Vbi doctrina Apoſtolorum, & Prophetarum, ac Pſalmorum meditatio? Ante certamen athleta inungitur, vt tempore certaminis coronari mereatur. Miles antequam ad prælium deſcendat, exercetur; vt belli tempore probatus oſtendatur: at nos pacis milites ſumus, & in tranquillitate gubernatores. Oblitus ne es cuius cauſſa mundum reliqueris, & à parentibus tuis carnalibus te abſtraxeris? mundanus ne timor tuum animum occupauit? Doleo vices tuas frater. Verùm quoniam meam, inquis, mentem, illorum verba deprauant; meminerimus illius quod ait Parœmiaſtes: Fauus diſtillans labia meretricis; dulcedinem concupiſcentiæ, fauo ſignificans. quodque infert dicens: quæ ad tempus nitidum guttur efficit, poſtea verò bile amarius inuenies, & acutius ancipiti gladio. Et alibi hoc dicit de ijs, qui induti ſunt veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, & operarij iniquitatis. Et vt ait Apoſtolus: per dulces ſermones, & benedictiones, ſeducunt corda innocentium. Numquid & hoc percipis? Quid ſi centum annos nequitiæ atque libidini vacauerimus, nouiſſimè verò nos mors atterat, & poſt mortem iudicium? Et ſi dixeris, te ex principibus eſſe atque optimatibus; ſcito & eos ex primoribus populi fuiſſe, qui Beatæ inſurrexerunt Suſannæ in Babylonia. atqui beatus Ioſeph emptitius erat apud Aegyptiam. Nonne dicentem audiſti: Ne acceptor ſis perſonæ contra animam tuam; neque confundaris in caſu tuo: eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. Non eſt ergo nobis iuſta excuſatio, cùm neque deſertam incolamus terram. Quòd ſi quis vim patiatur, clamans in ſuccurſum conuocat populum. Sed videamus, ne ex nobis errati cauſſa naſcatur: abominabilis enim ac grauis hæc res eſt. Cauendum, ne indecentes apud nos motus regnent. Ne veſtis mollis, ne odoramenta in veſtibus, fœminarum more. Sed anima potius optimo fragret odore Spiritus ſancti, per vitam bonam. Pedes ne ſint ad ſpeciem exculti atque abſterſi. Hæc ſiquidem cura vehementer caſtitati obeſt. Ne veſtimentum ſupra crura ſublatum; ſiquidem hoc animæ imprudentiã arguit. Aſpectus ne ſit inordinatus. ad riſum non ſimus proni, neq; ridicula proferamus. Dominandi ne ſimus cupidi, neque auari. Non ventri atque ebrietati dediti. non duri atque difficiles, nec irreuerentes. Nõ inquieti & laboris inimici. Nec ſint nobis ſermones obſcœni, & geſtus qui paſſionem exprimant. Non vox ad amorem & deceptionem compoſita. Hæc enim & his ſimilia vituperio & reprehenſione ſunt digna, tanquam illicita, & à Chriſtianis aliena. Omniſq; in his ſe occupans, ſæuum atque graue ſibi iræ iudicium præparat. Quoniam non vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. Neque vſque ad ſanguinẽ reſtitimus, aduerſus peccatum decertantes. Neq; pro Saluatore noſtro Ieſu Chriſto, ad præſides & Reges ducti ſumus. audeo dicere quòd iuſtificata ſit Sodoma præ nobis. Neque coram tribunali iudicis ſumus adducti; & tormenta, pietatis ergô, paſſi. Neque caminum luculento igne ſuccenſum vidimus, neque ſartagines accenſas conſpeximus. non verucula acuta ignita. non lebetes cera & pice efferueſcentes. Neque feris, cauſſa pietatis obiecti ſumus, & ſuſtinuimus. neque decoctæ ſunt manus noſtræ à carnificibus, quorum vel ſolum adſpectus, cor eius, qui ſupplicijs obijcitur, commouet. Nondum intuiti ſumus enſes acutos inferri nobis, & expauimus. Nonne hæc omnia ſuſtinuerunt Martyres Chriſti? At metuit quia dynaſta eſt, & cum imperio? ſed noſce potentiori illum principi ſubiectum, qui ſingulorum exquiret opera, & conſilia perueſtigabit cordium. Hæc autem dico, non vt iudicans, abſit. Sed quaſi commilitoni compatiens. Nam ſcriptum eſt: In multis offendimus omnes. Niſi enim Deus, qui nos effinxit atque creauit, etiam vnita ſibi carne, dignatus eſſet palam ſuper terram incedere, ac per benedicta ſanctaque eius veſtigia terram ſanctificare, arbitrarer vel ipſam terram ſcelerum meorum multitudine eſſe pollutam. Ceterùm præceptum nos inuicem admonendi atque conſolandi habemus in verbo veritatis; ne vitam

cum

eſt turpeque dictu.

Matth.10.
Lucæ,12.

Translatio à nauigatione.

Prouer.5.

Matth.7.

Rom.16.

Heb.9.

Dan.13.

Gen.37.39.
Eccl.4.

Eccl.39.
Matth.11.
2.Cor. 2.
Epheſ.5.

Iacob.1.4.5
Rom.13.14.16.
Galat.5.

2.Pet.2.
Iaco.5.

1.Theſſ.4.
Matth.10.
Mar.3.
Lucæ.21.
Iudæ.1.
Heb.11.

Heb.11.

1.Cor.4.
1.Pet.1.
Apoc.2.&c.
Iaco,3.

A cum morte, neque incorruptibilia vnquam commutemus cum corruptibilibus: Iacob.4.5.
ne forte brutis ipſis animantibus videamur irrationabiliores. Verùm tanquam
rationi obſequentes, vocem Creatoris noſtri Dei audiamus, qui ait: Sancti eſtote, Leuit.11.19.
quoniam ego Sanctus ſum. Adhuc enim modicum quid reſtat, & mandatum emittetur 1.Pet.1.
horribile ſeparationis animæ à corpore.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

NON diſſimiles hiſce duæ apud Baſilium Magnum reperiuntur Epiſtolæ: vna ad Monachum
qui caſtitate exciderat, reprehenſionem & caſtigationem eius continens, ac ad reſipiſcendum adhortationem
grauem, cuius principium eſt: Salutis gaudium non dicimus, quòd in iſtiuſmodi impijs gaudere
B *non liceat, &c. Altera apud eum epiſtola, eſt ad alium Monachum etiam elapſum, quæ ſic incipit:*
Duplici timore mens mea percellitur tui cauſſa, &c. Vtraque Epiſtola grauis eſt, & digna quæ legatur,
ac cum iſtis S. Ephræm conferatur. Et huc facit duplex Chryſoſtomi Parænesis elegans, ac longa, ad
Theodorum lapſum, ſiue de reparatione lapſi, de quo vide Epiſt. 5. & 6 Tom. 5. &c. Eodemq́; ferè ſpectant,
quæ aduerſus impudicos, eorumq́; laqueos iam antè poſita & à nobis citata ſunt: & quæ de abſtinendo ab
omni conſuetudine pernicioſa, hic conſequuntur atque ſubijciuntur, multaq́; alia eiuſdem penè argumenti,
hoc eodem Tom. alibi, ſed plura Tom. 2. reperientur inter Paræneſes, quibus hæc non parum illuſtrari
amplificariq́; poſſint.

Quæ ad tempus, nitidum guttur efficit, poſtea verò bile amarius, &c.] *Ita ex Græco Cod. Ephræm*
tranſtulimus, cui etiam concordat lectio apud Septuag. Sed in vulg. Lat. ſic eſt: Et nitidius oleo
guttur. Nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps, &c. Locus eſt
Prouerb. 5 quem egregiè explicat illuſtratq́; Hugo de S. Vict. ad ſocium volentem vxorem ducere.

Rurſus in Græco Cod. apud S. Ephræm, ſic iſta citantur verba Eccleſ. 4. Ne acceptor ſis perſonæ cōtra
C animam tuam, neque confundaris in caſu tuo: Eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio
adducens gloriam & gratiam, &c.] *Verùm ordine ac verbis nonnihil mutatis, atque diuerſis à lect.*
vulg. vbi Latinè ſic reperitur: Ne accipias faciem aduerſus faciem tuam, nec aduerſus animam
tuam mendacium. Ne reuerearis proximum tuum in caſu ſuo: & pro anima tua ne confundaris dicere
verum. Eſt enim confuſio adducens peccatum, &c.

Ne veſtis mollis, ne odoramenta in veſtibus, fœminarum more, &c.] *Contra veſtimentorum*
ſuperfluitates, ornamenta, & odoramenta agit, quæ eadē grauiter quoque reprehendit Chryſoſtomus Homil.
21. in Geneſim. Homil. 50. in Matth. Homil. 60. & 68. in Iohannem. Homil. 7. ad Coloſſ. Hom. 7. ad
Philip. &c. Item 39. ad Popul. & Hom. Quòd Regulares fœminæ viris non cohabitent. Tom. 5. ibi: Etenim
veſtes non ſunt datæ, vt ornemur, &c. S. Hieronym. in Epiſtol. ad Nepot. & in Epiſt. ad Ruſticum
Monach. Idem ad Furiam. Et ad Euſtochium. S. Ambroſ. lib. de Virgini. Cyprianus de habitu virginum,
D *&c. Innocent. de vilit. condit. hum.*

Ne veſtimentum ſupra crura ſublatum, &c.] *De veſte ſuper crura non tollenda, dicit hîc Sanctus;*
quia monachi & religioſi veſtes ad talos dimiſſas euerenter geſtabant, quare contrauenientes reprehendit:
cùm petulantiæ videretur eſſe atque laſciuiæ, veſtes ſupra crura attollere, præſertim verò ſi non vterentur
feminicruralibus ſiue tibijs, vt volunt nonnulli. Ceterùm de his plura in Regulis ſiue conſtitutionibus
monaſtic. inuenies apud S. Baſilium, Pachomium, Caſſianum, & alios, qui de ijs conſcripſerunt.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

E
De abſtinendo ab omni conſuetudine pernitioſa: Et de continentia.

INTERROGATIO.

An bonum ſit de aliorum rebus curioſum eſſe.

RESPONSIO.

BOnum eſt vnumquemque ſibi ipſi attendere, & omnia ſecundùm
Deum agere, exemplumq́; bonorum operum ſeipſum cunctis exhibere. 1.Tim 4. Tit.2.3.
Quòd ſi de alia re quapiam laboras, tuam ipſius perſcrutare
conſcientiam, an ſecundū Deum hoc agas nec ne; multæ enim
hoſtis ſunt inſidiæ. Hoc igitur aduerte, ne ex inuidia atque æmulatione,
ſtudioue placēdi hominibus, iſtud agas. Sed dixeris fortè:

Diffe.

A Differentiam ſingularum inſidiarum intelligere cupio: audi ergo cooperantem gratiam: Qui liuore quodam atque inuidia id facit: talis eſt, vt cùm quis aliquem ſecundis rebus vtentem conſpexerit, ſe autem anguſtijs & tribulationibus premi, hunc tamquam ſub prætextu pietatis, quaſi abutentem ſuo ſtatu, calumniatur.

Comparationes ſententioſæ & accommodæ.

At qui ſecundùm voluptatem viuit; talis eſt, velut ſi quis cum aliquo agere atque verſari deſideret, (vt honeſtis hoc verbis eloquar) neque labori votiſque illius annuat res deſiderata, videat autem eum ad alios ſe diffundentem, & illo irritatur; idque vt ſub velamine pietatis ei, quaſi qui non conſeruet temperantiam, maledicat: vt videre licet in ſtulto aliquo iuuene erga amaſiam ſuam. Qui verò ſecundùm hominem agit; eiuſmodi eſt, qui cùm clam perperam ac nequiter agit, coram ijs, quibus eſt ignotus, ſtudium honeſtatis ſimulat atque virtutis. B At qui ſecundùm Deum elaborat; non ſuæ ſalutis ſataget, alteri verò offendiculum ſcandalumve ponet; ſed omnia excogitat & perficit, vt placeat Domino Deo, dicenti: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut te ipſum.

Deut.6.30.
Pſal.7.
Rom.2.8.
Apoc.2.22.
Galat.6.

Memores igitur illius, qui dixit: Scrutans corda & renes Deus. Et, qui reddet vnicuique ſecundùm opera ſua; omnia ſecundùm Deum faciamus: Deus enim non irridetur. Quòd ſi te ipſum trahi videris à cogitatione aliqua, ad perfruendum formoſo adſpectu vel pueri vel mulieris, te laqueis inimici proximum eſſe noueris: Sin admonitus quoque non deſtiteris; iam te laqueis irretitum agnoſce, vnde nec facilè voluptatem vinces. Si enim ex ipſa te noxia conuerſatione eximere nequiuiſti, aut potius noluiſti; quomodo te non volet non aduerſarius, vel ex hoc tuo actu iugulare? Quòd ſi dixeris: Conuerſor quidem, ſed detrimentum inde non patior. C Et hoc malè affecti animi indicium eſt.

Locus in Græco eſt ſubobſcurns.
Prouerb.6.

Quo enim pacto fieri poteſt, vt quis in prunis deambulet, & plantas pedum non comburat? Si item aliquem ſuam violantem virginitatem atque pudicitiam conſpexeris, ſed morum honeſtatem præſeferentem, ac ſimulantem; ab illo tibi caue, cùm dolus in eo ſubſit. Quid enim profuerit arbor, ſub qua draco latitat? licet etiam in ſe fructus geſtare videatur ad veſcendum aptos? Honeſtè cibum ſumere, ac reuerenter potu refici, & citra inanem gloriam ſapere, ſuoque tempore dormire nobis à prouidentia diuina conceſſum eſt: fornicari autem, vel ſtuprum inferre, aut libidinoſum eſſe, vel quã aliam ſordidam concupiſcentiam carnalem explere, nullo nobis modo eſt permiſſum. Si volueris caſtè viuere, & modeſtè te gerere; continentiam ſectare, & noxias à te conuerſationes amputa. D

Noxiæ conuerſationes & ſcandali occaſiones vitandæ.

Quamdiu enim quis ſcandali occaſiones non vitat, impoſſibile fuerit, à corde eius perturbationes prauarum cogitationum, & incendium improbarum concupiſcentiarum recedere: ſiquidem aſpectus qui apparet, & ſermones paſſionem motumque in animo illius excitant.

Confirmat à ſimili.

Nam ſicut ſpongia humidis admota, ſubiectam humiditatem haurit, participatque: ita quoque cogitationis infirmitate laborans, ſi ad carnales homines acceſſerit, aut multum cum ijs ſermonem miſcuerit, commune cum ijs damnum participabit. Vnde & propterea ebrius abſque vino, ſubmergitur: Nam ex quo, ipſe damno præſenti repletur, non amplius ſpiritalem ſermonem admittit. Siquidem effrænata cupiditas, animum eius præoccupans detinenſque, impedimentum ſermoni ſpiritali ponit, atque ipſi aditum intercludit: Nam ſi quis accuratè perdiſcere velit, inueniet eodem ſe modo habere paſſiones, non ſolùm circa voluptatis amorem, ſed in quacunque re alia interdicta. E *Quandocunque enim concupiſcentia per res ſenſibiles in animum ſeſe inſinuarit, mox ipſum cogitatione circumdat & obſidet, diuinoque ſermoni ingreſſum præcludit.

Aliud ſimile.

Et quemadmodum, ſi quis ſpõgiam aceto intingat, & priuſquam hanc exprimat, vino eam irrorare velit, quod non admittit; cùm præoccupans aceti fluxus ac liquor, ingruentibus vini guttis impedimento ſit: ad eundem modum & concupiſcentiæ illecebris pleni, licet etiam admoniti non audiunt; quin & de continentia verba facientes, ac de ea meritò legentes, à turpi paſſione tamen non recedunt. Iccirco neceſſarium eſt nouitijs religioſis, vt rariſſimè de cogitationibus ſecretis inter ſe conferant, atque confabulentur.

Contra cogitationes improbas, atque moroſas.

Quoniam ipſa recordatio rĕi, motũ qui non erat generat, ſordes menti concilians, & paulatim ad paſſiones eam reſuſcitans. Oportet autem ſanctos & probatos ſenes, eiuſmodi cogitationes execrari. Nam intemperãti libidine victi, frequen-

A frequenter cùm de pudicitia diſſerere incipiunt, animum ad diſſolutionem, & exterminationem eiuſce virtutis appellunt. Quapropter pœnitentiam agere volentem, fortiter apprehendere oportebit cogitationem pudicam, carnemque caſtigare, per exercitia bona; & de improbis ac turpibus rebus, cogitationem aſſidua Dei recordatione amoliri. In hoc ſiquidem mens noſtra, Diuina repletur gratia, eademque inhabitans ac prædominans gratia cunctos inimicos ingredi volentes impedit, aditum ijs præcludens. Oportet igitur ante oculos ſuam imbecillitatem conſtituentes, lubricitatem mentis ac cogitationis diligenter ab omni conuerſatione noxia cuſtodire, ne & ſub piæ cogitationis prætextu laqueum ſuæ animæ inijciant. Nouit quippè aduerſarius noſter eiuſmodi allegare atque B inferre. ait enim: Ne puerulus orphanus, aut pupilla pereat, adiuua. verſare cum vidua labore ærumnaque iam confecta; vt per hæc, nos amatores interim efficiat earum rerum, quarum operationem perficere ſine reprehenſione ac ſcelere non poſſumus. Quocirca prouidè in timore Dei nos exerceamus, & quietem in Domino totis viribus conſectemur oportet; manifeſtè ſcientes, nullum in damno animæ lucrum reperiri. Audiamus itaque ipſum Apoſtolum dicentem: Cum metu & tremore, veſtram ſalutem operamini. Et neque ſiquis adhuc iuuenis ſit, hoc parui pendat; neque ſenex negligat: vtriuſque enim incertus eſt finis. Contemplemur autem Agricolas; hi enim terram adæquantes, ſeminant: & vireſcentibus terris ſolerter eas ſeruant, volucres ac quadrupedia inde arcentes: ne dum adhuc ſemen eſt tenerum ac molle, à talibus euellatur, & nullius bonæ frugis reddatur. Et quando iam ad meſſem excreuerit; nec tunc quidem cura ac ſolicitudine vacant, ſed anxij hærent, ne fortè grandine fruges concutiantur, aut locuſtę meſſem deuorent, aut ventus æſtuans fructum corrumpat. Vnde & aſſiduè vota Deo nun- C cupant, ſupplicibuſque Deum vocibus interpellant, vt ſaluos & innocuos ipſis Dominus ſuos fructus concedere dignetur. Tunc verò fructus in ſua recondentes horrea, magno cum gaudio feſtum celebrant. Sic quoque & eos qui ſpiritalem vitam aggrediuntur, vigilare & ſobrios eſſe, ac diuini verbi ſemẽ cuſtodire oportet; & à ſcopo diuini amoris non deflectere, donec fructum Domino perfectum obtulerint, corpuſque in tumulo conditũ fuerit. Tunc enim certus erit fructus, & in ſecuritate multa, neque furto abripi poterit amplius. Concedat autem nobis Dominus, fructus gratos & acceptabiles præſtare ei, vt miſericordiam coram ipſo inueniamus, in die illa horribili atque tremenda, quando illuminabit abſcondi- D ta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Cui gloria atque magnificentia, & laudatio, in ſecula ſeculorum. Amen.

Conuerſationes malæ vitandæ.

Philip. 2.

Ab Agricularũ exemplo.

Parænesis pulchra & ſalutaris.

1. Cor. 4.

SCHOLIA.

HVC faciunt, quæ ſuper illo (Quòd caſtitas ſit vitæ ſpiritalis fundamentum) in opuſc. de inſtitutione vitæ perfectæ, alibi adducit S. Baſilius Magnus, præſertim de mulierum congreſſibus colloquijsque vitandis, non quod natura ſit odio habenda: cùm hic ſexus, vt ſimplicior ac pudicitior, magna ſit laude ac charitate dignus, ſed periculum vitandum, ſicut ibi pulchrè ait Baſilius. Et de hoc vide eundem in Oratione de Teperantia ſiue Continentia, & Incontinẽtia. Item in illud Moyſis dictum: Attende tibi ipſi, &c. Et in longa ac pulchra Admonitione eiuſdem, ad filium ſpiritualem, quæ incipit: Audi fili admonitionem patris tui, &c. reperitur in fine Operum S. Baſilij, vbi multa in hanc materiam grauia adducuntur. Et Ephræm, in locis antea adductis, ac per nos illuſtratis. item de Virtute, c. 5. Tom. 2. alijsq; E locis pluribus.

Quòd ſi dixeris, conuerſor quidem, ſed inde detrimentum non patior, &c.] *In eandẽ planè ſententia alibi ſic Magnus ſcribit Baſilius: Quòd ſi quis dicat, ex aſſiduo ſe cũ mulieribus colloquio, congreſſuq; ac conuictu non admodum lædi: hic ſine dubio, aut maris naturæ particeps non eſt, & portentum eſt quoddam inſolentiſſimum, ac præter omnium opinionẽ admirabile, & in vtriuſque ſexus (vt ita dicam) confinijs poſitum, cuiuſmodi eſſe illos ferunt, qui Eunuchi nati ſunt: ſiquidem hoc illis etiam velimus tribuere, quòd nullo modo fœminarũ libidine afficiãtur, aut moueãtur: (Concupiſcẽtia enim ſpadonis deuirginans iuuenculam, inquit Sapiens, aut ſi expers non eſt, cùm totus immerſus libidinibus obruatur, ebrijs aut phrenitide correptis ſimilem ſe eſſe non ſentit, qui grauiſſimis affecti morbis, morbum à ſe tamẽ abeſſe omnem exiſtimant, &c. Et vt antecedentia eius verba ponamus, quòd eadem à noſtro etiam hic Auctore vſurpata ſint: Animaduerte enim, inquit, quid hac de re dicat Sapientia: Abſcondet quis ignem in ſinu ſuo, & veſtimenta ſua non comburet? Aut, ambulabit quiſpiam ſuper carbones ignis, & pedes non comburet?*

Eccl. 20.

Prou. 6.

buret? Ita Baſilius in conſtitution. Monaſticis, cap. 4. Vnde reliqua cum hiſce Patris noſtri Ephræm conferenda, quibuſcum valde in pleriſq; conſonant. cuiuſmodi etiam multa in eamdem quaſi ſententiam ab eodem adferuntur Baſilio, in libro de vera Virginitate, ad Letotum Melitenſem Epiſcopum, & alibi.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Aduerſus improbas mulieres.

NVlla par fera improbæ, ac maledicæ fœminæ. Quid enim inter quadrupedia, leone terribilius? aut inter reptilia, dracone crudelius? Verùm nihil ad malam mulierem. Quòd autem malitia leonē & draconem mulier improba ſuperet, fidem huius facit Sapiens, dum ait: Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam. Etenim leones in lacu Danielem veriti ſunt, at Naboth Iezabel occidit. Cete ventre ſuo Ionam ſeruauit. Dalila verò Sampſonem ſeptem crinibus capitis eius abraſis, tradidit alienigenis. Dracones & aſpides ac beſtiæ cornutæ, Ioannē in eremo timuerunt: Herodias verò in conuiuio ipſum decollauit. Corui Heliam in monte ſuſtentarunt. at Iezabel ipſum, poſt beneficium pluuiæ acceptum, ad internecionem perſecuta eſt. Timuit ergo Elias, & fugit in deſertum viam † quadraginta dierum, conquieſcenſque experiuit animæ ſuæ, vt moreretur, & ait: Sufficit mihi nunc Domine Deus, tolle animam meam à me; neque enim melior ſum, quàm patres mei. Hei mihi; Propheta ſibi timuit à muliere, qui vniuerſi terrarum orbis pluuiam in lingua portabat. Qui ignem de cœlo ſolo verbo deduxit, & in oratione mortuum excitauit, mulierem timuit. Nulla ſiquidem malitia, cum mulieris nequitia eſt conferenda. Sicut etiam de hoc, mihi perhibet teſtimonium Sapiens, vbi dicit: Non eſt caput nequius, ſuper caput colubri, & non eſt ira, ſuper iram mulieris. O malum diabolicum, & acutiſſimum telum. Quoniam per mulierem, à principio, Adamum in paradiſo peruertit. Per mulierem caſtiſſimum Ioſeph in carcere concluſit. Per mulierem, Dauidem ad Vriam Hethæum dolo occidendum concitauit. Per mulierem, ſapientiſſimum Salomonem ad præuaricandum induxit. Per mulierem, Eliam fugauit. Per mulierem Sampſonem oculorum lumine priuauit, & Præcurſorem Chriſti decollari fecit. Per mulierem, cunctos oppugnat, cunctos dedecorat, cunctos occidit, cunctos vituperat, cunctos violat. Siquidem mulier impudens nemini parcit, non ſacerdotem veretur, non Prophetam veneratur, non honorat canitiem. O malum malorum peſſimum, mala mulier. Et ſi quidem ſit improba, ſua improbitate ditatur: Sin diuitias quoque habuerit ſuæ improbitati fauentes, iam duplex malum, & animal intolerabile, morbus incurabilis, & fera immanis. Noui equidem & aſpides aſſentationibus adductas manſuefieri, leoneſque ac pardos ſi deliniantur, cicurari, atque miteſcere. Ceterùm mulier nequam & impudens, ſi violetur inſanit, ſi adulationibus demulceatur, effertur. Et ſi virum habuerit principem, noctu diuque verborum quaſi machinis admotis, ad cædes fraudulentas impellit, ſicut Herodem Herodias. Et ſi vir ipſi fuerit pauper, ad iracundiam & pugnas eum prouocat: ſin vidua exſtiterit, ipſa per ſeipſam cunctos iniuria afficit, & calumniatur. Non enim timore Dei ſuam ipſa linguam refrænat, non in futurum iudicium reſpicit, non in Deum nutum ac voluntatem defigit, non amicitiæ leges ſeruare nouit. peruerſa mulier, pro nihilo reputat, proprium virum in mortem tradere. Etenim iuſtum Iob propria vxor in mortem tradidit, dicens: Benedic Deo & morere. O propoſitum improbum. O mentem impiam. Viri viſcera ebullientium puſtularum, velut à carbonibus peruſta, & vniuerſam eius carnem vermibus coopertam videns, non eſt flexa ad commiſerationem. ipſum totum per omnia ſuſpirijs & anxietatibus plenum, continuiſque vlceribus ſolutis exagitatum cernens, ad miſericordiæ viſcera non eſt emollita: ſicut neque contemplando eum, qui olim in regali purpurea veſte,

Eccl.25.&
Prouerb.1.
Daniel.6.
3.Reg.21.
Ion.1.2.
Iudic.16.
Marc.6.
3.Reg.17.18.19.
4.Reg.9.
3.Reg.19.

†al. viam vnius dici, & ſic vulg. Lat. hoc loco.

Eccl.25.
Prouer.21.

Gen.3.
Gen.39.
2.Reg.11.

3.Reg.19.
Iud.16.
Mat.6.&
Luc.1.

Marc.6.
Luc.1.

Iob.2.

A veſte, nunc verò in ſterquilinio ſedet, nudus atque putreſcens. & non reuocat in
memoriam, principum cum eo amicitiam, conſuetudinemq́ue. & quàm per ipſum
antea magnificata ſit, & glorificata: Sed benedic inquit Deo, & morere. O Iob.2.
gratiam muliebrem. O fomentum dolorum efficax. O amicitiam coniugalem.
Neque enim ſatis erat ei temporaneus hic dolor, quin & ęternum ipſi ſupplicium
per blaſphemiam conciliare cupit. Noſſe vis huiuſce malitiæ mulierem aliam,
moribus ab hac haud diſparem: Ecce mihi † Dalidam, quo pacto virum proprium, †al. Dalilam,
tonſo eius capite, ligatum tradiderit in manus Philiſtinorum. quoniam proprium Iudic.16.
membrum, ac coniugem quem fouerat, quem obſequioſè coluerat, quem
complexa erat, quemq; magis quàm ſemetipſam diligere ſimulauerat: quem heri
amabat, hodie fefellit, quem heri amando fouebat, hodie decipiendo ſepeliuit.
B Atqui ſpecioſus non erat; Et quis eo pulchritudine clarior? qui ſeptem crines in Ibidem.
capite geſtabat, qui ſeptiforme lumen deſignabant gratiæ. Atqui non erat fortis?
Et quis illo fortior? qui leonem terribilem ſolus in via percuſſerat, & vnica aſini Iudic 14.& 15.
maxilla ſiue mandibula, mille viros alienigenas deiecit. Quin & tantæ erat ſanctimoniæ,
vt etiam quandoque ſitiente eo, & in inopia aquæ, orante, ex arrepta in
manu eius mandibula aſini emortua, aquæ ſcaturirent: quibus hauſtis refocillauit Iudic.15.
ſpiritum, & vires recepit. Atque hunc tantæ ſanctitatis, pulchritudinis, & fortitudinis
virum propria mulier deturpauit, & velut hoſtem vinctum in alienigenarum Iudic.16.
manus tradidit, quem excœcantes illi, ludibrio habuerunt. & cui neque
leones, neque alienigenę reſiſtere quibant, hunc propria coniux deiecit. Et vnde
iſta potuerunt, niſi ex mera huius viri bonitate? Myſterium namque fortitudinis Ibidem.
C ipſius inter dormiendum, noctu per dolum deprædans, illum iam nudum atque
inermem circumuenit. Quamobrem nos admonet Propheta, dicens: Ab ea Mich 7.
quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. Quæ enim vmquam beſtia, dic
mihi, in maritum ſuum talia exercuit? Quæ dracæna coniugem proprium interimere
voluit? Quæ vnquam leæna ſuum maritum ad cœdem tradit? Verè ſic ſe
res habet: Non eſt malitia, ſuper malitiam mulieris. Qui igitur vxorem improbam Eccl.25.
nactus eſt, intelligat ſuorum ſe delictorum tuliſſe mercedem. Ait enim Sapiens
: Mulier improba viro peccatori dabitur. Et Chriſtus ipſe in Euangelio
dicit: Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus Prouer. 21. Matth. 5.
eſt eam in corde ſuo. Verè tremenda hæc eſt admonitio, & multa vigilantia opus
habet. Quid enim eſt mulier? Laqueus comptus, & homines in voluptate illiciens, Quid ſit mulier.
quæ ſplendida quidem facie, & excelſo collo, oculis annuit, & genis arridet:
D lingua verò dulciter canens, voce alios decipit, & ſermone pellicit, veſtes
trahens, & pedibus ludens, forma placens, & corpore fornicationem exercens, Prouer.7. Eccleſ.9.
factiſq́ue occidens. Multos enim vulneratos, ait Parœmiaſtes, deiecit, &
innumerabiles occidit. quocirca & propter ſpeciem, inquit, mulieris, multi perierunt:
& ex hoc, concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit: Quid eſt mulier? naufragium
ſuper terram, fons nequitiæ, theſaurus immunditiæ & malitiæ, mortifera
conuerſatio atque confabulatio, oculorum pernicies, animarum exitium,
cordis ſpiculum, iuuenum perditio, ſceptrum inferni, & concupiſcentia pręceps.
Quid eſt mulier? cauſſa diaboli, requies ſerpentis, diaboli conſolatio, dolor
inconſolabilis, caminus ſuccenſus; eorum qui ſaluantur, offenſio. malitia incurabilis,
E diurna confabulatio, hoſpitium laſciuorum. & officina dæmonum.
Quid eſt mulier? amor flagitioſus, beſtia impudens, incontinentiſſimus impetus,
effrænatum os rerum arcanarum, triumphus tenebrarum, dux delictorum,
oblectamentorum magiſtra, inſatiabilis concupiſcentia nequitiæ, & æterni
ſupplicij conciliatrix. Quid mulier? prudentia terrena, viri ſocordia, concumbens
incontinentia, excitata cura, vipera veſtita, pugna voluntaria, quotidiana
calamitas, procella domus, viri naufragium, immanis belua, adulterorum
diuerſorium, arma diaboli, expetita rabies, exornata mors, vt non immeritò
dictum ſit à Sapiente: Breuis omnis malitia, ſuper malitiam mulieris. Quòd ſi tu Eccl 25.
ab huiuſmodi cupis affectione, beluaq́ue refugere; audi quid Parœmiaſtes dicat:
Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Et non concupiſcat Prouer. 4.
pulchritudinem mulieris cor tuum: ne capiaris nutibus illius: Mulier Prouer.6.
enim viri pretioſam animam capit. Nunc ergo fili mi audi me, & attende verbis Prouer. 7. ibidem.

†vulg. Lat. ſic: & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea.

Antidotum aduerſus impudicum aſpectum mulierum efficax.

oris mei, ne abſtrahatur in vijs illius mens tua, neque decipiaris ſemitis eius. Multos enim vulneratos deiecit, & innumerabiles† occidit. Et ne reſpicias in mulieris ſpeciem, ſed auerte ab ea oculos, & non permaneas in loco eius. Quando enim videris mulierem formoſam atque illuſtrem, fulgentibus oculis, præclara forma, genis nitentibus, adſpectu ſuo eximiam quamdam ſpeciem præſeferentem, & exardeſcat animus, libido augeatur: Cogita terram eſſe, quod miraris, cineremque, quod incendit; & comprimetur inſania tua cupiditas. Explica quoque faciei pellem cogitatione, & cernes tunc omnem eius pulchritudinis vilitatem. Nihil enim niſi oſſa, neruos, fœtoreſque reperies. Cogita & iam eamdẽ ſeneſcentem, commutatam, morientem, totumq; illum euaneſcentem pulchritudinis florem. Cogita quid admireris, & erubeſce. Erubeſcens reſipiſce, & pœnitentiam age.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

DE malitia, & intolerandis moribus prauarum mulierum, multa hic pulchra atque notanda adducit Auctor noſter Ephræm, præter quæ, ſi plura adhuc voles, tibi cum primis in hanc rem, verba citabo Eccleſiaſtici 25. cap. quæ ſic habent: Omnis plaga triſtitia cordis eſt: & omnis malitia nequitia mulieris. Et omnem plagam & non plagã videbis cordis; & omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris, &c. Quæ verba ab alio paullo apertius conuerſa inuenio adhunc modum: Summa plaga eſt mœror animi, ſummaq; malitia, malitia mulieris. Cedo quamuis plagã, modo ne plagam: & quamcumq; malitiam, modo ne malitiam mulieris, & quæ ſequũtur reliqua, ibid. quæ tamen omnia non ad omnes promiſcuè mulieres, ſed ad quarundam malitiam potiſſimum pertinent, contra quas hoc cap. 25. ab Eccleſiaſtico & iſto tract. ab Ephræm noſtro plenè agitur. De vtriſque verò tam bonis quàm malis, idem copioſè agit Eccleſiaſticus, cap. ſequenti 26. vbi vtriuſque generis ſpeculum formaq; proponitur. Ceterùm vt ad aliorum etiam Patrum aduerſus improbas mulieres, veniam teſtimonia: Ad præſens hoc Argumenti genus referri aptè quoque poſſunt, quæ à S. Ioanne Chryſoſtomo afferuntur, narranturq; alibi in quadam Homilia, in exilium Adæ, & de prauis mulieribus, &c. Et in Oratione eiuſdem, De muliere & pulchritudine, cuius principium eſt: Qui vxores ducturi ſunt, leges apud Paulum de nuptijs poſitas prius legant, &c. eſt inter adiectas poſtrema Pariſienſi editione, Tomo 5. Et in eiuſdem Homilia 15. ex varijs in Matthæum locis, quæ eſt Decollatione S. Ioannis Baptiſtæ, & de muliere mala, &c. quæ incipit: Heu me quid agam? vnde ſermonis exordium faciam? &c. vbi multa huius argumenti & quaſi cum his eadem, in medium afferuntur, lectu digna. Idemq; Chryſoſtomus (ſuper illud Matthæi 19. Non expedit nubere, &c.) multa cum hiſce S. Ephræm ſi non eadem, ſaltem valde ſimilia atque cõfinia affert, ibi: Quid aliud eſt mulier, niſi amicitia inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tẽtatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, & quæ ſequuntur ibid. Huc quoque valde pertinent quæ varijs in locis copioſè & eleganter adducuntur à Patribus Latinis, Auguſtino de cohabitatione Clericorũ & mulierum. item libro 8. Soliquiorum. ac in libro de fin. Cler. alibiq; apud eumdem ſæpius. prætereà S. Ambroſio libro 1. de Officijs, & lib. 1. de Dauid. S. Hieronymo ad Ruſticum monachum. Item in Epiſt. ad Nepotian. ibi: Hoſpitiolum tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant. &c. ac in Epiſtola ad matrem. Idemq; contra Iouinianum, ibi: Uxorem pauperem alere difficile eſt diuitem ferre tormentum eſt, &c. pluraq; alia apud eumdem alibi. Videatur etiam Hugo de S. Victore in libello ad ſocium volentem nubere, vbi illud Prouer. 5. explicat: Fauus diſtillans labia meretricis, &c. Rabanus ſuper illud Matth. 26. Acceſſit ad eum vna ancilla, &c. Et ſuper illud Matth. 21. Nuntiauit diſcipulis ſuis, &c. alijſq; alibi.

Quando videris mulierem formoſam atque illuſtrẽ fulgentibus oculis, pręclara forma, genis nitentibus, &c. cogita terram eſſe id quod miraris, cineremque, quod incendit, &c.] *Plane ſimilia apud S. Iohan. Chryſoſtimum reperies in Oratione iam ante citata, de muliere & pulchritudine; vbi inter alia ſic habet: Cùm igitur venuſtam aſpexeris mulierem, fulgidum habentem oculum, vultu hilarè coruſcãtem, eximium quemdã decorem aſpectu præſeferentem, vrentem mentem tuã, & concupiſcentiã augentem: cogita terrã eſſe id quod admiraris, ſtercus quod te vrit, & conquieſcet furens animus. Detege ipſi cutem vultus, & tunc videbis omnem venuſtatis vilitatem. Ne ſubſiſtas ſuperficie tenus, ſed interius penetra cogitatione: nihil aliud inuenies, quam oſſa, & neruos, ac venas. Sed non ſufficiunt iſta. Cogita mihi, eã alterari, ſeneſcere, ægrotare, ſubſidentes oculos, cauas genas, florem illum omnem defluentem: attende quid admireris, & pudeat te iudicij tui. Lutum admiraris, & ſtercus, & puluis te vrit, ac emi. Pulchritudinis enim eius, quã aſpicis; ſubſtantia, nihil aliud eſt quã pituita, diſtillatio ſanguis, & alimẽti computrefacti ſuccus. his quippe & oculi, & genæ, & reliqua omnia rigãtur, &c. Quocirca ſi tecum reputes, quid intra pulchros illos oculos ſubſit, quid intra rectum naſum, quid intra os, & genas, nihil aliud dicturus ſis venuſtatem corporis, quàm ſepulchrum calce illitum. Tãtis ſordibus intus plena eſt, &c. Vi dicturus ſis de plura apud Chryſoſtomum, in oratione eadem: vbi efficaciſſimum proponitur. Remedium, aduerſus impudi*

A *impudicum aſpectum mulierum. De quo etiam idem Chryſoſtomus alibi. Homil. 5. in 1. Theſſal. ibi: Adulterium enim eſt, &c. nec non Homil. 3. ad Titum, ſub finem, vbi dicit: Si vxor propriè, &c. ac Homil. 15. ad populum Antiochenum quaſi circa medium. Quin & in Homilia Tom. 5. Quòd regulares fœminæ viris non cohabitent, oſtendit Chryſoſtomus grauiter eas peccare, quæ ſuis aſpectibus viros ad adulteriũ cum alijs patrandum, incitant: tantoq; cum zelo ibi in huiuſmodi fatuas virgines exclamat, vt dicat eas viuas cum viris ſepeliendas, &c.*

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Antirrheticon ſiue Controuerſia, de Virginitate & Continentia.

B FRATREM ſiue ſororem aggrediens Dæmon improbus, ſic eos affatur: Ecce quotidie fornicationis ſtimulis concitaris: quouſque moleſtiam eam ſuffcres, & patiens eris? Ad quem Frater: Donec, inquit, Dominus reſpexerit in humilitatem & laborem meum, remittatque vniuerſa peccata mea. Cui improbus Dęmon: Verùm vt ab eiuſmodi pugna atque conflictu libereris, præſtiterit ſemel cupiditati ſatisfeciſſe, & mox reſipuiſſe: cùm neque illud graue aut magni momenti ſit peccatum. Ad quæ Frater: Non indigeo abs te, ait, pœnitentiæ rationem edoceri: Certò enim noui, pœnitentiæ locum homini ex magna Dei benignitate, ad vltimum vſque ſpiritum concedi. Quòd verò leue hoc peccatum facis: quo pacto ergo, ſi in iſta re leui reprobus apparuero in conſpectu Dei mei, C non magis inueniar reprobus, ſi me tentatio alia maior inuaſerit? At Diabolus: Nihil in eo mali eſt, inquit, & mox ad pœnitentiam reuerti poteris. Cui Frater: Et quis me ſecurum de pœnitentiæ loco inueniendo reddet, ſi carnem meam corrupero; ac non potius me cum operantibus iniquitatem, raptum iri? quandoquidem vmbra eſt vita noſtra ſuper terram. Idem enim iſtud eſt, vt paucis multa, ac ſi perſuaderes, vt arrepto gladio meipſum abſcinderem. Ad quæ improbus: Leue, inquit, eſt illud concupiſcentiæ peccatum, ad horam dumtaxat durans, & mox præteriens. Cui Frater: Audi vitæ hoſtis, & animarum noſtrarum impugnator, quæ apud Deum ijs propoſita ſint pæmia, qui piè ac ſanctè viuẽdo, breue hoc quod dicis, tempus tranſigunt. Et contra, quæ eos ſupplicia atque infamiæ maneant, qui ita breui temporis ſpatio ſe vinci ſinunt. Nonne caſtus ille Ioſeph, ex eo quòd D vitium iſtud momentaneum ſuperauit, ab omnibus omnium ſeculorum hominibus laudatur in cælo & in terra; contra autem, Aegyptiæ illius dedecus perpetuò † deridetur? Similiter autem & beata Suſanna, quòd victrix illius concupiſcẽtiæ exſtiterit, ſempiternis apud omnes gentes præconijs celebratur: Nõ enim ſuo lapſu confuſa eſt, neque comminationem mortis pertimeſcens, ſuam prodidit pudicitiam. Cæterùm ſeniores illi ac iudices pòpuli, qui gubernare populum videbantur, huic incontinentię vitio ſuccumbentes, lapidibus obruti, mortui ſunt, cum ſumma nomini ſuo ignominiæ nota iuuſta, ac apud omnes etiam poſteros relicta. Neſcis Diabole, fera animãtia, quæ carnibus veſci conſueuerunt, difficilius ab eiuſmodi vitio poſſe remoueri? Tu verò mihi perſuadere conaris, me, ſi ſemel carnis deſiderium perfecero, nõ amplius à carne tentatum iri. Dominus Deus, qui Spiritum ſuum ſanctum dedit hominibus, increpet te; qui tamquam leo mihi inſidiaris, quęrens per peccatum deuorare meam animam. Sed Saluator noſter Christus id tibi nequaquam permittet: quia benignus eſt, ac potens, & miſericors. Subijcit improbus Dæmon: Res nullius prorſus momenti eſt iſta; quid ergo nunc affligeris? Crucior, inquit Frater, quòd homines fallas: amara ſiquidem tua eſt dulcedo, & dogmata tua profundæ malorum foueæ: & munera tua † mors atque perditio. Mihi etenim perſuadere vis, vt abijciam gratiam Domini & contriſtem Spiritum ſanctum, in quo ſignatus ſum in die redemptionis. Et ea in re dicis nihil eſſe mali, ſuggeriſque mihi, vt membra Chriſti faciam membra meretricis: vnicoque temporis momento diuitias perdam immortales, dum irrito Dominum meum, faciendo membra ſua, membra meretricis. Et dicis mihi, nullius hãc

Quo pacto reſiſtendum Diabolo ſuadenti peccatum carnis.

Iob 8. 14.

Pſalm. 101. 143.

Gen. 39.

† al. perpetuò reprehenditur, & accuſatur.

Dan. 13.

Ibidem.

Ibidem.

1. Pet. 1.

† al. morte atq; perditione ſunt plena.

Epheſ. 4.

1. Cor. 6.

rem momẽti eſſe? Quaſi etiam res nihili eſſet, ſanctificationem abijcere, ſine qua nemo Dominum videbit. Hortariſq; me, vt irritem atq; exacerbem Dominum, quo in die illa tremenda coram formidabili Dei tribunali conſtitutus, à iuſto audiam iudice: Serue nequam, & voluptatis potius quàm Dei amator: polluiſti terram meam in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Et dicis mihi id nihil eſſe; cùm & ſcriptum de eo ſit: Qui etiam angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium magni diei reſeruari. Et originali mundo non pepercit, ſed octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens. Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi ſunt, ponens. Atque hanc tu rem leuem facis, & peccato carere affirmas? Ecquis vnquam tibi morigerus, & peccatis emancipatus, in bonis dies ſuos tranſegit, †ſempiternique regni hæres euaſit; & non potius æternis ſupplicijs atque tormentis deſtinatus eſt? Qui verò Chriſti veſtigijs inſiſtit, eiuſque viam ſectatur, ſemper gaudet atque exultat in Spiritu ſancto, exſpectans ſpem beatam magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Noui equidem, quòd ſi abs te victus fuero, magna me triſtitia affectum iri; teque mea geſtientem ruina, ad patrem tuum †Sathanam, cum læto hoc nuntio abiturum. Interim ego coram Patre meo cæleſti, id ſi commiſero, pudore ſuffundar. Quare ſatius mihi fuerit, te canis inſtar mihi adlatrare, quam in hoc, me abs te irrideri atq; ſubſannari: miror autem de te Diabole, quòd hominibus perſuadere conaris, vti momentaneam hanc voluptatem vitæ æternæ præferant. Dominus noſter fortis, & adiutor noſter. Dominus refugium noſtrum, & redemptor. Dominus protector noſter, & non timebimus te. Strenuè igitur aduerſus ipſum chariſſimè decerta. gehennæ tibi timorem & æterni ſupplicij amaritudinem propone, ne te ſua aſtutia †decipiat. Sed dixerit fortaſſè quiſpiam: Et vnde gehennæ timorem atque ſupplicium addiſcere potero? Humanum dicam: Numquid aliquando ingreſſus es balneum? Numquid ibi aſpexiſti homines nimio ſolutos calore ad frigidiora transferri loca? Verùm in illa flamma, quæ peccatores excipiet, nullus dabitur refrigerij locus, nullæ ibi erunt fores, nullus exitus, nullus ſplendor, nulluſque illic ventus irrorabit: neque ſi quis magna voce ob flammæ cruciatum exclamauerit, præſto erit qui adiuuet, conſoleturve ipſum, ſi †propter opera ſua mala condemnatus fuerit. Scriptum eſt enim: Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. Et non eſt gaudium impijs. An non ipſam quoque vidiſti fornacem, qua caleſit balneum? In illo autem igne, loco lignorum, papyri, & ſtipularum, impij ac peccatores diuino igne eoque ſempiterno comburuntur: & ipſorum peccata in ipſos exeunt, ac vehementiorem in ipſos flammam accendunt. Quoniam ſcriptum habetur: Ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia, in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci: Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum. Iudæo primùm & Gręco: Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quamobrem vigilemus, & ſobrij caſtique coram Domino ſimus chariſſimi, in orationibus & eleemoſynis, cum omni humilitate, donec tempus adhuc pœnitentiæ nobis reliquum fuerit: vt à †malis, quæ diximus, liberari poſſimus. Vult enim Dominus omnes nos ſaluos fieri, pro magna bonitate ſua. Quoniam ipſi †gloria in ſecula ſeculorum. Amen,

Precemini quoque pro me miſero peccatore obſecro, vt pariter Domino complaceamus.

1. Theſſ. 4.

Hierem. 3.

2. Pet. 2.

Gen 7.
Gen. 19.

†al. in bonis ſuos dies tranſigens, ſupplicij æterni hæres non euaſit?

†al. Diabolum.

†al. verſutia, doloque malo circumueniat.

†al ſi ab operibus ſuis condẽnatus ſit.
Iacob. 2.

Rom. 2.

Deut. 10. & Epheſ. 6.

†al. à ſupplicijs.
1. Tim. 2.

†al. Ipſi gloria, &c. abſq; (Quoniam) & ſine adiunct. Precemini, &c.

SCHOLIA.

DE Continentia ſeruanda, & modo conſeruandi eam. Item, Quomodo vera Continentia quaſcumq; virtutes contineat, vide quæ habet Baſilius Magnus lib. de Inſtitutione monachorũ cap. 9. & 10. Item Chryſoſt. ad pop. Antioch. Homil. 22. quæ eſt de Pœnitẽtia, Continentia, & Virginitate, vbi multa in hanc rem lectu digna adducuntur, admoneturq; inter alia frequẽter dicere virgo: Cuſtodi me Domine, vt pupillã oculi tui, &c. Plura in eamdẽ reperies materiã apud Greg. Nazian. Tom. 2. in ſuis præceptis ad Virgines, quæ ſic ibi incipiunt: Palma tua eſt ô Virgo, tua eſt victoria certè, &c. Et in Oration eiuſd.

A *eiuſd.31.Tom.1.vbi inter alia docet,in carne præter carnem viuere angelicum eſſe,&c. De modo porrò ac ratione reſiſtendi Diabolo ſuadenti peccatum carnis,vide etiam quæ ſupra ab Auctore hoc noſtro adducta ſunt in Serm Quomodo Anima cum lachrymis debeat orare Dominum,quando tantatur à Diabolo,&c. Quæque Iohan.Caſſianus pluribus tradit capitibus Lib.6. de Spiritu fornicat.præſertim cap.1.2.3.5 6.7.9.12.13.15.17.19.& 23.de Caſtitate,potiſſimum verò cap.3.4.5.6.7.8.& 18. Quibus accedunt,quæ S.Hieronymus ſcribit ad Euſtochium,de Virginitate ſeruanda,& in Epiſt ad Ruſtic.monach. Nec non S. Auguſtin.lib.8.Confeſſion.idemq; in Soliloq.& de ſingularit.cleric.S.Ambroſ.lib.1.de Viduis,parte 1.& lib.2.Offic.cap.6.Tom.1.idemq; in 1.ad Theſſal.cap.4.ſuper illud: Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra,&c.S.Bernard.in Epiſtol.13.ad Henric.Senonen. Archiepiſcop.*

Quaſi etiam res nihili eſſet ſanctificationem abijcere,&c.] *Alludit ad 1.Theſſ.4.vbi per Sanctificationem,Apoſtolus non obſcurè continentiam ſeu caſtitatem intelligit,dum dicit: Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra,vt abſtineatis vos à fornicatione: vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in* B *ſanctificatione & honore,& non in paſſione deſiderij,&c. Quomodo autem caſtitatis virtus ſanctificatio vocetur ſecundum Apoſtol.pulchrè oſtendit Iohan.Caſſianus lib.6.cap.15.ac 16.Et Baſilius,de Inſtitut.Monach.cap.78.Nec non S S.Auguſtin.& Ambroſ. in 1.ad Theſſ.cap.4.ac Chriſoſt.in eamdẽ Pauli epiſt.cap.3.Homil.4.vbi inter alia ſanctificationem ſiue ſanctimoniam vocat excellentem mentis caſtitatem,&c.aliįque in eamdem ſcripſerunt ſententiam alibi,quos vide,& cum his confer.*

Humanum dicam:] *Sic ad verbum eſt in textu Græco,reſpicitq; Auctor,ni fallor.ad illud Rom 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ,&c.ac ſi diceret: ab humanis cogitationibus,ab ijs quæ in conſuetudinem cadunt,vel ab hominibus ſiue inter homines fiunt,&c.ſicut & illud Pauli ibi exponit Chryſoſtomus: volẽs enim rẽ clarius exẽplo declarare Ephræm,ita hîc loquitur: quaſi dicere vellet: Et vt ad hominem loquar Vel apertius ſic: Exemplo autem clarum id faciam: nã & exemplum ſubijcit, quo rem comprobat atque declarat: & ſane inſigne exemplum eſt quod ponit,obſeruatuq; digniſſimum.*

Precemini quoque pro me miſero peccatore,&c.] *Hoc ad finem adiunctum reperi in antiquiſſi* C *manuſc.Cryptaferrat.pro quo al.ſic: Quæſo obteſtorq; fratres mei chariſſimi,vt & pro me miſero peccatore Ephræm Deum deprecemini,vt ſimul ei placare poſſimus. Nec iſtam quis dixerit peregrinam hoc loco additionem,cum & alibi ſimiles ab Auctore poſt finem adhibitæ reperiantur.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De † Caſtitate.

† al. De Caſtitate, & Temperãtia, ſiue Continentia.

Caſtitatis & palmæ comparatio.

D Caſtitatem,dilecte frater, palmæ ſimilem exiſtima: Siquidem palma,corde cùm ſit albicante, circum circa verò ſcatet ſurculis & aculeis,quibus eius candor muniatur. Oportet igitur erga quoſcunque homines exhibere charitatis officia,ex puro corde,maximè autem in domeſticos fidei: In eos verò, qui religioni aduerſantur, & voluptatibus indulgent, ita ſeueritas ac triſtitia noſtra temperanda eſt,vt in ea interim ſcientiam cum prudentia,temperantia,ac pace, conſeruemus. Idq́ue ex doctrina Apoſtoli,ſic dicentis: Seruum autem Domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes,docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati: ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem;& reſipiſcant à diaboli laqueis,à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. O caſtitas,cui abominationi ſunt delitiæ,venuſtas corporis,& ornatus veſtium. O caſtitas,dapibus atque epulis, ebrietatique E inimica. O caſtitas,oculorum frœnum,quæ è tenebris ad lucem † totum corpus transfers. O Caſtitas, quæ carnem caſtigas, & ſeruitutem redigis, ac cæleſtia † velociſſimè penetras. O Caſtitas, mater dilectionis,& angelicæ vitæ ratio. O Caſtitas,quæ mundo es corde,ac dulci gutture,hilariq; adſpectu. O Caſtitas,quæ homines Angelis ſimiles reddis. O Caſtitas,quę Dei amicum ita exaltaſti in patria externa,& eos qui emerãt ipſum,redimeret. O Caſtitas, donum Dei, benignitatis,diſciplinæ,cognitionis,atque ſcientiæ plena. O Caſtitas,portus tranquillus in ſumma pace ac ſecuritate conſtitutus. O Caſtitas,cæleſtis prudentia,& ſancta pręiũgis. O Caſtitas,quæ cor poſſidentis te lætificas,& animæ ad cæleſtia alas adicatio. O Caſtitas,quæ ſpiritale gaudium paris,& mœrorem aufers. O Caſtitas,quæ malum odio habes,& bono adhęres. O Caſtitas,quæ paſſiones minuis,& animũ à

2.Tim.2.

Ibidem.

† al ad lucem mandatorum Dei.

† al. acutè contemplaris,& celeriter percurris.

Gen 39. 45. &c. Exod.1.

perturbationibꝰ liberas. O Caſtitas, q̄ iuſtos illuminas, & diabolo tenebras offundis, celeriq; curſu ad brauiū ſupernæ vocationis, in Chriſto contendis. O Caſtitas, quæ pigritiam depellis, & patientiam affers. O Caſtitas, onus leue quod in aquis non ſubmergitur, æternæque diuitiæ, in anima hominis Chriſtum amantis reconditæ; quas qui poſſederit, in tempore neceſſitatis inueniet. O Caſtitas, pulchra poſſeſſio, quæ à feris non vaſtatur, & ab igne non comburitur. O Caſtitas, quæ in manibus haud pœnitendas contines diuitias, deſidiamque fugas. O Caſtitas, currus ſpiritalis, poſſeſſorem ſuum in ſublime euehens. O Caſtitas, quæ in manſuetorum & humilium animis habitas, hominesque diuinos efficis. O Caſtitas, quæ roſæ inſtar, in medio animæ & corporis, flores; vniuerſamque domum odoris fragrantia reples. O Caſtitas, præcurſor atq; cohabitator Spiritus ſancti. O Caſtitas, quæ Deum placas, eiusque promiſſa perfers, & apud quoſcunque homines gratiam inuenis. Hanc ſancti cuncti amarunt. Hanc ſanctus Iohannes Euangeliſta amplexus eſt, amplectendoque ſuper pectus Domini gloriæ recumbere meruit. O Caſtitas, quæ non à Virginibus ſolùm, ſed & ab ijs, qui ad pœnitentiam conuerſi ſunt, poſſideris atque excoleris. Hanc ergo nos quoque ſerui benedicti Saluatoris toto pectore diligamus complectamurque; vt inhabitantem Spiritum Dei in nobis gaudio perfundamus. Quem † decet omnis gloria, honor, & adoratio: nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

A B

Ioan.13.21.

†al. Cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA.

De Caſtitate, eiusq́; natura & effectu, ac fine, copioſè plenéq; pluribus capitibus tractat Iohan Caſſianus Collat.12. per tot. nec non Lib. de ſpiritu fornic cap 4.6.9.14.15.17.19.21. Et S. Auguſtinus Confeſſ. lib.6. ac 8. Idem de ſingularit. Cleric. & lib.2. de ciuit. Dei, cap.26. item lib. de mendacio, cap.19. 20. Tom.4. Idem in ſerm. de Natiuit. Domini, alibiq; ſæpè S. Ambroſ. lib.2. de offic. cap.6.7. Tom.1. Et in 1. Theſſal.4. Tom 5. ac lib.1. de Vidu. Tom.1. alijq́; alibi. C

Circumcirca verò ſcatet ſurculis, & aculeis, &c.] *In Græc. eſt: σκολόπων γέμει. Videtur enim hic haud obſcurè per σκόλοπας, intelligere aculeatos illos quaſi ſtimulos, qui adnaſcuntur ſtipiti palmæ, quos & Dioſcorides, & Hermolaus, & Marcellus, & alij aculeos, ac ſurculos appellant.*

O Caſtitas, quæ non à virginibus ſolùm, ſed ab ijs, qui conuerſi ſunt ad pœnitentiam, poſſideris, &c.] *Innuitur haud obſcurè differentia inter Virginitatem, & Caſtitatem, atque continentiam. De quibus vide Caſſianum lib.6. de ſpiritu Fornicat. cap. 4. & Collat.12. cap.11. &c. Et S. Ioannem Chryſoſt. Homil. De Pœnitentia, Continentia & Virginitate ad pop. Antioch. ac S. Auguſt. contra Iulianum lib. 4. &c. Necnon S. Ambroſ. lib.1. de Viduis, parte 1. Tom.1. vbi triplicem docet eſſe Caſtitatis virtutem: Vnam coniugalem, aliam viduitatis, tertiam virginitatis, &c. de quibus ibi fuſius ac plenius.* D

EIVSDEM.

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Sermo, De Virginitate.

De Virginitate & animæ ſanctificatione, à Paulo Apoſtolo optimo conſiliario omnes docemur, quippe qui virginitatis gradum & pręſtantiorem, & ſuperiorem mundo arbitratur. Nam qui vxorem habet, inquit Apoſtolus, ſolicitus eſt quomodo placeat vxori. At qui in virginitate permanet, cogitat quæ ſunt Domini, & quomodo placeat ei. Illa cura ſæpè abducit ad pœnam, hæc verò in vitam ducit æternam. Beatus ille homo, qui ſolicitus eſt quomodo placeat Domino, ſuumque corpus integrum purumque ſeruare curat, vt ſit templum † ſanctum, & immaculatum Chriſti Regis noſtri. Sponte factus es templum Dei, ô homo; tibi igitur ipſe die noctuque attende: ne templum corrumpatur, quod pro tua voluntate formaſti, ac poſſediſti. Ipſe tuapte volūtate, tuaque virtute tēplum Dei factus es, non quidem vi coactus, ſed ſpontanea voluntate inductus. Noſti & ipſe E

1.Cor. 7.

†al. templum irreprehenſibile ac mundum immaculati & ſancti Regis.

A ipſe manifeſtè, qui factus eſt templum Dei altiſſimi, quod Spiritus Dei templum
1.Cor.3. 6.
mundum inhabitet, ſanctificetque illud, vt ſit vtile ac commodum ſuo Domino.
Audi chariſſime frater, quæ tibi dico, & verba paruitatis meæ pectori tuo impri-
me: Præcingere ſyncera ac integra fide, ſpe, & charitate; & ſta velut potens,
templum Dei à cunctis ſordidis immundiſque cogitationibus ab hoſte ſemina-
tis: cuſtodiens. Eſto autem ipſe oculus totus, aſſiduè obſeruans proſpectansque
improbi illius prædones infeſtos, qui aduigilant irrepuntque ſemper, vt aliquem
mollem, ac deſidem, leuemque inueniant, infelicisque illius templum, corpo-
tis ſcilicet, deſtruant, ne amplius ſit vtile Domino. Attende igitur tibi ipſi, ne
per negligentiam, piratas illius maligni intromittas. Intelligis * ô frater, qui ſint
* al. an ignoras ô frater. &c.
illi piratæ maligni iſtius, & homicidæ? Cogitationes ſordidæ atque moroſæ, cō-
B cupiſcentiæ prauæ excandeſcentiæ, & perturbationes, iræ, & contentiones, paſſi-
Piratæ atque prædones hoſtis maligni qui ſint.
onum ac malarum affectionum obſecundationes. Hi ſunt piratæ illi impuden-
tiſſimi ac peſſimi, qui nunquam ceſſant, nec vllius malitiæ ſaturitatem capiunt.
Et quamuis vincantur, ſemper ſe tamen intrudunt atque ingerunt. Inuerecun-
da eſt radix concupiſcentiæ, quæ licet quotidie vellatur, horis tamen ſingulis
pullulat. Fac, eam radicitus è corde tuo exſtirpes mi frarer, ne horis ſingulis pul-
lulet germinetque. Ft licet eam millies excideris, bis tanto excreſcet atque ger-
minabit, niſi penitus radicitusque illam euulſeris. Contende igitur aſſiduè, vt
templum fias Dei ſanctum & immaculatum. Quòd ſi templum tuum ſic Deo
præparaueris; ipſe Deus ſanctus pro mercedis retributione, delitias ac iucundi-
tatem paradiſi tibi largietur: & pro paſſionibus ac perturbationibus, cogi-
tationibusque ſordidis deuictis, requiem ſempiternam. Stude ergo templum
1.Cor.3. 6. & 2.Cor.6.
C ſanctum tuum cuſtodire, vt ſit decens atque decorum, acceptumque DEO.
Quamobrem attende tibi ipſi, ne loco ſancti & immaculati Dei, inimicum at-
que ſceleſtum, introducas in templum; corrumpaturque tuum templum, per
impudentiam hoſtis, honeſtatis inimici: quippe qui impudens eſt ac effrons.
quem licet ſæpius increpando foris eijcias, ipſe tamen vſque impudenter intro-
ire tentabit. Et ſi illum in templum corporis tui admiſeris, nulla in Deum im-
maculatum, ſanctumque, erit culpa referenda. Non enim vltro à te receſſit Deus,
Grauis ac multiplex Antitheſis.
ſed tu illum repuliſti; introduxiſti ſceleſtum illum, & ſanctum perdidiſti. Regem
odiſti, & tyrannum dilexiſti. A fonte vitæ receſſiſti, & in cœno volutaris, or-
batusque lumine, tenebris communicas. Atque ſic propter mollitiem ac ſegni-
D tiem tuam, tradidiſti teipſum in manus impuriſſimi hoſtis. Deo quidem ſan-
cto complacuiſſet ſemper templum tuum inhabitare, niſi ipſe optimum Domi-
num, cuius nulla eſt ſatietas, cupientem tibi donare ſuum regnum, contriſtaſſes.
Deus ſiquidem in illorum habitat corpore, qui templum ipſi facti ſunt ſanctum
2.Cor.6.
& immaculatum. Quòd ſi ergo optas ſemper Deum in templo corporis tui habi-
Leuit.26.
tare, omnibus diebus tuis, quibus viues ſuper terram; ipſe Deus ſanctus in ſuo pa-
radiſo, in luce incomparabili, & vita immortali, in ſecula ſeculorū magno cum
gaudio te ibi reficiet. Audiſti illud ſanè, vel etiam legiſti, quod dies vna in luce
*illa regni Dei, melior ſit millibus annis ſeculi huius. Aperi cor tuum frater, &
*al. in luce & regno Dei. &c.
quæ dicuntur attentè auſculta: Deum tuum deſidera cunctis diebus vitæ tuæ.
2.Pet.3.
Dulcedo quippè & illuminatio, atque lætitia perpetua eſt, deſiderare Deum.
Quod ſi ſemper eum deſideres, ſemper eum inhabitatorem habebis. Deus ze-
2.Cor.6.
E lator eſt, & immaculatus ac ſanctus: ſemperque in anima timentium ipſum in-
Pſalm.144.
habitat, facitque voluntatem diligentium ſe. Cupis eſſe caſtum & immaculatum
templum Dei? imaginem eius in corde tuo ſemper habeto: imaginem inquam,
non colorum varietate in ligno, aliave materia deformatam; verùm illam, quę
per bona opera, vti ieiunia, vigilias, honeſtas actiones, continentiam; & ora-
tiones mirabili quodam modo, purè iugiterque depingitur in anima. Colores
verò imaginis illius cæleſtis *Domini, rectè facta ſunt, & cogitationes mundæ, ac
* al. cæleſtis Regis.
terrenarum rerum nuditas, cum lenitate ac vita ſancta omni tempore. Abſ-
que certamine nemo coronatur in vita, & in vita potiſſimum monaſtica. Nemō
2.Tim.2.
De luctamine ſpiritali.
abſque luctamine coronam immarceſſibilem, vitamque æternam adſequetur:
Paleſtræ enim ſiue arenæ ſimile eſt hoc ſeculum, in qua perfecti athletæ quid ala-
critate & manſuetudine ſua poſſint, viribusque quantum valeant, intrepide de-

monſtrant. Meticuloſi contra ac molles, ob ſuam mollitiem atq; ignauiam, certamini A
cedunt fugientes. Legitimi perrò atque perfecti pugiles, continentiſſimique
monaſticæ vitæ cultores, amœnitatē ſibi paradiſi in ſuo certamine ante oculos
ſtatuūt, exſpectātes ſemper in eo, bonis illius omnibus perfrui, in luce æterna
Epheſ.6. 2.Tim.2. & in vita immortali. Vis in agone atque certamine tuo victor euadere? Virtutibus
ſicut veſtimentis ſemper induere, quibus indutus, eas caue exuas, ſed ijs munitus
Ebrietas fugienda. aſſiduè in certamen prodi. Timeto vinum, ne ebrietate vincaris, & virtutibus
nuderis: quemadmodum antiquus ille iuſtus, nudatus eſt veſtibus. Noſti ne potētiam
Geneſ.9. vini? Si minus noſti, audi, ego iudicabo: Noe vir iuſtus, ſanctus, atque perfectus
in generatione illa, quæ ſibijpſi pernicies exſtitit, qui & à Deo meruit de pietate
Geneſ.7. ſua commendari atque laudari, dum ad eum dixit: Te ſolum vidi iuſtum, in B
2. Pet.2. generatione hac corrupta. Iuſtus igitur hic, qui inundationes aquarum, tempore
Geneſ.9. vniuerſalis diluuij vicerat, * à modico viliqúe vino victus eſt dormiens. Aquæ
infinitæ non potuerunt vincere ipſum: Vinum autem vile, inter dormiendum
iuſti viri corpus nudauit, qui poſtea pater ac caput gentium euaſit. Sanctum
Geneſ.19. quoq; Loth, vinum in ſomno, continentiæ virtute ſpoliauit, cùm ex eo præter
naturam, furtim filiæ conceperunt. Si ergo iuſtis ac ſanctis vinum non pepercit;
Vini immodicè ſumpti damna. te vilem atque abiectum, quanto magis ſuperabit? Semper tibi à vino time
ô iuuenis, quandoquidem vinum nunquam parcit corpori: ignemqúe malæ
concupiſcentiæ continuò in ipſo accendit. Vide ne corpus tuum nimia mollitie
laxatum, illius pateat incendijs; neve occupatus cogitationibus prauis, & meditatione
peſſima, licet etiam per coniunctionem corporum, opus in actum non
prodeat, reus tamen nefarij illius operis (immorando nequiſſimæ cogitationi C
per vmbram & peccati ipſius imaginem) reddatis. Si verò eiuſce imaginis vel
vmbræ peccati cogitatione, præoccupatus fueris: quidquid dixeris, aut egeris,
ſemper te pœniteat, ſicqúe ſemper peccati ſimulachra expiabis. Hęc enim ſemper
ante oculos mentis verſatur, ſemper contemplationē fingit, colloquia multiplicat,
ac iucundam cogitationem efficit. molleſcit virtus animæ ſe in illa occupantis,
Pulchrè dictu, & notatu digna. vincitur inuiſibiliter, & peccat latenter. Omnibus quidem ſpectantibus,
palam apparet plenus pietate atque religione: ipſe verò ſibi malè conſcius torquetur
interius, ſemper pœnitens, & aſſiduè dolens; quandoquidem à propria
redarguitur conſcientia. Habet autem hoc ſibi familiare concupiſcentia mala,
vt mox vbi peccatum ſuum conſummauerit, ijſdem veſtigijs dolor ſubſequatur.
Vultu quidem exterius religionis præſefert ſpeciem: interius autem nullam
prorſus fiduciam in Deum habet. Quis ergo non triſtetur, & quis non deploret? D
In momento & ictu oculi, mens hominis ad peccatum conſummandum flectitur,
& mox ſponte Deum peccando offendit, cæleſteqúe à ſe donum, ſanctificationem
1.Cor.3. ſcilicet, ac virginitatem repellit. Quamdiu enim templum corporis ſui
Grauiſſima dicta. ſanctum purumqúe fuerit, Deus excelſus in eo habitabit. Si verò corrumpatur
polluaturqúe templum, è veſtigio Sanctus & immaculatus Dominus illud relinquit,
locoqúe ſancti ac cæleſtis luminis, ingreditur commoraturqúe in eo
*al. voluptas concupiſcentiæ prauæ, &c. ſpiritus immundus, quo cum ſubintrat concupiſcentia maligna * ac ſordida, perpetuo
furens atque inſaniens. Quis igitur hæc audiens, non illicò in lachrymas
ſoluatur; ſuoqúe iſta omnia pectori non inſculpat? Quandoquidē Deus ſanctus
à templo receſſit, ac pro eo, à cōcupiſcentia mala illud occupatum manet. Quod E
ſi hoc intelligat, reuoluatqúe mente, quiſnam illud deſeruerit, vnde, ac quo exciderit,
& à quo ſeparatus ſit, nunquid vnquam lachrymis atque gemitibus ſatiari
Ab exemplo. poterit? Si quis nimia mollitie in certamine victus, conſpexerit alium in eodem
certamine colluctando ſuperiorem, victoremq́; coronis ac prę mijs donatū,
& omnium adſtantium laudibus celebratum: tunc illum, quod certamen ſubterfugerit,
vehementer pœnitere incipiet, ſeipſumqúe talis præ magno dolore torquebit,
& intra ſe dicet: Cur ſic vnico temporis momento, improba cogitatione
A ſimili. victus, certamen fugi? Ecce alios video certaminis victores, qui magna cum gloria,
ſummiſqúe laudibus certamen ſuum perfecerunt: ego verò confuſus tanquam
certaminis eiuſdem deſertor latebo? Sic quoque in die retributionis erit,
Quando enim molles & peccatores adſpexerint ibi iuſtos ac ſanctos magna lætitia
perfuſos; alios quidem in paradiſo delitiarum, alios in regno, alios etiam

in nubi-

A in nubibus volantes cum claritate: ſeipſos autem miſeri illi viderint igni inextinguibili, ac tenebris exterioribus emancipatos: tunc dira eos pœnitentia inceſſet, & horror ac dolor inutilis. Quamobrem hortor te, frater chariſſime, vt ſemper imitari velis Sanctos illos atque perfectos, & inculpatæ vitæ patres, qui ſancta, puraque ſemper templa immaculatiſſimi Domini exſtiterunt. Inſiſte veſtigijs Sanctorum patrum, qui in caſtitate virginali, & vita pudica atque religioſa, in orationibus, & ieiunijs emicuerunt. Ama exercitium rerum diuinarum. Deſidera orationem, familiare cum Deo colloquium. Omnis enim oratio ſancta & pura, cum Deo familiariter agit. Oratio autem perfectè Deum deſiderantium magna cum lætitia, fiduciaque multa, ipſum etiam cælum iugiter penetrat. In ipſa Angeli atque Archangeli exultant, & coram throno ſancti & excelſi B vniuerſorum Domini, illam ſtatuunt. Tunc enim maximum ijs affulget gaudium, ſi quando coram ſancto Domino, preces iuſtorum diligentium Deum, offerant. Stude igitur frater, vita atque virtutibus imitator fieri Sanctorum patrum. In ſemitis viæ ac vitæ illorum ambula. Continentiæ virtutem excole, quemadmodum & illi: excole eam mente, excole ſpiritu, excole corpore, excole & habitu, cibo item & lingua, adſpectu, cogitatione, ac riſu; vt per omnia velut perfectus athletha oſtendaris. Attende tibi ipſi, ne quando in oratione huc illucque mens tua euagetur. Cùm verò Deo adſiſtis orans, cum timore & tremore, coram illo te compone. Cogitationes ac ſolicitudines quaſcunque rerum terrenarum, circumquaque ex corde tuo * abſcinde. Eſto autem totus orationis tempore, velut cæleſtis Angelus; ſicque contende, vt oratio tua ſit ſancta ac pura, immaculata & C irreprehenſibilis: vt cùm illam ſurſum aſcendere viderint portæ cæleſtes, gaudentes, vltrò confeſtim ei aperiantur: vt ipſam cernentes Angeli & Archangeli, cuncti lætantes illi occurrant, & coram ſancto atque excelſo throno immaculati Domini ipſam offerant. Sic ergo ſemper orationis hora eſto Deo coniunctus, vt Cherubim & Seraphim. In verbis * eius meditare mi frater, eaque cum timore & gaudio dulciter decenta. Cibos ſpiritales præbebunt animæ, & dulceſcere eam facient ab amaritudine vani ſeculi huius, alleuiabuntque ipſam à ſarcina ac pondere ſolicitudinum rerum terrenarum. Cuncta quæ audiſti, ſeruare contende. Deum ſemper in anima tua quieſcere facito: vt ibi inueniaris fiducia plenus, in hora illa terribili atque tremenda, quando venerit Chriſtus Dominus reddere vnicuique, ſecundùm opus ſuum. Cui ſit gloria atque potentia, in ſecula D ſeculorum, Amen.

1.Theſſ.4.

Sapien.5.

Mentis attentio in Orat. neceſſaria.

*al. abijce atque euelle.

Eccleſ.35.

*al. In verbis hiſce meditare frater, &c. ſed alterũ melius.

Rom.8.
Apoc.22.

SCHOLIA.

De laudibus nobiliſſimæ huius Virtutis, videri quoque inter alios poterunt, S. Gregorius Nazianzenus, præſertim in Adhortat. ad Virginitatem. & in elegantiſſimo ac longiſſimo ſuo Poemate, quod in laudem Virginitatis conſcripſit, cuius etiam S. Hieronymus meminit in Catalogo. Baſilius Magnus in libro de vera atque incorrupta virginitate, ad Letoium Epiſcopũ Melitenſem. Gregorius Nyſſenus in ſermon. de Virginitate, ac Chryſoſtomus eandem tomo 5. eleganti oratione, aut potius libro celebrat, cuius principium eſt; Iudæi virginitatis laudem aſpernantur, &c. Et inter orthodoxos Patres Latinos, egregiè copioſeq; de Virginitate, ſummiſq; eius præconijs conſcripſerunt, SS. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, Auguſtinus Hipponenſis, & Hieronymus Stridonenſ. Ambroſius quidem libris E *tribus ad Marcellinam ſororem ſuam, quorum primus incipit: Si iuxta cæleſtis ſententiam veritatis &c. Secundus; Superiore libro, quarum Virginitatis munus ſit, euoluimus, &c. Tertius de Virginibus liber, ſic inchoatur: Quoniam quæ habuimus, digeſſimus ſuperioribus libris duobus, tempus eſt ſoror ſancta, &c. Poſt quem S. Auguſtinus, Hipponenſis Epiſcopus, pulcherrimum de ſancta Virginitate librum exarauit, cuius initium tale eis: Librum de bono coniugali nuper edidimus, in quo etiam Chriſti virgines admonuimus atque monemus, &c. Deinde S. Hieronymus, duabus maximè epiſtolis, grauiter pleneq; hoc idem argumentum tractauit atque illuſtrauit: priori quidem, ad Demetriadem, de Virginitate ſeruanda, cuius principium eiuſmodi eſt: Inter omnes materias, quas ab adoleſcentia vſq; ad hanc ætatem, vel mea, vel notariorum ſcripſi manu &c. vbi etiam a B. Cypriano egregium de Virginitate volumen editum affirmat idem Hieronymus, vt & à multis alijs tam Latino ſermone quàm Græco. Poſteriori autẽ epiſtola ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, quæ hoc incipit modo: Audi filia & vide, & inclina aurem tuã, & obliuiſcere populum tuum, &c. Reliqua apud Ephræm vide, cuius de Virginitate encomium quanti fecerit Gregor. Nyſſenus, in vita Ephræm, quam ipſe luculenta oratione deſcripſit, reperies;*

peries, vbi inter alia ſic eſt: Quis legens ea, quibus Ephræm Virginitatem commendat, non ſe Deo caſtũ corpore & animo conetur offerre? &c.

Timeto vinum ne ebrietate vincaris, & virtutibus nuderis, &c.] *Vini damna exponit, & ebrietatem modis omnibus fugiendam, exemplis ſcripturæ luculenter demonſtrat. In cuius vitij deteſtationem, plura lectu digna inuenies apud S. Baſilium Mag. in homil. aduerſus ebrietatem. & S. Auguſt. ad ſacras Virgines, vbi ebrietatem dicit omnium flagitiorum matrem, culparumq́; materiam, radicem criminum, fontem atque originem vitiorum, naufragium caſtitatis, &c. Additq́; ibidem, vinum moderatè potatum, medicamentum eſſe, plus iuſto ſumptum venenum, iucunditatiq́;, non autem ebrietati creatã eſſe vini materiam, &c. Huc facit quod S. Hieronymus de Noe ſcribit in epiſt. ad Oceanum: Noe, inquit, ad vnius horæ ebrietatem, nudauit fœmoralia ſua, quæ per ſexcentos annos contexerat, &c. Idem ſuper Epiſt. ad Titum. alijq́; alibi.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

SERMO,

De paſſionibus ſiue perturbationibus animi.

CVpio exponere omnem meam acerbitatem, omnemq́ue malitiam, atque inſipientiam, negligentiamq́ue coram Maieſtate tua ac gloria, Chriſte Saluator. Dicam rurſus omnem iucunditatem, atque dulcedinem, quam in me tua bonitate demõſtraſti, benigniſſime Deus. Ab vtero matris meæ factus ſum exacerbator, & contemptor gratiæ tuæ, ac ad bonum tardus: Verùm tu Domine vniuerſam meam malitiam deſpexiſti, propter multas commiſerationes tuas, Fili Dei. Erigitur mihi caput mediante gratia tua Domine, verùm quotidie propter peccata demittitur. Ad vitam me rurſus eadem tua gratia allicit, ſed ego ad mortem promptior pergo; nam hæc peſſima ignauiæ conſuetudo, me * ſecum diſſoluit, eneruatq́ue, dum interim morem ipſi gero. Grauis ſanè eſt, imò peſſima paſſionum conſuetudo. Perſtringit enim tamquam indiſſolubilibus vinculis mentem, eademq́ue ſemper optata ac deſiderabilia mihi obtingunt vincula, quòd ſic ligari velim. Ex conſuetudine laqueis capior, illaqueatusq́ue gaudeo. In acerbiſſimam profunditatem immerſus, adhuc lætor. Vincula mea quotidie inimicus renouat: cernit enim me vinculorum meorum varietate delectari. Veterator inimicus meus, non me deuincit vinculis quæ ego nolim, ſed ſemper eiuſmodi mihi laqueos nectit ac vincula, cuiuſmodi ego magna cum voluptate complector. Nouit enim meæ voluntatis propenſionem eſſe vehementiorem; & in ictu oculi, quæ voluerit vincula inijcit. Hic eiulatus atque ploratus, & luctus. hoc probrum & infamia, quòd ego vinculis propriæ voluntatis conſtrictus detinear. Cùm enim vnico momento conterere vincula poſſem, ac me à laqueis quibuſcunque liberare; hoc facere recuſo, negligentia atque ſocordia detentus. conſuetudineq́ue ac malo voluntatis propoſito paſſionibus deſeruiens. hoc grauius eſt & intolerabilius, ac dedecoris luctus, quòd ad inimici mei voluntatem ego concurram. Vinculis conſtringor, quæ ipſe mihi iniecit, paſſionibusq́; immorior, quibus * ipſe glorior. Cùm enim vincula confringere poſſem, nolo; cumq́ue laqueos euitare conceditur, inde voluptatem non capio. Acerbiuſné quidquam eſt eo luctu ac planctu? Eſtne aliud vllum grauius dedecus? Sic quippe affirmo, non eſſe quid ea infamia acerbius, quando inimici placita homo explet. Cùm enim ſint mea mihi vincula perſpecta, ea tamen in ſingulas horas cunctos ſpectatores cælare contendo, pietatis formam præ me fero, propriaq́ue me arguit conſcientia iſta agentem, ſic me compellans quotidie: Cur te ſobrium ac vigilantem non præbes miſer? an ignoras aduenisſe & appropinquaſſe diem horribilis iudicij, quo cuncta declarantur? Reſurge tamquam potens, dirumpe vincula tua; in te ſolutionis atque ligaminis eſt poteſtas. Iſta licet ſemper mihi dicat, reprehendatq́ue conſcientia, non tamen è vinculis ac laqueis liberari volo. Super hiſce quotidie lugeo atque ſuſpiro, & ijs ego animi paſſionibus implicatus reperior. Miſer ego & ſegnis, ac ad bonum animæ meæ

non

* al. me ad ſe attrahit, dum ipſi parco.

Paſſionum animi pericula ac damna.

Hoſtis laquei atque inſidiæ variæ.

*al. in quibus ipſe gloriatur.

Reprehenſio ſui ipſius atq; confeſſio.

Conſcientiæ verba grauia.

A non proficiens, dum laqueos inimici ac mortis non pertimeſco. Corpus meum
pulchro religionis ac pietatis habitu amictum eſt; anima verò indecentibus co-
gitationibus ligatur atq; impeditur. Coram ſpectatoribus ſtudioſè obſeruor: in-
tus autem tanquam fera immitis propemodū exiſto. Dulcem ac ſuauem affecto
ſermonem, dum ago cum hominibus; cùm interim ego propoſito ac voluntate
ſemper acerbus ſim atque peruerſus. Et quid tandem in die iudicij faciam: quan-
do iſta omnia coram tribunali manifeſtabit Deus? Ipſe ego noui, me ibi à ſuppli-
cijs expectari, niſi hic iudicem per lachrymas placauero. Et propterea miſerati-
ones in ira non reprimit, quòd conuerſionem ipſe meam exſpectet. Non enim
quenquam videre cupit in igne ardentem: cùm omnes homines ad vitam ingre-
di deſideret. Quocirca tuis confiſus miſerationibus Domine Fili Dei, ſupplex
B tibi procido rogoq́ue, vt in me tuos oculos conuertas. Animam meam ex ini-
quitatum cuſtodia educito, reſplendeatq́ue in mente mea radius lucis, antequam
ad formidandum me manens iudicium abeam, vbi nulla penitus reliqua eſt pro
iniquitatibus pœnitentia. Ecce enim alterutra cogitatione coarctor, aut exire è
corpore, aut non amplius peccare. Rurſusq́ue timor me miſerum & impium
corripit ac detinet, quo pacto me imparatum ſubducam, qui omni planè virtute
deſtituor. Magnus continenter cor meum timor diſcruciat, manendi in carne,
& migrandi ex ea; & vtrum è duobus magis mihi expetendum ſit, ignoro. Quo-
niam me ipſum ad omne opus bonum, tardum video. Atque ideo vitam in car-
ne ducere, mihi metus eſt ac terror. Nam in laqueorum medio quotidie incedo,
ſimilisque ſum mercatori ſegni atque ignauo, iacturam in horas facienti, totius
C ſummæ ſimul & lucri. Sic & ego detrimentum bonorum patior cæleſtium, va-
rijs præpeditus diſtractionibus, quæ me ad mala pertrahunt. Sentio quippe in
meipſo, quomodo ſingulis horis decipiar, nolensq́ue in rebus quas odi, inueni-
ar. Obſtupeſco in creaturæ pulchritudine perpetua, & quomodo mea mens in
medio rerum venuſtiſſimarum tam ſit indecora. Obſtupeſco ſuper voluntate
mea adeò praua, & quomodo etiam in tribulationibus ſemper diuerſimodè pec-
cet. Obſtupeſco de mea pœnitentia quotidie, quomodo firmum fundamentum
non habeat ædificij: Nam ſingulis diebus fundamentum ædificij colloco, pro-
prijsq́ue rurſum manibus laborem diſſoluo. Non * bonum adhuc ſumpſit prin-
cipium mea bona pœnitentia. Nondumq́ue in me ceſſat peſſima inertia. Ignauię
mancipatus ſum, & inimici me voluntati accommodo, promptiſſimè quęuis ipſi
grata perficiens. Quis dabit capiti meo aquam longè immenſam atque inenar-
D rabilem, & oculis meis perpetuos fontes; vt inde ſcaturiant lachrymæ, ploremq́;
ad miſericordiſſimum Dominum ſemper: vt ſuam mittens gratiam, me pecca-
torem è furibundo extrahat mari, fluctibus peccatorum meam animam pertur-
bante, procellisq́ue in horas ſingulas exagitante. Nam cupiditatibus meis vulne-
ra ſuperantur, cùm illæ curationis inuolucra & faſcias non admittant. In ſpe pœ-
nitentiæ mea eſt præſtolatio, ſed inanibus hiſce eius promiſſis deceptus, quouſq;
deficio? Hac detentus exſpectatione, ſemper in ore pœnitentiam habeo, & nun-
quam ad pœnitentiam deuenio. Verbis ſtudioſè pœnitentiam profiteor, verùm
operibus à pœnitentia abſum quàm longiſſimè. *Si res ſecundæ ad voluntatē flu-*
unt, meæ etiam obliuiſcor naturæ: Sin contrà, in rebus premor aduerſis, mur-
murator euado. Sancti quippe Patres Deo deuoti, in tribulationibus atque ten-
E tationibus probati ſunt, coronasq́ue immarceſcibiles à Deo cæleſti per ipſas,
cum gloria ac laude acceperunt, ac famam nomenq́ue ex tribulationibus con-
ſecuti, imago pulchra generationibus euaſerunt futuris. *Sæpius autem cum Pa-*
tribus & Sanctis, conſidero etiam caſtum atque pudicum, decorum atque mode-
ſtum, temperantiſſimumq́ue Ioſeph, cæleſti pulchritudine plenum, cum chari-
tate altiſſimi, quàm egregiam patiētiam obtinuerit in tentationibus: Non enim
valuit grauiſſima fratrum inuidia ac liuor pulchritudinem animæ illius iniuria
afficere; vt neque callida aſpis in proprio antro florentem pueri pulchritudi-
nem abolere: in florem continenter illius modeſtiæ atque pudicitiæ, aſpectum
retorquebat, vt acerbum venenum ſuæ in eum inſaniæ euomeret. Neque rurſus
carceres, aut vincula, decorem animæ, floremq́ue pueri Deo deuoti, * tabeſe-
cerunt. Si porrò miſer ego atque infelix, ſine vlla tentatione pecco, Domi-
numq́ue

Antitheſis grauiſſima.

Precatio.

Alluſio ad verba Apoſtol. Philip. 1.

Alluſio ad verba Rom. 7.

* al. Nondū accepit principiū in me bona pœnitentia. &c.

Hierem. 9.

Pulchræ aptæq; metaphoræ.

Tribulationum vtilitas in Sanctis elucet.

Ab exemplo Ioſeph

Gen. 37. 39. Pſalm. 104.

Ibidem.

* al. obſcurarūt.

Precatio pia.

† al. vincat linguam meam, ſed alterum rectius aptiusque.

* al. ſub protectione gratiæ tuæ. &c.

numque exacerbo; cùm expertus ſim multas tuas & ineffabiles miſerationes, magnitudinem miſericordiæ tuæ imploro & inuoco, dicens: Salua me Domine, & largire ſupplici famulo tuo poſtulata animæ ſuæ, quæ è theſauro viſcerum miſericordiæ tuæ depoſcit Domine, & aſſiduè fontis inſtar, ſcaturiat gratia tua, in corde & ore mei ipſius famuli tui: ſitque cor meum ac os, diuinæ gratiæ templum purum, & immaculatum, quod cæleſtem Regem excipiat, vt ne ſit tanquam latibulum improbarum cogitationum, & ſpelunca latronum prauis deſiderijs. Sed digitus gratiæ ſemper *moueat linguam meam, tanquam neruos citharæ, ad gloriam tuam benigniſſime; vt ſine vlla intermiſſione glorificem te ac benedicam, cum amore & deſiderio, corde, ac ore, per vniuerſum tempus vitę meæ. Qui enim in te collaudando & glorificando piger eſt ac ſegnis Domine, is ipſe à futura vita alienus eſt. Concede mihi Chriſte Saluator petitionem cordis mei, fiatque lingna mea velut cithara; vt hinc teſtamentum exprimere queam ex multis rebus ſiue ſcripturis, quamuis pauca crimina: ibique iterum ſaluari merear, ſub tegmine atque protectione * manuum tuarum, quando contremiſcet omnis anima, ex tremenda gloria tua. Etiam Domine fili Dei vnigenite, exaudi ac ſuſcipe tanquam donum aliquod, preces ſerui tui. Peccator ego ſum, gratia ſaluatus. Gloria illum decet, qui peccatorem in miſerationibus ſaluat. Ipſi gloria, in ſeculorum ſecula. Amen.

SCHOLIA.

Animi ſui paſſiones ac vulnera Auctor magna compunctione atque humilitate exponit, diuinæq́; in ſe gratiæ & miſericordiæ affluentiam confitetur ac prædicat, ſed ſuũ in bene agendo torporem ac ad mala procliuitatem, ingratitudinemq́; erga omnis boni liberaliſſimũ datorem Deum accuſat, atq; deplangit, rurſuſq́; ad diuinæ bonitatis fontem vbertim ſcaturientem recurrit, diuinum auxilium in tot perturbationibus atque anguſtijs implorans, inſigne nobis in ſe exemplum, ad imitandum exprimens relinquensq́; vt & nos peccatorum noſtrorum vulnera agnoſcere, confiteri atq; deplangere, & ad miſericordiſſimum Deum quouis tempere recurrere diſcamus. Atque huc ferè pertinent, quæ De timore animi, etiam ſupra ex Ephræm adducta ſunt, quorum principium eſt: Ego Ephræm peccator, ignauus, ac piger in certamine ſpiritali, &c. ac quæ de Reprehenſione ſui ipſius atque confeſſione, ibi ſeorſim tractat, cum eiuſmodi initio: Fratres compatimini mihi, &c. vbi multa hiſce adducuntur ſimillima, ſecut & ſparſim ſæpè apud eundem poſtea alibi. Si porrò Ephræm tanta Sanctitatis vir, adeò ſe affectibus ac paſſionibus animi grauatum & exagitatum confiteatur atque deploret; quid de nobis ipſi ſentiemus, qui ne vmbram quidem illius viri referimus, & proprijs paſſionibus ita valdè indulgemus, redundamus, & obruimur: quanto inquam magis eas in nobis omni acerbitate atq; dolore accuſare, confiteri, & deplãgere, bellumq́; cum illis quocunque tempore ſuſcipere debemus, ne penitus eorundem fluctibus vndiq́; periculoſiſſimis demergamur, & pereamus? Certandũ ergo fortiter in vaſtiſſimo hoc rerũ mundanarũ pelago, exemplo vigilantis atq; prudentis alicuius naucleri, qui in medijs procellis ita clauũ nauigij tenet ac regit, ne nauis cedat fluctibus, & demergatur. Certant quippe aduerſus eam grauiter maria, quibus gubernatoris arte ac prudentia viriliter obſiſtendum eſt. Quod verò in mari tempeſtates & vndæ, hoc in anima noſtra turbulenti ſunt affectus atq; paſſiones, præſertim dum extrinſecus illata aliqua aut iniuria, aut calamitate, aut tribulatione, aut tentatione, aut aduerſitate quacunq;, velut flatibus quibuſdã vehementius concitantur, mentiſq́; noſtræ nauiculam planè obruere conantur. At qui in hac vita ſibi rationis ac prudentiæ clauum moderatur, vt contra eiuſmodi vndarum impetum, puppim animæ ſuæ ſeruet incolumem atque infractam, is profectò præſtantiſſimi & prudentiſſimi naucleri meretur nomen. Cùm autem eò deducta res eſt, vt nauis non amplius obſecundet clauo, ſpes omnis iam perijt ſalutis. Et in hoc verſantur ſtatu, qui ſpretu rationis imperio ac ductu, ſe totos paſſionibus atque affectibus regẽdos aut potius ſubuertendos permittunt traduntq́;, quorum numerus, proh dolor, valde magnus eſt, & conditio deploranda. De ijs porrò ſedandis & moderandis, atque ad mediocritatem aliquam bonam reuocandis. cùm plures ſcripſerint, inter alios tibi S. Ambroſium citabo, lib 1. de Iacob & vita beata, cap. 2. & 15. Tom. 4. ac lib. 1. de offic. cap. 3. Tom. 1 & lib. 2. de Abraham, cap. 6. 8. 11. Tom. 4. &c. Poſt quem, etiam vide S. Thomam Aquinatem, qui longum & inſignem de affectibus & paſſionibus hiſce ſermonem compoſuit. Et poſt illum Dionyſium Carthuſianum, qui librum vnum ex varijs Patribus collectum, De paſſionibus animæ conſcripſit, &c.

Vitam in carne dicere, mihi metus eſt & terror: nam in laqueorum medio incedo, &c.] *Hunc locum egregiè exornat, & amplificat Chryſoſtomus Homil. 15. ad popul. Antioch exponens inter alia ibi dictum illud Sapien. Agnoſce quòd in medio laqueorum pertranſis, &c. Locus eſt Eccl. 9. ad quem etiam hic reſpexiſſe omnino videtur S. Ephræm.*

Quis dabit capiti meo aquã longè immenſam, &c.] *In Græco Cod. S. Ephræm additur* πολὺ ἀμό

Syrop,longè immenſam,&c.quod idem & in Sermone de Pœnitentia(cuius initium eſt : Dominus noſter,qui è ſinu Patris deſcendit,&c.)poſtea ab Auctore inſertum reperies,ac alibi.Sed in textu ſacro biblico Hierem.9. iſtud non adycitur, nec in Græc.nec Lat.Sed hoc non refert,cùm Sancti Patres de ſuo ſæpè aliquid interſerant,& poteſt etiam fieri quòd Ephræm ſuo tempore ita legerit,ſicut etiam ex eo veriſimile apparet,quòd eandem lectionem alibi quoquè ſeruarit & iterarit.

Fiatque lingua mea velut cithara, vt hinc teſtamentum exprimere ac referre queam, ex multis rebus ſiue ſcripturis ac tabulis,&c.] *Sententia in Græco nonnihil intricata videtur,& ſubobſcura,quæ ideo vt clarior reddatur,per allegeriam haud inconuenienter intelligenda & exponenda erit; vt ſit alluſio ad tabulas creditorum & debitorum,id eſt,expenſi & accepti,vel pecuniarias,&c.hoc nimirum ſenſu:Vt poſſim perſoluere hinc quidem ex tabulis vel pauca peccatorum debita,ibi verò viciſſim ſaluari merear ſub protectione gratiæ tuo,&c.quæ quidem mihi legitima verborum Ephræm hoc loco videtur eſſe ſententia,cui aliter placet,aliam meliorem eruat,proferatque, per me licet.*

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, De Conpunctione,

SERMO I.

EDeſſena ex vrbe benedicta, quodam die diluculo ſurgens, cum duobus fratribus egreſſus ſum. Sublatiſque in cælum oculis, ſimile illud ſpeculo nitidum, aſtriſque ornatum, ac ſuper terram cum gloria fulgens, adſpiciebam. Ego verò cum admiratione tacitus mecum iſta reuoluens: ſi hæc, inquam, tanto cum decore reſplendent; & ſancti Diuinæ obtemperantes voluntati, in hora illa, quando ad iudicandum Dominus venerit, quanto magis in gloria Saluatoris, ineffabili luce fulgebunt? Subitò autem in memoriam mihi venit terribilis ille Chriſti aduentus; vnde contremerunt omnia oſſa mea, corporeque ſimul & anima totus exhorrui, atqnæ ſic concuſſus, & perturbatus magno cum dolore cordis flere cœpi, & ingemiſcendo dixi: Quomodo ego peccator in illa hora terribili ac formidanda inueniar? quomodo ego coram tribunali tunc tremendi iudicis adſtabo? quomodo ego elatus & ſuperbus, cum iuſtis atque perfectis conſiſtam? quomodo ego hœdus cum ouibus à dextris Chriſti ſtatuar? aut quomodo ego arbor infructoſa, cum iuſtis & ſanctis illis, qui in hac vita iuſtitiæ fructum tulerunt, collocari potero? aut quando ſe mutuo in aula illa cæli cognoſcent iuſti, quid tunc faciam miſer? quis me tunc agnoſcet? In cæleſti tunc thalamo iuſti videbuntur, & in igne æterno impij. Tunc Martyres rurſus ſua oſtendent tormenta, ſuaſque virtutes religioſi viri, Confeſſoreſque. Sed infelix ego, quid oſtendam, niſi ſocordiam ac negligentiam meam? O anima ſuperba atque elata. O anima peccatrix. O anima impudens. O anima, quæ ſemper vitam tuam odiſti, quam diu rerum terrenarum cupiditate traheris? quàm diu praua improbarum cogitationum conſuetudo in te dominabitur? An ignoras malis cogitationibus, ſingulis horis fieri, vt tanquam ignorantiæ tenebris, & cęca quadam erroris caligine, mens obducta, viam non reperiat, qua ſe conuertat ad Dominũ? Quid vlterius exſpectas, & differs negligens? An quòd venire tartabit cæleſtis ſponſus: Non tartabit miſer, ſed vt fulgor horribile, mox è cælo aduentus eius erit. Quapropter aduigila, vt paratus illa hora inueniaris, ne luctu afficiaris ſempiterno. Aliena peccata ne reſpexeris, quin tua potius defleto. Neque conſideraueris feſtucam in oculo fratris ac proximi, ſed trabem, quę in tuo eſt, aſſiduè potius animaduerte. Vbi ex oculo tuo trabem eripueris, tunc ex fratris quoque oculo feſtucam eximes. Quòd ſi te curare non potes, eſt quòd grauem cæcitatem tuam defleas. Quomodo enim alijs, ipſa cæca, lumen præbere poteris? prius ergo tibi ipſi medere ô anima, & poſtea aliorum ſanitati attende. Nullam ſocordiæ tuæ excuſationẽ habebis. Cuncta enim tibi neceſſaria largitus eſt benigniſſimus Deus, iudicium, intellectum, prudentiam, & cognitionem rerum ſpiritalium. Quæ tibi prodeſſe poſſint, decerne & amplectere. Tunc duo illi fratres, qui mecum erant, & ipſi illachrymantes, his me verbis interpellabant: Quid ita acerbè

Pulcherrima meditatio & contemplatio.

Auctor deflet peccata ſua, & Dei miſericordiam implorat.

Matth.25. Luc.3.6.

Sanctorũ Martyrum & Confeſſorum inſignia.

Contra cogitationes improbas.

Matth.24. & Lucæ 17.

Matth.7. & Lucæ 6.

Cuncta ſaluti neceſſaria prouidit Deus.

Inſiſtit contemplationi colloquoque cum ſocijs.

Diuinæ gratiæ in nos promptitudo, ac largitas atq; benignitas oſtenditur.

Diuinorũ beneficiorũ commemoratio, & pro ijs gratiarum actio.

Diuinam implorat miſericordiã Auctor.

Matth.25.

plangis, ô pater? Et ego ad ipſos: meam, inquam, ſocordiam, ô filij chariſſimi, defleo. Cùm enim cognitionis nobis lumen tribuerit Deus ter optimus, ego quotidie illud repellere, atque exſtinguere conor: Nam ſi diuinæ voluntatis mandata perfeciſſem, beatus ſanè in hora illa forem, & non ſolùm ego, ſed & omnes qui obediunt voluntati eius. Iccirco fratres, nullam penitus ibi excuſationem habituri ſumus, quoniam ſcienter ac ſponte peccamus cuncti. Diuinam itaque prouidentiam, & in nos munificentiam, quantaque nobis quotidie pro ſua bonitate largiatur Deus, ſedulò conſideremus vniuerſi. Semper eius gratia corda noſtra viſitat: & ſi locum ſibi paratum inuenerit, ingreditur, ſemperque in anima noſtra quieſcit: ſed ſi cor immundum offenderit, illicò recedit. Rurſusque miſericordia tactus, cogit eam ad nos peccatores inuiſendos venire; quoniam omnes mutabiles ſumus, libera voluntate non natura, elati ſemper inuenimur & ſegnes, inuidi, & improbi, mala alij contra alios aſſiduè cogitantes, prauiſque ac laſciuis & impudicis cogitationibus oblectantes, in ijsque velut in fœtidiſſimo vitiorum cœno, perpetuo iacemus. Vnde fit, vt cùm ad nos viſitãdos gratia ingredi cupiat, improbarum cogitationum fœtorem turpiſſimum in cordibus noſtris reperiat, qua re illico recedit, cùm locum introeũdi ac quieſcendi, in nobis ſicut volebat, non inueniat. Veruntamen cor noſtrũ dulcedine luminis ſui pulſat, vt reſipiſcat & intromittatur ipſa, vt ſic lucis dulcedine allectus homo, ipſam inquirat: nequit enim penitus nos gratia deſerere; à propria enim ipſius benignitate eò adigitur, vt omnium noſtri miſereatur. Cernis prouidentiam Dei? Cernis Chriſti in nos pietatis viſcera? quanto deſiderio ſalutem noſtram ſitiat? & quantopere nos ſaluari cupiat? Felicem atque beatum illum, qui purum ſemper cor diuinę gratię parare ſtudet; vt cum ad introeundum venerit, offendens in eo ſuauiſſimũ odorem virtutum, atque animæ ſanctitatem. ſeculis omnibus ibi manſionem faciat. Quid igitur miſericordiſſimo Deo, pro tot tantiſque bonis ac donis, nos miſeri retribuemus? aut quam illi gratiam referemus, quòd de cælo è ſinu Patris deſcendit? quòd pro nobis in vtero Virginis incarnatus ſit? quodq; noſtri cauſa alapis cæſus ſit, ſerui inſtar? Tametſi in terra mille annos viueremus, ne pro vno quidem colapho, illi vnquam vllo modo, prout deceret, reddere æquiualens, dignasq; gratias referre poſſemus. Iſtud ego, filij mei chariſſimi, pertimeſco: (exploratiſſimam enim habeo negligentiam meam,) ne omnes, qui me iam intuentur, ac beatum prædicant, fictamque pietatem ac religionem meam collaudant, ibi me irrideãt, cùm me ſempiternis ignibus cruciari adſpicient. Parce, parce Domine, clementiſſime Saluator Chriſte, Fili vnigenite, mihi ſeruo tuo inutili, ne coram tremẽdo tribunali, cum tremore & ignominia magna deprehendar, ludibrioque ſim cunctis ſpectantibus, tam Angelis quã hominibus. Verùm hic me Saluator meus, tanquam clementiſſimus Pater, & filiorum amantiſſimus, erudi & corripe: ibi autem vt cæleſtis Deus, & ſolus abſque peccato, ſuſcipe me. Niſi enim in hac vita Saluator, miſero peccatori ſanam mentem dederis, tuoque lumine cor eius illuſtraueris, vt quotidie peccata ſua per pœnitentiam abluat, illic coram tribunali tuo, abſque defenſione quomodo conſiſtere poterit? Antequam ego in terra eſſem, placuit tibi pro infinita miſericordia tua Domine, in vtero matris meæ peccatricis formare me. Et in lucem indignus iam editus, factus ſum dignus, vt vas fierem gratiæ tuæ, & velut cithara bona, quæ verba ſalutis omnibus audientibus dulciter occineret. Hæc ego ignauus & peccator dona accepi, & tantæ tuæ gratiæ me per deſidiam, ingratum præbui. Tu Domine ex ore inertis famuli tui, dulcia ſanctitatis cantica exprome. Tu mentis meæ tenebras illumina, vt quando voluit gratia, mentem tenebris circumfuſam colluſtrauit; vt laudes tuas dulciter perſonaret. Huius ego rei gratia, rurſus ad te ſupplex recurro, ô Fili Dei vnigenite, ac Saluator animarum noſtrarum, deprecans, vt ſicut hic gratia tua mihi quantumuis indigno, fuit cunctis horis lux, protectio, ſuſceptio, perfugium, & gaudium: ita & illic ſub vmbra alarum tuarum, in horrendo illo iudicij die protegar; vt ad dexteram tuam collocatus, & in regnum tuum ſola miſericordia ac gratia tua admiſſus, immenſam bonitatem tuam omni tempore collaudem, celebremque mundiſſime opifex, qui inutilis ſerui tui peccatoris lachrymas nequaquam ſpreuiſti.

SCHO-

SCHOLIA.

De Compunctione hic acturus S. Ephræm, primùm de ſeipſo narrationem quandam haud iniucundam atque inutilem præmittit, quomodo ſcilicet ipſe quadam vice, ſummo diluculo cum duobus fratribus ciuitate Edeſſa egreſſus ſit, ſublatisq́; in cælum oculis mira illud aſtrorum conſtellatione ac pulchritudine ornatum, reſplendẽsq́; viderit; adeò quidem, vt ex tanto illo ſydereo ſplendore atq́; fulgore, mentem altius in admirationem & contemplationem incredibilis illius traduxerit lucis, qua multo magis homines iuſti & ſancti, qui diuinæ obtemperârunt voluntati, in illa hora, quando ad iudicandum Dominus venerit, fulgebunt in gloria Saluatoris: De quibus Dominus in Euang. Matth. 13. Tunc iuſti fulgebunt ſicut Sol, in regno Patris eorum, &c. ac Sap. 3. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, &c. nec non Dan. 12. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, &c. Hæc & ſi- B militia penitius ſecum Ephræm perpendens, horribilemq́; illius iudicis aduentum ob oculos ponens, animo & corpore totus exhorruit, contremueruntq́; (vt ait) omnia oſſa ipſius. Atque ſic animo conſternatus, & timore perculſus, magna compunctione atque dolore cordis, vim lachrymarum effundere, ſuaq́; peccata deflere, & Dei miſericordiam implorare incepit: quod quidem quanta hic faciat cõmiſeratione & affectu, progreſſus orationis docebit, ad quem lectorem remitto, & quia lectu dignus eſt, etiam cohortor atque inuito.

Quid vlterius exſpectas, & differs negligens?] *Hæc per interrogationẽ, in vno Cod. legi atque conuerti, licet tamen in alio manuſc. Græc. etiam abſque interrogatione habeantur, efferanturq́; hoc modo: Ceterùm tu exſpectas & differs, &c. non interrogando, ſed affirmando ſic potius. Verùm elegantior & accommodatior hoc loco videtur lectio per interrogationem, vt cum reliquis conueniat.*

Parce, parce Domine clementiſſime Saluator Chriſte, &c.] *Pia precatione ſuum hic concludit Sermonem Auctor, ſuaq́; peccata deplorat, & ad diuinæ miſericordiæ viſcera recurrit, &c. Eſt autem ei admodũ frequens, ſimiles precatiunculas in ſuis ſermonibus adhibere, ſicut & paſſim in ijs alibi com-* C *perire licebit; adeò verum eſt, quod de eo in ipſius vita, eleganter ac lepidè conſcribit Gregor. Nyſſenus: Conciones, inquit, illius (agit autem de Ephræm) nihil aliud niſi precatio interpellabat; precationem rurſus conciones excipiebant, &c.*

EIVSDEM.

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Sermo * Secundus, de Compunctione.

* al. Eiuſd. Sermo alius, De Cõpunctione.

D COmpungere ô anima mea, cõpungere ſuper vniuerſis bonis quæ à Deo accepiſti, & non cuſtodiſti. Compungere de omnibus, quæ feciſti, malis. Compungere in cunctis, in quibus te diu patienter Deus exſpectauit. Compungere, & pœnitentiam age, ne tenebris tradaris exterioribus. Reſipiſce miſera & afflicta anima, ne corã horrendo Chriſti tribunali confundaris. Hei mihi peccatori, qui puritatem cordis mei, ob ignauiam meam contaminaui. Nam negligentia & pigritia, mihi cordis libertatẽ obſcurarunt. Improba concupiſcentia mihi, vt Dominus ſeruo, imperat; egoq́; mox cum timore, infantis inſtar obedio: meq́; dum decipit, oblector. Quis porrò mihi condoleat, aut ſolatium præbeat? Solus * ipſe Saluator meus, qui propriam bonitatẽ poſſidens, in me deſperabundum reſpexit. Hei mihi peccatori, quoniã ſolus ego vulneratus ſum. Hei mihi, quoniam mun- E dum me creaſti Domine; ego aũt me, mea negligentia peccando fœdaui. Similis cũ eſſem Angelis, meipſum abieci. Multiplicatæ ſunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ ſunt, & nõ eſt finis multitudinis earũ. Quo pacto aũt ſupplicabo tibi Saluator meus, qui os meũ conuitijs ac maledictis repleui? aut quomodo collaudabo te, qui conſcientiã pollutam habeo? aut quomodo te diligam Domine, qui odio plenus ſum? Quo pacto veritatem inhabitatricẽ mihi obtinebo, qui meipſum mendacijs muniui? Quonam pacto inuocabo te, quia tua non cuſtodiui mãdata? Verùm cũ ſis ipſe mendacij expers, ne quæſo me abiectũ deſpexeris, neve deteſtandum me abieceris, neq; penè deſperatum me deſerueris. Valde enim lætatur inimicus meus, dum me de propria deſperantẽ ſalute cernit: in hoc quippè ſolo gloriatur atque exultat, vt me per deſperationem captiuũ adſpiciat. Verùm ipſe per viſcera miſericordiæ tuæ, ſpem eius confunde; meque ex dentibus ipſius

Elegans comparatio.

* al. niſi ſolus ipſe Saluator, &c.

Pſal. 39. 118

Compunctionis animi verba.

Iohan. 3. & Rom. 3.

Nunquam eſſe deſperandum. eripe: & à fraudulenta atq; maligna eius mente, totoq; quem in me mouet conatu;
libera. Ideo cunctos vos hortor, qui conſcientia ſcelerũ, & iniquorum operũ angimini:
ne de vobis ipſi deſperetis, neq; aduerſarium veſtrũ lætificetis. Sed audacter
ad Deũ accedite, & coram ipſo plorate, & nequaquã vos ipſos deſperetis.
Lucæ 15. Vehementer enim ſuper pœnitentiã agentibus gaudet Dominus noſter, amplectiturq́;
libenter confeſſionem noſtram, ac conuerſionẽ exſpectat, & recipit. Ait
Ezech 18. enim: Poſt hæc omnia, ad me reuertere. Rurſusq́; per ſancta ſua edicit Euangelia:
Matth.11. Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Nemo igitur
ſeipſum deſperet, etiãſi peccauerit; requirentibus. n. ipſum, mercedis retributor
Eccleſ.17.18. Coloſſ.3.&c. erit, aſpernantibus verò & nullam pœnitentiã agentibus, rigidum ſe prębebit atque
auſterũ. Qua ergo via poterit quis eum inquirere, & inuenire? Primùm quidem
omniũ, mutua erga fratres ſeruanda eſt charitas. Nam Deus, teſte ſcriptura,
1.Iohan.4. 1.Pet.5. eſt charitas. Si quis igitur charitatẽ poſſederit, Deum poſſidebit. Si quis humilitam
poſſederit, Chriſti ſimilis eſt: qui aũt ſine humilitate eſt, à Chriſto alienus eſt.
Antitheſes variæ eæque ſententioſæ Si quis obedientiam poſſederit, Deũ poſſidet, & ipſum imitatur: qui verò contradixerit,
etiam Chriſto alienus redditur. Si quis pręfecto paret, Angelos imitatur;
qui aũt reſiſtit ei, diabolo familiarem ſe reddit. Si quis veritatẽ diligit, verè Chriſti
ſeruus eſt, & amicus: qui autẽ mendacio gaudet, Chriſto odibilis efficitur. Qui
fratrẽ ſuũ amat, à Deo amatur: at qui odio proximũ perſequitur, Deo exoſus erit.
1.Iohan.4. Si quis proximũ apud alios calumniatur, cum diabolo condemnabitur: qui autẽ
proximi cauſa patitur, Chriſtũ talis hæreditate poſſidebit. Si quis in peccatis aberrantem
Eccleſ.18.19. Matth.18.& 1.Theſſ.3. deteſtatur, ſeipſum condemnat. Qui aũt lapſo compatitur ac cõdolet,
mundam ſuam animam efficit. Qui erratũ proximi publicat, ſuam animam contaminat:
at qui cõpaſſionis quodam affectu illud occultare ſtudet, irę tempore is
protegetur. Si quis ſuperbia inflatur, quaſi de vita à ſe rectè inſtituta, ſeq; perfectũ
Matth.6.23. Lucæ 14. exiſtimat: laborẽ hic perdidit, & mercedẽ recepit. Qui verò rectè à ſe facta per humilitatem
cælare nititur; hic à Domino exaltabitur, ſuamq́; ab ipſo mercedẽ accipiet.
Si de bonis quis gloriatur ſucceſſibus, citò hic cadet: qui aũt ſeipſum humiliat
Ibidem. atque extenuat, in ſublimiorem ſe altitudinẽ euehet. Qui ad iracũdiam celer
eſt, extra Dei iuſtitiam eſt, neque enim cum ipſo Chriſtus demorabitur. Qui verò
Matth.5. Lucæ 6. manſuetudinem poſſidet, & benignitatẽ atque ęquitatem amplectitur, hic domicilium
eſt Spiritus ſancti. Si quis fratrem delinquentem auerſatur, hic ſeductus eſt,
mentemq́; vanam poſſidet: qui aũt in charitate copatitur, in virtutibus perfectus
eſt. Si quis fratrem peregrinũ faſtidierit, hunc auerſabitur Deus: qui verò in charitate
eum excipit, Deũ ipſum ſuſcipit. Si quis fabricationibus delectatur & ædificijs,
æternis ſe bonis ſpoliare ſatagit: at qui in ſpiritalibus occupatur & certat, hic
æternorum bonorũ dulcedinem nouit. Qui ſplendidarum veſtium elegantiam
curat, diuina ſtola exuetur: at qui ſe veſtibus & conſuetudine obtegit, ſpiritalẽ is
ſtolam induere ſedulò cogitabit. Si quis precationis ac pſalmodiæ tẽpore, negligens,
diſtractaq́; mente fuerit, Deum hic ad iracundiam prouocat: qui aũt promptè
ac ſedulò pſalmodia delectatur, Spiritus ſancti hic particeps efficitur. Rurſuſque
ſi quis circa ſcripturarum vtilitatem, ac lectionem non elaborarit, eaſque auidè
non euoluerit, arborem ſe is infructuoſam reddit: at qui ſtudioſè illas excuſſerit
atque examinarit, fructum duplicat, inſtar ligni ſecus decurſus aquarum plãtati.
Pſalm.1. & Hierem.17. Si quis in nocturnis precibus, ſomno ſe dedecerit, eumq́; prætulerit: carnalem ſe,
non ſpiritalem eſſe demonſtrat: qui autem ſibi vim facit, ad vigilias cum alacritate:
Prouerb.10. Matth.6. hic cum deſiderio Chriſtum quærit. Si quis in verbis inanibus multus ſit, abominabilem
ſeipſum coram Deo & hominibus reddit: qui autem ſilentio ſe accommodat,
Deut.15. Deum glorificat, & à multis diligetur. Si quis ex fratribus abundans,
Matth.5. Lucæ 9. Epheſ.4. indigentiori non ſuppeditat: hic ſanctimoniæ expers eſt, & bonis ipſius alij ad delitias
abutentur: qui verò præbet indigenti, regnum cęlorũ poſſidebit. Si quis tanquam
validus ac ſanus, in infirmiorem, impotentioremque effectur: is à Deo maledicetur,
Matth.23. & ab ipſo audiet: Quòd omnis qui ſeipſum exaltat, humiliabitur, at qui
ſuccurrit, atq; compatitur, à Domino audiet: Quòd vni ex minimis meis feciſtis,
Lucæ 14.18. mihi feciſtis. Si quis conturbet fratres, vnũ apud alterum traducens, hic Angelis
Matth.25. Rom.1. & hominibus execrabilis erit: qui aũt iraſcentes atque lugentes placat ac mitigat,
Matth.5. hic filius Dei vocabitur. Si quis ieiunium deſpicit, & carnalia deſideria perficit,
à puri-

A à puritate & caſtitate alienus eſt: qui vero ſeipſum ieiunio conficit, operator omnis puritatis ac continentiæ, pudicitiæque exiſtit. Si quis edacitate, epulisque delectatur, hic apertè gaſtrimargiæ ſpiritui ſeruit: qui autem temperantiæ ſeipſũ tradit adſtringitque, facile paſſiones cogitationesq; improbos refrenabit. Si quis fœminis delectatur, & apud eas alacrem hilaremque ſe reddit; paſſionibus prauis deſeruit, & cum conſcientia bellum gerit: has verò qui auerſatur, ſeque à cõſuetudine eiuſmodi abſtrahit, belli moleſtia liberatur, pacemque cum conſcientia retinet. Si quis carnali * conſanguinitate gaudet, fiduciam in ea reponens, hic ſeipſum ſecundum Deum non tradidit, ſed illudit, & illuditur ſuis cogitationibus: at qui à carnali ſe conſanguinitate retrahit, in eamque cœco non fertur affectu, hic vere mundo renuntians, diuino ſe ſeruitio emancipiat. Si quis B ad præceptum ſuperioris obmurmurat, obedientiæ mercedem apertè deperdit: qui verò longanimiter atque alacriter mandatum exequitur, hic præclaram animæ pulchritudinem conſeruat. Si quis admonitus auerſatur; & admonentem damnans, in eum ſtultè immodeſteque inuehitur atque inſurgit, Chriſtum is repellit, omnique ſe commodo atque vtilitate diſpoliat. Eiuſmodi nos omnes cogitationibus fratres, probos efficere, ac decertare debemus: ideoque nobis ipſi attendamus chariſſimi, vt ne per carnales affectiones atque paſſiones, æternis bonis deſtituamur. Hei mihi, cuiuſmodi præparatæ ſunt delitię atque oblectamenta, nec eſt qui enitatur atque decertet, quique ſeriò agat, aut qui deſideret: ſed contra potius, præſentia anteponimus, & temporalia, minimeque permanentia. At bona illa immortalia atque æterna, nec cogitatione quidem complectimur. O excœcationem. O impoſturas inimici. Hei, qualia tormentorum ſup- C plicia peccatoribus mei ſimilibus, & negligenter viuentibus parata ſunt; & non eſt qui reformidet, ac contremiſcat: ſed tanquam nugas æſtimanmus quæ dicuntur, grauati atque opreſſi, tanquam ſopore ac veterno paſſionum corporis, conſtricti enim ſumus ijs velut catena aliqua ferrea, nec eſt qui certet, quin & ſic ligati adhuc gaudemus. O peſſimum inuentum impuriſſimi Draconis. Quo pacto cunctorum mentes excœcat, vt contrarium ſentiamus, noxiaque præ futuris diligamus bonis. Venite igitur fratres mei. Venite Patres. Venite Chriſti ſerui, cõpungamur corde, & die noctuque plangamus coram ipſo. Venite, & nobis ipſi horam illam, ineuitabilemque neceſſitatem in memoriam reducamus, compunctique plangamus. Venite, & ineffabilia atque inenarrabilia illa bona ad mentẽ reuocemus, & compungamur. Venite, & tremendi illius atque horribiliſſimi tri- D bunalis, & confuſionis, quę nobis futura eſt eo tempore, recordemur, ac nosipſos deploremus. Venite, & nobiſcum ipſi recolamus fratres, qua ratione iuſti quidẽ fulgebunt ſicut ſol; peccatores autem tanquam ollæ aduſtio, inuenientur: & cõpuncti corde, bonorum operum æmulationem reſumamus. Adeſte ergo fratres mei, & nosipſos per charitatem in timore confirmemus Domini, vt æternis bonis potiamur. Venite procidamus ei in compunctione, contritioneque cordis, ac ſimplicitate. Bonus quippè eſt & miſericors, ſaluatque pœnitentiam agentes. Rogemus ergo eum, vt & nos in regnum ſuum introducat. Quia ipſi debetur gloria, & adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, in ſecula ſeculorum. Amen.

2.Cor.6.11.

De Gaſtrimargiæ ſpiritu, vide in Schol.

*al. carnali ſanguinis nobilitate, &c.

Aduerſus murmura.

1.Pet.1.4.
Heb.12.
Tit.2.3.

Matth.10.
Luc.14.

Pſalm.94.

Matth.24.25.

Sap.3.
Matth.13.

Eccl.2.
Eſa.45.
Ezech.18.33.

E

SCHOLIA.

QVantopere Ephræm hic noſter in mentibus hominum ad Compunctionem excitandis laborarit, ſi aliunde, (cùm frequens quoque ſparſim, & incidenter alibi hoc agat) ſanè ex quatuor hiſce eius homilijs, quibus ex inſtituto atque profeſſo argumentum de Compunctione tractat, ac præſertim ex hac ſecunda in ordine, vbi cum ſua anima ſermonem inſtituit, eamq; magno affectu ad Compunctionẽ excitat, &c. cuius abundè conſtabit. Poſt quem, ſi fortè & alios in eandem optes videre materiam, tibi vnum Chryſoſtomum citabo, qui duos elegantes, lectuq; digniſſimos etiam De Compunctione cordis conſcripſit Libros, vnum quidem ad Demetrium, alterum verò ad Stelechium: quos in poſtrema Pariſienſi editione Tom.5. inter Didact. & parænet. reperies. Nec ſilentio prætereunda hic videtur eiuſdem Homilia, de Compunctione, & de Dauid & Achab, & in Ionam Prophetam, quæ haud parum etiam ad rem hic facit præſentem. De eodem quoque, ſi placet, vide S. Bernard. ſuper Cantic. Serm.16. vbi de quadrupli-

druplici Compunctione tractat. Et in Serm. 3. de Epiphan. Domini, cuius principium eſt: Neceſſarium vobis: &c. vbi quatuor genera lachrymarum recenſet.

Cunctos vos hortor, qui conſcientia ſcelerum angimini, ne de vobis ipſi deſperetis, &c.] *Cùm nihil æquè moliatur ſalutis humanæ inſidiatur cacodæmon, quàm homines ad peccandum pertrahere, & poſt peccatorũ ac ſcelerum patrationem miſeros in deſperationis laqueum conijcere, in hoc quippè ſolo glorians atque exultans, vt per deſperationem eos captiuos videat: ideò aduerſus deſperationem, hic Ephræm pro efficaciſſimo remedio atque antitodo, Compunctionem & pœnitentiam mox poſt commiſſa peccata, adhibendam docet, & ad Deum toto conatu recurrendum, qui verè ac ſyncerè ipſum requirentibus, mercedis retributor erit, vt latius hic ab Auctore oſtenditur. notandumq; hic locus eſt contra Deſperationem, de quo plura vide apud S. Chryſoſt. homil. 40. & 41, ad popul Antioch. quibus iſta non parum illuſtrantur.*

Si quis edacitate epuliſque delectatur, hic apertè Gaſtrimargiæ ſpiritui ſeruit, &c.] *De Gaſtrimargiæ ſpiritu, alibi ſæpius reperies apud Ephrem, & apud Iohan. Caſſian. lib. 5. per tot. ac Collat. 5. cap. 2. 3. 4. 10. 11. 20. 21. 22. 25. 26. Interpretatur autẽ Gaſtrimargiæ vocabulum, gulæ concupiſcentia ſecundùm Caſſianum lib. 5. cap. 1. & ventris ingluuies, collat. 5. cap. 2. & deſiderium gulæ, cap. 26. collat. ead. vbi inter alia dicit, quòd deſiderium gulæ, id eſt gaſtrimargia, per ſe non eſſet adeò noxia, niſi intromitteret grauiores alias paſſiones, &c.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Compunctione, Sermo III.

Pſal. 35. 41. 2. Cor. 1. Matth. 7. Luc. 6. 11. LArgitor cũctorum bonorum, ac fons ſanitatum, & theſaurus miſerationum, tu ſolus es Deus bonus & miſericors, qui ſemper bona præſtas petentibus. Et quia ipſe mecum aſſiduè immenſa tua remedia, ac dona optima, quæ ſingulis mihi diebus impertiris, experior: Propterea confidenter te Chriſte Deus meus clementiſſime, ſupplex exoro, vt gratia tua ſuper me iugiter veniat, quę mentem meam varijs diſtractam colligat, occultaque rurſus mea vulnera ſanet. Ecce enim diſtractiones atq; elationes mentis, ſemper occulta mea vulnera inſtaurãt redintegrantq́;. Pſal. 102. 140. Verùm tu Domine mitiſſime atq; longanimis, qui ſemper curas gratia & miſerationibus, ſana vt miſericors ac pius frequentes infirmitates mei peccatoris. Ego verò dignas curationibus tuis mercedes reddere prorſus nequeo Domine: Tua enim remedia atq; medicamenta, omnem æſtimationem excedũt pretij. Non cælum, non terra, pro merito tuarum curationum, dignum quid tibi retribuere poſſunt. Sunt aũt curationes tuæ bonitatis, multæ tuæ miſericordiæ. Nullo ſiquidem æſtimari vendique poſſunt pretio, remedia atque medicamenta cęleſtia & ſancta. Sed lachrymis illa Saluator, fletuque amaro indulges omnibus. Quis igitur non admiretur? Quis non obſtupeſcat? Et quis tantam clementiæ tuæ bonitatẽ non prædicet Saluator animarũ noſtrarũ? qui pro tuarũ curationũ præmio, etiam noſtras ſuſcipere dignaris lachrymas. O lachrymarũ vis, quouſq; pertingis, quæ multa cum fiducia nullis impedita retinaculis, ipſum cælũ penetras? Lachrymarum vis atque potentia. O vis lachrymarum, quæ, ſi velis, ante ſanctum atq; excelſum immaculati Domini thronum, cum gaudio adſiſtere potes? O vis lachrymarum, in cuius præſentia atque confidentia Angelorum ordines, cæleſteſque omnes virtutes ſemper exultant. O lachrymarum potentia, quomodo in ictu oculi, quaſi præpetibus ſublataq; pennis, in cælũ reuehis atque aſcendis; & poſtulata à Deo ſancto obtines? Occurritque tibi hilariter, indulgentiã ac remiſſionẽ peccatorũ deferens. Precatio Auctoris lachrymoſa. Largire igitur mihi indigno famulo tuo Domine lachrymas, illuminationẽ cordis, atque fortitudinem:, vt fontes lachrymarũ iugiter cum dulcedine fundẽs, cor meũ illuſtretur in oratione munda: vt magnum illud delictorum meorum chirographum modicis lachrymis deleatur, ignisque ardens ibi exiguo fletu exſtinguatur. Nam hic ſi peccata mea defleuero; illic inexſtinguibilem ignem euadam. Quia enim ſingulis diebus tuam Domine longanimitatẽ prouoco, ob oculos mihi & meam amaritudinem, & tuam clementiam cõſtituo. Sed meam vincit amaritudinem,

A longanimitatis ac patientiæ tuæ benignitas. Nam & aues quidem magno cum
pietatis affectu ſuos enutriunt filios; & licet ab ijs quandoque ſpernantur & irritentur,
numquam tamen illos negligunt, deſpiciuntve: quoniam pietatis affectu
ſuperantur. Quòd ſi aues ſic piè afficiantur; quanto magis tua gratia † ſanctis
miſerationibus trahitur, vinciturque Domine: vt miſerearis omnium quærentium
te? Quin & mater à ſuo deſpecta puerulo, corde tamen ideo ipſum diſerere
atque diſpicere nequit: viſceribus enim pietatis ſuperatur. Si autem & nutrix,
ſic pietatis affectu trahitur; quanto magis gratia tuæ clementiæ, animarum
amator Domine, ſuis quotidie vincitur miſerationibus, ad commiſerandum
atque ſaluandum cunctos ſemper deſiderantes te? Quandoquidem ergo ab
B impuro hoſte, qui me ſemper affligit, anguſtor: clamabo cum lachrymis die ac
nocte, tuam implorans miſericordiam, vt ab impugnationibus teliſque eius me
liberet. Quis enim poterit improbi illius conſilia conatuſque perferre, gratiæ tuę
auxilio deſtitutus Domine? In horas quippe ſingulas, cogitationibus & actibus
meam affligit animam. Verùm tua potentia Chriſte, quæ fluctibus maris imperauit,
ipſum quoque † increpet, vt à me ſeruo tuo vincatur, diffugiatque.
Singulis enim diebus ſuas in me machinas, fraudeſque renouat, dum mentem
meam captiuare ſtudet, & à dulciſſima optimaque meditatione diuinorum tuorum
mandatorum auocare. Quare gratiam tuam celeriter emitte Domine, vt
à ſeruo tuo magnum hunc draconem, cum vniuerſis cogitationibus ſuis ſordidis,
maligniſque depellat. Ipſa tua ad hoc inducaris parabola, mi Domine,
quâ dixiſti; Iudicem quemdam in ciuitate fuiſſe, qui nec Deum timebat, neque
C hominem planè reuerebatur. In eadem verò ciuitate viduam fuiſſe pauperculam,
quæ illum quotidie adibat, dicens: Vindica iam me de aduerſario meo.
Cum autem diu ille inclementer deſpexiſſet mulierem variè vexatam, præualuit
tandem viduæ patientia, ipſumque quantumuis immitem, & immiſericordem,
ad † æquitatem reuocauit. Vidua iniuriam paſſa, immiſericordem iniquumque
iudicem adit, vt ipſam de ſuo vindicet aduerſario: Ego autem longanimem
& miſericordem, benignumque meum accedo Dominum, poteſtatem in
cælo & terra citiſſimè exaudiendi habentem. Os diuinum, ſanctum, & mentiri
neſcium, Deus benedicte, atque redemptor, fac obſecro celeriter (ſicut promiſiſti)
vindictam omnium in te ſperantium, die noctuque. Ne tardes vindicare me
Domine. Ex manibus inimici eripe me, & ad te dirige: vt illo per gratiam tuam
ſuperato, te ſolum benedicam, teque ſolum glorificem ô longanimis & miſericors,
D qui omnes homines cupis ſaluos fieri. Et quia vitæ meæ tempus in vanitate
defecit & cogitationibus turpibus, dona mihi medicamentum efficax, quo
pleniſſimè ab occultis meis curer vulneribus: Et conforta me, vt ſaltem ad vnam
horam, promptè laborem in vinea tua: Nam ad vndecimam iam horam tempus
vaniſſimæ meæ vitæ peruenit. Scapham negotiationis meæ, diuinis tuis mandatis
guberna, & prudentiam mihi vili abiectoque negotiatori concede, vt negotiationem
tuam perficere poſſim, quamdiu adhuc tempus ſuppetit. Etenim nauigationis
iam finis inſtat, magnaque tempeſtas imminet, & tempus me varijs diſtractum,
ac deſidem euocat. Huc age ô piger inquit: omne lucrum negotiationis
tuæ, ex toto tempore vitæ tuæ reportatum, oſtende. Et hora mortis me terret miſerum:
Reſpicio enim opera mea, & contremiſcit mihi anima: intueor negligẽtiam
torporis mei, & exhorreſcunt oſſa mea. Separationis enim hora mihi ante
oculos venit, & ex eius conſideratione vehementer timeo. Quin & pro gaudio,
metu corripior, dum me opera gaudio digna non feciſſe cerno. Magnus enim pauor
eſt, mortis tempore, omnibus peccatoribus mei ſimilibus: Rurſuſque ingens
gaudium eſt, dum anima à corpore ſeparatur, vniuerſis iuſtis, cunctiſque virtutis
ac pietatis athletis. Magnus item ſeparationis tempore, dolor atque triſtitia eſt
cunctis imparatis, atque torpentibus; dum ſuæ reminiſcuntur negligentiæ, totiuſque
retrò temporis vitæ, adeò negligenter tranſacti. Grauiterque tunc
cordis dolore excruciatur, qui hic dum viueret, ſalutis ſuæ curam neglexit;
adeò quidem, vt etiam pœnitentiæ eius cruciatus, ipſum quoque mortis ac
ſeperationis timorem excedat. Contra verò, iuſti & ſancti pietatis atque religionis
athletæ, in hora mortis ac ſeparationis exultant, cernentes ante oculos

Ab exemplo.

†al. multis miſerationibus, &c.

al ſuis miſerationibus, &c.

A minori ad maius.

Matth. 8.

†al. increpabit.

Luc. 18.

Ibidem.

†al ad ſui defenſionem permouit.

1. Tim. 2.

Matth. 20.

Matth. 25.

Verba animæ compunctæ.

Anthitheſis grauis, & ſententioſa.

magnum illum ſudorem atque laborem ſuorum certaminum, vigiliarum, & orationum, ieiuniorum, & lachrymarum, humi cubationum, ac ciliciorum. Exultat illorum anima, ex corpore ad requiem commigrare incitata. Formidabilis item eſt mortis præſentia omnibus peccatoribus, laxeque ac molliter viuentibus; & quibus in hac vita vaniſſima, ſe puros integroſque ſeruandi, nõ fuit cura. Dolorq; vehementiſſimus, ſeparationis tempore peccatorem occupabit, quando neque omnino quid loqui licebit, & ſeueriſſimum præceptum egredi hora illa vrgebit.

Apoſtrophe ad ipſam animam.

Heu heu ô anima, quamobrem nunc vitam ſalutẽque tuam negligis? Cur alijs diſtracta, ita otioſè dies vniuerſi temporis tui tranſigis? Ignoras, repẽtinam ac ſubitaneam fore vocationem tuam? Quid obſecro illic tunc actura es; ſi hîc ita iam fueris negligens? Ante tribunal tremendi iudicis, quid pro excuſatione tua habebis quod reſpondeas? Quomodo ſubrepat tibi inimicus tuus, non intelligis miſer? Et quomodo tibi diuitias cæleſtes indies furetur, neſcis ô diſtracte ac negligens?

1. Pet. 5.

Sobriam te præbe ac vigila, belli tempore, ô anima. Precibus intenta eſto, cum lachrymis ora, & ad Deum cum cordis dolore exclama: & ſtatim tibi in auxilium mittet Angelum miſericordem, qui te ex ipſo belli periculo liberet, & à confuſione inimici. Diligenter cura, ne ſeparationis hora, in triſtitiam incidas ac gemitum, inutiliterque plores in æternum. Et venient cuncta in mẽtem tibi hora illa, diceſque intra teipſam, acri dolore concitata: Omnia iſta ego quotidie mente reuoluebam, mihique ipſe ante denuntians, dicebam: Percurram dies meos quibus in terra ſum vt vltrà non peccem, neque iterum à diuinis mandatis excidam; ſed cum alacritate magna, quæ ipſi placent, peragam ſemper. At nunc inanis, abſque vllo penitus boni operis merito, reperior. Ad te ipſam ô anima reuertere, aſſiduè decerta, ſemperque time:

Matth. 24. 25.
Luc. 12.

Deum tuum concupiſce, illique per bona opera obſequere, vt cùm mortis hora, ſeparationiſque tempus aduenerit, te paratam, magno cum gaudio, exſpectantem ipſum, inueniat. Intellige, ô anima, inſtitutum tuum, Deique vocationem. Non enim liberum animum, cunctis rebus terrenis liberatum, contriſtat angitq; migrationis hora.

Pulchra mortis conſideratio.

Sed mors hominem deſidia torpentem, & peccatorem contriſtat. Contriſtat remiſſum ac negligẽtem, & quæ Deo placent, omittentem. Contriſtat multa poſſidentem, qui curis & negotijs ſecularibus ſuam deuinxit animam. Contriſtat & opulentum, quòd eum licet inuitum, ab hac vita ſeparet. Contriſtat etiam patres, quòd à chariſſimis eos liberis ſegreget. Contriſtat mundanum, quoniam diuitias ſuas deſerit. Cõtriſtat & fratres, quoniam cum luctu eos ab inuicem diuidit. Omnes iſti ſuperueniẽte mortis hora contriſtabuntur, quoniam ſeculi rebus nimium diſtricti fuerunt.

Apoſtrophe ad ſuam animam.

At tu quare triſtaris, & ingemiſcis ô anima, mundo libera, ſeculique rebus exuta? In libertatem vocata, in ea ſic ſemper permane, & in via Dei generosè perge, alacriter quæ ipſi ſunt placita perficiens. Quòd ſi Deo, ex toto corde & anima adhæreas, nunquã mortis horam reformidabis: quin & ipſa mors, migratioque de corpore, tibi potius gaudio futura eſt.

Precatio.

Salua me patiẽs, & longanimis Domine. Salua me Fili Dei, qui ſolus ſine peccato es Chriſte. Et concede mihi Saluator, æternæ vitæ meditationem; vt præter eam, aliud nihil in corde meo vmquam habeam, tuamque voluntatem, cooperante mihi peccatori gratia tua, perficiam ſemper, promptuſque reddar, ad beneuolè tua mandata exequenda,

Matth. 25.
Luc. 19.

vt rectè in pecunia abs te Rex cæleſtis accepta, negotiari queam, peractaque bona negotiatione in tuo agro Saluator, laudem abs te, ô Domine, conſequar, dicamque cum fiducia & gaudio cordis, dum veneris Domine: Beatus ſum, quia veniſti Domine, vt induas me veſte digna nuptijs ſponſi immortalis, quam tua ego acquiſiui gratia.

Matth. 22.
Matth. 25.

Accendam & lampadem, quam mihi tua Chriſte largita eſt gratia atque benignitas. Egrediarque cum gaudio obuiam tibi, collaudans ac benedicens, glorificanſq; ſponſum immortalem: vt iuſtorum atque Sanctorum, qui tibi placuerunt, fieri merear particeps, in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA.

HIc tertius à nobis in ordine Sermo de Compunctione poſitus eſt, iuſta ſeruata œconomia atq; diſpoſitione, ſi eorum quæ tractantur in ſingulis habẽda ſit ratio, & reſpectus ad inuicẽ. Cùm enim prius multum

A *multum ſe cum anima ſua occuparit, vt eam compunctam, Deoq́; gratiorem redderet: hic ſe totum ad*
miſericordiſſimum conuertit Dominum, pias ei preces cum lachrymis offerendo; & vt illæ omni tempore
ipſi præſto ſint, quibus & delicta abluere, & Dominum placare poſſit, humiliter orat & obſecrat. Multaq́;
in laudem & vtilitatem lachrymarum, inter alia hic affert: quod idem facit & copioſè in Sermone
immediatè ſequenti ſi vſquam alibi. Reliqua in progreſſu videbis Oration.

Tua enim remedia Domine omnem ęſtimationem excedunt pretij, &c.] *Cauſſam reddit, cur*
dixerit ſe dignas curationibus Chriſti Domini non poſſe referre mercedes: quòd ſcilicet ea (vt dicit) nullo
planè æſtimari aut comparari queant pretio. Confirmatq́; hoc ipſum argumento à maiori, hoc pacto:
Non cælum, non terra pro merito tuarum curationum dignè retribuere poſſunt; quomodo ergo ego peccator
dignum quid tibi, æquiualensq́; referre potero? Poſtea, quæ & qualia ſint iſta Saluatoris remedia atque
curationes, pulchrè demonſtrat, ibi: Sunt autem curationes tuæ bonitatis, multæ tuæ miſericordiæ,
&c. quæ etiam quomodo à peccatoribus obtineri poſſint, cuiq; ob oculos ibidem ponit.

O lachrymarum potentia, quomodo in ictu oculi, præpetibus ſublata pennis, in cælum aſcendis,
B &c.] *Hoc ipſum & Chryſoſt. affirmat Lib. 2. de Compunctione cordis Tom. 5. vbi quo pacto Compunctio*
animæ alas adnectat, quibus in cælum aſcendat, eleganter oſtendit, dum eam ibi cum delitijs corporis
confert, eaſq; animæ plumbi pondus imponere, & in infernũ demergere dicit, illam autem animæ alas
adnectere, & in cælum euolare facere, &c. de quo, alibi pluribus apud S. Ephræm.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Compunctione, & ſalute animæ, Sermo.

VEnite cuncti fratres, bonum à me peccatore Ephræm conſilium
C accipite; quandoquidem iam nos occupat, ô fratres mei, dies illa
magna atque terribilis: & nos chariſſimi, ſoluti cura vagamur
animo. Cùm dies interim noſtri velut vmbra fugiant, & non aduertimus Iob. 14.
quantopere prætereant, iuſtuſque Iudex quantum appropinquet.
O quantum requiremus tempus malè à nobis
impenſum; ludentes atque ridentes, & mente huc atque
illuc euagantes, & non inueniemus. O quantum plorabimus & flebimus ibi, Matth. 8. 24.
pro quibus illudimus hîc atque ridemus. O quantum ſuſpirabimus, dentibuſque Apoc 5. 7. 17.
ſtridebimus; quando coronatos & gloria decoratos inſtar agnorum, videbimus
eos, qui nunc pro Chriſti nomine ſuſpiria edunt, laboreſq; exantlant in
oratione & ieiunio. O quantum lugebimus, pectuſq; percutiemus, contemplantes
in gloria multa, eos, quos hîc pro nihilo frequenter reputauimus. Quantum ô Sap. 3. 5.
D fratres mei chariſſimi, clamabimus, & obſecrabimus pro miſericordia, & non erit Apoc. 2. 10.
qui miſereri poſſit: quoniam tempus pœnitentiæ aliud agentes, perperam conſumpſimus;
nec aliud pœnitentię tẽpus nobis erit reliquum. Hoc pœnitentiæ tẽpus
exiſtit, illud defenſionis, hoc ſeminandi, illud metendi. Quapropter & Apoſtolus
ait: Nolite errare; Deus non irridetur. Quę enim ſeminauerit homo, hæc & Gal. 6.
metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. qui
autem ſeminat in ſpiritu: de ſpiritu metet vitã æternã, in futuro nimirũ ſeculo.
Vnuſquiſq; autem fratres, cõſideret quomodo ſeminet, & quid ſeminet, & vbi; in
carne, aut in ſpiritu. Quoniã de ſpiritu metet vitam æternã. Beati qui ſeminant in Ibidem.
E lachrymis: in exultatione enim metẽt ibi, in hora meſſis. Attẽdite fratres, & ſcripturæ Pſalm. 13.
memineritis: Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemẽ ſuum. Et quis exijt, ac ſeminat? Matth. 13.
Bonus pater familias, Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Sed quid ſeminauit?
Verbum Euangelij, ſancta ſua præcepta. At vbi ſeminauit, & in qua terra? in cordibus Ibidem.
hominũ, per vniuerſum terrarũ orbem. Sed nõ omnes obediunt Euãgelio,
neq; omnes faciunt noualia, vt vbi ceciderit ſemen, fructificet: verũ in terra inculta, Pſalm. 18.
& inter ſpinas ſuſcipiunt verbum; atque inter curas, & diuitias, ac voluptates Rom. 10.
ſeculi, ambulantes ſuffocant illud, & nõ profert fructum. Vos autẽ chariſſimi, Matth. 13. & Luc. 8.
corda veſtra ad ſuſcipiendum Euangelicum verbum præparate; & nequaquam Natth 6 &
mentem veſtram ſuffocabit ſolicitudo nimia vani ſeculi huius. Non ob delitias, Luc. 12.
ſed neceſſitatis cauſſa, currite. Si quæ ſunt ſatis tantũmodo perſequamini, nõ erit
quod multũ laboretis: ſin delitias conſectamini atq; diuitias; hic iã labor varius, Rom. 14.
& curſus inſtabilis, tribulatio infinita, & vita anxietate plena. Porrò vnum eſt 1. Tim. 6.

neceſſa.

neceſſarium,vt ait Dominus: verumtamen iſta aliquatenus oportebat facere,
Luc.10. propter ipſam corporis neceſſitatem,& illa aſſiduè,ob ſalutem animæ. Cum nihil
Matth. 6.16. ſublimius ſit anima,cuius cauſa fratres curamus', ſolicitique ſimus ac præparemur
Luc. 12. quotidie. Ne in corpore curando vniuerſum vitæ tuæ tempus conſumas:
ſed quandocunque corpus eſurit,& delitias appetit,cogita tunc & animam tuam
ſuo cibo refocillari velle. Et quemadmodum corpus niſi pane ſuſtentetur, viuere
Nota. nequit: ita & anima, niſi ſpiritali alimento reficiatur,mortua eſt. Ex duplici
ſiquidem parte conſtituitur homo,ex anima ſcilicet & corpore. atque ideo dicebat
Matth.4. Saluator: non in pane ſolùm viuit homo. Quare tu vt bonus diſpenſator,
Luc.4. animæ cibum præbens ipſi animæ,& corporis, corpori: non ſolùm corpus, ſed &
animam nutries atque fouebis, eamque minimè deſolatam atque famelicam relinques.
Epheſ.5. De qua,ac quali quidem anima,ait Apoſtolus: quæ in delitijs eſt viuens,
Anima quibus mortua eſt. Caue igitur, tuam à gula animam interimi permiſeris: Sed nutri ac
nutrienda ſit. foue illam in verbis diuinis,in Pſalmis & hymnis,& canticis ſpiritalibus,in lectionibus
ſacrarum ſcripturarum,in ieiunijs,in vigilijs,in lachrymis, in ſpe ac meditatione
futurorum bonorum,ęternorum,& incorruptibilium.Hęc & his ſimilia,
nutrimentum,ac vita ſunt animæ:potiſſimum verò lachrymæ propter Deum
Pſalm. 41. diſtillantes,panis ſaluſque animæ,exiſtunt. Iccircò & magnus Propheta Dauid
Ab exemplo dicebat: Fiant mihi lachrymæ meæ,panis,die ac nocte. O felicem animam Prophetæ
Dauid. Dauid,ſi quis nutriretur lachrymis.Beatus hic ac ſanctus & irreprehenſibilis
Propheta,manſuetiſſimus,ac receptaculum Spiritus ſancti, dies noctesq́; in
lachrymis tranſegit: Nos autem,qui infinitis malis ſumus obnoxij, ne ad vnam
quidem horam compungi,ac pœnitere volumus. Ille,forma nobis datus eſt &
exemplum,& pœnitentiæ via:quare imitemur eum fratres,in lachrymis,in Pſalmis,
Pſalm.38. & ieiunijs. Ille etenim lachrymas præmittens, magnamq́ue fiduciam habens,
audacter valde ad Dominum dicebat: Lachrymas meas, ne ſileas. Quòd
ſi tanta eſt fiducia, ac libertas flentis: beatus homo, qui lachrymas fundit propter
Ibidem. Deum,præmittitq́ue illuc;vti cum ſancto Propheta Dauid, confidenter clamare
Pſalm. 6. poſſit ad Dominum,dicendo:Lachrymas meas ne ſileas.Propheta namque
Pſalm.38. ille ſanctus,vidit ſe tutò illuc præmiſiſſe lachrymas; etenim per ſingulas noctes
Pſalm. 19. ſtratum ſuum lachrymis rigauit, & iccirco cum fiducia clamabat: lachrymas
Iob 10. meas ne ſileas. Noui inquit Domine, quòd iuſtus ſis Iudex,& non eſt in te iniuſtitia.
Rom.2.3. & 2.Tim.4. Noui quòd nullus ſit, qui de manu tua poſſit eruere. Noui quod iudicaturus
Matth.8. 24. venies orbem terrarum.Noui benigniſſime Deus,quòd ab Oriente & Occidente,
Ioel.2.3.&c. ab Aquilone & Auſtro, omnes gentes,& vniuerſa natura humana coram
Pſalm.38. tremendo tuo tribunali adſiſtent, vt iudicentur,examinenturq́ue omnes, ac referat
Ezech.18.33. vnuſquiſque ſecundum opera ſua. Atque ideo ad te clamo: lachrymas meas
ne ſileas. Noui enim quòd ſi lachrymarum mearum memor fueris,iniquitatum
mearum non recordaberis; cùm vel perexigua lachryma, multa poſſit abolere
peccata: & ideo tuam exoro bonitatem, vt lachrymas quoque meas in medium
Dan.7. adducas. Quando igitur poſiti erunt throni,& iudicium ſedebit,aperiēturq́ue
libri,& vniuſcuiuſque actiones,& opera publicè ab Angelis atque Archangelis
legentur:tunc lachrymarum mearum memineris,vt iuſtus iudex. Ne in medium
protuleris iniquitates meas, & lachrymas meas ne ſileas: ſed lachrymarum
mearum,in hora illa recordare,vt cum fiducia ad tribunal illud tuum formidabile
accedere poſſim. Quicunque enim lachrymas illuc præmiſerit,confidenter
ad iudicium tuum accedet.Noui quantum apud te valeant lachrymæ.Noui tuam
erga homines liberalitatem. Noui tuam bonitatem. Noui tuam indulgentiam.
Noui tuam longanimitatem.Noui tuam clementiam.Noui pietatis tuæ viſcera.
Noui immenſas tuas commiſerationes.Noui ineffabilem tuam miſericordiam.
Pſalm.50. Noui Domine,noui inquam, nec abſcondo: incerta enim & occulta manifeſtaſti
Luc. 7. mihi.Noui quomodo peccatrix illa illachrymans,iuſtificata ſit,& immaculatos
Matth.26. pedes tuos contingere meruerit.Noui quomodo princeps ac vertex Apoſtolorum
Deut.4.34. Petrus flens amarè,veniam impetrarit,ac coryphæus permanſerit. Noui
Pſalm.85. 102. 144. quòd non ſit Deus alius præter te, miſerator & miſericors,& iuſtus. Miſerationes
enim tuę,ſuper omnia opera tua. Miſereris,quia cuncta potes. parcis cunctis,quia
Matth. 12. cuncta tua ſunt Domine, vitæ ac animarum amator. Noui quòd & de omni verbo

otioſo

A otioſo daturus ſit rationem omnis homo: quoniam cogitatio hominis confite-
bitur tibi. Horum omnium per Spiritum ſanctum pręſcius, ad te clamo Domine: Pſalm. 75.
lachrymas meas ne ſileas. Vides Prophetæ ſapientiam? Cernis veram illius pœ- Pſalm 38.
nitentiam? Cernis feruentiſſimam fidem? Vna nocte peccauit, & per ſingulas no- 2. Reg. 11 12.
ctes fleuit, ac vigilauit, lectum rigarit, & vulnus eluit, lachrimarumque virtute Pſalm. 6.
effectus eſt beatus. O lachrimarum virtutem ad cælos vſque pertingentem, &
magna cum fiducia, abſque impedimento ingredientem. O lachrymarum vir- Lachrymarum
tutem: quandoquidē & vniuerſę virtutes cæleſtes tuam poteſtatem admirantur. vis maxima.
O virtutem lachrymarum, quanta potes: tu ſi quidem diuino adſiſtis throno, in
gaudio. O lachrymarum virtutem, quæ ab inferis ad cęlos vſque reducis deſide-
rantes te. O virtutem lachrymarum, quæ medicinalis officina es peccatorum.
B per te peccatores efficiuntur beati, vnde & Dominus noſter, beatos tales prædi-
cat, dicens: Beati qui nunc fletis, quoniam ridebitis, in futurum ſcilicet. Non
quidem dixit beatos illos, qui deflent mortuum, aut damnum domus, aut neceſſi- Matth 5.
tatem, aut quid aliud ſeculi huius: ſed beati, inquit, illi, qui lugent de peccatis ſuis. Ibidem.
Nunc enim ad modicum tempus plorant: illic autem in ſempiterna conſola-
buntur ſecula. O quantum gaudium eſt in cęlis, ſimulac peccator in terra lachry- Luc. 15.
mas profuderit, malamque peccandi conſuetudinem abiecerit, ac peccatum ode-
rit, dicens: Iniquitatem odio habui & abominatus ſum, & ab omni via mala pro-
hibui pedes meos. O quantus rurſum dolor erit in cęlo, quando homo qui abre- Pſalm. 118.
nuntiauerit Sathanæ & operibus eius, coniunctuſque Chriſto, iterum conuerſus Iſa 42.
fuerit retrorſum, oblitus pactorum: & inhæſerit antiquis, quibus ſe rectè addica-
C uerat. Quid autem ſibi vult aliud, conuerti retrorſum; niſi gentilium & infideliū
aſſumere formas ac dicta, quæ vſurpabat priuſquam renuntiaret?

SCHOLIA.

INter quatuor iſtas, De Compunctione Homilias, quas hîc iam ordine ſuo debito coniunctim poſuimus,
cum anteà abſque vllo ordine ſeparatim in alijs atque alijs manuſcript. Græc. reperirentur, videtur
hæc quarta atque poſtrema non parum mihi redolere aureum illum ſtylum S. Chryſoſtomi. Quia tamē
ſub nomine S. Ephræm, eam inter alia eius monumenta manuſcripta repperi, non auſim alteri potius quā
illi cuius titulum gerit adſcribere; cum etiam quòd magnum atque ardentem ſpiritum Ephræm referat,
frequentibuſq; eius aphoriſmis, ac ſententioſè dictis abundet.

D Neque omnes faciunt noualia, vt vbi ceciderit ſemen fructificet, &c.] *Hæc per allegoriam acci-*
pienda videntur, ducta metaphora ab agricolis, qui agros de nouo proſcindere & excolere ſolent. Quem-
admodum enim in agris tum fieri noualia dicuntur, quando iterum ad cultum rediguntur, & ad ſemi-
nandum aptantur, (hoc autem an ſingulis annis, an alternis, iam hîc non diſputo:) ita in cordibus quoque
hominum noualia fieri cenſentur, quando denuò ſemini, hoc eſt, verbo Dei ſuſcipiendo præparantur. Quod
ergo hîc dicit Auctor, non omnes facere noualia, vt vbi ceciderit ſemen fructificet, &c. hoc de cordium ſe-
mine intellige, quaſi dicat: non omnes renouant, excolendoq; præparant corda ſua, vt verbum Dei, ſan-
ctaq; ipſius præcepta, in ijs tamquam in terra bona & culta ſeminari cum fructu poſſint. Ideoq; addit: Vos
autem chariſſimi, corda veſtra præparate, & nequaquam mentem veſtram ſuffocabit ſolicitudo vani ſe-
culi huius &c. alludendo ad verba Matth. 13. & Marc. 4. ac Luc. 8.

O felicem animam Prophetæ Dauid, ſi quis nutriretur lachrymis.] *Sic ad verbum hîc eſt in Græ-*
E *co textu S. Ephræm: Quæ tamen ne cui fortè duriuſcula videatur lectio, poſſet fortaſſe mitigari & accom-*
modatior propoſito reddi, ſi pro (εἴ τις, ſi quis,) legeretur: ὅστις ἐτρέφετο, vt ſit ſenſus: qui nutriretur: vel, qui
nutriebatur; referendo hoc ad ipſum Dauid, cuius animæ felicitas prædicatur, quòd lachrymis nutrire-
tur. Poſſet tamen prior lectio Textus etiam per comparationem à minori explicari, hoc modo: Si quis nu-
triretur lachrymis; felicem ſanè animam Prophetæ Dauid, quòd ſcilicet multo amplius ijs nutriretur;
&c. Vel, vt eum eiuſmodi legatur interpunctione: O felicem animam Prophetæ Dauid. Si quis
nutriretur lachrymis; Beatus ſanè hic Propheta dies noctesq; in lachrymis tranſegit,
&c. quaſi diceret: ſi quis alius nutriretur lachrymis; Propheta ſanè Da-
uid maximè, ſecundum illud: Fiant mihi lachrymæ
panis die ac nocte, &c.
Pſalm. 41.

EIVSDEM

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Pœnitentia. Sermo Primus.

DOminus noſter, qui è ſinu Patris deſcendit, nobiſq́ue factus eſt via ſalutis, ipſe nos beata ac diuina illa ſua voce de Pœnitentia inſtruit, dicens: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Et rurſus: Non indigent qui ſani ſunt, medico, ſed qui malè habent. Si hæc ego dixero, nolo me audias; ſi verò Dominus illa dicat; quare contemnis, & vitam tuam negligis? Quòd ſi inſanabilium tibi conſcius ſis vulnerum, cogitationum, & actuum in te latentium; quare occulta illa tua vulnera negligis, nolens ea medico, vt cureris, oſtendere? Quouſque propria cogitatione diſtractus, negligis vulnus tuum, vt amplius putredine repleatur inſanabili? Quamobrem chariſſimè, teipſum odio habens, reſpuis liberari ab occultis vulneribus tuis? Quid times medicum? Non eſt durus? neque verò immitis atque immiſericors. Non vtitur ferro, ne medicamento quidem auſtero vel cauterio: ſolo verbo ſanat. Si ad eum accedere velis, omnibus bonis † abundans eſt, & miſericordia plenus. Propter te ex ſinu Patris aduenit, & propter te incarnatus eſt; vt ad eum ſine timore & vacillatione accedas. Propter te factus eſt homo, vt te à grauibus tuis vulneribus liberet: & cum multa dilectione, omniq́ue bonitate, te ad ſe vocat. Accede peccator, & ſanaberis facilè: abs te pondus peccatorum proijce; preces offer, & lachrymas putredini vulnerum tuorum impone. Hic enim medicus cæleſtis, & bonus Deus, lachrymis atque gemitibus vulnera curat. Accede peccator ad bonum hunc medicum, & pro optimo medicamento lachrymas offer. Sic enim vult cæleſtis medicus, vnumquemque ſuis ſanari lachrymis. Nullius eſt negotij, lachrymis curari: hoc enim medicamentum non ſtrictius deuincit, neque exacerbat vulnus, ſed breui te compendio & ſine moleſtia ſanat. Tuas exſpectat medicus videre lachrymas, accede & noli timere. Oſtende ei vulnus, & pro medicamento lachrymas ac gemitus offer. Ecce enim oſtium pœnitentiæ apertum eſt, feſtina peccator, priuſquam illud occludatur. Non exſpectat ad tuam negligentiam tempus; vt neque ipſum oſtium, te ſegnem & deſpicientem cernens, tuum ſemper contemptum ſuſtinebit. Quare tuam odiſti vitam miſer? Quid præſtantius tua anima, ô homo infelix? At tu eam, ô peccator, ſpernis. Ignoras dilectiſſime, qua hora cæleſtis medicus oſtium medicinæ ſuæ occludi iuſſurus ſit. Accede obſecro, feſtina vt cureris. Gaudium ex tua conuerſione afferre velis cæleſti exercitui. Sol iam ad veſpertinam inclinat horam, & propter te adhuc exſpectat, vt ad manſionem occurras. Quouſque inimicum tuum immundum perfers? Quouſque aduerſario tuo impuriſſimo conſentis, impudenter eius voluntatem perficiens? Ille enim te quærit in ignem æternum proijcere: hoc eius eſt ſtudium, hoc ipſius munus, quod ſuis largitur amatoribus. Ipſe concupiſcentijs ſuis peſſimis & immundiſſimis, continuum cum omnibus hominibus bellum gerit. Ipſe rurſus ſceleſtus aduerſarius, in deſperationem perducit obedientes ſibi. Indurat eorum cor, & exſiccat lachrymas, vt nõ compungatur omnino peccator. Fuge hunc ô homo, odio & abominationi blanditias eius habe. Deteſtare malignum, & fuge doloſum: homicida enim eſt ab initio, vſque ad finem. fuge ipſum ô homo, ne te interficiat. Audi dilectiſſime beatam illam vocem Domini aſſiduè dicentis: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos † requieſcere faciam in regno meo. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Requiem dicit, & vitam tibi promittit. Quid negligis ô homo? & cur differs de die in diem? Accede, ne timeas; bonus & miſericors eſt, diues & nullius indigens Dominus noſter: non requirit chirographum omnium peccatorum tuorum. Perfugium à cunctis vitijs ipſe eſt, ſanat vulnera, do-

* Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.

Ibidem.

Luc. 7.

† al. plenus bonitate eſt & miſericordia.

Lachrymarum præſtantia atq; vtilitas.

Matth. 25.

Luc. 15.

Matth. 25.

Aduerſarij conatibus non cõſentiendum.

Ioan. 8.

Matth. 11.

† al. ego vos reficiam, &c.

Eccleſ. 5.
Rom. 10. &
Epheſ. 2.

natq́ue

A natque vitam ſine inuidia, vt benignus medicus. Suſcipit facilè coram ipſo procidentes;
quandoqurdem Deus magnus, & præcognitor futurorum eſt, ſciens vniuerſas Sap. 8.
cogitationes noſtras, quando quis ad eum adorandum accedit, vt ſanetur. Pſalm. 7.
Videt cor eius, omneq́; propoſitum accedentis ad ipſum, & quòd immutabilem
piamq́ue cogitationem habeat accedens. Tunc benigniſſimus Deus, ob magnam Hierem. 29. 31.
ſuam bonitatem protinus ab inquirentibus ſe inuenitur: & priuſquam homo oculos Sap. 6.
ad Deum attollat, dicit ipſi; adſum. Et antequam ad eum accedat, theſaurum
coram loquente, & ſe inquirente, aperit. Priuſquam effundat lachrymas,
miſerationum ſuarum theſauros effundit ſuper eum. priuſquã ipſum imploret,
reconciliatur ei, & priuſquam ipſum oret, miſericordiam ab eo conſequitur.
Charitas enim Dei ſic requirit, & ſic vult. Et qui in veritate accedunt ad eum,
B non cunctatur audire. Neque rurſus accedenti ad ipſum improperat, dicendo:
Cur tanto tempore ſeruiſti inimico, me autem Deum tuum, volens ſpreuiſti?
Non quærit præteriti temporis quantitatem, ſed tantummodò humilitatem, lachrymas,
ac gemitus ſibi procidentis intuetur Dominus. Et quia futurorum præſcius Sap.
eſt, quippè Deus & creator noſter, è veſtigio cuncta peccata noſtra, & offenſiones
cogitationum & actuum remittit: primamq́ue ſtolam afferri ei iubet, cum Luc. 15.
annulo etiam in manu dextera; omneſque Angelos ſibi gratulari præcipit, ſuper
anima iſta peccatoris inuenta. Beati enim nos cuncti ſumus homines, qui Dominum Pſalm 102.
adeò habemus bonum, dulcem, malitiæ immemorem, benignum, pium, Rom. 2.
miſericordem, & longanimum, ſemper iniquitates noſtras, ſi tamen ipſi voluerimus,
remittentem. Ecce enim hortatur. Ecce longanimiter ſuffert. Ecce cuncta
nobis bona ſua largitur in hoc ſeculo, & in futuro, ſi voluerimus ipſi. Venite Matth 14. 26.
C ergo, obſecremus, quandiu in præſenti vita tempus nobis ſuppetit. Donec enim Marc. 13. 14. 1. Pet. 4. 5.
hic ſumus, ſemper Deum exorare atque placare poſſumus. Facilè nobis eſt indulgentiã
depoſcere, opportunum nobis tempus eſt ianuam miſericordiæ eius pulſare. Sap. 5.
Fundamus lachrymas, quandiu tempus eſt ſuſcipiendi noſtras lachrymas, ne 2. Cor. 6.
abeuntes in ſeculum illud, abſque fructu & vtilitate vlla plangamus: ibi enim
pro nihilo ducentur lachrymæ. Quantum hic voluerimus, tantum benigniſſimus
remittet Deus: Hic enim nos obſecrantes audit. hic nobis ſupplicantibus ſibi,
remittit. Hic noſtra peccata & iniquitates, nobis reſipiſcentibus, delet. Hic
oratio & obſecratio, ibi verò eſt vltio. Hic remiſſio, ibi inquiſitio. hic longanimitas, Antitheſis grauiſſima.
ibi ſeueritas. hic indulgentia, ibi accurata exploratio. hic voluntatis libertas,
ibi iudicia. hic ſecuritas, ibi anguſtia. hic voluptas atque fruitio, ibi tormenta
D & egeſtates. hic riſus, ibi verò luctus ac gemitus. hic negligentia atque incuria,
ibi autem ſupplicium. hic contemptus, ibi ignis ſempiternus. hic ornatus
veſtium, ibi † vermis non quieſcens. hic elatio, ibi humiliatio. hic rapinæ, †al. ibi tormentum & vlulatus.
ibi dentium ſtridor. Hic cuncta deaurata, ibi tenebrarum caligo. hic deſidia,
ibi nulla delictorum venia. Atque omnia iſta ſcientes, fratres mei dilectiſſimi,
cur noſtræ ſalutis adeò ſumus ignaui? Non igitur mens noſtra, fratres, in amore
atque dulcedine rerum terrenarum defixa hæreat; ne planctus ibi noſter amatus
fiat. Quamobrem ſanari contemnimus, quamdiu tempus adhuc ſupereſt? per Iſa. 49.
modicas lachrymas exiguo hoc tempore, ac per pœnitentiam remittit benigniſſimus 2. Cor. 6.
Deus cuncta peccata noſtra. Plange hic modicum, ne plangas ibi in
E ſecula ſeculorum; & ne humilieris in tenebris exterioribus. Gratus hic eſto: Matth. 25.
ne ibi in ignem proijciaris inexſtinguibilem. Quis nos non lugeat, & quis
non defleat? odio habentes vitam, mortem diligimus. Tecum ipſe reputa
frater chariſſime, & quæ potiora atque vtiliora animæ tuæ ſunt, vide, ac tibi
delige. Quę enim tibi difficultas eſt, vt de peccatis in hac vita lugeas, &
pœnitendo melior factus hic obſecres, potiùs quam vt ibi in igne æterno, abſque Luc. 12.
aliqua vtilitate plangas? hic enim lachrymis indulgentiam, conſolationemq́ue Coloſ. 4.
omnem adſequeris: ibi autem quamuis lachrymeris, ſupplicium conſequeris,
& ad pœnam perges, ob decem millium talentorum debitum. At tu Matth 18.
parum quid, in hac vita perſolue; rogando Dominum, vt tibi animæ tuæ debita Luc. 16.
remittat. Si autem hic nolueris ex multis pauca reddere; ibi multis adhibitis
cruciatibus, omne tuum debitum perſoluturus es. Atque iſta veſtrę charitati,
fratres Deo deuoti, dico; non quòd ego dignus ſim, & à ſorde in hac vita mundus,

dus, purè viuens: Sed ex multo dolore ac triſtitia, tribulationeque cordis iſta commemoro, aſſiduè mecum cogitans, quid nobis immineat, dum interim nos negligenter viuimus. Ego autem † hic fratres, immundus ſum, & impiè viuo, actu & cogitatione, nullius boni prorſus mihi conſcius: quin & nunc, & ſemper peccator ac remiſſus, voluntati meę deſeruio. Atqui hæc ideò charitati veſtræ dico, quoniam dolore cordis mei ſemper angor, ob futurum Dei iudicium horribile. Omnes enim contemptores ſumus perpetuò, exiſtimantes nos in hoc ſeculo vano victuros in æternitatem: cùm ſeculum hoc tranſeat, & cuncta quæ in eo ſunt. Et nos dilectiſſimi, rationem de his omnibus ſumus reddituri, tamquam ſcientes bona, & facientes mala. hicque contemnentes, ibi cruciabimur; quoniam dilectioni Dei, & regno eius prætulimus terram, & omnia quæ in ea ſunt. Aurum & argentum non liberabit nos ab igne illo formidabili. Veſtes & delitiæ, in noſtram condemnationem reperientur ibi. Frater ibi proprium non liberabit fratrem, neque pater viciſſim ſuum filium: ſed ſtabit vnuſquiſque in ordine ſuo, in vita, & in igne. Multi ſunt ſancti, iuſti, ac pij deſerentes mundum cum actibus eius, qui pręclaro inſtituto atque conſilio liberæ voluntatis, bonaque ſpe præceptis Dei obtemperantes, confidunt ſe diuinis fruituros bonis in paradiſo delitiarum: Chriſtum enim expetentes, omnibus corruptibilibus prætulerunt ipſum. Quapropter etiam quotidie in Deo exultant, & in Chriſto illuminantur, ac in Spiritu ſancto conquieſcunt, indeſinenter gaudentes. Exultat in eis ſanctiſſima Trinitas. lætantur ſuper eos Angeli & Archangeli. congaudet ſuper eos delitiarum paradiſus. Verè ſunt hi laudabiles, glorioſi, atque beati per omnia: quoniam Angeli & homines beatos eos prædicant, quòd Dei dilectionem vniuerſo prætulerint mundo. Et Deus ſanctus, iuſtus, & verus, largitur eis cæleſte ſuum regnum, maioremque ijs gloriam donat, vt videant ipſum cum ſanctis Angelis ſemper in gaudio. At multi ſunt homines, qui terrena appetunt, & corruptibilia mundi, quorum mens ſemper in corruptibilibus defixa hæret; & propemodum vt animantia rationis expertia, ciborum ſaturitate, ſua nutriunt corpora, quaſi immortalem, hanc vanam ſibi vitam ducerent. Quid agis homo? quid vitam vt rationis expers traducis? Prudentem atque intelligentem, & diſcernendi compotem te creauit Deus. Ne ſimilis fias tua imprudentia, dementiaque iumentis inſipientibus. Modicum ſaltem vigila, ô homo, teipſum recollige, & agnoſce vt ſapiens, quoniam propter te Deus excelſus de cælo deſcendit, vt te ex terra in cælm eleuaret. Ad nuptias cæleſtis ſponſi vocatus es, quid contemnis, & quorſum hæſitas? Quo pacto ad nuptias ire poteris, quæſo te, veſtem pretioſam ac nuptialem non habens, nec lampadem ardentem tenens? Et quomodo intrabis, ſi per contemptionem ingrederis? Audies † mox formidabilem illam vocem Domini: Amice, quomodo huc intraſti ad nuptias, non habens veſtem nuptialem, mei regni. Per contemptionem intraſti, vt tua nuditate iniuriam faceres conuiuijs meis. Iubetque Rex ſuis miniſtris, dicens: Ligatis manibus & pedibus, proijcite hunc † miſerum in caminum ignis, vt comburatur ibi, in ſecula ſeculorum. Quoniam ego ipſe à multis temporibus veni, & omnes vocaui ad nuptias: hic autem vocationem meam ſpernens, non ſibi præparauit indumentum ad nuptias. Ideo iubeo tormentis affici miſerandum, quia regnum meum ſpreuit atque contempſit. Non ergo hæc times ô homo? non contremiſcis, cùm veniat? non erubeſcis, cùm propè ſit ſponſus, vt reſplendeat? Ignoras iam omnia parata eſſe, cæleſtemque tubam Diuinum nutum præſtolari? Et quid acturus es ibi in hora illa, ſi † ante eam non te præparaueris? Donec tempus ſuppetit, teipſum in horam illam diuinæ beatitudinis præpara. Dei enim beatitudo dignis continget: Beatitudine autem ſe dignos præſtiterunt ſancti. Cæleſtis enim tuba de cælo reſonabit, dicetque: Surgite dilectiſſimi Chriſti: Ecce Rex cæleſtis aduenit, redditurus omnibus vobis requiem, & gaudium, in vitam æternam, pro labore illo piæ exercitationis veſtrę. Surgite, & cernite Chriſtum Regem, ſponſum immortalem, quem deſiderabatis. Illius enim amore ac deſiderio, facti eſtis incolæ ſuper terram. Surgite, cernite decorem & magnam eius gloriam. Surgite, cernite regnum eius, quòd parauit vobis. Surgite, intuemini Chriſtum deſiderabilem vobis. Surgite, & videte Dominum, cuius vos aſpectus ſine

Iob 25.
† al. ego autem ô fratres, &c.
A
1. Ioan. 2.
1. Cor. 7.
Iacob. 4.
Eccli. 12.
Ezech. 18.
Galat. 6.
1. Cor. 15.
B
Magna ſuper eos iubilatio, qui relictis omnibus, ſecuti ſunt Chriſtum.
C
Pſalm. 48.
Ibidem.
Matth. 22.
D
Matth. 22. 25.
† al. Audies palam vocem, &c.
Ibidem.
† al. hunc nequam, &c.
Ibidem.
E
Matt. 22. 24. 25.
1. Cor. 15.
† al. ſi Deo paratus non fueris?
1 Cor. 15.
1. Theſſ 4.
Matth. 24. 25.
Ibidem.

A ſine ſatietate delectabit,quem dilexiſtis, propter quem paſſi eſtis, propter quem
tribulationes ſuſtinuiſtis,propter quem pietatis ac religionis ſtudia coluiſtis. Ve-
nite nunc,& videte eum cum fiducia,quem expetebatis. Gaudete & exultate cum Ioan. 16.
ipſo lætitia inenarrabili, & gaudium veſtrũ nemo tollet à vobis. Venite perfrui- Eſa. 64.
mini bonis,quæ oculus non vidit,nec auris audiuit,neque in cor hominis adſcẽ- 1.Cor.2.
derunt,quæ vobis donauit ipſe deſiderabilis Dominus. Rapientur enim ſancti in
nubibus lucidis obuiam ei. Euolabunt etiam iuſti & digni Deo in ſublimitate ae- 1.Theſſ.4.
ris,cum gloria inenarrabili,videre ſponſum cæleſtem & immortalem. Quis pu-
tas ita dignus reperietur tunc,vt rapiatur in nubibus aëris, hora illa, magno cum
gaudio obuiam Chriſto? Omnes quidem digni,tunc rapientur in gloria; ſed cun-
cti impij ac peccatores deorſum relinquentur cum confuſione maxima. Beatitu-
B do atque lætitia erit dignis, ſupplicia autem & confuſio peccatoribus vniuerſis.
Beatus ille,qui hîc ſtuduerit dignus inueniri in horam illam: contrà verò, miſer
atque infelix is,qui ſeipſum tunc indignum reddiderit. Nubes in illa hora,omnes
ſanctos è terra in cælum rapient. Rurſuſque impios Angeli abripient, vt in ca- 1.Theſ.4. Matth.13.
minum ignis inexſtinguibilis immittant. Quis dabit capiti meo aquam longè
immenſam, & oculis meis rurſus fontem lachrymarum iugiter ſcaturientem; Hierem. 9.
donec tempus erit lachrymas meas ſuſcipiendi, ploremque meipſum die ac no-
cte: Deum rogans,†ne in hora ipſius aduentus inueniar indignus. & ne terribilem †al. vt tunc dignus inueniar.
illã Domini vocem audiam: Diſcede à me operarie iniquitatis, neſcio te, quis, & Matth.7.
vnde ſis. Deus altiſſime, qui ſolus ſine peccato es, & immortalis, largire mihi pec- Luc.10. 13.
catori in illa hora multas miſerationes tuas: & ne tunc mea appareat impietas,
quæ nunc eſt occulta, coram ſpectatoribus Angelis, Archangelis, Prophetis, A-
poſtolis iuſtis,ac ſanctis. Verùm ſalua me impium gratia, & miſerationibus tuis,
C & induc me in paradiſum delitiarum,cum omnibus iaſtis. Suſcipe deprecationẽ
ſerui tui Domine,precibus & interceſſione Sanctorum omnium, qui complacu-
erunt tibi. Gloria Chriſto. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

Poſt *quatuor illas Homilias de Compunctione præmiſſas,ordo atque cohærentia materiarũ depoſcit,*
vt alias de Pœnitentia mox ijs ſubijciamus,coniunctimq́; demus;cùm & noſtrum in hac editione
ſit inſtitutum,idem ſequi & in reliquis,materiasq́; à ſe mutuo dependentes,ſibive finitimas ac magis
vicinas(quæ in manuſcriptis Græc.ſæpè nullo penitus ſeruato ordine reperiuntur)quantum commodè fi-
D *eri potuerit,ſimul pro maiori Lectoris commoditate,coniungere,coniunctasq́; ſic edere.*

Non vtitur ferro,ne medicamento quidem auſtero,vel cauterio;ſolo verbo ſanat,&c.] *Com-*
parationem & differentiam ponit inter medicamenta humana & diuina.q.d. Medicinæ ab hominibus
ſæpè duriter atque auſtere,& parua cum miſericordia ægrotis exhibentur: At medicus hic noſter Chri-
ſtus,nequaquam in medicando eſt durus,neque etiam immitis,atque immiſericors,quod ipſum & pluri-
bus poſtea comprobat. Rurſus: Medici terreni frequenter in curandis morbis atque vulneribus vtuntur
ferro,medicamentisq́; auſteris,ac cauſticis ſiue aduſtiuis: Cæleſtis autem medicus non ferro,non auſte-
ro pharmaco ac cauſtico vtitur;ſed ſolo verbo ſanat. Si ad eum accedere velis,plenus bonitate eſt & mi-
ſericordia,&c. Cauſtica porrò pharmaca ſeu medicamenta hîc vocat Ephræm,quæ extrinſecus impo-
ſita vi ſua adurunt,quòd ſint vehementer calida,ſicca; Græcè καυστικὰ, ab vrendo dicta: De quibus plu-
ra apud Iohan. Caſſianum inuenies,Lib.10.cap 7.& Collat.6.cap.11.ac alibi,quibus in locis hac voce quaſi
E *Latina videtur vti,quemadmodum & S. Ambroſius in expoſitione Pſal.38. Grauiora, inquit,vulnera*
cauſtico medicamento,vel admoto igne curantur,&c.

Neque rurſus improperat accedenti ad ſe,&c.] *Pro hac lectione,in alio manuſcrip.ſic reperitur:*
Neque accedenti impio exprobrat,cur tanto tempore,ipſo Domino ſuo ſpreto,ſeruierit inimico,&c.

Fundamus lachrymas,quamdiù tempus eſt ſuſcipiendi noſtras lachrymas,ne abeuntes,&c.]
Alius manuſcriptus Codex pro eo ſic habet: Effundamus lachrymas,donec tempus ſuppetit: Oremus no-
ſtras ſuſcipi lachrymas,ne abeuntes,&c. Varietatem examina,atque concilia.

Quid agis homo? quid vitam vt rationis expers traducis?] *Pro hoc,in alio Cod.manuſcrip.ſic*
legitur: Quid agis ô homo,vitam tuam inſtar iumenti inſenſati hic tranſigens,&c. ſitq́; alluſio ad Pſal.48.

Variat & Lectio in verbis finalibus huius Homil. dum in vno Cod. eſt: Suſcipe deprecationem ſerui
tui Domine meritis Sanctorum,qui complacuerunt tibi in ſecula ſeculorum. *In alio:* qui placue-
runt tibi,quoniam tua eſt gloria in ſecula. *In tertio autem,quod hic ſequimur, exemplari ponitur*
Precibus & interceſſione Sanctorum omnium,qui complacuerunt tibi. Gloria Chriſto. Amen.

EIVSDEM

S.PATRIS EPHRAEM SYRI,

De† Pœnitentia, Sermo ſecundus.

†al. De Pœnitentia & Confeſſione.

DIſcamus ô peccatores, quid ſit miſericordia. Diſcat auarus, quo pacto ſe in alios benignum exhibeat. Compatiamur nobis mutuo in pace fratres, pleno affectu, omniq́ue benignitate, antequã nos poſſit improbus aduerſarius diſpoliare. Quæ mihi per Spiritum ſanctum denuntiata ſunt, cunctis manifeſta cupio. Tametſi B demens ego ſum, didicerimq́ue (cùm ſim imperfectus) quæ non ſeruo: diſcat alius, & ſeruet. Vt tamen ſermo, ſiue ex me, ſiue ex vobis, non moriatur, aut abſque fructu maneat; neque etiam regis talẽtum ad negotiandum in eo, abſcondamus, quod vitæ quæſtu plenum eſt.

Matth. 25.

Nolim me ducem ſequaris diſcipule, ſi à via recta deflexero: & ſi peccantem me conſpexeris, ne inſiſtas veſtigijs meis. Deum, & ſcripturas ſacras, quibus anima nutriatur, contemplare. Quæ tradunt, præcipiuntq́ue exequere; & ſicut edoctus es, ita in ijs ambula, & perſeuera. Doceri ab alijs vehementer cupio, qua ratione vitam traducam: docendi munus perhorreſco. Iniquitatibus me ſcatere comperio, dum meipſum examino. Vulnera mea obligo, ſed expiare conor. Mutuum cum fœnore exſpecto. Ne diſcendi labore fatigeris; nã & ego magiſter tuus tórqueor. Quid inani cruciaris dolore, ô fili? quorſum fruſtra lamentaris? Malignus ille perpetuas menti tuæ offundit tenebras, vt C ſis ei pars hæreditatis.

Allegoriæ ſententioſæ.

Quoniam Sathanas ſubdolè ac fraudulenter multos mœrore conatur afficere, gloria expellere, & in gehennam detrudere. Furto tibi ſublatus eſt theſaurus, ſed adhuc bonæ negotiationis tibi aperta remanet via: tempus adhuc tibi ſuppetit recuperandi theſaurum; modò ne deſperes. Quare ſedulò ac ſolicitè eum collige, atque recupera. Et ſi telo vulneratus ſis, penitus animo ne concidas. ad mortem vſque perferas, ne timeas ictum. Oſtende tuam in certando ſcientiam ac robur, vt refulgens gloriæ corona texatur tibi. Et ſi à latrone ſpoliatus ſis, à curſu incepto caue deſiſtas, in bello contingit vt & feriamus & vulneremur. Etiamſi pruina tuum agrum læſerit, iterum ac tertiò fodito, impigreq́ue ipſum excolito, & diligenter ſerito. Ecce plenæ tibi nubes ac pluuiæ adueniunt. Ne te latro pellat via. Non terrearis, neque onere in medio viæ relicto, procede. Ex conflictu vbi vulneratus es, victoriam referre cõtende. Quomodo antea tuo theſauro D ſpoliatus es, poteris rurſus tibi eumdem recuperare.

3.Reg.21.22.

4.Reg.9.

Nam in loco, in quo Rex Achaab fudit ſanguinem iuſti Nabothe inſontis, ibi canes linxerunt ſanguinem impij Achaab, ſicut ſcriptum eſt. Naboth eiecit propria vinea, te autem peccatum remouere vult à Chriſti præceptis. Achaab autem Sathanæ typum gerit at

Typus Achaab, & Ieſabel.

Ieſabel figuram iniquitatis. Vterque verò tuum ſitit ſanguinem, ſicut ſanguinem Nabothe expetiuit impius Achaab, qui ſicut dolo iuſtum illum peremit, ita & iuſto Dei iudicio pœnas luit: ad occidendum celer fuit, ſed ipſemet perijt; ſimulatque vltus eſſet, iuſtus Deus apparuit. Et nunc quidem inuiſibilis nobis eſt colluctatio, ſicut ait ſcriptura:

Epheſ.6.

Noſtra autem colluctatio, non eſt cum ſanguine & carne. Sathanas latenter atque doloſè homines impugnat: Dominus autem manifeſto hunc ictu vulnerat, nobiſq́ue robur addit, ad conculcandas cunctas E vires inimici. Non eſt tibi leuis, riſuq́ue digna colluctatio frater: ſiquidem bellum tibi magis magiſq́ue augetur, vt & ipſe proberis ijs qui legitimè certant.

2.Tim.2.

Prou.24.

Et ſi ſepties cecideris, ſuperare contende. Similis es cadaueribus, non expertus verbera. Multi cum hoſtibus non congrediendo, manuſq́ue conferendo, inexperti manſerunt. Dum enim ſuos ipſi vident hoſtes, de induſtria mox ſe omni ſtudio inter mortuos conijciunt. Eſt quiſpiam qui bellicam aciem cernens illicò pertimeſcat, latibulumq́ue aliquod occultum, in quo ſe abſcondat, inueſtiget: alius verò telum ſibi ex corpore abſtrahens, magno conatu in hoſtem ſuum irruit. Cui nocet impius peccata peccatis accumulans, niſi ſibi? Similiter ægrotus ſeipſum deplorans, deſperando? Potius igitur ſibi ſanitatem ægrotus depoſcat. & peccator agere pœnitentiam ſtudeat. corpore languens, medici-

nam

A nam adhibeat. ſimiliterque peccator animam purget. Quis numo è marſupio
extracto, marſupium ipſum adſpernatur, & abijcit? Aut quis vmquam mercator
relictis nundinis, collectas reliquias ac merces, in mare proijcit? Caue, teipſum
ſpolies armis quæ habes, iiſque coram hoſte tuo abiectis, ei terga vertas, tempore
tui certaminis: quamdiu te ei non dederis, belli occaſio remanet. Et ſi mare cun-
cta tua abripuerit, te autem viuum reliquerit, ſatis diues es ſi vitam obtines. Quòd
ſi nauis alicuius euerſa fuerit, ipſe arrepto ligno ſeipſum ſaluabit. At tu, in ligno
Crucis Redemptoris, teipſum confirma coram cathedra miſericordiſſimi ac glo-
rioſiſſimi Regis. Tempore certaminis atque conflictus, qui feriunt vulnerantur,
non vitantes ſcamna. Qui hodie vincit, paullò poſt vincitur, aliâs vera cum lau-
B de ſuperat. Non erubeſcit verberari athleta, confidens fore vt à Rege, ſi vicerit,
honoretur. Ne differas de die in diem ad Dominum conuerti. In peccatis vixiſti?
tempus certè pœnitētiæ ex animo adhibe: & nequaquam te repellet, quin & mer-
cedem conſtituet legitimam. Caue moreris, de die in diem adhibere pœnitenti-
am. Quòd ſi non audieris, vel intellexeris de improbis actionibus, & intumeſcen-
tibus malis eorum, qui poſtea ad Chriſtum conuerſi ſunt; illos ego ttbi enarrabo:
vt & illos, quos ab errore dæmonum curauit Deus, imitari diſcas. Abraham pri-
mùm gentilis erit erat, & Chaldęus. Latro quoque de ſeipſo, operibus ſuis perhi-
bet teſtimonium. Quin & magnus Moyſes, cędem quoque patrauit. Paulus antea
homo perſecutor, & hoſtis fuit. Tu autem Raab in memoriam reuoca, vt fide ſal-
uata ſit. ſic etiam peccatrix mulier ad Chriſtum confugiendo, ſalutem conſecu-
ta eſt. Omnes iſti ſaluati ſunt, ne ſigillatim tibi cunctos, qui pœnitentiam ege-
C runt, commemorare ſit neceſſe. At cuiuſmodi lucrum ex ipſius accipies aduentu,
quem gentiles ſuppliciter Deum deprecantes, obtinuerunt? Quid boni tibi frater;
ex eius accedet morte, quamdiu viuus in peccatis verſaris? Quære pœnitentiam
ad ipſum adducere feſtina, vt vitam tibi largiatur æternam. Ipſi gloria, in ſecula.
Amen.

Allegorię & Parœmiæ admodum ſententioſæ.

Quid ſit ſcamma, habes in Schol.

Pœnitentiæ exempla efficaciſſima.

Exod. 2.

1. Cor. 15. Act. 9.

Ioſu. 6. Heb. 11.

Luc. 7.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

D *Tota Oratio allegorijs & parœmijs pulcherrimis, ſententijsq; grauiſſimis referta eſt, ac varijs anti-
theſibus, exemplisq; optimis ornata, plurimum ad corruptos humanæ vitæ mores emendandos, &
ad fraudulentas veterani aduerſarij inſidias vitandas, nequiſſimaque eius tela repellenda faciens, ſicut
ex ipſo melius corpore patebit. eſtq; exhortatoria planè ad pœnitentiam, & in bono perſeuerantiam.*

In loco, in quo Rex Achaab fudit ſanguinem iuſti Nabothe inſontis; ibi canes linxerunt ſã-
guinem impij Achaab, ſicut ſcriptum eſt.] *Locus ſcripturæ hîc citatæ, eſt 3. Reg 21. vbi in vulg. Lat.
ſic habetur: Hæc dicit Dominus: in loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quo-
que ſanguinem tuum. In edit. porrò. 70. additur ϖαντὶ, legiturq;: in omni loco, in quo, &c. ſed ab alijs Cod.
illud ϖαντὶ, abeſt: In ceteris autem parua aut nulla hîc eſt differentia lection. niſi quòd mutauerit tan-
tummodo hîc Auctor futurum in præteritum, legeritq; linxerunt, pro lingent, ſeu, lambent, vt eſt in lect.
Biblic. loquitur enim hîc de prophetia illa vt impleta, & non de implenda, ſicut ibi.*

Tempore certaminis, qui feriunt vulnerantur, non vitantes ſcamma, &c.] *Quandoquidem fre-
E quens hoc nomen Scamma, apud S. Ephræm, alioſq; Scriptores ſacros occurrit, viſum eſt breuiter vim &
originem eius hîc explicare: Conſtat autem illud vocabulum eſſe Græcum, quo paſſim Auctores vtuntur
pro ſtadio, arena, ludorum cauea, ſeu loco in quo pugiles certabant, ita dictum à verbo σκάϖτω, id eſt fodio
quod locus eſſet foſſa circumſcriptus. De quo S. Hieronymus epiſt. 61. contra errores Iohan. Hieroſoly-
mitani: Cur tu, inquit, omiſſis ſuper quibus pugna eſt. de ſcammate & loco certaminis egrediens, in pere-
grinis & longe alienis diſputationibus immoraris? Et S. Ambroſius lib. 1 Offic. cap. 16. Quid epulari ge-
ſtis antequam ſtadium ſoluatur? adhuc populus ſpectat, adhuc athletæ in ſcammate ſunt, & tu iam otiũ
petis? Idemq; in lib. de Elia & ieiunio cap. 13. In ſcammate ſi quis te manu leuat, exors quidem
palmæ, ſed immunis iniuriæ es. & cap. 21. progreſſus in ſcamma, neceſſe eſt vt
excipias puluerem: ac rurſus: Luctator in
ſcammate, puluis in
ſtadio.*

EIVSDEM

S.PATRIS EPHRAEM SYRI,

De†Pœnitentia, & Conuerſione.

NE ergo vano percellamur timore, ac timore quidem qui non eſt timor:
1.Ioan.4. perfecta enim charitas foras mittit timorem. Et quis timor
mundanus, ad timorem diuinum cõparatus? Quæ gloria hominis
corruptibilis, ad Dei magnificentiam, ineffabilemque potentiã,
ac gloriam immarceſſibilem? Cùm igitur adhuc terrenarum rerũ
cupiditate diſtrahimur, mentem noſtram per fidem ad inuiſibilia
adijcere nequimus: quamuis vel ex ijs, quæ cernuntur, & audiuntur, ineffabilem
immortalis Dei potentiam coniectantes timeamus ipſum. Rex volens tranſponere
aliquam petram, niſi vectibus atque adminiculis vtatur, eam ſuo mouere loco
non poterit: Ipſe autem in terram adſpiciens, tremere eam facit. Non igitur
Pſalm.59.103. mente obſtupeſcis, conſiderans cuiuſmodi montes & pondera vel ſolo adſpectu
moueat; Et quo pacto rurſus ſolo verbo diuinæ voluntatis ſuæ, vniuerſum firmet
Pſalm. 92. orbem? Non admiraris autem & ſuper coruſcatione fulguris, & ſonitu tonitrui,
Pſalm.17.76. quòd non modò his terreantur homines, verùm & aues, & feræ, & quæ in aquis
viuunt? Sed quæcunq; dixerimus, non adſequemur. Quare procidamus ipſi, & ploremus
Pſalm 94. Precatio coram bonitate eius, confitentes, atq; dicentes: Tu noſter Deus, & non eſt
alius Dominus. Tibi peccauimus, tibi genibus aduoluimur: neque enim eſt qui
Pſal.85.102.144. Iacob.5. reſiſtat tibi. Si vis, potes nos ſaluare Domine. Bonus es Domine, & miſericors. Et
licet ſimul rapiendo cecidimus, per pœnitentiam ſanari ſtudebimus. Si verò vt
homines abrepti perturbationibus ſumus; ne in finem vſque, animum noſtrum
1.Cór 1.9 deſpondeamus: ſed agnoſcentes illum, qui nos vocauit, Deum, & vocationem
Matt.3.4. Luc.3 Act.2. qua vocati ſumus, ipſum dicentem audiamus: Pœnitentiam agite, appropinquauit
enim regnum cælorum. Neque verò ſuper aliquibus peccatis limitauit pœnitentiam,
Remedium pęnitẽtiæ ad quãcunque plagã peccati, conceſſum. ſuper quibuſdam autem non; ſed ad omnem plagam peccati, nobis magnus
ille animarum noſtrarum medicus, dedit magnum hoc remedium. Peruerſos
igitur animæ noſtræ mores excidamus; & loco cauteriorum, timore vtamur
diuino, in quo poterimus peccati impetus reprimere, vt non confundamur in reſurrectione
mortuorum: quando omnia prodibunt in lucem, ſiue boni quid egerit
Iacob 4. †al.veſtra. quis, ſiue mali. Ait enim ſacra ſcriptura: Quæ eſt vita † noſtra? Vapor eſt, & ad
modicum parens, & deinceps exterminabitur. Concupiſcentias igitur aculeatas
atque ſpinoſas omittamus, caſta cogitatione inſultus libidinoſarum cogitationum
Leuit.11.19. 1.Pet.1. repellentes. Quia ſcriptum eſt: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. vt
gratia Saluatoris noſtri Dei, partem ſortiamur immortalem, obliuiſcaturq; noſtrorum
peccatorum Dominus per ſuas miſerationes, noſtramque conuerſionẽ,
& veram pœnitentiam. Et ſi quis eorũ, qui videntur abundantius laboraſſe, murmuret
Matth. 20. Rom. 8. de magna miſericordia Domini, vti quòd celeriter adſumptus ſis, pro te
rationem eſt redditurus, omnis creaturæ Dominus, dicens: Amice non facio tibi
iniuriam. Nonne denario conueni tecum? Deus enim qui iuſtificat, quis eſt qui
condemnet? Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Pœnitentia, & Patientia.

QVis obſecro ſecum cogitans, expendenſque vitam hanc fugitiuam
eſſe, & rurſus vt exſulem, ac tamquam tabernaculum quod
Matth.7.24.25. Luc. 13. diſſoluitur, non retinet ſuam animam prudenter munitam, ne
irruat ſuper ipſum horribilis ac magna illa, quæ improbos ac
peccatores manet, Dei ſententia? Cuiuſmodi nobis ſuffecerint
fontes lachrymarum, vt antequam periculum tormentorũ æternorum

A norum faciamus, flammam gehennæ reſtinguamus? Et quis placatum pro nobis reddet iudicem, ne nos peccatores condemnet? Quis putas, remiſſionem nobis peccatorum, ſanctis orationibus à benigniſſimo Deo implorabit? Quiſnam Dei iram in miſerationem, & rurſus iuſtitiam in miſericordiam conuertet? niſi ſolus qui ſupplex ipſum deprecatur iudicem, quique ligat onus peccatorum ſuorum, portatque ac ſoluit, & quando voluerit ſubleuat. Ligamus enim vehementer onera, peccando: rurſuſque ſubleuamus, ſi fortè pœnitentiam egerimus.

Elegans hypophora, atque antitheſis.

In nobis igitur eſt ſoluere & ligare; ad Deum verò pertinet, procidentibus ſibi condonare.

Quid hic ſit ligare, & ſoluere.

Verè etenim benignum habemus Dominum, præuia pœnitentia ſarcinas ſeruorum ſoluentem. Quare ante noſtram hinc emigrationem, ſupplici confeſſione inſtanter ipſum deprecemur iudicem, vt nos à minis ſuis liberet. Si B Noe, & Daniel, ac Iob amici atque Prophetæ Dei, magnam in Domino habentes fiduciam, ſteterint pro filijs, Deum deprecantes, vt ſuam ab ipſis vltionem auerteret, nihil omnino profecerint, neque eorum ſuſceptæ ſint preces: quid nos agemus, ſi nos ipſi neglexerimus?

Ab exemplis.

A maiori.

Quis autem nos ab ira Dei liberabit, niſi ſolus qui iudicat & iuſtificat Deus?

Pſal.30.40.

Conſidera quantum pro beneficijs à Deo acceptis tribuerint ſancti Martyres in terra certantes? Quanta ijs in Deum, per Martyrium fuerit fiducia?

2.Tim.4.

Crimina deleuerunt, & non tantùm munera acceperunt in hac vita, ſed quod amplius eſt, etiam cælorum regnum, atque paradiſum conſecuti ſunt.

Hebr.11.

Quoniam pro compenſatione, ſanguinem ſuum pro pretioſiſſimo & incomparabili ſanguine Domini, fuderunt.

Antidoton SS. Martyrum.

Ac deinde etiam in ſtadio ac curſu, non filijs duntaxat, ſed & coniugibus diuinum præferentes amorem atque deſiderium, coronati ſunt; vt quibus placuerit per probationem verberum venire C ac ſequi, coronas eorum certaminis accipiant:

2.Tim.2.

tantopere enim Chriſti Saluatoris amor ac deſiderium, mentem eorum ad ſuum pertraxit ſtadium, & vt pro corruptibilibus, incorruptibilia bona conſequi liceret. At nos ſerui, quid Domino ac Regi pro tot tantiſque bonis retribuemus? qui etiam ſæpè ne verbo quidem nos à fratre offendi patimur, obliuioni interim tradentes propria vulnera, occulta & manifeſta quæ nouit Deus; & neque niuis ex aere defluxum ſuſtinentes. Alij ob amorem Dei diſſecti meruerunt accipere coronam:

Hebr.11.

Nos autem cùm ſine tormentis Martyres eſſe queamus, potius contraria agentes, inutiles permanemus: & à beſtijs interea, intellectualibus, inquam, illis ſpiritibus ac improbis dæmonibus capimur. Quid facis ô homo, virtutis contemptor? Dedit te Creator, tanquam aurum conflandum atque probandum, per contumelias D ſcilicet, & diuerſi generis tentationes, vt vas electionis ac puritatis in multa patientia & longanimitate efficereris.

Prou.17.27.

Eccl.2.27.

Siquidem vir expers tentationum probari nequit, maximè verò ſolus ego, qui hæc compoſui, quique in cunctis, non inutilis ſolùm, ſed & peccator ſum, qui omni virtute deſtituor; qui non ſum dignus vocari frater, quoniam tribulationem, quæ mihi coronam gloriæ conciliaſſet, ſubterfugi, reprobus permanens, quique Martyrum celebrare laudes auſus ſum. Quando enim ſimilium præconia laudeſque attingo, acerbè defleo, grauiterque arguor, ſtimulis conſcientiæ agitatus, & malorum meorum ferit retributio, in iudicio futuro. Non enim ſum dignus in altitudinem cæli defigere oculos, eorum depreſſus grauamine. Si enim Martyrum celebrare encomia incepero; beſtiæ inſtar, me inter cogitationes aggredietur conſci E entia, redarguatque à Deo, qui occultiſſima quæque omnium contuetur hominum. Ait enim Apoſtolus: Et tu quis es, qui gloriaris in alienis operibus, cùm ipſe valde ſis inops? Quam ipſe daturus es rationem Dei, qui ex tenebris te in lucem adduxit? Audes prædicare virtutes, quas ipſe non imitaris?

Rom.8.

1.Cor.4.

2.Cor.11.

Aut potius quamdiu ego non tacebo, qui ipſe nihil omnino boni poſſideo, edicere veſtra? Cùm autem benigniſſimum habeam Dominum, non ceſſabo Sanctorum Martyrum referre laudes. Sic reputa; ego ſolus indignus ſum, & omni virtute carens, tamen apud argentarios pecuniam depono, vt quando venerit Dominus, cum vſura eam repetat. Et vt talenti actionē ac crimen effugiam, ne cum homine illo improbo, qui talentū in terra defodit, condemner.

Matth.18.
Lucæ 19.

Præbeoque conſilium cupienti ſaluari, non vt me peccatorem imitetur, verùm vt verba mea velut lumen accipiat. Quamquam id minus eſſe opus dicere arbitror: Omnes enim norunt

voluntatem Dei, parui ac magni, & nobiles, & mendici. Et nouit quiſque, an A
quod ſibi ſit vtile conſideret; tum etiam quæ Dei ſit voluntas, & quomodo oporteat
Matth.24. 25. Lucæ 21. ſaluari, audiſtis arbitror. Præparata nobis eſt gehenna, & ignis inexſtinguibilis:
Pſalm.96. ſtridor dentium, & tenebræ exteriores. inſuper & vermis, & formidabilis
fluuius exurentis ignis ante conſpectum iudicis, vehementiſſimè trahentis, &
nobis per minas à benigniſſimo Domino intentati, niſi mandata eius diuina ſeruauerimus,
niſi flãmam illam lachrymarum rore aſperſerimus; niſi per pœnitẽtiam
gehennæ incendium reſtinxerimus, niſi ſobrietate ac pudicitia vermem illum
occiderimus, niſi infallibilem Iudicem, quamdiu in hac mortali ſumus vita,
ritè placauerimus; niſi in hoc ſeculo eum, qui te ibi iudicaturus eſt, in confeſſione
præoccupauerimus, niſi pœnitentiam noſtram ei exhibuerimus, quæ ſola flectere
Matth.25. poteſt iudicem. Diabolo enim ac angelis eius, non nobis tormenta appoſuit B
Deus: ſed propter noſtram improbitatem atque malitiam, ſupplicio intolerabilium
multamur tormentorum. Et quæcunque callido atque verſuto Draconi intentatæ
ſunt minæ, eas noſtra ſpontè ſuſtinemus. Diſcedite enim, inquit, in ignẽ
Matth.25. Lucæ 13. æternum, paratũ improbiſſimo draconi, ac angelis eius. Non ait: & hominibus;
nam ſi in præſenti vita tantam aduerſitatem, ſuppliciorumq́; hîc genera inenarrabilia
perferunt, qui improbè viuunt; quanto magis infallibile & incorruptum
illud, dico iudicium iudicantis, dira præbebit & intoleranda ijs qui malè in eum
delinquerint, nobis inquam peccatoribus, in futuro tempore. O quãta noſtra eſt
cœcitas. Rogemus Deum, vt nos exaudire dignetur, aperiatq́ue portam à nobis
occluſam introitus ad ipſum, hoc eſt, ſupplicationis & orationis. Quid facis ô
homo, qui inſipientia laboras? Semper porta Domini cunctis patet hominibus, C
paruis ſimul ac magnis, & nobiſipſis moleſtum eſt, eam aperire nobis, quin & nobis
ipſi hanc obſeruamus. in noſtra enim poteſtate eſt, eam nobis vel aperire, vel
claudere. Quòd ſi à peccatis abſtinuerimus, ſemper apertum erit oſtium miſerationem
Domini, nobis mortalibus: At ſi peccauerimus, continuò occludetur.
Famulis ad ipſum Deum in oratione accedentibus, ianua à Deo non præcluditur,
Matth.7. Luc.11.18. ſed omni tempore patens eſt quærentibus eum. Quoniam ipſe dixit, qui petentibus
Iohan.14.15.16. poſtulata concedit, petendum, quærendum, atque pulſandum eſſe, vt
confeſtim & incunctanter detur. Caue, tibi ipſe crudelis ſis, miſer. Caue quoque
Deum inhumanum dixeris. Sed nos rei ſumus, qui per malitiam nobis aditũ intercludimus,
Conſolatoria & reconſiliatoria verba optima. & ianuam precationibus fabricamus. Pace igitur facta, tibijpſi reconciliare;
animamq́ue, quam ligaſti vinculis, ſolue ac libera. Stat enim Deus
adhuc te exſpectans, vt tu homo reconcilieris Domino. Ipſe enim ſemper tuum D
ſitit reditum, vti viuentem honorificè excipiat. Concilia igitur & conſocia externum
hominem cum interno, ac deinceps ex acerbiſſima ſeruitute dæmonis,
te in libertatem adſere. Sicq́ue quam tibi occluſeras ianuam, ſemper ſupplicationis
tuæ præſidio, apertam reperies. In quo, Patri gloria, & Filio, & Spiritui ſancto,
in ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA.

Haec ſunt, quæ de Pœnitentia huc ſimul ex noſtro Auctore cõgeſſimus; præter quæ, ſi plura eiuſdem velis, ſparſim in varijs alijs apud ipſum locis reperies: ex profeſſo aũt, in Tertio iuxta noſtrã
diſtinctionem Tomo, longiſſimũ De Pœnitentia ſermonem, aut potius librum, cuius principiũ eſt: E
Pœnitentia fertilis eſt fluus, &c. Aliumq́; inſignem atque prolixũ ibid. habes poſtea, in Ionam Prophetã, & de Pœnitẽtia Niniuitarũ, &c. Tractarũt & hoc Argumentũ illuſtres Eccleſiæ ſcriptores alij, tam Græci quàm Latini: Baſilius Mag. homil. de Pœnitentia, cuius initiũ eſt: Arrogantiam eorum qui pœnitentiam abrogare audent, non ferens, &c. Tom.1. Idemq́; in Ethicis ſiue moralibus ſent. cap.1.2.3.4.5. &c. ac in duabus ſuis Epiſt. ad monachum elapſum, Tom, 2. &c. S. Chryſoſt. ad pop. Antioch. Homil. 22. 40.41. & 80. vbi inter alia huius materiæ, de admirabili Niniuitarum pœnitentia agit, & quid ſit pœnitentia, oſtendit. Et præter illas ad popul. decem adhuc aliæ de Pœnitentia, eod. Tom. 5. ponuntur, inter didact. & parænet. poſt quas, & alius immediatè Sermo ſubijcitur eiuſd. argumenti, vbi pœnitentiæ exẽpla præclariſſima ex ſcripturæ fontibus deſumpta adducuntur. Ac alius ibid. de Pœnitẽtia & Confeſſione, aliusq́; breuior, de Confeſſione peccati. Inſigne quoq; Pœnitentiæ encomia ponit idem Chryſoſt. in Prooemio priori in Eſaiam, non longè ab initio, circa finem Tom. 1. Vide de hoc etiam argumento Gregor. Nyſſen. in Orat.

Orat. de Pœnitentia. B. Eſaiam Abbatem in Oratione 21. de Pœnitent. cuius initium eſt: Quæſitum ex Abbate Eſæia fuit, quid eſſet Pœnitentia, &c. Iohan. Caſſianum, Collation. 20. per tot. quæ eſt Abbatis Pynuphij, De Pœnitentiæ fine, ac multiplici fructu, ſatisfactionisq; indicio. Tertullian. lib. de Pœnit. Tom. 2. Cyprian. epiſt ad Antonian. ac lib. de lapſis, & ad Nouatian. Scripſit & de Pœnitentia, S. Ambroſius lib. 2. & S. Auguſt. inſignem librum de Pœnitent. medicina, aliaq; in idem argumentum alibi. item Pacianus lib. & duas epiſt. ad Sympronian. ac de pœnit. & Confeſſ. ſiue Paræn. ad Pœnitent. Fulgentius lib. 2. de remiſſ. peccatorum ad Euthym. alijq; plures, quos hic breuitatis cauſſa prætereo.

Quis obſecro ſecum cogitans vitam hanc fugitiuam eſſe, & vt exſulem, &c.] *Alluſio videtur manifeſta ad illud Iob 9. Dies mei velociores fuerunt curſore, & fugerunt: pertranſierunt quaſi naues poma portantes, & ſicut aquila volans ad eſcam, &c. item ad iſtud 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet, &c. ac Pſalm. 143. Homo vanitati ſimilis factus, dies eius ſicut vmbra prætereunt, &c. Ineſt autem hiſce verbis Ephræm haud inelegans metaphora, à rebus, quarum iſta nota ſunt nomina, deducta, & verbis ſcripturæ iam adductis ſatis expreſſa, quibus fugacitas & inſtabilitas vitæ indicatur humanæ, &c. quare hic admonetur homo, vt animam ſuam prudenter pœnitentiæ ac patientiæ reliquarumq; virtutum operibus munitam retineat, vt poſt huius vitæ exſilium, ad vitam peruenire liceat, vbi vera vita eſt, & ſempiterna. De reliquis vide in progreſſu huius Orationis.*

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Patientia.

QVi Deo placere cupit, eiusque hæres per fidem euadere, vt & ipſe filius Dei appelletur, ex Spiritu ſancto genitus, ante omnia longanimitatem apprehendens ac patientiam, debet fortiter obuias quaſque ſufferre tribulationes, anguſtias, atque neceſſitates, ſiue corporales morbos ac paſſiones, ſiue improperia atque iniurias ab hominibus, ſiue etiam diuerſas inuiſibiles anxietates, quæ à ſpiritibus malignis inferuntur animæ, ad impediendam illam quo minus ingrediatur ad vitam, inducere quoq; eam cupientibus in omnem relaxationem atque mollitiem, neiglig̃etiam, ac deiectionem animi, obliuionemq; ſui, pro ratione diuinæ diſpenſationis, permittentis ſingulas animas varijs probari tribulationibus atque preſſuris: vt appareant qui toto corde & anima Deum diligunt, quique in omnibus, quæ à maligno inferuntur, ſtrenuos in perferendo ſe præbent, nec ſpem in Deum abijciunt; verùm ſemper redemptionem per gratiam in fide ac Patientia multa exſpectantes, quamobrem etiam ab omni ſe tentatione expedire poterunt; atque ita promiſſionem adepti, cæleſti regno digni redduntur. Debet igitur anima ſermonem Domini ſequens atque amplectens, crucem eius ferre quotidie, ſicut ſcriptum eſt: Qui non accipit crucem ſuam, & venit poſt me, non poterit eſſe meus diſcipulus. Hoc eſt paratum eſſe, ad ſufferendum amore Chriſti tribulationem ac tentationem quamcunque, ſiue manifeſtam, ſiue occultam, & ſpe à Deo ſemper aptum eſſe atque pendere: quoniam in eius poteſtate eſt vt affligatur anima, ſi permittatur ab eo, & vt omni tentatione atque anguſtia per eum liberetur. Si porrò fortiter ſtrenueque non perfert, ſuſtinendo quamlibet tentationem ac tribulationem; verùm triſtatur ac tædio afficitur, indignatur, & angitur, parumque de certamine laborat; vel etiam deſperat, quaſi non ſit vnquam liberanda, quod ipſum etiam malitiæ * ipſius eſt inuentum ac artificium, in ſocordiam atque ignauiam, puſillanimitatemque conijcientis animam, & ſpei compotem non effectam, qua ſemper miſericordiam exſpectet Domini in fide certa, nihilque hæſitante. Cuiuſmodi quidem anima vitam in futuro non promeretur, quoniam cunctorum ſe Sanctorum ſequacem non præbuit, neque Domini veſtigia eſt perſecuta. Conſidera ac cerne, quo pacto ab initio Patriarchæ, Prophetæ, & Apoſtoli, ac Martyres per tribulationum atque tentationum vias pertranſeuntes, ita potuerint placere Deo; qui fortiter quamcunque perferentes tentationem atque tribulationem, etiam inter anguſtias gauiſi ſunt, propter ſpem tribulationis mercedis, quæ exſpectatur, ſicut ait Scri-

Rom. 8.
Galat. 3. 4.

Aduerſitates quæcunque fortiter perferendæ.

1. Cor. 10.
2. Pet. 2.

Matth. 10. 16.
Marc. 8. 15.
Luc. 9. 14.

1. Cor. 10.
Iacob. 1.

* al. malitiæ inimici inuentum.

Iuſti quomodò per varias tribulationes placuerint Deo.

Eccl.2. Scriptura: Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, dirige cor tuum & ſuſtine. Rurſusque
Hebr.12. Apoſtolus dicit: Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti
ſunt omnes: ergo adulterini, & non filij eſtis. Alibique iterum: Omnia quæ ſuperinferuntur
tibi, tanquam bona amplectere, ſciens abſque Deo nihil fieri.
Matth.5. Aitque Dominus: Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint,
* in vulg deeſt (verbum.) & dixerint omne * verbum malum aduerſum vos, mentientes, propter me: gaudete
& exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Et illud: Beati qui
Ibidem. perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.
Patiuntur verò perſecutionem, ſiue palam ab hominibus, ſiue occultè à
ſpiritibus malignis, quippe qui animam Deum amantem atque inquirentem oppugnant,
Rom.5.8.15. ac in varias anguſtias conijciunt, ad impediendum, quo minus in vitam
Heb.3.10.11. ingrediantur: & ſimul quoque vt probentur, an verè Deum diligant, perferendo
quamcunque tribulationem, & ſpem in finem vſque retinendo, liberationemque
in fide ſe accepturos ſperantes. An contra, per impatiētiam ſeſe contrahens
inter ærumnas, ac tædio affecta, parui pendens, ſpę orbatam ſe eſſe præſeferat,
Tribulationum effectus. nec verè diligere Deum. Diuerſæ porrò ærumnę, atque tribulationes,
tentationesque demonſtrant quæ animæ dignæ ſint, quæque indignæ, & quæ fidem,
ac ſpem, & patientiam habeant; quæque non habeant: vt vbi patuerit eas
in omnibus probatas, fideles, dignasque animas eſſe, quæque ad finem vſque
pertulerint, ac fidei ſpem obtinuerint, atque ita per gratiam liberatæ ſint; meritò
regni hæredes efficiantur. Patientiam igitur & ſpem cum primis vnaquæque anima
Deo placere cupiens, fortiter teneat: ſicque omnem maligni impetum, ac
tribulationem perrumpere, & effugere poterit. Neque enim vſqueadeò Deus
animam in ipſum ſperantem, ipſumque ſuſtinentem, tentari permittit, vt tædio
vincatur, & opprimatur malis, totaque tentationibus & anguſtijs obruatur,
1.Cor.10. quas ſufferre nequeat. Nam vt Apoſtolus ait: Fidelis Deus eſt, qui non patietur
nos tentari, ſupra id quod poſſumus: ſed faciet cum tentatione prouentum,
vt poſſimus ſuſtinere. Non enim quantum vult malignus, tentat affligitque
animam, ſed quantum ipſi à Deo permittitur. Solùm anima viriliter perſerendo,
ſpem teneat quæ eſt in fide, auxilium atque præſidium ab ipſo exſpectans,
& fieri non poterit vt derelinquatur. Sed quantum illa contendit ad Deum, ſpe
ac fide confugiens, & ab illo opem, ac præſidium, liberationemque ſine hæſitatione
exſpectans; tanto eam celerius Dominus ab omni circunſtante moleſtia liberat.
Nouit quippe ipſe, quantam ſubire poſſit probationem atque tētationem
anima, & tantam quoque permittit: modò ipſa toleret ad finem vſque, ac non
Rom.5. confundatur. Sicut dictum habetur: Tribulatio patientiam operatur, patientia
autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non cōfundit. Rurſusque
2.Cor.6. alibi: Sicut Dei miniſtri in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus,
Matt.10.24. in anguſtijs, & quæ ſequuntur. Aitque Dominus: Qui autem perſeuerauerit vſque
Lucæ 21. in finem, hic ſaluus erit. Et denuò: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.
Eccles.2. Alibique dicit: Quis ſperauit in Domino, & confuſus eſt? aut quis permanſit in
Pſal.36. mandatis eius, & derelictus eſt? aut quis inuocauit eum, & deſpexit illum? Si
enim homines exiguo intellectu ac mente præditi, probare & diſcernere norunt,
Confirmat exemplis, & ſimilibus pulcherrimis. quantum pondus atque onus ſingula ferre queant animalia, veluti mulus,
aut camelus, tantumque addunt oneris, quantum vires animalis tolerent. Et figulus
vaſa formans, niſi in fornacem ea immiſerit, vt igne probata ſolida ac dura
reddentur, humanis vſibus ſeruire nequeunt: nouit autem quanto ea tempore
oporteat in igne relinquere, donec vtilia efficiantur. neque contra, vltra quàm
ſit opus, ea in fornace relinquit, ne aduſta corrumpantur. neque viciſſim ea minus
in fornace relinquit, quàm neceſſe ſit; ne diſſoluantur, neminique ſunt vſui.
Si inquam in rebus corruptibilibus & apparentibus, tanta conſideratione atque
cogitatione præditi ſunt homines; quanto magis Deus, qui incomprehenſibilis
eſt, & ineffabilis ſcientia & intellectu, totusque ſapientia plenus, nouit,
quantis probationibus, atque tribulationibus, tentationibusque indigeant animæ
ipſi placere volentes, vitamque æternam conſequi deſiderantes; ſicque
fortiter, prompteque omnem in ſpe tribulationem perferunt, ad finem vſque.
Tuncque probati, & apti regno cælorum redduntur. Quemadmodum

A enim cannabi ac lini ſpecies non eſt idonea, vt ex eo fila ſubtiliſſima fiant,
niſi diutius elaboretur atque exerceatur, imò quanto magis illud torquetur, tanto
purius aptiuſque efficitur: Sic & anima Deo deuota, multas probationes atque
tentationes ſubiens; afflictioneſque fortiter tolerans, purior vtiliorque ad ſpiritale
* extenuationis & humilitatis opificium redditur, tandemque cæleſtis regni
regionem poſſidere meretur. Quemadmodum enim vas recens cōfectum, igneq;
non probatum, humanis inidoneum eſt vſibus. aut ſicut infans ad res mundi tractandas
ineptus eſt; cùm neque plantare poſſit, neque ſemen recondere, neque
quodcunque aliud mundi opus perficere, infans enim eſt. Ita etiam animæ, ſi diuinæ
gratię ſint effectæ participes, dum nutriuntur dulcedine ac requiete ſpiritus,
necdum varijs probatæ tentationibus ac tribulationibus à nequam ſpiritibus, per
B quas patientia demonſtratur, ſunt adhuc infantes, atque, vt ita dicam, nondum
idoneæ ad regnum, cùm nōdum ſint exercitatæ, vt dictum eſt. Si verò extra diſciplinam
eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulterini, & non filij eſtis.
Itaque tribulationes atq; tentationes homini conducūt, animamque probatā ac
firmam efficiunt; ſi generoſè alacriterque in diuina confidentia ac ſpe, qualiacunque
ingruentia toleret, fide non vacillante redemptionem & miſericordiam
à Domino exſpectans. Sicque impoſſibile erit ipſam ſpiritus promiſſione, liberationeque
à vitioſis paſſionibus fruſtrari, quin mereatur tanquam probata atque
fidelis ſpem in Dominum habere, & in finem vſque patientiam retinere.
Quemadmodum enim ſancti Martyres multa tormenta palam ſuſtinuerunt, &
ad mortem vſque, ſuam * in Dominum ſpem, bonamque confeſſionē ſeruarunt;
C ſicque probati coronas iuſtitiæ accipere promeruerunt. Qui autem plura ac grauiora
ſuſtinuerint tormenta, abundantiorem etiam gloriam, ac in Deum fiduciam
obtinuerunt. Quicunque verò à fide receſſerunt, pertimeſcentes flagella atque
tribulationes, nec permanſerunt in præclara confeſſione vſque ad finem, ij
dicendi libertate deſtituti, & hic & in iudicij die confuſi cernentur. Ad eundem
modum & animæ tribulationibus traditæ, vt à ſpiritibus probentur nequitiæ, inuiſibiliter
& diuerſis modis cruciatæ, ſiue occultè inter labores atque moleſtias
tribulationum, improbaſve cogitationes, ſiue manifeſtè inter corporales perturbationes,
fortiter perferunt, ac ſpem retinent, mercediſque à Domino retributionem
exſpectantes, eorum iuſtitiæ coronas promerentur, eandem intus redemptionē
accipientes, eandemq; cum ſanctis Martyribus loquēdi fiduciā in Domino
D reperient in die iudicij. Idem enim martyriū tribulationū, quod illi per Tyrānos,
hi per ſpiritus pertulerūt nequitię, qui eos agitabant. Quantoq; plures à maligno
preſſuras atq; inſultus perferūt, bona in finē vſq; ſpe ſuffulti, tāto abundantiorē
in Deo gloriam cōparant. Et hinc quidē ſecundù ſpem exſpectationis eorū liberabuntur,
ſanctique ſpiritus conſolationē promerebuntur: inde verò æternorum
bonorū, cæleſtiſque regni hæreditatem acquirent. Quæ verò animæ metu atque
timore perculſæ, afflictiones eiuſmodi ſubterfugerint, ſeq; negligentiæ & impatientiæ
dederint, ac in deſperationem coniecerint, recedentes à via recta, & miſericordiam
Domini in finem non exſpectauerint: qua quæſo ratione tales animæ
tanquam reprobæ compertæ, vitam conſequi æternam poterunt? Nam vſque ad
mortem quæuis anima debet propter Dominum pro nobis mortuum, longanimem
E ſe ac patientem exhibere, ſuamque in eum ſpem defigere ac retinere, & ſic
vitam atque ſalutem promereri ſempiternam. Nam qui perfectè cupiunt æternę
gehennæ ſupplicia, quæ peccatores manent, euadere, cæleſtique regno perfrui;
tribulationes æternæ hic gehennæ, per tentationes, quæ à maligno inferuntur,
ſemper ſuſtinent: Sicque in finem vſque ſuſtinuerint, miſericordiam Domini per
ſpem in fide exſpectantes, & à tentationibus, ac tribulationibus, atque anguſtijs
per gratiam liberabuntur: intuſque communicatione ſancti Spiritus digni
redduntur, & illic æternam effugient gehennam, æternumque regnum Domini
hæreditate poſſidebunt. Talem quippe Dominus conſtituit viam quæ ducit
ad vitam, anguſtam ſcilicet & arctam, ſicut ſcriptum eſt; ideo & pauci ingrediuntur
per eam. Eiuſmodi ergo ſpe nobis propoſita, talibuſque promiſſionibus vltro
à veraci Deo oblatis, quemcunque impetum atque afflictionem improbi
hoſtis fortiter toleremus, ob ſpem nobis repoſitam in cælis. Quantaſcunque

enim

* Alludit ad id quod iam dixit: fila ſubtiliſſima, &c.

Similia.

Alluſio fit ad Hebr. 12.

Tribulationum & tentationum vtilitas.

*al. in ſua in Dominum ſpe, pulchraque cōfeſſione perſtiterunt, &c.

Iſta ad protaſin, ſeu priorem, periodi partem pertinent.

Matth. 10. 24.
Hebr. 12.
1. Pet. [illegible]

Matth. 7.
Lucæ 13.

enim ærumnas propter Dominum perferamus, quid æquiualens ſuſtinemus, ſiue ad futuram nobis repromiſſam vitam æternam reſpiciamus, ſiue ad internam quæ ſuſtinentibus contingit animabus, Spiritus ſancti conſolationem; ſiue ad liberationem ex tenebris *improbitatis, & ad debitorum remiſſionem pro multitudine noſtrorum peccatorum, ſicut dictum eſt ab Apoſtolo: Dum iudicamur autem, à Domino corripimur: vt non cum hoc mundo damnemur. Ac rurſus: Non enim ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. A

*al. è tenebris vitiorum & caligine paſſionũ.
1.Cor.11.
Rom 8.

De patientia & compunctione.

Præbeamus ergo nos veluti milites ſtrenuos, pro Rege noſtro promptè alacriterque mortem oppetentes. Cùm enim adhuc in ſeculo verſaremur, quando adhuc rebus implicabamur humanis, non patiebamur eiuſmodi, neque tales ſuſtinebamus ærumnas: verùm nunc quando aduenimus ſtudio melius complacendi Domino, huiuſcemodi in nos maligni ſpiritus excitantur incurſiones, tentationes, ac tribulationes. B Vides ergo nos iſta omnia propter Dominum perpeti; inuidente nobis maligno, atque conante peruertere, aut potius à via vitę auertere, & in relaxationẽ atque negligentiam nos inducere, ne ſeruiendo ac complacendo Deo, ſaluemur. Quantum itaque in nos malignus inſurgit, tantum nos in patientia inueniamur viriles ac ſtrenui, prompti atque alacres, paratos nos exhibentes ad tolerandum vſque ad mortem, propter ſpem in Chriſtum, ſicque omnes ipſius inſidiæ mox diſſoluentur. Pro defenſore enim ac propugnatore noſtro habemus Chriſtum, qui tribulatis nobis atque oppreſſis, in ipſumque ſperantibus patientiam præbet, illoſque confundit, nobis interim laborum præmia, hoc eſt, regnum cælorum per Dominum reportantibus. Simus ergo tanquam incudes quædam; quamuis cædamur non tamen cedamus, C neque notas in nobis admittamus relaxationis, aut negligentiæ, atq; deſidiæ, per flagella & tentationes. Cæſi vincamus in lucta aduerſarium, per patientiam.

Matt.5. Luc.16.
Matt.26.27.
Marc.14.15.
Luc.22.23.
Iohan.18.19.
1.Petr.2.

Sic namque Dominus noſter hoc vitæ certamen tranſegit, flagellatus, contumelijs, atque iniurijs affectus, perſecutiones paſſus, deluſus, conſputatus, extremo & infami ſupplicio Crucis affectus ab impijs, omniaque propter noſtram ſuſtinuit ſalutem, nobis vitæ relinquẽs monumentum atque exemplum, vt qua ipſe via tribulationum, tentationum, mortiſque ambulauit; eadem & illi via, qui in ipſum verè credunt, incedant, cohæredeſque ipſius effici cupientes.

Epheſ.2.
Hebr.12.
Philip.2.3.

Vt quemadmodum ipſe per multas paſſiones, poſtremò autem in cruce moriens, vicit crucifixus, moriensque peremit ac condemnauit peccatum, per carnem aduerſarias poteſtates deſtruens atque euacuãs, ſicut ſcriptum habetur. Exſpolians principatus & poteſtates in cruce, traduxit *palam, triũphans illos in ſemetipſo.

Coloſſ.2.
*in vulg. eſt: traduxit confidenter palam.

Sic & nos, ſi omnẽ impulſum moleſtiamque inimici, fortiter alacriterque etiam ad mortem vſque D pertulerimus; tunc aduerſarium per fidem atque patientiam, & ſpem in Dominum, ſuperabimus. Sicque probati reperti, & hic eandem promerebimur redemptionem, Sanctique ſpiritus ſanctificatione replebimur, & ſempiternam illam vitam hæreditate obtinebimus. Nam in certamine ſpiritali, victoria cõtra aduerſarium per paſſiones & mortem paratur. patiendo igitur ac moriendo propter Dominum, alacriter aduerſarium vincamus. Ideo quamcunque tribulationem atque tentationem ingruẽtem, nequaquam laborioſam duramq; putetis, ſed opportunum potius omnem inimici impetum perferẽdum ducatis, mortem Domini cum deſiderio ſemper ante oculos ſtatuentes. Et ſicut dictum eſt à Domino: Quotidie tollentes crucẽ eius quæ eſt mors, ſequamur ipſum: ſicque facilè quamcumque ſufferemus tribulationem, ſiue occultam, ſiue manifeſtã.

Matth.16.20.
Marc.8.
Luc.9.14.

A minori ad maius.

Si enim mortem pro Domino ſubire exſpectamus, & ob oculos conſtituentes, ſemper concupiſcimus; quanto magis qualeſcunque tribulationes graues atque moleſtas, opportunè facilè cum gaudio ſuſtinebimus? Iccirco enim graues nobis atque moleſtę, intolerabileſque tribulationes videntur, quòd mortem Domini ob oculos ſemper poſitam non habemus, & in ipſo mens noſtra omni tempore cum deſiderio non ſit defixa. Qui enim Chriſtum poſſidere deſiderat, etiam pro ipſo pati, congruum eſt vt concupiſcat. Itaque Chriſti amatores in hoc oſtenduntur, quando aduerſitatem quamcunque ipſis ingruentem, ſtrenuè prompteque ob ſpem in Deum, perferunt. Proinde Dominum obſecremus, vt nobis intellectum præbeat, ad cognoſcendam voluntatem ipſius, eamque alacriter perſiciendam, in

omni

A omni patientia ac longanimitate, cum gaudio, quod ipſe nobis largiatur, confirmans nos in omni beneplacito ſuo; vt probati eoque digni reperti, æternam conſequamur ſalutem. In Chriſto Ieſu Domino noſtro: Cui gloria & potentia, in ſecula ſeculorum, Amen.

Coloſſ. 1.
Epheſ. 4.
Hebr. 6. 12.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

QVi Deo placere cupit, debet fortiter obuias quaſque ſufferre tribulationes, ſiue corporales morbos, ſiue improperia ab hominibus, ſiue inuiſibiles anxietates à malignis ſpiritibus, &c.] *Inſinuantur hic tres modi, quibus virtus patientiæ exerceri ſolet: Alia enim ſunt quæ à* B *Deo: alia quæ à proximo: alia quæ ab antiquo aduerſario ſuſtinemus. A Deo quippe flagella, corporaleſq; morbos toleramus. Ab hominibus damna, perſecutiones damna, improperia, & contumelias. A ſpiritibus malignis tentamenta & incitamenta ad malum, variaſq; alias ærumnas inuiſibiles, &c. In quibus omnibus, quomodo ſe per patientiam exercere & gerere debeat homo, copioſè ſatis & eleganter inter alia hic oſtendit Ephræm: & poſt eum inter Latinos S. Gregorius ſuper Ezech. homil. 7. quem etiam in hoc vide, ac cum iſtis conferto.*

Fili accedens ad ſeruitutem Dei, dirige cor tuũ & ſuſtine. *Ita cum Septuaginta legit hic noſter Auctor: pro quo in vulg. Lat. habetur: præpara cor tuum ad tentationem. Deprime cor tuum & ſuſtine. At nos in verſione hic ſequuti ſumus 70. diſcedendum enim à vulgat, cùm res ita expoſtulat, vt hoc loco.*

Idem enim martyrium tribulationum, quod illi per Tyrannos, hi per ſpiritus nequitiæ pertulerunt, &c. *Hanc ſolam lectionem ex tribus delegi atque retinui: pro qua, in alio manuſ. reperitur: Idem enim martyrium tribulationum, quod illi per crucem, & hi per tribulationes malignorum ſpirituũ, qui eos exercebant, tolerarunt, &c. In alio tertio Cod. ſic: Idem enim martyrium tribulationum, quod* C *illi per crucem, hi per ſpiritu nequitiæ, qui eos exagitabant, pertulerunt, &c.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Sermo adhortatorius, De Patientia & Compunctione, Benedic Domine.

D CReator noſter Deus, infirmitatem mẽtis noſtræ, & verſutiam aduerſarij ſibi exploratam habens, ſacras nobis donauit ſcripturas, veluti armamentaria atque theſauros medicamentorũ. Sunt autem in armamentarijs, tela & arma diuerſa. Ait enim Dauid: Et poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. ac rurſus: Emiſit ſagittas, & diſſipauit eos, & fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Et alibi dicit: Et accipiet armaturam zelus, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet thoracem * iuſtitiæ, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem: acuet autẽ diram iram in lanceã, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Ibunt directè emiſſiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum inſilient. Et à petroſa ira plenæ mittentur grandines, excandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & tãquam turbo venti ventilabit * illos. Et Eliſæus dixit: Noli timere, plures enim nobiſcũ ſunt, quàm cum illis. Cumq; oraſſet Eliſæus, ait: Domine aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: Et ecce mons plenus equorum & currus * ignis in circuitu Eliſæi. Eſaias verò: Et poſuit os meum, quaſi gladium acutum: in vmbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me. In Ezechiele autem dicit: Et tu fili hominis, ſume tibi gladium acutum, radentem pilos: & aſſumes eum tibi. Iccircò & Apoſtolus nos inſtruit dicens: Induite vos armaturam Dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli; vt cùm nos inuaſerit inimicus, armis iam dictis nos munitos offendat. Arma autem noſtra non carnalia ſunt, ſed potentia Deo: quoniam non eſt nobis collu-

Pſalm. 17.
2. Reg. 22.
Sap. 5.
* al. iuſtitiam.
* al. diuidet illos.
4. Reg. 6.
* al. & curruum igneorum
Eſa. 49. & 51.
Ezech. 5.
Epheſ. 6.
2. Cor. 10.
Epheſ. 6.

colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed contra ſpiritalia nequitiæ. Ceterùm
in theſauris ſacrę ſcripturæ, multa ac varia recondita ſunt ſalutis adminicula,
& de pœnitentia, ac de ſalute animæ ſermones, vt ſi quis contra diabolum in
acie conſtitutus vulneretur, mox ſtudioſè ad medicamentorum theſaurum recurrere
diſcat: adhibitoque ad vulnus curandum pharmaco pœnitentiæ, & ſanitate
Prouerb.7. recuperata, iterum pro ſuo Domino, in præliam deſcendat. Cumque deſpicientia
atque deſidia telũ ſit inimici, quo multos vulneratos deijcit, nobis aduerſus
Pſalm.26. negligentiam, pro vexillo patientiam adſumamus oportet, frequentius nobiſcum
id ſcripturæ recolligentes: Viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine
Dominum; vt verbo iſto confirmata anima, facilius iniectas ab inimico perturbationes
perferre queat, & velut baculo innixa, aut tanquam vehiculo ſuſtentata
ſubleuetur labore. Quare crebris illud vſurpemus ſermonibus, & nobiſcum
Ibidem. & cum alijs colloquentes: Viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.
Plurimum enim nobis conducet hoc dictum, ſiue ieiunemus, ſiue vigilemus,
ſiue oremus, ſiue operemur, ſiue quid aliud faciamus: ſiquidem ad inceptum
virtutis opus perficiendum, alacritatem in nobis excitat. Donec igitur ſuppetit
Galat.6. tempus, decerta: vt & ſuo tempore metas non deficiens. Non delecteris
odio. Deteſtare inuidiam, rixas, atque cõtentiones, & vanam gloriam. Auerſare
autem mores prauos, & detractiones. Adhuc enim modicum, & inuidia hæc, &
inimicitia aduerſus proximum ceſſabit: paullò poſt namque ſeparabimur ab
inuicem. Et quorſum fratres, in nobis liuorem atq; inuidiam regnare permittimus?
Cur teipſum ô homo extollis, qui paullò poſt in terram & cinerem reſolueris?
Ama compunctionem, appete tolerantiam. Dilige continentiam, vt multis
diſtractionibus curiſque vanis libereris. In lachrymas orans prorumpe, vt requiem
inuenias, quo abiturus ſis. Opus tuum cura, vt ſapiens & intelligens. Nam
impudentia & riſus, nihil tibi in hora mortis proderũt, ſicut neque ſcurrilia. Hæc
Epheſ.5. enim in cordibus ſtultorum vigent, & dominantur. Sed neque fallax ſimulatio,
niſi ex corde timueris Deum. Ama humilitatem ex corde vero, & inuenies gratiam
Iob 13. apud Deum omnipotentem, & hic & in futuro. Quòd ſi verò te ipſum exaltaueris,
Eſa.34.64. Iob 8.14. ſicut folium quod à vento in arbore rapitur, facillimè commoueberis.
Quæ enim in hac vita ſunt dulcia, fugient velut vmbra. Ne ſis domus amaritudinis,
ne te corrumpat venenum eius, antequam proximo acerbitatis virus impertias.
Ezech.5.12. Ne erubeſcas in corde humili reuerentiam ſeruare. Qui enim peruertunt te,
Pſalm.144. nequaquam in die neceſſitatis tibi proderunt. Deũ time totis viribus tuis, & ipſe
Iohan.14. tibi monſtrabit viam, qua te ſaluari oporteat. Poſſide autem humilitatẽ ac manſuetudinem,
& ſuperueniet in te gratia timoris Domini. Nihil habet inquinamentum
1.Cor.3.6. carnis, præter condemnationem & ignem inexſtinguibilem. Sanctificatio
1.Pet.5. autem, & in hoc ſeculo laudẽ & gloriam, & in futuro coronam immarceſſibilem
poſſidebit. Corpus tuum frater, templũ eſt Spiritus ſancti in te inhabitantis. Curam
*al. ne inhabitantẽ in te,&c. ergo templi habe, ne inhabitantem * in eo contriſtes. Sed fortè dixerit quiſpiam:
Et ego me vellem ab omni inquinamento purũ conſeruare, ſed quid agam?
neque enim vinco. Similis eiuſmodi eſt ei, qui hoſtes vult vincere abſque pugna
atque labore; quandoquidem & contra nos, ipſi tela ijs porrigimus, qui nos oppugnant.
Cùm enim ſegniter atque incautè diſponimur ad muniendas fores animæ,
nonne inſidiatores ſalutis ſumus propriæ, aditum patefacientes aduerſarijs?
Quando enim oculis noſtris, liberè in contemplandis quæ non oportet vtimur;
cùm ne proprium quidem corpus, fas eſt eum ſecurè, qui in virtute exercetur,
*al. quomodo non ipſi nobis damna conciliamus? contueri, * hinc nobis damna conciliamus. Quando rurſus auditum noſtrum
flagitioſis rumoribus, & canticis meretricijs accommodamus; an non ipſi nobis
malum accerſimus? Similiterque os noſtrum detractionibus ac turpiloquijs contaminantes,
non refrænantes linguam noſtram: verùm ſicut ſcriptũ eſt: Lingua
Iacob.1.3. conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam
natiuitatis noſtræ, inflãmata à gehenna. nares vnguentis odoriferis, & aromatibus
opplentes; manus quoque inordinatè admouentes ijs quæ non oportet, &
pedes in viam non rectam dirigentes. Cumque ſic iſta agamus, quomodo temperantiæ
donum Domino perſoluere poterimus? imò ne faciem quidem terræ per
continentiam, ſtrenuoſque labores adæquantes. Sed quî fieri poteſt, vt fumum

A arceamus. quo minus per eas quæ patent, ingrediatur fores, igne contra aſſiduè Allegoriæ pulcherrimæ.
ſuccenſo? Quòd ſi fumum propellere velis, fores obſerato, ne tua per res ſenſibiles
nigreſcat domus. Tempore hyemali, tuas fores munitas ſerua, ne à frigore
lædatur offendaturque corpus tuum. Circa vtilitatem porrò animæ, quomodo
vſque adeò nos pigros oſtendimus? Rationem nos dare cordiũ ſcrutatori oportebit, 2.Cor.6.
de cuſtodia templi nobis concrediti. Domum ex luto, lapidibus, ac lignis
fabricatam, vbi corpus foueatur, curamus ſedulò, ab ea præſtantiorẽ negligimus.
Magna igitur confuſio tunc erit, & iudicium præceps durumque ei, qui polluerit 1.Cor.2.6.
templum Domini, niſi præuia pœnitentia conſecutus ſit remiſſionem, lachrymiſque
ſuis maculas ſibi expiauerit. Odio habentes vanam gloriam, ſocordiam,
atque iracundiam, firmaſque inutiles, contemplemur optima viuendi inſtituta
B Sanctorum, quorum etiam imitemur vitam. Sobrij ſimus & vigilemus; ne fortè
nos fœminarũ coarguat induſtria atque ſedulitas. Diſce ſolicitudinem pati cum
humilitate iunctam Rebeccæ, & virtutem ſanctæ illius mulieris admiraberis,
quomodo aduenam hoſpitio exceperit. Scriptum enim eſt: Deſcenderat autem Geneſ.24.
Rebecca ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. occurritq; ei ſeruus,
& ait: Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. Quæ reſpondit:
Bibe Domine mi. Celeriterque depoſuit hydriam ſuper brachium ſuum, & potauit
eum, quoaduſque ceſſauit bibens, & dixit: Et camelis tuis hauriam aquam:
atque multis ante ſeculis, Euangelicam impleuit vocem, qua ſic loquitur Dominus:
Si quis te angariauerit ad miliare vnum, vade cum illo, alia duo. Sic & ſancta Matth.5.
hæc gratiam duplicauit, dicens: Bibe Domine mi; & camelis tuis hauriam
C aquam, donec cuncti bibant. Et hæc dicens, non eſt contenta verbis, donec & opere
ſermonem compleret. ſecundùm illud: Non enim in ſermone eſt regnum 1.Cor.4.
cælorum, ſed in virtute. Omnem enim, inquit, hydriam euacuauit in canalem: & Geneſ.24.
cucurrit ad puteum, ad hauriendum, & hauſit apuam omnibus camelis. Et hic
animæ eius virtutem contemplare: nihil enim ſegniter, nihil ſuperbè, nihilque
arroganter factum comperies. Hominem peregrinum appellabat dominum, &
viatori tanquam vera ancilla, miniſtrabat. Ita quoque & Iacob egit, lapidem ab
ore putei reuoluens, & potans oues Laban fratris matris ſuæ. Sed fortè quis præteriens Geneſ.29.
hic dixerit, propter cognationem id accidiſſe; verùm ab operibus, Moyſes
cõuincetur talis. Dicit enim ſacra ſcriptura: Fugiens * autem Moyſes de conſpectu Exod.2
Pharaonis, moratus eſt in terra Madian, & ſedit iuxta puteum. Erãt autem * al. Receſſit aũt Moyſes à facie
ſacerdoti Madian ſeptem filiæ, paſcentes oues Iothor ſui patris. Superuenerunt Pharaonis, &
D autem paſtores, & eiecerũt eas: Exurgens autem Moyſes, liberauit eas, & adaquauit veniens in terrã Madian, ſedit ſu-
oues earum. Magna eſt gratia, quæ refulget in mentibus Sanctorum tuorum per puteum.
Domine: cùm matrẽ virtutum, à ſimulatione alienam charitatem, indutæ ſint.
Quocirca omni labore ac ſtudio ama diuinarum ſcripturarum audire dogmata. Alluſio ad verba Matth.6.
Quotidie de corpore nutriendo ſumus ſoliciti, optimè condiendo cibos eius, de Lucæ 12.
animę autem alimento nihil penitus curamus; cùm contra conueniat potius, Iohan.6. &
Chriſto dilecti fratres, cibum carnis deſpicere, vt anima in Spiritu nutriatur ſancto. Rom.14.
Comede quotidie panem, quem diuina largitur ſapientia, & bibe aquam ex
ſpiritali ſcaturientem petra, vt mens tua corroboretur, ad illuminationem intellectus.
Nam corporeorum ciborum fruitio, quoaduſque buccella pertranſierit
guttur, & è veſtigio ceſſat eorum ſapor, atque voluptas. Sed quorſum extolleris
ô homo, & ſplendido veſtitu delectaris? Quando enim quis toto die indutus
E pretioſa veſte fuerit, vbi nox aduenerit exuitur ea: ventreque cibis repleto, conuertitur
ad ſomnum, & ſæpè beſtiolę atque vermiculi ſuper eum repunt impunè,
ipſo interim dormitante atque ſtertente inſtar mortui abſque vllo planè ſenſu.
Manè autem facto, ſe lecto citiſſimè mouet; induenſque ſe veſtimentis ſuis ſplendidis,
putat ſe in vanitate extolli, qui paullò ante in tenebris iacebat, & paullò
poſt in ſepulchro diſſoluetur. Si ergo volueris gloriari, in Domino gloriare. Si 1.Cor.10.
autem & opes tibi fuerint, rectè ijs vtendo & agendo, theſauriza tibi theſaurum
in cælis, beneficentia. Nam ſi ad mortis vſque horam cuncteris, Angelis ſæpè Gal.6. Phil.3.
tunc animam ad emigrandum ſolicitantibus, quibus etiam nolles diuitias tuas Matth.19.
relinquens. Ne ergo verearis initium bonæ capeſſere vitæ. Si enim vel guſtaueris Marc.10.
ſaltem dulcedinem ſancti Spiritus, illuminabitur tibi mens tua, ad incorruptibilium Pſal.48.

Pſalm.33. lium rerum curam & meditationem. Iccirco dicit Spiritus ſanctus: Guſtate & videte,
quoniam ſuauis eſt Dominus. Felix ille, qui in hora mortis inuentus fuerit
Rom.12. & 1.Pet.2. hoſtia ſancta beneplacens Domino, multoque cum gaudio migrat è corpore, &
relinquit vanitatem huius vitæ; quē militiæ cæleſtis Angelorum exercitus contemplantes,
collaudabunt, velut conſeruū fidelem atque probatum in Domino.
Precatio pia. Rurſusq; audeo impuro ore, obteſtari te ſanctum, & immaculatum, puriſſimumque
Dominum: & ex corde malo atque adultero, quotidie ad te ſanctum, & redemptorem
ſuſpiria gemituſque emitto. Siquidem quotidie ab aduerſario ad
impurarum cogitationum meditationem pertrahor. & cælum adſpicere confundor.
Pſal.5. Siquidem confuſio & improperium mihi, præ multitudine iniquitatum
mearum ingeritur. Supplicio autem tuæ bonitati, compatere vt miſericors, expelle
ex mente mea corruptorem doloſum, & vindica me ante mortem à portione
Pſal.16.30.70. 85.87. Iſa.37. impiorum. Recordare mei Domine, in miſericordia & miſerationibus: &
inclina aures tuas in orationem ſerui tui, ne cum ſuperbis ego condemner, ne à
Eſa.11. 1.Pet.4. conſpectu oculorum tuorum repellar, ne fiam ſempiternę particeps perditionis,
ne in profundum demergar abyſſi, ne in penetralibus concludar inferni, ne mihi
ſubſternant putredinem, & diuerſorium meum, ne ſit vermis, ne in æternis concludar
tenebris ſub montium fundamentis, vinculis conſtrictus ſempiternis, ne
Matth.7. truculento tradar angelo, neque in igne comburar inexſtinguibili. Recordare
Lucæ 11. mei Domine, & ſalua me ſancte, qui inter ſanctos requieſcis. Dixiſti Domine:
Iacob.1. Pſal.44.71. petite & dabitur vobis. Miſericordiam ac commiſerationes depoſco: præbes enim
Matt.6. Luc.11. Pſal.31.96. &118. abundanter cunctis, & non improperas, Domine Deus omnipotens. Bonus
enim es, & benignus. Da nobis gratiam inuenire, in conſpectu gloriæ tuæ Domine.
Glorificeturque in nobis tuum ſanctum nomen Domine. Glorificent nos
iuſti, cùm lætitia & exultatione in æterna tabernacula tua Domine, liberatos è
ſuperborum manibus. Quis horridum audiens verbum ad te ſingulis horis clamitare
1.Pet.4. reticebit? Ait enim ſacra ſcriptura: Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator
vbi parebunt? At nos tuis miſerationibus confiſi, inſiſtimus orationi
deprecantes, vt ab inexſtinguibili liberemur igne, metuque futuro. Olim ſiquidem
Dan.14. Angelus tuus Domine, comam Prophetæ Habacuc apprehendens, in momento
Ezech.8. temporis eum ſtatuit in Babylone ſuper lacum leonum, vbi incluſus detinebatur
Daniel, rurſusq; confeſtim in terram ſuam ipſum reſtituit. Nos autem
Lucæ 16. tua Domine gratia refoueat, & ſine timore traducat per chaos illud ingens atque
horrendum, quod firmatum eſt in medio iuſtorum & iniuſtorum, vt liberati dicere
poſſimus: Gloria Patri, qui nos liberauit ex tenebris inferni, & poſuit nos in
paradiſo voluptatis. Gloria Filio, qui nos liberauit ab inexſtinguibili igne, ac
verme æterno, noſque dignatus eſt hæreditate cæleſtis atque ſupernæ Hieruſalem.
Gloria Spiritui ſancto, qui nos liberauit ex corruptela peccatorum, & confuſione
ſempiterna, noſque coronauit in exultatione, in lumine vero, & exſuperanti
gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

Creator noſter Deus, ſacras nobis donauit ſcripturas, velut armamentaria atque theſauros medicamentorū, &c.] *Quid intelligat per Armamentaria, & cur ijs diuinas compararit ſcripturas, ſatis perſpicuè hic oſtendit Auctor. Vim autem nominis explicat, dum dicit:* Sunt autem in armamentarijs tela & arma diuerſa, &c. *Nam ſi etymologiam vrgeamus, Armamentaria ſiue ὁπλοθῆκαι, (vt & hic eſt in Græco textu Ephræm) repoſitoria armorum dicuntur, & ferè naualium, dicta ab armamentis, id eſt, armorum collectionibus: vnde Liuius de bello Macedon. Conflagrârunt & horrea regia, atque armamentaria cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum, &c. Quemadmodum autem in armamentarijs diuerſa tela & arma aduerſus hoſtes viſibiles adſeruantur: ita & in theſauris ſacræ ſcripturæ varia ſunt remedia & medicamenta ſalutis, ad tuēdam animam, hoſteſq; inuiſibiles repellendos opportuna, ſicut hoc ipſum pluribus ſcripturæ locis, exemplisq; Auctor conſequenter illuſtrat, confirmatq;.*

Et Eliſæus dixit: Noli timere, plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis, &c.] *Vbi pro (Eliſæus) vt eſt in vulg. in Græco textu Ephræm, ſicut & in edit. 70. reperitur (Eliſæe) legiturq; ad verbum magis ſic: Et dixit Eliſæe: Ne timeas, quoniam plures, qui nobiſcum, ſuper eos, qui cum illis. Et de*

precatu

præcatus eſt Eliſæ, & dixit: Domine aperi, quæſo, oculos pueri, & videat. Aperuitq́; Dominus oculos eius, & vidit: Et ecce mons plenus equorum & currus ignis circa Eliſæ. Locus eſt 4. Reg. 6. vbi partim vulg. partim Græco textui Auctoris; & 70 in verſione nos pro rei exigentia accommodauimus, quemadmodum & in ſubiecto hic loco Eſaiæ, alijsq́; plurimis.

Et poſuit os meum quaſi gladium acutum, in vmbra manus ſuæ protexit me, &c.] *Pro quo (vt de varietate lection. conſtet) in edit. 70. ad verbum ſic: Poſuit os meum quaſi gladium acutum: & ſub protectione manus ſuæ abſcondit me. Poſuit me quaſi ſagittam electam: & in pharetra ſua abſcondit me. Locus eſt Eſai. 49. Ceterum pro illo poſteriori (*abſcondit me*) quã etiam ſequitur lectionem S. Hieronymus & Cyrillus, apud Euſebium lib. 11. Euang. demonſtrat. & hoc loco apud Auctorem noſtrum Ephræm, in Græco habet: ἐσκέπασέν με, texit ſiue protexit me, &c. quod etiam in translatione ſecuti ſumus.*

B Ceterùm in theſauris, multa ac varia ſalutis ſunt adminicula, &c. *Ita ad verbum hic eſt in Græco, vbi licet prima fronte Auctor de theſauris ſuorum operum agere videatur, & materias in ijs à ſe tractatas notare; alluſio tamen potius ac verius fieri deprehenditur ad theſauros diuinarum ſcripturarum, in quibus plurima ſalutis recondita ſunt adminicula, & de pœnitentia ac ſalute animæ ſermones varij, ſicut & in armamentarijs tela & arma inueniuntur diuerſa, vt ante oſtenſum eſt; vbi ſicut & hic, etiam ſacra volumina, ac ſalutarem in ijs doctrinam commendare voluit: quamobrem & iſta ad maiorem perſpicuitatem, cum clauſula explicatiua adiecta, ſic vertimus:* Ceterùm in theſauris ſacræ ſcripturę multa ac varia ſalutis adminicula, &c. *Locus inſignis eſt in laudem ſacræ Scripturæ, qualis & in immediatè hic ſequenti Oratione non citra energiam amplificationem adhibetur.*

Fugiens autem Moyſes de conſpectu Pharaonis, moratus eſt in terra Madian, &c.] *Verba ſcripturæ ſunt Exod 2. vbi quæ nonnullis interiectis ſequuntur* (paſcentes oues Iothor patris ſui) *(hic & apud 70. leguntur, ſed deſunt in vulg. Lat. nec ibi nomen hoc (*Iothor*) exprimitur. ſed pro eo, paullò poſt, ibid. Raguel ponitur. Quod porrò additur de ſuperuenientibus paſtoribus, qui eiecerunt filias ſacerdotis Madian, quæ venerant ad hauriendum aquam, &c. in edit. 70 eſt ἐξέβαλλον, expellebant, ſed hic apud* C *Ephræm ἐξέβαλον, eiecerunt, legitur, ita & apud S. Auguſt. & in vulg. Latin.*

EIVSDEM*

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Patientia, & Conſummatione huius ſeculi.

* al. Eiuſd. De Patientia & ſeculi cõſummatione, ac de ſecundo aduentu Domini, &c.

D Ac de ſecundo aduentu Domini. Et de regno iuſtorum ſucceſſione carẽte, ęternoque ſupplicio peccatorum. Argumentum quoque confeſſionis. Nec non ad meditationem Diuinarum ſcripturarum exhortatio: inſidięque nonnullæ inimici: ac quę quantaque tranquillitatis mentis, atque quietis, ſilentijque ſit vtilitas.

E ILluſtris eſt vita iuſtorum: ſed quomodo illuſtratur, niſi per patientiam? Hanc dilige ô * Chriſtiane, tanquam fortitudinis matrem: Admonet enim Pſalmus, dicens: Exſpecta Dominum, & cuſtodi vias eius. Paulus quoque modum acquirendæ virtutis docens, ait: Tribulatio patientiam operatur. Hanc exercens, ſpem fontem omnis boni inuenies: ſpes autem non confundit. Subditus igitur eſto Domino, & ora eum, inueniesq́ue deinceps illud: Et dabit tibi omnes petitiones cordis tui. Quid hoc beatius, quàm conſequi talis regis beneuolas aures? Quis non exoptet iudicis aures ſibi apertas atque obſequentes: Operarius es virtutis ô frater, conduxit te Chriſtus in vineam ſuam; dum tempus habes, operare bonum. Audi Paulum dicentem: Quodcunque ſeminauerit homo hoc & metet: ſemina in ſpiritu, vt de ſpiritu metas vitam æternam. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, inquit, de carne & metet corruptionẽ. Audi bonum adhortatorem commonentem: Seminate vobis in iuſtitia, vindemiate fructum vitæ. Ne ſis negligens in laborando, ſpẽ tibi fructus ante oculos conſtituens. Vbi enim ſunt certamina, ibi & pręmia. vbi bella, ibi etiam honores. vbi * colluctatio, ibi

* al. ô monache.
Pſalm. 36.
Rom. 5.
Ibidem.
Pſal. 36.
Galat. 6.
Ibidem.
Oſeæ. 10.
* Alludit ad luctatores.

Pſalm.26.30. quoque corona. Ad hæc reſpiciens, inunge * teipſum per patientiam. Sanctis A
vocibus ſemper tecum loquère, ac dicito: Viriliter age, & confortetur cor tuum,
Planè pulchra, & notatu digna. & ſuſtine Dominum. Præpara in exitum opera tua, & ad agrum colendum accingere:
ager eſt præſens hæc vita pro bono ligone, vetus tibi teſtamentũ, vnà cum
nouo ſumito. Sepi agrum ac fundum tuum ſpinis, ieiunio, oratione, atq; doctrina.
Si hoc munitus ſis ſepimento, non te fera inuadet fraudulenta, diabolus inquam.
Similitudo accommodata. Vineæ pulchræ inſtar, animam tuam excole: Et ſicut vinearum cuſtodes
manu pulſant, ac voce clamitant, ijsque fragoribus inſidiatores arcent: ita & tu
clama oratione, iubila cantu pſalmodiæ, & fraudulentam fugabis beſtiã vulpem,
Cantic.2. hoc eſt diabolum, de quo dicebat ſcriptura: Capite vobis vulpes paruulas, & reliqua.
Obſerua ſemper inimicum, ſi fortè moroſa atque abſurda cor tuum cõfixerit
Epheſ.6. 1.Theſſ.5. concupiſcentia. Si animum tuum quaſi funda petierit, & in eum cogitationes B
immundas iniecerit, reſiſte & oppone ei ſcutũ fidei. Indue te galea ſpei. Extrahe
gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Et ſic armatus aduerſus hoſtem, ſuſtine, &
ne ſis in bello negligentior, ſed ſobrium atque vigilantem te prabe in omnibus:
non enim eius ignoramus conſilia. Gaude autem in Domino ſemper, ſicut ſcriptum
Philip.4. eſt: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Timor Dei verſetur in
corde tuo. ne timidus ſis miles, neque ignauus ac piger operarius. ne fugias coronam.
*al. ô Chriſtiane. Tempus breue eſt, ſed iudicium longum: Ad quod reſpiciẽs ô * monache,
Pſalm.26.34. admone cor tuum, & cum Sancto illo loquere, ac dicito: Viriliter age, & confortetur
1.Reg.17. cor tuum, & ſuſtine Dominum. Imitare Dauid, & vno iactu lapidis proſterne
aduerſarium: aſſiſtunt enim Angeli ſpectatores vitæ tuæ. Quoniam ſpectaculum
1.Cor.4. facti ſumus mundo, & Angelis atque hominibus. Si te victorem in bono
opere viderint, gaudebunt: at ſi victum, cùm id ſufferre nequeant, triſtes recedẽt: C
Timor Dei gladio cõparatur. gaudebunt autem ſuper te, dæmones. Pro framea igitur ac gladio, timorem apprehende
Domini: Nam timor Dei, velut gladius anceps eſt, omnem concupiſcentiam
prauam excidens. Semper ergo mente timorem Dei ſumito, memor
ſemper nouiſſimi atque tremendi illius diei, quando cæli ardore ignis ſoluentur,
Matth.24.25. Marc.13. Lucæ 21. &c. & terra cum omnibus operibus quæ in ea ſunt, comburentur. Quando aſtra tanquam
folia decident. Sol & Luna tenebris obſcurabuntur neque dabunt lumen
ſuum. Quando apparebit Filius Dei, & de cælis in terram deſcendet, cælorumque
De extremo iudicio. virtutes commouebuntur. quando Angelorum diſcurſiones, vocesque tubarum
ſuperuenient; ignis in conſpectu eius ardens atque percurrens, exuret totum
Apocal.16. Matt.24.25. orbem. In circuitu eius tempeſtates maximæ, terræque motus horribiles, ac fulgura,
qualia nunquam euenerunt, neque fient, vſque in diem illum: vt & vel ipſæ D
virtutes cælorum, tremore magno corripiantur. Nos igitur, quales oportebit tũc
Exod.20. eſſe fratres mei; cuiuſmodi nos timor ac horror inuadet? Perpende frater Iſraelitas
*al. vocesq; tubarum. in eremo, quomodo caliginem atque obſcuritatem, clangoremque * tubarum,
ac vocem ipſius loquentis Dei, in medio ignis perferre nequiuerint;
ſed operam dabant, ne Dei vox atque oratio ad illos accederet: non enim ferebant
in veritate, quod peragebatur; tametſi neque cum horrore deſcenderat,
neque cum ita alloquebatur ipſos, ſed omni potius conſolatione, certiores eos
A minori ad maius negatiuè, & contra. reddebat, eſſe cum illis Deum. Audite ergo fratres chariſſimi, ſi neque cum
conſolatione valuerunt ſufferre aduentum eius; quando nec cæli incenſi igne,
ſoluti ſunt: nec terra cum his, quæ in ipſa ſunt exuſta: neque tubæ dederunt ſonum, E
ſicut ventura illa tuba reſonabit, excitabitque cunctos qui à ſeculo dormierunt;
1.Cor.15. 2.Theſſ.4. neque ignis deuorauit vniuerſum mundum, neque quis alius rerum
futurarum obuenit terror, & non potuerunt tolerare; quid obſecro facturi ſumus,
quando in furore & ira intolerabili deſcendet, ſedebitque in ſolio gloriæ
Pſalm.49. Rom.2. ſuæ, omnemque terram ab ortu ſolis vſque ad occaſum, & cunctos fines orbis
aduocabit, vt dijudicet populum ſuum, reddatque ſingulis iuxta opera ſua?
Hei, hei mihi: quales & quo animo tunc oportebit nos eſſe; quando nudi ac
timidi ibi apparebimus, prodituri ad horrendum illud tribunal. Hei, hei mihi:
Vbi tunc carnis fortitudo? Vbi pulchritudo fallax atque inutilis? Vbi tunc
humana voluptas? Vbi tunc impudens inuerecundaque audacia? Vbi tunc ornatus
veſtium? Vbi tunc voluptas peccati, verè immunda & ſordida? Vbi tunc,
qui maſculorum ſtercora in voluptate ponunt Vbi tunc, qui cum tympanis, &
Rom.1. muſicis

A muſicis inſtrumentis vinum bibunt,opera verò Domini non conſiderant? Vbi Eſa. 5. 24.
tunc eorum negligentia,qui in deſidia atque impietate hîc vitam tranſegerunt?
Vbi tunc delitiarum illecebræ? Cuncta illa præterierunt , & mollis aëris inſtar, Sap.2.
diſſoluta ſunt. Vbi tunc auaritia & rerum terrrenarum cupiditas, quæque ex ipſis
oritur immiſericordia ? vbi tunc immanis ſuperbia , quæ cuncta deſpicit,
ſeque ſolam æſtimat quid eſſe ? Vbi tunc inanis ac vana hominum felicitas,&
gloria? vbi tunc potentia? vbi tunc † Tyrannus? vbi tunc Rex? vbi Princeps ? vbi † al. tyrannis.
Dux? vbi Magiſtratus? vbi qui in opibus , vbi qui in multitudine gloriabantur
diuitiarum ſuarum,& Deum contemnebant? Tunc aſpicientes, verè mirabuntur,
conturbabuntur,commouebuntur, tremor apprehendet eos. ibi dolores,vt
parturientis , in ſpiritu vehementi tunc conterentur. Vbi tunc ſapientia Sapientum? Pſalm. 47.
B Vbi vanæ eorum aſtutiæ? Væ væ,conturbati ſunt,& moti ſunt ſicut Pſalm.106.
ebrius à vino;& omnis ſapientia eorum deuorata eſt. Vbi tunc ſapiens? vbi ſcriba? 1.Cor.1.
vbi conquiſitor huius ſeculi vaniſſimi? Mi frater, expende quales, & quo
tunc animo oporteat nos eſſe , in reddenda ratione omnium tam paruorum
quàm magnorum quæ egimus, vſque ad minimum : nam & de verbo otioſo rationem Matth. 12.
reddituri ſumus iuſto Iudici. Quales oportebit eſſe nos, vt gratiam hora illa
coram ipſo inueniamus? At verò quo nos gaudio afficiemur, ſi ad dexteram
Regis ſeparabimur? Cuiuſmodi nos tunc oportebit inueniri, quando nos iuſti
amplectentur ibi, amplectentur, inquam , te ibidem, Abraham, Iſaac, & Iacob,
Moyſes,Noe,Iob,Dauid,Sanctiq; Prophetæ, Apoſtoli, ac Martyres, & quotquot
Sancti,Deo in vita carnis ſuæ complacuerunt. Et quoſcunque hinc audis, eorumdemque
vitam admiraris,ac modò eos contemplari velles , ibi venient ad
C te,& amplexabuntur te , ſuper ſalute tua gloriantes. Quales nos eſſe tunc
neceſſe erit? quale illud erit gaudium atque ineffabile , quod capiemus; quando
Rex ijs qui à dextris erunt , cum hilaritate dicet: Venite benedicti Patris Matth. 23.
mei, Poſſidete paratum vobis regnum,à conſtitutione ſeculi. Tunc mi frater,
accipies regnum decoris,& diadema ſpeciei de manu Domini, & de cetero cum Sap 5.
Chriſto regnabis. Tunc hæreditate percipies bona illa,quæ Deus præparauit 1.Cor.2.
diligentibus ipſum . tum porrò ſecurus eris, nulloque amplius pauore perfunderis.
Recogita mi frater,cuiuſmodi ſit , in cælis & cum Chriſto regnare; quale ſit,
perpetuo eius ſancto frui aſpectu: Quale ſit,ipſum datorem luminum poſſidere?
Tunc enim non vltrà tibi erit ſol in lumen diei , ſicut ait Eſaias; neque Eſaiæ 60.
ortus lunæ illuminabit noctem tuam:ſed erit tibi Chriſtus lux perpetua, & Deus
D gloria tua. Ecce,frater mi,quanta gloria repoſita ſit timentibus eum, cuſtodientibuſque
mandata eius,iam audiſti.Poſteà verò,peccatorum quoque exitium cogita,
quando ad tremendum introducentur tribunal: quanta eos coram iuſto iudice
confuſio tunc apprehendet,nullam habentes excuſationis ſuæ viam? quanta
eos cùm ad ſiniſtram Regis ſegregabuntur , verecundia corripiet? quantæ in
eos tenebræ irruent,quando in ira ſua loquetur ad eos,& in furore ſuo conturbabit Pſalm. 2.
ipſos , dicens: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum , qui præparatus Matth.25.
eſt diabolo & angelis eius. Heu heu , quanta preſſura & anguſtia ſpiritus
afficientur , quando ſuperuenerit clamor, omnibus audientibus : Conuertantur Pſalm.9.
peccatores in infernum : omnes gentes quæ obliuiſcuntur Deum. Heu heu,
quas voces inter lamenta gemituſque emittent, quando abducentur , amariſſimè
cruciandi in æternum.Heu,qualis eſt locus ille clamoris, atque ſtridoris dentium,
tartarus appellatus, quem & ipſe horret Sathanas? Heu, qualis eſt gehenna
E ignis in exſtinguibilis? heu qualis eſt,non dormiens, & venenatus ille vermis?
heu,quàm graue malum eſt,deſtinari tenebris illis exterioribus? heu, quales
ſunt angeli tormentis præpoſiti, qui immites atque immanes in ſupplicijs illis
iugiter conuiciando exprobrant,& grauiter admodum increpant. Tunc qui
in tormentis reperientur, intentis vocibus clamabunt, & non erit qui ſaluet eos
apud Dominum , nec exaudientur. Tunc intelligent ſibi res vitæ huius omnes
inanes eueniſſe : & quæ hîc videbantur dulcia, felle quouis atque veneno
acerbiora. Vbi tunc falſi nominis voluptas peccati? Cùm non ſit alia voluptas, Vera voluptas
quam timere Dominum, & diligere ipſum. In hoc verè voluptas eſt. Iſtud verè quæ,& in quo
tamquam ex adipe & pinguedine animam replet. Tunc damnabunt ſeipſos,&

opera quę fecerunt mala. Tunc confitebuntur iudicium Dei eſſe iuſtum, dicentes:
Audiebamus enim hæc, & à prauis noſtris actionibus noluimus recedere. Sed tūc
nihil profuerit, eiuſmodi commemorare. Hei, hei mihi peccatis incomparabilibus
3.Paral 36. prægrauato: nam ſuper numerum arenæ maris peccaui, & ab ijs, velut à multis
ferreis catenis incuruor: Non enim audeo ſurſum oculis intueri altitudinem cælorum.
Ad quem igitur confugiam, niſi ad te benigniſſime, idemque clementiſſime.
Pſalm.50. Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Et ſecundùm
multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius laua
me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam
ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum
coram te feci. Cùm ergo fecerim, ad te confugio, propter multam tuam clementiam.
Ad iracundiam te prouocaui, & ad te, ob magnam miſericordiam tuā
Ibid. Pſal.50. recurro. Te aſpernatus ſum, & ad te propter ſummam bonitatem tuam atque benignitatem
confugio, obſecranſque clamo: Auerte faciem tuam à peccatis meis,
Ibidem. & omnes iniquitates meas dele, propter ſanctū nomen tuū, ac ſolum. Nihil enim
quod tibi offeram habeo, non opus bonum, neque cor mundum: verùm miſerationibus
tuis confiſus, in eas meipſum proijcio, vt cor mundum in me crees, &
Luc. 1. ſpiritu principali confirmes me. ne iterùm facilè in pecccatum relabar, ſed ex
hoc tempore ſeruiam tibi in ſanctitate & iuſtitia, omnibus diebus vitę meę. Quia
te prædicant omnes Virtutes cælorum. Tuumque eſt regnum, & potentia, in ſecula
ſeculorum. Amen.

Obſecro ergo vos Fratres, vt iſta exſpectantes, ſtudeamus immaculati, & irreprehenſibiles
Tubæ & ſacræ ſcripturę comparatio elegās. ei inueniri in pace. Quando praua aliqua tibi ſuperuenerit cogitatio,
hunc gladium extrahe, id eſt, timorem Dei recogita, omnemque fortitudinem
confringes inimici. Loco autem tubæ, diuinas ſcripturas adhibe. Quemadmodum
Simile. enim tuba ſonans, congregat milites; ſic & diuinæ ſcripturæ ad nos
clamantes, cogitationes noſtras congregant ad timorem Dei. Sunt etenim
cogitationes noſtræ militum inſtar, reſiſtuntque aduerſarijs Regis. Et rurſus:
Quemadmodum tuba, belli tempore ſonans, ſtrenuorum militum alacritatem
in aduerſarios excitat; ita & diuinæ ſcripturæ te promptiorem ad omne opus
bonum reddunt, teque aduerſus improbas paſſiones ac vitia, magis animant corroborantque.
Scripturę ſacræ incumbendum, & Diaboli machinis reſiſtendum. Iccirco mi frater, quantum potueris, vim tibi inter, quo frequentius
in ijs verſeris, vt cogitationes tuas congregent, quas inimicus inuento ſuo maligno
diſpergit, improbas ſuggerens, vel etiam tribulationes ſæpè inferens, aut
res ſecundas ac lætas exhibens. Hæc quippe ſua calliditate ac dolo operatur, vt
hominem à Deo alienum reddat. Cùm enim antiquorum aliquem, cogitationibus
lædere atque deijcere nequiuerit, tum iam tribulationibus eum afficit, vt
mentem illius obſcuret, occaſionemque ſuperſeminandi reperiat, quæ voluerit;
incipitque tunc ſuggerere homini cogitationes eiuſmodi, ac iureiurando dicere:
Rom.3. Ex quo bonum operari cœpi, malos dies experior: faciamus igitur mala, vt
1.Pet.5. rurſus eueniant bona. Tunc, niſi quis ſobrius inueniatur ac vigil, deuorabit eum,
Prou.1. tamquam infernus viuentem. Quòd ſi neque per eiuſmodi nocere ei potuerit,
tunc proſpera affert ei, & in ſuperbiam eleuat ipſum, fraudemque multiplicem
Pſalm.72. ſubminiſtrat eidem, cunctis malis intolerabiliorem atque deteriorem: Hæc enim
eſt, quæ ſuperbum & ſine timore reddit hominem. hæc in profunditatem
voluptatum, mentem detrahit. hæc in cælum facit ponere os blaſphemiæ.
Pſalm.72. Scriptum eſt enim: Et poſuerunt in cœlum os ſuum. Hæc hominem ignorare
facit Deum: atque adeo ne imbecillitatem quidem propriæ naturæ cognoſcere,
neque cogitare diem mortis atque iudicij poſſit. Hæc enim omnium malorum
eſt via, per quam qui gaudet incedere, in penetralia mortis perueniet. Hæc eſt
Matth.7. via, de qua Chriſtus dixit: Lata & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem.
Ecce audiſti mi frater: quare inimicus nunc quidem proſperitates, interdum
anguſtias adhibeat: In quod enim inclinatiorem hominis animum viderit,
eo aduerſus illum ſeamat, eumque protinus ſub iuſtitiæ imagine vmbraque,
fraudulenter oppugnat. Quapropter mi frater, ſobrium te præbe ac vigilantem
ſolerter, operamque da ſemper, vt lectioni diuinarum ſcripturarum adhæreas,
quæ te doceant, quomodo effugere oporteat laqueos inimici, & vitam æternam

A nam aſſequi: Nam ſacrarum ſcripturarum lectio, mentem vagabandam contrahit & colligit, donatque in Deum cognitionem. Scriptum eſt enim: Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. Audis, Frater, quòd Dei ſcientiam accipiat, qui ſimplici veroque corde diuinis vacat ſcripturis?

Lectionis ſacrarum ſcripturarum vtilitas.
Pſalm. 45.

Iccirco mi frater, vide ne negligas animam tuam, ſed lectioni ac precibus ſedulò incumbe, vt mens tua illuminetur, fiasque perfectus & integer, in nullo deficiens. Gloriantur alij de magnatum, principumque ac Regum familiaritate atque colloquio: at tu coram Angelis Dei gloriare, colloquens & cum Spiritu ſancto per ſacras litteras conferens: Nam Spiritus ſanctus eſt, qui loquitur per eas. Da operam igitur, vt diuinarum ſcripturarum lectionem familiarem tibi reddas, & perſiſtas in oratione. Quotieſcunque enim per eas Deum interpellas, toties tibi corpus ſanctificatur, & anima ac ſpiritus. B Hoc ergo prænoſcens mi frater, quòd quoties in ijs verſaris, ſanctificeris: cura vt frequentius conuenias eas. Et licet labores manibus, mente ora.

1.Reg.1.

Nam & beata Anna, mater Prophetæ Samuelis orabat, & labia eius tantummodò mouebantur: Oratio autem ipſius, in aures Domini Sabaoth introiuit, conceſſaque eſt ei petitio ſua.

Semper orandum.

Ideo frater chariſſime, licet manus occupatas teneas, mente tamen ora: Nam & tacentes exaudit Deus. Quòd ſi legere fortè neſcias, adhibe eum, à quo audire queas atque proficere; Scriptum quippe eſt: Si videris ſenſatum, euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.

Eccleſ.6.

Hoc enim conducit frater, non ſolùm ſcientibus quid legant, ſed & ignorantibus: Nam multi ſunt legentes, ſed quæ legunt non intelligunt. Vide ergo ô † Monache, ne donum Dei, quod in te eſt, negligas, quod gratis tibi à Chriſto eſt collatum: Sed ſtude & inquire, quomodo placare poſſis Deo, vt beatitudine Sanctorum perfruaris.

†al. ô Chriſtiane.
Pſalm.118.

C Scriptum eſt enim: Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius; in toto corde exquirent eum. Vide, ne te interrumpat inimicus, cùm volueris legere, tædium tibi afferens, teque in mentis diſtractionem conijciens, ac dicens: Fac primùm rem iſtam, quoniam & exigua eſt, ſicque poſtmodum ſecurior leges.

Suggeſtionibus inimici non parendum.

Quando enim ſuggerit eiuſmodi, ſimul inducit te ad opus manuum prompte peragendum, hæc autem omnia ſuggerit, vt te ab occupatione abducat, & impediat. Cùm enim hominem viderit diabolus ſtudioſè & cum vtilitate legentem, eiuſmodi occaſionibus, alijſque varijs impugnat eum, ſtudens ipſum impedire. Tu ergo ne parueris ei, ſed eſto quaſi Ceruus ſitiens, deſideransque adire fontes aquarum, id eſt, ſacras ſcripturas: vt ex ijs bibas, refrigeresque ſitim tuam, varijs te morbis adurentem.

Pſalm. 41.

D Bibe ſimul & illam, quæ inde ad te manat vtilitatem. Illuc verò mea ſpectat oratio, vt quando tibi donauerit earumdem intelligentiam Dominus, ex ijs verbum, quod tibi vtile ſit, ne te prætereat; ſed ingenio ac mente tua meditaberis illud, inſcribeſque cordi tuo, & memoria tua iſtud conſeruabis indelebile, ſicut ſcriptum eſt: In iuſtificationibus tuis meditabor: Rurſuſque ait: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et iterum: In quo corriget adoleſcentior viam ſuam, in cuſtodiendo ſermones tuos.

Pſalm.118.
Ibidem.
Ibidem.

Vides frater, quòd in recordatione verbi Dei, corrigit homo viam ſuam? Quis enim memor eſt verbi ipſius, & non corrigit viam ſuam? niſi ſit ille fortè planè reprobus, & miſerrimus nihil prorſus cogitans? quin & quorum videtur ſibi recordari, obliuiſcitur. Tali enim homini dicit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum? Iubet ergo auferri ab ipſo, etiam quod videtur habere.

Pſalm 49.

E Sed quid videtur habere talis? Videtur habere fidem, per quam & ſe Chriſtianum appellat, ſed operibus eam negat, & eſt infideli deterior. Ideo auferri ab eo iubet Spiritum ſanctum, quem accepit in die redemptionis, quemque videtur habere.

1 Tim.5.
Epheſ.1.2.4.
Similitudo.

Et fit talis homo inſtar fictilis vaſi vini, rimam habentis, & per eam, vinum deperdentis: quod quidem omnes qui adſpiciunt, neſcientes quid acciderit, arbitrantur plenum eſſe: ſed re explorata, eo diſtillante, mox palam fit omnibus, vacuum illud iacere. Ita & homo eiuſmodi, in die illa iudicij perquiſitus, inanis inuenietur & vacuus. Et tunc cunctis manifeſta erunt, quæ ad illum pertinent.

Matth.7.
Ibidem.

Taleſque ſunt, qui in die illa ad Regem dicent: Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Reſpondenſque Rex, dicet ipſis: Amen dico vobis, neſcio vos vnde ſitis. Vides frater, quòd

nihil penitus habeat, qui eiuſmodi eſt : Tu ergo memoria tene quæ audis, & corrige A
Matth.13. viam tuam. Vide ne permiſeris, obliuione illud tolli de corde tuo. Vide
Marc. 4. ne ſinas volucres cæli deſcendere, & ſemen filij Dei cõmedere. Ipſe enim dixit: ſemen
Luc. 8. eſt verbum, quod audiſtis. Abde ſemen in terræ viſcera, vt fructum percipias;
hoc eſt, abſconde verbum in medio cordis tui, vt fructifices Domino in timore.
Porrò cùm leges, ſtudioſè & accuratè legas, magna cum tranquillitate atq;
Qnomodo lectioni ſit incũbendum. induſtria percurrens verſum. Et non ſtudeas dumtaxat libri folia euoluere, ſed ſi
opus fuerit, non pigeat etiam bis terve ac ſæpius eumdem repetere verſum, vt
vim orationis intelligas. Cùm autem te ad ſedendum, ac ad legendum, vel etiam
ad alium legentem audiendum paras, Deum cum primis ora, dicens: Domine Ieſu
Chriſte, aperi aures, & oculos cordis mei, ad audiendum & intelligendum ſermonem
tuum, faciendamque voluntatem tuam Domine, quoniam incola ego B
Oratio præparatoria ad lectionem. ſum in terra. Non abſcondas à me mandata tua. Reuela oculos meos, & conſiderabo
mirabilia de lege tua. In te enim ſpes mea Deus meus, vt tu mentem meam
Pſalm. 118. illumines. Etiam mi frater, obſecro, ſic ſemper Deum ora, vt tibi cor illuminet,
aperiatque virtutem ſermonum ſuorum. Multi enim decepti ſunt prudentia ſua,
iudicioque confiſi, & cùm dicerent ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, non intelligentes
ſcripturas. Incideruntque in blaſphemias & perierunt. Si ergo, inter legendum,
Rom. 1. occurrat tibi verbum aliquod intellectu difficile, vide ne te malignus doceat,
2.Pet.2. dicere intra te, quòd non ſic ſe habeat, vt dicit verbum iſtud; quomodo enim
Matth.16. ſic eſſe poteſt, & eiuſmodi? Sed ſi credis Deo, crede & ſermonibus ipſius, & dic ad
Pſalm.11. malignum : Vade poſt me Sathana: Ego enim noui, quòd eloquia Dei, eloquia
caſta ſunt; ſicut argentum igne examinatum, probatum terræ, & purgatum ſeptuplum :
nihilque in ijs obliquum vel tortuoſum eſſe: ſed omnia bona, & his qui C
intelligunt, & recta his qui cognitionem inueniunt. Ego autem inſipiens
ſum, & non intelligo. Noui tamen ſpiritaliter omnia ſcripta eſſe : ait enim
Rom. 7. Apoſtolus, quòd ſpiritalis ſit lex. Deinde ſic, reflexis in cælum oculis, dicito :
Domine credo ſermonibus tuis, non contradico, ſed confido ſermonibus
Sancti Spiritus tui. Tu igitur Domine, ſalua me, vt inueniam gratiam coram
te; ego enim aliud non quęro Domine, niſi ſolùm ſaluari, & miſericordiam tuam
indulgentiſſime, conſequi. Quoniam tuum eſt regnum atque imperium, in ſecula.
Amen.

Silentium ac quies fratris Religioſi. Poſſide autem & mentis tranquillitatem atque quietem frater, pro mutuo munitiſſimo :
Nam quies ſuperare te faciet paſſiones tuas: tu enim de loco ſuperiori D
pugnas, illæ autem de loco inferiori. Acquire igitur cum timore Dei quietem,
& non nocebunt tibi quæcunque tela inimici. Nam quies cum timore Dei
4.Reg. 2. iuncta, currus igneus eſt, in cælum poſſeſſorem ſuum efferens. Fidem illius tibi
Inſigne Encomium quietis atque ſilentij. faciat Propheta Elias, qui quietem ac timorem Domini amãs, aſſumptus eſt quaſi
in cælum. O quies, Monachorum profectus. O quies, ſcala cæleſtis. O quies,
via regni cælorum. O quies, compunctionis mater. O quies, pœnitentiæ conciliatrix.
O quies, peccatorum ſpeculum, quæ homini ſua ſcelera atque delicta
oſtendis. O quies, quæ lachrymas nequaquam impedis. O quies, manſuetudinis
procreatrix. O quies, humilitatis contubernalis ac ſocia. O quies, quæ ad pacificum
ſtatum hominis perducis. O quies, timori Dei coniuncta, quæ menti tamquam
feneſtra lucem infers. O quies cogitationum inſpectrix, & diſcretionis
adiutrix. O quies, omnis boni genitrix, ieiunij firmamentum, & gulæ impedimentum. E
O quies, orationis ſacræque lectionis vacatio. O quies, cogitationum
Matth.11. ſerenitas, & tranquillitatis portus. O quies, animæ ſecuritas. O quies, iugum
ſuaue, & onus leue, reficiens portansque portantem te. O quies, animæ ac cordis
lætitia. O quies, oculorum & aurium, linguæque frænum. O quies, procacitatis
interemptrix, & impudentiæ inimica. O quies, pietatis ac religionis mater. O
quies, paſſionum carcer. O quies, omnis virtutis cooperatrix. O quies, voluntariæ
paupertatis hoſpita & amica. O quies, Chriſti ager, fructus optimos proferens.
O quies, diuino timori coniuncta, murus ac propugnaculum decertare cupientium
propter regnum cęlorum. Ita mi frater, hanc optimam tibi partem compara,
Luc. 10. quam Maria elegit : Hæc enim Maria quietis exemplar exſtitit, ſedens ſecus
pedes Ieſu, ipſique ſoli adhærens, quare & eam laudauit Dominus dicens:

Maria

A Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Cernis frater, qualis ſit mentis tranquillitas ac quies, cuius poſſeſſorem & ipſe laudat Dominus. Hanc mi frater poſſide, & delectaberis in Domino tuo, ad pedes eius ſedens, ipſique ſoli vacans atque adhærens; vt confidenter dicere queas & tu: Adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Propterea ſicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Hāc quæſo partem mi frater tibi vendica, quouis melle dulciorem. Melior enim eſt buccella panis in ſale, cum quiete ac tranquillitaue, quàm menſa ſumptuoſis inſtructa dapibus, cum diſtractionibus & curis. Audi dicentem Dominum: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Reficere te cupit Dominus à curis, ab ira, à tribulationibus, atque † diſtractionibus huius ſeculi. Vult te liberum eſſe, à graui opere atque labore laterum Aegypti. Vult te in ſolitudinem adducere, hoc eſt, ad ſanctam quietem, vt vias tuas illuminet columna nubis, vt cibet te manna, pane ſcilicet tranquillitatis atque quietis; vt hæreditate percipias terram bonam, ſupernam nempe Hieruſalem. Ita chariſſime hanc dilige, ac conſequere, vt delecteris in via teſtimoniorum Chriſti, ſicut in omnibus diuitijs. Ita frater, quietem cum timore Dei poſſide, & Deus pacis erit tecum. Quoniam ipſi conuenit gloria, in ſecula. Amen.

Ibidem.
Pſalm. 62.
Ibid. paulò ante.
Prou. 16. 17.
Matth 11.
† al. tentationibus.
Exod. 5.
Exod. 13. 33.
Pſalm. 118.

Obſecro igitur vos Fratres mei † dilectiſſimi, vt ſtudeatis ſingulis diebus horum memoriam facere, Fidei ſcilicet, ſpei, charitatis, humilitatis; ſigilloque aſſiduè muniamur orationis, & meditationis diuinarum ſcripturarum, atque quietis. Iſta enim ſi vobiſcum adſint, & abundè ſuppetant, non otioſos, neque infructuoſos vos conſtituent, in cognitione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam Chriſtianus †, cui hæc præſto non ſunt, ſed negligit ſalutem ſuam, cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. Acciditque illi, quod verò dicitur prouerbio: Canis reuerſus ad vomitum ſuum: & ſus lota in volutabro luti. Si enim refugientes inquinamenta mundi, in cognitione Domini noſtri Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur; facta ſunt ipſis nouiſſima peiora primis: Melius quippe erat illis, viam veritatis non agnouiſſe, quàm poſt agnitam, denuò retrorſum conuerti. Proinde dilectiſſimi, ſerui fideles, electique milites Chriſti, Monachi ac religioſi, amplectamur prædictorum armaturam in cordibus noſtris, eorumque quotidie abſque vlla intermiſſione meminerimus; vt bonum certamen certare poſſimus, omnemque virtutem inimici conculcare, vt à ſuperuentura in filios diffidentiæ ira liberemur, inueniamusque miſericordiam ac gratiam in die illa tremenda, coram iuſtiſſimo Iudice, qui reddet ſecundùm vniuſcuiuſque opus. Cui ſoli conuenit gloria, atque potentia, in ſecula ſeculorum. Amen.

† al. à Domino dilecti.
Epilogus.
2. Pet. 1.
† al. monachus
Ibid. 2. Pet 1.
Prou. 26. &
2. Pet. 2.
Matth. 12.
Luc. 11.
2. Pet. 2.
1. Tim. 6. & 2. Tim. 2. 4.
Epheſ. 2. 5.
Col. 1. 2.
Rom. 3.
Matth. 16.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

Titulus ſiue inſcriptio Orationis loco argumenti ſeruit, quòd vniuerſa hic contenta ſummatim breuiterq; comprehendat. digna ſanè ſuo Auctore Homilia, quem etſi non deſint qui Chryſoſtomū eſſe velint, quod & ſub nomine eius in quodam manuſcripto Græc. Vatic. reperiatur, ego tamen vt in hoc quod ſentio dicam, illam potius Sancto Ephræm adſcribendam cenſuero, ſub cuius auctoritate ac nomine in pluribus manuſcriptis Græcis tam Vatican. quàm alijs eamdem repperi. Stylus præterea (ſi rem penitius inſpicias) idem eſt cum alijs S. Ephræm, pleræq; ſententiæ ac ſcripturæ loca hic eadem cum alijs in eamdem rem alibi ab eodem adduct. Reſpondent planè quæ de timore Domini, & præſertim de extremo iudicio, ac de conſummatione ſeculi tractantur, confirmantq́; diuinarum ſcripturarum alibi adhuc ab eodem repetita encomia: ac denique ampliſſimæ ſilentij ac quietis laudes ſub finem hic adductæ, quas prius adhuc ſub eiuſdem nomine, licet non eodem orationis filo, ab alijs impreſſas inuenies.

Seminate vobis in iuſtitia, vindemiate fructum vitę.] *Locus eſt Oſee 10. quem ad verbum ita hic recitat Ephræm, concordatq́; editio 70. niſi quòd ibi addatur præpoſitio (in) legaturq́;:* vindemiate in fructum vitæ *In vulg. verò Lat. talis reperitur lectio:* Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ, &c. *pro qua al. legitur:* Seminate in veritate iuſtitiam, &c.

Viriliter age, & confortetur cor tuum; & ſuſtine Dominum.] *Locus eſt Pſal. 26. eodem prorſus modo hic, & in edit. 70. ac vulg. Lat. citatus, quo, in patientiæ commendatione, hoc loco vtitur S. Ephræm, eodemq; inſtituto eumdem in proximè antecedente Orat. etiam de Patientia, bis accommodatè poſuit atque adhibuit, vnde & totam hanc Orationem potius Ephræm quàm alterius cuiuſcunque colligimus; licet tamen & alia iſtius argumenta non deſint, vt iam dictum eſt.*

Loco igitur frameę,timorem Domini apprehende,&c.] *Quia timor diuinus velut gladius biceps eſt(vt hic & alibi oſtenditur)omnemq; concupiſcentiam prauam in nobis diſcindit, & quaſcunq; vires inimici debilitat atque confringit,eo ſemper nos munitos eſſe debere docet:Cùm autẽ optimè fideliſſimeq; ille à nobis adſeruetur frequẽti recordatione vltimi noſtri finis,atq; horribilis illius iudicij extremi,quando de omnibus diſtrictiſſima exigetur ratio;non abs re de ijs,quæ in conſummatione huius ſeculi & ſecundo illo aduentu Domini euentura ſunt,deinceps agit:vt tales hic iam eſſe donec vita & tempus ſinunt,ſtudeamus,quales tunc illic in tantis vndiq; anguſtijs reperiri optaremus,iuxta illud Eccleſ.7. Memorare nouiſſima tua & in æternum non peccabis,&c.Locus ſanè hic lectu notatuq; digniſſimus eſt,plurimũ ad cõmouendos animos faciẽs,de quo poſtea in ſermonibus de Iudicio extremo,fuſius ac plenius.*

Hæc eſt via,de qua Chriſtus dixit:Lata & ſpacioſa eſt via quæ ducit ad perditionem.] *Quare lata & ſpacioſa dicatur via quæ ducit ad perditionem,vt eſt Matth.7.optimè Magnus declarat Baſilius in Reſponſ.ad Interrog.240.in Regul.breuiorib.eleganti hoc Simili:Sicut declinatio,quæ à recta fit via,magnam habet latitudinem:ita qui è via egreditur,quæ ad regnum ducit cælorum,in magna erroris latitudine verſari reperitur. Hæc autem duo vocabula,inquit ibi Baſilius,πλατεῖα & εὐρύχωρος,id eſt,lata & ſpatioſa:idem prorſus eſſe exiſtimo:εὐρὺ enim,hoc eſt,latum,etiam apud eos,qui in externis litteris eruditi ſunt,πλατύς,id eſt,amplum dicitur. Spatium igitur,id eſt,locus erroris amplus eſt,cuius extremum perditio. Hæc ibi Baſilius.*

Poſſide quietem frater, pro muro firmiſſimo,&c.] *Ampliſſimum Encomium quietis ac ſilentij tranquillitatiſq; animi ponit,lectu certè longè digniſſimum.quò etiam plurimum facit. Ignatij cognomento Xanthopoli methodus degendi vitam monaſticam quietè ac ſanctè,valde elegans,nondum quod ſciam edita.*

Melior eſt buccella panis in ſale,cum quiete ac tranquillitate,quàm menſa pretioſis instructa dapibus,cum diſtractionibus & curis.] *Ita quaſi ad verbum,ex Græco Cod.Ephræm hũc locum Prou.17.reddidimus.pro quo,in editione 70.ſic:* Melior eſt buccella ſicca cum gaudio,quam domus multorum bonorum,& iniuſtarum victimarum cum iurgio. *At in vulg.Lat. Melior eſt buccella ſicca cũ gaudio,quam domus plena victimis cum iurgio.Legit autem hic S.Ambroſius 2.Offic c.31.* Melior eſt panis in ſuauitate cum pace,&c. *Lector varietatem obſeruet & conciliet.*

Si enim refugientes inquinamenta mundi, &c. *Alluſio clara eſt ad 2.Pet.2.pro quibus, in alio manuſcrip.Ephræm Græc.ſic reperitur:* Propterea qui fugerunt coinquinationes mundi,ſicut ſcriptum eſt;præſertim cum in baptiſmate abnegauerint,in agnitioni Domini noſtri, atque his rurſus implicati ſuperantur,facta ſunt ipſis nouiſſima deteriora prioribus,&c.

Occurrit & varietas in fin.Homil.vbi eſt: qui reddet ſecundum vniuſcuiuſque opus: Cui ſoli gloria,&c. *pro quo,in alio manuſcrip. ſic:* qui reddet vnicuique ſecundùm opera ſua. Quem decet gloria vnâ cum omnipotente Patre,& ſancto Spiritu,nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

†al. Eiuſdem S. Patris Ephrem, De Beatitudine Animæ, Liber.

EIVSDEM†

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Beatitudines.

1.Cor.9 Col.3. Pſalm.39.118. Habac.3.&c. BEATVS, qui à cunctis rebus terrenis vanæ huius vitæ,totus eſt liber in Domino, ac Deum ſolum bonum atque miſericordem amplectitur.

Matth.13. Marc.4.&c. Beatus,qui virtutes excolit,& velut terra fertilis exculta,vberes vitæ fructus profert,in Domino

Eccli.33. Prou.3. Beatus, qui bonus virtutum cultor eſt, vineamque ſpiritalem plantauit,ac vindemians,torcularia ſua fructu vitæ ſuæ replet,in Domino.

Matth.18. 2.Cor.1.7. Beatus, qui ſpiritali gaudio ſuos reficit conſeruos, ex fructu virtutum, quas ſuo excoluit labore,vt fructum referret in Domino.

Phil.1.Act.2. Eccli.3.Prou.3. Beatus,qui Angeli cæleſtis inſtar, ſacræ communioni atque orationi vacat, puras quotidiè ſibi cogitationes retinens,nec aditum improbo patefacit dæmoni,quo animam ſuam captiuam à Deo Saluatore abducat.

Eſa.22.Ioel 2. Matth.13. Beatus,qui prudenter & cum iudicio planctum quærit, & cum compunctione lachrymas in terris coram Domino fundit,velut pretioſas margaritas.

Pſalm.118. Beatus,qui vitæ ſanctimoniam, vt lucem ſectatur, & corpus ſuum non coinquinat tenebroſis maligni operibus,coram Domino.

1.Cor.6. Beatus, qui corpus ſuum in ſanctificationem ſeruat Saluatori, & non dede-

corat

A corat animam ſuam operibus diabolicis, ſed compoſitam retinet mentem in Domino.

Beatus, qui odio habet omnem turpitudinem peccati, & ſeipſum hoſtiam viuentem & benè placentem Domino obtulerit. Rom. 12. Philip. 4.

Beatus, in cuius pectore ſemper Dei memoria inſederit; erit enim totus ille, tamquam Angelus cæleſtis ſuper terram, cum timore & amore, Domino ſacrificium offerens. Philip. 1. Tob. 14. Pſal. 49. & 106.

Beatus, qui pœnitentiam, qua peccatores ſaluantur, amplectitur ac diligit, neque iterum velut in Saluatorem noſtrum Deum ingratus, animum ad peccandum appulit. 2. Cor. 7. 1. Pet. 2. & 2. Pet. 3. &c.

B Beatus, qui in ſua ſedens cella, inſtar ſtrenui militis, regni theſaurum, id eſt, corpus ſuum cum anima, ſine reprehenſione conſeruauerit, in Domino. Tit. 2. Col. 1. & Iacob. 1. &c.

Beatus, qui in cella ſua in Domino, tamquam Angelus cæleſtis, caſtas retinet cogitationes, ſuoque collaudat eum ore, qui omnium ſpirituum poteſtatem habet. 1. Tim. 5. 1. Pet. 3.

Beatus, qui factus eſt ſicut Seraphim & Cherubim, & in diuino ac ſpiritali officio numquam eſt ſegnis, ſed aſſiduè glorificat Dominum. Eſa. 6. Apoc. 4.

Beatus, qui ſemper ſpiritali gaudio plenus eſt, nec in portando ſuaui iugo Domini, pigreſcit: coronabitur enim in gloria. Thren. 3. Matth. 11.

Beatus, qui ſe purum & incontaminatum ab omni ſorde ſeruat peccati, vt confidenter atque audacter in domum ſuam, Regem gloriæ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſuſcipiat. Iacob. 1. & 1. Cor. 6 Luc. 10.

C Beatus, qui ad immaculata myſteria Saluatoris cum reuerentia, & tremore, atque horrore accedit, certò ſciens ſe vitam in ſeipſo recipere ſempiternam. 1. Cor. 11. & Ioan. 6.

Beatus, cui ob oculos quotidiè verſatur memoria mortis, fœdaſque deſtruit cupiditates, quæ in ignauorum latitant cordibus, quoniam in hora ſeparationis animæ à corpore, conſolationem accipiet. Eccli. 7. Galat. 5.

Beatus, qui aſſiduè animo ſecum timorem complectitur gehennæ, & per veram atque ſynceram pœnitentiam, lachrymis ac ſuſpirijs Dominum ſibi propitium reddere ſtudet; quia ex magna & horrenda anguſtia liberabitur. Eccli 7. Matth. 10. & Luc. 12.

Beatus, qui ſpontè ſe aſſiduè humiliat; quoniam ab illo coronabitur, qui pro nobis ſeipſum vltrò humiliauit. Matth. 23. Luc. 18. Philip. 2.

Beatus, qui omni cum pietate ac reuerentia in cella ſua ſedet, quemadmodum Maria iuxta pedes Saluatoris: & in Domino & Saluatore noſtro Chriſto ſuſcipiendo, ſolicitus eſt ſicut Martha. Luc. 10.

D Beatus, qui diuino timore incenſus, ſemper in ſe Spiritus ſancti ardorem retinet, & ſpinas ac tribulos prauarum cogitationum exurit. Sap. 1. Rom. 8. & 15.

Beatus, qui operibus malignis manum ſuam non polluit, ſicut ſolent prophani, etenim ſuper hoc, in die illa tremenda, iudicium erit coram Domino. Pſalm. 118. Eſa. 1. 59.

Beatus, qui pulchras ac bonas quotidiè cogitationes excolit, & ſpe improbas cupiditates, quæ per deſidiam generantur, vincit, quibus oppugnari ſolent athletæ Domini. Matth. 5.

Beatus qui in opere Domini ſe gerit, inſtar ſtrenui militis, deſides excitando, & puſillanimes in via Domini & Saluatoris adhortando. Pſalm. 118. Hierem. 48.

E Beatus, qui in Domino fructibus bonis abundarit, vt ſanctos Dei Angelos ſibi cuſtodes habeat, ſicut fructifera arbor à proprio cuſtodiri ſolet agricola. Matth. 7. 12. Luc. 6.

Beatus, qui cum prudentia ſpiritali manſuetudinem amat, & ſupplantari non ſe permittit à ſerpente improbo, cùm omnem ſpem ſuam in Domino bono & miſericorde defixam habeat. Pſalm. 17. 36. Matth. 10.

Beatus, qui Sanctos colit, ac proximum diligit, & inuidiam qua Caim concitatus fratrem occidit, ex ſua propellit anima. Rom. 13. ac 15. & Gen. 4.

Beatus, qui factis ipſis reprehendit tyrannum, & † à conſpectu flammæ voluptatum non inhorruit: nam rore Spiritus ſancti perfundetur anima illius.

† al. & voluptatum flammis non trepidauit.

Beatus, qui menti ſuæ tenebroſam diaboli nebulam offundi non eſt paſſus, neque proprio † lumine, iuſtorumque lætitia eſt priuatus.

† al. dulci luce.

Beatus, qui puris oculis cordis ſemper contuetur Dominum: quoniam hic à cupiditatibus, cogitationibuſque improbis liberabitur. Pſalm. 140. Matth. 6. Luc. 11 Epheſ. 1.

1.Cor. 15. Beatus, qui bona & honeſta amat colloquia,& praua ac turpia, quæ corrumpunt mores bonos,deteſtatur; quoniam non reddetur mancipium diaboli. A

Coloſ.1.2.& 2.Tim.2.Apoc. 2.12 ac 19. Beatus,qui proximum ſuum admonet cum timore Dei,nec animam eius decipit:aſſiduéque ferream magni Paſtoris virgam pertimeſcit.

Pſal.33.36. Eccli.36. Beatus,qui ex mandato Dei morem gerit proximo,& tribulationes æquo perfert animo:coronabitur enim talis,velut confeſſor in Domino.

Eccli 23. Prou.13. Beatus,qui ex præſcripto Dei temperans eſt ac continens, nec ventris cauſſa damnatur,delitijs ac ſordibus indulgens:magnificabitur enim talis in Domino.

Iacob.1.& 5. Sap.3.ac 10. Beatus, qui ſe ab ignauiæ vitio, velut parum virilis vinci nequaquam patitur, ſed perfectam amplectitur patientiam,cuius ſubſidio muniti, ſancti Dei omnes, B ſuas acceperunt coronas.

Epheſ.5. Beatus,qui non inebriatur vino,quaſi gulæ luxuique deditus,ſed ſemper ſe oblectat in recordatione Domini,in quo cuncti Sancti ſeſe oblectare ſolent aſſiduè.

Matth. 6. Luc.12. Epheſ.5. Beatus,qui ex Dei voluntate, ſuas facultates diſpenſat, & non repudiabitur à Deo Saluatore noſtro,velut auarus, & immiſericors in proximum.

Pſalm.12. Beatus,qui precibus,ac lectionibus,boniſque operibus intentus eſt ſemper: illuminabitur enim talis,ne vmquam in morte obdormiat.

Matth.13. Beatus,qui bona euaſit ſagena ſpiritalis, multoſque piſces optimo ſuo capit Domino:commendabitur enim eiuſmodi valde in Domino.

1.Tim.4. Tit.2. Beatus,qui proximo bonum ſuę præbet exemplum virtutis,nec illius offendit conſcientiam, faciens ea quæ non conueniunt; benedicetur enim talis in Domino.

2.Cor.6. Ecclеſ.7. Iacob.1. Beatus,qui longanimus eſt & miſericors,barbaræque ſe iracundiæ ac bili mancipium non facit:quoniam talis exaltabitur in Domino.

Matth. 5. Beatus,qui in charitate ſublimis eſt,velut ciuitas ſuper montem poſita, quam cùm adſpexit hoſtis,receſſit cum timore,ab eius ſibi munitione metuens, in Domino.

Matth.5. Luc.8.11. Beatus,qui fide clareſcit Domini,& tamquam coruſcans lucerna ſuper altum candelabrum ardens,animas tenebrarum caligine obductas, quæ infidelium atque impiorum partes ſequuntur,illuminat.

Hierem.4.12. Matth.13. Beatus, cuius anima inſtar palmæ arboris floret in rectitudine fidei: neque peruerſis hæreticorum infidelium ac impiorum ſectis, tamquam ſpinis impellitur.

Epheſ 4. Hierem.7. Matth.12. Beatus qui amore ſemper capitur veritatis, & os ſuum tamquam impium inſtrumentum,non accommodat mendacijs,aſſiduè formidabile illud præceptum Domini,de verbis otioſis,reformidans.

Matth.7. Beatus,qui non iudicat proximum ſuum vt inſipiens, ſed vt prudens atque ſpiritalis enititur trabem eijcere ex oculo proprio.

1.Ioan.2. 2.Pet.1. Beatus,qui palpebras oculorum ſuorum cohibet, neque cogitatione aut ſenſu ſeipſum decipit,ſtudio curandæ cutis vacans,vnde paullò poſt diſtillat ſanies atque putredo.

Matth.24.25. Luc. 21. Beatus,cui ob oculos verſatur dies emigrationis ab hac vita, quique ſuperbiam abominatur,priuſquam imbecillitas naturæ noſtræ in ſepulchro putrefacta redarguatur à morte.

Iob 17. Ezech.37. Beatus,qui mente ſua verſat mortuos tumulatim in ſepulchris dormientes, omnemque fœtidam à ſe repellit concupiſcentiam: nam in gloria excitabitur, quando cœleſtis tubæ clângor audietur,filios hominum expergefaciens.

1.Cor.15. Beatus qui prudentia,ſpiritali,ſtellarum chorum gloria reſplendentem contuetur,& ex cælorum pulchritudine, amore ac deſiderio rapitur contemplandi Creatorem vniuerſorum,

Deut.5 9.16. Exod.19. Heb.12. Beatus,in cuius mente verſatur ignis ille,qui deſcendit ſuper montem Sion, clangorque tubarum reſonat, & Moyſes in medio cum timore atque tremore conſiſtit:quique ſalutis ſuę non eſt immemor.

Hierem.17. Pſalm.117.145. Beatus,qui non confidit in homine,ſed in Domino,qui iterum venturus eſt cum gloria multa iudicare totum vniuerſum,in iuſtitia : erit enim velut †aqua iuxta aquas redundans,& fructum facere non ceſſabit.

†al. velut arbor fertilis prope aquas poſita,&c.

Beatus, cuius mens,tamquam nubes pluuijs,diuina gratia plena eſt,animasque

morta-

A mortalium ac incrementum fructuum vitæ capiendum irrigat: quoniam gratia ipſorum, in ſempiternum cedet gloriam.

Beatus, qui ex Dei præſcripto quotidiè ſunt vigiles ac ſobrij, ſiquidem à Deo protegentur in die iudicij, & vt filij ſponſi in exultatione & lætitia eum adſpicient. Sed ego meiq́ue ſimiles, inertiæ ac voluptatibus dediti, gementes ac flentes contuebimur fratres noſtros in gloria incomparabili, noſipſos autem in tormentis. Atque iſta in ſe dum mecum perpendo chariſſimi, in lachrymas prorumpo, quippe qui poſt curſum inceptum mox deficiam, & in medio, quod aiunt, ſtadio, à curſu deſiſtam, miſerandum ſpectaculum adſpicientibus me prębens. Quomodo ergo ſegnitiem ac negligentiam meam maximam non debeo non deplorare? Alij ſiquidem in ſacco ac ferro ſeipſos humiliarunt: alij verò inter ſepta B clauſtrorum, ieiunijs vacantes, Domino ſeruierunt. alij etiam columnis alligati certamen abſque reprehenſione ſubierunt. alij in deſerto ac ſolitudine virtutem coluerunt. alij denique obedientiæ coronas acceperunt. Ego autem miſer, meiq́ue ſimiles ignaui atque ambitioſi, forma quidem ac habitu pij religioſiq́ue ſumus, ſed reipſa pietatem atque religionem exuimus. Quis mihi hîc citra ſtuporem mentis enumeret paſſiones Sanctorum Martyrum, non virorum dumtaxat, ſed & fœminarum? Illi Dominum ſuum ſequentes, humiliabant ſeipſos: nos autem honores & ſalutationes in foro expetimus. Illi, pietatis amore, in cuſtodijs concluſi, famem, ſitim, vincula & cruciatus ſunt perpeſſi: nos verò ne minimum quidem laborem atque moleſtiam ſufferre æquo animo poſſumus, ſed delitias ac voluptates, totis conſectamur viribus. Illi contumelias atque contemptus ad mortem vſque libenter ſuſtinuerunt: at nos etiam bona conſilia & admonitiones adſpernamur. Illi focum ac flammas non curarunt: at nos ne durum quidem C verbum perferimus. Illi ad cruciatus & tormenta gaudentes atque lætantes, publicè incedebant: nos autem eorum audientes certamina, demiramur quidem, verùm imitari ea nolumus. Quocirca multis opus eſt nobis gemitibus ac lachrymis, ne è regno eijciamur cælorum, cùm magna certantibus propoſita ſit gloria. Ne ſimus igitur negligentes, ac pigri in diuinis officijs: non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis ſeruorum ſuorum, qui quidem ſe totos diuinæ eius voluntati ſubmiſerunt deuoueruntq́ue; qui propter ſanctum nomen eius, huic ſeculo renuntiarunt, qui proprijs relictis parentibus ſe longæuos fecerunt. qui ad fores eius pulſant hora tertia, ſexta, nona, veſperi, & manè, aut potius tota die ac nocte, & exiſtimas eiuſmodi humilitatem à Deo paruipendi? abſit. Clauſuras namque tolerant, manibus operantur, ieiunijs, vigilijſq́ue incumbunt, inſultus D malignorum ſpirituum ſuſtinent, genua ad orationem flectunt, frontem aſſiduè in pauimentum concutiunt, diuinam eius bonitatem ſuppliciter deprecantes. Et horum ipſe preces deſpiciet? abſit. Homo quantumuis horridus atque auſterus, ab alijs ad eum officioſè ac blandè accedentibus, placari ſe permittit, & Deus, qui benignus eſt & bonus, qui diues eſt in miſericordia, & ingratorum quoque miſeretur, eiuſmodi afflictionem, religionem, gemitus, lachrymas, patientiam, ſanctitatem, humilitatem, taciturnitatem, ſubmiſſionemq́ue aſpernabitur? Nullo ſanè modo. Caueamus ergo animos deſpondere, & in diuinis officijs negligentes eſſe chariſſimi: quin potius confidenter atque audacter pulſemus. Nam quanto diutius perſeueraueris pulſando, tanto locupletior tibi merces erit. Aſſiduè vigi- E la. Qua enim hora minimè exſpectas, mittet Dominus, qui te congregent in horreum vitæ, in cœtum iuſtorum: vt deinceps perpetua fruaris quiete, ab omni ſollicitudine liber, vbi non eſt bellum neque aduerſarius. Sublatus ſiquidem ibi erit hoſtis, qui nobiſcum in pugnam deſcendat, ſimul cum belli occaſionibus. Eſt autem belli occaſio, cupiditas pulchritudinis ad congreſſum. At in cælo neque nubent, neque nubentur: ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælis. Rurſus occaſiones belli ſunt, diuitiæ, & gloria in terris, verùm hæc cuncta corruptibilia ſunt, cùm ſint terrena. Iccirco & quidam nos Sanctorum inſtruēs, ait: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo. Nam concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitę non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Sicut enim qui in ſenticetum incidit, à

Matth. 24.25.
1.Pet.5.

Alluſio ad locũ Apoſt. 1.Cor.9.

De iſtis, vide noſtra Scholia.

Heb.11.
Matth.23.
Luc.11.20.
Heb.11.

Dan.3.

Act.5.

1.Tim. 6.
2.Tim.2,4.
Heb.6.

Luc. 11.12.18.
Pſalm.54.70.

Nota varia athletarum Chriſti certamina.

Ioel 2.Rom.10.
Epheſ. 2.

Matth.7. & Luc.11.21. 13.

Matth.3.13. 24.25 & Luc.12.21.&c.

Marc.12.
Luc.20.

1.Ioan.2.

Similitudo elegans, & apta propoſito.

Luc. 15.

Heb. 12. & Apoc. 21.

vepribus & ſpinis pungitur, quouſque exſilierit in locum mundum; at vbi iam inde ſe extricarit, non amplius timet ſpinas illas. Ita & ſancti homines, dum in ſimilem locum ſentibus ac ſpinis plenũ incidunt, pro calceis, ſtudio atque induſtria vtuntur: vnde fit, vt per medium illarum euntes, ab ijs minimè vulnerentur. Inertiæ verò ac otio dediti, ab ijs detrimẽtum capiunt, intereuntq́;. Atque hoc ſignificans Dominus, filio, qui reuerſus erat mandauit dari calceamenta pro pedibus, cum ſtola & annulo, vt audacter atq; intrepidè caput calcaret ſerpentis. Similem verò dicit eſſe loco ſpinis referto pręſentem vitam, in qua ſpinarum inſtar renaſcũtur peccata. Locus autem purus eſt, cęleſtis Hieruſalem, quæ eſt ciuitas Regis magni, vbi exſulat triſtitia, dolor, & gemitus. Qua vtinam perfrui nobis omnibus liceat, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

Beatitudines, & ſpiritalis vitæ Regulas hîc plurimas adducit Ephræm, quibus Euangelicæ legis capita & præcepta, conciliaq́; ad bene beateq́; viuendũ ſaluberrima proponit, & indicat; eodem quaſi ſenſu, iiſdẽq́; ferè verbis cũ Chriſto beatos eos, boniſq́; omnibus cumulatos prædicãs, qui verè ſecundum Deum cunctas vitæ ſuæ rationes inſtituunt atque componunt. Quos quidem ipſe Chriſtus via ac vita noſtræ dux ſecuriſſimus, in Euangelij initio, ſacra voce oris ſui, Matth 5. & Lucæ 6 beatos affirmauit, ſicut latius ibi videre licebit. Nec diſſimiles à Gregorio Nazianz. afferuntur Beatitudines, elegantiſſimis verſibus comprehenſæ, quorum in Latina traductione principium eſt eiuſmodi: Felix à mundo abſtractus, qui viuit eremo in rigida, & mentem tollit ad aſtra ſuam, & quæ ſequuntur ibidem, Tom. Agit autem hîc Ephræm pluribus & fuſius de eiuſmodi Beatitudinibus, quarum varietas non parum legentem oblectabit, & lectio fructum ſpiritalem vbertim cunctis ſubminiſtrabit.

Beatus, qui ad immaculata myſteria Saluatoris cum reuerentia, & tremore, atque horrore accedit, &c. *Sacroſanctam Synaxin, & tremenda altaris myſteria commendat, & quomodo ad ea dignè accedendum ſit, paucis hîc indicat. de quo, & in proximè antecedenti agit Beatitudine 16. in ordine:* Beatus, qui ſe purum & incontaminatum ab omni ſorde ſeruat peccati, vt confidẽter in domum ſuam Regem glorię ſuſcipiat. *alibiq́; de eodem ſparſim & obiter ſæpè; ex profeſſo autem magis ſuprà in initio huius Tom. vbi de Feſtis diebus, & de dignitate diuinorum myſteriorum tractat; quo cap. plures in hanc rem Auctores citauimus, & inter alios, Chryſoſtomum Homilia 60. & 61. ad populum Antiochenum, contra indignè ſumentes diuina myſteria. & in Sermone de non deſpicienda Dei Eccleſia, ſacriſq; myſterijs, eodem Tomo. 5. inter adiecta. De hoc, & alius planè inſignis exſtat locus apud S. Ephræm poſtea in Serm. de Iudicio extremo, & compunct. ibi: Et licet procul à nobis ſit Siloe, quo cæcus miſſus erat, calix tamen tremendi tui ſanguinis Domine, lumine ac vita plenus, nobis ecce præſto eſt, &c.*

Atque iſta in ſe dum mecum perpendo chariſſimi, in lachrymas prorumpo, quod poſt curſum inceptum mox deficiam, & in medio quod aiunt ſtadio, à curſu deſiſtam, &c.] *Hæc in Beatitudine 57. adducit Auctor, magna animi humilitate ſeipſum deplangens, & peccata accuſans. Quod autem in medio ait ſtadio, ſuum curſum deficere, alludere videtur ad verba Apoſt 1. Cor. 9.* Illi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium. Sic currite, vt comprehendatis. *vbi Chryſoſtomus: Quemadmodum enim (inquit) ex his qui in ſtadium deſcendunt, non multi coronantur, ſed ad vnum defertur corona, & non ſatis eſt tantùm in ſpectaculo ſedere, neque vngi tantum, & certare: ita & hîc, non ſatis eſt fidem habere, & quomodocunque certare: imò niſi nos in curſum exercuerimus, vt ad metam vſque nos inuictos præbuerimus, & ad propoſitum præmium peruenerimus, nihil ſanè proficiemus, &c. atque ideo Auctor, quòd in bono non perſeueret, dicit ſe poſt curſum rectæ vitæ inceptum mox deficere, & in medio (quod aiunt prouerbialiter) ſtadio, à curſu deſiſtere, & minimè comprehendere. Atque hoc eſt quod Homil. 40. in Matth. reprehendit Chryſoſtomus: Quam inquit, excuſationem habebis, cùm alijs metam currentibus, tu vel ad conſtitutum terminum peruenire graueris, &c.*

Alij in ſacco & ferro ſeipſos humiliarunt: alij etiam columnis alligati certamen ſubierunt, &c.] *Notat ſummam vitæ auſteritatem in aliquibus perfectioribus Chriſti athletis, quales fuerunt priſci illi ſancti Monachi, & Eremitæ, de quibus Palladius in hiſtoria Lauſiaca. Caſſianus in ſuis collationibus. Theodoritus in ſua hiſtoria religioſa, & in oratione de Charitate, noſtriſq́; Scholijs in eamdem, vbi prolixius hæc ipſa etiam in particulari, de pluribus perſecuti ſimus, quò Lectorem diligentem remittimus.*

Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo: Nam concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ non eſt ex Patre, &c.] *Ita hîc Ephræm: ſed in vulg. 1. Ioan. 2. quo ſit alluſio, ſic legitur:* Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.

EIV

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Beatitudines Aliæ.

BEatus, qui præſentem hanc vitam odit ac deſerit, & in ſolo Deo omnis meditatio vitę ſuæ eſt. Pſalm.118.

Beatus, qui odit ac deteſtatur peſſimũ peccatũ, Deũq; ſolum bonum atque benignum, & redemptorem peccatorũ diligit. Rom.5.6. 1.Tim.1.2.

Beatus, qui eſt purus ſuper terra, tãquam Angelus cæleſtis, & imitator factus Seraphim, caſtas aſſiduè cogitationes colit.

Beatus, qui caſtus eſt †Deo, ac ſanctus, & purus à cunctis ſpurcitijs, cogitationibusque ac operibus improbis. †al. coram Deo.

Beatus, qui totus in Domino eſt liber, à cunctis rebus terrenis, & huius vitæ vanitatibus. Matth.19. Marc. 10.

Beatus, in cuius mente verſatur formidabilis illa futuri iudicij dies, & qui lachrymis vulnera animæ ſuæ curare ſtudet. Matth.24.25.

Beatus qui prorſus eſt vt nebula in lachrymis, aſſiduèque flammam ignis improbarum paſſionum, atque concupiſcentiarum reſtinguit.

Beatus, qui in via ambulat mandatorum Domini, manſiones iugiter ſyncerè ſibi faciens, per fidem & charitatem. Pſalm.118.127.

Beatus, qui in bonis moribus proficit, mentem in rebus diuinis ac continentia exercendo, & à Deo ſe regnum cæleſte accepturum ſperat.

Beatus, qui horribilis mandati Domini, de verbis otioſis meminit, & ori ſuo cuſtodiam ponit, ne excidat à mandatis eius. Matth.12. Pſalm. 38.

Beatus, cuius anima facta eſt inſtar ligni nuper ſati, ſemper lachrymas ſecundum Deum, tamquam flatum aquæ continens. Pſalm.1.& Hierem.17.

Beatus, qui pro optimis ſurculis, virtutes ac vitas Sanctorum, perfectorumque Patrum, in ſua plantat anima.

Beatus, qui plantas ſuas irrigat precationibus ac lachrymis, vt fructus gratos proferant Domino.

Beatus, qui flamma diuinæ charitatis incenſus, ſordidas quaſcunque cogitationes, & animæ ſuæ inquinamenta comburit.

Beatus, qui ſuapte voluntate eſt velut terra pulchra ac bona, fructificans ſemen bonum in trigeſimo, ſexageſimo, & centeſimo. Matth. 13. Marc.4. Luc.8.

Beatus, qui ex inſtituto inuentus eſt ſemen bonum in agro, quod in ſuo agro ſeminauit Dominus. Ibidem.

Beatus, quicunque electam & cæleſtem illam inuenit margaritam, venditiſque vniuerſis ſuis in terra bonis, coemit †illam ſolam. Matth.13. †al. poſſedit eã ſolam.

Beatus, quicunque in agro abſconditum theſaurum inuenit, ac gaudens vendidit ſua omnia, & poſſedit illum ſolum. Matth.13. Luc. 12.

Beatus, qui animo ſuo verſat aſſiduè diem ex hac vita diſceſſus, ſtudetque ſedulò paratus & intrepidus hora illa inueniri. Matth. 24. Luc. 12.

Beatus, quicunque in hora illa emigrationis, quando cum timore atque dolore anima ſeparabitur à corpore, fiduciam repererit. Venturi enim ſunt Angeli, qui animam à corpore iam ſeparatam accipiant, ſiſtantque ante tribunal immortalis ac tremendi iudicis. Magnus nos timor inuadet, ô Fratres, in hora mortis, quando cum tremore atque dolore ſeparanda erit anima à corpore. Siquidem in hora illa diſceſſus, præſentabuntur animæ ſua quæ geſſerit opera diurna atque nocturna, ſiue bona ſiue etiam mala. Impellentibus autem eam iam Angelis, vt exeat è corpore, illa reſpiciens ad ſua opera, egredi pertimeſcet: peccatoris verò anima cum timore è corpore recedet, & tremebunda abibit, ſtatuenda ad tribunal immortalis Iudicis. Cùm autem iam emigrare cogetur è corpore, contuebiturque ſua opera, tunc cum timore dictura eſt ipſis: Concedite mihi vnius adhuc horæ ſpatium, donec egrediar. At cuncta eius opera ſimul vna voce reſpondebunt, dicentque ei: Tu nos feciſti, tua opera ſumus, tecum

Matth.24.25.

Animæ à corpore ſeparatiò qualis futura.

Rom.14. 2.Cor.5.

†al.ad Iudicem.
vnà ad † Deum ibimus. Deſpicientes igitur vanitatem huius vitæ, fratres mei chariſſimi, A
Chriſtum vnicum deſideremus, bonum ac ſanctum redemptorem animarum
Matth.24.25.
noſtrarum. Ignoramus fratres, qua hora ac tempore noſter exitus futurus ſit.
Mar.13.
Nemo noſtrum, diem & horam ſeparationis animæ à corpore exploratam habet.
Luc.12.
Nobis enim ſuper terram abſque omni ſolicitudine ambulantibus, & delitijs
ac voluptatibus ſeruientibus, repentè formidabile mandatum à Domino emittitur,
Ibidem.
ſeparationis animæ à corpore. Migratque peccator die ac hora non
exſpectata, animam plenam peccatis habens, nec ijs excuſationem reperiens.
Quamobrem hortor moneoque chariſſimi, vt efficiamur liberi, neque vanæ &
Pſalm. 17.
fugacis vitæ huius ſeruitute detineamur. Hæc vita offendiculis & laqueis mortis
plena eſt: ab his mentem noſtram aſſiduè quaſi alis quibuſdam extollamus.
1.Pet.5.
Improbus dæmon perpetuò noſtris animabus ſtruit inſidias, vt cùm eas ſcandalis B
affecerit, ad æterna ſupplicia pertrahat. In medio ſcandalorum ac laqueorum
Eccleſ. 9.
incedimus chariſſimi: quare attendamus nobis, ne in laqueos malignæ mortis
Luc.21.
incidamus. Cuius licet laquei dulcedine ſint pleni; caueat anima noſtra, ne laqueorum
iſtorum dulcedine relaxetur. Solicitudo quippè rerum terrenarum ac pecuniarum,
nec non prauarum cogitationum atque actionum, laquei ſunt diaboli.
Caue, dulcedine laqueorum mortis capiaris frater. Caue, diſſolutus laxeris meditatione
†al. vt illaqueet, æternæque morti eam tradat.
improbarum ac turpium cogitationum. Quòd ſi aditum ſibi in animam
cogitatio mala fecerit, iniqua meditatione iugiter eam oblectat, vt in † laqueos
mortis ſempiternæ ipſam tradat. Niſi enim precibus, ac lachrymis, abſtinentia,
atq; vigilijs, improba cogitatio expellatur: fit in anima velut laqueus quidam
periculoſus. Iccirco aduigila, & liber eſto à cunctis rebus terrenis, vt ab omnibus
cogitationibus vanis, actionibuſque iniquis libereris. Caue, ad momentum
quidem temporis in improbæ cogitationis meditatione relaxeris. Caue frater, C
ne cogitatio peruerſa in anima tua immoretur. Aſſiduis ad Deum precibus, &
ieiunijs, ac lachrymis confugito, vt ab vniuerſis ſcandalis laqueorum pariter
Admonitio valde ſalutaris.
paſſionum libereris. Caue, tibi longam adhuc in terris vitam perſuadeas ô frater,
& interim in meditatione peſſimarum cogitationum, actionumque molleſcas,
ac diſſoluaris: edictum autem ex inſperato emiſſum à Domino, te peccantem offendat,
nullumque tibi pœnitentiæ ac remiſſionis tempus reliquum tribuat. Et
quid dicturus es morti, in hora illa tuæ emigrationis ô Frater? Accidit enim, vt ne
puncto quidem temporis, te patiatur præceptum Domini in terris remanere.
Nota.
Venit ex inſperato mors, & hominem reperit peccatorem ac diuitem, ſibi multos
adhuc annos, quibus ſe quietè ſuper terram victurum credit, computantem, D
ſummamque pecuniarum ſuarum atque vſuræ, in digitis ſupputantem, & in
multa annorum tempora, numerum ſuarum diuitiarum partientem. Venit autem
mors ex inſperato, vt dixi, & omnem eius computum vnà cum diuitijs & ſolicitudinibus
†al. vaniſſimæ cogitationis.
vaniſſimi † temporis, in momento deſtruit. Venit rurſus mors eadem
ad virum iuſtum ac ſanctum, quem bonas & cæleſtes diuitias precibus ac ieiunijs
ſuis congregantem, mortemque aſſiduè ob oculos habentem, nullatenuſque
mortis aduentum, corporiſque ſeparationem metuentem; inuenit. Sic
& tu ſemper velut intelligens ac ſpiritalis, quotidie mortem, ac ſeparationem
Eccli.7.
animæ à corpore, apparitionemque ad tribunal Domini meditare atque exſpecta.
Matth.25.
Lampadem tuam quotidie tamquam prouidus ac prudens atque paratus inſtructam E
habe, eamque iteratò ſingulis diebus ac horis, cum lachrymis atque orationibus,
vt omni tempore parata ſit, aduerte. Quamdiu tibi eſt integrum,
neque oppugnaris, ſeriò tuis rebus conſule frater chariſſime. Veniet enim tibi
Dan.9.12.
tempus incredulitatis, mollitiei, ignauiæ, atque duritiei plenum, quod præ confuſione
Matth.24.
ſua, quę ſint potiora cogitare non ſinet. Attendite chariſſimi mei, quo pacto
Luc.21.
omnia iam mala vigeant, quomodo peſſima quæque quotidie ſuos progreſſus
faciant, quomodo ſcelera atque nequitiæ paſſim accreſcant, quæ omnia futuram
†al. futuram ſuper vniuerſam faciem terræ, &c.
confuſionem, magnamque illam tribulationem ſuperuenturam, in omnes
fines terræ, protendunt? Propter noſtra peccata, quotidie iſta contingunt aduerſa.
propter noſtram relaxationem atque ignauiam, vitia in terris regnant. Simus
1.Pet.5.
†al bellatores Dei.
ergo vigiles Dei amatores, & ſtrenui aduerſus hoſtem improbum bellatores,
vt illum quotidie debellando, in pugna ſuperemus, velut perfecti † amatores

A res Dei. Inſtruamur & moribus huius belli, ſiquidē inuiſibilis eſt hoſtis, quò cùm
illud ſuſcipitur: ſunt autem in hoc poſiti mores belli iſtius, vt nos rebus ſpolie-
mus terrenis. Si mortem aſſiduè ob oculos conſtitutam mediteris, non peccabis. Eccls.7.
Si rerum terrenarum deſiderio exutus fueris, in pugna non ſuperaberis. Si terre-
na oderis, momentaneaque iſta chariſſime deſpexeris, tunc victoriæ palmam Matth.16.
tanquam optimus belligerator conſequeris. Cùm enim res terrenæ deorſum ad
ſe trahant, & paſſiones oculos cordis in bello obfuſcent, hanc ob rem nos in con-
flictu belli, improbus vincit hoſtis, quò terrenarum rerum nimium ſatagamus,
& cupiditatibus ſeruiamus. Nam quotquot ſumus, terrena diligimus chariſſimi,
& in terris mētem noſtram defixam habemus, nimia noſtra mollitie atq; ſegni- Lucæ 24.
tie diffluētes. Dies inclinat ad veſperam. Tempus noſtrum effluxit, & hora mor- 2.Theſſ.2.
B tis inſtat: nos autem fratres tanquam increduli, horam adhuc matutinam eſſe 1.Iohan.2. Lucæ 21.
putamus. Ecce præ foribus eſt regnum cælorum, & nos interim ab hoc vniuer- Matth.24.
ſum noſtrum auditum auertimus. Signa & prodigia à Domino prædicta, iam cō- Marc.13.
tigerunt. Peſtilentiæ, fames, terręmotus, terrores, bella, ac gentium motus, &
quæcunque ſunt eiuſmodi, nobis pro ſomnijs referri videntur; neque quidquam
eorundem cōmouemur auditu, vel etiam adſpectu. Electi ne videant magnam Eſa.57.
illam confuſionem atque preſſuram, quæ iniquum hunc mundum obruet, ante Matth.24. Lucæ 21.
tribulationem colliguntur. Iam tempus aduenit meſſis, & maturuit ſeges. Fini- Ioel.3.
tum hoc nunc eſt ſeculum, & Angeli arreptis ſuis falcibus, nutum mandantis Apoc.14.
Domini præſtolantur. Timeamus ergo chariſſimi, hora iam eſt vndecima diei, & Matth.20.
prolixum adhuc iter nobis ſupereſt. Ad hoc incumbamus, vt in * via nos Domi- *al. in manſione.
nus offendat. Sobrij ſimus, & euigilemus à ſomno velut inſomnes. Ignoramus,
C qua hora Dominus vniuerſæ terrę venturus ſit. Quare à nobis onus atque ſolici- Rom.13.
tudinem rerum terrenarum deponamus. Vetat enim Dominus, ſolicitos omni- Matth.25. 1.Petr.5.
no nos de quacunque te ſuper terram eſſe; cōmendatque mutuam inter nos cha- Matth.6.
ritatem Deus. At à nobis potius charitas exterminata eſt, & è terris profligata. Iohan.13. 15. Rom.8. 13.
Non inuenias ſuper terram, charitatē ſecundùm Deum perfectam, apud omnes
exſulat, omnibus eſt odio charitas: potius autem in terris hodie regnat inuidia,
contentiones, atque confuſiones, peccatis plena ſunt omnia. Cūctos pariter ini-
quitas occupauit, & iniuſtitia. Vnuſquiſque noſtrum terrena * concupiſcit, cæ- *al. inquirit.
leſtia ſpernit, & momentanea atque fugacia iſta ſectatur, futura diligit nemo. Philip.3.
Cupis cæleſtis fieri? ſint tibi ſemper odio atque deteſtationi quæcunque res ter- Matth.19.
renæ: in his quæ perfectionis ſunt te exerce, & ad cæleſtia regna aſpira. Caue aūt
D tecum cogitando, ſic dixeris Monache: Magnus in execratione conſiſtit labor,
ego verò puſillus ſum & imbecillis, exercitiorum laborem ferre non poſſum.
Auribus tuis, pulcherrimi optimique conſilij verba percipito, & quæ tibi Chriſti
amantiſſime atque chariſſime frater, dicturus ſum, memoriæ manda. Si ad aliam Comparatio
longinquam regionem ſeu patriam, tibi foret peregrinandum, non poteris to- elegans & ac-
tius itineris interuallum, vnico temporis momento abſoluere: ſed pedetentim commoda.
quotidie per multa loca ac tempora proficiſcens, poſt magnos tandem itineris 2.Cor.6.
exanthlatos labores, peruenies quò tendebas. Sic quoque de cæleſti regno, & pa-
radiſo delitiarum agitur, quò per ieiunia, per abſtinentiam, & per vigilias vnuſ-
quiſque peruenire poteſt. Siquidem abſtinentia, lachrymæ, preces, vigiliæ, at- Matth.6. & Lucæ 6.
que dilectio, ipſæ ſunt vię quæ in cælum ducunt, ad Dominum. Caue verearis
pulchrum initiū bonæ viæ ſuſcipere, quę in vitam ducit æternam, recta ad Deum.
E Per illam ſolam ingredere viam; & ſi promptus in te fuerit animus, mox eadem
via ante pedes tuos, * præparabitur. Non ſine gaudio & oblectatione, per iter il- *al. dilatabitur
lud virtutum manſiones facies. Greſſus animæ tuę, ſingulis manſionibus firmio- *al. dirigetur.
res reddentur. In hac via quæ ducit ad cælum nullam inuenies difficultatem.
Dominus ipſe cæleſtis, per ſeipſum factus eſt via vitę his, qui cum gaudio ad Pa-
trem luminum peruenire cupiunt. Tu mihi Chriſte Saluator factus es via vitæ,
ad Patrem tuum ducens. Sola hæc gaudium in ſe continet, finiſque eius regnum Iohan 14.
cælorum eſt. Factus es tu mihi Domine * Ieſu Fili Dei, via vitæ, & illuminatio, Iacob.1.3.
hauſique per meipſum ex fonte dona, plenus deſiderio. Facta eſt tua gratia in *al. Domine Ieſu Deus.
corde ſerui tui lux atque lætitia, dulcior in ore famuli tui, ſuper mel & fa- Pſal.18.
uum. Facta eſt gratia tua in anima ſerui tui velut theſaurus, paupertatem meam Ecclis.24.

ditauit, egeſtatem & ſordes à me depulit. Facta eſt gratia tua ſeruo tuo refugium A
Pſal.45.90. & virtus, protectio & exaltatio, gloriatio & cibus totius vitæ. Quomodo ergo
ſeruus tuus, ô Domine, magnam gratiæ ac charitatis tuæ dulcedinem ſilere po-
Pſalm.118. terit? Indignum os meum aperui: ſed quo pacto lingua mea largitorem bono-
rum quotidie pro dignitate, laudare & glorificare poterit? aut quomodo rurſus
ego peccator excludere audebo gratiæ tuæ fluctus in corde meo pullulantes, ac
ſuauitate diuerſiſſimorum munerum plenos? Canam ergo gloriam, cælorum
Domino, qui famulo ſuo dona cæleſtia per multiformem ſuam gratiam eſt lar-
*al. gloriam tuam. gitus. Magnificabo gratiam *tuam Chriſte Saluator; in hac etenim celebranda,
mihi ipſe laudem & magnificentiam in ea inuenio. Non ceſſabo Domine, lingua
mea gratiam tuam collaudare. Non ſilebit mea cithara in modulandis canticis
ſpiritualibus. Ad te Saluator, qui gloria es vitæ meæ, deſiderio tui trahor. Tua
Matth.13. gratia mentem meam ad ſequendum te, mira quadam dulcedine impellit. Fiat B
tibi cor meum terra bona, quæ ſemen tuum bonum ſuſcipiat: perfundatq; illam
rore vitæ æternæ, gratia tua. Eademque gratia è terra cordis mei, metat ſibi pro
fructu optimo, compunctionem, adorationem, ſanctificationem, cuiuſmodi
Matth.18. ſemper tibi ſunt gratiſſima. Conuerte meam animam, cum oue illa perdita at-
Lucæ 15. que inuenta, ad ouile paradiſi delitiarum. Anima mea tuo illuſtrata reperiatur
Ibidem. lumine. Et ſicut ouem illam inuentam, in humeris tuis ſuſtuliſti; ita quoque in-
dignam hanc meam animam, ad te manu tua trahito, offeraſque vtramque im-
maculatiſſimo atque immortali Patri tuo, coram Angelis & Archangelis, Che-
rubim & Seraphim, vt cum omnibus Sanctis, in delitijs illis paradiſi, dicere mihi
liceat: Gloria Patri immortali, & Filio immortali, & Spiritui ſancto immortali. C
Adoratio, honor, atque imperium tibi Domine, qui cæleſtia dona mihi vili at-
Lucæ 15. *al. offeram. que inutili famulo tuo dediſti; vt gloriæ drachmam ipſe * offerat Regi vniuer-
ſorum. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

BEatitudines aliæ, &c.] *Hanc inſcriptionem ſequentium Beatitudinum, in pluribus nos collatis manuſcrip. reperimus, iccirco & eam hic retinuimus: inuenitur autem ea pro varietate Codicum diuerſimodè, dum alibi legitur: Eiuſdem Beatitudines. al. Eiuſd. Beatitudinum vna. al. S. Patris Ephræm, De beatitudine animæ Liber. al. Beatitudines iſtæ à ſuperioribus non ſeparantur, ſed cum ijs velut coniunctæ ponuntur atq; continuantur. Et in tanta varietate, quod in pluribus reperitur,* D *magiſq; ordini ac diſpoſitioni materiæ ſeruire videtur, ſequi potius viſum eſt.*

Variat & hîc lectio: Beatus qui in bonis moribus proficit, &c. & à Deo ſe regnum cæleſte accepturum ſperat.] *Pro quo, al. ſic: & ſpem apud Dominum defixum habet, quòd cæleſte eius viſurus ſit regnũ. In alio autem Cod. Græco: Et ſpem in Domino certam habet, de videndo ipſo, in cæleſti ſuo regno, & gloria.*

Beatus qui ſuapte voluntate eſt velut terra pulchra, ac bona, fructificans ſemen bonum in trigeſimo, ſexageſimo, & centeſimo.] *Hac Beatitudine 15. hîc in ordine, alludit clariſſimè, ad illa, quæ de ſeminibus dicuntur, Matth. 13.* Alia ceciderunt in terram bonam: & dabãt fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. *de quo & Marc. 4. & Lucæ 8. Sed hîc obſerua varietatem lectionis in verbis Ephræm, dum enim hîc legitur, fructificans ſemen bonum in trigeſimo, & ſexageſimo, & centeſimo. in alio manuſ. immutato ordine habetur, in centeſimo, trigeſimo, & ſexageſimo.* E *In alio porrò Cod. adferens fructum centeſimum, & ſexageſimum. & trigeſimum.*

Hanc ob rem nos in conflictu belli improbus vincit hoſtis, quòd terrenarum rerum nimium ſatagamus, &c. *Pro quo, in alio manuſcrip. ſic: Ideo nos in bello, qui terreni ſumus, ac ſolicitudinibus rerum terrenarum pleni, cupiditatibuſq; ſeruientes, vincit aduerſarius. Terrenis enim pariter omnes adhæremus, &c.*

Sed pedetentim quotidie per multa loca ac tempora proficiſcens, poſt magnos tandem itineris exantlatos labores, peruenies quò tendebat.] *Alia lectio breuior eſt, & ſic habet: ſed quotidie paulatim te mouendo, tandem eo peruenies, quò ſperabas. Sic & de cæleſti regno, &c.*

Canam ergo gloriam cælorum Domino, qui famulo ſuo dona cæleſtia per multiformem ſuã gratiam eſt largitus.] *Alia lectio ſic: qui ſupplici famulo ſuo dona conceſſit cæleſtia per magnam ſuam benignitatem, &c.*

Ad te Saluator, qui gloria eſt vitæ meæ, deſiderio tui trahor.] *al. Ad te, me rapit amor ac deſiderium tui, ô Saluator, gloria vita mea, &c.*

EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI,
De* Beatitudinibus & Miſerijs.

*al. Eiuſ. De Renuntiatione, ac de Beatitudinibus, atque miſerijs.

Beati qui Deum amant: & propter eius amorem terrena quæcunq; contemnunt.

B Beati, qui die noctuque lachrymantur: quoniam ab ira futura liberabuntur. Matth.5.

Beati, qui ſe ſponte humiliant: quoniam ibi exaltabuntur. 2. Petr.5.

Beati temperantes: quoniam delicijs paradiſi reficientur. Matth.5.

Beati, qui vigilijs atque pijs exercitationibus ſua corpora cōficiunt: quoniam gaudia paradiſi ſibi præparata inuenient.

Beati, qui ab improbis ſordidiſque cogitationibus ſe puros cuſtodiunt: quoniam Spiritum ſanctum ſecum habitantem retinebunt. Sap.1. Matth.5. Rom.8. & 1.Cor.3.

Beati, qui ex toto corde Deum potius quàm totum mundum diligunt: quoniam inter amicos Chriſti ipſi computabuntur. Matt.16. 22. Lucæ 9.10.

Beati qui ſpontè ac voluntariè crucem ſuam ferunt, & verè Chriſtum *diligūt: quoniam ad ſupernam Hieruſalem peruenient. *al. Chriſtum ſequuntur.

C Beati, quibus in veritate præcincti ſunt lumbi, & præparatis lampadibus ſuis cæleſtem ſponſum expectant: quoniam cum ipſo regnaturi ſunt in regno cœlorum. Lucæ 12.

Beatus, qui oculis cordis ſemper defixus eſt in contemplatione futurorum bonorum, quoniam ea conſequetur. Matth.5.

Beatus, cui quotidie ob oculos verſatur dies defenſionis, atque iudicij, ſtudetque illo die inueniri probatus. Matt.24.25.

Beatus, qui carnis voluptates ſuperauerit: quoniam in nouiſſimo iudicij die fiduciam inueniet. Rom.8. Galat.5.

Beatus, qui in terris luxerit: quoniam in cælis vnà cum Angelis Dei gaudebit. Matth.5.

Beatus, qui propter Deum, in hoc mundo aduerſis affligitur: quoniam fructus laborum eius in cælis germinabunt. Hebr.11. 1 Petr.3.

D Beatus, qui non comedit panem ſuum gratis, magis autem laborauit, operando manibus ſuis, ſecundùm Apoſtolum, quod bonum eſt; vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti: quoniam requieſcet in ſinu Abrahæ. 2.Theſſ.3. Epheſ.4. Act.20 Lucæ 16.

Væ autem illis, qui peccatis implicitis iacent, & acceptabile tempus pœnitētiæ non agnoſcunt: quoniam ibi æternus eos pœnitentiæ dolor, licet fruſtra capiet. De miſerijs & damnis.

Væ illis, qui dictitant: Interea dum per tempus licet, carnis voluptatibus indulgeamus, & vbi conſenuerimus pœnitentiam agemus: quoniam ſicut laqueus ſuperueniet ijs repentinus interitus, & vana ſpes illorum deperibit. 1.Theſſ.5.

Væ illis, qui ſua ſponte peccant, dicentes: Cras pœnitentiam agam, & interim ignorant, quid ſuperuentura pariet dies, vel etiam nox, quæ in medio interiacet. Prouer.27.

E Væ illis, qui cùm bonum cognoſcant, manum dant improbis: quia in die emigrationis ex hac vita, Angeli mali animas eorum rapient. Geneſ.44. Hierem.18. 1.Mach.16.

Væ illis, qui prauis ſuis actionibus proximos ſuos ſcandalizant: quia in die iudicij rationem reddituri ſunt, etiam eorum, quibus verbo, vel exemplo ſuo malo alijs ſcandalum atque offendiculum * pepererunt. *al. præbuerūt.

Væ illis, qui dum mundo renuntiauerint, iterum quæ mundi ſunt ſapiunt: quia in eos, aratri parabola retorquebitur. Lucæ 9.

Væ illis, qui poſtpoſita cura animæ ſuæ, ſequuntur appetitum carnis: quia vita & ſpes omnis illorum, in terram diſſoluetur. Rom.8. & Galat.5. ac 2.Petr.2.

Væ illis, qui non ſtudent cunctis viribus ſe hic præparare, ac vitam ſuam inſtituere; vt ibi gratam acceptamque coram Iudice defenſionem ſui habeant.

Væ illis, qui patientiam deperdiderunt, & quid agent cùm eos viſitabit Dominus? Rom.2.

Epilogus cum adhortatione. Date operam chariſſimi, vt exiguo hoc vitæ curiculo, vobis ipſi non deſitis; A
Rom.2. & 2.Pet.3. ſed per pœnitentiam, ac lachrymas, longanimum & miſericordem Deum vobis
concilietis, qui nos ad ſe reuertentes ſuſcipiat, & vitam præbeat. Curam ſalutis
noſtræ abijcere caueamus, mundique voluptatibus nequaquam indulgeamus,
cùm enim ad horam durant, poſt ſe dolorem relinquunt, & mox ad alios fugiũt,
Omniſque gloria mundi huius, è terra vna, in aliam terram migrat, & præter ſo-
Notanda. lum peccatum, pœnamque peccati, aliud nos ſequitur nihil. Nemo nobis illa die
poterit auxiliari, non amicus, non propinquus, nec alius quiſpiam: niſi ſola hic
1.Tim.6. acta pœnitentia, & virtutes pœnitentiæ cooperatrices, vera charitas, humilitas,
obedientia, abſtinentia, & omne denique ſecundum Deum opus bonum, quod
Rom.2.14. geſſerimus. Iſta nos ex hac vita comitabuntur. Iſta contrarijs poteſtatibus, quæ B
nos in noſtro ex hac vita exitu occupare nitentur, reſiſtent. Iſta nos ante Chriſtũ
Saluatorem noſtrum ſtatuent: vt eum adoremus, & glorificemus, cum Patre &
Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

Variat & hîc titulus ſiue inſcriptio in Codicibus per nos collatis, dum in vno reperitur:* Eiuſdem
de Renuntiatione, ac de Beatitudinibus atque miſerijs. *In alio:* Eiuſd. de Beatitudine, & mi-
ſeria. *In alijs verò:* Eiuſdē S Patris Ephræm, De Beatitudinibus & miſerijs. *quod quia in pluribus*
reperitur, magiſq́; argumēto & inſtituto ſeruit Auctoris, reponendũ hîc cēſui. Ratio porrò Inſcriptionis, C
hæc adduci poteſt: Quia de bonis & commodis, felicitatibuſq́; eorum hîc agitur, qui piè, ſanctéque ſecun-
dum Deum cunctas vitæ ſuæ rationes in hoc ſeculo inſtituerunt; contra verò de malis, ac damnis atque
miſerijs illorum, qui à lege mandatorum Dei ſe ſegregarunt, & à via ſalutis defecerunt, quibus hîc to-
ties Væ, comminatur S. Ephræm, deplangendo infelicem eorum vitæ conditionem ac ſtatum.

Beatus, cui quotidie ob oculos verſatur dies defenſionis. ſtudetque illo die inueniri probatus.]
Ita in pluribus abſque alia adiectione legitur exemplaribus, in vnico duntaxat inueni hîc additum:
quoniã gaudio & lætitia afficietur ineffabili. *& in hoc, magna felicitas atq; beatitudo de qua hîc agi-*
tur. Appellatur autem iudicij extremi dies, hîc & alibi ſæpius ab Auctore dies defenſionis, *quòd ſcili-*
cet ibi, quiſque abſque patrono, & aduocato pro ſeipſo reſpondere, cauſamq́; propriam dicere, ac defende-
re tenebitur: nemo enim in illa die (vt paullò poſt hîc ſubijcit Ephræm) poterit nobis auxiliari, non ami-
cus, non propinquus, nec quicunq; alius, niſi ſola hîc acta pœnitentia, & virtutes pœnitentiæ cooperatrices,
vera charitas, & humilitas, obedientia, abſtinentia, ac omne denique ſecundum Deum opus bonũ quod D
geſſerimus, &c. Hæc ſunt, quibus in illa die defenſionis atque iudicij, homo verè defendi, & probatus in-
ueniri poterit.

Beatus, qui non comedit panem ſuum gratis, magis autem laborauit, operando manibus ſu-
is, ſecundum Apoſtolum, quod bonum eſt, vt habeat vnde neceſſitatem tribuat patienti, &c.]
Verba Apoſtoli, ad quæ fit alluſio, ſunt iſta ad Epheſ. 4. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem
laboret, operando manibus ſuis, quod bonum eſt, &c. *quibuſcum hæc conſonant quadrantq́;. Poterit*
tamen & ex alio Cod. Græco Ephræm, ad verbum magis ſic reddi: Beatus qui non gratis panem ſuum
comedit: ſed ex laboribus manuum ſuarum, ſicut Apoſtolus, etiam alijs neceſſaria ſuppeditat,
&c. *vt ſit alluſio ad 2. Theſſal. 3. vbi eſt: Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore, &*
in fatigatione, nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, &c. Idem de Paulo quòd manibus
laborarit, & non ſibi ſolùm, ſed & alijs, habes, 1. Theſſ. 2. 4. & 1. Cor. 4. Item Actor. 18. & 20. Comedit porrò
gratis panem ſuum, qui otio & deſidia torpeſcit, & in ignauia viuit, nihil boni operando, quales ibi præ- E
ſertim Epheſ 4. & 2. Theſſ. 3. non leuiter reprehendit Apoſtolus, ſicut & in ead. loca ſcribens diſertis
verbis oſtendit Chryſoſtomus. De quibus etiam plura ab inſtituto Auctoris noſtri non aliena, inuenies
apud Iohan. Caſſianum, lib. 10 De ſpiritu Acediæ, capitib. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. quin & cap. 22.
poſtea de monachis per Ægyptum, refert, quod manibus ſuis operari ſint ſoliti, vt non ſolum proprijs
neceſſitatibus ſatisfacerent, verùm & ſuperuenientes ac peregrinos reficerent, & eis qui in carceribus
erant neceſſaria ſubminiſtrarent, &c.

In fine ſic habetur: Iſta nos ante Chriſtum Saluatorem noſtrum ſtatuent, vt eum adoremus &
glorificemus, &c. *Pro quo, in alio manuſcrip. Græc. ſic repperi, atque conuerti:* Iſta nos in præſentiam
Chriſti Saluatoris noſtri adducent, vt ſimul nobiſcum adorent, glorificentque Patrem, & Filium,
& Spiritum ſanctum; nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen *Commendat autem nobis hîc*
ſerio bona opera Auctor.

SEQVVNTVR

CHRISTIANAE AC PERVTILES ALIQVOT SANCTI PATRIS Ephræm Syri Interrogationes & Reſponſiones.

Eodem Interprete & Scholiaſte G. Voßio.

INTERROGATIO.

QVomodo blaſphematur Deus; & quænam repetit is, cui omnis honor & potentia, quique omnis ſanctificationis dator eſt?

Apoc. 4. 7. 14.
1. Theſſ. 4.

RESPONSIO.

DOminus per Prophetam ait: Væ his, per quos nomen meum blaſphematur inter gentes. Hæ igitur minæ, in dedecorãtes imaginem Dei, conueniunt. Cùm ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam ipſe fecerit nos: Debeatq́; propterea omnis Chriſtianus ſeipſum ſeruare, ac cuſtodire, & in ſeipſo imaginem Dei honorare, ac ſanctificare per bona opera; vt dicere queat: Sanctificetur in me nomen tuũ Domine. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent Patrem * noſtrum qui in cælis eſt. Cernitis quo pacto glorificetur Deus per opera bona? Et quemadmodum operibus bonis Deus glorificatur; ita contra, malis actionibus blaſphematur, & ignominia afficitur nomen eius. Nam cùm infideles atq; gentiles intuentur Chriſtianos: quòd inſtar Ethnicorum & infidelium ipſi quoque in crapula, & ebrietate vitam degant: ludentes, atque ſaltantes cum citharis & tympanis, cum tibijs ac thoris: non amplius dictitant, quòd inſenſati ſint Chriſtiani, dum legem atque præcepta Chriſti traſgrediũtur: Verùm blaſphemantes, aſſerunt: eos, ſicut à Chriſto traditum mandatumq́ue acceperunt, ita & facere. Cùm eis non liceat ſermonem, mandatumve magiſtri ſui tranſgredi: atq; ita exiſtimant ſeſe habere Chriſti doctrinam atq; myſteriũ. Sicq́; blaſphematur propter nos Dei nomen, atq; ita impletur in nobis quod ſcriptum eſt: Væ, per quos nomen meum blaſphematur, inter gentes. At nos fratres chariſſimi, hæc relinquentes ijs, qui illa expetunt: per bona opera ſanctificemus nomen Dei. Cui honor & gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

Eſa. 52.
Ezech. 36.
Rom. 2.
Gen. 1. 5. 9.
Eccl. 17.
Rom. 8.
Matt. 6. Luc. 11.
Matth. 5. 9.
* al. veſtrum.
Lucæ 21.
Rom. 13.
Eſa. 52. &
Eccl. 36. ac
Rom. 2.
Rom. 26.

SCHOLIA.

DOminus per Prophetam ait: Væ his, per quos nomen meum blaſphematur inter gentes.] *Comminationis verba ſunt ab Eſaia Propheta primum prænuntiata, & poſtea à Paulo ad Rom. repetita, & hic commodè ab Auctore noſtro adhibita, & aduerſus blaſphemos eleganter retorta, atque explicata. Quæ eadem & à S. Ambroſio illuſtrata inuenies, in Comment. ſuper Epiſt. ad Roman. cap. 2. ſuper illud:* nomen Dei blaſphematur, &c. *vbi ſic habet: Dei nomen, inquit, blaſphematur inter gentes, quando Iudæos pro noxijs ſuis traditos ſibi non aduertebant, ſed idolis ſuis dabant glorias, quaſi Iudæorum Deũ viciſſent in Iudæis. Ita & tempore Apoſtolorum, Dei nomen blaſphemabatur in Chriſto, quia Iudæi Chriſtum Deum negando, blaſphemabant Patrem, ſicut Dominus dixit: Qui me recipit, non me recipit, ſed eum qui me miſit. Et ideo inter gentes blaſphematur, quia credentibus gentilibus Iudæi ſuadere nitebantur Chriſtum Deum non credendũ, vt blaſphemium gentium vel Fotini auctoribus ſit profectum. hæc ibi Ambr. apud quem plura videre licebit eodem lib. ſuper cap. 14. ad Rom. vbi exponit quod ſequitur:* Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt, &c. *Verùm de iſtis, latius hoc loco & in ſequentibus agit Ephræm, docens non ſolùm ore ac verbis, ſed & malignis operibus nomen Dei ſanctum blaſphemari. Nam quemaduodum, inquit, bonis operibus Deus glorificatur; ita contra, malis actionibus nomen eius blaſphematur, atque ignominia afficitur, &c. De enormitate peccati blaſphemiæ multa lectu digniſſima idem adducit Auctor noſter in ſuis Paræneſibus Tom. 2. præſertim Paræneſ. 43 quæ eſt, de non iurando, nec blaſphemando, alibiq́; ſparſim ſæpiſſimè.*

INTERROGATIO.

Rom.2. QVid ſibi vult dictum illud Apoſtoli: Per præuaricationem legis, Deum inhonoras?

RESPONSIO.

QVemadmodum qui Regis litteras accipit, & in ijs verſatur, ſi omni cura,
honore, atq; timore, & ſtudio eas ſuſcipiat, reuereatur, & amplectatur;
& expeditè ſibi præſcripta atq; mandata expleuerit, in Regem gloria
& honor redundat: quòd ſi reiecerit, atque contempſerit litteras, &
tabellarium contumelijs, & ignominia affecerit, in Regem ipſum cõtumelia vergit.
Ad eundem modum, violantes ſcripta magni Regis, immaculatum videlicet
ipſius Euangelium, ſua ipſi tranſgreſſione, præcipientem Chriſtum contemnunt.
Matth.23. Sic & de Iudæis oportet intelligere, qui cùm ſcripturas digito ipſius Dei exaratas
Lucæ 13. accepiſſent, tabelliones contumelijs affecerunt, verberibus exceperunt, lapidarunt,
& occiderunt; ſicque præuaricatores diuinæ ſe legis oſtenderunt, dicentis:
Exod.23. Iuſtum & inſontem non occides. Ipſumque auctorem vitæ ſanctũ & iuſtum, contumelijs
Actor.3. Matt.26.27. affecerunt, & alapis percuſſerunt, conſpueruntque ſanctum, & mundiſſimum,
tremendumque eius vultum, coram quo contremiſcunt cæli, & terra, &
Iohan.8. cuncta quæ in eis ſunt. Quamobrem & ad ipſos ait Saluator: Ego honorifico Patrem
Matth.27. meum, & vos inhonoraſtis me. Denique verò etiam occiderunt. Intellexiſtis
quomodo per legis trãſgreſſionem inhonoretur Deus: Ita quoque filij, & qui
dicuntur Chriſtiani, dum incautè atque incõſideratè hic viuunt, præuaricatione
Euangelij, ipſum Deum dedecorant, contraria diuino myſterio faciẽtes, Saluatoriſque
noſtri Ieſu Chriſti præcepta, nugas æſtimantes; & à veritate quidem auditum
2.Tim.4. auertunt, ad fabulas autem conuertuntur, ſicut præmonuit Apoſtolus: Quoniam
Ibidem. veniet tempus, quando ſanam doctrinam non ſuſtinebunt. Et ecce id quod
ab Apoſtolo dicitur, reipſa iam cernimus comprobatum. Quis etenim tolerat
ſcripturas diuinas? Quis Chriſti præceptis eſt intentus? Quis ſapiens, & cuſtodiet
Pſalm.106. hæc? Quis oſtendet non eſſe nos præuaricatores legis? Omnes ſapiẽtes ſecundùm
1.Cor.1.4. carnem: multi nobiles, multi docti, ac ſcribæ, & legisperiti, & Reges, & principes,
& diuites, & pauperes, & ſerui, & liberi, & doctores, & monachi, & virgines, & alijs
mixti. Quis horum omnium poterit affirmare aut oſtendere, Chriſtiano homini
Apocal.14. licere, citharœdorũ more ludere, aut tripudiare, aut cymbala pulſare, aut choreas
ducere, aut acclamare, aut haruſpicem agere, aut phylacteria quæ vocãt facere,
aut furari, aut dæmonas conſulere, aut ebrietati ſtudere, & his ſimilia? Quis iſta
Chriſtianorum eſſe oſtenderit? quod Euangelium, qui Apoſtolorum libri; quis
& qualis Propheta? Ecce enim per vniuerſos fines orbis terrarum, diuina ſcriptura
in Eccleſijs legitur, lex Prophetæ, Apoſtoli, ipſeque vniuerſorũ Dominus:
& nuſquam reperitur, Chriſtiano iſta licere. Sed vnuſquiſque à propria errat via,
tranſgrediturque, & eſt tranſgreſſor legis, cuius præuaricatione inhonorat Deũ;
& per ea, quæ conſtituta ſunt à lege, Prophetis, & Apoſtolis. Ecce habetis quo pacto
ignominia afficiatur Deus. Quare deſine præuaricari, Deumque inhonorare
ô Chriſtiane. Deſine deinceps gentilium formas induere, & paganos imitari: vt
non illuc abiens, in varias neceſſitates, anguſtias, & ignominias incidas. Vis ſcire
Matth.5. quomodo velit Dominus Chriſtianum choreas ducere, atque ſaltare? Audi: Beati
Lucæ 13. qui lugent. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt. hæc prima eſt Chriſtiani feſtiuitas.
Luc.6.12. Et rurſus: Contendite intrare per anguſtam portam. Et iterum: Amen dico vobis,
Rom.11.12. quia lugebitis & flebitis, mundus autem gaudebit; vos verò contriſtabimini.
1.Tim.6. Et denuò ait: Nolite altum ſapere, hæc enim omnia gentes huius mundi faciunt.
Ne igitur adſimilemini illis. Audire vis catalegmata, & ſaltationes Prophetæ
Pſalm.34.68. Dauid? Audi quid dicat: Lugens, & contriſtatus incedebam, & in ieiunio
operui animam meam, & poſui veſtimentum meum cilicium: & factæ ſunt mihi
Pſalm.41. lachrymæ meæ, panis die ac nocte, & cinerem tanquam panem manducabam,
Pſalm.101. & potum meum cum fletu miſcebam. Et iterum ait: Lauabo per ſingulas noctes
Pſalm.6. lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Et rurſus: Oculi mei
Pſal.24. Pſalm.118. ſemper ad Dominum. Et iterum: Ab omni via mala prohibui pedes meos. Intellexiſti,
quo tripudij genere ſit vſus Dauid? Sic igitur, & tu choreas duc Chriſtiane.
Vis quoque noſſe beati Pauli feſtiuitates, & diſſolutiones, delitias, atque

ſaltati-

A ſaltationes? Huc agite, audiamus fratres, quid ſuadeat beatus Paulus. Agite, audite
quomodo adhortetur nos; admoneatque dicens: Imitatores mei eſtote fratres. 1.Cor.4.11.
Sed quid Paulus egit, vt nos imitemur? Agite igitur, inquiramus quidnam Paulus Philip.3.
fecerit, & hoc imitemur: vt & digni eius parte habeamur. Siquidem à multis
dici audio: Apoſtolum ego auſculto, & ſicut docuit, ita facio. Attende quid dicas,
ne mẽtiaris, neve aliud dicas, aliud agas. Quoniam ſi verax fueris, beatus eris,
& in præſenti, & in futuro ſeculo: at ſuſpicor, vereorque vt non reperiaris mendax.
Quoniam diminutæ ſunt veritatis à filijs hominum, & omnes declinauerũt. Pſalm.11.
Veruntamen beatus Paulus omnes cohortatur, dicens: Imitatores mei eſtote. Pſal.13.
Imitare Paulum Chriſtiane, qui dicis, quia omnia quæ ait Apoſtolus, amplector Rom.3. &
facioque. Qui Pauli vult eſſe imitator, in terris non tripudiat, non lætatur, non 1.Cor.4.11.
B delitiatur. Imitatores mei eſtote fratres. Nunquid choreis, nunquid cithararum Ibidem
luſu delectatus eſt Paulus; nunquid diabolica cantica cantica cecinit? Abſit. Contra choreas
Vnde igitur ſuas didicêre choreas, qui ſe Pauli doctrinam ſectari aſſerunt? Quis & diabolica cã-
talia Chriſtianos edocuit? Non ſanè hæc eos docuit Petrus, non Iohannes, nec tica.
quis alius diuino numine afflatus: Verùm iſta draco antiquus docuit, eorum qui
verè ſunt Chriſtiani inimicus, magiſter omnis impuritatis, qui docuit fornicari,
docuit etiam cymbalis canere, qui docuit idola colere, docuit etiam ludere.
Iccirco Apoſtolus idololatras ludentes denominauit, dicens: Neque idololatræ 1.Cor.10.
efficiamini: ſicut quidam ex ipſis, quemadmodũ ſcriptum eſt: Sedit populus manducare Exod.32.
& bibere, & ſurrexerunt ludere. Audite * igitur vos qui luditis, aut potius *al. Auditis.
C qui ludibrio eſtis, quòd inter idololatras, vos retulerit Paulus? Quare deinceps
erubeſcite, atque deſinite ab ethnica, & impia hac rabie atque inſania. Paulus iſta
non edocuit, neque mater noſtra eccleſia. Quicunque ſanctorum Apoſtolorum 1.Cor.3. ac 15.
fieri cupitis diſcipuli, ab hac idololatria recedite. Nolite ſeduci fratres: Nõ enim
ſunt iſta diſcipulorum Chriſti, non ſunt iſta Chriſtianorum, non ſunt iſta piorũ Matth.6.
ac religioſorum hominum, non ſunt iſta ſaluari, vitaque æterna perfrui cupiẽtium: Epheſ.4.
hæc enim cũcta gentes, quibus nulla ſalutis ſpes eſt, faciunt. Hæc, quibus ante
oculos futura vita, Deique timor non eſt, agunt. Rurſus Paulus clamat: Nolite 1.Cor.10.
fieri idololatræ, ſicut quidam ex ipſis. Et quinam iſti? Clarum quòd Iudæi. At
quomodo idololatræ facti ſint, dic Paule? Sedit, inquit, populus manducare, & Exod.32. &
bibere, & ſurrexerunt ludere. Sed nunquid ſufficiunt iſta? nonne alia adiecit? Certè 1.Cor.10.
& illa, audire volentibus ſuffecerint. Quicunque enim Pauli ſunt imitatores,
credent ipſi. Quotquot diſcipuli Chriſti, audient omnino. quemadmodnm ait
D Theologus: Nos ex Deo ſumus. Qui nouit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo, 1.Iohan.4.
non audit nos. Agite igitur Pauli imitatores, & Chriſti diſcipuli. Agite, audiamus
rurſus, quid clamet Paulus: Ecce namq; cohortatur, dicens: Imitatores mei eſtote 1.Cor.11.
fratres, ſicut & ego Chriſti. Sed dic beate Paule, qui poſſit quis tuus imitator fieri?
In medium tuam ſanctam doctrinam profer; tuas nobis expone actiones, delitias,
diſſolutiones atque ſaltationes; vt percipiamus, imitemurque? Nouimus Pulchra ac pia ad Apoſtolum apoſtrophe.
ſiquidem cuncti, te beatum eſſe, & cum Chriſto regnare in ſecula, ſine termino.
Dic ergo nobis, quo pacto certaueris, illaque dignatus ſis gloria? Ediſſere nobis ô
Paule, vt & nos imitemur te, digniq; tecum efficiamur bonis illis æternis. Quòd ſi
choreas duxeris, tripudiabimus. ſi fleueris, flebimus. ſi ieiunaueris, ieiunabimus.
E Quæcunque peregeris fidei, dicito & faciemus. Dic inquam nobis Paule, quomodo
oporteat Chriſtianos ſeſe hic gerere: vt alij quidẽ te non audiẽtes pudore ſuffundantur,
alij verò ijs qui abs te dicuntur, credentes, confirmentur. Ad quæ reſpondet
Paulus, & dicit: Teſtificor in Domino, vt nõ deinceps ambuleris, ſicut & Epheſ.4. Rom.4.
cæteræ gentes ambulant, in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum,
alienati à * gloria Dei. Deponentes mẽdacium, loquimini veritatem. *al. à vita Dei.
Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, Epheſ.4. & 1 Pet.2.4.
non amplius furetur. Omnis ſermo * turpis, ex ore veſtro non prodeat. *al. malus.
Vbi iam ſunt, qui diabolica cantica canunt, & ſibi Paulum imitari videntur? Paulum
ipſum dicentem audite: Omnis ſermo * malus, ex ore veſtro non procedat: *al. turpis.
ſed ſi quis bonus ad ædificationem. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, Epheſ.4. Coloſ.3.
& blaſphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Sed dic Paule maiora?
Iam dixiſti: Imitatores mei eſtote; at nunc maiora ediſſere: Imitatores ergo Dei Epheſ.5

Ibidem. eſtote, vt filij dilecti. Audite, & contremiſcite, qui vultis eſſe Chriſtiani; & à gentium
Ibidem. operibus recedite. Eſtote igitur imitatores Dei. Quin & rurſus clamat Paulus:
Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia, non nominetur in vobis, aut
1.Theſſ.5. turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.
1.Theſſ.5. & Rom.12. Imitatores mei eſtote. Corripite inquietos, conſulamini puſillianimes, ſuſcipite
infirmos, patientes eſtote ad omnes. Imitatores mei eſtote. Videte, ne
quis malum pro malo alicui reddat; ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini. Imitatores
Tit.2. mei eſtote. Semper gaudete. ſine intermiſſione orate. Abnegemus impietatem,
Hebr.13. & ſecularia deſideria. Imitatores mei eſtote fratres. Hoſpitalitatem nolite
Rom.12. obliuiſci: charitate fraternitatis inuicem diligentes, ſpe gaudentes, in tribulatione
patientes, orationi inſtantes. Imitatores meæ eſtote imaginis. Imitatores
ergo eſtote beati Pauli, vt cum Chriſto in infinita regnetis ſecula. Vbi ſunt,
qui dicunt: Quæcunque dicit Apoſtolus, facimus. Et quis te felicior, ſi verax fueris?
2.Cor.6. & ſed vide ne inueniaris mendax, dicens & non faciens; Ecce enim rurſus te
1.Cor.4. adhortatur Paulus: Imitatores mei eſtote. In omnibus exhibete voſmetipſos ſicut
Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in
anguſtijs, in plagis, in carceribus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in longanimitate,
*al. non ſimulata. in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non *ficta, in verbo veritatis,
in virtute Dei. Imitatores mei eſtote fratres. At quis ita ſe præbet ſtrenuũ, vt Paulum
Actor.9. imitetur, fiatque vas electionis? Si ergo Petrum & Paulum, atque Iohannem
imitari volueris ô Chriſtiane; illorum ſermones ſerua. Illorum doctrinam cuſtodi.
1.Iohan.2. Imitare illorum certamina. Noli diligere mundum, neque ea quæ in mundo
ſunt. Noli delectari hoc ſeculo. Ne multum dormites, neque in ridiculis tempus
Pulcherrima admonitio cõteras. Imitate Paulum: rurſus enim eadem dicam. Diſce ô Chriſtiane, quomodo
oblectaret ſe Paulus; quomodo genio indulgeret; quomodo ludos celebraret,
feſtosque dies ageret, ac tripudiaret in mũdo iſto: Et tu imitare illum, non
verbo ſolùm, ſed & facto. Dic igitur ſancte Paule. Non enim deſiſto inuocare te
ô Beate: Enarra nobis iterum, quomodo delitiatus, & lætatus ſis in hoc mundo?
Actor.20. Ad quæ Paulus: Delitiæ inquit meæ, hæ ſunt. Per triennium nocte, & die non ceſſaui,
2.Cor.11. cũ lachrymis monere vnũquemq; veſtrũ. hęc mihi celebritas: In laboribus
abundantius, in plagis, in carceribus, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies
quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter
naufragiũ feci, noctes & dies in profundo maris egi, in itineribus ſæpè, periculis
fluminũ, & periculis ex gentibus, ac periculis latronũ, periculis in ſolitudine, &
periculis in mari, in labore & ærumna, in vigilijs multis, in frigore & nuditate. Hę
1.Cor.12. ſaltationes Pauli, & inceſſus. Imitatores mei eſtote fratres, ſicut & ego Chriſti.
Actor.20. Argentũ, aut aurũ, aut veſtem nullius concupiui. Omnia oſtẽdi vobis. Imitatores
Actor.21. mei eſtote. Ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori paratus ſum, propter nomẽ
Philip.3. Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis
1.Cor.9. Dei. Sic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans,
ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Omnis autem qui in
Ibidem. agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Sic currite fratres, vt comprehendatis.
Imitamini ſanctos, & ſic currite, vt cum ijs coronemini, atque regnetis. Deſiſte
igitur deinceps Chriſtiane, ab ethnicorum & paganorum operibus: ne per legis
Rom.2. tranſgreſſionem Deum inhonores, teq; ipſum dedecores, & iram theſaurizes, in
*fort. ſuum. Matth.16. die iræ, & reuelationis, & iuſti iudicij ipſius Dei; quando iudicabit occulta hominum
ſecundum Euangelium *meum. Vbi etiam Angeli cum tremore aſtabunt.
Matth.12. Vbi non de operibus ſolum, verùm & de verbis otioſis reddenda nobis erit ratio.
Pſalm.102. Eccl.14. Iſa.40. Luc.12. Iaco.1. Hæc nobiſcum animo complectamur fratres; quoniam homo ſicut fœnum dies
eius: & ſicut flos agri, ita effloreſcet. vnico temporis momento, & cuncta defic-
runt. Quid ergo fruſtra turbaris ô homo? vnico febris impulſu tuæ tibi ceſſabunt
1.Petr.1. ſaltationes atque laſciuiæ. vnica hora ſeparaberis à choreæ conſocijs. vnica
nocte marceſcent tibi carnes, pedes deficient, & oculi tabeſcent, lingua ſubricebit,
Iohan.16. & inordinata vox deficiet. Suſpiria in te abundabunt, lachrymę tibi defluent,
nullusque aderit qui te iuuare poſſit: Cuncti te relinquentes abibunt, vnuſquiſq;
in propria; & nullus tibi aſſiſtet, niſi quibus inſeruiſti, dæmones inuiſibiles. Seuus
autem Angelus eminus conſiſtens, exſpectabit nutum à Domino, vt miſeram tuam ra-

A am rapiat animam, quam ad præparatum ſibi locum deferat, vt metat quæ ſeminauit: Matth.13 24. 25.
vbi excolitur, & exſuperat, redundatque fletus, lamentatio, luctus, gemitus, Lucæ 13.
tribulatio, anguſtia, ſtridor dentium, & Væ. Ibi tabeſcent temulentorum
oculi. Ibi manus tripudiantium marceſcent. ibi affligentur dolore, & ſuſpirabunt,
qui cum citharis & tibijs vinum bibunt. Ibi plorabunt, & dentibus ſtridebunt Eſa.5.24.
fornicatores & fornicatrices, fures, augures, venefici, magi, incantatores,
petalographi, falſarij, & quotquot latam, & ſpatioſam ingrediuntur viam. Væ
autem ipſis. Non enim licet hîc ſaltare atque tripudiare, & ibi. ſicut ait Dominus: Matth.7.
Væ qui ridetis nunc, quia lugebitis, ibi ſcilicet. Neque poſſibile eſt fratres, nunc Lucæ 6.
quidem Chriſtianum agere, nunc verò Ethnicum fieri. Nemo enim poteſt duobus Matth.6.
Dominis ſeruire. Nuſquam ergo, ſicut prædictum eſt, cõmittat Chriſtianus, Lucæ 16.
B vt tale quid à ſe fiat. Venit namque Dominus noſter, vt cuncta eiuſmodi deſtrueret,
& doctorem ipſorum diabolum pedibus conculcaret. quin & ex ipſius nos
liberans manibus dixit: Ego ſum paſtor bonus: Venite poſt me, ego ſum via. Venite Iohan.10.
ad me omnes, ego ſum veritas. Venite ad me, ego ſum vita. Venite ad me Iohan.14.
omnes, ego ſum lux mundi. Venite ad me omnes, abrenuntiate Sathanæ, abijcite Iohan.8.12.
à vobis diſciplinam eius. Venite ad me omnes, exuite veterem hominem cum
actionibus ſuis, & induimini nouum. Venite ad me omnes, vetera tranſierunt: Epheſ.4. Col.3.
ecce, noua facta ſunt omnia. Venite ad me omnes: Lex per Moyſen data eſt, gratia 2.Cor.5.
& veritas per me Ieſum Chriſtum facta eſt. Quicunque in lege iuſtificamini, à Iohan.1.
gratia excidiſtis. Venite ad me omnes, quoniam venientem ad me non eijciam Galat.5.
foras. O immenſam Dei bonitatem, quo pacto omnes ad ſe inuitat: omnes vult Iohan.6.
ſaluari. Gloria ipſius erga homines, liberalitati. Non amplius igitur fratres iuſtificamini Sap.16. Luc.2.
C in lege, ſiquidem vmbra legis præterijt. Quicunque enim ſub lege ſunt, Galat.3.
ſub maledictione ſunt. Nos namq; de maledicto legis, redemit Chriſtus Saluator Ibidem.
noſter. Non amplius in lege iuſtificamini. Non amplius veſtibula coronemus.
Non amplius choreas componamus, diabolica cantica recitãtes. Non amplius,
tibijs ac citharis decipiamur. Non amplius in lege iuſtificamur: ne gratia excidamus,
neque ſub maledicto ſimus. Chriſtus enim nos à maledicto legis redemit. Ibidem.
Ipſi ſit gloria in ſeculorum ſecula. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ LECTIONES.

D QVemadmodum qui Regis litteras accipit, &c.] *Similitudinibus atque exemplis pulcherrimis ijsq; aptiſſimis luculenter oſtendit Auctor, in quos dictum illud Apoſt. Rom.2. quadret:* Per præuaricationem legis, Deum inhonoras, &c. *primùm quidem in Iudæos hoc ipſum retorquendo; poſtea in malos Chriſtianos. In Iudæos quidem, vbi dicit: Sic & de Iudæis oportet intelligere, qui cùm ſcripturas digitò ipſius Dei exaratas accepiſſent, tabelliones contumelijs affecerunt, &c. In Chriſtianos verò, dum ait: Ita quoque filij, & qui dicuntur Chriſtiani, præuaricatione Euangelij, ipſum Deum dedecorant, contraria diuino myſterio facientes, &c. ſicut ibi latè ac fuſè demonſtrat, amplificatq; tota reliqua parte orationis ſequente, ad finem vſque. Plura porrò, in idem hoc Dictum Apoſt. qui volet, Chryſoſtomum alioſq; orthodoxos Patres, ſuper eundem locum Rom.2. videat, & cum elegantiſſima hac Ephræm expoſitione, quæ tota eſt moralis digreſſio, digna ſanè quæ legatur, & omnium manibus teratur, ſedulò conferat.*

E Omnes ſapientes ſecundùm carnem multi nobiles, multi ſciẽtes, ac ſcribæ, & legiſperiti, &c.] *Alluſio fit ad locum Apoſt. 1. Cor. 1. & 4. quam ſuprà in Tract.* Quòd ludicris rebus abſtinendum ſit Chriſtianis] *in Schol. ibid. expoſuimus, & lectionis varietatem oſtendimus: cuiuſmodi & inter hanc, & illam Ephræm, deprehenditur; cùm ibi reperiatur:* Multi potentes, multi ſapientes ſecundùm carnẽ, multi nobiles, multi ſcientes, &c. *hîc autẽ paullò aliter, vt videre licet, ſed vtrobique tamen accommodatè ad inſtitutum Auctoris, & alluſiuè ad iam citatum locum Pauli 1 Cor. 1. & 4.*

Quis affirmare poterit, licere Chriſtiano homini haruſpicem agere, aut phylacteria quæ vocant facere, &c.] *De iſtis vide, quæ ſuprà adnotauimus in Schol. illius:* Quòd ludicris abſtinendum Chriſtianis ſit.] *vbi quàm valde iſta Chriſtianorum repugnent inſtituto, pluribus ijsq; grauiſſimis SS. Patrum auctoritatibus commonſtrauimus. Sunt autem hæc, & pleraq; hîc ſequentia, in multis etiam ad verbum quaſi cum illis Ephræm eadem, aut ſaltem ſenſu non diſſimilia. Sed hoc cùm & in Baſilio, & alijs Patribus obſeruetur, vt eadem, vel quaſi eadem alijs atque alijs locis ad inſtitutum accõmodatis, repetantur, minus hîc mirandum cenſeo.*

Vis ſcire, quomodo velit Dominus Chriſtianum horeas ducere, atque ſaltare?] *Proponit ex*

Scripturis licitum quoddam ac ſalutare tripudij genus, quod quale ſit, operepretiũ fuerit ex his ſequentibus diſcere, vitaq́; ac moribus exprimere: eſt autem illud in iſtis & ſimilibus poſitum: Beati, qui lugent: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, *aliaq́; id genus plurima, quæ ad longum ibi ex Scripturarum fontibus depromptæ recenſentur, ſunt autem lectu & imitatu digniſſima.*

Audire vis catalegmata, & ſaltationes Prophetæ Dauid?] *Vocem hanc Græcam καταλέγματα quòd magnam in ſe emphaſim habeat, etiam in Latina interpretatione hîc retinere viſum eſt: tum etiam quòd maior ei vis inſit, quàm vt commodè vno vocabulo Latino reddi poſſit, niſi fortè dicamus, recenſiones, vel enumerationes, à verbo καταλέγομαι, id eſt, recenſeo, enumero, &c. Vel, pro canticis etiam Dauidicis, hoc loco vocem eam ſumamus, hoc modo:* Audire etiam cupis cantica, & ſaltationes Prophetæ Dauid, &c. *vt ſcilicet diſtinctio fiat à canticis prophanis, & diabolicis: à quibus plurimum Chriſtianos, hîc & alibi dehortatur, ac reuocat. Verùm iſta penitius ſecum expendant, iudicentq́; eruditiores.*

Ne per legis tranſgreſſionem, theſaurizes tibi iram in die iræ, & reuelationis, ac iuſti iudicij ipſius Dei.] *Sic hoc loco legit Ephræm, pro quo in vulg. Lat. Rom. 2. reperitur:* in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, &c. *Sed in Græco textu ibi etiam adhibetur coniunctio καὶ, legiturq́;:* Et iuſti iudicij Dei: *vt hîc apud Ephræm. Sicq́; hunc locum Chryſoſtomus legit, ac Baſilius, pluresq́; alij. Alia porrò, pro (in die iræ)* in diem iræ, *habetur.*

Quando iudicabit Deus occulta hominum ſecundùm Euangelium meum.] *Vbi fort. legendum* Euangelium ſuum, *pro meum, præſertim ſi ſub perſona Ephræm, hæc verba de Chriſti Euangelio, vt eſt Matth. 24. & 25. enuntientur: Sin autem ſub perſona Pauli, ſtandum eſt in alluſione ad locum Rom. 2.* in die cùm iudicabit Deus occulta hominum; ſecundùm Euangelium meum, &c. *legendumq́; ſic* meum, *potius, quam ſuum, etiam hoc loco. Clarior tamen in hanc ſententiam fuiſſet lectio, ſi hîc additum fuiſſet,* (ſecundùm Euangelium meum, vt ait Apoſt.) *vel quid ſimile: vt eſt poſtea in tract. De varijs tormentis Inferni, vbi ſic habet: De hac eadem die clamat Paulus: In die, quando iudicabit Deus occulta hominum, ſecundùm Euangelium meum, &c.*

Ibi plorabunt, & dentibus ſtridebunt, fornicatores, & fornicatrices, incantatores, petalographi, falſarij, &c. *Variat hîc lectio in duobus manuſcriptis Græcis biblioth. Cryptæferrat. dum in vno legitur πεταλόγραφι, in altero, πλατόγραφι, ſed mendosè vt videtur, pro πλαςόγραφοι, id eſt, falſarij, vt hîc illud vertimus. Dicuntur porrò Petalographi, meo quidem iudicio, foliorum ſeu laminarum inſcriptores: nam Petala, à Græcis dicuntur arborum frondes, & πέταλον, Latinè folium, vnde petalon, ſc. foliatum, id eſt, quod habet folia. Et hinc Etymologica iſtius ratio commodè cuiuis innoteſcit, conſtatq́; foliorum inſcriptores, & falſarios hîc notari.*

INTERROGATIO.

Pſal. 138. QVomodo de Hæreticis ſcriptum legimus: Eos qui oderunt te Domine, oderam.
Pſal. 118. alibique dictum eſt: vt inimicos Dei oderitis eos. alio autem in loco:
Leuit. 19. Non oderis omnem hominem.

RESPONSIO.

Matth. 7. HAereticos tanquam blaſphemos, & Dei inimicos, Scriptura non homines: ſed canes, & lupos, & porcos, & Antichriſtos appellat, quemadmodum ait
Ibidem. Dominus: Nolite ſanctum dare canibus. Et Iohannes dicit: quia Antichriſti facti
1. Iohan. 2. ſunt multi. Hos itaque non oportet amare, neque cum eis verſari, aut cum ipſis
1. Cor. 5. orare, cibumve ſumere, neque in domum eos recipere, neque Aue illis dicere: ne
2. Iohan. 1. prauis illorum operibus communicemus.

SCHOL. Hæreticos tanquam blaſphemos, & Dei inimicos, Scriptura non homines, ſed canes, & lupos, & porcos, & Antichriſtos appellat.] *Quòd hæretici canibus, lupis, & porcis comparentur, habes Matth. 7. ibi:* Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, &c. *vbi & Luporum appellatio ijs tribuitur, dum poſtea dicitur:* intrinſecus autem ſunt Lupi rapaces, &c. *In quem locum Matth. ſi præter Ephræm, etiam Chryſoſtom. alioſq́; Patres conſulueris, quàm aptè eiuſmodi appellationes in hæreticos retorqueantur, inuenies. De varijs porrò alijs Hæreticorum nominibus, plura inuenire licebit apud antiquiſſimum Iren. lib. 3. cap. 3. ac 39. Et lib 4. cap. 2. ac 60. Nec non apud S. Ignatium in Epiſt. ad Trallianos. & ad Philadelphienſes, & ad Antioch. Ac apud Epiphan. lib. 1. contra hæreſ. 26. &c. item S. Athanaſ. in Orat. 2. contra Arianos, & alibi.*

INTERROGATIO.

Quod genus peccati eſt irremiſſibile?

RESPONSIO.

Matth. 12. ILlud quod eſt in Spiritum ſanctũ, ac omnium hęreticorum. Quoniam in Spiritum ſanctũ blaſphemis non remittetur peccatum, neq; in hoc, neque in futuro ſe

A ro ſeculo, atteſtante ipſo Domino. *Siquidem Deo ipſi reſiſtunt, apud quem eſt redemptio. Et quis adiutor eorum erit?*

Pſalm.129.
Pſalm.7.

SCHOL. *De grauitate, & irremiſſibilitate iſtius peccati, plura vide apud S. Baſilium Magnum Tom.2. Regul.35.cap.1.inter eius moralia. item in Regul. breuioribus, in Reſponſ. ad Interrogat.273.* quomodo quis blaſphemet in Spiritum ſanctum. *Chryſoſt. Homil.42.in Matth.& Hom.2 in Pſal. 50. alibiq; ſæpiſſimè. Et S. Auguſt. pluribus in locis, præſertim lib.de correct. Donatiſtarum ad Bonifacium, ac lib.4.contra Creſconium Grammaticum. Item lib.de vera & falſa pœnitentia, cap.4. Tom.4. lib 1.de verb. Domini Serm 11.Tom.10. ac lib, de blaſphemia in Spiritum ſanctum, & S Ambroſ.in ca. 12.Matt.li.1.de pœnitentia cap.5.lib.2.de pœnitẽtia cap.3.4.&c.Sed de hoc pleniſſimè S.Thom. Aquin. in ſecunda parte ſecundæ partis Summæ Theolog.quæſt 14. artic 1.2.3.alijq; alibi.*

B

INTERROGATIO.

Quod peccatum, præter hæreſim, cæteris exiſtit grauius?

RESPONSIO.

QVemadmodum omnium virtutum excelſiſſima eſt Charitas: ita vniuerſorum vitiorum grauiſſimum eſt, odiſſe proximum. Nam qui fratrem ſuum odit, homicida eſt, ſicut ait Apoſtolus. Qui odit fratrem ſuũ, Deum ipſum odio habet. Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat: & neſcit quò vadat: quoniam tenebræ obſcurarunt oculos eius. Ecce quantorum malorum cauſa ſit odium? Charitas autem multitudinem peccatorum operit. Inuidia vix curari poteſt, aut ne vix quidem. Eſt peccatum ad mortem omnis impœnitentia: Cæterùm maſculorum concubitores, & præſtigatores ac venefici, diuini,
C & qui mercedem retinent, quique fratrem ſuum oderunt: non ſecus atque homicidæ, ſeueriſſimè damnantur.

1.Iohan.5.
1.Iohan.2.
1.Iohan.5.
Iacob.5.

SCHOL. Quemadmodum omnium virtutum excelſiſſima eſt Charitas: ita vitiorum grauiſſimum eſt odiſſe proximum.] *Ex oppoſitione virtutis & vitij, breuiter atque efficaciter, quàm magnum ſit malum, quantorumq; malorum cauſſa, odium in proximum, demonſtrat, de quo tamen latius ac plenius ſuprà in Orat. De Charitate. Item, de habentibus, & non habentibus charitatem, in tract. de Virt. & vitijs, per oppoſit. noſtriſq; in ea ibi Scholijs, ac in proximè hic ſequẽtibus, vbi de alijs quoq; atrocioribus, magisq; inter alia abominãdis peccatis agit, de quibus ſeueriſſimè exigetur ratio in die iudicij.*

Interrogârunt Chriſto dilecti auditores: Commemora nobis & reliqua, vt audiamus?

D

DOCTOR.

TVnc omnis homo conſtitutus in medio regni & iudicij, inter vitam & mortem, inter gaudiũ & neceſſitatem, cunctique præ timore humi obtutum defigentes, coram tribunali ſe conſtituros adſpiciunt interrogari, diſtricteq; examinari, præſertim autem eos, qui ſuam negligenter vitam tranſegerunt. Dumq; hęc intuentur, rurſum vultu demiſſo, ſecum ipſi ſuas omnes reputant actiones. Deinde & quiſq; ante conſpectum ſuum propria contuetur opera, ſiue bona ſiue mala. Et qui bonis operibus cõſpicui fuerint cum gaudio appropinquabunt tribunali: vt qui ſunt coronam recepturi. Quòd ſi quis atrocibus peccatis obnoxius, impœ-
E nitens ex hac vita exceſſerit, tunc ea ante ſe videns repræſentari, ſeque ab ijs condemnari atque conuinci, dolore afflictus, dicet: O quomodo non decertaui miſer: ſed vniuerſum tempus meũ deperdidi, illudens atque illuſus. Quomodo pœnitentiam non egi? Quamobrem odio fratrem meum habui, inuidusq; ei fui, ac conuitijs illum inceſſi, & non ſum reconciliatus? Certè certè vt inſipiens feci, & verò audiebam de hoc die formidando. Quomodo inquam pœnitentiam nõ egi apud illum, qui tollit peccata mundi: Verùm ludibrio habitus, annos meos compleui; ieiunio ſeſe macerãtes, & orationibus intentos adſpiciens, ſubſannabam: qui quidem nunc illuſtres coram Iudice adſiſtunt, præmia repetentes. Sed quid agam? nam tempus pœnitentiæ præterijt. Dumque ſecum iſta cogitãt, vocem interim audiunt Iudicis dicentis: Oſtendite mihi opera veſtra, & accipite mercedẽ. Et in illa hora commouebuntur vniuerſi Chriſtianorum ordines. Pontifices, &

Negligentium & impœnitentium verba.
Iohan.1.
Vox Iudicis:
Chriſtianorum Ordines.

1.Cor.15. *al.quia appropinquauit hora. Matth.16. Apol.2.14. Rom.2.14. Sacerdotes, & Leuitę; ſinguli reſurgent in proprio ordine, ſicut ſcriptum eſt. Concutientur tunc timore Reges, Principes ac Duces, potentes & ſapientes, & pauperes, ſerui & liberi: quia * inſtat hora, vt vniuſcuiuſque opera legantur coram Angelis, & hominibus, aperianturque conſilia cordium, vt referat quiſque in corpore, quæ geſſit, ſiue bona, ſiue mala.

SCHOL. Interrogarunt Chriſto dilecti auditores. Commemora nobis, &c.] *Variat hæc interrogandi formula in manuſcrip. nam in alio Codice ſic legitur:* INTERROG. Dic nobis reliqua, vt audiamus & intelligamus? *Sed parum refert, quomodo legatur: cùm differentia ſit duntaxat, in modo interrogandi, ſicut hic in pleriſq; alijs*

Tunc omnis homo conſtitutus in medio regni, & iudicij, &c. *Magnas proponit neceſſitates atque anguſtias, quæ humano obuenient generi in extremo illo iudicij die, quādo ſinguli propria ante oculos cernent opera, ſiue bona ſiue mala: diſtrictéq; de omnibus, quæ in mortali hac vita geſſerint, examinabuntur: vt pro ratione operum ac meritorum, tranſeant, vel ad gaudium, vel ad pœnam. Valde autem ad commouendos hominum animos, & ad bene ſanctéq; hic viuendum, & pœnitentiam agendā faciunt, quæ hic & deinceps apud Ephræm ſequuntur, lectu audituq; digniſſima.*

O quomodo non decertaui miſer, &c. *In alio manuſcripto Græc. iſta ſic leguntur: O quomodo non decertauimus miſeri; ſed tempus noſtrum deperdidimus ludentes atque ludificati: quamobrem non vigilauimus, & pſalmodijs vacauimus? quare non ieiunauimus? Cur pauperum miſerti non ſumus? Cur iniurioſi in proximos fuimus? Cur inuidia laborauimus, & mala commiſimus? Cur pœnitentiam pro impetranda venia non egimus? ſed ridentes, & in delitijs viuentes altumq; ſapientes, vitam noſtram finiuimus. Nunc verò quid agemus miſeri, quia pœnitentiæ tempus non eſt reliquum. aduenit hora, de qua audiuimus ſæpè, & irriſimus. Dumq; ſecum iſta cogitant, vocē audiunt Iudicis horribiliter clamantis, atque dicentis:* Oſtendite opera veſtra, &c. *vt hic ſequitur.*

INTERROGATIO.

Dic nobis & cætera, poſtea futura Magiſter; quæ vel audituri, vel paſſuri ſunt iſti?

MAGISTER.

HEI mihi fratres mei Chriſto dilecti: Ad reliqua vobis explicāda paratus ſum, ſed timore percul ſus impedior, & vox mea deficit, lachrymæque mihi excidunt, dum tremendam hanc narrationem aggredior. Diſcutitur ſigillum Chriſtianiſmi, quod quiſque noſtrum accepit in Eccleſia, confeſſionis, fidei, & Baptiſmi. Requireturque ab vnoquoque tunc fides incontaminata, nullique hęreſeos notę obnoxia, & ſignaculum integrum, ac tunica impolluta, quemadmodum & in ſeptuageſimo quinto ſcriptum reperitur pſalmo: Quoniam omnes qui in circuitu eius, afferent munera. Et iterum: Afferte Domino gloriam & honorem. Pſal.75. Pſal.28. & 95.

SCHOL. Dic nobis & cætera, poſtea futura Magiſter, &c.] *In alio Græco Codice ſic reperitur:* Interrogauerūt tūc Chriſto dilecti: Dic nobis & alia poſt iſta Magiſter, quæ ſunt ipſi audituri, vel paſſuri? *In alio porrò ad hunc modum legitur:* Ad hæc qui aderant auditores ſtudioſi, Chriſtique fideles, dixerunt: Dic nobis & reliqua, vt ijs auditis pœnitentiam agamus? Quibus ille: Attentè, obſecro, accipite fratres mei chariſſimi, &c. *Lectiones omnes bonæ ſunt, & inſtituto Auctoris accommodæ. Oſtendere autem hic nititur, quomodo in deſtricto illo vniuerſalis iudicij examine, à ſingulis Chriſtianis requiretur Baptiſmatis ſigillum illibatum, fides integra, & nullo inquinamento hæreſeos polluta, tunicaq; incontaminata, iuxta pulchram illam Confeſſionem, quam in ſacro Baptiſmate coram pluribus profeſſi ſunt teſtibus, dicentes: Abrenuntio tibi Sathana, & cunctis operibus tuis, &c. Sed de iſtis copioſiſſimè atque pleniſſimè in poſt ſequentibus, de Abrenuntiatione.*

Chriſti amatores dixerunt: Nunquid de omnibus ibi ſcrutinium fiet, paruis pariter ac magnis?

MAGISTER.

Matth.25. TVnc fratres, ſcrutinium atque examen fiet, de vnoquoque qui nomen dederit ſanctæ Eccleſiæ. Inquiritur quiſque ſecundùm propriam virtutem: potentes verò potenter tormenta patientur, ſicut ſcriptum eſt: Quoniam cui multum eſt datum, multum exigetur ab eo. Et, qua quiſque menſura emenſus fuerit, eadem ipſi remetietur illinc. Veruntamen ſiue magni, ſiue parui, cuncti æqualiter profeſſi ſumus, & ſinguli pariter ſignaculū illud pretioſum accepimus, vniuerſique ſimiliter diabolo renuntiauimus, inſufflando ei. Et vnuſquiſque Sapien.6. Lucæ 12. Matth.7. Marc.4. Lucæ 6.

A noſtrum ſimili modo, coniunctus eſt Chriſto, adorando ipſum. Siquidem cognouiſtis vim ſacræ piſcinæ, & abrenuntiationis inimici.

SCHOLIA.

Chriſti amatores dixerunt: Nunquid de omnibus, &c.] *In vno Cod. iſta Interrogatio cum ſua Reſponſione deeſt. In alio manuſcrip. Cryptæferrat. hæc quidem ſunt, ſed abſque alia noua Interrogatione præcedentibus connectuntur, & cum ijs coniunctim leguntur. In alio porrò exemplari antiquiori, quod ſequimur, melius & accommodatius etiam hoc loco, videtur Interrogatio cum Reſponſione adhiberi, vt in ceteris.*

Inquiretur quiſque ſecundum propriam virtutem, &c.] *Vult dicere, quod quilibet pro ratione norum ac talentorum ſibi creditorum, rationem redditurus ſit in die extremi iudicij: vt ſit alluſio ad illud* B *Matth.25.* Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique ſecundùm propriam virtutem, &c. *quem locum etiam hoc ſenſu explicatum, illuſtratumq́; inuenies à Chryſoſt. Homil.79. in cap. Matth.25. vbi de varijs talentis agit. ac Baſilius in Moralibus Reg.58 cap.4. & in Reſponſ. ad Interrogat.62. ac in Reſponſ. ad Interrog.253. & 254. Tom.2. Atque hoc ſubiectis ſcripturæ locis confirmat hic Auctor:* Nam potentes, inquit, potenter tormenta patientur, *ſicut ſcriptum eſt, Sap.6.* Et cui multum eſt datum, multum exigetur ab eo, *vt eſt Luc.12. &c. Aliam enim, & maiorem rationem redditurí ſunt. Principes, Reges, Duces, Epiſcopi, Paſtores, alijq́; qui præſunt, quàm qui illorũ curæ & regimini ſubiecti ſunt: aliam docti, & ſapientes, aliam indocti, ac rudes, aliam diuites, aliam pauperes, &c. Rationem tamen ſinguli ſuæ Abrenuntiationis in ſacro baptiſmo factæ, redditurí ſunt:* nam cuncti, inquit, æqualiter profeſſi ſumus, & ſinguli ſignaculum illud pretioſum accepimus, vniuerſiq; diabolo renuntiauimus, inſufflando ei, &c. *Sed iam ad Abrenuntiationis vim pergamus.*

EIVSDEM

C

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Abrenuntiatione in ſacro Baptiſmate facta: &,

Quomodo ea requiretur à nobis, in extremo iudicij die. Item de varijs tormentorum locis in inferno. Et de Compunctione ac pœnitentia animæ.

D

Eodem G. Voßio Interprete & Scholiaſte.

INTERROGATIO.

Obſecramus te Magiſter, vt & Abrenuntiationis vim nos doceas?

MAGISTER.

Abrenuntiatio in ſacro Baptiſmate, quanti ſit momenti.

ABrenuntiatio, quam in Baptiſmo facimus, nominata quidem apparet parua; ceterùm intellecta, admodum magna: quam qui ſeruare valuerit, beatiſſimus erit. Paucis namque verbis cũcta quę nominantur mala, quæque odit Deus, valere iubemus, & abrenũtiamus: cuiuſmodi ſunt, non vnum duntaxat, non duo nec decem; ſed quodcunque apellatur malum. puta: Abrenuntio E Sathanæ, & cunctis operibus eius. Quibus inquam operibus? Audi: Fornicationi, adulterio, immunditiæ, mendacio, furto, inuidiæ, veneficio, diuinationi, incantationibus, excandeſcentiæ, iræ, blaſphemiæ, inimicitiæ, contentioni, æmulationi. Abrenuntio, inquam, ebrietati, ocioſiloquio, ſuperbiæ, laſciuiæ, atque acediæ. Abrenuntio riſibus, cithararum luſibus, canticis diabolicis, tragicis ſcilicet, inclamationibus puerorum corruptionibus, augurationibus, ſpirituum immundorum interrogationibus, laminarum inſcriptionibus. Abrenuntio auaritiæ, odio in fratrem. rapinis. Abrenuntio alearum otio, & tabularum luſui, ſicut etiam Sancti Apoſtoli hiſce operam dantes atque vacantes, excommunicatos eſſe, ordinarunt in ſuis canonibus, ſi laici fuerint: At ſi clerici, vt deponantur. Abrenuntio idolothytis, ſuffocatis, & ſanguini, & morticinijs. Abrenuntio eſui ſanguinis iumentorũ ac pecorũ occiſorum, ſiue in inteſtina ingredientis,

De his vide noſtra Scholia. Leuit.7.17.19. Act.15.21.

entis, ſiue quomodocunq; aliter. Et quorſum pluribus ago? non enim modo ſuppetit tempus enarrandi omnia. Verùm percurramus multa, & ſimul ſemelque dicamus: Abrenuntiamus cunctis, quæ fiunt in Sole, & Luna, & aſtris, & in fontibus, & in arboribus, & ſalſamentis ſiue tincturis, atque amuletis, & calicibus, alijsque pluribus abſurdiſſimis operibus: quæ & dicere foret turpe, atque audire. Quibus omnibus, & horum ſimilibus abrenuntiat Chriſtianus quicunque, in abrenuntiatione ſancti Baptiſmatis: quæ cuncti nouimus opera atque doctrinas eſſe diabolorum. Atque hæc cuncta, dum in tenebris eſſemus ſub poteſtate diaboli, didicimus, priuſquam lux affulgeret nobis, eſſemusque adhuc ſub peccato venundati. Quando autem benigniſſimo, miſericordiſſimoque Domino placuit, nos ex huiuſcemodi liberare errore, viſitauit nos Oriens ex alto: apparuitque gratia Dei Saluatoris, & dedit ſemetipſum pro nobis commutationem, redemitque nos ab errore idolorum proprio ſanguine. Et dignatus eſt regenerare nos, per aquam & Spiritum. Hæc omnia abnegauimus, & veterem hominem vnà cum actionibus ſuis exuimus, nouum verò Adam induimus. Præfata igitur hæc opera mala, qui poſt gratiam in ſacro baptiſmate acceptam, fecerit, gratia excidit, Chriſtuſque tali in peccatis permanenti, nihil proderit. Audiſtis ô Chriſti amatores, quantæ malorum multitudini abrenuntiauimus, paucis verbis. Atqui hæc ipſa abrenuntiatio, & pulchra confeſſio, exigetur à quocunque Chriſtiano in illa die. Scriptum eſt enim: Quoniam ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Iterumque Dominus ait: De ore tuo te iudico, ſerue nequam. Perſpicuum eſt igitur fratres, quia verba noſtra vel iudicatura ſint nos, vel iuſtificatura, in hora illa.

Matth. 4.
1.Ioan.1.
1.Pet 2.
Luc.1.
Tit.2.3.
Ibidem.
Ephef.4.
Coloſ.3.
Rom. 6 Galat 3.
Galat 5.
Matth.12.
Luc.19.

INTERROGATIO.

At quo pacto interrogantur?

RESPONSIO.

TVnc fratres, interrogabuntur Paſtores, Epiſcopi ſcilicet, & Principes, de proprio ſtatu, & de grege ipſorum: requirenturque ab vnoquoque oues rationales, quas à ſummò Paſtore Chriſto paſcendas ſuſceperint. Quòd ſi ex negligentia ipſius Epiſcopi, vel Principis, ouem deperdi contigerit, de manu ipſorum requiretur ſanguis eius. Similiter quoque Presbyteri, rationem reddent pro Eccleſiæ ſibi creditæ populo. Præterea Diaconi, & cuncti fideles pro animabus, qua in illorum ſunt familijs, pro vxore, & filijs, pro ſeruis, & ancillis, daturi ſunt rationem; an in diſciplina & correptione Domini eos enutrierint, ſicut admonet Apoſtolus. Tunc quoque interrogabuntur Reges, & Principes, & homicidæ, & diuites, & pauperes, & parui, & magni, de operibus quæ geſſerint. Scriptum ſiquidem eſt: Quia omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Scriptumque habemus alibi: Quoniam non eſt, qui de manibus meis poſſit eruere.

Ezech.3.& 33.
Epheſ.6.
2.Cor 5.
Rom.14.
Deut.32.

INTERROGATIO.

Rogamus te, vt nobis aperias & ea, quæ poſtea futura ſunt?

RESPONSIO.

LOquar in dolore, & dicam in ſuſpirijs; quia quæ poſt futura ſunt, audire non poteritis, quare ſuperſideamus Chriſto dilecti.

At illi rurſus:

Numquid formidoloſiora ſunt ea ſupradictis, quæ abs te audiuimus?

Magiſter verò rurſus in lachrymas prorumpens dixit:

ET formidabiliora, inquit, & triſtiora, & miſerabiliora, multiſque lachrymis ac ſingultibus digna, quæ in medium ſi protulero, tremore corripientur cuncti illa audientes.

Ad quæ, Chriſto dilecti dixerunt:

EXpone nobis illa ô amice Chriſti, ſi fieri poteſt; vt ijs auditis maiorem agere pœnitentiam ſtudeamus?

Quibus

Quibus Magiſter iterum illachrymans, reſpondit:

DIcam, ſed cum lachrymis, non enim poſſibile eſt abſque lachrymis illa effari,
quandoquidem hæc ſunt extrema. Quoniam autem mandatum ab Apoſto-
lo accepimus, hæc fidelibus hominibus proponendi, & quia vos fideles eſtis, iſta 2.Tim.2.
vobis commendare viſum eſt, vos autem & alios docete. Etſi enim dolore
cordis præpedior, dum eiuſmodi narrationem aggredior, at compatimini mihi,
fratres mei benedicti. Tunc enim, tunc inquam, Chriſto dilecti, cùm diſcuſſi exa-
minatique fuerint vniuerſi, vniuerſorumque opera coram Angelis & hominibus
publicata, cunctique inimici ſubiecti ſub pedibus eius, & omnis poteſtas ac vis 1.Cor.15.
terrena euacuata, omneque Deo curuatum fuerit genu, quemadmodum ſcri- Eſa.45.&
B ptum eſt. Tunc ſegregabit eos ab inuicem, ſicut ſegregat paſtor oues ab hœdis Rom.14.
Nam qui bonis operibus, boniſque fructibus reperti fuerint conſpicui, ab infru- Philip.2.
ctuoſis & peccatoribus ſeparabuntur. Sicut Sol autem fulgebunt illi, qui man- Matth.25.
data †Dei cuſtodierint, miſericordes, pauperum & pupillorum amatores, pere- Matth.13.
grinorum ſuſceptores, qui nudos operuerint, viduarum defenſores extiterint, †al.Domini.
in carcere poſitos viſitauerint, labore ærumnaque confectos adiuuerint, morbo Math 25.
decumbentes inuiſerint: qui, vt ait Dominus, nunc lugent, qui nunc ſunt paupe- Matth.25.
res propter diuitias in cælo repoſitas, qui fratribus offenſas remittunt, qui ſigna- Matth.6.18.
culum fidei integrum, impollutumque ab omni hæreſis ſorde ſeruarunt, hos in-
quam, à dextris ſuis ſtatuet; hœdos verò à ſiniſtris, qui ſunt infructuoſi illi, qui Matth.25.
paſtorem bonum exacerbauerunt, qui ſummi paſtoris voci non attenderunt, tu- Ioan.10.
midi, & arrogantes, indiſciplinati, qui tempus iſtud pœnitentiæ aptiſſimum per-
diderunt, ac velut hœdi laſciuijs, ſaltationibus, atque delitijs dediti ſunt, qui vni-
C uerſum vitæ ſuę tempus, in crapula, ebrietate, & immiſericordia conſumpſerunt,
ſicut diues ille, qui nulla vmquam ductus eſt miſericordia pauperis Lazari, atque Lucæ.16.
ideo inter adſtantes à ſiniſtris erunt condemnati, tamquam omnis miſericor- Matth.25.
diæ, pietatiſque viſcerum expertes, & pœnitentiæ fructibus, oleoque in lampa- Ibidem.
dibus ſuis deſtituti. Cæterùm qui oleum à pauperibus ſibi coemerint, vaſaque ſua
impleuerint, à dextris adſtabunt, gloria illuſtres, & hilares, lucidas lampades in
manibus habentes, audientque beatam illam & miſericordem vocem: Venite be- Matth.25.
nedicti Patris mei, poſſidete præparatum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſai 58.
Qui autem à ſiniſtris erunt, lugubrem & auſteram audituri ſunt ſententiam: Di- Ezech.18.
ſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Eccl.7.
Sicut miſericordiæ viſcera alijs non expandiſtis, ita nec vos modò miſericor- Matth.25.
D diam obtinebitis. Sicut vocem meam audire noluiſtis, ita neque ego veſtras la-
mentationes ac gemitus audiam. Mihi enim non miniſtraſtis, nec me eſurientem Ibidem.
pauiſtis, neque ſitientem potaſtis, neque me hoſpitem collegiſtis, neque nudum
operuiſtis, infirmum me non viſitaſtis, nec in carcere ad me veniſtis. Alterius Do-
mini fuiſtis operarij, atque miniſtri, diaboli ſcilicet; quamobrem diſcedite à me, Matth.7.25.
operarij iniquitatis. Et tunc abibunt hi in ſupplicium æternum: Iuſti autem in vi- Luc.13.
tam æternam.

INTERROGATIO.

IN vnum ne omnes ſupplicium ſunt abituri; an verò varia Tormenta reperiun-
E tur?

RESPONSIO.

VARIA tormentorum eſſe loca, ex Euangelio nouimus: Sunt etenim tene- Matth.&
bræ exteriores, vnde liquet, & alias eſſe interiores. Gehenna ignis, locus Mar.5.
alius. ſtridor dentium, locus proprius. Vermis non dormiens, in alio loco eſt. Luc.8.16.
Stagnum ignis, locus alius. tartarus locus proprius. ignis inexſtinguibilis in pro- Apoc.14.
pria regione eſt. Inferi atque perditio proprijs conſcribuntur terminis. infima
terræ, locus alius. Infernus, in quem detorquentur peccatores, & profundum
inferni, locus ſæuior. Hiſce ſuppliciorum locis diſtribuuntur miſeri, quiſque pro
peccatorum ſuorum modo, vehementius mitiuſve, ſicut ſcriptum eſt: quia funi-
bus peccatorum ſuorum conſtringitur vnuſquiſque. atque hoc eſt quod dicitur: Prou.5.
vapulabit multis, & paucis. Quemadmodum autem peccatorum ſunt differen- Luc.12.
tiæ,

tiæ, ita & tormentorum varietates. Qui verò inter ſe inimicitias fouent, ſi ſic eos ex hac vita excedere contigerit, inexorabilem iudicij ſententiam in hora iudicij ſubibunt: & tamquam Deo exoſi, in tenebras tranſmittentur exteriores, vt qui leue & facile illud Domini mandatum ſpreuerint, quod ſic habet: Diligite inuicem, & remittite mutuò, vſque ſeptuagies ſepties. Omnis autem peccans meminerit ſe vitam hîc ſecuram, & abſque ſolicitudine non poſſe degere, vt neque rurſus deſperare. Quoniam aduocatum habemuss apud Patrem, Ieſum Chriſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non quidem omnis curæ ac ſolicitudinis expertium, deſidum, atque ſtertentium, in dilitijs viuentium, riſuique indulgentium, cauponas frequentantium, atque potorum: Sed lugentium, ac pœnitentiam agentium, ad eumque diu noctuque clamantium: qui quidem à paracleto ſolatium accipient. At peccator, qui ſuorum delictorum immemor, ſic è corpere migrauerit; ſuper hūc decidet ira illa, quam Manaſſes comminatus eſt, dicens: Quia inſuſtentabilis eſt Domine ira comminationis tuæ ſuper peccatores. Væ fornicatori. Væ ebrioſo, ſimul maledico. Væ ijs, qui cum tympanis, & choris, citharis, ac tibijs vinum bibunt: opera verò Domini non conſiderant, neque ſermonum eius ſunt memores. Væ ijs, qui contumelijs ſacras afficiunt ſcripturas. Væ alearum luſoribus: quandoquidem ſe à corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti alienos reddunt, ſicut Spiritus ſanctus per ſanctos admonuit Apoſtolos. Væ ijs, qui tempus pœnitentiæ perdunt in iocis, & in riſibus. Quærent namque hoc ipſum pœnitentiæ tempus, quod perperam conſumpſerunt, & non inuenient. Væ ijs, qui ad veneficos accedunt, & in ſpiritu erroris ſciſcitantur, dæmonum intendentes doctrinæ; quoniam cum ipſis in futuro condemnabuntur ſeculo. Væ ijs, qui ſcribunt iniuſtitiam. Væ ijs, qui ſectantur curioſa, incantationes, diuinationes, infantium cœdes, amuleta, tincturas, & folia quæ vocant conſeruatoria, reuerà autem interitus, atque perditio ſunt animæ, ac corporis, & his ſimilia. Væ ijs, qui mercenarium ſua mercede defraudant: quoniam qui mercede operarium priuat, eſt veluti, qui ſanguinem effundit. Væ ijs, qui iniuſtè iudicant. Vę inquam, illis, qui pro muneribus iuſtificant impium, & ius iuſti tollunt. Væ ijs, qui ſanctam fidem hæreſibus polluunt, aut hæreticis condeſcendunt. Væ ijs, qui incurabili morbo inuidiæ ſcilicet, atque liuoris laborant. Et quid multa commemoro, & non in paucis potius cuncta perſtringo? Væ ijs omnibus, qui à ſiniſtris ſtatuentur in hora illa terribili: quia obtenebrabuntur, & contremiſcent, flebuntque amarè, quando lugubrem illam audierint ſententiam: Diſcedite à me maledicti. Alij quidem rurſus mœſtiſſimam illam audient † ſententiam: Conuertantur peccatores in infernum. Alij illam audient: Amen dico vobis, non noui vos. Diſcedite à me operarij iniquitatis. Alij, inuidi ſcilicet, audient: Tolle quod tuum eſt, & vade. Et auditu ſanè graue, quod dicit, vade. Et quonam? eò ſcilicet, quò abituri ſunt illi, qui audient: Ite à me maledicti, in ignem æternum. Alij verò rurſus audient: Ligatis manibus, & pedibus eius, proijcite in tenebras exteriores. Alij, ſicut zizania colligentur, ad comburendum in camino ignis. Quemadmodum autem multi ſunt modi ſalutis: ita & multæ in regno cælorum manſiones. Et ſicut varia peccatorum exiſtunt genera: ita & varij tormentorum modi. Quicunque lachrymas atque compunctionem habetis, plorate mecum. Etenim recordatus ſum fratres mei benedicti, ſeparationis illius miſerandæ, & ſufferre nequeo. Hora ſiquidem illa tremenda, ſeparabuntur ab inuicem ſeparatione vltima, eaque triſtiſſima; ingredienturque iter omni reuerſionis ſpe deſtitutum. Quis ita lapideo eſt corde, qui vel hinc non deplangat horam illam? Quādo Epiſcopi ſeparabuntur à Coepiſcopis, Duces à ducibus, Principes à principibus, Presbyteri ab alijs presbyteris, Diaconi ab alijs diaconis, Hypodiaconi atque † lectores à ſuis ſocijs. Tunc ſeparabuntur, qui aliquando Reges exſtiterunt, & plorabunt velut infantes, abigenturque vt mancipia. Tunc ingemiſcent Principes, & diuites immiſericordes; & huc illucque reſpicient vndique anguſtijs preſſi: & nullus ibi reperietur adiutor. Tunc ſeparabuntur, dolenter abituri ad ſupplicia velut captiui. Vbi neque diuitiæ apparebunt, neque aſſentatores adſiſtent, neque miſericordiæ tunc ijs erit locus, quòd aliorum ipſi miſereri

nolue-

Matth.5.
Matth.18.
1.Ioan.2.
Eſa.5.
Matth.5.
In orat. Manaſ.
2.Paral.36.
1.Cor.5.6.
Eſai.5.
Cōtra aleatores Vide Schol.
Luc.6.& Iac.4.
Leuit.19.
1.Reg.15.
Eſai.10.
Sap.18.
Lucæ.18.
Iacob.5.
Eſai.59.
Tit.3.
Rom.1.& Galat.5.
Matth.25.
Pſalm.9.
†al.reſponſum.
†al.iudicium.
Matth.7.20.25.
Luc.13.
Ibidem.
Matth.22.
Matth.13.
Similitudo notanda.
Matth.13.& 25.
†al.& hypodiaconi à Lectoribus, ſuiſque ſocijs
Sap.5.Soph.1.
Rom.2.
Matth.5.15.
Iacob.2.

A noluerint, neque miſericordiam illuc præmiſerint, vt inuenirent. quemadmodum & Propheta de ſimilibus ait: Quia dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt. Tunc ſeparabuntur à parentibus filij, & ab amicis amici. Tunc cum dolore coniunx ſeparabitur à coniuge, ob connubij ſui thorum non ſeruatum immaculatum. Tunc ſeparabuntur & ij, qui corpore quidem virgines, at moribus immiſericordes, crudeleſque fuerunt. Quoniam iudicium abſque miſericordia erit his, qui non fecerunt miſericordiam. Verùm multa hîc dicere omittam, quia timore atque tremore, ab eorumdem narratione prępedior. & vt breuiter dicam: tunc demum propellentur à tribunali, abducenturque à truculentis angelis profligati, ac cæſi, dentibus ſtridentes, crebriuſque poſt tergum reſpicientes, ſi quo modo iuſtos, & gaudium illud, vnde ſegregati ſunt, videre poſſint. Adſpiciuntque lucem illam ineffabilem. vident pulchritudinem paradiſi, contuentur ibi ſibi notos, atque familiares in gaudio illo. cernunt magna & præſtantia illa munera, quæ accipiunt à Rege gloriæ hi, qui legitimè decertârunt. Deinde paullatim abducuntur, ſequeſtranturque ab omnibus iuſtis, ac notis: quin & à conſpectu ipſius Dei abſconduntur, ne amplius valeant gaudium & lucem illam veram contemplari. Iam verò appropinquantes ad † propoſita ſupplicia, in ijs ab inuicem variè diſſeminandi, atque diſpergendi: cernenteſque tunc ſe vndiquaque derelictos, omnique ſpe atque auxilio, & interceſſione aliorum pro ipſis, prorſus deſtitutos. Iudicia enim Dei iuſta ſunt. Tunc amariſſimè illachrymantes, eiulanteſque dicent: O quo pacto in negligentia atque torpore tempus noſtrum tranſegimus? O quomodo illuſi ſumus? O quomodo diuinam ſcripturam audientes, irridenteſque, noſipſos irriſimus? Ibi Deus loquebatur nobis per ſcripturas, & non attendebamus. hîc nos iam clamamus, & ipſe ſuam à nobis faciem auertit. Quid nobis proderunt fines mundi? Vbinam qui nos genuit pater? Vbi quæ nos peperit mater? Vbi filij? Vbi amici? vbi diuitiæ? vbi ſubſtantiæ atque poſſeſſiones? Vbi turbæ? vbi conuiuia? vbi varij & intempeſtiui curſus? Vbi Reges atque potentes? Quomodo à nullo eorum ſaluari modò poſſumus; neque verò nobis ipſi opem ferre? At penitus derelicti ſumus, & à Deo, & à Sanctis eius. Quid faciemus? non enim eſt amplius pœnitentiæ locus. non valet amplius deprecatio atque interceſſio. nulla amplius lachrymarum vtilitas. Non amplius qui oleum nobis vendant, apparent pauperes atque mendici: ſoluta enim iam eſt omnis celebritas. Dum nobis erat tempus, ſuppeterentque facultates, ipſique venditores olei clamitarent (Emite,) obturatis noſtris auribus, nec audite, nec emere oleum voluimus: modò autem quærimus, & non inuenimus. Nulla amplius nobis miſerabilibus reliqua eſt redemptio. nulla amplius miſericordia: neque enim ſumus digni. Iuſtum eſt Dei iudicium. Non iam amplius Sanctorum adſpiciemus ordines. non amplius lucem illam veram contuebimur: orbati ſequeſtratique ſumus ab omnibus. Dicendum quid reſtabit? Valete iuſti vniuerſi. Valete Apoſtoli, Prophetæ, & Martyres. Vale cœtus Patriarcharum. Vale Monachorum agmen. Vale Crux pretioſa, atque viuifica. Vale cælorum regnum omni fine carens. Vale ſuperna Hieruſalem, primitiuorum mater. Vale paradiſe voluptatis. Vale etiam tu Domina Dei Genitrix, mater amatoris hominum Dei. Valete patres ac matres, filij atque filiæ: nullum ſiquidem veſtrum viſuri ſumus vltra. Poſtea verò abiturus eſt vnuſquiſque in præparatum ſibi ob praua ſua opera, tormentorum locum; vbi vermis eorum non moritur, neque ignis exſtinguitur. Ecce, audiſtis fratres mei † benedicti. Ecce, poſtulationi veſtræ iam ſatisfeci, & deſiderium veſtrum compleui. Ecce, intellexiſtis quæ nobis ipſi paramus. Ecce audiſtis, quid ſibi lucrifaciant negligentes † atque ſocordes, pœnitentiamque agere nolentes. Ecce audiſtis, quo pacto habeantur viſui, qui Domini mandata hîc † irriſerunt. Intellexiſtis, quomodo multos decipiat, ſeducatque ſeculum iſtud nequam, atque lœtiferum. Intellexiſtis, quomodo illudantur diuinarum Scripturarum illuſores. Nullus in errorem impellatur, cariſſimi. nullus ſe patiatur decipi fratres mei benedicti. caueatque quis dicere, aut credere, verba hęc tantum eſſe ſimplicia, quæ de iudicio dicuntur. Quin potius omnes accuratè firmiterque Chriſto credamus prædicanti reſurrectionem mortuorum, iudicium & retributionem bonorum atq; malorum, iuxta diuinas ſcripturas,

Pſalm. 75.
Heb. 13.
Math. 25. & 1. Cor. 7.
Iacob. 2.
Horribilis & valde lugubris ſeparatio.
B
1. Tim. 2.
† al. ad antedicta tormenta.
Pſalm. 118. & 2. Theſſ. 1.
C
Marc. 8. Luc. 9.
2. Tim. 2.
Heb. 12.
Luc. 13.
Matth. 25.
D
Pſalm. 118. & 2. Theſſ. 1.
Luctuoſiſſima narratio atque Apoſtrophe.
Galat. 4.
Gen. 2.
Eſa. 66. Marc. 9.
† al. Chriſto dilecti.
† al. & pœnitentiam agere nolentes, ſed ſacerdos.
† al. tranſgreſſi ſunt.
Ioan 5. 6. & 11. 1. Cor. 15.

pturas. Et ſpretis, contemptiſque temporalibus hiſce omnibus, ſedulò cogitemus de reddenda iſthic ratione, nobiſque ſtatuendis ad formidandum illud tribunal, in diemque ac horam illam horrendam atque expaueſcendam, ſimus parati. Hæc etenim eſt hora valde ingemiſcenda, doloribus atque anguſtijs plena, quę vniuerſum diſcutit mundum. De hac die, ac hora formidabili, ſancti locuti ſunt Prophetæ atque Apoſtoli. De hac die, diuina Scriptura à finibus vſque ad fines terrarum, per Eccleſias, omnique in loco clamat, cunctiſque teſtatur, & admonet, dicens: Conſiderate, vigilate, orate, ſobrij eſtote, attendite, miſericordiam exhibete. eſtote parati, quia neſcitis diem, neque horam, in qua Dominus venturus eſt. Omnes igitur, vt ante dixi, Deo pleni, cum dolore ac lachrymis clamāt, diei illius neceſſitatem prænuntiantes. De hac ipſa die locutus eſt Propheta Eſaias: Ecce Dominus veniet diſperdere vniuerſam terram, & peccatores perdere ex ea. Et idem rurſus Propheta ait: Ecce Dominus veniet, & merces eius cum ipſo, & opus vniuſcuiuſque coram illo. Aliuſque Propheta clamat, dicens: Ecce Dominus veniet, & quis ſuſtinebit dies aduentus eius? aut quis ſtabit ad videndum eum? Item alius Propheta exclamat, & dicit: Domine audiui auditionem tuam, & timui, & ingreſſus eſt tremor in oſſa mea. Alius quoque Propheta, ex perſona Domini clamat, dicens: In die vltionis retribuam. Rurſuſque ait: Et reddam vltionem hoſtibus meis: & ijs, qui oderunt me, retribuam: Et non eſt, qui de manu mea poſſit eruere. De hac etiam die, Propheta Dauid elocutus eſt: Deus manifeſtè veniet: Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas valida. De hac etiam die, clamat Apoſtolus Paulus: In die, qua iudicabit Deus occulta hominum, ſecundum Euangelium meum. Aitque denuò: Videte quomodo ambuletis. horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Clamat & Petrus Apoſtolorum vertex, ac caput, de illa die, dicens: Dies Domini, ſicut fur de nocte, ita veniet: in qua cæli ſoluentur igne, & elementa calore liqueſcent. Et quid de Prophetis, atque Apoſtolis commemoro? Ipſe etiam dominator Dominus, de illa die pluribus antea teſtatus eſt, dicens: Videte ne grauentur corda veſtra, in crapula & ebrietate, & curis ſecularibus: & ſuperueniat in vos repentina dies illa. Sicut enim laqueus, ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper † faciem omnis terræ. Vigilate igitur, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et contendite intrare per anguſtam portam, quæ ducit ad vitam. Per hanc fratres ambulemus viam, vt vitam æternam hæreditate poſſideamus. Qui enim hanc ingreditur, procul dubio æternæ vitæ poſſeſſor euadet. Cùm hæc ipſa via, ſit vita. Et licet pauci ſint, qui inueniant illam, nos tamen chariſſimi, non fruſtremur ea. Nullus noſtrum extra hanc ambulet; ne ad perditionem abſcedat. ſicut & à Propheta dictum eſt: Ne quando iraſcatur Dominus, † & pereatis de via iuſta. Audiamus Dominum dicentem: Ego ſum lux. Ego ſum Paſtor bonus. Ego ſum vita. Ego ſum oſtium. Per me, ſi quis introierit, ſaluabitur. Ego ſum via: qui ſequitur me, non offendit: ſed habebit lumen vitæ. Hanc igitur beatam inſequamur viam, quam cuncti ambularunt, quicunque deſiderarunt Chriſtum. Huius quidem ingreſſus cū tribulatione atque preſſura iuncti ſunt, ſed requies beata. Huius ingreſſus auſteri, ac tetrici; at retributio, gaudium. Huius ingreſſus anguſti ſunt, verùm diuerſorium latum atque amplum. Huius viæ inceſſus, ieiunium, oratio, compunctio, vigilia, humilitas animi, paupertas ſpiritalis, contemptio carnis, cura animæ, humicubatio, aridorum ciborum comeſtio, illuuies, fames, & ſitis, ac nuditas; miſericordia, lachrymæ, luctus, anguſtia, gemitus, genuflexiones, ignominiæ, perſecutiones, direptiones, alapæ, labores manuum, pericula, inſidiæ; maledicta atque conuitia ab alijs ſufferre, odio haberi, & non odiſſe, mala perpeti, & bona pro malis reddere, remittere debitoribus debita, animam ſuam pro amicis ponere. Denique autem ſanguinem pro Chriſto fundere, quando occaſio ferret. Hi, anguſtæ portæ, & ſtrictæ viæ, ſunt greſſus atque inceſſus, quæ feliciſſimam ſibi vendicat retributionem, ipſum regnum cælorum, cuius non erit finis vmquam. Lata autem eſt porta, & ſpatioſa via quæ deducit ad perditionem: cuius greſſus ſunt, pro præſenti quidem læti ac hilares, ſed illic triſtes, hîc dulces, at ibi felle amariores: hîc leues, iſthic graues, & dolore pleni. hîc apparent

Heb. 6. 9. 10. 11. Act. 1. 2. 4. 17. 23. 24. 26.
Iob. 19. 20.
Iſa 2. 13. 30.
Rom. 2. 14.
1. Cor. 3. 5.
2. Pet. 2. & 5.
Matth. 24. 25.
Luc. 12. 13.
Apoc. 3.
Eſa. 13. 40. 62.
Eſa. 40. & 62.
Malac. 3.
Hab. 3.
Deut 32.
Ibidem.
Pſalm 49.
Rom. 2.
Epheſ. 5. & Heb. 10.
2. Pet. 3.
Luc. 21.
† al. ſuper omnē faciem terrę.
Matth. 24. 25.
Matth. 7. & Luc. 13.
Pſalm. 2.
† al. erretis.
Ioan. 1. 8. 9. 10. 12. ac 14.
† al nō ambulat in tenebris, & ſic vulg.
Ioan. 8.
Anguſtæ viæ ingreſſus atque inceſſus cuiuſ modi.
1. Theſſ. 5.
Matth. 6. 7.
Ioan. 10. 13. 15.
Matth. 7.
Luc. 13.

A velut nihili,cùm & nihil ſint,illic autem,ſicut feræ ſilueſtres circumdant obeuntes,
& non pœnitentes,iuxta dictum Prophetæ,qui ait:In die mala, in iniquitate Pſalm. 48
calcanei mei,circumdabis me:hoc eſt,malitia vitæ huius,latæ ſcilicet viæ greſſus
atque inceſſus,quos & Apoſtolus ſigillatim expreſſit atque enumerauit,cuiuſmodi Gal.5. Epheſ.5.
ſunt:fornicatio,adulterium,laſciuia,idololatria,veneficium,inimicitiæ,contentio, Coloſ.3.&
æmulatio,ira,diſſidia,inuidia, & id genus alia, quæ ſunt latæ viæ greſſus. 1.Theſſ.4.
Similiter verò & nimij riſus, vociferationes, citharæ,voluptates,tibiæ,choreæ,
balnea,mollia indumenta,ſumptuoſa prandia,manuum applauſus,& tumultus,
ſomni abſque ſollicitudine, lecti molles, & menſarum diuerſitas, inexplebilis
edendi voracitas, fraternum odium, quodque cunctis peius eſt, impœnitentia,
B & numquàm meminiſſe ſui ex hac vita exceſſus. hi, difficilis illius viæ, ſunt greſſus,
per quam ambulant multi. Verùm & diuerſorium inuenient accommodatum, Matth.7.
pro delitijs famem,pro ebrietate ſitim,pro requie dolorem,pro riſu luctum,
pro cithara planctum, pro corpulentia vermem, pro otio atque torpore mentis
dolorem,pro tripudijs commercium cum dæmonibus,pro tabularum luſu, vt &
hi ipſi dęmonibus adſocientur,abominationis huiuſmodi auctoribus. pro curioſitatibus
& incantationibus,reliquiſque exercitijs prauis,tenebras exteriores, gehēnam
ignis,& his ſimilia,quæ ſunt ſtipendia mortis, vbi ſuas ipſa depaſcit oues,
ſuos diſcipulos,amicoſque ſuos,qui latam & ſpatioſam ingreſſi ſunt viam. ſecundùm Rom. 6.
illud Prophetæ dictum: *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.* Matth.7.
Nos autem fratres chariſſimi, à difficili & periculoſa illa declinantes via,audiamus Pſalm.48.
quid Chriſtus dicat: Contendite intrare per anguſtam portam. Dico enim Matth. 7. &
C vobis: quòd multi quærent ingredi,& non inuenient. plurima verò & alia Dominus, Luc.13.
atque omnes Deiferi,his ſimilia clamitant. Hanc quoq; diem mente voluentes,
ſancti Dei Martyres,non ſunt miſerati ſua corpora,ſed omne tormenti genus
ſubierunt, ſpe coronarum, gaudentes: Ali in ſolitudinibus,& montibus, atque Heb.11.
ſpeluncis,in ieiunio,& virginitate decertarunt,ac iam quidem contendunt, non
tantùm viri,ſed & mulieres,pars debilior,ac per anguſtam portam,arctamque viam, Matth.7.
incedentes,regnum cæleſte rapiunt. Quis ergo patiatur ſe illo rubore ſuffundi, Matth.11.
vt cum mulieres illa hora coronentur,multi autem viri † condemnentur. Nō †al. confundantur
enim eſt ibi maſculus,& fœmina. *Sed vnuſquiſque propriam mercedem recipiet,* Gal.3. 1.Cor.3.
ſecundùm proprium laborem. Neque verò hoc ſolum accidit in ſolitudinibus,& 7.15 & 2.Cor.5.
montibus:at multò magis in ciuitatibus,& villis,& in inſulis,atque Eccleſijs, ſaluandorum
D bonorum multitudo elucet. *Singuli in ſuo ordine*, qui mandata Domini 1.Cor.15.
Dei ſeruant:Epiſcopi,Presbyteri,Diaconi,ceterique Eccleſiæ ordines : Reges,
& principes,principatus & poteſtates , ac quotquot in palatijs & caſtris ſunt
ordines. Non enim differentias dixit Dominus Deus, locumve loco prætulit, verùm
ita dixit: Vbicumque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, hoc eſt, Matth.18.
& in ſolitudinibus,& montibus,atq; ſpeluncis,aut in ciuitatibus,villis, ac inſulis,
aut in omni loco dominationis meæ,ibi ſum in medio ipſorum,& cum ipſis Pſalm.102.144.
vſque ad conſummationem ſeculi,& in futuro ſeculo,ego paſcam ipſos in ſecula Matth.18.28.
ſempiterna. Tremendum illud iudicium,incorruptumque iudicem perpendens
ſecum magnus & beatus Dauid, per ſingulas noctes lectum ſuum lachrymis rigabat, Pſalm. 6.
inuocabatque Deum dicens:Domine non intres in iudicium cum ſeruo tuo. Pſalm. 142. Matth.18.25.
non ineas rationem mecum. ne ſtatuas iudicium mecum benigniſſime Domine; Luc.16.
E omni enim defenſione deſtituor. Et ideo exoro bonitatem tuam Domine, non Pſalm.142.
intres in iudicium cum ſeruo tuo. *Si enim hoc agere volueris*, non iuſtificabitur
in conſpectu tuo omnis viuens. Videtis fratres, beatum ac ſanctum Prophetam Ibidem.
Dauid , tremendum diem illam & horam, obſecrantem, ſeque ad defenſionē parantem.
Huc agite ergo,& vos fratres Chriſto dilecti,antiquam adueniat dies illa, Matth.24.25.
& hora, antequam ſoluatur hæc celebritas, antequam Deus manifeſtè venerit, & Luc.12.13.
nos imparatos offendat. Præoccupemus faciem eius in confeſſione, in pœnitentia, Pſalm. 94.
in orationibus. Præoccupemus in ieiunijs, lachrymis, & hoſpitalibus. Præoccupemus
inquam,priuſquam manifeſtè ipſe venerit,& nos imparatos reperiat. Luc.18.21.
Non ceſſemus orare inceſſanter,pœnitentiam agentes, atque parati in occurſum Epheſ 6. Col.1.
Domini, omnes pariter viri ac mulieres, diuites & pauperes, ſerui & liberi, ſenes 1.Theſſ 3.
iuueneſque. Videte ne quis dicat : in multis peccaui , icirco venia non eſt mihi Matth.25.

locus. hoc qui dixerit, ignorat Deum pœnitentium Deum eſſe; quique propter
2.Paral.36.in Orat.Manaſſ. malè habentes aduenit, & dixit: quoniam gaudium in cælis erit, ſuper vno peccatore
Luc.5.15. pœnitentiam agente. qui dixit: quia non veni vocare iuſtos, ſed peccatores
Ibidem. ad pœnitentiam. Hæc autem vera eſt pœnitentia, à peccato deſiſtere, & illud odiſſe,
ſecundùm eum qui ait: Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. Et illud:
Pſalm.118. Iuraui & ſtatui, cuſtodire iuſtificationes tuas. Tuncque Deus cum gaudio ſuſcipit
Ibidem. ad ſe accedentem. Cauete quoque dicere, quia non peccaui. Nam iſtud qui
Luc.15. dixerit, cæcus eſt, manu palpans, & ſeipſum ſeducit, neſcitque quomodo eum fallat
1.Ioan.1. Sathanas, in verbis atque operibus, per auditum & tactum, viſum & cogitationem.
2.Pet.1. 2.Cor.2. Quis etenim gloriari poterit, ſe cor mundum, ſenſusque omnes ſuos poſſidere
Prou.20.21. mundos à labe? Quapropter nullus abſque peccato eſt, nullus mundus à
1.Ioan.1. ſorde, neque cuius vna dies eſt vita ipſius. nullus abſque crimine omnino, inter
Iob.25.26. Luc.1.2. homines, niſi ſolus is, qui propter nos carnem tulit ex ſancta Maria, propriè
2.Cor.8. & verè Deipara, propter nos pauper factus, cùm eſſet diues. Ipſe ſolus peccati omnis
Ioan.1.& 4. eſt expers, qui tollit peccata mundi. qui vult omnes homines ſaluos fieri: qui
Luc.9.19. non vult mortem noſtram peccatorum: qui benignus eſt, & multum miſericors,
Marc.18. clemens, bonus, animarum amator, omnipotens, Saluator cunctorum hominum,
Pſal.85.102.144 1.Tim.4.& pater orphanorum, & iudex viduarum, qui pœnitentium Deus exiſtit,
2.Tim.1. medicus animarum & corporum, ſpes deſperatorum, fluctuãtium liberator, omni
Matth.3. Luc 3. ſubſidio deſtitutorum auxiliator, via vitę, qui cunctos ad pœnitentiam inuitat,
13.15.24.Mar.1. 6.Rom.2.&c. nullumque pœnitentiam agentem reijcit. Ad hunc & nos confugiamus fratres:
quotquot enim ad ipſum peccatores confugerunt, ſua ipſi ſalute potiti ſunt.
Quare & nos fratres chariſſimi, non deſperemus ſalutem noſtram. peccauimus,
agamus pœnitentiam: millies peccauimus, millies quoque pœnitentiam faciamus.
Luc.15. De omni opere bono gaudet Deus, præſertim verò ſuper anima pœnitentiam
faciente. ſuper hac etenim totus flectitur, obuijſque eam vlnis ac manibus excipit,
inuitatque dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, &
Matth.11. Inuitatio valde ego vos reficiam, in ſuperna ciuitate, vbi & omnes Angeli mei, magno gaudio reficiuntur.
iucunda. Venite ad me omnes in gaudium illud ineffabile atque inexplicabile,
ad illa bona, in quæ proſpicere deſiderant Angeli; vbi chori ſunt, & agmina iuſtorum.
1.Pet.1. Ibi, ſinu Abrahæ excipientur, qui tribulationes ſuſtinuerunt: ſicut aliquando
Luc.16. & Lazarus mendicus exceptus eſt. Ibi, aperientur perpetuorum meorum bonorum
Gal.4. Apoc.3. theſauri. Ibi, quæ ſurſum eſt Hieruſalem, primogenitorum mater. Ibi, in
21.&c. beata terra manſuetorum. Venite ad me omnes, & ego reficiam vos. Ibi, vbi cuncta
ſunt ſedata, & ſeditionis expertia. vbi cuncta patent & manifeſta ſunt. vbi nullus
1.Tim.6. iniurię illator, aut tyrannus, vbi non adeſt peccatum, aut macula, vbi lux inacceſſibilis,
Matth.5. & gaudium ineffabile. Beati qui lugent: Lugete, pœnitentiam agite,
Matth.11. conuertimini, ac venite ad me; & ego vos reficiam. Vbi non eſt labor, nec lachrymæ,
Apoc.7.& 21. non cura, neque ſollicitudo, neque dolor, aut fletus. Conuertimini filij hominum
Gal.3. Col.3. & ego reficiam vos. Vbi neque maſculus, aut fœmina. Vbi non eſt Diabolus,
Apoc.7.& 21. neque mors, neque ieiunium, neque triſtitia, neque contentio, neque æmulatio:
Rom.14.& 15. ſed omnia in omnibus, gaudium, & pax, & lætitia, & requies, & gloriatio.
Hierem.6. Conuertimini ad me, & ego vos reficiam. Vbi refrigerij eſt aqua, & herbæ virentis
Ioan.15. locus, vineaque ab vniuerſorum exculta Deo, vſque ad beatam illam manſuetorum
Matth.11. terram, in qua ego vitis vera germino, cuius agricolam patrem meum
noſtis. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Vbi
Ibidem. vita immortalis, & fons omnis benignitatis. Venite ad me omnes, & ego reficiam
Apoc.21. vos. Vbi ſolus amor, perenne gaudium, & ſempiterna lætitia. Lux non aduesperaſcens,
Matth.11. ſol non occidens. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, &
Ibidem. ego reficiam vos. Vbi vita perfecta, & fons totius bonitatis, Tollite iugum meum
ſuper vos, & diſcite quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus
veſtris. Vbi ſonus feſtum diem celebrantium. Vbi ſapientiæ theſauri, &
Coloſ.2. ſcientiæ occulta reuelantur. Venite ad me omnes, & ego reficiam vos. Vbi præſtantia
dona, & gaudium incomparabile, requies immutabilis, lætitia abſque
Vitæ beatæ deſcriptio. fine, hymnodia inceſſabilis, glorificatio perpetua, indefeſſa gratiarum actio, aſſidua
de diuinis rebus pertractatio, diuitiæ infinitæ, regnum abſque fine, ſecula
ſempiterna, miſerationum abyſſi, miſericordiæ & benignitatis pelagus; quæ humano

A mano ore explicari nequeunt,ſed per ænigmata dumtaxat declarari. Ibi Angelo-
rum myriades, primogenitorum celebritates, Apoſtolorum throni,Propheta-
rum præſidentiæ,Patriarcharum ſceptra,coronæ Martyrum,laudes iuſtorum. Ibi
omnis poteſtatis, ac principatus, & ordinis repoſita eſt merces, & locus paratus.
Venite ad me omnes,qui eſuritis atque ſititis iuſtitiam : & ego replebo vos bonis Matth.5. Luc.6.
optatis,quæ oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt. 1.Cor.2.
Hæc etenim præparaui diligentibus me. hæc enim præparaui pœnitentiam faci- Ezech. 18.33.
entibus à via ſua peruerſa, hęc enim præparaui miſericordibus, & pauperibus ſpi- Matth.5.
ritu. hæc præparaui lugentibus per pœnitentiam. hæc præparaui pacificis. hæc Luc. 6.
præparaui his,qui propter me perſecutiones,odia,& improperia patiuntur. Ve-
B nite ad me omnes,qui onerati eſtis,& excutite ac proijcite à vobis onus peccato-
rum.Nemo enim ad me confugiens,permanet oneratus: ſed malam vitæ conſue-
tudinem abijcit,& dediſcit artem,quam malè à diabolo didicerat; diſcitque à me
artem bonam. Magi ad me accedentes,arte magica abiecta, Theologiam & noti- Matth.2.
tiam de Deo adepti ſunt. Publicani relictis telonijs ſuis, Eccleſias conſtruxerunt. Matth 9. Luc.5.
Perſecutores,alios deſiſtentes perſequi,perſecutiones ab alijs ſibi illatas ſuſcepe- Act.7.8.& 29.
runt.Meretrices fornicationem deteſtantes,continentiæ atque pudicitiæ amatri- Luc. 7.
ces euaſerunt. Latro omiſſis homicidijs,latrocinandique arte depoſita, veram ac Matth. 27.
ſynceram fidem adſumpſit,& paradiſi inhabitator factus eſt. Venite ergo & vos Luc. 23.
ad me: quoniam venientem ad me, nequaquam eijciam foras. Audiſtis fratres Ioan.6.
chariſſimi, ſpem optimam,promiſſioneſque perdulces, ac voces Saluatoris ani-
marum noſtrarum. Quis tam pium erga liberos, vidit patrem? Quis tam bonum
vidit medicum? Venite igitur,adoremus & procidamus ante ipſum, confitentes Pſalm 94.
C noſtra peccata. Gloria ipſius bonitati. Gloria benignitati eius. Gloria ipſius lon-
ganimitati. Gloria ipſius nobiſcum dignationi atque indulgentiæ. Gloria com-
miſerationibus eius. Gloria eius regno. Gloria,honor,& adoratio ſit ſancto eius
nomini,in ſecula ſeculorum. Iterum dico,& dicere non ceſſabo: Ne pigreſcamus
peccatores,ne ſimus ignaui. ne cunctemur: neque ceſſemus clamare,cum lachry-
mis ad Dominum,noctes atque dies. Quoniam miſericors eſt,& mentiri neſcit,
vindicatque per omnia, clamantes ad te noctes ac dies. Ipſe enim eſt pœniten- Tit.1. Heb 6.
tium Deus: Pater & Filius,& Spiritus ſanctus. Ipſi gloria & potentia in ſecula ſecu- Apoc.1.4. 5. 21.
lorum. Amen.

D SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

De Abrenuntiatione, quæ fit in ſacro Baptiſmate, & quo pacto ea requiretur à nobis in extremo Iudicij die, &c. poſt Auctorem noſtrum Ephræm, qui diuiniſſimè copioſiſſimeq; hîc de ijs tractat, vide etiam ſi placet alios Patres Orthodoxos, & in primis Sanctum Baſilium Magnum, in exhortatione ad Baptiſmum, quæ & ad pœnitentiam quadrare videtur. Et in alia ad Baptiſmũ exhortatione, ſuper eo: Quid inſtruendi, monendiq; ſint ad Baptiſmum venientes, &c. Et lib. de ſpiritu Sancto, ad S. Amphilochium, cap.10.11.15. & 27. potiſſimum, ac in Ethicis ſiue Moralibus apud eumdem, Regula 20. cap.2. vbi oſtenditur, quòd Baptiſmi ratio & virtus ſit, vt qui baptizantur, & animo & verbis & opere immutentur, &c. Deinde Sanctus Ioannes Chryſoſtomus, Homil. 21. ad populum Antiochenum, quæ Catecheſin continet ad illuminandos, &c. Nec non in Sermone ad Neophytos. & altero eiuſdem, ad Baptizandos, &c. eodem Tom.5. inter didact. & parænet. Scribitq; inter multa Chryſoſtomus Homil. 21. ad populum, nihil hac voce eſſe tutius: Abrenuntio tibi Sathana, ſi ipſam per opera exhibeamus. Hæc enim, inquit, vox confœderatio cum Domino eſt. & ſicut nos ſeruos ementes, ipſos qui venduntur prius interrogamus, an nobis ſeruire velint: ita quoque facit & Chriſtus, quando debet te in ſeruitutem capere; prius interrogat, an velis illum crudelem tyrannum dimittere, & immitem, & à te fœdera ſuſcipit. Non enim coactum eſt ipſius imperium. Hortatur itaq; non modò cùm in forum prodimus, verùm etiam cùm fuerimus egreſſi ianuæ veſtibulum, ijs prius verbis vtamur : Abrenuntio tibi Sathana, & coniungor tibi Chriſte. *Nec vmquàm abſque hac exeamus voce: Hæc nobis ſit baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis, &c. De hac Abrenuntiatione agit Ambroſius lib.1. de Sacram. cap.2. Idem quoque alibi de ijs qui myſterijs initiantur cap.2.7. Et Auguſtinus de nuptijs & concupiſc. lib.1. cap.20. ac 29. &c. Ipſeq; de ea Hieronymus ſic conſcribit: In myſterijs primùm renuntiamus ei, qui in Occidente eſt, nobiſq; moritur cum peccatis, & ſic verſi ad Orientem, pactum inimus cum Sole iuſtitiæ, & ei ſeruitores nos eſſe promittimus, &c. Quibus quid clarius, & grauius?*

In Concilio quoque Pariſienſi, prolixis verbis oſtenditur, quid ſit abrenuntiare Diabolo, operibuſq; ac pompis eius: tum etiam quòd ſummopere cunctos fideles meminiſſe oporteat pacti quod in Baptiſmate fecerunt

erunt cum Deo, &c. eſt in poſtrema Conciliorum editione, Tomo 3 lib. 1. cap. 9 & 10. Atque hinc ſanctus Auguſtinus in Tractatu de Symbolo ad Catechumenos, lib. 4. cap. 1. Tom. 9. inter alia ſic ſcribit: ipſas ſententias ſacratiſſimi Simboli adiuuante Domino exponendas ſuſcepimus, & quid ſingula contineant, veſtris ſenſibus intimemus. Parata ſunt corda veſtra, quia excluſus eſt inimicus de cordibus veſtris. Huic vos renuntiare profeſſi eſtis, in qua profeſſione non hominibus, ſed Deo, & Angelis eius conſcribentibus dixiſtis (Renuntio) Renuntiatio non ſolùm vocibus, ſed etiam moribus, non tantùm ſono linguæ, ſed & actu vitæ, nec tantùm labijs ſonantibus, ſed operibus pronuntiantibus. Scitote vos cũ callido, antiquo, & vetenoſo inimico ſuſcepiſſe certamen; non in vobis poſt renuntiationẽ inueniat opera ſua, non iure vos attrahat in ſeruitutem ſuam. Deprehenderis enim & detegeris Chriſtiane, quando aliud agis, & aliud profiteris: fidelis in nomine, aliud demonſtrans in opere, non tenẽs promiſſionis tuæ fidem, modò ingrediẽs eccleſiam orationes fundere: poſt modicum in ſpectaculis cum hiſtrionibus impudicè clamare. Quid tibi cum pompis Diaboli, quibus tunc renuntiaſti? &c.

INTERROG. Obſecramus te Magiſter, vt & Abrenuntiationis vim nos doceas?] *In alio manuſc. Cod. abſq; Interrogatione & Reſpõſ. titulus hîc eiuſmodi præmittitur:* Eiuſd. S. Patris Ephræm, de Compunctione, & pœnitentia animæ. *Sed quia præcipuum hîc argumentũ eſt, de Abrenuntiatione, & quomodo ea exigetur in die Iudicij à ſingulis, magis inſtituto ſeruit prior lectio, quæ rẽ ipſam magis attingit, & Interrogatione ac Reſponſ. continetur, ſicut & in cæteris.*

Abrenuntio idolothytis, ſuffocatis, & ſanguini, & morticinis, &c.] *De his plura vide inter Canones Apoſtolorum, Can. 62. Si quis Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus, &c. Ac in 6. Synod. general. Can. 67. Sacra ſcriptura nobis præcipit, vt abſtineamus à ſanguine & ſuffocato, &c. additurq; ibi ſic: Merito ego damnamus eos, qui cuiuſcunque animalis ſanguinem arte aliqua condiũt, & ſic comedũt. Qui hoc fecerit, clericus deponatur: laicus excõmunicetur. Et Concil. Gangrenſ. Can. 2. item Diſtin. 30. c. Si quis carnem, &c. Nec non S. Chryſoſt. in cap. Gen. 9. Homil. 27. ibi: Veruntamen carnẽ in ſanguine animæ ne comedatis, &c. ac in Epiſt. ad Cor. 1. cap. 8. Homil. 20. vbi aduerſus idola & idolothyta multis agit, &c. alibiq; de iiſdem ſæpius. Et de iſtis vide Leuit. 7. 17. 19. Deut. 12. 15. 17. & in Actis Apoſt. 15. 21. & SS. Patres in eadem loca.*

Abrenuntio alearũ otio, & Tabularũ luſui, ſicut etiam Sancti Apoſtoli hiſce operã dãtes atq; vacantes, excommunicatos eſſe ſanxerunt, ſui canonibus ſi laici fuerint: at ſi clerici, vt deponantur, &c.] *His conſonant minarũ imprecationes, quas in eiuſmodi luſores idẽ retorquet Ephræm nõ multò poſt de varijs Tormentorũ locis prolixè agens, vbi inter alia, cõtra tales ſic exclamat: Væ alearũ luſoribus; quandoquidẽ ſe à corpore & Sãguine Domini noſtri Ieſu Chriſti alienos reddũt, ſicut Spiritus Sanctus per Sãctos admonuit Apoſtolos, &c. De pœna porrò iſtorum, reperies inter 85. illos Apoſtolorũ canones, quos ſexta Synodus in Cã. 2. recepit atq; probauit. Cã. 42.* Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aleæ atq; ebrietati deſeruiẽs, aut deſinat, aut cõmunione priuetur. Et can. 43. Subdiaconus, aut Lector, aut cãtor ſimilia faciens, aut deſinat, aut certè cõmunione priuetur: ſimiliter etiã laicus. *Idéq; repetitũ habes cõtra alearũ luſores, in* Cõſtantinop. Concilio. 6. generali, can. 50. *In hos quoq; grauiter inuehitur Baſilius ille Magnus, in Hexamerõn diuini opificij Hom. 8. dum ſub finem illius, ſic ſuos alloquitur auditores: Si vos, inquiẽs, dimiſero, & conſiliũ hoc diſſoluero, ſunt qui protinus ad teſſeras, aleaſq; ſeſe conferent. Iuramenta ſunt illic, contentionesq; pergraues, ac auaritiæ partus. Spiritus malignus adſiſtit, furorem punctis ac oſſibus illis ludentium inſaniamq; accendens. Eaſdem ille pecunias nunc ad hunc, nunc ad alterum transfert. Atq; modo hunc victoria effert, illum victum mœſtitia premit: modo cõtra, illũ elatũ, hũc demiſſũ oſtẽdit. Quid prodeſt, quæſo, corpore ieiunare, animã verò mille vitijs, mille malis eſſe refertam? &c. Vides quãtopere, alearũ ac teſſerarum luſus & otia hîc taxet dãnetq; Baſilius.*

RESPONS. Tunc fratres interrogabuntur Paſtores, Epiſcopi ſcilicet, & Principes, &c.] *Alia lectio ibi ſic habet: Interrogantur Paſtores nimirum Epiſcopi, & de proprio regimine, & de eorum grege, &c. Al. Examinantur Paſtores, Epiſcopi ſcilicet, de conuerſatione ſua, requiruntur q; à ſingulis rationales oues, &c. Sed prima lectio plus dicit, magiſq; hoc loco placet.*

Quemadmodum peccatorum ſunt differentiæ, ita & tormentorum varietates, &c.] *In eandem planè ſententiam inferius, de varijs tormentorum in inferno generibus tractans, dixit: Sicut varia peccatorum ſunt genera, ſic & varij tormentorum modi &c. Hoc autem copiosè poſterius demonſtrat atq; amplificat, vbi de incedentibus per latam & ſpatioſam viam agit, quæ ducit ad perditionem, qui, vt inquit Ephræm, diuerſorium ibi inuenient accommodatum: pro delitijs famem, pro ebrietate ſitim, pro requie dolorẽ, pro riſu luctum, pro cithara planctum, pro corpulentia vermem pro tripudijs commercium cum dæmonibus, pro curioſitatibus & incantationibus, alijſq; exercitijs prauis tenebras exteriores, gehennã ignis, & his ſimilia. De quibus ſi plura adhuc velis, audi S. Auguſtinum in lib. Meditat. In inferno, inquit, erit fletus & gemitus, vlulatus & cruciatus, ſtridor & clamor, timor & tremor, dolor & labor, ardor & fœtor, ô ſcuritas & anxietas, acerbitas & aſperitas, calamitas & egeſtas, anguſtia & triſtitia, obliuio & cõfuſio, torſiones, & punctiones, amaritudines & terrores, fames & ſitis, frigus, ſulphur, & ignis ardẽs. Sed fuſius adhuc idem Auguſtinus de eiuſmodi malis, in lib. de triplici habitaculo, vbi de ineffabilibus regni cæleſtis tractat gaudijs, & contrà de intolerandis pœnis tormẽti, &c. præſertim tribus primis capitib. Tom. 9. ſtatuitq; ibid. cap. 2. principalia inferni tormenta duo, frigus intolerabile, & calorẽ ignis inextinguibilem, à quibus duobus ibi docet innumera pendere pœnarum genera, videlicet ſitim intolerabilem, pœnã famis, pœnam fœtoris, pœnam horroris, pœnam timoris, pœnam anguſtiæ, pœnam tenebrarum, præſentiam dæmonum,*

num, dilacerationem immortalium vermium, aliaq́; plurima ibi ab eo adducta. nec non in Sermone. 4 de aduentu ad iudicium, quaſi circa finẽ, ſuper illud Apoc. 16. Facta eſt ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt, & Babylon magna venit in memoriam, &c. ac in Serm. de tenebris damnatorum. & in Serm. 1. de Martyrib. qui eſt in ord. Serm. de Sanctis, 45. Tom. 10. apud eundem Auguſt. De quibus etiam prolixè S. Gregorius in illud Matth. 8. Eÿcientur in tenebras exteriores, &c. ac Hugo lib. 2. de Anima. S. Bernard. in lib. Meditat. cap. 3 &c.

Væ ijs, qui ſectãtur curioſa, incantationes, diuinationes, amuleta, tincturas, & folia, &c.] *De his vide apud Chryſoſtomum ad pop. Antiochenum. Hom. 21. in Catecheſi ad illuminãdos, vbi inter alia, quã valde Chriſtianæ profeſſioni repugnet ſectari vaticinia, vel ligaturas, vel incãtationes, pluribus eleganter oſtendit. Quin & cum amuletis, atque incantationibus Diabolum ſimul ingredi, demõſtrat elegãter Gregor. Nazianz. in Orat. 40. in ſanctum Baptiſma, Tõ. 1. vbi inter alia ſic diſſerit: Nihil tibi amuletis, nec* B *incantamentis opus eſt, cum quibus prauus ille in leuiorum hominum animos ſimul irrepit, venerationẽ Deo debitam furtim ad ſe transferens. Trinitatem ipſi da, magnũ inquã illud, & pulchrũ amuletũ, &c. In quẽ locum ſic ibi Nicetas: Nihil tibi opus eſt ad pueri collũ diabolica amuleta, hoc eſt, falſa ſalutis præſidia ſuſpẽdere, neque incantationes eas, quæ à vetulis mulierculis cum oſcitatione atque inhalatione, & ſuſurris quibuſdam peragũtur, admittere, quibus dæmonũ quoque inuocatiõ admixta eſt, ac per execrãda eiuſmodi ſcelera diabolus à leuioribus & ſtolidioribus hominibus quodãmodo adorari videtur. Quin potius filio tuo verum antidotum, hoc eſt, Trinitatem per Baptiſmi Sacramentum porrige. Tales quoque grauiter reprehendens Magnus ille Baſilius, oſtendensq́; enormitatẽ rei, & quomodo ſimilibus refugium nõ ſit Deus, in Pſalm. 45. qui incipit:* Deus noſter refugium, &c. *hæc contra eos adducit: Cùm tribulatione, inquit, afflictamur quapiã, ad omnia potius, quàm ad ipſum Deum noſtrum recurrimus: Vnus tibi puſio ægrotat? quaquauerſum circumfers oculos, requirens incantatorẽ, aut certè eum, qui ſuperuacaneos vanoſq́; characteres ſeu figuras puerorum innocentium collo circumliget. Si fortè inſomniũ te ſollicitat, ad ſomniorum coniectorem properas, &c.*

C De hac die locutus eſt Propheta Eſaias: Ecce Dominus veniet diſperdere vniuerſam terram, & peccatores perdere ex ea.] *Locus eſt Eſai. 13. ad quem alludit, quemq́; ex Græco Cod. Ephræm ad verbũ ſic tranſtulimus. Pro quo in vulg. Lat. ita legitur:* Ecce dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furoriſque, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterẽdos de ea, &c. *In edit. autem. 70. talis ad verbum reperitur lectio:* Ecce enim dies Domini venit inſanabilis furoris & iræ, ad ponendum orbem terræ deſertum, & peccatores perdendos ex eo. *Sed iſta conciſius ad ſuum propoſitum hic noſter legit, accommodauitq́; Auctor.*

EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI,
D De Recordatione mortis, & de Virtute, ac de Diuitijs.

Eodem Interprete & Scholiaſte G. Voſsio.

MOREM gerere oportet illi, qui dicit: Conſolamini inuicem: & ædificate 1.Theſſ.5. alterutrum. non quòd ego ſufficiens ſim ad conſulendum vobis, & vt meo iſtud ſtudio perficere contendatis; verùm noui eum qui ait: Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiam, & Deus totius conſolationis, qui 2.Cor.1. conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus & ipſi Epheſ. 1. E conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt; per exhortationem, qua exhortamur, & 1.Pet.1. ipſi à Deo. Ibid. 2.Cor.1. Propterea neceſſarium duximus vobis ſcribere, quæcunque ex diuinis Scripturis didicimus; & de quibus, à pijs religioſiſque viris admoniti ſumus: & ſi quid ex ipſa experiẽtia accepimus, ne inuidis illis adſimilemur artificibus, qui per inuidiam multa artis ſuæ quæ edocti ſunt, cælant. Nos verò credimus dicenti: Deus Philip.2. eſt enim qui operatur in † vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. Neque † al in nobis. enim virtus à multis poſſeſſa atque exculta, anguſtior efficitur, quemadmodum & quidam Sanctorum ait. Quoniam virtutis poſſeſſio eiuſmodi eſt, vt licet cuncti illam participent homines, nequaquam tamen eius exhauriantur diuitiæ: non enim eſt terrenæ poſſeſſionis inſtar, quam qui in portiones diuidunt, quantum vni partium adiecerint, tantum alteri detrahunt; eſtque exſuperantia vnius, diminutio comparticipantis: vnde quoque pro maiori obtinenda parte, pugnæ exoriuntur inter homines, odio deterioris conditionis. At qui

virtutem poſſidet, extra inuidiam eſt eius poſſeſſionis copia; & qui plus virtutis A
rapuerit, nullum per hoc damnum intulit ſecum pari iure participare volenti:
imò quo quis eſt capacior, eo amplius ipſe bona cupiditate repletur, ipſæque vir-
tutis diuitiæ in præoccupantibus non conſumuntur. Exordiamur itaque de
nouo argumentum, gratia magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, nobis co-
operante. Negligentia multorum malorum fit cauſſa non vigilantibus, paulla-
tim à ſpiritali conſuetudine, ac ratione viuendi abducens, & fidei ardorem deprę-
dans, efficienſque vt voluptatibus tamquam Dominis ſeruiamus, non enim ſinit
cogitatione complecti, quæ poſt hanc vitam erunt retributiones. Si verò eti-
am negligens audierit ſcripturas prædicantes ſupplicia poſt mortem manentia,
ea tamquam alteri alicui reſeruata, ipſeque extra crimen ſit, quaſi ſenſus expers B
non percipit. Quemadmodum igitur negligentia eſt noxia, ſic vigilantia peruti-
lis eſt, & bonorum omnium conciliatrix: Nam vigilanti ſemper præſens eſt
memoria Dei: & vbi Dei recordatio firmata eſt, quæcunque mali operatio ceſſat,
inſatiabile verò deſiderium futurorum bonorum ſemper vigens, breuem curſum
efficit. Etenim ad corporeum curſum, opus eſt bona membrorum diſpoſitione, &
acuto viſu: verùm in ſpiritali, opus eſt anima purificata. Licet enim corpus op-
preſſum ſit, ac debilitatum nimia imbecillitate, nihil tamen nocuerit animæ vi-
gilanti: quemadmodum neque generoſo Iob dolorum tempeſtas, & quòd ipſe
ſub dio in ſterquilinio ſederit. Nihil fortius pietate, nihilque miſerabilius ac ca-
lamitoſius vita libidinibus, affectionibuſque immoderatis referta. Quanto e-
nim dulciora hæc momentanea, tanto magis augent calamitatem. Etenim ſicut
auari, vna aut altera drachma priuati, dolent, auaritia ſtimulati, & facultatum a- C
mator, parua vinea, exiguoque agro culto, ad pabulum idoneo priuatus, mœret,
iacturam non ferens: Ita quoque diuitibus coniunctus eſt dolor, ſeparationem di-
uitiarum in memoriam reducens, & maximè quando quis ſeipſum ad ſenium de-
clinantem adſpexerit, diſcrutiatur atque angitur, tamquam ferro aliquo aut vin-
culis conſtrictus, dum nullum artificium inuenire poteſt, quo ſenectutem depel-
lat. Et licet ſibi videatur tibijs, ac tympanis, reliquoque muſicorum apparatu
(quibus ſeſe exercet ac recreat) memoriam mortis à ſe depellere, per hæc magis e-
am auget: quoniam tanta penitus lætitia priuabitur. Ceſſabuntque eiuſmodi
plauſus, & ludi, ac iucundiſſimus ſymphoniacorum concentus: mœror autem
intus adurere & exedere ipſius viſcera non deſiſtit. Atqui certè dolor hic tragicus,
fabulis, ac bellis mortem, interitumque denuntiat: quòd ſi mortis meminiſſet, D
omninò exſpectationis metus eius mores commutaret, atque ad bene viuendum
impelleret. Quis porrò, diceret quiſpiam, infidelium & impiorum mortis memi-
nit? Ne nobis hoc mirum videatur; quoniam omnis homo coniunctam habet
mortis memoriam. Et infideles quidem, hac malè vtuntur, voluptatum dum-
taxat abſceſſum deplorantes: Fideles autem, tamquam adminiculo & auxilio
aduerſus turpiſſimas paſſiones, ea fruuntur. Omnibus igitur exploratum eſt, quia
morti ſubiecti ſumus, fideles & infideles: poſt mortem autem iudicium eſſe, non
omnes credunt. Iuſti quidem ſemper eam ob oculos habentes, (ſecundùm eum
qui dicit: Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium.) no-
ctes atque dies, orationes & ſupplicationes Deo effundunt, vt liberentur à gehen-
na ignis, ceteriſque tormentis, dignique Angelorum reddantur chorea. Impij au-
tem ac peccatores, nudam quamdam habent mortis recordationem, non de his, E
quæ poſt mortem euentura ſunt, laborantes: ſed priuationem atque abſceſſum
voluptatum deplorantes. Si cui autem ipſorum obuenerit recordatio, quæ iuſtos
coercet, tunc prior dolor peribit, obrutus à poſteriori: non amplius enim con-
gruet cum ijs, qui dicunt: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Ne-
que audebit theſaurizare inutilia, & congregare manibus infructuoſa, aut potius
ſupplicia contra ſeipſum: ſed ſollicitudo ipſum inuadet tamquam virum ſapi-
entem; præſtantiorum, inquam, rerum deſiderium, impiorum curam deuitans.
Eorum verò qui terrenas diuitias amant, omnis vita in ſpe vana conſumitur; &
quanto maior eſt diuitiarum copia, tanto amplius mortis metum auget. Re-
cordatio quippe mortis intus habitans, dolorem affert ſecundùm propor-
tionem vniuſcuiuſque ſenſus: non vt inſtituautur præceptis temperantiæ, pruden-

1.Tim.2.

Negligētia plurimorum malorum cauſſa.

Nota.

Vigilantiæ ac ſedulitatis cōmoda plurima.

Iob 1.2.32.33.42. Ezech.24. Tob.2. Iacob.5.

Pulchra & elegans comparatio.

Notent mundani, & diuites auari.

Aliter fideles, aliter infideles mortis recordantur.

Heb.9.

Aliam iuſti, aliā iniuſti memoriam mortis retinent.

Eſai.22. Sap 2. 1.Cor.15.

Diuitiarum cupiditas quid pariat?

A prudentiæ, iuſtitiæ, & fortitudinis; nec de gehenna, & iuſto Dei Iudicio. Verùm inopia laborantes conſilij, ſecum ipſi lamentantur, deplorantque opes, dictitantes: Quis igitur poſt mortem noſtram tantam poſſidebit opulentiam; quod quidem & Regibus gratū eſt noſſe, quis ſcilicet poſt eos regnaturus ſit? Ecquis igitur Dominus erit tanti auri & argenti? Ec cui poſtea deſeruiet tantus auri apparatus? Quis poſſidebit deauratas, & ſericas veſtes? ac varia, & ſumptuoſa lintea? Quis aſcendet in equos aureis frænis ornatos, atque ſelectos? Quem ſequetur præeuntem multitudo ſeruorum, ex diuerſis nationibus congregata? Quiſnam habitabit in turribus & triclinijs, quæ ego ſolicitè marmoribus ornaui, quorum pauimentum lapillis ornatur, tectumque auro diſtinctum eſt? Cui igitur in poſterum B ſeruiēt piſtores, & pincernæ? Cui aſſiſtent eunuchi miniſtrantes? Quis accumbet in menſis argenteis, & Indico opere elaboratis? Quis fructus, & defæcatum vinū? quis meorum pomariorum primitias accipiet? quis monilia atque collaria, & zonas aureas poſſidebit? quis *armamentariorum, & curruum, & exercitatorum equorum ad iter, & ad aciem bellicam, erit ſucceſſor? quem famuli Dominum appellabunt? quis fragrantiam adhibebit? quis canes ad venationem & aucupia habebit? primitias porrò frugum, cui mei paſtores ferent? & vectigalia, quibus ſoluentur? In multas autem partes mente diſtracta, cùm exitum quæſtionis inuenire non poſſit, valde ingemiſcens, rurſus ad familiæ adminiſtrationem reuertitur: nec audet in cælis theſaurizare. Quando autem iam cuncta animo eius placentia finem ſumpſerint, veluti fructuum copia, & facultas reddituum, & iumentorum fœcunditas, & dignitas illuſtris, & res contra hoſtes in bello præclarè geſtæ; tunc mortis recordatio ſubintrans conturbat cor. Si autem membra C declinauerint ob grauitatem ſenectutis, neque amplius ſeruire poſſunt ad abſurdas & vetitas voluptates, tunc *inimicitias & vitam æſtimat. Si verò quis ſæuus eſt crudelis atque ſuperbus, & videatur longè receſſiſſe à recordatione mortis, propter diſſolutionis, & proſperitatis exſuperantiam; non propterea mortis periculū effugit. Similis enim eſt ægrotanti, & ſanitatem ſimulanti, & contraria infirmitati comedenti, putans per hæc depellere morbum. Sed non ob id etiam ægritudinem leuat: morbus enim per membra diſperſus, vel inuito fidem faciet ægrotare: quādo enim viderit eiuſdem ſecum generis, & tribus, à morte repente per varios caſus raptū: tum velit nolit, credet ad ipſum quoq; mortis calculū peruenturū. Si quis verò iuuenis aut recens coniugatus ſit, iterū mortis recordatio accedens, iucūdiſſimis triſtia cōmiſcebit: quando enim inſpexerit dilectū coniugis D vultū, mox omnino ſeparationis ingreditur timor. Etſi audierit iucundiſſimam vocem, eamq; ſe aliquando non auditurū cogitabit. & quando lętatus fuerit contemplatione pulchritudinis tunc maximè luctus exſpectationem horret, conſiderans, quòd illa quidē pulchritudo interitura ſit, oſſa vero abominanda, etiam ſi capiantur pro ea, quæ nunc oſtenditur forma, reddentur: & neq; veſtigium, neque memoria, neq; reliquiæ pręſentis pulchritudinis apparent amplius. Si hęc & talia animaduerterit; nunquid in lætitia vitam ducet? nunquid confidet præſentibus tanquam vtilibus, & ſemper permanentibus (An non ex his perſpicuū eſt, fore, vt quemadmodū in ſomniorum deceptionibus accidit: ita ipſe difficilem ſe atque incredulum huius vitæ rebus præbeat, ac tanquam alienis viſis animum adhibeat? Negligentes & contemptores, occœcati cùm ſint peccati fraude diebus ſuis præcedētibus, exiſtimant procul abeſſe mortis horā, nihil de ſuo hinc exitu labo- E rantes: verùm annos multos, & tempora longa ſibi præſcribunt. Similes aūt ſunt corum, qui iter nocte intempeſta ſuſcipiunt: qui quidem arbitrātur procul abeſſe ab imminenti pręcipitio, & prærupto loco, donec pręcipitatis ipſis experientia dubitationem ſoluerit. Qui igitur vitæ huius fallaciam mundo mentis oculo perſpexerit, & ſublimior his effectus, qui in huius vitæ rebus ſtudium atque operam ponunt, intelliget omnino quod ſiue edat, ſiue bibat, ſiue dormiat, ſiue laboret, ſiue contempletur, omni die ac hora, ad ſenium, & finē temporalis vitæ à natura impellatur. vnde tanquam ſtercora atque quiſquilias, quæcunque deſpicit: ſtudetque ab huius vitæ affectione ſeipſum auocare, vt nullā cum rebus humanis ſocietatē habeat. Qui ergo ad vitam honeſtam ſe conuertit, ac virtutem ſibi theſaurizat, quam nullus terminus humanus circumſcribit; anne patietur abſque com-

Vanæ diuitum cogitationes atque ſolicitudines.

* al. armētariorum, al. armentorum.

* fort. tunc & vitam ſibi inimicam ducit.

Simile.

Ab exemplis.

Pulchra & vtilis conſideratio.

Simile accommodum, & elegans.

Vitæ bonæ, atque Virtutis commendatio.

compunctione, & lachrymis, præſentem vitam elabi? aut ad obiecta, humique proſtrata animum ſuum inclinari? Amplius ne igitur terrenas ſuſpiciet diuitias, aut potentiam humanam, vel aliud quippiam eorum, quibus ij ſtudent, qui inopes ſunt mentis atque conſilij? Nam ſi quis adhuc harum rerum immoderato ducitur affectu, extra talem ſanè foret chorum ac cœtum, nihilque ad noſtrum ſermonem: At ſi ſuperna ſapit, & in ſublime fertur cum Deo, res eiuſcemodi planè ſuperat tranſcenditque, omni contentione virtutem proſequens: nihil enim in vita hac præſtantius; ſiquidem homines efficit amicos Dei. Omne aurum in conſpectu ipſius tanquam arena perexigua, & quaſi lutum reputabitur argentum ipſi comparatum. Morbus hanc non tabefacit, & ægritudo hanc non obſcurat. Et quę omnibus formidabilis eſt mors, ab his qui virtutem conſectantur, deſpicitur: Nam confidenter cum illo clamabunt, qui ait: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Cui gloria & honor, in ſecula ſeculorum, Amen.

Terrena ſpernenda, cæleſtia autem inquirenda.

Virtutis præſtantia maxima.

Philip.1.

SCHOLIA.

DE Morte, eiuſq; recordatione, & ſi ex inſtituto non ita multi fortè Veterum tractarint, ſparſim tamen & quidem copioſè de ea plurimi: S. Chryſoſtomus in Pſal. 110, item 114. ibi: Conuertere anima mea in requiem tuam, &c. ac in Pſal. 124. quòd mors patienter ſuſtinenda ſit, Tom.1. Idem ſuper Matth.10 ac Hom.11. ad Rom. in Moral. vbi mortis varij modi afferuntur. Nec non Hom. 5.69.70. ad pop. Antioch Et in Orat. de Anima. item Orat. de aduerſa valetudine, & medic. ibid. Tom. 5. item Epiſt. 2.3.4. ad Olympiadem Diaconiſſam, eodem Tom.5. Climac. de memor. mort grad.6. Euſeb. Emyſſ. in Hom. 1. ad mona. Andreas Cretenſis in Serm. de vita humana, & de mortuis. S. Ambroſ in libro de bono mortis. Tom.1. & lib. de fide reſurrectionis, Tom.3. ac libro de Paradiſo Tom.4. cap.9. ac libro ſuper Beati immaculati, &c. S. Auguſt. in lib. de cura pro mort. Lib. de ſpiritu & anima, cap.31. Tom.3. lib.1. de verbis Domini, ſerm.21. Tom.10. lib.50. hom. Hom 13. item lib. de ſalutaribus documentis cap.39. Tom.4. lib.13. de ciuit. Dei. ca.5.6.10. &c. Tom.5. item lib. de vita Chriſti. ac lib.2. de doctr. Chriſtiana, & lib. de grat. noui Teſtament. Nec non lib. de verb. Apoſtoli, ſerm.5. Tom.10 alijsq; locis apud eum pluribus. S. Gregor. Magn. Homil.13 in Euang. idem. lib.4. Dialog. cap.58. ac lib.16. moral. in Iob cap.31. Cyprian. lib.4. epiſt.2. ad Antonianum. idem de mortalitate, ac alibi. S. Bernardus in ſerm. de primordijs, medijs & nouiſſimis noſtris. item cap.2. & 3. meditat. & Hugo à S. Victore lib.1. de anima, ca. 2.3. qui liber & Bernardo ab aliquibus tribuitur. Iſidorus lib.3. de ſomm. bon. Anſelm. in ſuis meditat. Seneca in ſuis Epiſt. Epiſt. 12.24.25.29.30.55.57.66.67.68.71.72.75.78 79.88. Idem in lib. de ſenectute. Idem de contemptu mortis. idem de naturalib. quæſt. Idem in Prouerb Idem in lib. de morib. &c. Quibus iſta non ſuffecerint, ſed ex profeſſo magis quid iſtius argumenti ſingulare requiſierint, elegantem ac luculentam ipſis aliam De Morte Orationem, ſub nomine S. Baſilij Magn. citabo, dignam ſanè ſuo Auctore. quæ quòd in Volumine editorum Baſilij operum non contineatur, plurimumq; momenti ad huius argumenti illuſtrationem habeat, & quidem non pauca cum hiſce S. Ephræm communia, viſum eſt conſultò eam hîc (vt deinceps ab omnibus videri & legi poſſit) addere, illuſtratamq; recenter à nobis ſub ſui Auctoris nomine edere.

Alia perelegans de Morte Oratio, ſub nomine S. Patris noſtri Baſilij Magni.

RES admiratione digna, fratres chariſſimi, ita cito vnumquemque noſtrum, ſimulatq; materno ex vtero in lucem prodijt, temporis fluxione quaſi vinctum rapi; dum à tergo ſemper diem, quem traduxit, relinquit, neque heſternũ vlla humana potentia recuperare poſſit. Nos verò vlteriori ætatis progreſſu, temporumq; mutationibus, ac rerum viciſſitudinibns interim delectamur, quaſi aliquid cõſecuturi. Atque ita ſanè geſtimus, beatumq; cenſemus, ſi è puero quis vir, è viro autem ſenex euadat: immemores quòd tantum nobis de vita quotidie decedat, quantum eam temporis exco[illegible]uimus. Nec aduertimus vitam tranſigi, licet ex præterita ac iam præterlapſa eam ſemper metiamur. Neque etiam mente vnquam perpẽdimus (quamuis & illud ſit ſcitu difficillimũ) quantum is adhuc nobis adre-

A ad reliquum vitæ curſum conceſſurus ſit, qui ad hanc nos mundi peregrinationem ablegauit. Neque animo diligenter complectimur, quæ onera ad eiuſmodi iter ſint leuia, portatuque facilia; & contra, quæ grauia atque difficilia, quæ moleſta, quæ terræ affixa, quæque hominibus omnino coniungi nec ſoleant, nec permittunt etiam, vt hi, qui ea geſtant, per portam illam anguſtam tranſire valeant. Sed quæ cogitare oportebat, ea vt plurimum relinquimus; quæ verò pro nihilo ducenda erant, ea ſæpè colligimus anxij. Ceterùm ijs, quæ facilè nobis coniungi, ac animo corporique noſtro ornamento eſſe poſſint, ne tantillum quidem ſtudemus; quæ autem perpetuò aliena à nobis ſunt, quæque turpitudine nos fœdant, ea congregare adnitimur, in caſſum laborantes, eumque laborem ſuſtinentes, qualem is ſubire ſolet, qui dolio pertuſo aquam haurit. B Quemadmodum enim illi, qui iter aliquod longum conficiendum ſuſcipiunt, ſemper vlterius ad curſum, pedum greſſus mutua contentione permutantes, ſemperque priorem in terra fixum poſteriorem reddentes, veloci alterius pedis tranſpoſitione, facilè ad metam viæ perueniunt: ſic quoque illi, qui ad vitam à conditore producti ſunt, ſtatim in principio, interuallis quibuſdam temporis procedentes, ſemperque quod præceſſit, poſt ſe relinquentes, finem vitæ ac terminum attingunt. Nam mihi quidem præſens hæc vita nihil aliud eſſe videtur, quàm perpetua quædam via, & veluti quoddam iter, ætatibus, quaſi ſtationibus quibuſdam interſtinctum; quod quidem profectionis vnicuique exhibet & principium, videlicet maternos partus, & finem curſus, nimirum ſepulchrorum tentoria, ad quæ vniuerſos ducit; alios quidem citius, alios vero tardius, & alios quidem C per omnia temporis interualla itinere confecto, alios verò, neque in primis vitæ ſtationibus mora facta. Siquidem Deus, qui nos finxit, atque anima ornauit, certum ac proprium vnicuique animæ ſtatum vitæ præfixit, atque alijs alios vitæ terminos ſtatuit: nonnullos enim longiore temporis ſpatio in hac vita remanere vult; nonnulli vero, vt citius, ijs corporis vinculis, quibus ſunt conſtricti, leuarentur, diſpoſuit, iuxta inenarrabiles ipſius ſapientiæ atque iuſtitiæ rationes. Animæ quippe noſtræ, ſimile quiddam mihi pati videntur his, qui in carceres conduntur; quorum nonnulli longiore tempore vinculorum ærumnas ſuſtinent, nonnulli citius è vinculis emittuntur: ſic & animæ noſtræ affectæ ſunt, quarum aliæ multum ſatis temporis in hac vita permanent, aliæ verò citius ex vita hac migrant, ſecundùm analogiam atque conuenientiam dignitatis vniuſcuiuſque, Deo Opt. Maxim. prudenter, ac ſapienter, & ſanè ita, vt mens hominis D cogitatione conſequi non poſſit, res noſtras gubernante atque diſponente. Sicut enim illi, qui in nauigijs dormiunt, caſu ac fortuito à vento ad littora deferuntur, etiamſi ipſi ne minimum quidem ſentiant, curſus tamen ipſos ad finem ducit: ita etiam nos tempore vitæ noſtræ præterlabente, tanquam continuo ac perpetuo quodam motu, ad proprium terminū vitæ noſtræ, curſu quodam, qui vix percipitur, delabimur. Viator, ô homo, veluti quidam es in hac vita: omnia præteris, omnia à tergo relinquis. Conſpexiſti in via plantam, aut herbam, aut aquā, aut quoduis aliud huiuſcemodi, paululum ijs oblectatus, præterijſti. rurſus incidiſti in lapides, in valles, in rupes præciſas, in ſcopulos, in paludes, aut etiam in feras, in reptilia, in ſpinas, aut in aliquas res alias moleſtas; paululū his perturbatus, mox rurſus ea reliquiſti. Talis quoque eſt vita hæc humana: nam neque res E iucundas ſtabiles, neque triſtes ſatis firmas continet. Hodie agrum tuum coluiſti, cras alius, & mox poſt illum alius eundem colet. Vides ne agros hos, haſque magnificè extructas ædes? Bone Deus, quot iam nomina vnaquæque harum, ex quo exſtructæ ſunt, mutauit? quæ huius paullò ante eſſe dicebantur, nunc ab alio nomen acceperunt; & quæ iam in iſtius ditionem venerunt, exiguo temporis interuallo in alterius dominiū tranſeunt. Anne igitur vita noſtra ſimilis non eſt viæ? quę cùm alios ſubinde tranſeuntes mutet, omnes tamē habet mutuò ſe inſequentes. Omnes quidem vias, quæ ex vna ad aliam vrbem ducunt, declinare poſſumus & ſi velimus, integrum eſt eis ſe non committere: at vitæ huius noſtrę via, etiamſi curſum differre maximè cupiamus, vi tamen nos comprehendēs, ad eum nos trahit terminum, quicunque nobis à Deo pręſcriptus fuerit. nec fieri poteſt, vt, qui ſemel eam portam, quę ad hāc ducit viam, eſt ingreſſus, eique ſi ſe cōmiſerit, non aliquan-

Matth. 7.
Lucæ 13.

Prouerb.

Vitæ præſentis deſcriptio.

Nota.

Sap. 8. 9.

Simile.

Ibidem

Simile.

Homo in hac vita, viatori comparatur.

Inſtabilitas vitę humanæ.

Vita noſtra viæ ſimilis.

aliquando ad finem illius perueniat. Nolite ergo, obſecro, maiori honore afficere A res ignominioſas, quàm res præclaras, magnoque honore dignas; nec ſitis iniqui rerum æſtimatores, vitam mortalem immortali ac beatæ anteponentes. Nam præter ignominioſas illas perturbationes, quibus plurimi eorum, qui voluptatibus ſunt dediti, ſtudent etiam rebus ijs, quæ vitæ huic inſeruiunt, animæ præſtantiam inflectunt, eamque, quaſi in ſeruitutem quandam carnis adducunt. vbi autem ſeruitus, ibi etiam ignominiam eſſe conſtat. Proinde fugienda nobis eſt hæc vita, cui inhoneſtas quædã adnata eſt. Nihil enim, inquit ille, præclari facio, meipſum tibi domino meo tradens; ſeruus tuus cùm ſim, poſſeſſionem tuam ad te defero: quandoquidẽ omnis res condita, eius in dominio eſt, à quo facta, atque creata eſt Quapropter, eum hominẽ, qui in carne viuit, velut peregrinũ & aduenam B quendam hic eſſe conuenit, vt, qui cùm ex hac vita deceſſerit, proprijs in locis ſit conquieturus. Hinc Abraham in viuis exiſtens, cùm extraneis tanquam peregrinus & accola quidam habitabat, neque pedis veſtigium propriæ terræ poſſedit, ad ſepulturam ſaltem propriam ſibi ipſe terram, quæ eius corpus ſuſciperet, comparauit. Longè itaque ad vitam degendam eſt beatius, non affixum eſſe ijs rebus, quæ ſunt in terra, veluti proprijs. nec hanc, quaſi naturalem complecti patriam, ſed in hoc vitæ ſtatu, tanquam ex condemnatione aliqua ſimus grauati, perſeuerare: non ſecus, ac ſi à iudicibus quibuſdam, ob certa facinora in exilium pulſi, hîc exulare iuſſi eſſemus. Diuitijs gloriaris? ob maiores tuos ſuperbis? ſplendor te effert patriæ? ob corporis denique venuſtatem, ac eos, qui tibi ab omnibus tribuuntur honores, altos ſumis ſpiritus? Mortalem te, quæſo, eſſe recordare: terra quippe es, in terramque rurſum diſſolueris. Circunſpice illos, qui ante te ſimilibus ſeſe ſplendoribus efferebant. Vctinam ſunt illi, qui ciuilibus dignitatibus C ornati erant? vbi inuicti rhetores atque oratores? vbi duces? vbi poteſtates, vbi tyranni? nonne omnia puluis? nonne fabula? nonne in paucis oſſibus memoria vitæ ipſorũ conſeruatur? Contemplare ſepulchra, vide num poteris diſcernere, quiſnam ſeruus, quis dominus, quis pauper, quis locuples fuerit? Diſcerne, ſi tantum tibi eſt ingenij, captiuũ à Rege, robuſtũ ab imbecilli, formoſum à deformi? hoc modo ſi fatalem naturæ curſum tecum expenderis, nunquam mihi crede, intumeſces. Quam enim vtilitatem homini opulento mortem tandem oppetenti ſuæ afferunt diuitiæ? cùm eas nec ſecum auferre poſſit, nec quidquam aliud ex vſu earum lucri facit, excepto, quod anima ipſius in hac vita ab adulatoribus delinita, atque beata prædicata ſit? Nam ex hac vita decedens, omnem profectò hunc ornatum relinquet, vix vnum indumentum capiet, quod ipſius velet pudenda; idque etiam tum demum, ſi ſeruis humanioribus, qui ipſum ad ſepulturam D amicient, ita viſum fuerit. bene profectò cum illo agetur, ſi paullulum terræ nactus fuerit, eaque propter commiſerationem ipſi ab ijs, qui ei iuſta facient, ſubminiſtrata: qui quidem talia ipſi præſtant, ob communis ſaltem humanæ conditionis reuerentiam, non illi hoc tribuentes, ſed nudam humanitatem honorantes. Proinde nihil ex ijs rebus, quæ in vita iucunda habentur, & ob quas plerique inſaniunt, noſtrum reuera eſſe ducamus. æquè enim hæc ab omnibus alieniſſima ſunt, tam ab ijs, qui his frui videntur, quàm etiam illis, qui ipſa, nec attingũt quidem. Neque enim ſi aliqui aurum ingens in vita congeſſerint, proprium ipſorum perpetuò permanet: ſed, aut à viuis adhuc, quantumuis ipſum omni ex parte coarctent, ad potentiores delapſum aufugit; aut iam iam animam agentes deſerit, E nec vult ſimul cum eis, qui illud poſſederant, peregrè proficiſci. Vnde plerumque illi, qui dum ab eo, qui violenter animas à miſera hac carne ſeparat, ad fatale hoc iter trahuntur, frequentes ſe ad pecuniam conuertunt, ac labores propter hanc ipſam in iuuenili ætate exantlatos deflent: at illa iam tum etiam aliorum ſpectat manus, nihil ipſis præter afflictam memoriam inſatiabilis auaritiæ, ac laborum, quos in corradendo conſumpſerant, reliqui faciens. Tametſi enim quis ſexcenta terræ iugera poſſideat, & magnificè exſtructas ædes inhabitet, animantium omnis generis greges alat, & omnem denique inter homines principatum teneat: non tamen his perpetuò fruetur. verùm breui temporis ſpatio dominatus, alijs rurſus facultates ac diuitias illas cedat neceſſe eſt, ipſeque exiguam terræ partem ſubiens, ſæpius etiam ante ipſam ſepulturam, & multoties

prim

Vita præſens fugienda.

Geneſ. 12. 15. 20. 23. &c

Geneſ. 23. 25.

Non adhærendum rebus terrenis.

Aduertant homines vani, & mundani.

Geneſ. 3.

Obſeruent diuites auari, & homines ſuperbi.

Pulchra & ſalutaris admonitio.

Notanda.

Terrenarũ opũ ſagacitas & incertitudo.

prius quàm hinc diſcedat, ad alios, & fortaſſis ad hoſtes bona ſua tranſire conſpiciet. Num ignoramus, imò in propatulo eſt, plurimos agros, domos, ciuitates, ac gentes, aliorum dominorum nomina, prioribus amiſſis, accipere; etiam viuentibus ac valētibus adhuc ijs, qui ea & acquiſierant, & tenuerant? non videmus olim ſeruitutem perpeſſos, ad ſummas poſtea dignitates euectos? domini verò aliquādo in numero ſeruerum eſſe percupiebant, & à proprijs ſeruis ſubacti, in ſeruitutem venerunt, rationibus rebusque ipſorum de repentè, veluti in teſſerarū iactu, tranſmutatis. Quoties itaque herbam fœni, floremq; venuſtum conſpexeris, fac tibi in mentem veniat humanæ noſtræ naturę fragilitas; ac recordare eius ſimilitudinis, quàm Eſa. Propheta ille magnus proponit, dicens: Omnis caro vt fœnū: & omnis gloria hominis tanquam flos fœni. qua ſanè ſimilitudine, commodiſſimè Propheta complexus eſt humanæ vitæ breuitatem, & fluxam commodorum eius lætitiam, atq; voluptates. Siquidem hodie vegeto aliquis eſt corpore, delitijs diffluit, præſtantem ac gratum ei colorem flos ætatis præbet, animo magno ac forti eſt præditus; cras verò in ipſe miſerabili apparet forma, quam vel tempus dedit, vel morbus immutauit, Alius abundantia pecuniarum ſuſpicitur, aſſentatorum magnus numerus, & cohors amicorum fictorum, qui eius captant auram, cumq; circunſtant, multitudo conſanguineorū præſtò eſt, comitatus illum ſequitur infinitus; in cuius alij menſa miniſtrant, alij verò neceſſaria munera ſeruāt. at hos dum ſecum exiens & rediens trahit, in odium eorum, qui ipſum adeunt, incurrit. Adde ſi placet, ad diuitias potentiam quandam in Republica, aut etiam Regum honores, gentium gubernationem, aut exercituum principatus, præconem præcinentem, lictores faſces præferentes, vbiq; maximum terrorem ac metum eis, qui in illius ſunt imperio, incutientes, verbera intentantes, publicationes bonorum, abductiones, vincula, ex quibus intolerādus quidam metus ijs, qui parent, oboriatur. Sed quid tandem, ex his cunctis conſequitur? vna nox, vna febris, aut pleuritis, aut pulmonis morbus, eum, qui ne commoueri quidem poſſe videbatur, ſubitò rapit, omnique ſimul ſuppellectili repentè ſpoliat: atque ſic eius illa gloria, & maieſtas, ſomnij inſtar demonſtrata eſt. Vnde patet omnem hominis magnificētiam, ei flori, qui vnus ex omnibus vel maximè inſtabilis eſt, aptiſſimè à Propheta comparatam eſſe. Sed quam, quæſo, nobis miſeri illi, qui vitæ huic totos ſeſe tradiderunt, nimiæ illius ſuæ parſimoniæ cauſam afferunt? Non vendo, aiunt, bona mea, neque illa erogo in pauperes, vt vitæ neceſſarios vſus habeam: at vbi per omnem vitam illis vſus fuero, poſt mortem demum meam, pauperes ex cognatis & affinibus meis hæredes inſtituam. Proh dolor, cùm non amplius inter homines eris, tunc benignum ac liberalem te præbebis? quando mortuum te videro, pium ac fratris amantem compellabo? egregiam ſanè gratiam ex liberalitate iſta tua capies, quòd in ſepulchro iacens, & in terram reſolutus, beneficentiam ac magnanimitatem exerceas? Quorum cedo, temporum mercedem exiges? eorum ne, quibus in vita ſuperſtes fueris? an eorum quæ poſt mortem ſunt conſequuta? Atqui eo tempore, quo viuebas, voluptatibus vitæ deditus, ac delitijs diffluens, ne oculis quidem pauperes dignabare: qualis autem actio, talis etiam merces pro operibus debetur. oſtende prius opera, & tandem exige mercedem. Nemo ſanè finitis nundinis, mercaturam exercet; neque ille vnquam, qui poſt certamina accedit, coronatur: neque qui iam confecto bello venit, laudem conſequitur: meritò igitur ne is quidem, qui vita iam exacta, poſt mortem pietatem exercet, pius eſſe cenſendus eſt. Si atramento & litteris in mortis articulo beneficentiam denuntiare cupis, quis aperiet tibi tempus exceſſus? quis obſes tibi modi finiendæ vitæ erit? Perpende, obſecro, plurimos violentis periculorum incurſibus eſſe raptos: quibus ne vocem quidem emittere, ob mali irruentis atrocitatem, permiſſum eſt. Quid igitur exſpectas tempus, quo incertum eſt, num cogitationum etiam tuarum dominus ſis futurus? Nox profunda eſt, morbus grauis, caſus varij, & qui opem ferat, nuſquam interdum apparet; ac tum demum, vbi huc illucque circumſpexeris, & miram apud te ſolitudinem eſſe videris, dementiam tuam percipies, fruſtraque ſtultitiam lugebis iſtam. In cuiuſnam modi tempus, mandatum Domini differs? dum vita ſuppeditabit, inquis, fruar voluptatibus; vbi autem deceſſero,

Humanarum rerum mutationes.

Eſa. 40.
1. Petr. 1.

Conſideratio optima, & maximè ſalutaris.

Mundani faſtus deſcriptio.

Nota.

Eſa. 40.

Legant hæc diuites, auari, & delicijs hic diffluentes, atque immiſericordes.

Comparationes elegantes, & accommodæ.

Vitæ breuitas, & incertitudo; ac pericula varia.

Mandatum Domini, nequaquā differendum.

ſero, faciam quæ ſunt à Domino præcepta. Cùm viueres teipſum mandato antepoſuiſti; poſt mortem & diſſolutionem, mandatum hoſtibus ac inimicis prætuliſti. Ne enim, inquit, accipiat ille, accipiat Chriſtus. quid verò hæc agendo facis? inimicoſne vlciſceris, an in proximos beneficus es? Non eſt itaque anxiè lugēdus ex hac vita diſceſſus viri etiam vel maximè ſancti, ſed magis deploranda natiuitas, & in hanc vitam ingreſſus, qui reuera per ignobilitatem fit, ſordiū ac faſtidij plenus; atque ſanè per ea, quorum ne conſpectum quidem, etiam natu maiores, facilè ferre poſſint. Talis autem carnalis natiuitatis noſtræ ingreſſus, naturæ neceſſitate conſtitutus eſt; at exitus & vitæ diſceſſus precioſus ac illuſtris habetur: non quidem in genere omnium hominum, ſed eorū duntaxat, qui ſanctè & iuſtè vitam hanc tranſegerunt. Pretioſa itaque mors eſt, ſed natiuitas nequaquam. ſeminatur enim, vt inquit ille, in * ignominia, ſurget in gloria, plātatur in corruptione, reſurget in * incorruptione. Quando in Iudaiſmo moriebantur homines, execranda & deteſtabilia eorum erant cadauera: at nunc ſi quis mortem Chriſti cauſa oppetit, pretioſæ ſanè eius ſunt reliquię. Antea quidem in mandatis datum erat ſacerdotibus & Nazaræis, ne ſe aliquo mortuo inquinarent, & ſi quis mortuum contigiſſet, pro immundo habebatur, veſteſque eius abluebantur: nunc autē & ille, qui oſſa Martyris contingit, quandam ſanctificationis cōmunicationem, & eam gratiam, quæ corpori inſidet, aſſumere creditur, pretioſa etenim eſt coram Domino mors ſanctorū eius. Conferto cum generatione mortem, & deſines deflere eum, qui ex hac vita ignominiæ & miſeriarū plena migrauit. Sermo quidem diuinus nobis pręcipit, exultare & lætari cum iuſtis; cum ijs vero, qui ex pœnitentia lachrymas profundūt, lugere ac lamentari, & deflere eos vel maximè, qui nullo dolore, nec affectionis ſenſu tanguntur: eò, quòd neque intelligant, quomodo & quàm miſerè pereant. Non tamen exiſtimandum eſt, eum, qui ob hominum mortem, vnà cum lugentibus plangit, præcepto diuino ſatisfacere; cùm neque medicus ille ſit probandus, qui dum ægris auxilium ferre debeat, ſeipſum inficit, ac morbis plenum reddit. Dauid, amicum Ionatham lugēs, etiam inimicū ſimul defleuit ſuum: ait enim: Mœrore conficior tui cauſa, ô Ionatha; & vos filiæ Hieruſalem Saulem deplorate. diuerſa tamen ratione: hunc ſiquidem deflet, vt qui peccatis inquinatus ſine pœnitētia è viuis exceſſerit; at illum Ionatham, vt eum qui ſe vitæ ſocium omni tempore ipſi præbuerit. Mors ſanè cunctos manet homines, præſtoque adeſt, ijs terminis vitæ expletis, quos à principio vnicuique noſtrum præſcripſit dininum Dei præpotentis iudicium, qui ex longinquo, quid nobis ſingulis expediat, proſpicit. Sed fortaſſis filij tui, quem in delitijs habuiſti, obitus animam tuam grauius perturbat, atque affligit? Neminem profectò, ô amice, tam adamantino pectore eſſe arbitror, nec adeo omnis humanitatis expertē, qui ſine vlla perturbatione ferre poſſit id, quòd accidit, cuiuſque animam valde caſus illius filij nō affligat, qui illuſtris familiæ hæres, qui gentis fulcrum, qui patri ſpes maxima, qui parentum probatiſſimorum ſoboles præclara; qui denique ſub multis precibus, ac cura ſolicita educatus, in ipſo mox ætatis flore, è medijs parentum manibus ereptus, diſceſſit. Iſta nonne emolliant cor etiam plus quàm ferreum? nonne naturæ diſſoluent penetralia, atque in commiſerationem adducent? Verùm ſi ob eas res, quæ nobis acerbæ accidunt, lamęntari atque continuò lachrymari vellemus, profectò ad eam rem omne tēpus vitæ noſtræ nequaquam nobis ſufficeret: & licet cuncti nobiſcum lugerent homines, efficere tamen non poſſemus, vt luctus noſter affectione careat; nec vnquam lachrymarum vis, ſi quantumuis vel maxima, explere & ſarcire iacturam earum rerum poterit, quæ aduerſæ eueniunt. Proinde vos adhortor, ac ſedulò moneo, vt inſtar generoſi alicuius & fortis certatoris, aduerſus plagæ magnitudinem conſiſtatis, & grauitati triſtitiæ non ſuccumbatis, nec animam veſtram conficiatis, illud perſuaſum habentes, quòd quamuis rationes nos eorum, quę à Deo aguntur, lateant, gratum tamen & acceptum nobis eſſe debet, quodcunque à ſapientiſſimo, & eo, cui nos cordi ſumus, eſt factum, atque ſtatutum, etiamſi laboris & moleſtiæ ſit plenum: ipſe enim probè nouit, quid ex vtilitate vniuſcuiuſque ſit, & qupmodo id diſponere debeat, tum etiam cuius rei gratia inæquales vitæ terminos hominibus præſtituerit. Torquentur quidē homines in inueſtiganda cauſa, cur alij celerius hinc euo

Similia omnino inuenies in hom. eiuſd. in Pſal.115.

Eccl 7.

1.Cor.15.

* vulg. in ignobilitate.

* al. ſine vllo vitio atq; defectu.

Leuit.11.

Nota.

Pſal.115.

Lucæ 15.

Rom.12.15.

Similia habes in hom. Eiuſdē, De inuidia.

2.Reg.1.

1.Paral.10.

Eadem cū iſtis reperies in homil. eiuſ. Quòd Deus non ſit auctor malorum.

Eadem vel planè ſimilia in Epiſt. S.Baſilij inuenies.

Parænesis grauis, & valdè cōſolatoria.

Eccl.7.

euocentur, alij verò in longius tempus, vt hac calamitoſa vita affligantur, reſeruentur: actum tamen agunt, nec vnquam huius rei cauſam indagare poſſunt. Itaque par eſt, in omnibus nos eius benignitatem adorare, nec ægrè ferre, immò recordari vocis illius præclariſſimę ac decantatæ, quam magnus ille Athleta Domini protulit, cùm circa menſam, vno temporis momento, decem liberos deletos atque contritos cerneret: Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita etiam factum eſt. Hoc nobis in exemplum proponamus: æquale ſiquidem præmium à iuſto iudice tribuetur ijs, qui etiam æqualem ac eundem animum fortem oſtenderint. Non ſanè orbati ſumus filio, ſed expetenti reddidimus: non euanuit vita ipſius, ſed in melius commutata eſt; non terra abſorpſit, quem paullò ante in oculis noſtris ferebamus: verùm cælum recepit; exſpectemus paullulum, & ſimul vnà cum eo, cuius tanto flagramus deſiderio, erimus. neque enim longè abeſt tempus diſſolutionis, & terminus præſcriptus harum omnium rerum, quæ in hoc mundo exſtant: Nam in hac vita, perinde ac peregrinantes in itinere aliquo, ad idem omnes hoſpitium tendunt: in quo quidem licet alter alterum præueniat, vel alius iam abijt, alius verò adhuc eò tendit: cunctos tamen vnus ac idem excipiet finis, nec quidquam refert, celerius an tardius hoc iter conficiamus; cùm omnes nos & illud ipſum iter, & non aliud faciemus, ac idem etiam manet diuerſorium. Reuoca tibi in memoriam patrem tuum, quòd diem ſuum obierit. quid igitur mirum è mortali genitum, mortalis filij te patrem eſſe? Quòd autem mortuum dicis ante tempus legitimum, & prius quàm ſe vita expleſſet, & ad certam ætatis menſuram perueniſſet, & ante quàm hominibus innoteſceret, & generis ſucceſſionem reliquiſſet. hæc ſanè omnia luctum non augent, ſed potius cõſolationem afferunt; quòd non reliquerit hoc in mundo orbos liberos, quòd non vxorem viduam, varijs ærumnis expoſitam, aut quæ paullò poſt alij ſe viro coniungens, priores liberos negligat atque diſpiciat. Illud verò, quod non longius vitam puer produxerit; quis eſt, obſecro, adeò mentis emotæ, qui hoc non maximis in bonis enumeret? nam longior hoc in mundo conuerſatio, plurium infinitorumque peccatorum occaſio exiſtit. Cur, obſecro, mortaliter de mortali ſentire non aſſueuiſti, ſed improuiſam filij mortem ſuſcepiſti? ſi quis tum, cùm primum tibi filij natiuitas nuntiata eſt, ex te quæſiuiſſet, cuiuſnam modi id eſt, quod recens natum eſt? quidnam reſponſi dediſſes? num aliud, quàm hominem eſſe? quòd ſi homo, etiam mortalis, cum ea lege naſcimur, vt moriamur. Quid igitur præter opinionem accidiſſe eiulas, quòd occiderit ille, qui mortalis erat? non vides lunam augeſcentem, & poſtea deficientem; terram florentem, & exiguo ſpatio marceſcentem? quid igitur mirum, ſi & nos pars mundi cum ſimus, eorum etiam, quæ ex mundo ſunt, participes ſumus? Filij chariſſimi, aut vxoris, quam ex animi ſententia duxeras, aut alterius cuiuſdam ex amiciſſimis, omniqne beneuolentia coniunctis, priuatio mœrore te affligit; nihil profectò graue ac tetricum homini prouido accidit, & ei, qui rectam rationem, vitæ ducem habet, nec ſecundum vulgi conſuetudinem viuit. Imperitorum certè & parum à natura informatorum eſt, grauius ob conſuetudinis ſeparationem angi, & difficulter ac iniquo animo eam ferre, id quod & animalia rationis expertia faciunt. Vidi etenim ipſe aliquando bouem ad præſepe lachrymantem, cùm contubernalis ipſius morte ereptus eſſet. Nec tamen ego æquum eſſe cenſeo, ſilẽtio id, quod acerbè nobis euenit, penitus præterire: neque etiam Prohibeo, quin matres lugubres ſermones ad ſuos conuertant; quandoquidem non me latet, quales matrum ſint affectus, & quatenus conueniat ob res præſentes dolori indulgere. Filio orbatus es eo, quem omnes matres laudibus ad cælum vſque efferre incolumem ſolebant, ac ſi etiam tales eſſe liberos optabant, mortuum verò vehementer, perinde ac ſi quæque proprium ſuum natum tumulaſſet, luxère: eius filij è vita exceſſus ingentem parenti cladem attulit; cum illo enim, familia ampliſſima, ac genus illuſtre, quaſi vnico ſublato ſuſtentaculo, concidit. Heu, tantumne praui dęmonis inſultus, mali perficere valuit? heu, tantumne dolorem terra ſuſcipere? ſol etiam ipſe forſitan, ſi modo ei aliquis cõmiſerationis eſſet ſenſus, tetricum illud ſpectaculum horruiſſet. hæc autem & ſimilia animus doloris impatiens nobis ſubijcit, quæ ſingula quis, quæſo, verbis conſequi poſſet?

Adagium elegans.

Iob 1.

Verba conſolatoria, & ad luctũ mitigandũ accommoda.

Similia aut potius eadem in eiuſd. homil. in S. Iulittã Martyrem, adducta inuenies.

Similia planè habet alibi S. Baſil. in epiſt.

Similia.

Ab exemplo.

Dolori quomodo indulgendũ.

Ceterùm iſtis poſthabitis, mihi credas velim, res noſtras Dei prouidentia non carere,
Matth.10. quemadmodum & ſanctum eius Euangelium apertè docet, in quo ſcriptum
legimus, paſſerem non cadere ſine voluntate Patris cæleſtis. quare quidquid factum
eſt, voluntate Creatoris factum eſſe credito, cui quis, obſecro, obuiam ibit?
Feramus igitur æquo animo quodcunque nobis humanitus eius voluntate accidit:
Nota. nam moleſtè ferendo malum non corrigimus, & noſmetipſos peſſundamus.
Pſalm.35. Ne, quæſo, in calumniam voces iuſtum Dei iudicium; ſtolidi atque inepti ſanè ſumus
Rom.11. ad exquirenda eius iudicia imperueſtigabilia. iſtud eſt tempus, quo Dominus
charitatis in ſe tuæ periculum facit; iſtud, quo tibi licet, eadem prȩmia ac bona ob
2.Mach.7. tolerantiam conſequi, quibus & ſancti Martyres affecti ſunt. Imitare Machabæorum
Inſigne exemplum tolerantiæ atque patientiæ. matrem, quæ quamuis ſeptem filios morte deletos vidiſſet, non tamen lachrymis
ac luctui ſeſe tradidit, neque vocem emiſit muliebrem: ſed Deo egit gratias,
quod illos igne, ferro, alijſque moleſtiſſimis vinculorum ſupplicijs ab hac
carne diſſoluiſſet; quam etiam ob cauſam, & à Deo probata eſt, & ab hominibus
in hunc vſque diem celebratur. At dicet hîc quiſpiam, ingens eſt luctus, ſummus
dolor, nec alius huic ſimilis. aſſentior equidem, & fateor, ſed magna etiam ſunt
Similia reperies apud Chryſoſt. hom. 64. & 69. ad popul. præmia à Domino repoſita ijs, qui ærumnas ſuſtinent. Quando, ô mater, puerum
in lucẽ edidiſti, & Deo pro beneficio gratias egiſti: nũ ignara prorſus eras, mortalis
ipſa cum eſſes, mortalem eum te etiam peperiſſe? quod ſi iſtud te non latuit:
Vide ibid. apud Chryſoſt. nec mirum tibi videri debet, ſi is vitam cum morte commutauit, qui ea lege natus
erat vt moreretur. Sed dices, illud nos affligit, quod immaturè exceſſerit: immò
fortaſsè potius opportunè; quandoquidem nos ne exprimere quidem nec intelligere
poſſumus ea, quę nobis magis expediãt; minus certè, terminũ idoneum
Matth.24. & Marc.13. Lucæ 21. vitæ noſtræ ſtatuere. Circumſpice omnem hanc mũdi machinam, nonne omnia
quæ in ea ſunt, mortalia & corruptioni ſubiecta ſunt? Reſpice cælum, & hoc aliquando
aliquo modo diſſoluetur, intuere ſolem, & ſtellas vniuerſas, ſed nec hæ
quantumuis venuſtæ ſint, perpetuò conſiſtent. perluſtra denique vniuerſa animantia,
tam terreſtria, quàm aquatilia, flores, plantas, ipſum quoque terrarum
orbem; ſingula & vniuerſa hæc fluxa ſunt & caduca, quæq́ue vno temporis momento
Quo pacto leuamen & conſolationem quis in aduerſis reperiet. euaneſcent. Harum & ſimilium rerum conſideratio, hoc, quidquid aduerſi
nobis euenit, meritò lenire ac ſubleuare deberet. Præterea, vt magis confirmeris,
nunquam metiaris afflictiones, & mala ex ſemetipſis; hoc enim pacto
intolerabilia tibi eſſe videbuntur: at ſemper ea omnium aliorum hominum caſibus
comparato; ſicq́ue leuamen & conſolationem exactam reperies. Illud autem
fac firmiter teneas, vt parcas coniugi: mutuò vos conſolemini, & caue ne
luctu tuo calamitatem ipſi longe grauiorem efficias. ſuſpectus eſt nobis immoderatus
tuus in liberos amor, metuimuſq́ue ne quando ob morum mollitiem dolori
Pulchra & ſalutaris admonitio. te tradens, mœroris nimij plagam accipias prima acerbiorem. Memineris
verò nihil ex his, quæ nobis triſtia accidunt, ac ſi moleſta eſſent, recipiendum,
tametſi tum vel maximè imbecillitatem noſtram attingant, quamuis enim rationes
nos lateant, ſecũdum quas vnumquodque eorum, quod fit, à Domino, quaſi
vtile nobis tribuitur: illud tamen perſuaſum nobis eſſe debet, cuncta in rem
Nota. noſtram fore, vel ob patientiæ mercedem, vel quod anima noſtra abripiatur, ne
amplius in hac vita moram trahens, vitijs, quæ hic dominantur, inquinetur. Si
ſpes vitæ noſtræ certis limitibus circumſcripta eſſet, meritò fortaſsè quis ægrè
ferre poſſet, quod celerius à corpore diſtrahatur. Sin autem, cùm anima corporis
vinculis liberatur, initium veræ vitȩ exiſtit, ijs nimirum, qui vitam ſecundùm
voluntatem Dei traduxerunt, quid triſtamur perinde ac illi, qui ſpe omni carent?
1.Theſſ.4. At viri amici priuatio facit, vt luctum æquo animo ferre nequeas; agnoſco, & in
tuam ſententiam libenter deſcendo: nemo enim eſt, qui neſciat, permoleſtam
eſſe illius luctus calamitatem, qui ex amiſſione viri optimi prouenit; nec quemquam
adeo ferreum eſſe ſcio, qui cum intelligeret hunc, quo cum illi conſuetudo
erat, ex hominum cœtu raptum, illius mortem, non vt proprium caſum
A minori ad maius. æſtimet. Quòd ſi hi, qui vlteriori propinquitatis vinculo ſunt conſtricti, ſic moleſtè
ferunt ſeparationem viri coniuncti; quo dolore par eſt tuam affici animam,
ob diſſectionem veluti quandam viri coniunctiſſimi? quæ reuera non minus eſt
acerba, & grauis, ac ſi media corporis noſtri pars abrumperetur. In huiuſcemodi

verò

A verò, vel etiam triſtioribus fatalis infirmitatis noſtrę caſibus, quamnā conſolationē
adhibebimus? Perpetua & ineuitabilis eſt illa Dei noſtri cōſtitutio, vt omnis,
qui in lucem hanc prodierit, tandem conuenienti tempore etiam hinc decedat.
Quodſi ab Adamo, ad noſtra hæc vſque ſecula, talis rerum humanarū ſtatus ſemper
fuit & eſt; ne, quæſo, grauius communes naturæ feramus ærumnas, ſed potius
grato animo ſuſcipiamus ſanctam Domini voluntatem, atque ordinationem.
Semper quidem ſacroſanctæ ſcripturæ interpretatio, & doctrina ſummæ conſolationis
eſt & vtilitatis, ſed vel maximè tali in tempore. Vnde memoria repete
Conditoris noſtri decretum, quo omnes, qui ex terra orimur, in terram rurſum
conuerti iubemur: nec quiſquam adeo eſt magnus, qui diſſolutionem effugere,
& æterna illa ſententia ſuperior eſſe poſſit. Et licet formoſus quis ſit, & omni admiratione
B dignus, ſtrenuus ſimul ac omnibus animi virtutibus exornatus: nullā
tamen in alteram partem habet exſuperantiam: verùm quia homo eſt, naturæ
concedat neceſſe eſt, vt Adam, Noë, Abraham, Moyſes, aut vt alius quiſquā eiuſdem
naturæ particeps. Vnum profecto humanæ naturæ omni admiratione dignum
exemplum nobis Conditor noſter in Moyſe expreſſit, quem virum ſic effinxerat,
vt omnium in illum oculi cōijcerentur, omniſque lingua res ipſius prædicaret.
pictores & ſtatuarij longe à dignitate ipſius aberāt; hiſtorici res eius præclarè
atque ex virtute geſtas dum enarrant, ad fabularū incredulitatem planè deueniunt:
vnde quoque plurimi nec fidem adhibere volunt his, quæ triſtia de ipſo
circumferuntur, atque omnino credere, hunc talem morte exſtinctum eſſe: perpeſſus
tamen ea eſt, quæ & cælo, & aſtris, & terræ aliquando contingent. Quare ſic
C tuam metiare calamitatem, vt neque eam è corde eijcias: nec ita triſtitiæ indulgeas,
vt illi prorſus ſuccumbas. Velim tibi perſuadeas, eos, qui hoc in ſeculo amicitia
copulantur, poſt verò morte diſiunguntur, viatoribus ſeu itineris ſocijs eſſe
perſimiles. qui vnum idemque iter ingredientes, etſi ob aſſiduam inter ſe conuerſationem
conſuetudine vniuntur, tamen poſtquam commune iter confecerint,
neceſſario & diſtrahuntur, & diuerſa itinera ſuſcipiunt, nec conuictui mutuo ac
contractæ familiaritati inhærentes, ea, quæ principalis propoſiti erant, negligūt;
ſed cauſam & intentionem, quæ eos à principio mouit, intuentes, quiſque ad peculiarem,
& proprium inſtituti ſui finem tendit. nam vt his diuerſus viæ erat ſcopus,
contingit autem, vt inter eundum familiaritatem inter ſe contraherent: ita
etiam in vita hac peregrinantes, quilibet propriū & peculiarem vitæ terminum
præfixum habet, & licet matrimonio atque alijs vitæ huius communis vinculis
D ſocietate inuicem aſtringantur, ne quidquam tamē hæc remorantur, quo minùs
ad præſtitutum terminū, quem ſuperare nequeunt, tendant, atque mutuò diſiungantur.
Grati ergo animi eſt, ſeparationem hominis, ſumma licet tibi neceſſitudine
coniuncti, non grauiter ferre; at potius propter ſocietatem & amicitiam illam,
qua ab initio iuncti eſtis, gratias referre ei, qui vt iniretis eam, conceſſit. Ceterùm
tu cum incolumi fruereris viro, filiuſque floreret, ſeu quiduis eiuſmodi,
quodmodo deplangis, nunquam de gratijs ei agendis, qui præſentibus te rebus
cumulauit, cogitabas; quin etiam eorum pertæſus, ob ea, quibus carebas, conquerebaris.
Nam, dum viro vnà cohabitares, quod filios non haberes, angebaris: illis
verò iam obtentis, vel quod tales non eſſent, quales optaſſes, vel quod opęs deeſſent,
aut quid ſimile, lamentabaris: ita inſatiabilis cupiditas nunquam non repetit,
E quod vltra deſideret. Quamobrem diligenter cauendum cenſeo, ne, dum præſentes
amicos parui facimus, ademptos autem proſequimur atq; complectimur,
nobis ipſi neceſſariam amicorum priuationem paremus. Si enim de tot bonis
præſentibus, quæ in nos Deus contulit, gratias ei non reddimus; meritò ſanè noſtro
his ipſis ſpoliamur atque priuamur. Nam ſicut oculi, quę nimis appoſita ſunt
& propinqua, non cernunt: ita & animæ ingratæ, demum poſt bonorum ademptionem
gratijs ac donis præteritis afficiuntur. Interea dum bonis frui licet, tanquam
ijs minimè contenti, nullam eorundem largitori gratiam habemus: at illis
iam priuati, beneficium tandem agnoſcimus, beatumque prædicamus. Nos
verò poſtpoſita rerum præteritarum, atque abſentium triſtitia, diſcamus potius
de præſentibus gratias agere, illaque æqui bonique conſulere. Fateamur in rebus
aduerſis medico ſapiente nos opus habere; in proſperis autem modica diſciplina,

Hebr. 9.

Sacræ ſcripturæ conſolatio, & vtilitas maxima.

Geneſ. 3.
Eccl. 10. 17. 40.

Confirmatio à ſimili, & ab Exemplis.

Calamitatis & triſtitiæ, quis modus?

Simile.

A ſimili, & diſſimili.

Separatio mutua non ita moleſte ferenda.

Ingratitudo erga Deum taxatur.

Simile.

In aduerſis, & proſperis opus quid ſit.

Rom.8. & correptione. Dicamus: Bonum mihi Domine, quod humiliaueris me. Dicamus non eſſe condignas paſſionis huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hierem.10. Dicamus, modicis nos flagris cæſos ob peccata noſtra, quæ maiores caſtigationes promerentur. Dominum inuocantes precemur: Corripe me Domine; veruntamen in iudicio, & non in furore. 1.Cor.11. Dum enim redarguimur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. In ſplendidiore autem vitæ ſtatu illam Dauidis efferamus vocē: Psalm.115. Quid retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Pulchre ſanè ambigit Propheta, ſuamque paupertatem conſiderat & agnoſcit, quòd ſcilicet nihil retributione habeat dignum, pro adeò magnis & illuſtribus beneficijs, quæ in nos quotidie cōfert Deus; & quidem multò maiora nobis in poſterum bona promittit, quæ oculus non vidit, & auris non Eſa.64. & Rom.2. audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt ipſum. Hæc autem, vtinam & nos, tot carnis perturbationibus liberati, conſequi poſſimus Gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti: Cui gloria & imperium, cum ſuo initij experte Patre, & ſanctiſſimo ac viuificante Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA.

NE cui fortè curioſius hîc ābigēdi relinquatur locus, de vero huiuſce (De Morte,) *Orationis Auctore, dicimus eā indubiè S. Baſilio cognomine magno, (Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopo, ſub cuius ipſam nomine hîc pro loci oportunitate euulgauimus, adſcribendā, cuius ſtylū ſiue dictionē per omnia refert, ac vſitatam eius & eloquentiam, & in dicendo grauitatem ſatis demonſtrat: quibus proprimo addo, quòd multa in corpore Orationis reperiantur, quæ ab eodem Auctore non vno in loco alibi ſparſim, non in eandem duntaxat ſententiam, ſed & ſub eiſdem penè verbis per integras ſubinde periodos adducuntur & repetuntur, ſicut diligenti Lectori ac collatori conſtabit, qui mihi in hoc facilè aſſentietur, ſi quæ in Baſilij Homilijs varijs inueniuntur, cum hiſce contulerit, præſertim Homil. Non adhærendum eſſe rebus ſecularibus. Item in Martyrem Iulittam, ac de gratiarum actione, ibid. Præterea, in Diuites auaros, cuius principium eſt: De adoleſcente hoc, qui Dominum interrogauit, quidnam faciendo vitam æternam obtineret, &c. vbi lege & confer quæ ibi ſunt poſt medium. Item in Homil. de inuidia, non longè à principio. ac Homil. Quòd Deus non eſt auctor malorum. item Homil. in Pſalm. 1. & Pſalm. 115. in quibus Lector multa cum hiſce communia, imò eadem non ſenſu tantum, ſed & verbis reperies, vt neſcias hæc ne inde, an hinc ea mutuata ſint: Tu à me hîc citata ſedulò confer atque expende, & verum fateberis quod dico. Pro maiori huius confirmatione, addo, integras periodos eiuſdem iſtius Orationis ſub nomine S. Baſilij citari atque adduci ab Antonio Meliſſa monacho, in ſententijs ſiue Locis communibus ab eo vndequaque collectis, loco 58. qui eſt,* De Morte. *Denique vt magis cuiuis hîc fiat ſatis, omniſque penitus tollatur dubitatio, dico hanc Orationem ſub nomine S. Patris Baſilij Magni, in celeberrima Vaticana Biblioth. bis Græcè reperiri, in antiq. manuſcrip. ſub num. 583. & 548. vnde eam deſumpſimus, contulimus, illuſtrauimusque.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De reſurrectione mortuorum.

Eodem Interprete & Scholiaſte G. Voſsio.

INTERROGATIO.

1.Tim.6. & Iob 1. Eccl.5. QVid ſibi vult ſermo ille ſcriptus: Nihil intulimus in hunc mundum; manifeſtum, quod nec auferre quid poſſumus?

RESPONSIO.

ARbitror hoc quod ait, tale eſſe: nihil intulimus in mundum, neque efferre quid poterimus; quandoquidem propria Creatoris ſunt omnia: Eccl.1.5.24. Mac.1.7.8. nos verò aduenæ ſumus & peregrini. Quòd ſi quis diuitias atque ſubſtātiam ſub manibus habet, non eſt * dominus omnino rerum, ſed diſpenſator: eo quòd & ipſe ab altero tradita ſibi bona acceperit; rurſusque poſt ipſum, in alterum transferetur

*al. non eſt propriè, Dominus rerum, &c.

A retur ſors, opificis arbitratu: vnde confiteri oportet illius qui dedit * gratiam. *al. ei qui largitus eſt gratiam.
Hæc igitur ſcientes, ſapientes œconomi, ne negligant opus iuſtitiæ, beatitudine
illa perfrui volentes? Ait enim Dominus: Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Matth.24.
Dominus eius, inuenerit ſic facietem. Amen dico vobis, quia ſuper omnia bona Ibidem.
ſua conſtituet eum. Diſpenſauit enim dignè ſua in iudicio, vnde in æternum non
commouebitur. Dicit namque Spiritus ſanctus: Bonus vir qui miſeretur & com- Pſalm.111.
modat, diſponet ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non commouebitur.
In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione * mala non timebit. Paratum cor *al. nuntiū malū non timebit.
eius ſperare in Domino, confirmatum eſt cor eius: non * commouebitur, donec *al. nō timebit.
deſpiciat inimicos ſuos. Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſecu-
lum ſeculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit & iraſcetur, denti- Ibidem.
B bus ſuis fremet & tabeſcet, deſiderium peccatoris peribit. Iuſtus autem in memo-
ria æterna erit, & ab auditione mala non timebit. Et quæ qualiſque eſt iſta audi-
tio mala? Ego eam exiſtimo eiuſmodi: Tollatur impius, ne videat gloriam Do- Eſa.26.
mini. Et iſtud: Ligate manus & pedes eius, proijcite inutilem ſeruum in tenebras Matth.22.
exteriores. Et illud: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Matth.25.
diabolo & angelis eius. Contra verò, audiet Iuſtus: Euge ſerue bone, & fidelis, quia Matth.13.& 25.
in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.
Vnde & Dominus largitor omnium bonorum edixit, ne afficiamur huius vitæ
rebus, cùm dixit: Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. Et: Non poteſtis Deo ſer- Matth.6.
uire & mammone. Et: Nolite theſaurizare vobis ſuper terram, vbi erugo, & tinea Lucæ 16.
demolitur; & vbi fures perfodiunt, & furantur: ſed theſaurizate vobis theſaurū Matth.6.
C in cælis: vbi erugo & tinea non demolitur, vbi * fures non perfodiunt, neque fu- *al. quò fur nō appropiat, neq; tinea corrumpit.
rantur: vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit. Et rurſus ait: Vendite
bona veſtra, & date eleemoſynam, & facite vobis ſacculos non veteraſcētes, the- Lucæ 12.
ſaurum reconditum in cælis. Ac iterum: Et ego dico vobis, facite vobis amicos Lucæ 16.
de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacu- Pſal.48.& 51.
la. Qui enim confidunt in propria virtute, & in multitudine diuitiarum ſuarum Pſalm. 81.
gloriantur, vt homines morientur, & ſicut vns de principibus cadent: non enim
beneuolentiam ſeruârunt erga Creatorem. Qui autem ſuſtinuerint Dominum, Pſalm.36.
ipſi hæreditate poſſidebunt terram. Nam lumen in ijs eſt verbum, & ſal, & poten-
tia, iuxta hanc Domini vocem: Vos eſtis ſal terræ, vnde & mūdus conſiſtit vſque Matth.5.
D adhuc, in ſe cōtinens ſal, & luminaria: ſunt enim è generatione in generationem
inſeruientes Domino; alioquin non conſiſteret mundus. Si enim, inquit, ſal * e- *al. infatuatum fuerit.
uanuerit, in quo ſalietur, ad nihilum valet amplius, niſi vt mittatur foras, & con-
culcetur ab hominibus. In Sodomis, quoniam nihil huius partis repertum eſt,
præter vnum ſolum, momento temporis perierunt. Verùm ne quamdiu quidem Gen.19. & Sap.10.
iuſtus cum illis fuit, effudit in eos manus omnipotens iracundiam; ne quid mali
hic etiam ex illorum ſocietate contraheret. Quamobrem felix regio, felix ciui-
tas, felix generatio, quæ in ſe multitudinem continet iuſtorum: feliciores autem
iuſti ipſi, per quos mundus ſaluatur. Beatitudinis enim laudes iuſtis repoſitæ ſunt. Epheſ.4. Col.3. 1.Pet.2.
Iccirco deponētes actiones ab honeſtate alienas, imitemur vitę inſtituta iuſtorū;
vt cum ijs hæreditate poſſideamus laudes, facti lumen, & poteſtas, & ciuitas ma-
gni Dei, vt ipſe ſit noſtra gloriatio: quia in manu ipſius ſunt omnes fines terræ. Pſal.94.
E Ipſe dat ſecundùm Pſalmiſtam, niuē ſicut lanam, nebulam ſicut cinerem ſpargit. Pſal.147.
Mittit criſtallum ſuum ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?
Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius & fluent aquæ. Tunc
terra ſuſcipiens odorem contemplationis, induitur decorem ipſius, Dei iuſſu. Et Pſal.92.
quemadmodū vas gemmatum & auro intertextum, delectat ſpectatores, & aues Similia.
deuolantes reddunt ſonum dulcem, aëris ſerenitate ſe oblectantes: quadrupedia
quoque in agris exultant, quia germinarunt campi ſolitudinis; & paſtores exul-
tantes, lætantur donis Domini. Flumina, contra aſperitatem & immoderatum Similia.
curſum aquarum quietè dum feruntur, lætificant aquoſa loca, & piſces exiliūt ad
ſplendorem ſolis, arbores folijs deſtitutæ, refloreſcunt folijs ornatę, ac fructuum
copia. Montes & colles, & valles, omniſque terra refloreſcens, gloriam Domini
prædicant; quòd ſicut ſponſam ornatu mundo ipſam expolierint. Et nos filij ho- Daniel.3.
minū, abijcientes triſtitiam hyemis, lætantur, perfruentes aëris temperie, & co-

Matth.3. pia fructuum. Faciamus ergo & nos fructus iuſtitiæ Domino acceptos, vt audacter A
Lucæ 3. dicere queamus ad Creatorem: Lætabitur Dominus in operibus ſuis, verè
Pſal.103. enim lætatur Dominus ſuper facientibus iuſtitiam. Ne quis igitur inani extollatur
Pſal. 36. 91. 102. prudentia, aut potentia, aut diuitijs: hæc enim vt fœnum exareſcent, at qui
1.Cor.10. gloriatur, in Domino glorietur. Quid maius pretioſiuſve apud homines Regali
diademate? neque hoc quidem per ſecula remanet in capite hominis: cùm
ex generatione in generationem tranſeat, à capite in caput. Quid porrò habet
Gen.1.2.14.24. Rex, quod non dedit Deus? Nonne ipſe Dominus fecit cælum & terram, &
Exod.20. & omnia quæ in eis ſunt? nonne ipſe creauit aquam, in qua fundauit terram? Cui
Pſal.88.113.120. igitur imperat Rex, quod non dedit Dominus; qui corporibus, & armis, atque
145.&c. theſauris dominatur? Sed cedo, quis hæc facit? & quis eſt qui corpora multiplicat
per filiorum procreationem, & rerum neceſſariarum abundantiam, quibus
& ingenium parandi arma exiſtit? nonne ipſe Dominus producens omnia? B
Pſal.59.95. Quis porrò fodientibus metalla ſuppeditat? nonne ipſe Dominus? Quis vel
ſolo reſpectu commouet terram, tanquam frondem aut feſtucam, in aqua natantem?
nunquid ipſe Dominus? quamquam & iſtud in oculis eius leue ſit;
cùm & in commouenda illa, habitantes in ea turbationem doloremque paſſuri
ſint. Quod ſi porrò quæcunque præſto nobis fuerint, aurum, argentum, &
veſtimentum, ſerui & ancillæ, pecorum & boum armenta, equorum & camelorum
greges: non oriatur autem ſol, pro nihilo putabuntur: ſapiens contemptui
Eccl.1.24. fuerit, potens langueſcat, diueſque ad inopiam redigatur. Iuſtum igitur
confiteri quod nihil hic poſſideamus, cùm Creatoris propria ſint vniuerſa:
nos autem noſtram agnoſcamus infirmitatem. Quemadmodum enim, dum C
Simile. eorum qui obdormierunt contuemur oſſa, aut crania, ſuſpiramus: ſic & qui
poſt nos, noſtra inſpecturi ſunt oſſa, vultum contrahent: nam ex eodem limo
Geneſ.1. terræ compoſiti ſumus cuncti filij hominum. Hæc igitur præcognoſcentes fratres
1.Petr.5.& dilectiſſimi in Domino; humiliemus animas noſtras ſub potenti manu Dei,
Iob 4. vt nos exaltet in tempore viſitationis. Odio habeamus inanem gloriam, & inſolentiam,
Gal.5. Phil.2. quæ eſt inſipientia. Fugiamus ſuperbiam, huic enim Deus reſiſtit:
Iacob.4. diligamus autem humilitatem, vt cum manſuefacti ſimus, doceat nos Deus vias
Iob 7. ſuas. Quàm multi in terris dominati ſunt poſt orbem conditum, & omnes in
puluere dormiunt: & nulla apparet differentia oſſium regalium ab oſſibus captiui,
Attende. non, poſſidentis currum, & equos cum frænis aureis, ab eo qui proprijs præcurrit
pedibus; non, veſcentis delitijs, ab eo qui in paupertate vixit. non, eius qui
formæ elegantia præcellit, ab eo qui ſpeciei & pulchritudinis eſt expers, non, occiſoris
1.Cor.15. ab occiſo. Verùm cuncti ſub terræ cumulo dormiunt, donec ſancta re- D
Rom.2. 14. ſonet tuba, ſuſcitans eos, qui à ſeculo ſunt mortui: vt referat vnuſquiſque quæ
Matth.16.
Iohan.5. in corpore ſuo geſſit, ſiue bona ſiue mala. Res mira fratres, ſpectare repentè ſepulchra
aperta ad ſonum tubæ, & mortuos reſuſcitatos vniuerſos qui defuncti
1.Cor.15. ſunt, ab Adam vſque ad horam illam; in momento & in ictu oculi, omnes pariter
reſurgentes, Angelos circumcurſantes cum tuba vocis magnæ, iuſtoſque
Matth.24. congregantes à quatuor ventis, à ſummis cælorum, vſque ad terminos eorum:
hæc ipſa vox cunctos viuificabit ad vnum, & nullus hominum relinquetur. Et
Dan.12. hi quidem reſurgent in reſurrectionem vitæ, hi verò in reſurrectionem iudicij.
Iohan.5. Audientes autem de mortuorum reſurrectione, non diffidamus Chriſto dilecti
Matth.19. & fratres: omnia enim ſunt poſſibilia Deo, impoſſibile autem apud eum nihil. E
Lucæ 18. Et quemadmodum proiectos in caminum ignis, & inſtar ſepulchri ſub flamma
Daniel.3. tectos, conſeruauit illæſos; & non ſolùm corruptio non eſt inuenta in ipſis,
iam egredientibus ex medio camini ignis; neque ſolùm capillus ipſorum
non eſt combuſtus, ſed ne odor quidem tantæ, atquæ elatæ flammæ ipſis adhæſit:
Simile. ita etiam mortui ſurgentes incorruptibiles, non modò capillus ipſorum nõ
relinquitur, ſed ne odor quidem inuenietur. Omnia ſiquidem Deo ſunt poſſibilia,
Matth.19. & impoſſibile verò ipſi nihil. Sed audi quoque Prophetam Ezechielem dicentem:
Lucæ 18. Et facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu * Domini:
Ezech.37. & poſuit * me in medio campi, qui erat plenus oſſibus humanis. Et circumduxit
* al Dominus. me per ea, in gyro: Erant autem multa valde ſuper faciem campi, ſiccaque
* al. & dimiſit me. vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, putasne viuificabuntur oſſa iſta? Et dixi

A dixi: Domine Deus, tu noſti hæc. Et dixit ad me: Fili hominis, vaticinare de oſſibus
iſtis, & dices eis: Oſſa arida, audite verbum Domini. hæc dicit Dominus
Deus oſſibus iſtis: Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis, & dabo ſuper
vos neruos, & reducam ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cutem: &
dabo ſpiritum meum in vobis, & viuetis, & ſcietis, quia ego ſum Dominus.
Et prophetaui, ſicut præceperat mihi Dominus: factus eſt autem ſonitus prophetante
me, & ecce commotio: & acceſſerunt oſſa ad † oſſa, vnumquodque ad compoſitionem †al. os, ad os, vnumquodque ad iuncturam ſuam.
ſuam. Et vidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes natæ ſunt: & aſcendit in
eis cutis deſuper, & ſpiritus non erat in ipſis. Et dixit ad me: Vaticinare ſuper
ſpiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum: Hæc dicit Dominus Deus:
A quattuor ventis, veniat † ſpiritus, & inſufflet ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. †al. veni ſpiritus, & inſpira, &c.
B Et prophetaui, ſicut præceperat mihi: & ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & vixerunt,
ſteteruntque ſuper pedes ſuos, exercitus † grandis nimis valde. Et dixit ad †al. congregatio multa nimis.
me: fili hominis, oſſa hæc vniuerſa, domus Iſrael eſt: ipſi dicunt: aruerunt oſſa
noſtra, & perijt ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos:
Hæc dicit Dominus Deus, ecce ego aperiam † tumulos veſtros, & educam vos de †al. memorias veſtras.
ſepulchris veſtris, populus meus, & introducam vos in terram Iſrael. Et ſcietis
quia ego Dominus, cùm aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris,
popule meus. Et dedero ſpiritum meum in vobis, & vixeritis, & requieſcere
vos faciam ſuper humum veſtram. Et ſcietis, quia ego Dominus locutus ſum, &
feci, ait Dominus Deus. Vnde quoque adueniens Dominus noſter & Deus Ieſus Ioan. 5.
Chriſtus, diuino ſuo ore dixit: Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc †al. vocem Filij hominis.
eſt, quando mortui audient vocem Filij † Dei, & qui audierint, viuent. Et rurſus: Ibidem.
Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient
C vocem Filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ; qui Ioan. 5. & Matth. 25.
verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Scriptum eſt enim: Attende cęlum
& loquar, & audiat terra verba oris mei. Exſpectetur ſicut pluuia doctrina mea, & Deut. 32.
deſcendant ſicut ros eloquia mea. Hic eſt ros qui oriri facit, & viuificat mortuos.
tuos. Quemadmodum & alius Propheta exclamat, dicens: Reſurgent mortui, &
reſuſcitabuntur, qui ſunt in monumentis, & lætabuntur qui ſunt in terra. Ros enim, Eſa. 26.
qui à te, ſanatio eis eſt. Omnia ſiquidem poſſibilia Deo, impoſſibile verò ei Matth. 19.
nihil. ſiue enim cælum, ſiue terra, ſiue pelagi marium, ſiue abyſſi, ſiue quæ alia creatura, Luc. 18.
cuncta in manu eius ſunt, & veluti nihil ſunt. Fidemque tibi faciat Propheta, Marc. 10 Eſai. 40.
dicens: Quis menſus eſt manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugno?
D Quis ſtatuit montes in ſtatera, & ſaltus in iugo? Et iterum ait: Omnes gentes, Ibid. poſtea.
vt ſtillicidium à cado, & vt momentum lancis, reputatæ ſunt, & tamquam ſaliua Ibidem.
reputabuntur. At Libanus non ſatis eſt ad combuſtionem ſacrificiorum, & omnes
pecudes non ſunt ſatis ad fructum ſacrificiorum reddendum; omneſque gentes
quaſi nihil ſunt, & pro nihilo habebuntur. Abbacuc autem: Domine audiui
auditionem tuam & timui: Domine conſideraui opera tua, & expaui. Scriptum Abbac. 3.
eſt enim. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima † tuba. Canet enim tuba, & mortui 1. Cor 15.
reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc †al. in vltima congregatione
induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem
corruptum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem:
tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors
E victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Vbi ſtimulus tuus iuferne? Itaque nequaquam Oſee. 13. iuxta 70.
fleat pauper, nequaquam infletur diues, nequaquam triſtetur infirmus, &
nequaquam extollatur potens, nō doleat ſeruus, neque glorietur Dominus. Omnes Gen. 3. &
namque è terra, & in terram diſſoluemus corpus, quoadusque venerit Dominus, Eccleſ. 10. 40.
qui viuificabit mortalia corpora noſtra. Glorientur verò iuſti, & lætentur Rom. 8. &
in Domino. Beati enim cuncti, qui tunc digni fuerint inuenti benedicta illa voce: 1. Cor. 15.
Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione Matth. 25. & Eſa. 58.
mundi. Perſiſtite igitur, qui operamini iuſtitiam, labores pro veritate Dei tolerantes. Ezech. 18.
Etenim labores huius momentaneæ vitæ, multam vobis præbebunt fiduciam, Eccleſ. 7.
in futurum: & anguſtia præſentis vitæ, vobis erit pro futuro, in exaltationem
& gloriam; & qui nunc eſt fletus, fiet vobis in conſolationem & refrigerium: Matth. 5.

rium. Scriptum eſt enim: Beati omnes qui immanent in ipſo: quia populus ſanctus habiabit in Sion. Tunc rurſus fiet, quod ſcriptum eſt: Ecce ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce ſerui mei exultabunt in lætitia; vos autem clamabitis præ dolore cordis veſtri, & præ contritione ſpiritus vlulabitis. Et dimittetis nomen veſtrum, in † ſaturitatem electis meis. Et interficiet vos Dominus Deus. Et ſeruos ſuos vocabit nomine nouo: in quo qui benedictus eſt ſuper terram, benedicetur in Deo. Et rurſus dicit: Obliuiſcentur enim anguſtiarum ſuarum priorum, & non aſcendent ſuper cor eorum. Erit enim cælum nouum, & terra noua, & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ipſis ſuper cor: ſed gaudium & exultationem in ijs inuenient. Ego verò peccator mecum cogitans, cuiuſmodi bona repoſita ſint iuſtis, qualiſque furor ante denuntiatus ſit peccatoribus, meipſum deſpicio, & cùm non ſim mihi boni alicuius operis conſcius, hanc ad te qui bonus es & Saluator, vocem emitto: Deus propitius eſto mihi peccatori: ille ſiquidem publicanus cùm me præſtantior atque perfectior eſſet, in pedes ſtans, deorſum aſpiciebat, & pectus percutiens ſupplicabat: Ego verò peccatis eum ſuperans, in terram ſuper faciem cadens, frontemque in ſolium concutiens, clamo ad te, miſericordem & immaculatum atque tremendum: Deus propitius eſto mihi peccatori, & indigno: non ſit mihi in iudicium, quòd audeam nefaria hac mea lingua, impuriſque labijs meis nominare ſanctum nomen tuum, & exaltatum in ſecula. Verùm ſit mihi inuocatio nominis tui Domine, in illuminationem & ſanctificationem carnis & ſpiritus. Vnguentorum odor aſcendens, odore complet domum: quanto magis memoria tua Domine dulcior melle & fauo, implet animam ſanctificatione & illuminatione, ijs qui in † cognitione te Saluatorem requirunt? Da mihi deſiderium in ſalutari tuo Domine, tamquam terræ ſitienti & exſpectanti pluuiam: vt faciam fructum ante mortem, & non confundar, in die † retributionis; miſerere omnium noſtri, quia bonus es. Gratias agimus bonitati tuæ Domine, quòd dignaris nos licet indignos ſeruire nomini ſancto tuo, & manus extendere ad te Patrem vniuerſorum. Libera nos ab omni operatione Sathanica: & da gloriam ſancto tuo nomini, Domine. Cócede nobis, vt inueniamur ſicut terra pulchra & bona, vt cùm ſuſceperimus ſemen tuum, fructificemus in centuplo, & ſexacuplo, & tricecuplo. Da nobis Domine, vt dignè mercemur in tuo argento, quæ apud nos depoſuiſti: vt mnam decies multiplicantes, offeramus tibi fructum iuſtitiæ, & digni reddamur habere poteſtatem ſuper decem ciuitates. Da nobis Domine alacritatem vigilandi ad tuum occurſum: vt habeamus lumbos mentis ſuccinctos, & ſpiritales lucernas animæ inexſtinguibiles, te exſpectantes Deum noſtrum, & Saluatorem Ieſum Chriſtum. Dignare nos Domine, raptu iuſtorum, quando in nubibus occurrent tibi vniuerſorum Domino: vt non experiamur amarum & † ineuitabile illud iudicium. Diſſipa Domine intolerandum peccatorum noſtrorum onus, ante mortem; vt non impedimento nobis ſit in hora † iudicij trahatque in ignem inexſtinguibilem, extra conuentum iuſtorum. Iuſtitia, ala eſt celerrima, iuſtos è terra in cælum eleuans. Gratia tua Domine, fortitudo nobis fiat, & aſſumat nos in nubibus cum iuſtis & electis, in aera, in occurſum tibi Regi vniuerſorum: vt nos, ſancti tui Angeli cum gaudio ſuſcipientes, hilari facie adoremus, ſicut oportet, coram throno gloriæ ſanctæ tuæ Domine: & cum viderimus gloriã ineffabilem, gaudio magno repleti clamemus: Gloria induenti humiles & corruptibiles, gloriã & incorruptionem. Gloria donanti mortalibus immortalitatem. Gloria ei qui ex ore leonis, & deſtructoris inimici liberauit nos, quique nos in ſupercæleſte regnum ſuum vindicauit. Hic radix eſt omnium bonorum, hic lumen eſt inenarrabile, hic nox non inſequitur. hic gaudium ineffabile, quod à dolore aut alio quopiam nõ † deſtruitur. hic incorruptibilitas corruptioni nõ eſt ſubiecta, hic vita à morte non diſſoluitur. Reuera nunc aufugit dolor, & triſtitia ac gemitus: ex ho cum Domino ſemper erimus. Hæ iuſtorum ſunt voces atque Sanctorum, & in pietate exercitatorum, atque electorum in ipſius præſentia, omniumque eorum qui per pœnitentiam complacuerunt † Deo. Vigilemus igitur & nos Dilecti, & attendamus nobis ipſi; vt cum iuſtis manſionem habeamus, & gaudeat cor noſtrum, & gaudium noſtrum nemo tollat à nobis, laudantes ac benedicentes, adoran-

Eſai.10.
Eſai.65.
† al. in iuramentum.
Ibidem.
Eſai.66. & Apoc.21.
Precatio
Luc.18.
A ſimili, & diſſimili.
Dan.3.
Pſalm.18. & 110.
† al. in fide.
† al. in die diſcuſſionis, ſiue examinis.
Matth.13. & Marc.4. Luc.8.
Luc.19.
Ibidem.
Luc.12.
1. Theſſ.4.
† al. & inexcuſabile.
† al. in die timoris, ſiue horroris.
1. Theſſ.4.
† al. non diſſoluitur.
1. Theſſ.4.
† al. Domino.
Iohan.16.

A adorantesque Sanctam, & immaculatam, ac conſubſtantialem Trinitatem, in ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

De Reſurrectione mortuorum, *plura videre qui volet, legat in primis Irenæum lib. 5. contra hæreſes. Tertullianum in libro quem ſatis longũ conſcripſit, De Reſurrectione carnis, Tom. 3. Athenagoram Athenienſem, lib. de Reſurrectione mortuorum. S. Ambroſium in lib. de fide Reſurrectionis, &c. Poſt quos, etiam luculenter & efficaciter licet interdum ſparſim, in hanc ſcripſere materiam. S. Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus, in Symbolo. Damaſcenus lib. 4. S. Iohan Chryſoſtomus ſuper illud Matth. 22.* Acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem &c. *Tom. 2. Idẽ Hom.* B *44. in Ioan. Tom. 3. & Hom. 39. ac 40. 41. 42. in 1. Cor. 15. Tom 4. nec non Hom. 6. 7. 8. in 1. ad Theſſ. cap. 4. eodem Tom. 4. alibiq; incidenter ſæpius. S. Auguſtinus plurimis in locis, lib. 2. de conſolatione mortuorũ, cap. 2. &c. Tom. 9. lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 20 Tom. 5. vbi illud pertractat Apoſt.* Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, &c. *ac lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 12. & ſequentib. Idem in Enchirid. cap. 84. & ſequent. item in lib. de Eccleſiaſt. dogmat. c. 6 Tom. 3. lib. de Fide ad Petrum, part. 1. ca 3. Tom. 3. Lib. de verbis Apoſt. Serm. 34. Tom. 10. Idem ſuper Pſal. 62. Tom. 8. ibi: Promittitur nobis carnis reſurrectio, &c. Item in Epiſt. ad Conſentium, quæ eſt 146. Tom. 2. Ac lib. de Symbo. tract. 3. circa finem, cap. 10. Tom. 9. & Lib. quæſt. 65. in dialogo ad Oroſium, Tom 4. lib 3. de verbis Domini, Serm. 27. & ord. 64. Tom. 10. Et denique Lib. de Catechizandis rudib. cap. 27. Tom. 4. vbi vehementer incredulos illos arguit qui negant mortuorum reſurrectionem, &c. In cuius etiam cõfirmationem ſatis grauiter ſcripſit S. Hieronymus in Epiſt. 152. ad Minerium & Alexandrum. Idem in Epiſt. 61. ad Pammachium, aduerſus errores Iohan. Hieroſolymitani, & alibi ſæpe. Necnon S. Gregorius, præſertim lib. 14. Moralium in Iob, cap. 30. 33. vbi inter alia, pulcherrimam Reſurrectionis demonſtrationem facit per ſimilitudines rerum naturalium.*

C Bonus vir qui miſeretur & commodat, &c.] *Cõcordat hic locus Pſalmi in Græco Cod. S. Ephræm, per omnia cum Græc. edit. lxx. Ceterùm in vulg. Lat. legitur hoc modo:* Iucundus homo qui miſeretur & commodat, &c.] *Apud Theodoritum verò: Bonus vir beneficus, & commodans, diſponens res ſuas cum iudicio, &c. atque ſic Symmachus. Deinde quod ſequitur,* [ab auditione mala non timebit.] *al. reperitur:* nuntium malum non timebit.] *& ſic Chryſoſt. Ac poſtea:* Paratum cor eius ſperare in Domino, &c.] *eadem eſt lectio apud Ephræm. & apud lxx. & in vulg. Sed Symmachus ibi paullò aliter ſic:* Firmum cor eius expers ſolicitudinis in Domino, &c. *Quod porrò ſequitur,* [donec deſpiciat inimicos ſuos] *in Græco quidem, tam apud Ephræm, quam lxx. ad verbum hic eſſet:* donec adſpiciat ſuper inimicos ſuos, &c.] *ſed quia lectio in vulg. Lat. ſenſu ab ea non videtur differre, illi etiam in noſtra hic verſione inſiſtendum putauimus, cùm & ſic legat Auguſtinus. Hieronymus autem ex Hebræo:* (donec adſpiciat in hoſtibus ſuis) *tranſtulit. Et hæc ex Pſalmo. 111.*

Qui mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas] *Ita hic eſt in Græco Cod. & in edit lxx. ac vulg. Lat.* D *vbi tamen quidem pro* [ſicut buccellas,] *legunt:* ſicut fruſta panis] *ita S. Auguſtinus. & nonnulli alij. Deinde, illud quod adiungitur:* ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?] *al. legitur:* in faciem frigoris quis ſtabit?] *alias verò,* quis ſubſiſtet? *Sed in vulg. & S. Chryſoſtomo, ac pleriſque alijs,* (quis ſuſtinebit?) *inuenitur, quod & in noſtra hic verſione retinuimus. Sequitur ibid.* Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea] *vbi pro τὸν λόγον, verbum, vt eſt hic, & apud lxx. ac in vulg. in aliquibus Codicibus τὸ λόγιον αὐτοῦ,* eloquium ſuum, *reperitur. Verba ſunt Pſalmi 147.*

Sed audi quoque Prophetam Ezechielem dicentem: Et facta eſt ſuper mè manus Domini: & eduxit me in ſpiritu Domini, &c.] *Nota ex hoc eodem loco hic ad longum deducto viſionis Ezechielis, cum noſtro Ephræm, etiam alios Orthodoxos Patres euidenter probaſſe Reſurrectionem mortuorum: videlicet Irenæum lib. 5. contra hæreſes, cap. 15. Clementem Roman. lib. 5. conſtitut. cap. 8 & Tertullianum lib. de Reſurrectione carnis, alioſq; alibi, quos vide & cum hiſce conferto.*

Factus eſt autem ſonitus prophetante me. & ecce commotio: & acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad compoſitionem ſuam.] *In alijs Codicib. & apud S. Hieronymum hic legitur:* Et facta eſt E vox, &c. *At apud Tertul. de Reſurrect. car.* Et Ecce vox, dum propheto, &c. *Sequiturq; ibid.* Et acceſſerunt oſſa ad oſſa, &c. *Ita vulg. ita quoq; Tertullian. ac plures alij. pro quo aliàs ſic:* os ad os, vnumquodque ad iuncturam ſuam, *ac ſic Theodoritus, & alij. Apud lxx. aũt, ad verbum magis ſic:* Et factũ eſt, cùm ego Prophetarem, & ecce commotio: & accedebant oſſa inuicem ad iuncturam ſuã, &c. *Poſtea ex eadem prophetia ſubijcitur:* Ipſi dicunt, aruerunt oſſa noſtra, & perijt ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus. *Vbi pro* (abſciſſi ſumus) *vt eſt in vulg. in Græco Cod. S. Ephræm. & apud lxx. reperitur διαπεφωνήκαμεν, quod ad verbũ ſonat, diſſonuimus, vel diſſenſimus, ſiue diſcrepauimus. Sed S. Hieronymus pro eo, ſecundũ Hebræa,* (deſperauimus) *legit. Tertullianus autẽ, magis hic concordans cum vulg.* (auulſi ſumus in eis) *habet. Et iſta hactenus ex prophetia Ezechielis 37. c. ab Auctore noſtro ad longũ producta.*

Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, &c.] *ita eſt in vulg. 1. Cor. 13. pro quo, al.* Cùm autem corruptum hoc induerit incorruptionem, &c. *Verum ex duplici illa lectione, in Cod. noſtro Græco S. Ephræm, fit vna, legiturq; coniunctim ſic:* Cùm autem corruptum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, &c. *quam & alij quidam Patres ſequuntur.*

Poſtea vbi adducitur ex Eſaia: Beati omnes qui immanent in ipſo; quia populus ſanctus habitabit in Sion.]*Eadem hic eſt lectio apud S.Ephræm, & apud LXX. at in vulg. Lat. paullo aliter ſic:* Beati omnes qui exſpectant eum; populus enim Sion habitabit in Hieruſalem, *vbi etiam Euſebius & Symmachus, pro* ἐμμένοντες, *qui immanent,* ὑπομένοντες αὐτὸν, *qui ſuſtinent ipſum, legunt. Locus eſt Eſaiæ 30.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Aduerſus illos, qui dicunt Reſurrectionem mortuorum non eſſe.

CVM Ethnicis ſentis, & dicis mortuorum reſurrectionem non eſſe?
O os abominandum, & Deo inimicum, per quod diabolus loquitur
Ioan 8. mendax, & mendacij auctor. O os mendax, aut verius
Pſalm. 5. ſepulchrum patens, ex maligno theſauro cordis, malignum afferens,
Rom. 3. & dicens, quòd mortuorum reſurrectio non ſit. Quomodo
non tremuiſti hoc tuum indoctum os aperire, & contumelijs
Rom. 8. Col. 1. & Chriſtum afficere, primogenitum mortuorum? Quomodo non dehiſcit terra, &
1. Cor. 15. & abſorbet te viuum? quomodo non percuſſit te Angelus, qui reſurrectionem prædicauit,
Apoc. 1. dixitque mulieribus, quia ſurrexit Chriſtus ex mortuis, primitiæ dormientium?
Matth 28. vbi te ſtatuemus; cum gentilibus, aut cum Chriſtianis? quem te appellabimus,
Marc. 16. paganum aut Chriſtianum? Sed abſit à me, te ſic ſentientem Chriſtianum
Ioan. 20. nuncupare; qui enim ita ſentiunt, Chriſtiani dici non debent: Si verò & ſe Chriſtianos
1. Cor. 15. appellant, ipſi ſe ſeducunt: non enim pars ipſorum erit cum Chriſtianis,
& cum Chriſto vero Deo noſtro, qui nobis donauit reſurrectionem: Sed in gehenna
illorum portio erit, vbi vermis eorum non moritur, & ignis ipſorum non
Eſai. 66. exſtinguitur. Qui enim reſurrectionem non ſperat, nec credit, melius eſſet ipſi
Matth. 9. quòd natus non eſſet. Quid te igitur non dixero, qui ita mentem obſcuratam habes?
Matth 22 & quem te appellem; Sadducæum ne, an Iudæum & Samaritanum? nam etiam
Marc. 12. ac hi negant reſurrectionem, & tu, quibuſcum & pars tua erit, niſi reſipiſcas. Cuiuſmodi
Luc. 20. tenebræ tuos obtexerunt oculos? quæ obſtinatio tuum cor occupauit? Quomodo
Ioan. 10. te rapuit lupus ex ouili Chriſti? quomodo deprauator ſeparauit te ab orthodoxa
Matth 7. 20. fide? Qualis doctor cordi tuo inſeruit huiuſmodi blaſphemiam; teque
à Catholica auulſit Eccleſia? Quo pacto audes miſer contueri cælum? & Chriſtum
abs te violatum inuocare? Qua fiducia miſer, teipſum Chriſtianum nuncupas?
Chriſtum ſpreuiſti, Spiritum ſanctum contumelia affeciſti. Quomodo
Pſalm. 18. manifeſtabis te ſanctis Apoſtolis, & Prophetis miſer; qui quidem adnuntiarunt
Rom. 8. 10. nobis reſurrectionem, & in omnes fines terræ? Quomodo igitur ingredi audebis
Eſa. 26. Eccleſiam, vbi Eſaias Propheta exclamat, dicens: Reſurgent mortui, & expergiſcentur,
qui in monumentis ſunt. Qua, inquam, fronte, ingredieris in aulam
Chriſti; vbi Sancti liberè nobis reſurrectionem adnuntiant, Prophetæ prædicant,
Apoſtoli tradunt, Euangeliſtæ nuntiant? Cuiuſmodi oculis ſpectabis ſanctiſſimum,
& immaculatum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui mortem deſtruxit,
1. Cor. 7. 15. & diabolum conculcauit, & tertia die reſurrexit, & vitam atque reſurrectionem
2. Tim. 1. mundo donauit? quod quidem cuncti fideles participantes in fide clamant:
Heb. 2. Exſpecto reſurrectionem mortuorum: & vitam venturi ſeculi. Ibi Paulus
1. Cor. 15. orator pietatis, diſciplina ſacrorum imbuit fideles, dicens: Ecce myſterium
†De varia iſtius vobis dico: Omnes quidem non † obdormiemus, ſed omnes immutabimur. In
lectione, vide momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Canet enim tuba, & mortui reſurgent
Schol. incorrupti. Et rurſus reprehendens, ac confundens negantes eſſe mortuorum
Ibid. 1. Cor. 15. reſurrectionem, adiungit, dicens: Si autem reſurrectio mortuorum non eſt,
neque Chriſtus reſurrexit: Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio
†al. prædicatio † noſtra, inanis eſt & fides noſtra: Inueniemur autem & falſi teſtes Dei, qui
veſtra, & fides prædicauit reſurrectionem in fines orbis. Et denuò idem Paulus, quemadmodum
veſtra. tales derideat, atque ſubſannet, ait: Si omnino mortui non reſurgunt,

A manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Quòd ſi omninò, vt tu dicis miſer,
mortui non reſurgunt; cur baptizaris? quamobrem immaculata participas
myſteria? Hoc verò noſce, quòd quamdiu ita ſentis, non in peccatorum remiſſionem
participas; ſed in iudicium & condemnationem, & in augmentum peccatorum.
Si enim, vt dicis indignè, mortui non reſurgunt: quamobrem te ieiunijs,
vigilijs, & orationibus maceras? quorſum virginitas? quorſum certamina & ſolicitudines,
cum lachrymis? Si omnino demens, mortui non reſurgunt; omnia
ſcripta tam in veteri quàm nouo Teſtamento falſa ſunt, ſicus dicis. Et Martyres
decepti ſunt, tradentes propria corpora tam multis tormentis, ob futuram vitam,
& omnes Sancti. Vides miſer, quot quantoſque Sanctos, mendaces ſceleſto
& impuro illo tuo ore feceris; neque ſolùm ſanctos, ſed & ipſum omnium Sanctorum
B Dominum? Quid ages miſer: quoniam omnium Sanctorum inimicum
te feciſti, & à Chriſto alienum, ſicut & reliqui illi qui ſpem non habent? Quem
deinceps inuocabis? ad quem confugies? inimicum enim te, & Deo & Sanctis reddidiſti.
Non te pudet ingredi Eccleſiam Dei, in qua Paulus clamat, dicens: Quoniam
ipſe Dominus ſola † iuſſione, in voce Archangeli, & in tuba Dei, deſcendet de
cælo; & qui mortui ſunt in Domino, reſurgent primi: Deinde nos, qui viuimus,
qui reſidui ſumus, vnà cum ipſis rapiemur in nubibus, in † occurſum Domini,
in aera; & ſic ſemper cum Domino erimus. Cuiuſmodi manibus ſuſcipies pretioſum
corpus Dei, & admouebis impuro tuo ori, quod ipſum Dominum violauit?
Deſiſte poſthac, ô miſer. Deſiſte ab hac graui blaſphemia. Deſine contumelijs
afficere Sanctos, & Deum negare, Deoque contradicere. Qui reſiſtit poteſtati,
Dei ordinationi reſiſtit, vt inquit Apoſtolus. Quid illi eueniet, qui Deo
C ipſi reſiſtit? Qui terreni Regis mandatum non ſuſcipit, non retinetur in vita;
qualia ergo ſupplicia apprehendent non obedientem mãdato Regis cæleſtis, hoc
eſt, immaculato eius Euangelio? Quomodo patitur clementiſſimus Deus, & eſt
longanimus, quomodo ſuſtinet, & non è veſtigio obſtruit talium impiorum ora?
quomodo terra ſuum non aperit os, & ſimiles abſorbet viuos? Dominus dicit:
Reſuſcitabuntur mortui; & tu dicis, reſurrectio mortuorum non eſt? Verbo Domini
ex non ſubſiſtentibus, ad eſſe producta ſunt omnia, cæleſtia atque terreſtria,
viſibilia & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Archangeli, ſiue Principatus,
ſiue Poteſtates. Cuncta per ipſum, & in ipſo condita ſunt, feruntúrque vniuerſa
verbo virtutis ſuæ, ſicut ſcriptum eſt: Cęli verbo eius firmati † ſunt, & terra
ſuper aquas firmata eſt, cæleſtia ac terreſtria, & quæ ſubtus terram ſunt, & omnes
D abyſſi verbo eius obediunt, & tremori auſcultant, & tu non credis? Væ qui iudicatur
ab eo, qui illum finxit. Time ô homo: durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.
Conuertere ad Dominum homo, & noli eſſe incredulus. Qui enim fidẽ non
habet Filio, non adſpiciet vitam: ſed ira Dei manet ſuper ipſum. Non igitur ſis incredulus,
ſed crede, vt cum fidelibus connumereris. Crede in Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum, doctorem omnis boni, & audi ipſum dicentem: Amen amen dico
vobis, quia venit hora, quando mortui audient vocem Filij † hominis, & qui
audierint, viuent. Et rurſus ait: Cùm venerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes
Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper Thronum maieſtatis ſuæ, & congregabuntur
ante eum omnes gentes, à mortuis videlicet reſuſcitatæ. Audi iterum Dominum
ipſum dicentem: Cùm enim à mortuis reſurrexerint, neque generabuntur,
E neque generabunt, neque nubent, neque nubentur, neque vltra mori poterunt:
ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælis. Anne ſufficiunt iſta? num perſuaſimus vobis,
vt à blaſphemia diſcedatis? Nemo igitur ſit, qui non credat reſurrectionem mortuorum.
Quis Deo fidelior teſtis? Ipſe Deus teſtatur, nemo maneat incredulus:
ſed omnes ſimul vna voce acclamemus: Credimus in Dominũ, ipſumque adoramus,
dicentes: Adoro, & credo videre reſurrectionem mortuorũ, & vitam venturi ſeculi.
Cernitis quomodo conuertitur quis retrorſum? omnis qui ſentit talia,
Chriſtum exuit. Quod ſi quæ in verbis, eiuſmodi ſunt, quæ in rebus, cuiuſmodi
erunt? Quæ ſi velimus in medium adducere, & omnia enarrare, vniuerſum mihi
tempus non ſuffecerit, ad cunctas abſurdas explicandas inſolentias, quibus rectè
depoſitis atque abiectis, iterum implicamur, & quæ rectè obliti eramus, rurſus
malè in memoriam reuocamus, conuerſi retrorſum, rurſus eadem aſſumpſi-

mus

Ibidem.

1.Cor.15.

Valida & efficax confutatio.

Contra Hæreticos.

1.Theſ.4.

1.Theſſ.4.

†al. in iuſſu, & in voce Archangeli, &c.

†al. obuiam Chriſto Domino.

Tit.3.

A minori.

Iohan.5. & 11.

Gen.1.

Sap.9.&c.

Pſalm. 32.

†al. formati.

†al. facti ſunt.

Pſalm.148.

Act.9.

Ioan. 3. 5. 20.

Ioan. 5.

†al. filij Dei.

Matth. 25.

Matth.22.
Mar. 12. & Lucæ.22.

De hôc vide in Schol. plura.

Græca hoc loco nonnihil intricata ſunt.

mus opera impiorum hominum, habitus, & negotia, & verba, & actiones: quæ
quidem pudor foret reuelare, & in medium afferre. O improbum dæmonem. O
honeſtatis inimicum & hominum, & immundum ſpiritum. Quomodo vnumquemque
fraudulenter ſupplantat ac fallit, & nequiter perſuadet? Clamat Dominus
per Prophetas, & per Apoſtolos, & per Euangelia, & ex mulris pauci
attendunt. Vocat diabolus per citharas, per tripudia, ac cantilenas dæmoniacas,
& multitudinem congregat. Et humani generis amator inuitat quoſcunque,
Matth.11. & dicit: Venite ad me omnes; & nemo eſt qui obediat, nemo qui ſtudioſè conetur.
Ioan.6.7. Hominum hoſtis diabolus exhortatur, & omnes accurrunt. Si quando autem
prædicari contigerit ieiunium, aut vigilias, cuncti conſternantur ac deplorant,
Nota. & velut mortui redduntur. porrò ſi quando denuntientur prandia aut cœnæ,
aut citharæ, aut cantilenæ dæmoniacæ; omnes hilares fiunt, ad curſum agiles,
vigiles, & ſe inuicem conuocant, ſimulque ad malum curſum concurrunt, &
Matth.5.6. malum certamen decertant. Non amplius honeſtè, ſicut decet Chriſtianos, ſed
Epheſ.4.& ſicut ethnici. Non amplius vt Dei miniſtri, ſed vt ſerui, ſed vt fugitiui; & frequenter
1.Theſ.4. Rom.16.Phil.3. per totos dies, laborantes propter ventrem, totamque noctem inſomnem ducunt
in perditionem animarum ſuarum, ludentes & illuſi, aliudque nihil ex labore
Luc.6. & vigilijs lucri facientes ſibi, præter væ, quemadmodum ait Dominus: Væ vobis
qui ridetis nūc, quia lugebitis, & flebitis. Nam qui hîc noluerint modicum lugere,
Epheſ.4.& ibi plorabunt in omnem æternitatem. Nemo vos ſeducat fratres. Non Chriſtianorum
1.Theſſ.4. hæc ſunt, ſed infidelium gentium. ſicut dixit Dominus: ne diſtrahamini;
Luc.12. hæc enim cuncta gentes mundi faciunt, quibus non eſt ſpes ſalutis, neque deſiderium
1.Ioan.2. æternorum bonorum. Nobis autem dictum eſt: nolite diligere mundum,
Ibidem. neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis autem diligit mundum, non eſt charitas Patris
in eo: quia omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut cōcupiſcentia
oculorum, aut ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. &
Rom.6 Gal.3. mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet
1.Cor.11.& in æternum. Noſtis fratres, quòd quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum
2.Cor.3. induiſtis. Quomodo igitur Chriſtum induti, diabolo inſeruitis? neſcitis gloriam
Epheſ.1. Phil.1. donumque Dei vos eſſe? Quo pacto ergo imaginem Dei ferentes, eam non honoratis:
verùm inhonoratis ipſam rebus gentilium? O quibus quantiſque bonis priuamur,
1.Cor.10. his ipſis rebus. Iuſſus es frater ab Apoſtolo, omnia in gloriam Dei facere:
Epheſ.6. tu verò rebus ethnicis diabolum oblectas, hominum autem amatorem Deum
1.Iohan.2.& ignominia afficis. Admoneris vt aſſiduè ores, tu autem aſſiduè diſtraheris. Iuſſus
Col.3. Luc.12. es mundanas abnegare concupiſcentias. mandatum à Domino accepiſti, ne in altum
1.Tim.6. Eccl.21.& extollaris: tu verò ad hæc non conſideras, ſed auditum auertis, poſtea verò
Apoc.19. felle acerbius reperies, acutumque magis gladio ancipite. Talis enim eſt peccati
natura, delectat parum, & cruciat multum. delectat ad tempus, cruciat in perpetuum.
Vultis vt planum faciā vobis idololatriam eſſe in luſibus poſitam? audi quid
1.Cor.10. dicat Apoſtolus: Nolite fieri idololatræ, ſicut ſcriptum eſt: Sedit populus manducare
Exod.32. & bibere, & ſurrexerunt ludere. Vide igitur ne dum ludere appetis, inueniaris
1.Cor.3.& cum idololatris. Vnuſquiſque enim proprium onus portabit, & quiſque
2.Cor.5.ac Gal.6. metet quod ſeminauit. Vide ne hîc ſeminaueris ſpinas, riſus, diſtractiones, & ibi
Matth.12.24.25. metas lachrymas atque ſuſpiria. multa habeo dicere, ſed nequeo in præſentia
Luc.12.21. cuncta referre. Hoc autem norit quiſque, quòd definitus certusque Deo ſtatutus
Rom.2.& ſit dies, quo iudicabit mūdum, verùm longanimus eſt, nolens quemquam deperdi,
1.Theſſ.5.ac 2.Tim.1. ſed omnes ad pœnitentiam venire. Veniet autem dies Domini, quo cæli cōſtagrantes
2.Pet.3. ſoluentur, vti ſcriptum eſt: & omnes velimus nolimus ibi congregandi
Eſai.65.66. ſumus, ſtatuendi ad tribunal Chriſti. Vbi etiam Angeli cum timore adſtant. vbi
Matth.24.25. Luc.21.Rom.14 aperientur libri, quos nunc legentes & audientes, non ſuſcipimus; hos illic videbimus,
Apoc.20. dum aperientur atque legentur, & condemnabunt nos, ſicut ait Apoſtolus:
in die qua iudicabit Deus ſecreta hominum, ſecundùm Euangelium meum.
Rom.2. Et Dominus dicit: ſermo, quē locutus ſum, ille iudicabit mundum in nouiſſimo
Ioan.12. die. Videte, quoniam ſecundùm Euangelia ſumus iudicandi, in die illa. Attendite
diligenter quæ ſcripta ſunt, & non deſpexeritis. Væ contumelia afficientibus
†al. diuinas. ſcripturas † ſacras. multi namque ſunt vaniloqui, ſeipſos decipientes, qui ſi
2.Pet.2.3.& Iacob.1. quando de iudicio & ſupplicio audierint, deridentes dicunt: numquid ego melior ſum

orſum toto mundo? vbi vniuerſus mundus, & ego, præ toto mundo, quid mihi accidere debet? fruar interea huius ſeculi bonis, & ſicut totus mundus, & ego. Tandem completo vitæ ſuæ termino, venit miſſus Angelus ſeuerus, ipſius animam repetens, dicenſque: Completa eſt tua via, in hac vita; venito igitur ad alium mundum, venito ad proprium locum. Deinde relinquent illum oblectamenta vitæ huius, quibus exiſtimabat ſe perpetuò fruiturum, & abit, tractus ab Angelis malis in locum ſupplicij: quem aſpiciens, contremiſcet, verberabitque manibus faciem ſuam, & circumſpiciens huc illucque effugere volens: non enim reperit ibi aufugiendi modum, nam detinetur arctè conſtrictus, ab ijs qui eum adducunt ad tormenta. Tunc dicunt ei Angeli, qui ipſum tenent: Quid contremiſcis infelix? Quid turbaris? Quid dolore angeris? quid vereris miſer, quid miſer B extimeſcis? Tu tibi ipſe hunc locum præparaſti: tu iam mete quod ſeminaſti. Audiebas de formidabilibus tormentis, & deridens dicebas: vbi mundus totus, & ego, & nunc quid tremis? non es ſolus, ne fleas; vbi totus mundus, & tu. Deinde ingreſſus in locum illum, volens nolens, acriterque tortus, incipit miſerabiles emittere voces, & obſecrare eos qui in iudicio ipſum ſiſtunt, vt vel exiguam impetrent relaxationem. Et reſpondent ei: Quid clamas? numquid tu melior es mundo? vbi totus mundus, & tu, ſicut ipſe aiebas. Tuncque ex profundo cordis ſuſpiria ducens, ait: Et quid mihi profuit vniuerſus mundus? Væ mihi, quia deceptus ſum & illuſus. Iuſtum eſt iudicium Dei. Nunc cognoui ego miſer, quoniam quod ſeminauerit homo, hoc & metet. & quod ligauerit onus, & hoc & portabit. Væ mihi, quia audiui & non ſuſcepi. Quot decertantes vidi, & vigilantes, ac ieiunantes, miſericordiæque opera exercentes; & cunctos maledictis inceſſebam, & C irridebam? quot ego ſpectabam gementes & flentes; & omnes illudebam. Væ mihi, quia illuſus ſum. Vtilius mihi fuiſſet centum ibi annos luxiſſe atq; ploraſſe, & ieiunaſſe, ac potius lapides mandere; & non venire in hunc locum tormenti. Quis mihi dabit tempus pœnitentiæ trium dierum in illo ſeculo, quod malè conſumpſi miſer? Verùm panegyris atque celebritas iam ſoluta eſt, & non eſt amplius pœnitentiæ tempus. Hęc & ſimilia dicturi ſunt in tormentis, qui ſacras hîc ſcripturas ſubſannant. Timeamus igitur minas illorum ſuppliciorum, deſinamuſque inhonorare Deum: Quem decet omnis gloria, honor, & adoratio, omniſque gratiarum actio, in ſempiterna ſecula ſeculorum. Amen.

Luc 12.
Matt. 25. & 2.Cor. 5.
Galat. 6. & 1.Cor. 9.
Matth. 18. 25. Luc. 16. 21. & 2.Pet. 2.
Pſalm. 118. Rom. 2. & 2.Theſſ. 1. & 2.Tim. 4.
Galat. 6 & 1.Cor. 9.
Sap. 5.
Lucæ. 16.
2.Tim. 2.
Apoc. 16.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

Quem te appellem Sadducæum ne, &c] *Variæ olim ſectæ nequiter impugnarunt Reſurrectionem mortuorum: Nam Sadducæi inter Iudæos, illam (vt eſt Matthæi 22. Marci 12. & Luc. 20.) impiè negarunt. Hanc autem iam factam, ac perinde non vltrà exſpectandam, voluerunt Hymenæus & Philetus: Hunc errorem Simoni Mago, Valentino, Appelli, Cerdoni, Caianis, Seuerianis, Archonticis, & Proclianitis impingit S. Auguſtinus. Sicut Baſilidi & Marcioni Irenæus, & Tertulianus. Cæterum pro irrefragabili veritate Reſurrectionis mortuorum, contra tam nefandos errores pleniſſimè, & efficaciſſimè conſcripſerunt S. Ephræm hic noſter Syrus, vt ex præcedentibus antehac nunquam editis, patebit. Irenæus aduerſus hæreſes Valentini, & ſimilium, libro 5. vbi plurima Reſurrectionis exempla, demonſtrationeſq; in medium adducuntur, & blaſphemiæ contrarium ſentientium produntur & confutantur. Ac Tertullianus in libro de Reſurrectione carnis. Item Athenagoras, libro de Reſurrectione mortuorum. necnon S. Ambroſius, Libro de fide Reſurrectionis, &c. Hinc & S. Auguſtinus contra eiuſmodi incredulos, in Libro De Catechizandis rudibus circa finem ſic ſcribit: Qui irrident, inquit, reſurrectionem, putantes quod caro iſta quia putreſcit, reſurgere non poteſt, ad pœnas in ea reſurrecturi ſunt: & oſtendet illis Deus, quia qui potuit hæc corpora facere antequam eſſent; poteſt ea in momento reſtituere ſicut erant. Omnes autem fideles regnaturi cum Chriſto, ita reſurgent in eodem corpore, vt etiam commutari mereantur ad incorruptionem Angelicam, vt æquales Angelis Dei fiant, &c. ita libro citato cap. 27. Tom. 4. Auguſtinus. Et Chryſoſtomus ſuper illud Matthæi 22.* qui dicunt non eſſe Reſurrectionem, *&c. ſic ait: In omni re, aut actu, virtus agendi ſpes eſt futuri. Qui enim arat, arat vt metat: qui pugnat, pugnat vt vincat. Et poſt pauca: Tolle ergo ſpem reſurrectionis, & reſoluta eſt obſeruantia omnis pietatis, &c.*

Quomodo ingredi audebis Eccleſiam, vbi Eſaias exclamat: Reſurgent mortui, & expergiſcétur qui in monumentis ſunt.] *Hunc eumdem Eſaiæ 26. locum, etiam in præcedēti Tract. ad probandā* A *Reſurrectionem mortuorum adduxit Auctor, tamquam infallibilis & inuincibilis veritatis, ſummæq; in Eccleſia aduerſus contrariū ſentientes, auctoritatis, quòd ab ipſo Domino per os Prophetæ iſta ſint pronuntiata, & nobis in eccleſia credenda propoſita, ſicut ex poſtea hîc quoque ſubiectis amplius clareſcit, vbi habetur :* Dominus dicit: Reſuſcitabuntur mortui, & tu dicis, reſurrectio mortuorum non eſt? &c. *Vnde hæreticus eſſe conuincitur, & putridū membrū ab Eccleſiæ corpore abſciſſū, qui mortuorū reſurrectionem negare, vel eam malitioſè impugnare atque effringere auſus fuerit, quemadmodum hîc pluribus demonſtratur apud S. Ephræm. Ad lectionis porrò iſtius varietatē quod attinet, concordat hîc Auctor noſter cum lxx. Sed in vulg. Lat. paullò aliter ſic habetur:* Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent, &c. *ita quoque apud Aquil. Sed Hieronymus in Comment. ant. & nonnulli alij hîc (* euigilabunt mortui *) legunt. Et Euſeb.* quaſi ipſi audierint, &c. *De quo, vide Schol. in edit. lxx.*

Cuncti fideles participantes in fide Clamant: Exſpecto reſurrectionem mortuorum, & vitam B venturi ſeculi.] *Non caret graui auctoritate atque myſterio, quod hic dicit Auctor antiquiſſimus, cūctos Chriſti fideles in fide clamare* Exſpecto reſurrectionē mortuorum, &c. *quoniā iſta verba continentur Symbolo Patrum in primo Conſtantinop. Concil. general. fundato, quod manifeſtè & ſolenniter in Miſſa paſſim per orbē Chriſtianū decantatur ac proclamatur, ad maiorē ſcilicet rectæ fidei teſtificationē atque illuſtrationem; hæreticorū verò perpetuam confuſionē, &c. Habetur autē illud integrum in eo Concil cap. 7. & repetitur in quarto Concil general. Chalcedonen. act. 2. Et in Concil. Toletano 3. cap. 2. quod incipit:* Pro reuerentia ſanctiſſimæ fidei, &c. *vbi ad verbum habetur:* Conſtitutū eſt, vt per omnes eccleſias Hiſpaniæ, & Galliciæ ſecundum formam Orientalium Eccleſiarum Concilij Conſtantinopolitani, hoc eſt, centum quinquaginta Epiſcoporum, ſymbolum fidei recitaretur; & priuſquam Dominica dicatur Oratio, voce clara populo prædicetur, quo & fides vera manifeſtum teſtimonium habeat, & ad Chriſti corpus & ſanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata accedant. *Atque hanc Conſtitutionem petitione Reccaredi Regis, fecit ſacra illa Synodus. Conſtat ergo manifeſtè Auctorem hîc ad verba Symboli in Conſtantinopol. primo contenta, ibiq; promulgata alluſiſſe, dum dicit cunctos fideles in fide clamare & profiteri Reſurrectionem mortuorum, &c quò etiam poſteriora reſpexiſſe Concilia in Conſtitut. de recitatione Symbol. fidei, iam demōſtratum eſt. Celebratum autem eſt illud poſt Nicænum primum generale, temporibus Gratiani & Theodoſij Principum, Damaſi Papæ & Cyrilli Hieroſolymitani, ac Nectarij Alexandrini Patriarchæ, &c. circa quæ etiam tempora S. Ephræm, ſecundùm quoſdam, adhuc florebat, vt mirum non ſit, Symbolum iſtius Concilij generalis tunc habiti, ab eo citari atque celebrari.*

Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, *id eſt:* Omnes quidē non dormiemus, ſed omnes immutabimur, &c.] *Sic ferè antiqui Patres Græci legunt hunc locum Apoſt. 1. Cor. 15. ita Iuſtinus Martyr in reſponſionibus ad orthodoxos. ita Origenes in lib. cont. Marcionem, qui in Vaticana reperitur manuſcriptus. Ita quoque eſt in vulgatis Græcis. At S. Hieronymus Eſai. 51 & Ioel. 2.* Omnes quidem dormiemus, ſed non omnes immutabimur, *legit, ſic quoque Tertullianus & Cyprianus. Verùm vulgata Latina hodie recepiſſe videtur:* Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, &c.] D *& ſic Ambroſius in dictum caput 1. Cor. 15. Et Philon Carpathius amicus Epiphanij Salaminæ, in Cantica Canticorum. Ceterùm de ſenſu & varietate iſtius lectionis, plura lectu ſcituq; digna inuenies apud S. Hieronymum in Epiſt. 152. ad Minerium, & Alexandrum, vbi plenius hunc locum Apoſtoli examinat explicatq;.*

In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba, &c.] *Iſta quoque verba Apoſt. 1. Cor. 15. aliter atq; aliter à SS. Patribus citantur atq; leguntur: Tertullianus enim lib de Reſurrect. carn. c. 42. legit :* In atomo in momentaneo motu oculi.] *Et ſic idem c. 51. retinuitq; quod Græcè* ἐν ἀτόμῳ. *illud autem* ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ, *paraphraſticῶs tranſtulit, in momentaneo motu oculi, &c. Motus ſiquidem oculi (inquit S. Hieron. in Epiſt. 152. ad Minerium & Alexandrum) qui Græcè dicitur* ῥοπή, *tanta celeritate tranſcurrit, vt ferè ſenſum videntis effugiat. Pro quo noſter Interpres, & moderni Codices* ἐν ῥιπῇ, *id eſt, in ictu oculi, legunt, quomodo & nos hîc cum S. Ephræm legimus, ac etiam S. Hieronymi tempore ſic lectum comperimus. Quorum hoc translatum ab ictu oculi ſeu fulminis, illud autem à motu lācis ſeu libræ: confundit tamen vtrumq;, ac vnum pro alio vſurpari, adnotauit Heſychius. Et de iſta varia lect.* ἐν ῥοπῇ, E καὶ ἐν ῥιπῇ, *vide quoq; apud S. Baſil. Magnum in lib. Hexamer. Homil. 6. vbi Apoſtolum adducit dicentem:* In momento temporis, in ictu oculi, &c.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De † Conſummatione ſeculi, & de Antichriſto.

† al. Eiuſd. in Antichriſtum Sermo, & de Conſummatione huius ſeculi.

QVO pacto minimus ego Ephræm, qui peccatis delictiſque varijs abundo, enarrare audebo ac potero, quę captum meum excedunt? Verùm quandoquidem ſua pietate ac miſericordia Saluator noſter affatim linguam noſtram mouet, prout vult, ad ea recenſenda, quę in communem vtilitatem, omnium verò ædificationem, & mihi dicenti, & cunctis auditoribus cedere poſſint: Verba in doloribus facturus ſum, & cum ſuſpirijs dicturus de inſtanti huius mundi conſumatione, impudentiſſimoque ac ſuauiſſimo dracone Antichriſto; qui turbaturus adueniet omnem ſub cælo regionem, timorem ac puſillanimitatem, grauemque perfidiam cunctorum ſimul hominum pectoribus inijciens, prodigia quoque ac ſigna, terroreſque protendens, vt ſi fieri poſſet, in errorem etiam ipſos induceret Dei electos, omneſque decepturus in falſis ac mendacibus ſignis, prodigiorumque imaginationibus, quæ ab illo fient. Siquidem ſancti magnique Dei permiſſu, poteſtatem decipiendi mundum accipiet, quòd impleta iam ſit impietas ſeculi, hominumque iniquitas multiplicata nimis, quodque ab omnibus, & per omnia, & vbiuis locorum peſſima quæque hodie perpetrentur. Eam igitur ob rem, immaculatiſſimus Dominus, ſpiritu erroris tentari patietur mundum, propter eorum impietatem; quandoquidem ſic Deo relicto, placuit hominibus adhæreſcere maligno. Magnum fratres chariſſimi, tunc cunctis hominibus, maximè verò fidelibus & Sanctis erit certamen, magnaque tribulatio in diebus illis, quando ſigna & prodigia in magna poteſtate à ſceleſtiſſimo Dracone perficientur. quando rurſus ſeipſum vt Deum oſtentabit, formidabilibus portentis per aëra volitans, cunctique dæmones in forma Angelorum, cum timore coram tyranno in aëre ſublimes volitare conſpiciētur. Clamabit enim cum fortitudine, etiam formas immutans, ad immenſum terrorem cunctis incutiendum hominibus. Quis quæſo fratres, ſcuto fidei, ſic tunc reperietur munitus, vt immobilis perſiſtens, euidens tunc argumentum ſecum in animo habeat, iam ſanctum vnigeniti Filij Dei aduentum adeſſe: quando inenarrabilem illam viderit tribulationem vbique ſuper omnem animam fieri, omni prorſus ſolatio ac requie deſtitutam vndique, in terra & in mari. Quando vniuerſum mundum conſpexeris turbatum, (fugiet enim etiam quiſque ad montes, vt abſcondatur in illorum cacuminibus) & alios quidem fame perire, alios verò grauiſſima ſiti, inſtar ceræ, liqueſcere; & qui eorumdem tunc miſereatur, nullum adeſſe. Quando videris quācumque faciem lachrymis madentem, ac magno cum deſiderio homines ſciſcitari, num vſquam adhuc ſit verbum Dei in terris; reſpondeaturque nuſquam? atq; iſtud eſt, quod noſſe deſiderabit homo. Quis obſecro tantam doloris afflictionem feret? aut quis † intolerabilem illam preſſuram ſuſtinebit? Quando videris confuſionem totius mundi, populumque vndique ab vltimis finibus terræ venientem, ad adorandum Antichriſtum, clamantemque magno cum timore atq; tremore: Tu es Saluator mundi, ac Filius Dei. Tunc mare indignabitur atque turbabitur, terra exareſcet, cæli non pluent, plantæ marceſſent, cunctique Orientalis plagę incolæ timore nimio exterriti ad partes occidentales fugient. Et vice verſa, qui occiduas regiones inhabitant, præ timore ad loca orientalia fugam capient. Aſſumpta enim poteſtate, tunc impudentiſſimus ille dæmones ablegabit ad vniuerſos terræ fines, qui cunctis prædicent, magnum iam Regem cum gloria apparuiſſe, omneſque ad occurrendum ei, viſendumque ipſius decorem inuitent. Quis quæſo ita adamantino eſt pectore, vt fortiter atque intrepidè cuncta illa ſcandala ac mala perferat? Quis inquam erit iſte, ſicut ante dixi homo, vt cum, patientiamque eius, omnes mortales Angelique Dei felicem prædicent? Ego quidem ô fratres Chriſto dilecti, vel ſola recordatione ſæui illius Draconis attonitus fio, dum animo mecum complector, cogitoque futuram illam tribulationem atque anguſtiam, quæ illo tempore cunctis obueniet hominibus; & quomodo ſceleſtus atque infamis humano generi apparebit hic Draco; maximè verò quàm atrox infeſtuſque futurus ſit Sanctis Dei hominibus, qui portenta hæc eius fallacia videre ac vincere poterunt. Erunt enim, erunt tunc plurimi, qui Deo grati placitique reperientur, in montibus ac collibus, lociſque deſertis, in multis

Matth. 24.
Marc. 13.
Luc. 21.
2. Theſſ. 2.
Antichriſti ſigna & prodig. fallacia.
Matth. 24.

2. Theſſ. 2.

2. Theſſ. 2.

Matth. 24.
Mar. 13.
Luc. 21.

† al. inexplicabilem.

Matth. 24.
Marc. 13.
Lucæ. 21.

Heb. 11.

orationibus, planctuque immenſo, ſaluandi. Deus ſiquidem ſanctus contemplãs
eos ſic in gemitibus ineffabilibus, fideique ſynceritate perſeuerantes, commiſe-
ratione illorum ducetur, velut indulgentiſſimus Pater, ſecuros eos vbi ſeſe abdi-
derant, conſeruans. Etenim impuriſſimus ille non ceſſabit inquirere Sanctos
quoſquè, in terra, ac mari ſecum ſic ſtatuens, quòd deinceps ſuper terram regna-
2.Theſſ.2. turus ſit, omneſque dominatui ſuo ſubiectos iri. Exiſtimabitque miſer ſe hora il-
la tremenda reſiſtere poſſe, quando ad iudicium venerit Dominus, ignorans in-
terim impius ſuam ipſius imbecillitatem, atque ſuperbiam, ob quam & ipſe cor-
ruet. Turbabit tamen terram, exterrebitque ſimul vniuerſa fallacibus prodigijs
Daniel.12. & magicis ſignis. Nulla, tempore illo formidabili, quando Draco venerit, erit in
Matth.24. terris requies; verùm maxima tribulatio, perturbatio, atque confuſio. mortes at-
que fames in cunctis finibus terræ. Siquidem ipſe Dominus diuino ore ſuo præ-
dixit, talia non contigiſſe ab initio creaturæ. Nos autem peccatores, quo pacto
immenſam atque inexplicabilem illam anguſtiam adumbrabimus, cùm ſic eam
nobis Deus denominauerit? Figat verò hîc quiſque ſedulò mentem ſuam in ſan-
ctiſſimis dictis Domini ac Saluatoris noſtri, animaduertatque quo pacto ob ne-
Matth.24. ceſſitatem anguſtiamque illam intolerabilem, dies illos ſua pietate ac miſericor-
Luc.21. dia abbreuiet, nobis ſic præcipiens: dicenſque: Orate ne fiat fuga veſtra in hyeme,
Ibidem. vel ſabbatho. vnde & rurſus Saluator apertiſſimè dicit: Vigilate itaq; omni tem-
Heb.10. pore, orantes vt digni habeamini fugere iſta omnia quę futura ſunt, & ſtare ante
2.Pet.3. filium hominis, quando veniet in gloria ſua. Ne ergo diffidamus; licet hæc tardi-
us videantur ſuper terram euentura. Tempus enim iam propè eſt, vobis interim
cunctis in ſylua omnis malitiæ permanentibus, & nullatenus credere volenti-
†al. pro communi omnium ſalute. bus. Oremus igitur aſſiduè cum lachrymis & orationibus, die noctuque, † vt ſalu-
tem conſequi mereamur.

ALIVD † METRVM.

†al. Alia de Antichriſto oratio.

SI quis compunctionem cum lachrymis habeat in orationibus, Dominum
Matth.24. Mar.13. Luc.21. & 2.Theſſ.2. roget, vt effugere queat maximam tribulationem ſuperuenturam orbi ter-
ræ; ne omnino videat illam beſtiam, neque etiam rurſum ſigna & prodigia
audiat fieri per loca, ac terræ motus, fames, morteſq; diuerſas in terris. Stre-
nui ſit animi oportet, qui in medio tot ſcandalorum tunc ſuam ipſius ſaluare po-
terit vitam. Si enim aliquis hominum, vel paullulò remiſſior inuentus fuerit, fa-
Apoc.14. cilè obſidebitur, & expugnabitur, captiuuſque reddetur, per ſigna atque portenta
Draconis peſſimi ac dolo pleni. Indignuſque talis reperietur venia in die iudicij,
quia ſpontanea voluntate ſua, fidem Tyranno dedit. Multis ſanè orationibus ac
lachrymis ô chariſſimi, nobis opus erit, vt tunc firmi atque conſtantes in tentati-
onibus permaneamus. Plurima etenim ſunt portenta atque figmenta beſtię tunc
futura: cùm enim aduerſetur Deo, cunctos ipſe molitur perdere. Audite Christo
Num.20.22. dilecti fratres mei, quid fecerit populo Iſraelitico in deſerto, exeũti de Aegypto,
Num.23.31.& 2.Pet.2. quomodo infelix hic & ſceleſtiſſimus illos dolo aſtuq; circumuenerit; vt cuncti
grauiſſimum illud peccatum committerent. Suggeſſit quippe Balaam, vti Balaac
†al.vt mulieres ciuitatis nudas in tabernaculis ſtatuat citra verecundiam, &c. regi Madianitarum ſubminiſtraret conſilium peſſimum, vt ſcilicet † mulieres ci-
uitatis in tabernaculis ſtatuerentur, populuſque ad fornicationem, & ſacrificia
pelliceretur: vt Deus impietate illorum offenſus, ſimul funditus eos perderet,
quando iam cuncti velut bruta animalia, in fornicatione ſua cum mulieribus ex-
arſiſſent. Conſtituitque mulieres inuerecundas ac publicas, quæ ad peccandum
ceteros incitarent; menſas quoque libaminibus ac hoſtijs plenas præ foribus ta-
bernaculi, omnes ad mortem pertrahens: vt qui cum impuriſſimis illis congre-
di cuperet, prius hoſtias offerret, & deinde ad tupitudinem cum illis perpetran-
dum ingrederetur. Pro mercede enim fornicationis, tantummodò hoſtias atque
†al.& diuitibus, mulieres diuitũ, reliquas verò vniuerſas cuncto populo, &c. libamina accipiebant. Statuit principibus filias principum, & diuitibus † filias
diuitum, plebeias autem mulieres plebeijs, omnique populo: volens cunctos ſi-
mul in caſſes mortis pertrahere: maxime ſi pauperculam non aſpernaretur diues,
neque alicuius plebeij filiam princeps. Cernis ecce grauitatem facinoris, malig-
numque inuentum, quo pacto omnibus foueas in mortem effodiat? An quis
vmquam veſtrum tam impudens facinus adſpexit? fornicationemque ſic gladi-
um

A um vtrimque acutum continentem?Duplici ſiquidem morte,& vtraque ſæuiſſi-
ma,enecabāt eos mulieres,qui ad ipſas ingrediebantur,impij ſcilicet ſacrificij,&
nefariæ fornicationis. Ad eundem modum etiam hic ſe armabit Tyrannus,vt
cuncti beſtiæ ſigillo reperiantur muniti,cùm aduenerit decepturus vniuerſum
mundum ſuis ſignis atque prodigijs, tempore ſuo,in conſummatione nimirū ſe-
culorum:& ita demum accepto prius eius ſignaculo,ſibi cibum, & quamcumque
formam comparandi,poteſtatem habeant.Statuet autem principes ad iſtud ſce-
lus,edictumq; ſuum exequendum. Attendite fratres ſuperbiam beſtiæ, & machi-
namenta iniquitatis;quoniam à ventre principiū ducet: vt quādo quis cibi preſ-
ſus fuerit inopia,cogatur tunc ſignaculum illius ſuſcipere. Dabitque hoc ſuum
ſignum ſceleſtus ille,non quidem promiſcuè pro quolibet corporis membro,
B ne hoc graue ſit atq; moleſtum ipſis;ſed in dexteram manum,ac frontem inſcul-
pturus eſt homini characterem hunc ſuum impium:ne ſcilicet facultas ſit homi-
ni,dextera ſe ſignandi ſigno Chriſti Saluatoris noſtri,neque rurſus in fronte vl-
latenus tremendum ſanctumque Domini nomen imprimere queat, neque eti-
am glorioſam atque formidabilem Saluatoris crucem inſculpere. Nouit quippè
infelix ille,per impreſſionem Crucis Domini,poteſtatem ſibi omnem ademptā
iri. Quamobrem ſignat hominis dexteram,quòd ea ſcilicet, cuncta noſtra mem-
bra ſignemus. Similiterque frontem,quòd illa,candelabri in modum, lucernam
lucis,hoc eſt ſignum Saluatoris noſtri,in altum præferat. Reſtat ergo fratres mei
chariſſimi,horrendum cunctis fidelibus atque potētibus Chriſti amatoribus qui
tunc reperientur,certamen;ne vnquam ad horam vſque mortis ab eo ſe vinci ſi-
C nant,neque torpore langueſcant,quando iam Draco ſignaculum ſuum loco ſig-
ni Crucis Saluatoris noſtri,modis omnibus machinabitur imprimere, vt nulla
penitus ratione nomen Domini ac Saluatoris nominetur temporibus ſuis,faci-
etque hoc ſuæ infirmitatis conſcius,pertimeſcens metuenſq; ſibi ad hoc Sanctiſ-
ſimò & immaculatiſſimo nomine,propter ſanctam virtutem nominis ipſius Sal-
uatoris. Si quis enim eius ſigno non fuerit notatus, nequaquam phantaſmatibus
illius ſe illaqueari permittet,neque etiam rurſus ab hoc recedet Dominus, verū
eius cor illuminabit,trahetque ad ſeipſum. Oportebit igitur nos ô fratres, omni
ſtudio atque diligentia noſſe,atq; vitare hoſtis phantaſmata. Et infeſtiſſimo hoc
dæmone regnante in tranquillitate interim nobis omnibus adueniet Dominus,
vt propter nos,fraudes atque dolos †inimici reprimat. Quamobrem ſynceram
firmamque Chriſti fidem tenentes,inſtabilem hoſtis virtutem deturbemus; mē-
D tem præterea conſtantem piamque nobis vindicemus:& ipſe cum viderit ſe ni-
hil poſſe,ſuam agnoſcens infirmitatem,confuſus à nobis recedet.

Alluſio ad ver- Apocal. quæ ſunt ſub fin. cap.13.

Signum Antichriſti.

Apoc.13.

Signum ſuum vbi,& quomodo imprimet Antichriſtus?

Reſiſtendum dolis & machinamentis Antichriſti.

Signum ab Antichriſto,nequaquam ſuſcipiendum.

†al. beſtiæ

IN PRIMVM METRVM.

SAnctorum agmina,Chriſti amatores,atq; fideles fratres,ego † miſerabilis,
lachrymabundus imploro,moneoque,ne vlla ratione nos laqueis irretiri
patiamur inimici,quin potius per virtutem Crucis Chriſti nos inuincibiles
præbeamus. Ineuitabile iam certamen præ foribus eſt;quare clypeo fidei aſ-
ſumpto,omnes ex diuino fonte ſpem noſtrę ſalutis auidè hauriamus. Increatam
autē,conſubſtantialemq; fratres chariſſimi,dicere volo Trinitatem,quæ eſt fons
ſcaturiens vitam. Si enim eiuſmodi armis munita fuerit noſtra anima, iam peſ-
ſundatus iacet Draco. Inter omnia verò iſta,nos orare cōuenit, ne incidamus in
E tentationē,neq; fuga noſtra fiat in hieme. Iccirco eſtote parati, tamquam fideles
ſerui,Domini ſui amantes,præter illum non agnoſcentes alium. Quando enim
fur ille,ac peſſimus dæmon,ſæuuſque hoſtis primùm ſuis temporibus adueniet,
volens electum veri paſtoris gregem furari,mactare,ac perdere, formam ſibi ve-
ri illius paſtoris aſſumet,qua gregem ouium decipiat. Cæterùm cùm exploratiſ-
ſimam ſibi iſtæ vocem veri paſtoris habituræ ſint,è veſtigio vocè impoſtoris ag-
noſcent:quæ cùm ſit vox furis,& mali †genij,dura & incompoſita,multū diſſimi-
lis voci veri paſtoris reperietur,protinuſq; agnoſcitur,qualis ipſa ſit. Perdiſca-
mus etiam ô amici, quonam amictu impudens ille ſerpens in terris apparebit.
Quandoquidem Saluator noſter,humanum volens liberare genus,ex Sancta Ma-
ria Virgine natus eſt in carne noſtra,& formā ſerui accipiens, in habitu hominis

†al. ego minimus omnium.

Matth.24. & Act.1.

Alluſio ad Ioan.10.

†al. depopulatoris.

per ſanctam virtutem eius diuinitatis conculcauit † hoſtem. Mitis autem ac humilis in terris viſus eſt, vt nos è terra in cælum ſublimaret. Verè enim atq; indubitanter Deus qui conceptus fuerat, idem ipſe & incarnatus eſt, idem ipſe natus ex Maria Virgine in carne noſtra, idem ipſe per paſſionem Crucis ſaluauit vniuerſa nobis quoque diuina ſua relinquens mandata, iterumque vēturus, in nouiſſimo die, cum magna gloria & poteſtate formidabili, iudicare viuos, & mortuos, & reddere vnicuique iuxta opera ſua, iuſtis pariter ac impijs, vt iuſtus Iudex. Vnde perſpiciens hoſtis, quòd iterum Dominus, in gloria diuinitatis ſuæ ex cælo ſit venturus, ſecum ipſe excogitabit doloſus de aſſumendo aduentus ipſius habitu, quo ſic cunctos fallat, perdatque. Ceterùm Dominus noſter in pellucentibus nubibus, ſicut fulgur horribile atque coruſcans, in terras deſcendet, in illa die, ſicut ſcriptum eſt: at nō ſic inimicus ille in nubibus lucidis in terram veniet. Apoſtata enim erit, naſcetur autem perfectè illius organum, ex ſpurciſſima & ſalaciſſima muliere. Atque iſto habitu amictus veniet ſceleſtiſſimus ille, vt fur. & vt cunctos decipere poſſit falſus & irreligioſus impoſtor, ſe humilem ſimulabit atque quietum, iniuſtitiæ oſorem, auerſorem idolorum, magnum pietatis ęſtimatorem, benignum, pauperum amatorem, ſpecioſum vltra modum, longè placidiſſimū, hilarem in cunctos: ſupra modum autem Iudęorum gētem honorabit, quòd hi ſcilicet maximè illius exſpectent aduentum, tamquam ipſius veri Chriſti. Atque inter hęc omnia, editurus eſt ſigna, portenta, atque terrores, in poteſtate magna. Aſtu doloque placere conabitur cunctis, vt citò populi amorem atque beneuolentiam ſibi conciliet. Munera non captabit, cum iracundia non loquetur, mœſtus numquam apparebit, ac lętus apud omnes ſemper. Et in his omnibus, ſub ſpecie religionis, quoad regnauerit, decepturus eſt mundum. Quando autem multi è populo ac plebe, tot tantaſque eius virtutes aſpexerint, ipſumque decore atque potentia adeò præſtantem; cuncti pariter in eandem ſententiam condeſcendent, ſummoque cum gaudio illum ſibi in Regem eligent, dicentes ad inuicem: Numquid reperiri poterit alius vir tantus, adeoque benignus, ac iuſtus? potiſſimum autem impiorum ac homicidarum Iudæorum populi ipſum honore afficient, applaudentque eius regno. Vnde & ipſe tamquam † ceteris eos honore præferens, deſignabit ipſis omnibus locum ſuum ac Templum, ſuamque illud inſtaurandi prouidentiam. Regnante autem iam Dracone ſuper terram, promptiſſimè populi ad fœdus ſimul cum eo ineundem accurrent. Edom rurſus & Moab, vnà cum filijs Ammon illum vt verum regem cum gaudio magno adorabūt, ipſiuſq; cùm primis ſe propugnatores multa cum potentia oſtendent. Citò autem eius regnum erigetur, & in furore ſuo tres Reges magnos atque potentes percutiet. Deinde ſupra modū corde exaltabitur, euometq; Draco vniuerſam ſuam amaritudinē cum omni ſua malitia, propinabitque fraudulenter latens in ſe lœthiferū virus. Orbem terrarum turbabit, vltimos fines terræ commouebit, affliget vniuerſa, polluet perdetque animas multas. non amplius velut pius ac religioſus, neque amplius vt pauperum amator, neque vti hilaris ſicut antea: verùm contra prorſus, per omnia auſterus, durus, iracundus, & excandeſcens, ſæuus, inſtabilis, terribilis, inflexibilis ac tenebricoſus, odibilis, & abominabilis, immitis, improbus, ſuperbus ſceleſtus, & impudens; qui magna ſua rabie atque inſania, vniuerſum genus mortalium in barathrum impietatis atq; perditionis præcipitare ſtudebit. Signa varia atque terrores multiplicans, falſò etiam & non verè eiuſmodi oſtentabit. Montes autem hoc modo transferre atque mouere fallaciter & minimè verè videbitur: Etenim adſtante circum circa, maxima populorū gentiumq; multitudine eum propter phantaſmata laudantium vehementiſſimam emiſſurus eſt vocem ſceleſtus, adeò vt locus totus moueatur, in quo turbæ ei aſſiſtebant. palamq; tamquā Deus dicturus eſt impius; Cognoſcite vniuerſi populi, magnam poteſtatis meæ virtutem: Ecce ego coram vobis omnibus, præcipio monti huic magno atque excelſo, qui è regione eſt, vt emigret è loco vbi eſt transfretum, huc nunc ad nos, in verbo meo. dicetque ſceleſtus ille: Tibi mons iubeo, vti huc confeſtim inde per mare transfretes. Et currere quidem videbitur mons coram cunctis turbis ſpectantibus, licet omnino à † ſuis fundamentis nō ſit motus. Nam quæ Altiſſimus ab initio creationis firmauit, & in ſublime extulit, in ijs nequa-

Philip.2.
†al. conculcauit mortem, & ſubegit hoſtem, &c.
2.Tim.4.
Rom.1.2.
Matth.16.
Apoc.22.
Rom.2.14.
Matt.24.25.
Mar.13.
Lucæ 21.
Antichriſti natiuitas qualis.
Antichriſti fraudes, & hypocriſis.
Ioan.2.
2.Theſſ.2.
†al. ſed omnino hilaris ſemper.
†al. tamquam locum ac templu cum primis honorans, &c.
Gen. 19. & 25.
Dan.11. & Amos.1.2. & Soph.2.
Antichriſti malitia, crudelitas, tyrannis, & in omnes perſecutio maxima.
Antichriſti ſigna mendacia, atque fallacia.
2.Theſſ.2.
Apoc.13.
†al. à limitibus.
Gen.17. Am.4.
Pſal. 92. 135.

A quaquam ſceleratiſſimus ille poteſtatem habebit: ſed mundum magicis ſuis portentis
decipiet. Rurſus autem alteri monti, in profundo maris magni inſulæ maximæ
ſito, iubebit ſedem locumque mutare, & in arida conſiſtere, in iucundis littoribus
oblectationem ſpectantium. Et licet inſula omnino non moueatur ex
mari, tamen ſicut mons in arida, contuentibus apparebit. Rurſusque idem ille
Draco, expanſis manibus innumerabilem multitudinem congregabit ſerpentũ,
& auium, carnibus humanis veſcentium. Super abyſſum ſimiliter incedet, & in ea
vt ſuper terram ſe ambulare ſimulabit. Ficta autem ab eo erunt omnia, & multi
his credent, & vt Deum fortem ipſum glorificabunt. Ceterùm qui Deum ſecum
habitantem habuerint, illuminatis oculis cordis ſui, ſyncera fide diligenter ipſum
cum vniuerſis ſuis dolis ac phantaſmatibus fallacibus obſeruabunt, cognoſcentque,
B quòd neque mons ſuo motus ſit loco, neque inſula ex mari tranſmigrauerit
in aridam. Atque iſta cuncta ſub proprio nomine perficiet Antichriſtus: Nõ
enim ſuſtinebit immaculatiſſimũ nomen Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cùm ſit
Dei aduerſarius, ac perditionis filius. Quibus ſic actis, populiſque ad eum velut ad
Deum adorandum collaudandũque indies adductis; excelſiſſimus in cælis indignabitur,
ſuam ab ipſis faciem auertens. Deincepsque erunt peſtilentiæ graues, fames
continua, terræmotus aſſidui, vbique fames, vbique ſitis, tribulatio vbique
magna, anguſtiaque multa, mortes incomprehenſibiles, timor horribilis, & tremor
inexplicabilis. Tunc cæli non irrigabunt amplius, nec terra fructificabit vltra;
fontes deficient, & exſiccabũtur fluuij. herba non amplius creſcet, nec paſcua
naſcentur, arborum radices * refrigeſcent, & amplius non germinabunt; piſces
maris, & cete quæ in illo ſunt morientur, vnde & grauem ac peſtilentialem odorem
mare emittet, ſonitumque horribilem: ita vt præ timore etiam homines in
C terris ſint defecturi, atque interituri.

Antichriſti pręſtigiæ, artesque magicæ.

Apoc. 13. & 14.

Iſta in Vatican. ſunt Cod. Græc. ſed al. deſunt.

2. Theſſ. 2.

Matth. 24. Marc. 13. & Luc. 21.

Ibidem.

*al. emorientur.

Matth. 24. Lucæ, 21.

ALIVD * METRVM.

TVnc vehementer omnis ſimul † lugebit ingemiſcetque anima, quando
cuncti aſpexerint preſſuram illam ineffabilem, qua die noctuq; prementur:
neque vſquam reperient, vbi cibis famem ſibi expleant. Siquidem
præſides quidam populi, duri atque immites per loca conſtituti
erunt à Tyranno, qui illos dumtaxat paululum ciborum, eorum ſcilicet quales
tunc inuenientur, ſibi coëmere permittent, qui ſignaculum improbi tyranni ſecum
D in fronte vel dextera prætulerint. Sicque paullatim perire ac mori incipiẽt:
hi quidem in plateis, illi verò in domibus, alij autem in foro. Deficient namque
infantes in ſinu ac vlnis matrum: ipſęque viciſſim matres ſuper infantes morientur.
Vir * item cum muliere, ac prolibus, in medio fori corruent mortui: nec erit
tunc qui eos ſepulturæ condat, & in monumentis componat. & præ multitudine
cadauerum per plateas proiectorum, ingens & intolerandus vndiq; fœtor ipſos *
viuentes fortiter affliget. Manè omnes cum dolore ac gemitu, colloquendo, dicent:
quando adueniet veſpera vt fruamur requie? aduentante autem iam veſpera,
inter amariſſimas lachrymas, ſecum * ita loquentur: quando putas illuceſcet,
vt vrgentem preſſuram nos effugere queamus? nec dabitur tunc ipſis fugiendi aut
abſcondendi ab illa tribulatione locus. Cuncta enim ſimul turbata tum erunt,
mare & arida. Atq; adeò ſic nos præmonuit Dominus: Vigilate & orate horis ſingulis,
E vt effugiatis, à tribulatione illa. Grauis tunc odor in terris, peſtilẽtiæ & terræ
motus in arida. peſtilentiæ item & terræ motus in mari. Confuſio in mari, &
confuſio ſuper terram. Terrores item in mari, & terrores in terra. Auri argentiq;
copia, & veſtes ſericæ nulli quidquam in preſſura illa maxima proderunt: ſed cũcti
viuentes, tunc mortuos beatos prædicabunt, qui * corpore ſoluti fuerint, priuſquam
tanta in terris ſuperuenerit tribulatio. Tunc per plateas palam proiectũ
iacebit aurum atque argentum: nullusque erit qui * tangat illud, quandoquidem
cuncta tunc abominationi erunt. Verùm cuncti, tum fugiendi occultandique
ſe, quærent modum; nec vllus eis è preſſura illa euadendi locus patebit. Immò
præter peſtilentiam, famem ac ſitim, metumque, aliæ adhuc terroris erunt cauſſę:
etenim ferę atque ſerpentes humana veſcentes carne reperientur. Anguſtijsque

*al. Eiuſd. De Antichriſto.

†al. lugebit anima, ingemiſcetque amare omnis creatura, &c.

Apoc. 13.

Eſa. 13.

*al. pater cum vxore, & filijs, &c.

*al. homines adhuc ſuperſtites, &c.

*al. rurſus ad ſe inuicem dicent: quando, &c.

Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21.

*al. qui ſepulti fuerint, &c.

Eſa. 13.

*al. qui ſibi vendicet illud.

Deut.32.
Luc.21.

plena tum erunt omnia: intus timor, extra tremor, & nocte diuque in plateis iacebunt cadauera. In domibus fames & ſitis, in plateis vox vlulatus & planctus. In domibus vox gemitus ac planctus. In plateis tumultus, & in domibus tumultus. Vnuſquiſque alteri cum gemitu eiulatuque occurret: pater filio, & filius patri; filia matri, & mater filiæ; amici amicos in plateis complectentes, deficient; & fratres à fratribus amplexi, mortui in plateis concident.

Eſa.40.
Zach.14.
1. Pet.1
Zach.14.

Marceſſetq́; flos ac pulchritudo tandem quaſi omnis carnis: reddentur enim hominum facies velut emortuæ. Deteſtationi atque odio tunc erit pulchritudo mulierum, tabeſcetq́ue concupiſcentia omnis carnis præ alimentorum inedia. Cuncti verò qui callidiſſimæ crediderint beſtię, impiumq́ue illius ſceleſti characterem pro ſignaculo acceperint, ſimul ad ipſum accedent, cum anguſtia atque dolore dicẽtes: Da nobis quod edamus atque bibamus, quoniam ecce cuncti deficimus fame tabefacti, cunctiſimul perimus & amara morte morimur; fera animantia, venenatasq́ue à nobis depelle beſtias, ne nos perimant deuorentq́ue.

Antichriſti malitia, ſimul & inopia detegitur.

Cumq́ue non ſit impuro illi quod eis dare poſſit, ad eos pariter omnes, magna cum ſeueritate ac ira reſpõſurus eſt: Vnde à me dari vobis vultis quod edatis atque bibatis, ô homines; cùm cęlum terræ pluuiam deneget, terraq́ue ideo prorſus germinare ac fructificare nequeat.

Hierem.45.

Quibus auditis, populi ingemiſcent, flebuntq́ue inter tot anguſtias omni penitus ſolatio deſtituti, addeturq́; ipſorum afflictioni afflictio verbis non exprimenda, quòd ita ſe promptos ad beſtiæ credendum exhibuerint. Cùm ille in quem crediderunt ipſi, ne ſibi quidem ipſe opitulari queat: quomodo ergo illis diebus magnæ preſſuræ, miſerebitur ipſorum? Contabeſcent ſatellites Draconis, præ timore ac terræ motu, ſonituq́ue magni maris, fame atque ſiti, morſuq́ue ſerpentum.

Apoc. 14.19.
2.Theſſ.2.

Quicumque enim ſignaculum Antichriſti acceperint, ipſumq́ue vt Deum ſanctum adorauerint, partem cum Chriſto in eius aduentu non conſequentur, ſed cum ipſo Dracone proijcientur in gehennam. Felicem ac feliciſſimum illum, qui diebus illis ſpe firma in Dominum fixa, repertus fuerit præualidus atque fidelis. Quoniam facillimè hîc euadere ac ſuperare poterit tormenta, & tentationes quaſcunque Antichriſti.

Apocal.11.
Malach.4.
*al. ne ob timorem credãt aut obtemperent, falſitatis, &c.

Cæterum priuſquam cuncta iſta fient, mittet miſericors Deus Eliam Theſbiten, & Enoch, qui palam populo prædicent, ne * illi credant, audacter clamantes atque dicentes: Antichriſtus hic eſt atque ſeductor, & filius perditionis, ô homines, nullus illi prorſus credat impio. nullus veſtrum aurem tyranno præbeat Deo repugnanti. nullus veſtrum terreatur; citiſſimè enim deſtruetur, diſſolueturq́ue poteſtas illius. Dominus ſanctus cum gloria formidabili, iam ecce de cælo veniet, iudicaturus omnes illos, qui ſignis Antichriſti crediderint, obedierintve. quamquam pauci tunc reperientur, qui duorum illorum ſanctorum Prophetarum dictis ſint obtemperaturi ac credituri.

Ibidem.
* al. Saluator vt Deus noſter.
* al. miſericors Deus, &c.
Ezech.28.&
1.Tim.2.

Hæc autem omnia facturus eſt Saluator * & Deus noſter, vt cunctis nobis oſtendatur eius infinita clementia. Quippè qui nunquam vult mortem peccatoris & impij: ſed omnes cupit ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Conſideremus chariſſimi immenſam eius pietatem atque miſericordiã; quãdoquidem nec illo quidem tempore mortalium genus eſt deſtituturus prædicatione veritatis: quin & tunc miſſurus eſt prophetas ad veram de Deo notitiam prædicandam, vt omnes in die iudicij reperiantur inexcuſabiles, cùm venerit è cælo Dominus, in maieſtate & gloria Patris.

Matth.24.25.

Plurimiq́ue ſanctorum, qui tunc reperientur, ſimulatque exploratũ habuerint aduentũ impuri illius Antichriſti, mox profuſis lachrymarum fluminibus, gementes & flentes ad Deum recurrent, vt liberentur à Dracone illo; cõfugientq́ue maximo cum ſtudio ad deſerta, & occultabuntur timore perculſi, in ſolitudinibus & montibus, atque ſpeluncis. Capitibuſque ſuis terra ac cinere conſperſis, cum eiulatu ac lachrymis orabunt die noctuq́ue in maxima humilitate cordis.

Matth. 11.
Apoc.6.

Donabiturq́ue illis à Deo ſancto, quod orantes petierint: deducetq́ue eos gratia ipſius ad loca definita, & ſaluabũtur occultati in cauernis & ſpeluncis, ne Antichriſti ſigna atque terrores conſpiciant. Et cunctis quidem diuina cognitione atque intelligentia illuſtratis, continuò innoteſcet tyranni aduentus: Qui verò mentem ſemper in ſecularibus rebus, terreniſq́; cõmodis appetendis defixam habuerint, nequaquam eius aduẽtum cognoſcere poterunt.

2.Tim.2.

Nam qui perpetuò ſecularibus ac temporalibus rebus animum

impli-

A implicatum retinent, & ſi veritatem audierint, non tamen credent: ſiquidem dicentem aſpernabuntur, atque huius rei gratia aufugere ſancti præualebunt, quādoquidem curam omnem vitæ huius abiecerunt. Væ tunc peccatoribus omnibus, quoniam appropinquauit ipſorum ſupplicium atque perditio, in æterna ſecula. Lugebit tunc omnis terra, & mare. Lugebit aër cum feris beſtijs, & volatilibus. Lugebunt montes & colles & ligna * campi. Lugebunt quoque duo magna luminaria cæli, cum aſtris, propter genus mortalium: quoniam omnes declinauerunt à Deo ſancto ſuo, creatore vniuerſorum: & ſeductori crediderunt, pro cruce Saluatoris, characterem ſceleſti eius aduerſarij aſſumentes. Lugebit terra ac mare, quia vox pſalmi & orationis repentè ceſſauit de ore hominum. Lugebunt Eccleſiæ Chriſti vniuerſæ luctu maximo, eo quòd amplius Deo non offeraB tur diuina oblatio, & ſanctificatio, ſanctumque ſacerdotum iam ceſſet miniſterium. Poſtquam ergo tria tempora cum ſemi, impleta fuerint poteſtatis & operationis, ſceleſti illius Antichriſti; conſummatiſque iam ſcandalis omnibus totius terræ, quēadmodum diuino Domini & Saluatoris noſtri prænuntiatum eſt ore: tunc veniet ſicut fulgur de cælo coruſcans, ſanctus, immaculatus, terribilis, & glorioſus Deus noſter & Rex, ſponſuſque immortalis, in nubibus cum gloria incomparabili, præcurrentibuſque coram ipſo ſignum crucis, & magnum flumen ante eum igne plenum, terribili cum eruptione æſtuans, & in altum ſe eleuans. Aderunt ibi Cherubim ſimul & Seraphim, vultum deorſum inclinatum tenentia, atque volantia; & alis quatuor igneis facies, pedeſque occultantia, & cum horrore clamantia, & ad alterutrum dicentia: Ter Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Vox item tubæ audietur, horrēdum illud occinens, dicenſque: Surgite qui obdormiſtis, ecce iam venit ſponſus. Tunc aperientur monumē C ta, audietque putridus puluis magnum illum & formidabilem Saluatoris aduentum. Et in ictu oculi, excitabitur vniuerſum genus hominum, adſpicietque immenſam ſponſi pulchritudinem: & mille millia, & centies mille millena millia, infinitique Angelorum exercitus gaudebunt gaudio magno; ſancti quoque ac iuſti, & quotquot non acceperunt ſignaculum mali * & impij Tyranni. abducetúrque Tyrannus vinctus ab Angelis, cum omnibus Dæmonibus coram tribunali Iudicis: & ducentur ſimul cum eo quotquot eius ſignum acceperint, omneſque peccatores & impij ligati. Feretque aduerſum eos Rex ſententiam damnationis perpetuæ, in igne inexſtinguibili. Quotquot autē ſignaculum Antichriſti non receperint, & quicunque in ſpeluncis atq; cauernis tunc occultati fuerint, cum D Sponſo exultabunt, in cæleſti thalamo, lætitia ineffabili, cum Sanctis omnibus, in ſempiterna ſecula. Amen.

Matth. 24. Apoc. 13.
*& omnia ligna ſyluarum.
Apoc. 14. 16. 19.
Daniel. 7.
Matth. 24. Luc. 21.
Matt. 25. Apoc. 1.
Ezech. 1. 10.
Eſa. 6. Apoc. 4. Matt. 25. Ioan. 5. 1. Cor. 15.
1. Theſſ. 4. Daniel. 7. 1. Cor. 15. Apoc. 5. 7. 14. 15. & 20.
*al. impuri & improbi Antichriſti.
Apoc. 12. 13. 14. 20. &c.
Matt. 13. 18. 25. Marc. 9. Dan. 12. 2. Petr. 3. Apoc. 14. 15. 20. Heb. 11. &c.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

Super hoc Argumento, qui plures Auctores noſſe ac legere velit, videat inter alios, antiquiſſimum Irenæum, libro 5 contra hæreſes, cap. 25. & ſequentibus: vbi Antichriſti fraus, ſuperbia, & tyrannicum regnum, ſicut à Daniele & Paulo deſcripta ſunt, latè ac fuſè aperiuntur, multaq; de eodem alia notatu digna deſcribuntur. Poſt Irenæum, idem hoc Argumenti genus prolixè tractauit Hippolitus Epiſcopus, & Martyr, in Oratione de Conſummatione Mundi, & de Antichriſto Poſt quem, vide- E *antur Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 15 Damaſcenus lib. 4. orthodoxæ fid. cap 27. & 28. Chryſoſtomus in 2. ad Theſſalon. 2. Theodoritus in eundem Apoſtoli locum. ac Theophylactus in locum eundem. Methodius in reuelationibus. Et inter Doctores Latinos. S. Ambroſius in 21. Lucæ S Auguſtinus 20. de ciuitate Dei, cap. 19. Et in tractatu de Antichriſto. Hieronymus quæſt 11. ad Algaſiam, & & in 7. cap Danielis. Anſelmus & Oecumenius in 2. Theſſalonic. 2. Hugo Aetherianus libro de regreſſu animarum, cap. 23. &c. Nec prætereunda hic ſunt, quæ ſparſim de hoc tractata inueniuntur à B. Andrea Archiepiſcop. Cappadoc. in comment. ſuper 13. Apocal. alijſq; in locum eund. Nec non à S. Ambroſio in Comment. ſuper Lucam, lib. 10. Cap 2. ac 4. Tom. 5 Item lib. de benedictionibus Patriarcharum, cap. 7. Tom. 4. Et in tractat. ſuper Pſal. 40. verſu 10. & in Pſal. 43. verſu 2. Tom. 4 ac lib. ſup. Beati immaculati, lit. 3. verſu 5 ſuper illud: Increpaſti ſuperbos, &c. eod. Tom. 4. &c. S. Auguſt. in homil. Euangelij, Cum videritis abominationem, &c. Matth. 24. Item libro 12. de ciuit. Dei, cap. 1. 7. 13. ac 18. de ciuit. Dei, ca. 3. Tom. 5. Idem in epiſt. 1. ad Heliſæum, & eſt 68. ac 2 epiſt. ad Heſychium, &c. S. Hieronymus*

ſuper

ſuper illud Daniel. Beatus qui exſpectat,& peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque,&c. plurimiſq; alijs apud eum locis. Iſidor. libro de ſummo bono. cap.25.& 26. S.Bernard. in Serm. de aduentu Domini, alijq́ue alibi.

Primo varietas occurrit lectionis, in ipſa inſcriptione ſeu titulo, dum in vno Exemplari Græco manuſc. habetur: Eiuſd. S.Ephręm Sermo in Antichriſtum. *In alio:* Eiuſdem Sermo de Antichriſto. *In quodā alio:* Eiuſd. in Antichriſtum Sermo,& de conſummatione huius ſeculi. *Iu quarto autem quod in Vatic. antiq. eſt:* De conſummatione ſeculi,& de Antichriſto.] *quam etiam inſcriptionē magis hîc ſequi viſum eſt; tum quòd ex ipſo Orationis defluxerit corpore, vbi mox in illius reperitur principio: Verba in doloribus facturus ſum,& cum ſuſpirijs dicturus de inſtanti huius mundi conſummatione, impudentiſſimoq; ac ſuauiſſimo Dracone Antichriſto,&c. tum etiam quòd huic reſpondeat inſcriptio qua Hyppolitus Martyr in tractatu eiuſdem Argumenti eſt vſus, videlicet:* De conſummatione mundi,& de Antichriſto,&c.

Clamabit enim cum fortitudine etiam formas immutans,&c. *Ita in Cryptafer. Cod. reperitur. Pro quo in Vatic, ſic eſt:* Etenim cum fortitudine & potentia multa fraudulenter formas immutabit,&c. *Al. verò ſic:* Clamat enim in fortitudine, formas quoque immutans, ad exterrendos immenſo pauore mortales,&c. *atque iſta de terroribus & præſtigijs Antichriſti.*

Sequitur non multo poſtea: Tunc plantæ marceſſent, cunctique orientalis plagæ incolæ exterriti,&c.] *Ita legitur in manuſc. Græco antiq. Cryptafer. Sed in Vatic. Cod. pro eo ſic eſt:* Tunc plantæ ac fructus omnes marceſſent, cunctiquè ſuper terram homines exterriti nimio timore profugient: hi quidem ab Oriente verſus occidentem. Illi verò ab Occidente ad Oriētem. Alij à Septentrione ad Meridiem: alij vice verſa à Meridie ad Septentrionem. *Vtraque lectio clara eſt & probata.*

Aliud metrum.] *Eiuſmodi diſtinctionem aut potius ſectionem iſtius de Antichriſto tract. per metra, in alia atque alia etiam ſubdiuiſa, in antiquiſſimo quodam manuſc. Græc. Biblioth. Cryptaferrat. reperi: cum omnibus alijs Exemplaribus, quæ videre atque conferre licuit, abſque vlla prorſus partium diuiſione, ne dum ſubdiuiſione, iſta omnia vnico filo contextuq; ſermonis contineantur. Sed quòd illud Græcum Cryptafer. exemplar cæteris non ſolum in hac materia plenius ſit ſed & antiquius (excedere enim videtur ſcriptura mille annos, ſicut inde colligitur) viſum eſt ab eo hic non recedere non tamen prætermittendo ſi quæ particularia etiam in alijs manuſcrip. reperta ſint, confido enim me ex diligenti omnium quæ videre licuit collatione, exemplar non ſolum emendatū, ſed & illuſtratum, pleniſſimumq; dediſſe. Quod autem hic dicit (*Aliud metum,*) puto aliam partem, ſeu membrum orationis intelligi, quomodo,& inſequen. vbi dicit (*In primum metrum.*) hoc eſt, in primam orationis partem,&c. niſi tamen ipſam rei actionem aliam atque aliam, nomine huius & illius metri, hîc ſumere malis, Comicorū,& tragicorum more, in ſcenas & actus 1.2.3.&c. ſua diuidentium,& ſic recitantium. Cùm enim tota hæc res de Antichriſto ſit tragica, eam velut in Tragœdia aliqua, hic omnibus per partes & membra ſeorſim diſtinctimq; proponit, atque ita quidem accuratè ac plenè depingit & explicat, vt nihil planè deeſſe videatur, quàm ipſam rem geri oculis conſpicere.*

Indignus reperietur venia in die iudicij, qui fidem Tyranno dedit,&c.] *Antichriſtum varijs imitatione ſcriptur. appellat nominibus Auctor, nunc Tyrannum, nunc beſtiam, nunc Draconem, nunc ſceleſtum ac impium, nunc furem & latronem, nunc hoſtem & inimicum, nunc Dæmonem infeſtiſſimum ac peſſimum, nunc malum genium, nunc impudentem ſerpentem, nunc Apoſtatam, nunc falſum & irreligioſum impoſtorem ac deceptorem, nunc præſtigiatorem, nunc impurum, nunc blaſphemum, nunc hypocritam. nunc ſeductorem, nunc perditionis filium, ipſum a factionibus & varijs facinoribus eius nominando, ſicut conſequenter ſuis hîc locis reperies. Tacuit autem proprium eius nomen, quia neque in ſcripturis vſquam expreſſum reperitur, eò quod dignum nō ſit præconari à Spiritu ſancto, vt rectè adnotauit Iræneus, ſub finem cap.30 lib.5.& B. Andreas Cappadox, comment. in 13. Apocal. Nam ſi expediret, vt quidam volunt Doctores, eiuſmodi apertè cognoſci nomen, is ſanè qui ipſum vidit, reuelaſſet; ſed non placuit diuinæ gratiæ, vt nomen peſtiferi hominis in diuino libro referretur in ordinem,&c.*

Naſcetur autem perfectè eius organum ex ſpurciſſima & ſalaciſſima muliere,&c. *Docent communiter Patres, Antichriſtum ex ſalaciſſima & ſpurciſſima proditurum muliere: ſicut è contrario, Chriſtus ex immacullatiſſima & Beatiſſima prodijt virgine, quod & hîc diſertis verbis affirmat Auctor, oſtendens inter alia quantum differentiæ ſit inter huius,& Chriſti veri Meſſiæ ortum, vitam, mores, miracula, atque aduentum,&c. quæ omnia fallaciter ac fictè,& nequaquam verè imitari & repræſentare conabitur hoſtis ille impius, Chriſto in cunctis aduerſarius, ſicut hic latius pluribus à contrario ductis collationibus ab Ephræm luculentiſſime demonſtratur & explicatur, ad quem in hiſce diligentem ideò Lectorem remitto.*

Et ne quis hic alia fallatur lectione, quæ in alio quodam manuſc. Cod. Græc. S. Ephræm reperitur, cum adiectione eiuſmodi: (naſcetur planè atque perfectè eius organum ex impuriſsima muliere: Ipſe verò non incarnabitur.) *dicimus illud poſterius tanquam gloſſema in textum irrepſiſſe, errore imperiti alicuius librarij, qui cum aliunde ad marginem hoc videret adnotatū fort. verbis textus attexuit, aut potius malitioſè quiſpiam ipſi Ephræm hāc ſententiam affinxit; eoq; magis adducor vt ita ſentiam quòd iſtud membrum (*ipſe autem non incarnabitur*) ab omnibus alijs manuſcrip. exemplaribus Ephræm, quæ videre & conferre licuit, deſit. Quomodo enim Antichriſtus ſecundum eum, non incarnabitur, ſi*

planè

planè atque perfectè (vt hic affirmat) naſcetur eius organum ex ſpurciſſima muliere? Quomodo verè organum habebit, ſi non incarnabitur? Quomodo ipſe non incarnabitur, ſi homo peccati (ſecundum Apoſtolum ad Theſſalon.) erit? Et quomodo homo; ſi non incarnabitur? Quomodo denique Ephrem, tempus durationis regni eius, tyrannidem, fraudes, doloſq́; adeò diligenter ſigillatimq́; teſtimonio atque auctoritate ſacræ ſcripturæ perſequitur, eumq́; Apoſtatam, & furem, & tyrannum & hypocritam, & perditionis filium, multiſq́; alijs nominibus in hominem quadrantibus, appellat; ſi ſecundum eum non incarnabitur, & homo non erit? Quare confundantur contrarium ſentientes, & contra communem orthodoxorum Patrum ſententiam hallucinantes. Faceſſat & euaneſcat in hoc, opinio aut potius error Hippolyti Martyris, qui in tractatu eiuſdem argumenti, cenſet Antichriſtum ipſum diabolum fore phantaſtico & laruato corpore humano contectum: aduerſus cuius opinionem diſputant ſcribuntq́; Damaſcenus lib.4.cap.28 S.Hieronymus in 7.cap.Danielis. & Oecumenius in 2.cap.2.Theſſal. pluresque alij. Verum quidem eſt, quod ſubinde a Patribus, organum Diaboli Antichriſtus dicatur, omnemq́; eius virtutem ſuſcipere; ſed eo ſenſu ac modo loquendi, quòd ſcilicet ipſe omnino ſe ſuaſq́; vires & artes ad Sathanæ voluntatem ſit accommodaturus. ita Irenæus lib.5.contra hæreſes, cap.25. & ſequent. ita Ambroſ. comment. in 2. ad Theſſalon. cap.2. Tom.5. ita Auguſtinus in tractat. de Antichriſto, & lib.18. de ciuitat. Dei cap.19. alijq́; alibi.

Sequitur in textu, paullò poſt: Et vt cunctos decipere poſsit, ſe humilem ſimulabit, atque quietum, iniuſtitię oſorem idolorum auerſorem, &c.] *Cum iſtis planè concordant, quæ loco citato adducit Irenæus ibi: Et idola quidem ſeponens, ad ſuadendum quòd ipſe ſit Deus, ſe autem extollens, & quæ ſequuntur ibid. Quibuſcum & Hippolyti in loco adducto quadrat ſententia, ſub hoc verborum tenore: in primordijs, inquit, ſuis clemens erit, factus ad dilectionem, quietus, religioſus, pacificus, qui odio proſequatur iniuſtitiam. deteſtetur munera, idola non admittat, ſcripturas amet, &c. Conueniunt quoque quæ habentur apud Cyrillum Hieroſolymitan. catech. 15. Damaſcen. libro 4. cap. 28. S. Hieronym. quæſt.11. ad Algaſiam. Theophyl poſt Chryſoſtomum, & Theodorit. in 2.cap.2. ad Theſſalon. &c. Quantopere porrò ipſe idola deteſtabitur, demonſtrat Hugo Aetherianus lib. de regreſſu animarũ, cap.23. in hæc verba: Antichriſtus idolis nullum obſequium præſtabit: non enim idololatra erit: ſed Deo noſtro per omnia contrarius, omnes Deos gentium vt muta ſimulachra confringet, nullius penitus imagini cultum exhibebit, quia ſe ſolum iubebit adorari pro Deo, &c.*

Supra modum autem Iudæorum gentem honorabit, &c.] *Concordant hic cum Auctore noſtro omnes antè citati Auctores, cauſſam ſimul hanc cum Ephræm allegantes, quòd ſcilicet Iudæi maximè illius exſpectent aduentum, tamquam ſui veri Meſſiæ ac Chriſti; ac propterea etiam facilè ab eis obtinebit, vt ſe Regem creent, &c. vnde & ipſe (vt ſequitur hic poſtea) tamquam cæteris honore eos præferens, deſignabit ipſis locum ſuum ac templum, ſuamq́; iſtud inſtaurandi prouidentiam, &c. Quòd verò Iudæi Antichriſtum in ſuum excepturi ſint Regem & Meſſiam, pariter in eo conueniunt locis iam antè productis, Irenæus, Hippolytus Martyr, Damaſcenus, Auguſtinus, & Hieronymus, alijq́; plurimi. Cur porrò illi propriè ac potiſſimum ab hoc Tyranno decipiendi ſint, rationem optimam eamq́; ſcripturæ teſtimonijs ſuffultam alibi reddit Damaſcenus, vbi de eo ſic diſſerit: Oportet ergo primùm prædicari cunctis gentibus, ſicut ait Dominus, & tunc veniet in redargutionem aduerſariorum Dei Iudæorum. Dixit enim illis Dominus: Ego veni in nomine Patris mei, & non recepiſtis me: veniet alius in nomine proprio, & illum recipietis. Et Apoſtolus: Pro eo quòd dilectionem veritatis non ſuſceperunt, vt ipſi ſaluarentur, propter hoc mittet eis Deus operationem erroris ad credendum mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed approbauerunt iniuſtitiam. Iudæi igitur Filium Dei, qui eſt Dominus Ieſus Chriſtus & Deus, non receperunt: ſeductorem ſeipſum dicentem Deum, ſuſcipient, &c. ac proinde poſtea addit, eum non nobis, ſed Iudæis venturum; non pro Chriſto, ſed aduerſus Chriſtum, & eos qui ſunt Chriſti; propter quod, & Antichriſtus dicitur, &c. ita Damaſcenus lib 4. orthodox. fid. cap.27. quibuſcum etiam conſonant, quæ apud S. Ambroſium habentur, in comment ſuper 2. ad Theſſalon. cap. 2. Tomo.5. & ſuper Lucam, lib.10. cap.2.4. &c. Tom.5.*

Atque inter hæc omnia editurus eſt ſigna, portenta, atque terrores, in poteſtate magna, &c.] *Pro hoc, al. ſic legitur: Signa editurus eſt magna, terroreſq́; formidabiles; vt terrorem atque horrorem cunctis phantaſmata ipſius cernentibus incutiat. Placere autem rurſus conabitur omnibus ſubdolè, vt à quibuſcunque ametur: Nullius enim dona accipiet, neque cum iracundia loquetur, &c. ita Cod. Græcus Vatic. habet. Al. talis reperitur lectio: Inter omnia hæc, ſigna faciet atque prodigia, & terrores ſumma cum poteſtate. Placere cunctis nitetur aſtutus, vt citò à populis ambiatur, ameturque, &c.*

Mittet Dominus Eliam Thesbiten, & Enoch, qui palam populo prædicent, &c. *Quòd duo iſti Prophetæ tandem à Deo Opt. Max. vltimis illis temporibus mittendi ſint, qui Iudæos tunc adhuc ſuperſtites ad fidem & ouile Chriſti conuocaturi ſunt, & pietatem humano generi, ac veram de Deo verè notitiam omnibus (vt dicit hic Ephræm) palam prædicabunt, mortaleſq́; ne timoris cauſſa credant Antichriſto, eiuſq́; obtẽperent falſitati, ſerio admonebunt, clariſſimis ſacræ Scripturæ patet teſtimonijs, validiſſimiſq́; Patrum declaratur ſententijs. Et vt ex multis pauca depromam: Hoc dicit Dominus per os Ioan. in Apocal. 11. cap. Dabo inquit, teſtibus meis, & prophetabũt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis, &c. Et qui illi duo teſtes propriè ſunt, niſi Enoch & Elias; qui prophetabunt, id eſt, prædicabunt*

ac do-

ac docebunt, & ſcripturas interpretabuntur diebus mille, ducentis ſexaginta, id eſt, annis tribus cum dimidio, quanto videlicet tempore duratura eſt Antichriſti prædicatio: ſicut plerique ex Patribus illum Apocalyp locum conuenienter interpretantur: quin & Antichriſtum ipſum (vt auctor eſt Tertullian libro de anima) duo illi teſtes ſuo tandem ſanguine exſtinguent. De Iudæis porrò ad Eccleſiam Chriſti per duos hoſce prophetas conuocandis, habes Malach. 4. vbi Dominus ſic loquitur: Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & terribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres, &c. Et de hoc, vide Auguſtinum libro 11. de ciuit. Dei, ac lib. 9. ſuper Geneſ. cap 6. & alibi. Confirmaturq; idem diſertis verbis à Damaſceno, lib. 4. orthodox. fid. cap. 27. vbi ſub finem ſic enarrat: Mittentur autem Enoch & Elias Thesbytes, & conuertent corda Patrum in filios, hoc eſt, Synagogam ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Apoſtolorum prædicationem, & ab illo interficientur. Et veniet Dominus ex cælo, quemadmodum Apoſtoli eum conſpexerunt euntem in cælum, &c.

Poſtquam ergo tria tempora cum ſemi impleta fuerint poteſtatis & operationis Antichriſti, & &c.] *Notatur tempus durationis Antichriſti, quod ex alio tamen manuſc. Vatican. clarius ſic redditur: Poſtquam ſex menſes & tres anni imperij Antichriſti, atque Draconis Deo aduerſarij fuerint impleti, &c. Hoc verò tempus regni ſeu potius tyrannidis Antichriſtianæ, ad nouiſſimos ſeculorum fines extenditur, arceturq; à Daniele cap. 12. in tempus & tempora, & dimidium temporis, id eſt, vt Ioannes Apocal. 11. interpretatur, menſes quadraginta duos: & vt paullò poſt ibidem magis articulatè, dies mille ducentos ſexaginta. Et vt adhuc apertius hoc exprimunt Patres, annos tres cum menſibus ſex. atqui hac concorditer cum Auctore noſtro tenent ſententiā Patres ſupra citati, Irenæus, Hippolitus Martyr, Cyrillus Hieroſol. Theodoritus, Hieronymus, Auguſtinus, alijque complures.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De ijs quæ poſt Crucem reuelanda ſunt, in formidabili illo ſecundo Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.

*al primò reuelanda eſt, &c.

Matth. 24.
Apoc. 1. 5. 6.
Dan. 7. &c.

AVdiſtis chariſſimi, Chriſtoq; dilecti fratres, quanta vis ſit Crucis, quamque præclaræ ipſius virtutes, ac quanta eius ſint bona. Hæc etenim boni gubernatoris inſtar, præſentem noſtram vitam gubernat, & in pace cuſtodit. Hæc futuram quoque vitam æternam nobis conciliat. Hæc rurſus in ſecundo aduentu Domini, prima *apparitura eſt in cœlo, tamquam pretioſum & venerabile ſceptrum magni Regis Chriſti, iuxta verbum Domini dicentis: Et apparebit ſignum filij hominis in cælo, cum multitudine exercitus Angelorum, vniuerſam terram illuminans, à finibus vſque ad fines, ſuper claritatem ſolis, aduentumq; Domini adnuntians. Et hæc quidem de Cruce, pro præſenti: quæ verò poſt eam ſecutura, cuiuſmodi? Et quæ poſt crucem reuelanda, qualia putas erunt? Superant ſanè iſta omnem ſermonem, omnem mentem, omnemque cogitationem, excedùntque omnem narrationis ſeriem, omnemq; deterrent auditum. Hei mihi, fratres mei in Chriſto dilecti: recordatus ſum horæ illius, & contremui. Et hic finem dicendi facere ſtatueram præ timoris magnitudine, cùm animo mecum complecterer ea, quæ poſt crucem reuelanda erunt. Quis enim iſta enarret? quis exprimere audeat? Quale os enuntiare ſufficiat? quæ lingua eloqui? quæ vox explicare? Quæ auris illa audire poterit, quibus fieri incipientibus etiam virtutes cælorum commouebuntur? Quis non horreat, & contremiſcat in hora illa; quando *Rex regum à throno gloriæ ſuæ exſurgens, deſcendet viſitaturus cunctos habitatores orbis, rationes cum ijs collaturus, & * bonam dignis redditurus mercedem, indignis autem ſupplicia retributurus, vt iuſtus Iudex. Hæc dum mecum cogito, timore corripiuntur membra mea, & diſſoluor vndique, oculi præ timore lachrymas fundunt, vox mihi deficit, labia mea quaſi conglutinata hærent, lingua mea contremiſcit, & cogitationes meæ ſilentium meditantur. Amor & deſiderium, me verba facere ob veſtram vtilitatem compellunt, ſed timor me retinet, & ſi-

Matth. 24.
*al. Rex gloriæ.

*al. & redditurus vnicuique, ſecundum opera ſua, &c.

A & ſilentium mihi imponit: nan amenſus eſt timor. Talia quippe *al. & res adeò
magna, & horrenda *admirabil tio contigerunt creaturæ, neque exhorrēdæ, &c.
vnquam accident in vniuerſis g Et nunc quidem ſæpè ſi repentè
coruſcatio *contingat aliqua, a tior ac vaſtior, omnem mox ti- *al. fulgur aliquod oriatur.
more percellit hominem, cunc rocumbimus. Et ſi tantilla nos
adeò exterrent; quo pacto obſec imus, quando tubæ vocem ex cæ-
lis audiemus, ſuper omnem c onitruum horribiliter reſonan-
tem, cunctoſque qui à ſeculo ob os & iniuſtos excitantem. Tunc Ezech. 37. &
omnia humanæ conditionis o am tubæ, ex tumulis exilient, diſ- 1. Cor. 15.
currentque cum feſtinatione h uncturas ſuas requirentia. Cùm
adſpexerimus omnem human ſpiritum in ictu oculi reſurgentē, Ioel 2. 3.
B quemlibet ex loco ſuo, congreg orbis terrarum ad iudicium. Solo 1. Cor. 15. &
enim iuſſu magni Regis, qui ha mnis carnis, è veſtigio terra cum 1. Theſſ. 4.
tremore ac ſtudio ſuos reddet ius ſuos, & mare ſuos mortuos.
quidquid item humanorum co æ dilaniarunt, vel piſces deuora- Apoc. 20.
runt, vel aues diſcerpſerunt, in emeabit; cunctique in ictu ocu- Ibidem.
li reſurgent, & coram Tribuna e vnus quidem capitis capillus in 1. Cor. 15.
ijs deerit. Quomodo tunc, frat , ſuſtinebimus? Quando igneum Luc. 21.
viderimus fluuium, ab ortu ſol m, cùm furore manantem, ac in- Daniel. 7.
ſtar ferocis aſperique maris, m euorantem, terramque omnem, *al. deuorantis.
ac quæcunque ſunt in ea exure riſſimi mei, illo ab igne deficient
C fluuij, vaneſcent fontes, mare urbabitur, aſtra è cælo decident, *al. concutietur.
ſol deficiet, luna *vertetur in vt liber complicabitur. Tunc *al. luna præteribit, &c.
Angeli miſſi cum feſtinatione egaturi electos à quatuor ventis,
ab extremitate cælorum, vſqu orum. Tunc videbimus cælum Marc. 13.
nouum, & terram nouam, ſec ius primum enim cælum, & pri- Eſai. 34. Apoc. 21.
ma terra abierunt, ſicut ſcriptum eſt: quoniam ſicut opertorium mutabis eos, & Iſai. 65. & 66.
mutabuntur. & iterum renouabis faciem terræ. Si verò tolerare poteſtis, dicam Pſalm. 101.
& quæ poſtea ſequentur: Sin autem præ timore nequitis, ſermonem concludam: Pſalm. 103.
nam quæ poſt conſequuntur, formidabiliora ſunt iſtis. Quomodo ſuſtinebimus
Chriſti amatores, quando conſpexerimus tremendum ſolium paratum? cùm vi-
derimus ſignum filij hominis in cœlo reſplendens, ſicut dixit Dominus: ſanctum Matth. 24.
inquam, & immaculatum, ac pretioſum ſignum, cui ſpontè clauis affixus fuit pro Eſai. 53.
nobis Dominus? Tunc cuncti proſpicientes in ſublimi, formidabile & ſanctum Matth. 27 &
D magni Regis apparere ſceptrum, cognoſcent & in memoriam reducent ſermo- Philip. 2.
nem Domini dicentis: quia ſignum apparebit Filij hominis in cælo, certique erūt Matth 24.
poſt illud, continuò Regem *reuelandum. In illa hora vnuſquiſque pauidus tra- *al. apparitur ū.
ctabit, quo pacto obuiam tremendo occurret Regi, reuoluetque mente cunctas
actiones ſuas. Deinde quiſque propria, ante faciem ſuam cernet opera. Tunc om-
nes qui miſericordię opera coluerunt, & verè pœnitentiam egerunt, quique an- Matth 7. &
guſtam & arctam ingreſſi ſunt viam, ſuamque in ſolitudinibus, & montibus, atq; Luc. 13.
ſpeluncis profeſſionem ad finem vſque caſtè ſeruarunt, hilares contuebuntur bo-
na *quæ præmiſerunt ante ſe, opera. Miſericordes cernent ibi medicos ac paupe-
res, quorum hîc miſerti ſunt, pro ipſis interpellantes, eorumque opera bona co- *al. præcepta quæ præmiſerunt, &c.
ram Angelis & hominibus adnuntiātes. Qui verò hîc lachrymas pro peccatis fu-
E derunt, & labores atque moleſtias per pœnitentiam ſubierunt, hilares ibi atque
alacres cum gloria adſtabunt, exſpectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ ma- Tit. 2.
gni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Et cur breuiter cum timore licet, maio-
ra non refero? Quando magnum illum atque horribilem audiemus clamorem,
ex altitudine cælorum perſonantem: Ecce ſponſus venit. Ecce Iudex adeſt. Ecce
rex apparet. Ecce ſuppremus iudicum Iudex reuelatur. Ecce vniuerſorum ſeculo- Matth. 25.
rum aduenit Deus, vt iudicet viuos & mortuos. Tunc Chriſto dilecti, à voce Iacob. 5.
clamoris contremiſcent fundamenta & renes terræ, à finibus vſque ad fines, & Luc. 21.
mare, omneſque abyſſi. Tunc fratres mei, anguſtia, & timor, ſtuporque in omnem Matth 25.
irruet hominem, à clangore atque reſonantia tubarum, & à metu exſpectationis Pſalm. 17 76.
eorum quę ſuperuenient vniuerſo orbi. Tunc virtutes mouebuntur cælorum. Eſa. 24.
Tunc præibunt Angelorum exercitus, Archangelorumque concurrent chori, Matth 24. Lucæ. 21. Mar. 13.

ac docebunt, & ſcripturas *bus mille, ducentis ſexaginta, id eſt, annis tribus cum di-*
midio, quanto videlicet te *Antichriſti prædicatio: ſicut plerique ex Patribus illum*
Apocalyp. locum conuenie *uin & Antichriſtum ipſum (vt auctor eſt Tertullianus*
libro de anima) duo illi teſ *ne exſtinguent. De Iudæis porrò ad Eccleſiam Chriſti*
per duos hoſce prophetas c *lach. 4. vbi Dominus ſic loquitur: Ecce ego mittam vo-*
bis Eliam Prophetam, ant *omini magnus & terribilis, & conuertet cor patrum ad*
filios, & cor filiorum ad pa *de Auguſtinum libro 11. de ciuit. Dei, ac lib. 9. ſuper Ge-*
neſ. cap. 6. & alibi. Conſ *s verbis à Damaſceno, lib. 4. orthodox. fid. cap. 27.*
vbi ſub finem ſic enarrat: *ch & Elias Theſbytes, & conuertent corda Patrum in*
filios, hoc eſt, Synagogam *Ieſum Chriſtum, & Apoſtolorum prædicationem, &*
ab illo interficientur. Et v *, quemadmodum Apoſtoli eum conſpexerunt euntem*
in cælum, &c.

Poſtquam ergo tria mpleta fuerint poteſtatis & operationis Antichriſti,
&c.] *Notatur tempus d* *quod ex alio tamen manuſc. Vatican. clarius ſic reddi-*
tur: Poſtquam ſex menſe. *Antichriſti, atque Draconis Deo aduerſarij fuerint im-*
pleti, &c. Hoc verò tem *rannidis Antichriſtianæ, ad nouiſſimos ſeculorum fines*
extenditur, arceturq; à *us & tempora, & dimidium temporis, id eſt, vt Ioannes*
Apocal. 11. interpretatu *uos: & vt paullo poſt ibidem magis articulatè, dies mille*
ducentos ſexaginta. Et v *exprimunt Patres, annos tres cum menſibus ſex. atqui hæc*
concorditer cum Aucto *à Patres ſupra citati, Irenæus, Hippolitus Martyr, Cy-*
rillus Hieroſol. Theodor *guſtinus, alijque complures.*

~~Küsnacht-Zch. den 1. August, 1944.~~

VSDEM

S. PAT PHRAEM SYRI,

De ijs quæ poſt Crucem reuelanda ſunt, in formidabili illo ſecundo Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.

AVdiſtis chariſſimi, Chriſtoq; dilecti fratres, quanta vis ſit Crucis, quamque præclaræ ipſius virtutes, ac quanta eius ſint bona. Hæc etenim boni gubernatoris inſtar, præſentem noſtram vitam gubernat, & in pace cuſtodit. Hæc futuram quoque vitam æternam nobis conciliat. Hæc rurſus in ſecundo aduentu Domini, prima *apparitura eſt in cœlo, tamquam pretioſum & venerabile ſceptrum magni Regis Chriſti, iuxta verbum Domini dicentis: Et apparebit ſignum filij hominis in cælo, cum multitudine exercirus Angelorum, vniuerſam terram illuminans, à finibus vſque ad fines, ſuper claritatem ſolis, aduentumq; Domini adnuntians. Et hæc quidem de Cruce, pro præſenti: quæ verò poſt eam ſecutura, cuiuſmodi? Et quæ poſt crucem reuelanda, qualia putas erunt? Superant ſanè iſta omnem ſermonem, omnem mentem, omnemque cogitationem, excedùntque omnem narrationis ſeriem, omnemq; deterrent auditum. Hei mihi, fratres mei in Chriſto dilecti: recordatus ſum horæ illius, & contremui. Et hic finem dicendi facere ſtatueram præ timoris magnitudine, cùm animo mecum complecteret ea, quæ poſt crucem reuelanda erunt. Quis enim iſta enarret? quis exprimere audeat? Quale os enuntiare ſufficiat? quæ lingua eloqui? quæ vox explicare? Quæ auris illa audire poterit, quibus fieri incipientibus etiam virtutes cælorum commouebuntur? Quis non horreat, & contremiſcat in hora illa; quando *Rex regum à throno gloriæ ſuæ exſurgens, deſcendet viſitaturus cunctos habitatores orbis, rationes cum ijs collaturus, & *bonam dignis redditurus mercedem, indignis autem ſupplicia retributurus, vt iuſtus Iudex. Hæc dum mecum cogito, timore corripiuntur membra mea, & diſſoluor vndique, oculi præ timore lachrymas fundunt, vox mihi deficit, labia mea quaſi conglutinata hærent, lingua mea contremiſcit, & cogitationes meæ ſilentium meditantur. Amor & deſiderium, me verba facere ob veſtram vtilitatem compellunt, ſed timor me retinet, & ſi-

* al. primò reuelanda eſt, &c.

Matth. 24.
Apoc. 1. 5. 6.
Dan. 7. &c.

Matth. 24.
* al. Rex gloriæ.

* al. & redditurus vnicuique, ſecundum opera ſua, &c.

A & ſilentium mihi imponit: nam ingens atque immenſus eſt timor. Talia quippe *al. & res adeò
magna, & horrenda *admirabilia, neque ab initio contigerunt creaturæ, neque exhorrēdæ, &c.
vmquam accident in vniuerſis generationibus. Et nunc quidem ſæpè ſi repentè
coruſcatio *contingat aliqua, aut tonitruus clarior ac vaſtior, omnem mox timore *al. fulgur aliquod oriatur.
percellit hominem, cunctique in terram procumbimus. Et ſi tantilla nos
adeò exterrent; quo pacto obſecro, tunc ſuſtinebimus, quando tubæ vocem ex cælis
audiemus, ſuper omnem coruſcum atque tonitruum horribiliter reſonantem,
cunctoſque qui à ſeculo obdormierunt, iuſtos & iniuſtos excitantem. Tunc Ezech.37. &
omnia humanæ conditionis oſſa, mox, ad ſonitum tubæ, ex tumulis exilient, diſcurrentque 1.Cor.15.
cum feſtinatione harmonias atque iuncturas ſuas requirentia. Cùm
adſpexerimus omnem humanam naturam, ac ſpiritum in ictu oculi reſurgentē,
B quemlibet ex loco ſuo, congregarique à finibus orbis terrarum ad iudicium. Solo Ioel 2.3.
enim iuſſu magni Regis, qui habet poteſtatem omnis carnis, è veſtigio terra cum 1.Cor.15. &
tremore ac ſtudio ſuos reddet defunctos, infernus ſuos, & mare ſuos mortuos. 1.Theſſ.4.
quidquid item humanorum corporum vel beſtiæ dilaniarunt, vel piſces deuorarunt, Apoc.20.
vel aues diſcerpſerunt, in priorem ſtatum remeabit; cunctique in ictu oculi
reſurgent, & coram Tribunali adſtabunt, & ne vnus quidem capitis capillus in Ibidem.
iis deerit. Quomodo tunc, fratres mei chariſſimi, ſuſtinebimus? Quando igneum 1.Cor.15.
viderimus fluuium, ab ortu ſolis vſque ad occaſum, cùm furore manantem, ac inſtar Luc.21.
ferocis aſperique maris, montes & valles *deuorantem, terramque omnem, Daniel. 7.
ac quæcunque ſunt in ea exurentem. Tunc chariſſimi mei, illo ab igne deficient *al. deuorantis.
fluuij, vaneſcent fontes, mare exſiccabitur, aër *turbabitur, aſtra è cælo decident, *al. concutietur.
C Sol deficiet, luna *vertetur in ſanguinem, cælum vt liber complicabitur. Tunc *al. luna præteribit, &c.
Angeli miſſi cum feſtinatione diſcurrent, congregaturi electos à quatuor ventis,
ab extremitate cælorum, vſque ad extremitates eorum. Tunc videbimus cælum Marc.13.
nouum, & terram nouam, ſecūdum promiſſum eius primum enim cælum, & prima Eſai.34.
terra abierunt, ſicut ſcriptum eſt: quoniam ſicut opertorium mutabis eos, & Apoc.21.
mutabuntur. & iterum renouabis faciem terræ. *Si* verò tolerare poteſtis, dicam Iſai.65. & 66.
& quæ poſtea ſequentur: Sin autem præ timore nequitis, ſermonem concludam: Pſalm. 101. Pſalm. 103.
nam quæ poſt conſequuntur, formidabiliora ſunt iſtis. Quomodo ſuſtinebimus
Chriſti amatores, quando conſpexerimus tremendum ſolium paratum? cùm viderimus
ſignum filij hominis in cœlo reſplendens, ſicut dixit Dominus: ſanctum Matth.24.
inquam, & immaculatum, ac pretioſum ſignum, cui ſpontè clauis affixus fuit pro Eſai.53.
nobis Dominus? Tunc cuncti proſpicientes in ſublimi, formidabile & ſanctum Matth.27 &
D magni Regis apparere ſceptrum, cognoſcent & in memoriam reducent ſermonem Philip.2.
Domini dicentis: quia ſignum apparebit Filij hominis in cælo, certique erūt
poſt illud, continuò Regem *reuelandum. In illa hora vnuſquiſque pauidus traſtabit, Matth 24.
quo pacto obuiam tremendo occurret Regi, reuoluetque mente cunctas *al. appariturū.
actiones ſuas: Deinde quiſque propria, ante faciem ſuam cernet opera. Tunc omnes
qui miſericordię opera coluerunt, & verè pœnitentiam egerunt, quique anguſtam
& arctam ingreſſi ſunt viam, ſuamque in ſolitudinibus, & montibus, atq; Matth 7. & Luc.13.
ſpeluncis profeſſionem ad finem vſque caſtè ſeruarunt, hilares contuebuntur bona
*quæ præmiſerunt ante ſe, opera. Miſericordes cernent ibi medicos ac pauperes, *al. præcepta quæ præmiſerunt, &c.
quorum hîc miſerti ſunt, pro ipſis interpellantes, eorumque opera bona coram
E Angelis & hominibus adnuntiātes. Qui verò hîc lachrymas pro peccatis fuderunt,
& labores atque moleſtias per pœnitentiam ſubierunt; hilares ibi atque
alacres cum gloria adſtabunt, exſpectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Tit.2.
Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Et cur breuiter cum timore licet, maiora
non refero? Quando magnum illum atque horribilem audiemus clamorem,
ex altitudine cælorum perſonantem: Ecce ſponſus venit. Ecce Iudex adeſt. Ecce
rex apparet. Ecce ſupremus iudicum Iudex reuelatur. Ecce vniuerſorum ſeculorum Matth.25.
aduenit Deus, vt iudicet viuos & mortuos. Tunc Chriſto dilecti, à voce Iacob.5.
clamoris contremiſcent fundamenta & renes terræ, à finibus vſque ad fines, & Luc.21.
mare, omneſque abyſſi. Tunc fratres mei, anguſtia, & timor, ſtuporque in omnem Matth 25.
irruet hominem, à clangore atque reſonantia tubarum, & à metu exſpectationis Pſalm. 17 76.
eorumque ſuperuenient vniuerſo orbi. Tunc virtutes mouebuntur cælorum. Eſa.24.
Tunc præibunt Angelorum exercitus; Archangelorumque concurrent chori, Cheru- Matth 24. Lucæ.21. Mar. 13.

Eſa.6.& Apoc.4. Cherubim quoque ac Seraphim multis oculis clara, in fortitudine metuque proclamabunt: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, qui eſt, & qui erat, & qui venit omnipotens. Matth.21. Mar.11. Luc.19. Ioan.12. Tunc omnis creatura, in cœlo & in terra, & ſubtus terram, cum timore atque tremore validè clamabit: Benedictus qui venit Rex, in nomine Domini. 1.Tim.6. & Apoc.17.19. Tunc ſcindentur cæli, & reuelabitur Dominus dominantium, & Rex Regum, & Princeps Principum, & immaculatus, & terribilis, atque glorioſus Deus noſter, veluti fulgor horribile, cum poteſtate & maieſtate multa atque incomparabili, ſicut Iohannes prædicauit Theologus, dicens: Apoc.1. Ecce veniet cum nubibus cæli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ. Matth.24. Quo in ſtatu putas, tunc anima inueniri optabit, vt ſuſtinere poſſit? quando cælum & terra in fugam vertentur, ſicut rurſus Theologus præſignauit dicens: Apoc.20. Vidi ſolium *candidum ac magnum, & ſedentem ſuper illud, à cuius conſpectu fugit cælum & terra. Et locus non eſt inuentus *illius. Vidiſti eiuſmodi terrorem aliquando? Vidiſti res adeò horrendas vmquam? Cælum & terra tunc fugere tentabunt, & quis poterit ſubſiſtere? Noſq́ue peccatores quò profugiemus; quando thronos videbimus poſitos, & Dominum omnium ſeculorum, Deumq́ue noſtrum ſedentem? Daniel. 7. Quando innumerabiles Angelorum conſpiciemus exercitus, in circuitu thronum gloriæ circumſtantes, cum metu atque tremore? Tunc prophetia *implebitur Danielis, dicentis: Daniel.7. Ego Daniel adſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Daniel 1.7. Veſtimentum eius candidum vt nix, & capillus capitis eius vt lana munda. Daniel.7. Thronus eius flamma ignis, & rotæ eius ignis accenſus. fluuius igneus, rapiduſq́ue egrediebatur à facie eius: Apoc.20. Apoc.5.7. millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia adſiſtebant *ei: iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Magnus in hora illa horrenda atque tremenda pauor erit, fratres chariſſimi, ingenſq́ue ſtupor ac terror, quando iudicium illud, vbi nulla erit perſonarum acceptio, ſedebit, & libri illi formidabiles aperientur, in quibus ſcripta reperientur opera noſtra quæ fecimus *ſuper terram, & verba quæ locuti ſumus, actuſq́ue ac cogitationes omnes, arbitrantes latere Deum ſcrutatorem renum ac cordium, Pſal.7. Iere.17. Rom.8. Apo.2. vbi deſcripta erit humana quæcunque actio ſiue bona ſiue mala, ſecundùm quod ſcriptum habemus: Matt.10.Luc.12. nam & capilli capitis noſtri omnes numerati ſunt: cogitationes ſcilicet & intentiones cordis, de quibus etiam rationem reddituri ſumus. O quàm multis opus habemus lachrymis, ad horæ illius pauorem euadendum, & negligimus. O quantopere plorabimus & ſuſpirabimus, vultumq́ue percutiemus, ac noſipſos diſcerpemus; quando præclara illa contuebimur dona, quæ à Rege gloriæ accepturi ſunt, qui bonum hîc certamen decertârunt. Quando noſtris adſpiciemus oculis ineffabile cælorum Regnum. Rurſuſq́ue ex alia parte, conſpiciemus ſupplicia horrenda, tormentaque expaueſcenda reuelari, atque apparere: Medium verò horum adſiſtere omnę hominum genus, omnem ſpiritum, à primo formato Adam, vſque ad vltimum omnium hominum, cunctoſq́ue in faciem procidentes, atque adorantes, ſecundùm illud ſcripturæ: Eſa.45. Viuo ego dicit Dominus, quia mihi curuabitur omne genu. Philip.2. Rom.14. Tunc quoque ſermo implebitur Apoſtoli, dicentis: In nomine Ieſu Chriſti, omne genu *flectetur, cæleſtium terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua *confitebitur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Amen.

*al. thronum magnum candidum, &c.

*al. eis, & al. ab eis.

*al. viſio prophetæ Danielis,

*al. coram ipſo.

*al. in hac vita.

*al. flectatur.

*al. confiteatur.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

DE ijs, quæ poſt Crucem reuelanda ſunt, &c.] *Loco huius Inſcriptionis ac tituli, al. reperitur:* De ſigno Crucis, quod apparebit in cęlo, quando Dominus ad iudicandum venerit. *Al. iſta cum alijs in laudem ſanctæ ac viuificæ Crucis præcedent. coniunguntur in eodem contextu filoq́; Sermonis: Sed quoniam hæc pars etiam ſeparatim cum proprio titulo inuenitur in antiq. Cod. Cryptaſer. ideo & nobis ſeparare, & huc eam tamquam in locum opportuniorem referre viſum eſt: agitur enim hic de Cruce, tẽpore vniuerſalis Iudicij apparitura; totaq́; Oratio in ijs quæ ad ſecundum Domini pertinent aduentũ, conſumitur: & quoniam eiuſce Crucis tunc apparit. ſub finem quoq́; præcedentis tractat. de Antichriſto, fit mentio, cõuenienti ordine immediatè hîc de ea oratione propria eiuſdẽ S. Patris Ephrem ſubiecimus.*

A timus, & ante Sermones, De futuro Iudicio, proximè ſequentes poſuimus, alia ſuis etiam commodè locis reſeruaturi, atque repoſituri.

De iſta porrò Crucis, in die extremi Iudicij, apparitione, cui alia adhuc apud alios videre libuerit, legat Hippolytum Martyrem, in oratione ante citata, De Cōſummatione mūdi, ac de Antichriſto, &c. vbi ipſe poſtremo deſcribens Chriſti aduentum ad iudicium, ſic habet: Orietur ab Oriente ad Occidentē vſque ſignum Crucis ſuperantis ſplendorem ſolis, denuntians aduentū & apparitionē Iudicis, &c. Quale porrò aduentus Domini ſignum Crux erit, luculenter demōſtrat Cyrillus Hieroſolymitanus, catecheſi 15. illuminatorum, vbi ſic habet: Sed quod tandem aduentus illius ſignum eſt, quod nō audiat virtus contraria imitari? Et tunc, inquit, apparebit ſignum Filij hominis in cælo. Signum autem verum & proprium Chriſti, eſt Crux. Lucidum crucis ſignum præcedens Regem, atque demonſtrans eum qui prius fuerat crucifixus: vt videntes qui antea illum pupugerunt, illique inſidiati ſunt Iudæi, certent tribus cum B tribubus, & quæ ſequuntur ibid. Super quo, alia apud eumdem vide Cyrillum, in Epiſtola ad Conſtantium Imperatorem, De Crucis ſigno quod in cælo apparuit, paullò poſt med. ac apud S. Chryſoſtomū hom. 55. in cap. 16. Matth. & Homil. 77. in 24. cap. Matth. vbi in hanc rem pulcherrima lectuq; digniſſima habes, Tom. 2. nec non Homil. in 12. cap. Iohan. & alibi. Tom. 3.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Iudicio, & retributione.

C ADeſte fratres mei omnes, & * me Ephræm minimum audite: cogitationemque noſtram iudicem ſtatuamus: vt exploratione cordis noſtri perdiſcamus, numquid quemadmodum diuinitus inſpiratę nobis tradunt ſcripturæ, ita & ambulemus. Caueamus igitur, Spiritum ſanctum Dei contriſtare, in quo ſignati ſumus. Et quidem, ſi quis ſibi bonorum operum fuerit conſcius, gratiam quam in humilitate ab hominum amatore Deo accepit, augere ſtudeat. At ſi peccatorum cōſcientia arguimur; quid eſt quòd negligentes ſimus, Chriſto dilecti fratres? Ecce enim peruenit * ad nos, ô fratres, dies terribilis, in qua lumen ſolis obſcuratur, & aſtra decidunt, in qua cælum tamquam liber complicatur, in qua buccinat tuba, vehementem atque formidabilem ſonum emittens, cunctoſque ab initio ſeculi D defunctos excitans. in qua ad vocem & nutum Iudicis, abdita inferni redduntur vacua. in qua Chriſtus in nubibus cum ſanctis Angelis aduenit, iudicaturus viuos & mortuos, redditurusque omnibus ſecundùm ipſorum opera. Verè enim formidabilis eſt glorioſus Chriſti aduentus: Res enim eſt planè admiratione digniſſima, cernere cælum repentè diſcindi, & terram immutari, ac mortuos reſuſcitari. Reddet enim terra corpus hominis, quale * ſuſcepit: licet à feris diſcerptum, licet ab auibus comeſtum, licet à piſcibus abſorptum fuerit; non deperibit vel capillus quidem hominis, coram Iudice. Deo enim iubente, omnes immortales & incorruptibiles fiunt; corpuſque eiuſmodi accipient ſinguli, quale eorum demerentur opera. Iuſtorum corpora, ſeptuplo ſolis radios ſuperabūt: ac peccatorum, tenebroſa & fœtore plena inuenientur. Quoniam hominis corpus, ipſius opera & actiones iudicabit. Quiſque enim noſtrū, actiones ſuas in proprio geſtabit cor- E pore. Grauis ſiquidem noſtrorum operum tunc fiet inquiſitio. Etenim ſiue verbis, ſiue cogitationibus quis noſtrum peccauerit, tunc ipſi apparebit. Et ſiue bona, ſiue etiam ſimiliter mala egerit, manifeſtè illa tunc contuebitur. Quocunq; enim ſe verterit, ſuas ante ſe actiones cernet. Quamobrem cōtendamus dilecti fratres, opprobrium atque confuſionem horribilem, quæ tunc cunctos conſequētur peccatores, effugere: nitamurque bonorum illorum participes fieri, quæ præparauit Chriſtus * omnibus iuſtis, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, in quæ deſiderant Angeli proſpicere. Nam cùm è cælis Chriſtus deſcenderit, ſtatim inextinguibilis ignis vbique ante * Chriſti conſpectū præcurret, operietque vniuerſa. Etenim quod ſub Noë factum eſt diluuium, inextinguibilis huius ignis figura exſtitit. Quemadmodum enim tum, aqua omnes

*al & conſiliū à me peccatorè atque imperito Ephræm; capite,
Epheſ. 4. & 5.
Epheſ. 4.
1. Pet. 4. 5.
*al. præoccupat iam nos, &c.
Matth. 24.
Eſa. 13. Ioel. 3.
2. Pet. 3.
Apoc. 6. &c.
Matth. 13. 24. 25.
Chriſti aduentus formidabilis.
*al. cuiuſmodi ipſum accepit.
Luc. 21.
1. Cor. 15.
Matth. 13.
2. Cor. 5.
1. Pet. 1.
2. Cor. 5. 6.
Matth. 13.
Eſa. 64.
1. Cor. 2.
*al. Deus omnibus ſanctis, &c.
1. Pet. 1.
Matth. 24. 25.
*al. ante Iudicis, &c.
Gen. 7.

montium operuit vertices:ita & rurſus tunc igne, occupabuntur vniuerſa. Tunc vndique Angeli diſcurrent, rapientque ſanctos omnes atque fideles cum gloria in nubibus aëris, obuiam Chriſto. Contendamus igitur amici * mei, digni illo inueniri raptu, & conſiſtere tunc irreprehenſibiles, omnique crimine vacantes, coram tremendo atque formidabili illo tribunali. Beatus enim ille, qui in nubibus Regi gloriæ occurrit: ſicut contra, infeliciſſimus eſt, qui raptu illo priuatur. Qui enim ſic rapti non fuerint, cum * gloria in nubibus, ſe impios ac peccatores eſſe deſignabunt. Ne igitur torpeamus Chriſto dilecti fratres: nam ecce ſtadium omnibus apertum. Dum igitur tempus nobis ſuppetit, pernicioſas corporis & animæ paſſiones vincere ſtudeamus. Vincamus voluptatem, ſicut temperans, ac continens Ioſeph, non ſolùm corpore, ſed & mente: Ita namque vir perfectus ſe continentiæ legibus adſtringit. Qui enim viderit mulierem ad concupiſcendum, iam mœchatus eſt ipſam in corde ſuo. Corporis enim actiones, multis frequenter difficultatibus impediuntur, humano metu præciduntur: at mentis actiones, abſque metu perficiuntur, & ſine labore. Volo dicere fratres chariſſimi: *Sæpenumerò* quis veſtrum, laſciuè nemine prohibente mulierem adſpexit, & cogitationem ſceleris admiſit, præterijtque illicò. ſimilis eſt ille capreæ ſpiculo transfixæ, quæ cùm venatorum manus euaſerit, ſagittam tamen ſecum in iecore geſtans, abijt. Nam ſi quis noſtrum impudica ſuperatus ſit cogitatione, non quidem talis iam propter Deum pudicus eſt: niſi enim ſæpè hominum metus, verecundia ve prohibuiſſent, corpus ſanè ſimul cum anima corrumpere non metuiſſet. Quare non iam ille continentię corona donandus erit: verùm tamquam qui hominibus placere ſtuduerit, perpetuo ſupplicio torquebitur, niſi pœnitentiam egerit. Porrò ſi quis aliquando præoccupatus, ſuperatusque propria cogitatione fuerit, vulnus pœnitentia ſanabit. Vitemus ergo fratres concupiſcentiam prauam: nam hæc Euam gloria nudauit, vt amarulenti cibi guſtum appeteret. Hæc quoque diluuium in mundum induxit. Viderunt enim filij Dei, filias hominum, & acceſſerunt ad ipſas, turpiterque ſunt polluti, Hæc effecit, vt Aegyptia caſti Ioſeph inſano amore flagraret. Verùm adoleſcens ille diuino timore plenus, aſpidem ſecum concluſam deuicit. Hæc, ſtrenuum atque inuictum illum Nazaræum *Sampſonem* captiuum ſumpſit: Qui enim percuſſerat mille viros in maxilla aſini, poſtquam concupiuit cum vipera habitare, illicò capilli Nazaræo defluxêre, oculiſque ſuis priuatus, miſerabilis atque ridiculus omnibus ſubitò eſt demonſtratus. Similiter autem & Dauid concupiſcentia victus. Vriam interemit. Hac etiam Naboth interijt. Quin & hæc miſerrimum Iudam, ad Chriſtum proprium Dominum tradendum, impulit. Quocirca felix ille, fratres chariſſimi, qui omnis concupiſcentiæ, auditus, & viſus, tactus, & odoratus victor euaſerit. Et corona pudicitiæ exornatus, eam ſic ad formidabile & horribile Chriſti tribunal portabit. Venite in idipſum, adoremus eum, paribus vocibus dicentes, Alleluia. Venite omnes, Chriſtum glorificemus. Quoniam ipſum decet gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Matth.24.
1.Theſſ.4.
*al. fratres mei chariſſimi.
1. Theſſ. 5.
*al. in glorioſis nubibus.
1.Cor.9.
Galat.6.
Geneſ. 39.
Matth.5.
Nota.
Confirmat ab Exemplo, & ſimili.
Prou. 6.
Notanda, & obſeruanda.
Contra impudicas cogitationes.
Luc 13. Apoc.2.
2.Pet.1.
Geneſ.3.
Gen. 6.7.
Gen.39.
Iudic.16.
Iud.14.& 15.
2.Reg. 11.
3.Reg.21.
Matth.26.
Iohan.12.
2. Pet.1.
1. Ioan. 2.
2.Tim.4.
Pſalm.94.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

IDem hoc Argumentum pie non minus quam docte, & ad commouendũ accommodatè, tractauit quoque S. Baſilius Magnus in eleganti Oratione quam conſcripſit, De Iudicio futuro, cuius principium illud eſt: Si quando peccatum aliquod perpetraturus ſis, reuolue quaſo prius animo tuo horrendum illud atq; intolerandum Chriſti iudicium, in quo, &c. Nec diſſimilis, Iudicij extremi reperitur commonitio, quãquam breuis, apud eumd. Baſilium homil. in Pſalm. 33. Benedicam Dominum, &c. paullò poſt medium. Aliaq; in Hexamer. diuini opific. homil. vndecima, etiam poſt med. nec non in Prooemio eiuſd. in Ethic. lib. De Iudicio Dei Tomo. 2. alibiq; ſparſim apud eumd. De Iudicio ac tremenda iudicij die, vide etiam S. Chryſoſt. ad Popul. Antioch. Homil. 48. 49. 50. 55. & eiuſd. Homil ſuper 24. & 25. Matth. ac ſuper illud 1. Cor 15. Ipſe Dominus in iuſſu & in voce tubæ. &c. alioſq; Patres in loca ead. Et Tertulliani librum carmine conſcriptum, De Iudicio Domini. Sed de hoc argumenti genere, pluribus hic conſequenter, & alibi ſæpiſſimè S. Ephræm.

Variat lectio in ipſa Inſcriptione, dum in vno Cod. habetur: De Iudicio & Retributione. *In alio:* De Iudicio & Reſurrectione. *In alio :* De ſecundo aduentu Domini, *& ſic in manuſc. Cryptæfer.*

A *Vbi poſtea dicitur:* Ita namque vir perfectus ſe continentiæ legibus adſtringit.] *In alio manuſc. reperitur:* Qui enim ad perfectionem contendit, ſic ſeſe continere ſtudet. *In alio autem:* Sic enim vir perfectus nititur continens eſſe, &c. *vt ſcilicet non ſolum corpore, ſed & mente talis ſit.*

Vincamus voluptaté non corpore ſolum, ſed etiá mente: Qui enim viderit mulierem ad concupiſcendum, &c. *Hæc eadem planè licet verbis nonnihil commutatis, adducuntur à S. Baſilio, in Homil. ſuper illud: Attende tibi ipſi, vbi ſic habet: Prouide obſerua, ne quando verbum occultum in corde tuo efficiatur delictum. Qui enim in mulierem oculum defixerit ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Quo fit, vt actiones quidem corporis, à non paucis intercidantur: qui autem deſtinato voluntatis propoſito peccat, vna cum præpete & celeri agitatione cogitationum, peccatum iam expleuit, &c. Nam quæ corpore perficiuntur actiones, (vt paullò ante habet) tempus deſiderant, nec qualecũque, ſed opportunum: labores item, & cooperarios: Animæ autem motiones nulla temporis mora* B *conficiuntur, vt nihil fatigeris aut laſſeſcas peraguntur, nullo negotio conſtant aut moleſtia, illis obeũdis nullum non idoneum eſt, nullum intempeſtiuum tempus, &c. Quæ eadem hic dicit S. Ephræm, confirmatque efficaci exemplo, & Argumento à ſimili, de caprea ſpiculo transfixa, &c. adludendo ad locum Prouerb. 6. & 7.*

Qui enim percuſſerat mille viros in maxilla aſini, &c.] *Locus de Sampſone, & Dalila (quam hic viperam nominat) intelligendas, de quo Iudic. 4. & 15. Legitur autem in alijs duobus exemplaribus Græc. manuſc. ſic:* Qui enim paullò ante, cruentum diſcerpſerat leonem, *(ac deinde ſequitur)* & mille viros aſini maxilla percuſſerat, *(additurq; immediatè)* poſtquam cum vipera habitare conſenſit, continuò crines illi exciderunt, oculiſque miſerè orbatus, illico ridiculus omnibus apparuit, &c.

EIVSDEM

C
S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Iudicio,* extremo & de Compunctione.

*al. De Iudicio & compunctione animæ.

VENITE vniuerſi fratres, conſilium à me peccatore & imperito Ephræm accipite. Iam enim dies illa horrenda, atque terribilis nos occupat, ô fratres dilectiſſimi; dum nos interim ſoluti cura vagamur animo, nolentes breuitatem temporis vitæ noſtræ intelligere, & ſedulò curare vt Deum nobis propitium reddamus. Ecce enim dies noſtri, & anni, ac mẽſes, inſtar ſomnij, & vmbræ pomeridianæ prætereunt, vt ſubitò tremendus, ac magnus Domini D aduentus acceleret. Verè enim formidabilis erit illa dies cunctis peccatoribus, qui voluntatem Domini pro ſua ſalute exercere noluerint. Obſecro vos ergo fratres mei chariſſimi, venite proijciamus à nobis curam atque ſolicitudinem rerum terrenarum. Omnia enim prætereunt, & cuncta hîc euaneſcunt. Nihil nobis in illa proderit hora, præter bona quæ hinc nobiſcum detulerimus opera. Futurum enim eſt, vt vnuſquiſque noſtrum propria facta, ac dicta ante incorrupti atque tremendi Iudicis tribunal deferat. Mihi ſanè cor tremit, & renes immutantur, dum cogito de actuum omnium manifeſtatione, cogitationumque ac ſermonum exacta diſcuſſione, quæ ibi fiet. Magnus tunc erit timor, ô fratres chariſſimi, & magnus tremor, ô amici mei. Quis ergo non perhorreſcat, aut quis non lugeat, ac ploret; quoniam omnia ibi manifeſtanda erunt, quæ vnuſquiſque in occulto & obſcuro hîc geſſerit. Intelligite hoc fratres mei, quod vobis denuntio. Atque vt ſtudio veſtro ſatisfaciam, frugiferas arbores pro exemplo, ad confirmandum proferam, E quæ ab intrinſeco ipſarum principio, tempore ſuo poma cum frondibus edunt: Non extrinſecus alicunde ſua venuſtate induuntur arbores, ſed ab interiore principio, Dei iuſſu ſingulæ fructum, pro ſua quæque natura producunt. Sic & in horribili illa die, quæcunq; in occulto hîc geſſerint homines, ſiue bona, ſiue mala, palam ibi proferent: & deferet ſecum vnuſquiſq; ante tremendum Chriſti tribunal, proprias actiones, tamquam fructus bonos & iucundos, locutiones autem vt folia. Iuſti, fructum bonum & delectabilem proferent: Sancti ſimiliter, fructum præclarum ac vegetum. Martyres, fructum glorioſum patientiæ, ex tormentis ac pœnis ſuis ſecum afferent. Monachi, ſanctę conuerſationis ſuæ, continentiæ, vigiliarum, & orationum fructus proferent. Homines autem peccatores, impij, atq;

Iob. 8. 14 & Pſalm. 143.

Sola bona proderunt opera.

Operum cuiuſque manifeſtatio coram Iudice.

Comparatio ab Arboribus.

Quæ quiq; ferẽt ad Iudicium.

prophani ſecum eò fructus deferent turpiſſimos, ac marcidos, plenos ignominia, luctu, & vlulatu, cum vermibus non dormientibus, in igne inexſtinguibili. Horrendum ibi fratres erit iudicium, in quo etiam abſque teſtibus, cuncta erunt manifeſta, opera atque ſermones cogitationes, & animorum ſenſa. Vbi etiam adſiſtent milia milium, & decies dena milia Archangelorum & Angelorum, Cherubim & Seraphim; Iuſtorum, & Sanctorum Prophetarum, atque Apoſtolorum chori. Quid ergo torpemus, & negligentes ſumus fratres chariſſimi? Ecce nunc tempus eſt proximum, & dies nos præoccupat, quo omnia noſtra etiam occultiſſima tremendus Iudex in lumen proferet. Quod ſi noſſemus fratres, quid nobis immineat, die noctuque indeſinenter plangeremus, Deum deprecantes, vt nos à confuſione illa, æterniſque tenebris liberet. Obturabitur enim coram tribunali illo, omne os hominis peccatoris. Et contremiſcet ibi omnis creatura, ipſaque ſanctorum Angelorum agmina, ob maieſtatem illam & gloriam aduentus eius, expaueſcent. Quid verò in die iudicij ei dicemus, ſi exiguo hoc vitæ tempore adeò negligentes fuerimus, fratres? Ipſe enim patienter nos exſpectat, & omnes nos ad ſuum regnum inuitat, rationem etiam à nobis de tanta vitæ noſtræ negligentia exquiſiturus. Et dicet ad nos ipſe: Propter vos incarnatus ſum. propter vos in terris palam conuerſatus ſum. propter vos flagellatus ſum. propter vos conſputus ſum. propter vos alapis cæſus ſum. propter vos crucifixus ſum. propter vos exaltatus ſum in ligno. propter vos terrenos, aceto potatus ſum, vt vos ſanctos atque cæleſtes redderem. Regnum meum, & paradiſum meum donaui vobis. Omnes vos, meos vocaui fratres. Patri meo vos obtuli. Spiritum ſanctum miſi vobis. Quid amplius his mihi fuit agendum, quod non egerim, vt ſaluemini? Liberam veſtram voluntatem volo. Nolo cogere, ne ſaluti veſtræ vis ac neceſſitas imponatur. Iam dicite mihi peccatores, & natura mortales, quid vos propter me Dominum veſtrum perpeſſi eſtis, cùm ego pro vobis ſim paſſus? Ecce ergo præparatum vobis eſt regnum & vita, requies & gaudium, ſupplicia item æterna, in tenebris exterioribus. Quam quiſque*malucrit incedere viam rectam aut non rectam, eam propria ſibi voluntate eligat. Conuenite, procidamus coram ipſo, & ploremus omnes coram Domino, qui fecit nos, dicentes: O dominator Domine, hæc omnia tu Deus, propter nos ſuſtinuiſti: at nos peccatores, tua ſemper beneficia reijcimus. Vt Deus abſque principio, natura incomprehenſibilis, impaſſibilis, nulliuſq; indigens, gratuitò dignatus es per paſſionem crucis, peccatores qui te non nouerunt, ſaluos facere, donans etiam eis lumen intellectus ac ſcientiæ tuæ. Quid igitur peccatorum genus tibi incomprehenſibili, benigniſſimo, & miſericordiſſimo Deo retribuet; qui erant ſua voluntate peccatores, non naturâ? Nam antequam ſaluaremur, impium erat noſtrum genus vniuerſum, & rurſus poſtea peccatores fuimus, noſtra voluntate atque inſtituto. Tu autem ô Domine, ſemper idem & ipſe es, bonus & miſericors, terribilis & glorioſus, ſeculorumque conditor, & patienter ab initio noſtram peruerſitatem ſuſtinens; propter multitudinem miſerationum tuarum, quas in nos filios hominum*demonſtraſti. Euictus es Deus charitate tua, ſanctiſque tuis miſerationibus, ac gratia tua, vt per crucem tuam totũ mundum ſaluaret: & hoc in conſpectu gloriæ tuæ prędicare dignũ eſt. Niſi enim miſerationibus tuis Chriſte victus fuiſſes, numquã temetipſum pro vniuerſis peccatoribus in hoſtiã & oblationem tradidiſſes. Repleta enim eſt mens famuli tui Domine, dulcedine* ſplendoris gratiæ, & charitatis tuæ, propterea benigniſſime Domine, iugiter me tua dulcedo oblectat, illuminat, atque cõfirmat; ſemperque exacerbatur, & in ſuam ſe tranſfert amaritudinem, qui dulcedine ſui Domini iugiter perfrui recuſat. Ieſu*vnigenite, ſplendor æterni Patris, lucem habitans inacceſſibilem, lumen incomprehenſibile, qui gratia tua vniuerſum illuminas mundum, illumina quoque in me obſcuratum oculum mentis meæ: obuelatus enim & occœcatus in me eſt hic oculus, quare iugiter cum gratia & miſerationibus tuis illumina, ne obfuſcetur penitus ab hoſte*doloſo. Eſt enim infirma mens noſtra Domine, ſimilis ligno nuper plantato, quod quemadmodum aliquo leni auræ flatu, & aquæ irriguo ſemper indiget, ita & animus noſter cũ ſit infirmus, aſſiduè opus habet illuminatione & confirmatione gratiæ tuæ. Verbũ tuũ Domine, oculos aperuit cœci*à natiuitate. Magnũ miraculũ in Siloe accidit Do-

mino;

Peccata ſine teſtibus patebunt.

Angelorum & Sanctorum numerus.

Extremi Iudicij propinquitas.

Matth.24.25.
Mar.13. Luc 21.
Ioel.2.3.

Vox Chriſti ad nos, in extremo Iudicio.

Matth 27.
Mar.15. Luc.23.
Ioan. 19.

Matth.24.& 25.
Iohan.14.20.

*al. Quo quiſq; pergere velit, in ipſius eſt poteſtate.

Apoſtrophe ad Deum, pijs affectibus plena.

Epheſ.2.
Coloſ.1.2.

Pſalm.101 & Heb.1.

*al effudiſti.

*al dulcedine, & gratia, ac charitate tua.

*al. fili vnigenite.

*al. à corruptore inimico.

Ioan. 9.

*al. cæci ex vtero nati.

A mine, vbi cæco viſum corporalem recuperanti, ſpiritales quoqe oculi mentis
intus illuminati ſunt, vt te abſque metu aliquo ſuum medicum, ac Deum, Salua-
toremque omnium diceret ac prædicaret. Illumina quoque cordis noſtri oculos
Domine, vt te diligamus, & cum deſiderio tuas iugiter voluntates perficiamus.
Et licet procul à nobis ſit Siloe, quo cœcus miſſus erat. Calix tamen tremendi tui
ſanguinis, lumine ac vita plenus, nobis ecce præſto eſt. Hoc nobis calice intelli-
gentiam lumenque largire, vt cum fide & deſiderio, ac ſanctificatione ad ipſum
accedamus, ſitque nobis in remiſſionem peccatorum, & non ad iudicium. Qui
enim anima indignè ad diuina participāda myſteria acceſſerit, ſeipſum condem-
nat, non purificans ſe, vt te Regem ac Dominum, in pectoris ſui thalamum ſuſci-
B piat. Eſt enim noſtra anima ſponſa ſancta facta immortalis ſponſi. Nuptiarum
autem copulæ, diuina ſunt ſacramenta, per quæ ſancta anima iungitur ſponſo,
dum cum timore atque tremore dignè ſumuntur. Attende igitur tibi ipſe frater;
thalamumque tuum iugiter immaculatum cuſtodire, & cęleſtem ſponſum Chri-
ſtum Regem in eo ſuſcipere contende: vt in die aduentus ſui, manſionem apud te
vnà cum cæleſti Patre ſuo faciat; eritque tunc laus tibi coram ſanctis Angelis,
& Archangelis, ingredierisque in paradiſum magna cum gloria, ac gaudio.
Quid enim à te quærit Deus, præter ſalutem tuam, ô frater? Si verò neglexeris, &
ſaluari nolueris, rectasque vias Domini non ambulaueris, & mandata eius non
cuſtodieris, teipſum interimis, & ex cæleſti thalamo eijcis. Deus ſanctus, qui
ſolus eſt abſque peccato, propter te proprio non pepercit Filio, & tu infelix tui
ipſius non misereris? Expergiſcere igitur parumper à ſomno tuo, ô vilis atque
abiecte homo. Aperi os tuum, & inuoca eum. proijce abs te peccatorum onus.
C Tu ipſius miſerere. Ora aſſiduè, lachrymas indeſinenter funde. Segnitiem atque
ignauiam fuge. Malitiam * odio habe, & temeritatem execrare. Ama autē man-
ſuetudinem. Dilige continentiam, ſectare quetem * cum Pſalmodia. Contende
ô frater, donec tempus tibi ſupereſt. Dilige Deum ex tota anima tua, ſicut & ipſe
te dilexit. Eſto Dei templum, & in te excelſus Deus habitabit: Nam anima quæ in
ſeipſa Deum habet, templum Dei ſanctum & mundum efficitur, diuinaque in ea
* gloria diuinitatis, celebrantur myſteria, & iugiter eam Angeli atque Archan-
geli viſitare feſtinant. Habitante enim Deo in anima, Angeli cæleſtes ſuper ea
lætantur; feſtinantque ſemper honorare illam, vtpote templum dominatori:
ſui Domini effectam. Beatus vir, qui te ex toto corde & anima dilexerit, mundū-
que iſtum & quæcunque in eo ſunt, deteſtatus fuerit, vt te ſolum Dominum verè
D ſanctum, pretioſam margaritam, vitæ theſaurum, Deum cuius nulla eſt ſatietas,
poſſideat. Si quis ergo ſic Deum ſyncere diligit, nequaquam in terris eius eſt co-
gitatio; ſed ſurſum ſemper, vbi & diligit, & deſiderat, & ſitit anima, vt perfrua
tur. Inde & dulcedinem ſentit, & illuminatur, & perpetua dulcedine amoris Dei
ſatiatur. Verè etenim gaudio atque dulcedine plena eſt dilectio Dei. & beatus il-
le qui guſtauerit eam, nec eſt exſatiatus ab ipſa. Sed quis eam putas, dignè expli-
care poterit? Paulus Apoſtolus, qui guſtauit eam, & ſatiatus eſt ex ea, ſic procla-
mat, & dicit: Neque altitudo, neque profundum, neque ipſa vita, neque mors
futura, neque cuncti Angeli, neque Principatus, neque poteſtates, neque creatu-
ra alia, neque quæcunque alia ſimul, poterunt animam ſeparare à charitate Dei,
quæ guſtauit dulcedinem eius. Ignis immortalis eſt charitas Dei, quæ ſemper o-
peratur in animam diligentis eam, ſenſuum illuminationem ei tribuit, & à ter-
ris in cælum ſuſtollit, ita vt terrena quæcunque odio habeat, & ſolum Deum
quem diligit, contempletur. Et hoc ipſum nos docent ſancti Dei Martyres, qui
eam guſtauerant, & illa ſe expleuerant. Delicatum ac molle vinculum eſt Dei
dilectio, & tamen gladius anceps eam ſcindere non poteſt. Diſſecuerunt tyranni
membra ſanctorum Martyrum, charitatem autem eorum nequaquam diſſeca-
re potuerunt. O molle ac dulce charitatis Dei vinculum, admirationis & mi-
raculi verè plenum, quod nec incidi, nec diſſolui poteſt. Gladius eam non
diſcindit, neque ignis * exſoluit. Membra ſecabantur, ſed charitas non ſecaba-
tur, membra comburebantur, ac vincula charitatis non ſoluebantur. Demerge-
bantur rurſus in profundum corpora Sanctorum: charitas autem eorum, nullo
vnquam modo demergi potuit. ligabantur iterum Sanctorum membra, verùm

Pſalm.12.
Epheſ.1.

Iohan.9.

1 Cor. 11. &
Iohan.6.

Animæ noſtræ cum Deo coniunctio qualis.

Iohan.6. &
1.Cor.11.

Iohan.14.

Matth 22. 25.

Rom.8.
1.Tim.1. ac
Pſalm.15.
Rom.13.

*al. negligentiā auerſare. & malitiam execrare.
*al. meditare. pſalmodiam.

1.Cor.3. 6. &
2.Cor.6.

* al. diuinaque myſteria, in ea miniſtrantur.

Apoſtrophe.

Matth.13.
Coloſſ.3.
Philip.3.

Inſigne encomium charitatis.

Rom.8.

Philip.3.

Pſalm.33.
Hebr.11.

*al. exſtinguit.

charitas in ijs prorſus ligata non eſt. Quis ergo molliſſimum hoc charitatis vinculum non admiretur, quod nec inciditur, nec diſtoluitur vnquam? Si quis enim verè atque ſyncerè Deum dilexerit, talem habere charitatem probatur. Nam & hanc Deus Eccleſiæ ſuæ charitatem donauit, vt ea ſemper exornetur, atque regatur. hæc ſiquidē charitas, pignus Dei eſt in animabus noſtris. Columna & firmum in anima hominis fulcimentum, eſt charitas. Hæc ipſa rurſus, vnigenitū Dei filium ad nos è cęlis attraxit. Per hanc charitatem, Deus humanam naturam adſumpſit, per hanc charitatem incorporeus incarnatus eſt. per hanc charitatem, inuiſibilis viſibilis factus eſt, per hanc charitatem, paradiſus apertus eſt. per hanc charitatem, ligatus eſt fortis, per hanc charitatem, anima facta eſt ſpōſa Chriſti ſponſi immortalis, vt eius decore, in ſe ipſa illuminetur. propter hanc charitatē, paſſus eſt ſponſus impaſſibilis, & puriſſimus. Nam ſi anima abſq; * hac charitate fuerit, non complacebit ſibi in ipſa cæleſtis Dominus. Omnino autē voluntatem eius cogere non vult Deus, & ob id ſuæ eam libertati reliquit, vt ſemper agat ſicut ipſa voluerit. Quis igitur dignè poterit, ſuffeceritq; glorificare, & collaudare Deum Saluatorem noſtrum, de tanta gratia, quam ab eius bonitate cuncti accepimus? Gloria, & adoratio eius benignitati. Audite fratres, bonum conſilium * vilitatis meæ; ſtudeamusq́; ſemper donec tempus habemus, caſtè ac ſobriè, digneque Deo conuerſari, vt Spiritus ſanctus habitet in nobis, & charitas Dei abundet in nobis: hoc enim eſt eius ſemper exequi voluntatem. Et ne aliam in nobis habeamus ſolicitudinem fratres, præter hanc ſolam, quomodo ſcilicet anima noſtra in lumine illo cum Sanctis omnibus inueniri poſſit. Neque exſtinguamus, conſtringamusq́ue eam vllis rebus terrenis, aut ſolicitudinibus poſſeſſionum & pecuniarū: verùm exornemus eam orationibus & ieiunijs, vigilijs, & lachrymis, vt quantulamcunque fiduciam anima curam tribunali tremendi tunc Iudicis Chriſti inueniat, quando omnes animæ cum timore atque tremore adſiſtent: quando electi ibi ſeparabuntur à peccatoribus, quando viciſſim ſteterint oues à dextris, & hœdi à ſiniſtris. Certò ſcitote fratres ac filij chariſſimi, quòd in proximo eſt aduentus Domini, vt reddat vnicuique ſecundùm opera ſua: Sanctis quidem & electis ſuis requiem, & lucem perpetuam: peccatoribus autem, & qui exacerbauerunt eum, ſupplicia atque tormenta. Beatus homo. qui in illa hora fiduciam inuenerit, audieritq́ue beatam illam vocem dicentem: Venite benedicti Patris mei, poſſidete cuncti electi mei regnum meum. Tunc videbit vnuſquiſque ſe ipſum in lumine, & gloria inenarrabili; conſiderans q́ue intra ſe & admirans, cogitabit, ac dicet: Nunquid ipſe ego ſum? Et quomodo hac gloria, vilis & abiectus ego, repertus ſum dignus? Tunc Angeli etiam accedentes, cum gaudio glorificabunt ſanctos, enarrabuntq́ue eis ipſorum conuerſationem, vitamq́ue religioſam, continentiam, vigilias, & orationes, paupertatem voluntariam, perfectam omnium rerum nuditatem; in ſiti patientiam, in fame tolerantiam, in oratione * perſeuerantiam, in nuditate lætitiam, quæ * omnia ob perfectam Chriſti charitatem pertulerunt. Atque iſta magno cum gaudio Angeli inter ſanctos & iuſtos prędicabunt. Illi autem viciſſim Angelis reſpondebunt dicentes: Omninò quàm diu in terris viximus, nec vnam quidem diem perfectæ correctionis tranſegimus, nullumq́; opus bonum fecimus. Quibus rurſus Angeli in memoriam reuocabūt, locum ac tempus; & ipſi admirantes eos, glorificabunt Deum, adſpicientes corpora Sanctorum ſuper luminis claritatem In cælis fulgentia; quòd in terris voluntariè afflicti ſint, ſuaq́ue patientia pretioſam apud ſe margaritam occultauerint, veſtemq́; immaculatam compararint, qua induti ingrederentur ad nuptias. Inuenerunt enim in agro theſaurum abſconditum, venditisq́ue omnibus ſuper terram, illum ſolum * poſſederunt. Modicus eſt labor noſtræ exercitationis, fratres, at requies & cōſolatio maxima. Exiguo durat tempore labor continētiæ, ſed * retributio eius permanet in ſeculum ſeculi, in paradiſo delitiarū. Si quis fortè ſibi conſcius ſit, quòd peccauerit Deo, & intētione atq; propoſito animi laxato ſponte deliquerit; quàm diu adhuc tempus ſuppetit, ex affectu lachrymas fundat, iugiterq́ue plangat, vt lachrymis ſuis lætitiam * cordis ſui inueniat. poſſideat compunctionem cordis, lauetq́; corpus ſuum lachrymis atq; ſingultibus. Putatis ne vos lachrymarū habere experientiam, ô fratres? Nunquid quis veſtrum ab illa lachrymarū gratia, quæ

ſecundùm

Vinculum veræ charitatis indiſſolubile.

Epheſ.2.
Iohan.3.

Matth.12.

* al. extra hanc charitatem. &c.

Nota.

* al. paruitatis meæ.
Tit.2.
Rom.15.

Matth.25.

Matth.16.
Rom.2.14.

Matth.25.

Ibidem.

* al. inſtantiam

* al. & quæcunque Chriſti amore pertulerunt.

Matth.13.

* al. acquiſiuerunt.

* al. ſed requies eius.

* al. lætitiā ſibi in corde conciliet. al. diuinam cordi ſuo gratiā conciliet.

A ſecundùm Deum eſt, illuminatus reperitur? Certò ſcitote fratres, non fore in terris quid dulcius gratia lachrymarum, & compunctione cordis in hora illa. Cùm quis in oratione ſua Deum contemplatur, ſemper * corde deſiderium eius ſibi retinet. Si quis veſtrum expertus lachrymarũ dulcedinem, mediante oratione deſiderauerit eleuari è terris totus hic extra corpus in cælum fertur. & quid dico extra corpus? immò extra ſeculum vniuerſum totus eſt, nec amplius conuerſatio eius inuenitur in terris. Quoniam * cum ipſo Deo colloquitur. in Chriſto illuminatur, & in Spiritu ſancto iugiter ſanctificatur. Magnum ſanè miraculum fratres, quòd terrenus homo ſemper pura & ſancta oratione ſua, cum inuiſibili Deo ſermones conferat. Beatus homo, qui ſemper compunctionem habet, ſecundùm Deum. Compunctio fratres, illuminatio eſt mentis, & ſanitas animæ. B Compunctio fratres, remiſſionem peccatorũ nobis iugiter conciliat. Compunctio fratres, Ieſum vnigenitũ Dei filium in nobis habitare facit, dũ eum deſideramus ac quærimus. Compunctio fratres, Spiritum ſanctũ ad ſe inuitat & attrahit. Volo igitur vobis fratres, explicare virtutem atq; potentiam lachrymarum: Anna per lachrymas à Deo Samuelem accepit Prophetam, in exultationem & gloriam cordis ſui. Mulier quoque peccatrix, in domo Simonis, à Chriſto lachrymis ſanctos eius rigando pedes, veniam ac remiſſionem ſuorum conſecuta eſt peccatorum. Ingẽs eſt vis lachrymarum ô fratres, plurimumq́; valent lachrymæ, quæ ſecùndùm Deum ſunt: ſemper animam à peccatis abſtergunt, eamq́ue à cunctis iniquitatibus expiant. Lachrymæ ſecundùm Deum, fiduciam iugiter in ſanctũ Deum præbent, nec præualent vnquam cogitationes ſordidæ, approximare animæ compunctionem cordis habenti. Quid ergo hac dulcedine poteſt eſſe ſublimius? Quid iſta beatitudine deſiderabilius, qua anima ipſum Deũ, ad eum accedens, contemplatur? C Quando enim anima Deum deſiderat, ô fratres, ſemper eum ſua precatione intuetur, ipſumq́ue meditatur die ac nocte. Theſaurus ſecurus eſt compunctio cordis; gaudioq́ue ineffabili exultat anima compunctionem habens. Compunctionem autem dico, non vnius tãtum diei, ſed quæ die noctuq́; intus in anima velut fons exuberat. Eſt enim fontis puriſſimi inſtar compũctio cordis ô fratres, ſemper fructuoſas animæ plantas irrigans. Dico autem fructuoſas plantas, opera bona, atq; virtutes, quæ aſſiduè lachrymis & gemitibus irrigata, fructum ſemper bonum ac vtilem animæ tuæ afferent; eruntq́ue ſelectæ & ſpecioſæ plantationes tuæ. Quarè ſemper & abſque intermiſſione plantas tuas lachrymis, & orationibus irriga frater; vt ſic irrigatæ creſcant, fructumq́ue proferant de die in diem. Nolo me imiteris hominem deſidioſum & peccatorem, ſemper dicentem, & nunquam facientẽ. D Qui ex propoſito ſum negligens, & ſpontè diſſolutus, nec cordis compunctionẽ, nec puram orationem habens. Agnoſco autem meipſum ſemper peccatorem, ſemperq́ue futurum iudicium reformidãtem, nullamq́ue excuſationem pro delictis meis habentem. Quapropter vos obſecro, fratres mei ſancti, qui Deum timetis, & quæ illi ſunt placita ſemper facitis, intercedite pro me miſero & infelici peccatore, apud ipſum; vt veniat ſuper me gratia eius, propter veſtras orationes, ſaluetur q́ue anima mea, in tremenda, magna, & formidabili hora illa: quando venerit Chriſtus. reddere vnicuique ſecundũ opera ſua. Gloria ſoli Deo immortali, ſancto, bono atque tremendo, immaculato, & miſericordi, qui linguam noſtram mouet, redditq́ue expeditam ſua gratia, ad dulciter canendum; ac meditandum verba iudicij eius, & charitatis, atque compunctionis viciſſim in E ædificationem animæ, illuminationẽ cordis, vtilitatemq́ue mentis & intellectus: vt omnis anima, horum meditatione atque dulcedine, ad vitam trahatur æternam. In Chriſto Ieſu Domino noſtro: Cui gloria & potentia, in ſecula ſeculorum. Amen.

* al. ſemper cũ in ſuo corde defixum tenet.

* al. Talis quippè cũ ipſo Deò colloquiũ habet, &c. Eccleſ. 20.

Vis lachrymarũ quæ, & quanta.

1. Reg. 1.

Lucæ 7.

De cordis compunctione.

Fructuoſę plantæ ſunt opera bona. &c.

Inſignis modeſtiæ, & humilitatis verba.

Apoſtrophe pia.

Matth. 16. 25.
Rom. 2. & 14.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

Triplex, aut quadruplex potius, in alijs atque alijs S. Ephræm Codicibus, huius orationis reperitur Inſcriptio: nunc enim de Iudicio extremo, & de compũctione, vt hîc. nunc de Iudicio & compunctione animæ: nunc de Iudicio & charitate. nunc de Iudicio, & reſurrectione, & charitate, & compunctione, inſcribitur; quæ omnes quidem hîc rectè pro argumenti ratione quadrant, ſed quàm in pluribus Lectionẽ repetimus, hîc repoſuimus. Agit verò in hac Homilia Auctor de extremo Iudicio potiſſimùm: de alijs porrò obiter dũtaxat atq; incidenter, efficaciter tamen: Memorabilem autẽ inter alia hîc locum adducit

adducit tractatq; de ſacra Cōmunione, & quomodo dignè ad diuina participanda myſteria accedendū ſit, ac contra indignè ſumentes, &c. Poſtea inſigne quoque Encomium Charitatis ponit, eius efficaciam, fructumq; multiplicem, præſtantiam, atque dulcedinem explicans, pulcherrimisq; ſanctorum Martyrū exemplis, alijsq; colluſtrans. Deniq; de Compunctione cordis agit, cuius etiam varias proponit vtilitates ac commoda; vim atque ſuauitatem lachrymarum fuſius exponendo, & vtriuſque Teſtamenti exemplis comprobando, &c.

Nihil nobis in illa proderit hora, præter bona quæ hinc nobiſcum detulerimus opera, &c.] *Quia omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ſecundùm Apoſt. 2.Cor.5. vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonū, ſiue malum; benè & prudenter hic noſter monet Sanctus, nihil tunc ibi nobis profuturum præter bona, quæ hinc eò nobiſcum attulerimus opera. Atque hîc inſignis notatur locus contra Hæreticos bona opera impiè reijcientes & impugnantes, quem cùm & alibi frequenter attingat Auctor, in hiſce tamen de extremo Iudicio ſermonibus, pro ratione argumenti efficacius tractat, magisq; amplificat, ſicut & hîc conſequenter videre licet, vbi totus ferè Sermo eſt de operibus.*

Futurum enim eſt, vt vnuſquiſque noſtrum propria facta, ac dicta ante incorrupti, & tremendi Iudicis tribunal deferat, &c.] *Hoc ad confirmandum de operibus inſtitutum facit, legiturq; in alio S. Ephræm Cod. ſic: Tunc enim quiſq; ſecum actus ſuos deferet atque locutiones, ante tremendi Iudicis tribunal, &c. In alio porrò manuſcrip. exemplari Græc. quocū & noſtrū concordat, hîc loco φοβεροῦ, tremendi, legitur ἀδεχάστου κρίτου, id eſt, iuſti & incorrupti Iudicis. Sed quia vtraque lectio bona & probata habetur, & ad inſtitutum facit, viſum eſt hîc vtramque retinere, & coniunctim legere, ἀδεχάστου καὶ φοβεροῦ κρίτου, hoc eſt, incorrupti & tremendi Iudicis, &c. vt in noſtra traductione.*

Frugiferas arbores pro exemplo proferam, ad confirmandum, &c.] *Exemplo & comparatione eleganti ab arboribus, ſuum confirmat inſtitutum Auctor; cuius vis atque ſententia videtur eſſe eiuſmodi: Arbores fructiferæ non ab extrinſeco aliquo principio frondes, fructusue perceptos, ſed ab intrinſeco producunt: Sic homines non quæ extrinſecùs acceperunt bona fortunæ vel corporis, ſed quæ ab animo & voluntate, proferēt in Iudicio illo nouiſſimo, &c. concordantq; ſatis verba textus. quæ tamen ex alio Cod. & iam ſic ad verbum magis reddita accipe: Fructiferæ arbores ex intimis ſuis cùm tempeſtiuum fuerit, fructus ac folia proferunt: non extrinſecùs vnquam induuntur arbores decorem ſuum, ſed ex ſe intrinſecus iuſſu Dei, ſingulæ naturaliter producunt fructum: Ita & in die illa formidabili atque tremenda, vnuſquiſque proferet, quæcunque in corpore geſſerit, & bona, & mala. Deferentq; ſinguli coram horrendo tribunali Chriſti, vel (vt eſt in manuſcrip. Cryptafer.) ante Chriſti & tremendi Iudicis tribunal, actus ſuos velut fructus, & locutiones tamquam folia, &c.*

Horrendum ibi fratres erit iudiciū, in quo etiam abſque teſtibus cuncta erunt manifeſta, &c.] *Quantus terror & horror tunc in diſcuſſione illa vltima ſit futurus coram omni facie terræ, qui ſcire exactius velit; ſi aliunde, ex ſcriptis ſanè & verbis S. Patris noſtri Ephræm cognoſcet. Quis enim (vt res ipſa loquitur, & S. Gregor. Niſſenus de eo teſtatur) admouens aures ſermonibus, quibus extremum illud deſcribit Iudicium, non ſic animo afficiatur, vt ad illud ſe iam ſiſti iudicium exiſtimet? metuq; ita frangatur, & contremeſcat, quaſi contra ſeipſum ſententia pronuntietur? Sic enim ipſe de futuro illo iudicio agit, & tractat, quaſi ipſe cum toto ſimul mundo ad illud iam iam ſiſtendus eſſet, ipſaq; vox tremore plena & inexſpectata cælitus perſonaret: Surgite mortui, & venite ad iudicium, ſecundùm illud memorabile S. Hieronymi ſuper Matth. dictum: Quoties diem illū conſidero, toto corpore contremiſco: ſiue enim comedo, ſiue bibo, ſiue aliquid aliud facio; ſemper videtur tuba illa terribilis reſonare in auribus meis: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Sed de iſtis plura apud ipſum Ephræm.*

Nolo me imiteris hominem deſidioſum & peccatorem, ſemper dicentem, & nunquam facientem. Qui ex propoſito ſum negligens, & ſpontè diſſolutus, &c. *In alio Cod. ſic repperitur: Noli eſſe remiſſus, neque teporem peccatoris imiteris, qui ſemper dicit, & nunquam facit. Cuius torpet intentio, & laxatur propoſitum: quoniam orationis puritate, & compunctionis gratia deſtituitur, &c. Verùm iſta melius, & ad mouendum aptius, ſub propria eius efferuntur perſona, vt eſt in priori lectione, concordantq; ceteri manuſcrip. Cod. Græc. quos vidimus & contulimus. Quibus accedit, quòd eo etiam modo magis raram illam ſuæ perſonæ exprimere videatur modeſtiam, quam ipſam nullibi non in ſuis demonſtrat ſcriptis, & adhortationibus, vt benè de eo enarrauerit in ipſius vita Nyſſenus: Quid, inquit, commemorem animi ſubmiſſionem ipſius atque humilitatem; cùm ea virtus paſſim in omnibus eius ſermonibus ac ſcriptis, ſe ab eo ſingulariter excultam fuiſſe quodammodo clamet? &c.*

*al. Eiuſd. In Aduentum Domini.

EIVSDEM*

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

In ſecundum aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Accedite & venite filij lucis; auribus percipite benedictam, atque beatam illam vocem Saluatoris noſtri, ad vos dicentem: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum cælorum. Videte fratres chariſſimi, vt nullus veſtrum beata illa hæreditate fruſtretur. Ecce enim præ foribus eſt. Lux de luce ad nos deſcendit, & nobiſcum luce communicata, iterum ad lucem remeauit. Deſcendit ad nos & propter nos factus eſt ſimilis nobis, vt nos ſibi ſimiles redderet. Qui immortalis erat, ad mortales deſcendit, quos vbi immortales fecit, iterum ad Patrem adſcendit. Iam veniet cum gloria benedicti Patris ſui, vt iudicet viuos & mortuos. Via vitæ factus eſt nobis, lucis & gloriæ plena: vt nos in luce ad Patrem pergamus. Venite dilecti mei, incedamus per viam, quam Dominus oſtendit nobis: vt cum gaudio ad ipſius regnum pertingamus. Sumamus commeatum & oleũ in vaſis noſtris, non enim modica eſt vitæ illius longitudo. Præcingamus igitur lumbos noſtros, in ſynceritate & veritate, ſicut homines & ſerui veri, exſpectantes Dominum ſuum. Accendamus lampades noſtras, & ſtrenuè vigilemus: Expectamus enim, vt è cælis noſtrum ſuſcipiamus Dominum. Non ergo dormitemus, ne fortè lampades noſtræ extinguantur. En adeſt; nox præceſſit, & dies appropinquauit. Filij lucis anteuertite lucem. Exite cum gaudio in occurſum Domini noſtri. Oſtendite illi virtutes veſtras, afferte illi religioſam veſtram vitam, & continentiam, vigilias, & labores veſtros, lachrymas, & inopiam veſtram. Ne ergo deſidioſi ſitis atque ſocordes, neque ſomnolenti dormitantes. Nullus veſtrũ reſpiciat retrò, ſed oculos mentis in ſupercæleſtem illam pulchritudinem erigat. Surſum adſpectum ad gaudia illa conuertite, velut hæredes cæleſtis Patris, & cohæredes vnigeniti filij Dei. Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei omnes, qui diligitis ipſum, & vos præparaſtis ad videndam gloriam eius. Cunctos enim ipſum diligentes atque deſiderantes, lætitia ſempiterna afficiet, in thalamo illo lucido & ſplendido, ineffabili, & ſempiterno. Conſiderate igitur fratres mei, ne dum ſubitò clamor ille inſonuerit, inueniatur quis veſtrum lampadem obſcuram, & ſine oleo habens, aut veſte ſqualida ac ſordida amictus, damneturque in tenebras exteriores, & ſupplicia illa immortalia atque æterna, vbi erit fletus & ſtridor dentium. Muniamus ergo nos fratres chariſſimi, quoniam neſcimus, quando Dominus noſter veniet. Sicut enim fur in nocte, & vt laqueus, ſic dies illa ſuperueniet. Et ſicut fulgur velociſſimum, ita erit aduentus Domini noſtri. Canet enim tuba & terra ex fundamentis ſuis contremiſcet. Cæli cum virtutibus ſuis commouebuntur, & mortui omnes reſurgent. Hei hei dilecti mei, quis in hora illa ſibi confidet, aut quis præſumere audebit, quòd à proprio corde non reprehendetur? Parcite infirmitati meæ: exiſtimo enim quòd in hora illa contremiſcet omnis ſpiritus. Sed gratia Dei Saluatoris corroborabit & lætificabit corda iuſtorum, rapienturque in nubibus obuiam ei. Similes autem mei pigri ac deſides, cum timore atque tremore ſuper terram manebunt. Quare noſipſos à terra modicum ſubleuemus dilecti mei, vt facilius hinc * abeamus ad cælũ. Quid proderit nobis mundus, quòd ſic nos curis atque ſollicitudinibus eius innectimus? aut quodnam ex ſplendido veſtium ornatu conſequimur lucrum; niſi ignem inexſtinguibilem? aut quid nobis conferet exquiſitus ciborum apparatus, niſi ſupplicium æternum? Certò igitur ſcitote, quòd niſi breui hoc temporis curriculo benè certauerimus, perpetuam ibi pœnitentiam abſque vllo fine facturi ſumus? Quid ergo chariſſimi fratres, ita negligentes ac deſides ſumus? Quãobrem noſipſos ſtudioſè non præparamus? Ecce enim dies Domini appropinquauit ſuper nos. Cur non omnem ſeculi curam inutilem à nobis abijcimus, & à rerum terrenarum pondere nos liberamus? Neſcitis quod anguſta & arcta ſit ianua vitæ, & diues per eam ingredi non poſſit? Amat enim Deus pauperes, quique ſeipſos ſpontè in pijs exercitijs, atque vigilijs contriuerunt, & ſe ad videndum hunc ſponſum immortalem cum gloria, præpararũt, vt regnum cælorum hæreditate poſſiderent. Ecce enim chariſſimi mei, ipſa nos ianua inuitat, dicens: Accelerate, & venite ad me. En mater quoque * veſtra Hieruſalem, cum amore & deſiderio ad * vos loquitur: Venite filij mei deſideratiſſimi, accedite ad me, multiplicetur numerus veſter in me, & in ſponſo Domini noſtri; magnificenturq́; cœtus

Planè neceſſarius hic Sermo.
Matth. 25.
Matth. 24. 25.
Marc. 13.
Lucæ 21.
Matth. 25.
Luc. 12. Epheſ. 6.
2. Petr. 3.
Matth. 25.
Rom. 13.
Matth. 25.
Matth. 25.
Matth 25.
Matt. 8. 22. 25.
Marc. 3.
Lucæ 12.
Matth. 24.
1. Cor. 15. &
1. Theſſ. 4. 5.
1. Theſſ. 4.
*al. adſcendamus in cælum:
Notanda.
Matth 9.
Matth. 19.
*al. noſtra:
*al. ad nos:

veſtri

veſtri cum ſanctis Angelis in lumine meo. Videam vos cum gloria & decore, cum gaudio & exultatione.

Matth.6.
Lucæ 12.
Matth.25.
Lucæ 21.
Iohan.20.
Matth.8.

Concupiſcite me filij mei, ſicut & ego cupio vos. Nihil poſſederitis ſuper terram, nihilque ſoliciti ſitis. Nam ecce iam ſponſus paratus eſt, vt prodeat in nubibus cæli, cum gloria & maieſtate benedicti Patris ſui. Et vocabit ſingulos nominatim, eoſque recumbere faciet in regione ſanctorum illorum, qui in luce illa degunt ineffabili, in vita incorruptibili, immortali & ſempiterna, pro ratione laborum ſuorum. Satagamus igitur fratres mei, ſatagamus inquam breui hoc tēpore vitæ. Ne ſimus hîc negligentes chariſſimi mei, vt non per infinita ſecula poſtmodum pœnitentiam agere cogamur, vbi nihil proderunt lachrymæ ac gemitus, vbi non erit amplius vlla pœnitentia.

Sap.5.
Lucæ 15.

Ceterùm in ſtudijs atque laboribus veſtris dilectiſſimi mei, gaudent & exultant Angeli atque Archangeli: ſicut contra, in torpore ac negligentia veſtra, gaudet inimicus. Contendite igitur filij mei deſideratiſſimi; contendite, vt & ego lęter in vobis, & vos in me, in ſecula ſeculorum.

Precatio.

Supplico tibi Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, vt dones mihi & omnibus qui te diligunt, vt cum gloria te videamus in regno tuo, illudque hæreditate percipiamus, cum ijs qui deſiderant & diligunt te Domine *Ieſu Chriſte.

*al. Domine Deus meus.

Chariſſimi mei, ſi breui hoc vitæ tempore, deſides ac negligentes fuerimus, nullam in die illa tremenda atque horribili excuſationem habebimus. Quomodo enim peccata noſtra purgemus, non inueniemus: nam cum Dominus, & Saluator noſter, ad nos ſaluandos deſcenderit, omnis nobis excuſatio ſublata eſt. Donauit enim nobis veniens, vitam ſempiternam.

Rom.5.
*al. facti.
2.Theſſ.5.

Eramus inimici, & reconciliati ſumus; terreni, & cæleſtes facti ſumus; mortales, & immortales * vocati. Filij eramus tenebrarum, & filij lucis euaſimus. captiui, & reuocati; ſerui peccati, & liberi facti ſumus; pauperes, & ditati; perditi, & inuenti; odibiles, & amati ſumus; iniqui, & iuſtificati ſumus. non antea conſecuti miſericordiam, & miſericordiam conſecuti ſumus.

Lucæ 15.
Oſee 2.
Rom.9.

Peccatores eramus, & ſaluati ſumus. Diſperſi, & congregati. Terra & cinis, & filij Dei euaſimus. Nudi eramus, & operti ſumus. Deniq; hæredes, ac cohæredes vnigeniti filij eius facti ſumus. Ecce hæc nobis omnia largitus eſt Dominus noſter; quid ergo nos dilectiſſimi mei, retribuemus ei?

Iohan.1. & 1.Ioh.3. Rom.8.
Pſal.115.
Deut 6.

Venite, excutiamus à nobis omnem curam atque ſollicitudinem vaniſſimi ſeculi huius; magnoque cum ſtudio, ac diligentia multa, ſeruiamus ei ſoli. Eccè enim verè iam appropinquat dies Domini, aduentusq; ipſius prorſus nos anteuertit.

Matth.4.
Luc.12.13.21.
Matth.25.
Rom.13.

Venite igitur fratres mei, præparemus nos, & vigilemus, exſpectantes Dominum noſtrum, & ſponſum immortalem. Ecce enim iam fulget. En oritur. ecce iam venit. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Filij lucis, feſtinate ad lucem.

Matth.25.
*al. bona veſtra opera, &c.

Exite in occurſum Domini noſtri cum gaudio. Oſtendite ei virtutes * veſtras. Offerte ei pia religionis exercitia, continētiam veſtram, vigilias, & labores veſtros, lachrymas, & paupertatem veſtram. Ne ergo negligentes ſitis atque ignaui, non dormitātes, neque conſopiamini.

Lucæ 9.
Coloſſ.3.

Nullus veſtrum reſpiciat retro: ſed ſurſum ad cæleſtem illam pulchritudinem contemplandam, ſe mentis veſtræ acies conuertat. Surſum ad cæleſtia illa immortalis ſponſi gaudia, adſpectū veſtrum dirigite; vt illius gloriæ, & claritatis atque decoris contemplatione, mens veſtra ſatietur. Qui eſurit, adhuc exſpectet: ecce enim cæleſtis regni menſa eum præſtolatur. Et qui ſitit, modicum perferat: Ecce enim delitiæ paradiſi iam ei paratæ ſunt. Qui vigilat, vel pſallit, orat vel plorat, confortetur: quia gaudium thalami Domini ſui, ipſum conſolabitur. Atque iſta omnia ſcientes, nihil in terris poſſideamus fratres mei chariſſimi. In die illa, oſtendere tenebitur vnuſquiſque noſtrum, quam hic poſſederit virtutem, quot labores pertulerit, quæque pietatis ſtudia, atque vigilias exhibuerit.

Pulchra & ſalutaris Apoſtrophe.

Putatis fratres mei, quando oſtenſuri ſunt ſancti Dei Martyres vulnera ſuorum verberum ac cruciatuum, fortesque pietatis athletæ ſuam religionem & continentiam, patientiam, tribulationem, rerumque omnium nuditatem; qui hîc negligenter ac ſegniter vitam traduxerunt, in quo gloriari poterunt? Numquid in ſua negligentia atque torpore? nunquid in ſegnitie ſua atque interitu? Væ ipſis, quia malè neglexerunt. Væ ipſis, quia deſides atque ſocordes fuerunt.

Pſal.94.

Venite filij mei, venite ſatagamus. Venite procidamus & lugeamus atque ploremus coram ipſo, abſque rubore ac verecundia: vt lucem animæ nobis donet.

Contra inſidias & fraudes varias Diaboli.

Intelligite inſidias aduerſatij noſtri, & honeſtatis inimici: Noſtro enim objcit adſpectui

lubri-

A lubricitates, ac ſcandala, peſtemq; immodicæ cupiditatis habendi, diſtractionem ſeculi huius, & voluptatem carnis. præterea verò longiorem vitæ præſentis exſpectationem, timiditatem atque ignauiam in operibus bonis, in oratione torporem, in pſallendo ſomnum, quietemque carnalem. Quantò autem ille magis in noſtram perniciem incumbit: tanto nos amplius negligimus atque torpeſcimus. Quantò ille nobis inſidiatur, tanto magis aſpernamur: cùm ſciamus, quod dies noſtri abbreuiati ſunt, tempusque nos præoccupat, & Dominus gloriæ iam venit cum decore pulchritudinis ſuæ, & cum gloria maieſtatis ſuæ, cumque tremendis ſuis virtutibus: vt reddat vnicuique iuxta opus ſuum. Vereor fratres chariſſimi, ne in nobis impleatur ſermo Domini: Venient ab Oriente & Occidente, & Septentrione, & Meridie, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno B cælorum: vos autem eijciemini foras. Oro te lux veritatis Chriſte, nate benedicti Patris, figura & ſplendor ſubſtantiæ illius, qui ſedes ad dexteram maieſtatis eius, incomprehenſibilis fili, & imperueſtigibilis Chriſte, & inſcrutabilis Deus; gloria & gaudium diligentibus te, vita mea Chriſte, ſalua me peccatorem in regno tuo. Qui laborat operarius, mercedem ſui à te laboris exſpectat. Heu heu, lingua mea laborat, otioſa atque ſuperflua loquendo, verùm tu Domine ne mihi retribuas ſecundum opus meum: ſed ſaluum me fac, per gratiã tuam, & propter * magnam miſericordiam tuam miſerere mei: quia benedictus es tu, & glorioſus in ſecula ſeculorum, Amen.

Matth.25.
Rom.2.14.
Matth.8.
Lucæ 13.
Precatio pia & efficax.
Hebr.1.10.12.
1.Cor.2. & Iacob.1.2.
Matth.10.20.
Lucæ 10.
* al. per magnã pietatem atque clementiam tuam.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

C *PLanè neceſſarius hic Sermo, ad bonos in ſpem ſalutis erigendos, eosq; in bono vitæ propoſito confirmãdos: improbos autem à prauis vitæ inſtitutis deterrendos. Quid enim magis hominem ad benè beateq; viuendum allicere & prouocare poteſt, quàm poſt exantlatos huius mundi labores, præmium in cælis vitæ æternæ, & beatifica ac ſempiterna illa diuini aſpectus fruitio? quid contra æquè à malè viuendo mortales alienare, & deterrere poteſt, atque intolerandus ille horror inferni, vbi nulla vnquam redemptio? quam, inquam, exſpectare vltimam illam vniuerſalis Iudicij horam atque ſententiam, qua à Iuſto Iudice mali ſeperabuntur à bonis; ac boni ad vitam & gaudia ſempiterna vocabuntur, impij autem in ignem æternum Diabolo & angelis eius paratum, detrudentur? Hæc autem ita perſpicuè & plenè à Sancto Patre noſtro Ephræm proponuntur, & inculcantur, vt amplius ad commouendum vix dici, afferriq; in medium queat. Sic enim in hiſce futurũ illud Dei iudicium expreſſit, atque ob oculos omniũ poſuit, vt ad eius cognitionem nihil aliud, niſi vt res ipſa fiat, deeſſe videatur. neque ego ſolùm ita de hoc ſentio, ſed Gregorius ipſe Nyſſenus Magni Baſilij frater in vita Ephræm de eo ſic loquitur: confirmantq; poſt eũ D quicunque iſta Auctoris noſtri de Iudicio extremo, viderunt & lectitarunt. Quia verò ſimilis argumenti Oratio alia grauis & elegans ſub nomine etiam S. Baſilij Magni reperitur, licet hactenus inter Tomos eius editos nondum relata; viſum eſt eam recenter à nobis conuerſam & illuſtratam ſub nomine veri ſui Auctoris hîc edere, & præcedentibus ſubijcere, vt à quocunque deinceps legi, & cum illis Ephræm conferri poſſit.*

Cũctos enim ipſum diligentes lætitia ſempiterna afficiet in thalamo illo lucido & ſplendido, &c. *Hoc loco, pro φωτεινῷ, id eſt, lucido & ſplendido, ſiue luminoſo, al. reperitur, ac legitur: φοβερῷ, hoc eſt, tremendo atque horrendo. verùm prior lectio hîc magis inſtituto quadrat Auctoris: quòd thalamus ille cæleſtis, de quo loquitur, nequaquam bonis ac iuſtis tremendus, formidabilisq; futurus ſit, &c.*

Sicut fur in nocte & vt laqueus: ſic dies illa ſuperueniet.] *Hic quoque variat lectio, dum pro (παγίς, id eſt, laqueus) in alio manuſcrip. Græco S. Ephræm, legitur καταιγίς, procella, tempeſtas, impetus ventorum: verum quomodocunque hîc legatur, parum referre videtur; cum vtrobique ſimilitudinis vis E conuenienter exprimatur; alluſio verò fit ad Luc. 12. ſed potiſſimum 21 cap.*

Magnificenturque cœtus veſtri cum ſanctis Angelis in lumine meo. Videam vos cum gloria, & decore, &c.] *Al. ſic iſta interpunguntur atque leguntur: Magnificẽturq; cœtus veſtri in lumine meo. Cum ſanctis Angelis videam vos cum gloria & decore, & gaudio atque exultatione, &c.*

Ceterũ in ſtudijs veſtris dilectiſſimi mei, gaudent & exultant Angeli, &c.] *In alio Cod. non malè iſta abſque (Ceterùm) coniungũtur cum ſuperioribus, hoc modo: In huiuſmodi veſtris ſtudijs atque laboribus, chariſſimi, exultant Angeli atque Archangeli: ſicut contra in veſtra negligentia atq; torpore gaudet inimicus, &c. quamquam tamen & rectè per voc. (λοιπὸν, id eſt, ceterùm, porrò) eadem copulentur cum ſequentibus, ſicut in hoc Græco noſtro exemplari, noua periodo adhibita referuntur. Veruntamẽ tuum eſto iudicium lector.*

Oro te lux veritatis Chriſte, nate benedicti Patris, &c] *In Precationem deſinit eius Oratio nõ ſine acrimonia, & affectuum motione, vnde & tota oratio magis pathetica redditur, ſicut alibi ſæpè: adeò verũ eſt. quod in Sancti huius adducit vita Gregorius Epiſcopus Nyſſenus, ſic de eo enarrãs: Cõciones* *autem illius nihil aliud niſi precatio interpellabat: precationem rurſus conciones excipiebant, &c. At nos ijs etiam addere poſſumus, quòd Conciones eius in Precationem deſinebant & terminabantur, ſicut hic & alibi apud ipſum obſeruare licet quod ipſum & hodie boni Concionatores in Eccleſijs laudabiliter imitantur & præſtant.*

SANCTI PATRIS BASILII MAGNI ORATIO DE FVTVRO IVDICIO.

SI quando peccatum aliquod perpetraturus ſis, reuolue quæſo prius animo tuo horrendum illud atque intolerandum Chriſti iudicium, in quo quidem Iudex in alto atque ſublimi præſidebit throno, adſtabit autem omnis creatura tremebunda coram * glorioſo & illuſtri eius conſpectu. Vnuſquiſque porrò noſtrum ibi totius vitæ ſuæ rationem cogetur reddere: eos autem, qui multa mala in vita admiſerunt, truces quidam atque horrendi circumſtabunt Angeli, igneam * præſeferentes faciem, ignemque ſpirantes, ob ſui inſtituti prauitatem & amarulentiam: vultum quoque nocti habentes ſimilem, præ mœrore, & odio quo ſunt in homines. Deinde ad mentem mihi reuoca, barathrum illud profundiſſimum, & tenebras * impermeabiles, ignemque planè obſcurum, qui vrendi quidem facultatem habeat, ſed omni luce deſtitutus ſit. Vermium item genus quoddam venenoſum ac carniuorum, quodque licet mirandum in modum ſemper voret, nunquam tamen exſatiare ſe poteſt, intolerandos dolores morſibus ſuis inurens. denique ſupplicium omnium grauiſſimum, opprobrium ſcilicet illud, & pudorem ſempiternum. Hæc time & eiuſmodi inſtructus timore, quaſi fræno quopiam animam à malo coerce, & ad vitioſas concupiſcentias propendentem inhibe. Nam qui diem illum, ac tempus ſibi ob oculos conſtituit, quo omnis creatura ſtatuenda erit coram Iudice, rationes eorum quæ hic egit reddendo, ſemperque ſuam in foro defenſionem meditando, in foro inquam, vbi nulla valet fraus ac dolus talis ſanè aut nihil penitùs, aut parum admodum delinquet. Homines quippè ideò peccare conſueuerunt, quòd diuino deſtituantur timore: qui autem certò minas exſpectant, illis domeſticus familiariſque timor nullum concedet tempus ad imprudentes actiones, vel cogitationes delabi. Nam & generoſi forteſque Dei pugiles, etſi toto vitæ ſuæ tempore cum hoſtibus inuiſibilibus decertarint, cunctaſque eorum perſecutiones ſuperarint; dum tamen iam animam agunt, examinantur à principe huius ſeculi, num ex certaminibus initis aliqua acceperint vulnera, vel maculas, notaſve vllas à peccato impreſſas retineant. Quòd ſi nullo ſaucij vulnere, nullaque aſperſi decolore macula peccati comperiantur, tanquam inuicti exiſtentes ac liberi, à Chriſto reficiuntur. Et hæc quidem, ex ipſo diſcere peteris Domino, qui inſtante paſſionis ſuæ tempore, dicebat: Nunc princeps mundi huius venit, & in me non habebit quidquam. Sed is quidem qui nullum vnquam peccatum fecit, rectè aiebat: in me non habet quidquam. homini autem ſatis fuerit, ſi dicere auſit: Venit nunc princeps mundi huius, & in me pauca * & modica habebit. Proinde ſedulo ea mihi conſidera atque perpende, quæ à Deo horrenda ijs accident, qui tormenta ſubituri ſunt: quando ſcilicet, aſtra obſcurabuntur, ſol lumine deſtituetur, & luna ſplendorem amittet quando fulmina iacientur, & tonitrua clarè * diſrumpentur. quando ſuper capite aër tenebris obducetur, ita vt vndequaque examen omnis conſolationis expers ſit ijs, qui iræ tradentur. Nam creatura ſuo Creatori morem gerens atque inſeruiens pœnas * atque tormenta intentabit iniuſtis; eos autem, qui ſpem omnem atque fiduciam in ipſo collocarũt, omni beneficiorum genere complectetur. Et quemadmodum ſuper vno peccatore pœnitentiam agente gaudium in cælis exiſtit: ita & exacerbatio ac dolor ſuper ijs, qui peccando, à ſuo Conditore deſciſcunt. Tunc ignis ille, qui in ſupplicium Diabolo præparatus eſt & angelis eius, diſſecabitur voce Domini: vt cùm duplex inſit igni facultas, aduſtiua

vna

Timẽdi Iudicij admonitio.

* al. ad glorioſ. & illuſtrem ipſius aduentum.

*al. ignem paratũ conſpicientes, ignemque exſpirantes, &c.

* al. quæ perſpici planè nequeunt, ignemq; in tenebris non lucentem. &c.

Similia planè alibi in eius reperies Epiſt.

Eadem vide in eiuſ Hom. 5. ſuper Pſal. 6.

Iohan. 14.

†al. parua & exigua poteſtas ei erit.

* al. magno cũ horrore erumpent.

* pœnis quidem afficiet iniuſtos.

Lucæ 15.

Conueniũt quæ ſunt in eiuſdem Hom. in Pſal. 28.

A vna, & illuminatiua altera; acris quidem vis ignis & punitoria repoſita eſt ijs,
qui vſtione ſunt digni; illuſtratoria verò hiſce, qui claritate perennis gaudij perfruituri
ſunt ſuccedet; ita vt obſcurus quidem ſit ignis ſupplicij, vrendi autem vi
careat lux illa refocillationis atque quietis. Nec eſt quòd de eo ambigas: ſiquidem Similia apud eũ
in retributionibus eorum quæ in vita à nobis erunt geſta, natura ignis diuidetur, alibi habes in
& lux quidem ad fruitionem & oblectamentum iuſtis: vrẽdi autem vis ac Hexam.
dolor, ijs, quibus tormenta irrogabuntur, * conſtituetur. Verùm horribilior *al. ſecernetur.
tenebris igneque illo æterno pudor erit, atque confuſio, in qua perpetuò conuerſabuntur
peccatores, ſemper ob oculos retinentes veſtigia illa peccati in carne
admiſſi, quaſi notæ alicuius tinctæ nec eluibilis vnquam, in memoria animæ
æternum duraturæ. Paucorum verò eſt ad lucem veram accedere, & manifeſtari Notanda.
B velle, & poſt occultorum reuelationem non recedere facie confuſa. Dei quippe
abalienatio atque auerſio, etiam inter omnes pœnas, quæ in gehenna exſpectantur,
intolerabilior grauiorque eſt ei qui patitur, quàm oculo lucis priuatio
etiamſi dolore careat. Quòd ſi quis omnem ſimul facultatem, quæ ab initio generis Vide Homil.
humani exſtiterit, ſermone complectatur & in vnum colligat, ne minimæ eiuſd. de Legẽd.
quidem illorum bonorum parti illam inueniet parem: imò vniuerſa huius bona Libr. gentil. in
amplius à minimo illorum dignitate diſtant, quàm vmbra & ſomnium à rebus principio.
veris. Et vt exemplo magis proprio vtamur; quanto anima in omnibus pretioſior Ab exemplo.
eſt corpore: tantò vtramque hanc inter ſe vitam differre palam eſt. Ceterùm
plurimi homines ex illis verbis (ille quidem multis vapulabit, ille verò paucis) Lucæ 12.
finem ſupplicij eorum qui puniendi ſunt, fore dictitant: cùm illa non temporis
productionem ſiue adimpletionem, ſed tormentorum declarent differentiam.
C Nam & Dominus interdum affirmat, hos quidem ad ſupplicia abituros æterna: Matth.25.
iuſtos autem in vitam æternam. aliquando autem quoſdam legitur in ignem ablegare Ibidem. &
æternum, qui Diabolo præparatus eſt & angelis eius. alibique gehennam Lucæ 13.
ignis nominat, addendo, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.
Dixitque præterea de quibuſdam per Prophetam, quòd eorum vermis non Marc.9.
morietur, & ignis ipſorum non exſtinguetur. Hæc & eiuſmodi, cùm ſic poſita Eſa.66.
frequenter in diuinis reperiantur litteris, vnum omninò illud eſt ex inſidijs & artificijs Eadem habet in
Diaboli, quòd cùm multos homines tantæ & tales Domini ſententiæ prætereant, Reſponſ. ad Interrog. 267. in
vt ad peccandum audaciores fiant, finemque ſibi ipſi ſuppliciorum ſtatuant. Regul. breuioribus.
Si enim æternorum aliquando tormentorum erit finis, erit ſanè & vitæ æternæ: Argumentum
ſin autem de vita, hoc accipere atque ſtatuere nolumus; quo nam pacto valde efficax.
D quæſo, rationi conſonum eſſe poterit, ſupplicijs æternis finem proponere velle;
cùm æterni adiectio, æqualem in vtriſque vim habeat? Ibunt enim, inquit, hi in Matth.25.
ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam. Illud itaque (ille vapulabit Lucæ 12.
multis, & ille paucis) non finem, ſed differentiam pœnarum declarat. Nam ſi Pſalm.7. Pſalm.61.
Deus iuſtus eſt iudex, non bonis duntaxat, verùm etiam improbis, reddens vnicuique Rom.2.14.
ſecundùm opera ſua: fieri poteſt, vt alius quidem igne ſit dignus inexſtinguibili,
eoque vel * leuius, vel vehementius vrente: alius verò, verme nunquam *al. lenius.
morituro, & eo rurſum, aut mitius, aut acrius excruciante, pro meritis nimirum Eſa.66.
vniuſcuiuſque. Alius item gehenna, habente prorſus ipſa etiam diuerſa tormentorum
genera: aliuſque ſimiliter tenebris exterioribus, quo in loco alius quidem Matth.8.22.25.
ſolum in fletu & planctu, alius verò etiam in ſtridore dentium, propter cruciatuum Lucæ 13.
ſcilicet acerbitatem, & incrementum. Ac ſanè illud (In tenebras exteriores)
E planè alias quoque interiores eſſe demonſtrat. Illudque quod in Prouerbijs Prouerb.2.
dictum eſt, (In profundum inferni) declarat quoſdam quidem eſſe apud inferos,
ſed non in profundo ſeu ima parte inferni, qui longè mitius puniuntur
alijs. Et ne hîc me arbitreris tanquam nutricem aliquam te terriculis percellere, A Simili.
ſicut illæ cum pueris conſueuerunt facere, dum inordinatè nimium ac præter
modum lugent & plorant, confictiſque eos fabellis quietos reddunt. Hæc quippè Nota.
non fabula, ſed ſermo verus multo antè prædictus denuntiat: certoque ideo tibi
perſuaſum habeas, exquiſitum eorum, quæ in vita peregimus; fore exemen.
Iniuria affeciſti fratrem; eandem exſpecta. Bona, eorum rapuiſti, qui indigentiores *al. ea quæ ſuæ
te erant; pugnis concidiſti pauperes; conuiciatus es, & pudore affeciſti; calumnias egenorum, rapuiſti?
adhibuiſti; mendacium dixiſti; alienis nuptijs inſidias ſtruxiſti; peiraſti;

terminos maiorum transgreſſus es; poſſeſſiones pupillorum inuaſiſti; viduas oppreſſiſti; præſentem denique voluptatem bonis futuris à Deo tibi promiſſis prætuliſti? Proinde horum omnium retributionem exſpecta: qualia enim quiſque ſeminauerit, talia & metet. quòd ſi etiam boni quidpiam eheris, illud quoque magno cum fœnore tibi compenſabitur. Perpende igitur cogitatione extremum diem, ô homo: non enim tu ſolus ſeculum æternum viues; ſeduloque conſidera anguſtiam illam & ſuffocationem, & mortis horam, & ſententiam Dei vrgentem, & Angelos feſtinantes, & animam in hiſce grauiter perturbatam, quæque delinquente conſcientia acerbè flagellatur: & ad ea quæ hîc ſunt, miſerabiliter ſe conuertit: & ineuitabilem longæ illius peregrinationis neceſſitatem. Deſcribe etiam mihi mente tua, vltimam illam communis vitæ euerſionem; quando ſcilicet veniet filius hominis in gloria & maieſtate ſua cum Angelis ſuis: Veniet enim, & non tardabit: quando veniet iudicaturus viuos & mortuos, & redditutus vnicuique iuxta opus ſuum. quando tuba illa magno & horrendo ſono edito, eos, qui à condito ſeculo dormierunt, excitabit; & procedent qui bona egerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala fecerunt, in reſurrectionem iudicij. Memoria tecum repete diuinam Danielis viſionem, quomodo nobis iudicium Dei ob oculos poſuit: Videbã enim, inquit, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierũ ſedebat, & indumentum eius candidum quaſi nix, & capilli capitis eius velut lana munda. thronus eius flammæ ignis: rotæ eius, ignis accenſus. Fluuius ignis decurrebat ante ipſum: mille millia miniſtrabant ei, centena * millia circumſtabant ipſum: iudicij locum conſtituit, & libri aperti ſunt. Bona & mala, manifeſta & occulta, facta & dicta, atque cogitationes, omnia aceruatim, ita vt ab omnibus Angelis pariter & hominibus exaudiri poſſint, apertè reuelabuntur: tum etiam, quales neceſſe ſit eos eſſe, qui malè hic vixerunt. Vbi, inquam, anima illa ſubmergetur, quæ in tot ſpectantium oculis, tam fœda turpitudine plena eſſe viſa eſt. Quali autem corpore, infinita illa ac intolerabilia flagella perferet? vbi ignis eſt qui non exſtinguitur, & vermis qui ſine intermiſſione corrodit atque excruciat. & fundum inferni tenebricoſum atque horrendum, & eiulatus amari, vlulatusque indecorus, ac ploratus, & dentium ſtridor, nec vllus malorum ibi eſt finis. Ab his non contingit poſt mortem liberatio, neque eſt aliqua tunc induſtria, neq; ars, cuius adminiculo effugere queamus amara illa ſupplicia. Hæc nũc effugere licet; quare dum licet, nos ipſos tantis malis liberemus; neque de nobis ipſi deſperemus, ſi modo à vitijs recedere voluerimus in promptu eſt via ſalutis, ſi velimus. Quærit te paſtor bonus, relictis ijs ouibus quæ non aberrarunt: ſi te ipſi commiſeris, non cunctabitur, neque dedignabitur ille hominum amator, te ſuper humeros proprios geſtare, gaudens atque exultans, quod inuenerit ouem ſuam quæ perierat. Stat ille pater, & tuum ab errore exſpectat reditum: ſolùm te in viam da, & reuertere. Et dum adhuc longè aberis, accurrens irruet in collum tuum, amicisque amplexibus complectetur te, vt qui iam pœnitentiæ lauacro purgatus es. Et ſi quis fortè ex his, qui ſtare ſibi videntur, vitio verterit, quod citò aſſumptus es. Ipſe ille bonus pater, pro te reſpondebit dicens: Lætari oportet & gaudere, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Similia planè ſunt in eiuſd. Hom.61. in fine.

Galat.6.

Concordãt quæ ſunt ſub fin. eiuſd. Epiſt. ad Virg. elapſam.

Matth.25.
Abac.2. Heb 10.
Matth.16.24.25.
Rom.2. & 14.
1.Cor.15.
Iohan.5.

Dan.7.

Ibid. & Apoc.5.

* vulg. decies millies centena millia. &c.

Marc.9.
Eſa.66.

Pia & ſalubris admonitio.

Lucæ 15.

Conſolatoria planè verba.

Lucæ 15.

Lucæ 15.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

Hanc de Futuro Iudicio Orationem, non alterius quàm S. Baſilij Magni eſſe, iiſdem comprobari poteſt rationibus, quibus Superiorem illam De Morte, eiuſdem eſſe, in Scholijs illius antea demonſtrauimus; cùm & ſub nomine Baſilij in eodem antiq. Vatican. manuſcrip. Græc. reperiatur, vbi & illa. Cui accedit, quòd phraſin quoque ac dictionem vbique Baſilianam redoleat, multaque contineat, quæ & alibi ſparſim non vno in loco apud eundem inueniuntur atque repetuntur; ſicut in non paucis, ipſi legendo ac conferendo loca, deprehendimus; ac hic etiam ad ipſius Homiliæ marginem promptiori Lectoris commodo adnotauimus, nonnullaque in ſubiectis hiſce Scholijs etiam plenius collata produximus.

Si quando peccatum aliquod perpetraturus ſis, reuolue quæſo, &c.] *Pulchrum & memorabile Sermonis initium iſtud, Commonitionem timendi iudicij, & fugiendi peccata continẽs valde ſalutarem, iuxta*

A iuxta illud Eccl. 7. *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Et ibid. cap. 38. Memor eſto iudicij mei: ſic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie, &c. Conſonant autẽ planè iſtis, quæ idem adducit Baſilius alibi, in Homilia ſuper Pſalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore, &c. poſt med. vbi ſic habet: Si quando te ſenſeris ad vnum aliquod cieri ac proſilire peccatum, mihi ad mentem reuoca formidabile illud nec vlli mortalium tolerabile Chriſti iudicium, &c. vbi benè longa periodo, non tantùm ſimilia, ſed & eadem penitus cum ijs, quæ hic in ipſo Homiliæ ponuntur initio, verbis licet nonnihil cõmutatis adducuntur, ſicut & in alijs hic obſeruare licebit, ne quis de Auctore ambigat.*

Verùm horribilior tenebris igneque illo æterno pudor erit, atque confuſio, in qua, &c.] *Planè ſimilia, aut eadem potius, verbis aliquantulum commutatis ab eodem repetuntur Baſilio, in Homilia iam citata ſuper Pſalmum 33. ante med. vbi de Iudicij terrore agens, inter alia ſic enarrat: Qui verò malè fecerint, in probrum & confuſionem reſurgent: in ſeipſis turpitudinem & formas eorum quæ* B *perperam commiſerunt, impreſſas conſpicientes. (Sequiturq; ad propoſitum hic faciens:) Erit ſanè confuſionis eiuſmodi impreſſio ipſis tantò plus horrori, quàm vel ipſæ tenebræ, aut ignis æternus; quòd in eâ æternum victuri ſint peccatores, ſemper ob oculos verſantes veſtigia illa peccati in carne admiſſi, tanquam notæ cuiuſpiam tinctæ, nec vlla aſpergine eluibilis, in memoria animæ perpetuò duraturæ, &c.*

Plurimi ex illis verbis (Ille quidem multis vapulabit, ille verò paucis) finem ſupplicij fore dictitant, &c.] *Egregiè iſtam ſcripturæ Lucæ 12. hic exponit ſententiam Baſilius, detorquentium interim opinionem confutans; & per iſta non temporis productionem ſiue adimpletionem, ſed tormentorum declarari differentiam, efficaciſſimis rationibus, auctoritatibusq; ſcripturæ luculenter demonſtrans. In quam planè ſententiam, plura apud eundem reperies Baſi. Tom. 2. in Regul. breuioribus, in Reſponſ. ad Interrog 267.*

Iudicij locum conſtituit, & libri aperti ſunt. Bona & mala, manifeſta & occulta, &c.] *In alio Codic. iſta non interpuncta vt hîc, ſed paullò aliter leguntur, modo vt ſequitur: Iudicij locum* C *conſtituit, & libri aperti ſunt, qui manifeſtè bona, mala, aperta, obdita, facta, verba, cogitationes, omnia aceruatim, ita vt ab Angelis atque hominibus exaudiri poſſint, patefaciunt, &c. Eademq; iſta fuſius à Baſilio reproducuntur alibi in Epiſtola ad Virginem elapſam, circa finem. Locus ſanè conſideratu, collatuq; dignus eſt.*

THRENI SIVE LAMENTATIONES eiuſdem S. Patris noſtri Ephræm Syri, De Diuina retributione.

D Immenſam atque ineffabilem Dei * benignitatem cernis anima mea, tuamque conuerſionem patienter exſpectantem; & tu nihilo ſecius contemnis, nec ob commiſſa mala, plangendo aut ſuſpirando conuerteris? At quouſque tandem nos tolerabit? O miſera anima mea, quamdiu huic mortali & fallaci vitæ, cuique firmum ac ſtabile nihil eſt, ſed omnia inſunt momentanea atque fugacia inſeruies? Hei mihi, quamdiu carnis voluptatibus obtemperabis, fœdisque paſſionibus, & ad inferorum receptacula detrahentibus, parebis? O miſeranda anima, quouſque torpeſcis, & de ſalute animum deſpondes? quam veniam in die iudicij aſſequeris? cùm Saluator per Prophetam exclamet, dicens: Poſthac anima ad me reuertere, & ego ſanabo te. O miſerabilis anima, vſquequo non ſuſpicis, & tuæ mentis oculos aperis, conſiderasque hominum neminem in hoc E ſeculo permanſurum? ſed omnes ſenſim præterire, ſicut præterijt dies aut heſternus, aut alius quiſpiam. O anima mea, quamdiu hoc pœnitentiæ tempus deſpicis, diem de die protrahens; cùm tui exitus diem ignores, & vigilare, tuiq; hinc deceſſus horam perſpicere monearis? Hei mihi, quidnam obſecro anima, in illa tui exitus hora facies; quãdo amici, & noti tuũ lectum circumſtabunt, tibi ſuppetias ferre nequeuntes? Tu verò triſtis & tremula, omnibus cum ipſo miſero corpore relictis, longum illud & * moleſtiſſimum iter ingredieris, nuda & aperta nihil tecum deferens præter vitia, negligentiam ſocordiamque tuam coarguentia. Hei anima, quid factura es, quando tuba illa magno & horribili ſonitu, omnes tam iuſtos quàm iniuſtos atque nocentes à ſeculo dormientes ciebit, & cunctos ad tremendum ſiſtet tribunal, ſingulis quæ in vita geſſerint referentibus?

* al. humilitatem.

Hier. 3. 30.

* al. intolerabile.

1. Cor. 15. & 1. Theſſ. 4.

Iohan.5. Cumq́ue iam præcedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ: qui verò ma- A
Matth.15. la egerunt, in reſurrectionem iudicij: hei anima mea, quidnam tunc ages, cùm
fauſtiſſima beatiſſimaq́ue vox illa emiſſa, in cæleſtium bonorum aulam eos vo-
Matth.25 cauerit, qui cæleſtiũ rationem habuerint; dixeritq́ue ad ipſos: Venite benedicti
* vulg. poſſidete Patris mei, percipite * paratum vobis regnum à cõſtitutione mundi. Hei anima
paratum. &c. mea, quonam tunc profugies, quando formidandum, & horribile illud decre-
Matth.25. tum audieris: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Dia-
Lucæ 13. bolo, & angelis eius; vbi erit fletus, & ſtridor dentium. Hei anima mea, quidnam
tibi faciendum putabis, quando formidabiles Angeli ſupplicijs exigendis deſti-
nati, te cum omnibus peccatoribus abripient, minis atque perturbationibus in
ęterni ignis pœnas protrudentes, neque ſimplicem deprecationem admittentes?
Hei mihi anima, quid ages, dum præcipitato fueris in metuenda illa, & infinita
ſupplicia, nec finem, nec ſpem ſalutis, aut refrigerium vllum habenria? Hei mi- B
hi, quid anima tibi facto opus cenſebis, quando in exterioribus tenebris detenta,
& in flammis viuacibus grauiter afflicta, dentibus ſtridorem edes, & ab inſomni
illo verme voraberis? Tunc profectò lacerata atque dilaniata ſimul amaro cum
Matth.8.13.22. fletu dices: Hei, quid mihi miſeræ contigit? Et væ mihi, quia deprehenderunt me
24.25. Luc.13. mala hæc; nec eſt dentibus vlla requies, nullumq́ue intollerandæ neceſſitatis eſt
Ioel.2. laxamentum. Ad cuius me genua prouoluam? quem implorabo? quis pro me
deprecaturus eſt? Non eſt ex hic manentibus, qui vota ac preces meas excipiat?
Non eſt qui miſereatur calamitatis meæ. Quid faciam? quid agam? Hei mihi,
quòd nulla via queam relaxatione potiri. Receſſit tempus exorandi. Quis mihi
indulgebit exoptatam vnius diei pœnitentiam, quo poſſim flendo, ad miſericor- C
Ioh.5. Rom.2. diam Chriſtum flectere? Iuſtus Deus noſter, & rectum iudicium eius. Meritò pec-
Apoc.19. catores affligimur; ſacris enim litteris hanc olim debitam nobis mercedem ma-
nifeſtè atteſtantibus, non accommodauimus aures noſtras, neque attentos præ-
Matt.8. 22.25. buimus animos, viam ſalutis nos docentibus: ſed totam noſtram ætatem volup-
Marc 9. tati mancipauimus, licet Chriſtus Saluator noſter prædixerit, aſſeruerirq́ue æter-
Lucæ 3.13. na eſſe ſupplicia, tribulationes, & cruciatus. Nec credebamus, neque audieba-
Lucæ 16. mus diuitem illum delitias in vita ſectatum, & pauperi Lazaro impiè aduerſa-
tum, huius inexſtinguibilis ignis periculum feciſſe; atque ab Abraham, aquæ
Iacob.2. guttam expetitam non impetraſſe, æquiſſima data reſponſione: Iudicium enim
ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam. Quin & per documenta ſua
Matth.25. omnia, Dominus prædicare nobis peccatoribus non ceſſauit, inexplicabilis ſup- D
plicij præparationem; nec tamen animaduertebamus, neque aures ad auſcultan-
dum arrigebamus: ſed varijs vitæ erroribus implicabamur, corporis voluptati-
bus ſeruientes, & animi noſtri vanitates inſectantes, neque reſurrectionem, aut
malarum, bonarumq́ue actionum præmia fore credebamus. At verò nunc ecce
fructus percepimus incredulitatis: quippè nec inopinata nos punitio præuenit.
Hei mihi, ô anima mea, quòd tu hæc omnia, & intelligens, & vitare adhuc va-
lens, non conuerteris? Age pœnitentiam, priuſquam pœnitentiæ fores obſeren-
Matt.25. Luc.13. tur; apud te compella ipſum Creatorem, admittet ſupplicationem tuam, tibi-
Apoc.2.3. que placidè reſpondebit: Ego remitto peccata tua, neque iniquitatem tuarum
2 Pet.3. recordabor amplius. Quare anima, in tempore accepto veniam peccatorum
Ezech.18.33. 2.Cor.6. tuorũ efflagita: nam quiſquis fideliter orauerit, is exorabit; & qui quæſierit inue- E
Matth.6.21. niet, & pulſanti pœnitentiæ fores aperientur. Sic enim repromiſit Dominus no-
Matth.7. & ſter Ieſus Chriſtus requirentibus ipſum. Cui gloria, & potentia, cum Patre, &
Lucæ 11.13. ſancto Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

PIA * EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI,
ad Deum Oratio.

* al. Ex S.-phræm doctrina, Precatio.

Peccaui

A PEccaui in Cęlum, & coram te, Domine meus omnipotens, nec iam ſum dignus
vocari filius tuus, aut oculos in cælum attollere, præ multitudine iniquitatum Luc 15
mearum; labijsve meis impuris glorioſum nomen tuum inuocare. Indignum enim Luc.18.
me & cælo & terra reddidi, quia te Dominum meum benigniſſimum ad iracundiam
prouocaui. Quæſo obteſtorque Domine, ne proijcias me à facie tua, neque
recedas à me, ne miſer peream. Niſi enim gratia tua me protexiſſet, iam ego Pſalm.50.
perijſſem, & eſſem iam ſicut puluis ante faciem vẽti, & in nihilum in hac vita recidiſſem. Pſalm 1.17.34.
Ex quo enim viam tuam dereliqui, nullus mihi lætus illuxit dies. Nam Iob 16.30.
qui in peccatis iucundior dies viſus eſt, accerbiſſimorum fuit acerbiſſimus. Ceterùm
gratia tua fretus atque confiſus, ſpero te mihi robur ac vires præbiturum, vt
ſaluti meæ conſulere poſſim. Et nunc ad te ſupplex confugio, rogans, vt me à iuſtitiæ
B ſemita deuium, ſuſcipias, & in rectam viam reducas. Effunde in me multitudinem Luc.15.
miſerationum tuarum, ſicut olim in filium prodigum effudiſti: quia vitam Luc. 7.
dedecoraui meam diſſipatis diuitijs gratiæ tuæ, ipſaque mihi vita verecunda fuit. Matth.9.
Miſerere mei Deus, & ne memineris vitæ meæ, quæ eſt ad extremam redacta vilitatẽ. Mar.2.
Miſerere mei, ſicut olim peccatricis, & latronis, & publicani miſertus es. Illi Luc. 5.
enim cum in terra viuerent, ab omnibus ſpernebantur; at tu illos ſuſcipiens, paradiſi
delitiarum incolas feciſti. Suſcipe igitur & meam inutilis ſerui tui pœnitentiam:
nam & ego apud cunctos deſpicior, reijciorque. Veniſti enim Domine, Ibidem.
non vt iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam vocares. Quia te decet gloria in ſecula
ſeculorum. Amen.

C

EIVSDEM

BEATI EPHRAEM VIRI SANCTISS. ET ILLVMINATISSIMI

De die Iudicij, Threnos ſeu lamentatio.

EXquiſitum iudicium æquiſſimi Iudicis, anima mea, & formidabile
tribunal nos manent, in ius vocati ſiſtemur omnes, nudi quidem
& aperti: Vbi non opes imperant, non Rex præpollet, ſed iuſtorum
D res ex animæ recto perpenduntùr. Dies impijs atque nocentibus
ſanè quàm metuenda. Dies in terra, Deo ius dicente, plena horroris.
Adſunt accuſatores opera coarguentes, & abſtruſiſſima quæque Admonitio grauis.
diſquirentes. Qualis tunc terror ac pauor? Quapropter reſipiſce ô anima
mea, & ante tuum ex hac vita deceſſum, peccata deplange ac lamentare, ne repentè
mors ingruens corripiat te. Quiſquis vita defunctus eſt, & in monumento Eccleſiaſt. 14.
iacet, amplius pœnitentiam habere nequit. Areſcunt lachrymæ, lingua obmuteſcit, Pſalm. 6.
quemadmodum ſcriptum eſt: Nullus eſt apud inferos pœnitentiæ locus. Pſalm 36 102.
Quid enim puluis, quo tumulus operietur, recitat? Soluitir vtique, & tamquam Ecclef 14.&
fœnum præterit vniuerſa natura. Vmbra & ſomnium quoddam eſt, erraticus hic Eſa. 40 ac
mundus. Quid ergo rebus terrenis pronus & remiſſus adhæres, ô homo? Conuertere, Iacob.1 &
reſupinis, & protenſis manibus, Chriſtus te humaniſſimè, & patientiſſimè expectat, 1.Pet.1. &c.
excipietque. Domine Deus miſericordiæ, benigniſſime, pientiſſimeque,
E in me id obſecro condemonſtra. Animæ meæ quam formaſti, ac cuius cauſſa in
cruce pependiſti, pro pietate ac bonitate tua miſerere, & pro miſericordia tuere.
Amen.

ALIA EIVSDEM S. PATRIS LAMENTATIO

ex ipſius Doctrina.

RECORDATVS ſum die illius, atque contremui; conſideraui iudicium illud
horrendum, & totus expaui. Delitias paradiſi perluſtraui mente, & in ſuſpiria
fletumque prorumpens, tam diu ingemui atque ploraui, donec deficerent *al. ex fontibus meis, &c.
lachrymæ ex riuo *oculorum meorum: quoniam in negligentia atq; deſidia

transegi dies meos,& annos meos in ſordidis cogitationibus conſumpſi. Væ mihi,
quia non intellexi miſer,quo pacto mihi furtim ſublati ſunt,neque quomodo
Iob 7.13.17. ſic pertranſierint,animaduerti. Hei mihi,defecerunt dies mei,& iniquitates meæ
Pſal 77.89. &c. multiplicatæ ſunt. hei mihi,chariſſimi mei,quid agam? Quonam pacto tunc meam
confuſionem feram, quando in vltima illa hora adſtabunt noti atque familiares
mei per circuitum; qui me in hoc religionis habitu beatum cenſebant ac
Pſal 7. Hier.17 prędicabant,cùm interim eſſem intus immunditia & iniquitate plenus,oblituſq;
illius,qui renes ſcrutatur & corda. Intolerabilis planè erit illa confuſio,nihilque
Matth. 25. infelicius illo,qui ea ibi notabitur. Deus pie & miſericors, per miſerationes ego
Ibidem. te tuas adiuro,& deprecor:ne me tunc à ſiniſtris tuis ſtatuas,cum illis qui hîc te exacerbauerunt;
neque ibi dixeris mihi: Neſcio te: ſed per ineffabilem illam tuam
clementiam, per immenſa miſericordiæ viſcera, dolorem hîc mihi aſſiduum,
compunctionemque largire. Humilia cor meum Domine,& munda; vt ſanctum
†al.mereat. gratiæ tuæ templum effici † mereatur. Tametſi enim ſim peccator, licetque impius;
aſſiduè tamen ad ianuam tuam pulſo. Etſi ignauus ac negligens, viam tamen ego
†al.curro. tuam ſemper † pergo. Interpello charitatem veſtram,fratres chariſſimi, omni
Pſalm. 94. ſtudio hîc contendite placere Deo. Coram illo plorate,die ac nocte; & in orationibus
atque pſalmodijs veſtris aſſiduè deprecemini:vt nos ab æterno illo luctu, à
†al à gehennæ ignibus. ſtridore dentium,à gehenna † ignis,& ab immortali illo verme ſemper rodente,
& numquam quieſcente eripere atque liberare dignetur:noſque in ſuo regno lætitia
Apoc.7.21. & repleat ſempiterna:vbi non eſt luctus,neque dolor. vbi nec metus eſt,nec tremor.
Eſa.49.60. vnde mors exulat,atque corruptio. vbi locum non habent ira, indignatio,
odium,atque inimicitiæ:ſed ſemper ibi adeſt gaudium,lætitia, & exultatio,menſaque
cibis ſpiritalibus,ac ſempiternis ornata atque inſtructa, quam cunctis præparauit
Deus diligentibus ſe. Ipſi gloria in perpetuum. Amen.

ALIA EIVSDEM LAMENTAtio ad Animam negligentem.

ANIMA obſecro,ne concidas, neque nimium angaris; & ſi peccatorum
multitudine obruaris,noli ad teipſam æternum ignem deſperando
attrahere. Ne dixeris: Proiecit me Dominus à facie ſua.
Pſal. 12.43.50. Non enim Deo placet ſermo eiuſmodi. cùm ipſe per Prophetam
Mich 6.& ad te clamet, & dicat: Popule meus quid feci tibi, aut in quo contriſtaui
Ierem.2. te,aut quid moleſtus fui tibi? reſponde mihi. Numquid
Ierem.8. †al.reuertetur. qui cecidit,non reſurgit? Aut qui auerſus eſt, non † conuertetur? Audi ô anima,
benignitatem Domini tui:Non enim ſub manu Principis, aut Ducis alicuius es
†al. ſubſtantiam tuam. venditus,tamquam damnatus. Noli affligi,quod abſumpſeris diuitias † tuas. Noli
erubeſcere conuerſionem, ſed dicito potius: Surgam,& ibo ad patrem meum.
Luc. 15. Surge ergo, & proficiſcere: Ipſe te excipiet, & non exprobrabit tibi; imò potius
ſuper tua conuerſione gaudebit. Expectat te paratus vlnis immēſæ ſuæ pietatis atque
miſericordiæ amplecti. Tu autem noli erubeſcere ſicut Adam;neque abſcon-
Geneſ.3. das te à facie Domini Dei. Propter te Chriſtus crucifixus eſt, & te à ſe repellet?
Pſalm.21.69. abſit. Nouit quippe quis ſit qui affligit nos, & non eſt qui ſuccurrat, niſi ſolus
ipſe. Nouit optimè Chriſtus hominem in anguſtijs atque ærumnis eſſe poſitum:
non ergo puſillanimes ſimus aut deſides,quaſi iam æternis gehennæ ignibus deſtinati.
Non opus habet Chriſtus,vt in ignem te mittat,neque lucrum ſibi computat,
ſupplicijs nos tradere. Vis autem noſſe, quomodo ſe habeat tormentorum
ratio? Quando à facie Dei exagitabitur peccator, clamorem ac vociferationem
Ioel 2. eiulatus eius non ſuſtinebunt fundamenta orbis. Scriptum quippe eſt: Dies
†al.turbinis. illa, dies tenebrarum & caliginis: dies nubis & † nebulæ: dies tubæ,& clangoris.
Soph. 1. Nam ſi reus quiſpiam à principe duobus, vel quinque, aut decem annos
exilij clade mulctetur atque damnetur; quam putas confuſionem, quem plan-

A planctum, quæque ſuſpiria habebit homo ille? Veruntamen hac ipſe adhuc recre-
atur conſolatione, quòd præſtituti temporis finem expectet. An autem cupimus
peccatorum quoque exultantium, à facie Dei tempus agnoſcere? Cenſebimusne
exilium illud, annorum duntaxat viginti, ſiue quinquaginta, vel centum, aut du-
centorum, vel etiam mille futurum? At quis computare poterit annorum nume-
rum, qui infinitus eſt, nec vllo vmquam termino concludetur? Hei hei, ſubitane- Sap.5.&Luc.12.
um & inſperatum eſt eiuſmodi tempus, neque ſuſtineri poteſt ira comminatio-
nis ſuper peccatores. Intellexiſti peccantium anguſtias, nullo termino finiendas?
Noli igitur confuſione noxia fugere pœnitentiæ remedia; nec de die differas in di- Eccleſ.5.
em, à tanta illa neceſſitate atque preſſura liberari? non enim ante furorem tantæ
B comminationis ſuſtinere atque ſubſiſtere poteris. Peccatorum pondere prægra-
uatus es; non ideo confundaris clamare ad Dominum. Accede, ne verearis. Sta- *al. luxurioſum
dium in propinquo eſt. Exſurge, omnemque ſeculi iſtius materiam excute. Imita Luc.15.
re filium illum * prodigum, qui poſtquam abligurijſſet omnia ſua, confidenter ad
patrem redijt. Pater verò eum ſic captiuum pluris fecit, quàm prodigè conſump- Ibd.Luc.15.
tas ab eo pecunias atque diuitias. Ita qui confidenter acceſſerat, ingenuè ingreſſus
eſt: & qui nudus aduenerat, prima ſtola amictus apparuit. quique pro mercenario
recipi optauerat, in Domini ordinem reſtitutus eſt. Ceterùm ad nos hæc ſpectat Ibidem.
parabola. Audis quippè anima, quanta, ſecura filij fiducia præſtiterit. Conſideras
ineffabilem illam patris clementiam, qui filium longè adhuc diſſitum ad ſe reuer-
tentem proſpiciens, gaudio perfuſus in eius perrexit occurſum, eumque ample-
xibus fouit, & oſculis excepit, ac conuiuium lætus celebrauit ob recuperatum fi- Ibidem.
C lium: quare & ſtolam primam citò proferri, annulumque in manus eius, & calce-
amenta in pedes dari iuſſit. Sic ergo & tu anima, omni rubore depoſito, conſtan- Matth.7. Luc.11.
ter pulſa, & neceſſitatem tuam confitere. Perſiſte ad oſtium, & planè accipies quã- *al. improbita-
tum opus habebis, ſecundùm illud ſcripturæ dictum: Propter * importunitatem tem.
tamen eius ſurget, & dabit illi quantum indigebit. Non te reijcit, non tibi malè
conſumptam ſubſtantiam improperat, ô homo: theſauros enim apud ſe habet
indeficientes. Cunctis promptè ac lubens elargitur, iuxta Apoſtolicam illam vo- Iacob.2.
cem, à Deo poſtulari iubentem: Qui dat omnibus affluenter, & non improperat.
In portu reſidere te putas; montes fluctuum reſpice, ne ſubitanea tempeſtas ſuper- Pſalm. 68.
ueniens, in maris te profundum corripiat. tuncque cum dolore ac gemitu dicere *al. in altitudi-
incipias: Veni in profundum * maris, & tempeſtas demerſit me. Laboraui cla- nem maris.
mans, raucæ faucæ factæ ſunt fauces meæ. Verè etenim abyſſus maris infernus eſt,
D ſecundùm illam ſententiam Domini affirmantis, magnum chaos inter iuſtos & Luc.16.
peccatores firmatum eſſe. Caue igitur, ne in immaniſſimum illud chaos, teipſum Luc.15.
immerſeris. Imitare filium illum prodigum. Deſere regionem fame tabeſcentẽ.
Recede à porcorum ærumna. Deſiſte ab eſu ſiliquarum, quibus exſatiari nequiue- Parænesis grauis & ſalutaris.
ras. Veni igitur cum precibus, conſolare, & comede manna indeficiens, Angelo-
rum nimirum eſcam. Veni, vt contempleris gloriam Dei, illuſtreturque ab ea fa-
cies tua. Veni, & in paradiſo delitiarum commorare. Relinque pauciſſimos an-
nos, vt æternitatem conſequaris. Non te conturbet tranſeuntis iſtius ſeculi vita
longior: nam prorſus breuis, & quaſi nulla eſt. Ab Adam quippè vſque ad tempus Iob.13.14.17.
iam præſens, omne interpoſitum æuum, velut vmbra quædam præterijt. Paratum Iob.8.14.
ergo te præbe. atque ad iter expeditum. Noli teipſum ſuperfluis hîc grauare curis. Matth.24.& Mar.13.
E Hiems propè eſt, tectum illud occupare feſtina, quod nos quoque proſequimur
per gratiam Chriſti. Amen.

PIA ANIMÆ POENITENTIS ET AD DEVM RE-currentis, Precatio ex doctrina S. Ephræm.

Continetur ſup. in tract. De patientia, & conſumm. ſeculi.

HEI, hei, mihi maximis peccatis prægrauato. Peccaui ſuper numerum are- 2.Paral.36 in Orat. Manaſſ.
næ maris, incuruatusque peccatorum ſarcina incedo, tamquam graui ferri Luc.18.
pondere oneratus: non enim audeo ſurſum attollere oculos, & altitudinem vi-
dere cælorum. Ad quem ergo confugiam, niſi ad te miſericordiſſime & clemen- Pſalm.50.
tiſſime? Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Et ſecun-

dùm

dùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius lava
me Domine, ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem
meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli
peccaui & malum coram te feci. Ad te, propter infinitam pietatem tuam, confugio.
Te exacerbaui, ad te propter immenſam tuam clementiam reuertor. Ad te,
propter ſummam benignitatem ac bonitatem tuam recurro, obſecranſque exclamo:
Ibid. Pſalm. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele, propter
ſanctum nomen tuum. nihil enim quod tibi offeram habeo, non opus aliquod
bonum, non cordis munditiem. Ceterùm in tuis confido miſerationibus,
Ibidem. meque ipſum in eas proijcio, rogans, vt cor mundum in me crees, & ſpiritu principali
confirmes me, ne rurſus facilè in peccatum dilabar; ſed deinceps tibi ſeruiam
in ſanctitate & iuſtitia, omnibus diebus vitæ meæ. Quoniam tuum eſt Regnū,
Luc. 1. & Imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

EIVSDEM

BEATI EPHRAEM CONfeſſio,* ſeu precatio ad Deum.

*al. Eiuſ. Confeſſio cum oratione.

SANA me Domine, & ſanabor; qui ſolus ſapiens & miſericors es
medicus: Tuam ego bonitatem obteſtor, ſana vulnera animæ meæ,
*al. diſpenſationem. & oculos mentis meæ illumina; vt tuam erga me * redemptionem
iugiter agnoſcam. Et quoniam cor meum, & mens mea euanuit, atque
inſipiens facta eſt, gratia tua illam ſale veritatis cōdiat. Et quid
Daniel. 13. ad te dicturus ſum, ô præcognitor futurorum, qui corda & renes
Pſalm. 7. 41. 142. ſcrutaris? Solus enim noſti, quòd ſicut terra ſine aqua, ſitiat te anima mea, & deſiderat
Hierem. 11. 17. te cor meum. Diligentes autē te, aſſiduè diuina tua replentur gratia. Quemadmodum
igitur ſemper exaudiſti me, ne nunc quidē meam deſpexeris orationē.
Ecce enim tāquam captiua detinetur mens mea, te ſolū Saluatorem verū requirēs.
Mitte ergo velociter gratiā tuam in auxilium meū, vt famem meā expleat, ſitimq́;
reſtinguat. Nam te Dominū, qui ſine ſatietate delectas, concupiſco. Quis enim te
ſatiari poterit, verè te diligens, lumenq́; veritatis tuæ ſitiens? Cōcede mihi, ô dator
Iacob. 1. luminum, poſtulata mea. Exaudi deprecationem meam, & in corde meo inſtilla
guttam vnam diuinæ tuæ gratiæ. Incendatur cor meum flamma charitatis
Pſal. 28. 82. 117. tuæ, velut igne ſylua condenſa; & tanquam ſpinas ac tribulos, comburat cogitationes
Galat. 2. Ioan. 2. 4. prauas. Da autem mihi opulenter, & abſque menſura, vt Deus homini:
Ioan. 6. Matt. 14. & largire mihi vt Rex regum, ac multiplica ſicut bonus pater. Quòd ſi fortè abieci,
Mar. 6. Luc. 9. & abijcio gratiam tuam, velut terrenus: tu tamen qui hydrias impleſti benedictione
tua, gratia quoque tua exple mihi ſitim. Et qui de quinque panibus ſatiaſti
quinque millia hominum, de tua etiam benignitate famem mihi Domine expleas.
Annue obſecro benigniſſime Domine, ſupplicibus famuli tui precibus. Ecce
Verna tēperies. enim arridet verna tēperies, aër clareſcit, & volucres cæli ob gloriam magnę tuæ
ſapientiæ immutant voces ſuas. Ecce etiam terra vniuerſa, cuiuſuis generis florum
*al. diploide. * veſte abſque manibus humanis contexta, circumamicta eſt, quæ quidem
duplici de cauſa geſtit, feſtumq́ue agit: altera quidem propter filium ſuum primogenitum
Adam, quòd ad vitam reductus ſit: altera verò, ob dominum ſuum, qui
è cælo deſcendens, regnauit in ea. Ecce & mare, tua gratia impletur, ditatq́; nauigantes
in ipſo. Tua mihi gratia Domine, præſtitit fiduciam loquendi ad te; deſiderium
Comparatio à minori ad maius. q́; tui quo flagrat animus, me ad te accedere cogit. Qui ab initio ſerpens homini
exitialis exſtitit, hoc tempore, è terra in ſolē prodiens, os ſuum aperit: quantò
Mar. 12. Luc. 21. magis ſeruus tuus deſiderio tui flagrans, aperiet os ſuum, in gloriam & laudem
diuinæ tuæ gratiæ? Qui ſuſcepiſti & probaſti duo minuta viduæ illius pauperculæ,
*al. exaudi. ſuſcipe deprecationem ſerui tui, & auge * orationem meam; & da quod peto, vt
*al. tibi placeā. templum efficiar diuinæ tuæ gratiæ, quæ in me habitet, ipſaq́ue quomodo * ei placeam,
*al. vt in cithara mea, &c. me doceat: & in * cithara mea, compunctionis cantica ſonet, ac plenitudinem
lætitie; mentemq́ue meam quaſi fræno conſtringat, ne aberrans peccem tibi;

tibi, & lumine illo priuer. Exaudi Domine, exaudi orationem meam, & concede, vt vocer in regnum tuum: qui aberrauerat & reductus eſt, qui impurus fuerat & eſt expiatus, qui erat inſipiens, & ſapiens eſt effectus, qui fuerat inutilis ac nequam, & frugi eſt effectus atque vtilis gregi electorum tuorum, pietatiſque pugilum, ac cūctorum ſanctorum, qui tibi complacuerunt. Qui delitijs paradiſi fruūtur, ipſi pro me orant, ac te ſolū benignum interpellant: Exaudi ergo deprecationem eorum, & ſalua me per interceſſionem illorum. Ego verò per eoſdem, gloriam tibi offeram, quòd oratione ipſorum exaudita, ſis miſertus mei, & non deſpexeris deprecationem meam. Per Prophetam tuum dixiſti Domine: Dilata os tuum, & implebo illud. Ecce igitur apertum iam eſt vnà cum corde, os ſerui tui: Diuina tua illud reple gratia, vt in omni tempore benedicam tibi, Chriſte Deus Saluator * meus. Perfunde cor meum amator hominum optime, rore diuinæ tuę gratię. Quemadmodum enim terra licet ſeminata, nequit à ſeipſa fouere germina, ſine tuæ bonitatis viſitatione: ita neque cor meum eloqui poterit beneplacita tibi, beneficio gratiæ tuæ, niſi per ipſam fructificauerit iuſtitiæ fructum. En porrò meſſis alit fœtus ſuos, & arbores diuerſi generis floribus exornantur, rore etiam gratiæ tuæ perfunde * mentem meam, & floribus compunctionis, humilitatis, dilectionis, ac patientiæ exorna eam. Et quid eicam? Ecce enim oratio mea infirma eſt, & iniquitates meæ magnæ ac validæ; peccata mea affligunt me, & infirmitates meæ coarctant me. Qui aperuiſti oculos cœci, aperi quoque oculos mentis meæ, vt in tuum decorem ſemper eos defixos habeam. Et qui aperuiſti os iumenti, os quoque meū ad laudem tuam & gloriam gratiæ tuæ aperi. Qui ſolo verbo oris tui, poſuiſti terminos maris; pone etiam terminum cordi meo per gratiam tuam: vt non declinet in dexteram vel ſiniſtram, à pulchritudine tua. Qui aquam præbuiſti in ſolitudine, populo incredulo atque contradicenti; da mihi compunctionem, & lachrymas oculis meis: vt plāgam nocte ac die, omnibus diebus vitæ meæ, cum humilitate, ac charitate, & puritate cordis. Appropinquet deprecatio mea, in conſpectu tuo Domine. Et largire mihi ex ſancto tuo ſemine: vt manipulos tibi offeram plenos confeſſione, & compunctione operum, & cum gratiarum actione, exclamem: Gloria ei, qui dedit, vnde ipſi offrre liceat. Exaudi Domine preces ſerui tui, per interceſſionem omnium Sanctorum tuorum: qui in omnibus es benedictus, in ſecula ſeculorum. Amen.

Elegans & accommoda Antitheſis.

Pſalm 80.

*al. noſter.

*al. illumina.

Ioan 9.
Mat 8. 10.
Num. 22.
Gen. 1. & Pſal 32. ac 135.
Exod 17
Num. 20.
Nehem. 9.

Pſalm 118.
Pſalm. 125.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

Eiuſd. Confeſsio, ſeu precatio ad Deum.] *Variant hic Tituli in manuſcriptis Græc. dum in quibuſdam legitur:* Τοῦ αὐτοῦ Ἐξομολόγησις μετὰ προσευχῆς. *Eiuſdem Exomologeſis ſiue confeſſio, cū oratione in alijs:* Τοῦ αὐτοῦ Λόγος ἀσκητικὸς, ἤγουν, εὐχή. *Eiuſd. Sermo aſceticus, ſiue precatio. & ſic in cod. Cryptafer. Al. verò: Eiuſd. Confeſſio, & ad Deum precatio. In Sfortiano porrò antiquo exemplari, quocum & Sirleti Card. Codex vetus concordat, reperitur:* Τοῦ, αὐτοῦ Ἐξομολόγησις, ἢ προσευχὴ πρὸς τὸν Θεόν. *Eiuſd. Confeſſio, ſeu precatio ad Deum. qui Titulus mihi præ alijs videtur magis idoneus & retinendus, quare & eundem ſeruaui, atque hic repoſui. Continet autem Inſcriptio implicitè vim totius Argumenti.*

Quod ſi forte abieci, & abijcio gratiam tnam velut terrenus, &c.] *Reſpicere haud obſcurè videtur Auctor ad illud Galat. 2. Non abijcio gratiam Dei, &c. vbi idem etiam reperitur verbum in Græco: quod hic:* ἀθετῶ. *abijcio, repello, idemq́; a Chryſoſtomo in eundem Apoſt. locum vſurpatur, & alibi. Quod porrò hic dicit Ephræm,* ὡς χοϊκὸς *velut terrenus, in alio manuſc. Græc. additur;* καὶ υἱὸς χοϊκοῦ, *& filius terreni. legiturq́; Quod ſi gratiam tuam abieci & abijcio, (vel vt eſt in alio): Quod ſi te irritaui & irrito, vt terrenus ac terreni filius, &c. vbi tu lectionis iſtius varietatem obſerua & concilia.*

Qui hydrias tua impleuiſti benedictione, gratia quoque tua exple mihi ſitim, &c. *Pulcherrimis ſcripturæ Exemplis ſuum demonſtrat intentum, aperitque animi ſui deſiderium Chriſto, prius eum flectendo factis atque miraculis, de quibus plura in Euang. Iohan. 2. 4. 6. ac Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. quæ potiſſimū hic loca inſinuat Ephræm. aliaq́; poſterius, ſicut ea percurrendo reperies. Quod vero hic dicit,* (exple mihi ſitim.) *in alio manuſcrip. pro (*τὴν δίψαν*) ſitim, mendosè vt puto legitur* δόξαν, *gloriam: quomodo etiam immediatè poſt, pro (*πεῖναν, *famē, eſuriem) perperā in alio Cod.* πενίαν, *paupertatem reperitur:* δίψαν *enim & no* δόξαν, πεῖναν *& non* πενίαν, *hic legendum neceſſariò poſtulat*

ſenten

ſententia, confirmatq́; alia lectio, vbi coniunctim ſic reperitur: πλήρωσον τὴν δίψαν μȣ, ϗ χόρεσόν μοι τὴν
πεῖναν μȣ. *Exple mihi ſitim, & ſatia mihi eſuriem, ſeu famem meam, &c. correſpondentq́; præcedentia a*
que ſequentia.

Serpens ab initio homini exitialis, hoc tempore è terra in ſolem prodiens, os ſuum aperit, &c.]
Videtur planè hîc reſpicere ad tempus vernum, quo hæc Confeſſio atque deprecatio creditur ab eo habita,
quando nimirum ſerpentes & angues ſolent è terra rurſus in ſolem prodire, &c. quod idem de vernali
tempore confirmant diſertis verbis ſuperiora, vbi habet: Ecce enim arridet verna temperies, aer clare-
ſcit, & volucres cæli ſuas immutant voces. Terra quoque vniuerſa floribus cuiuſuis generis amicta e
atque ornata, &c. De alijs, conſequenter hîc videatur S. Ephræm.

EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI,
ad Deum Oratio.

DEVS iuſte & laudabilis, Deus magne & fortis, Deus ante ſecula, ex
audi peccatorem virum hora iſta. Exaudi me Deus, exaudi me, in
tua fortitudine: & ne recorderis in hac mea precatione, perpetu
Pſal. 85. Bar. 2. arum præuaricationum meæ paruitatis. Exaudi me Domine, ex
Hierem. 29. 33. audi me in oratione ignita, ſicut olim Prophetam tuum exaudi
Pſalm. 140. ſti. Etiam Deus ſanctarum virtutum, etiam incorporeorum Crea
Matth. 7. tor, etiam Domine, qui dixiſti: Petite, & accipietis. Ne quæſo, me impuritate labi
Luc. 11. Mar. 11. orum pollutum, & in peccatis conflatum auerſeris. Exaudi me, qui te exauditu
Ioan. 14. 16. promiſiſti omnes, qui in veritate inuocant te: & greſſus ſeruorum tuorum, ac pe
Hierem. 29. & des eorum in viam pacis dirige. Indulge ſimplicibus ſeruis hîc peregrinantibus,
Pſalm. 144. qui dixiſti: Simplices eſtote, ſicut columbæ. In toto corde meo, ad te clamaui De
Luc. 1. us: Deus exaudi me, ſpes omnium finium terræ, & longè peregrinantium. Increp
Matth. 10. cunctos ſpiritus immundos, vt à conſpectu tuorum famulorum recedant. Appre
Pſalm. 118. hende arma & ſcutum, & exſurge in adiutorium ipſorum. Effunde frameam, &
Pſalm. 64. conclude aduerſus eos, qui perſequuntur ipſos. Dic obſecro Domine Domine,
Pſalm 34. animæ ipſorum: Salus tua ego ſum. Retrocedat à mente illorum, ſpiritus timidi
Ibidem. tatis, ſpiritus tædij, ſpiritus ſuperbiæ, omniſque malitiæ; & reſtinguatur quodcun
que eorum incendium diabolica arte conſtructum. Illuminetur corpus, & anima,
ac ſpiritus ipſorum, lumine cognitionis tuæ: vt occurrentes in vnitatem fidei, &
Epheſ. 4. agnitionis † ſanctæ & adorandæ Trinitatis, in virum perfectum, in menſuram æ
†al. filij Dei. tatis; in ſecula ſeculorum cum Angelis, & omnibus qui ab † initio complacuerũt
†al. ab æterno. Deo, glorificent omni honore dignum, obſeruandumq́ue nomen Patris & Filij,
& Spiritus ſancti. Amen.

Iſta Precatio ſeorſim apud S. Ephræm reperitur, ſequentes verò ſparſim in eius Sermonibus.

ALIA ORATIO PRO DIVINO IMPLORANDO AVXILIO,
in Tribulat. ex Doctrina S. Patris Ephræm.

DOmine Saluator ac Redemptor meus, vt quid dereliquiſti me? Miſerere mei,
quoniam tu ſolus clemens es, & miſericors. Salua me peccatorem, quia tu ſo-
lus abſque peccato es. Educ me de fece ac cœno mearum iniquitatum, ne infixus
Pſalm. 68. hæream in ſeculorum ſecula. E faucibus inimici eripe me: nam ecce tanquam leo
1. Pet. 5. rugit, me deuorare quærens. Excita Domine potentiam tuam, & veni vt ſaluum
Pſalm 79. me facias. Fulgura coruſcationem tuam, & diſſipa vires eius. A facie tua terrea
Pſalm. 143. tur, & diſſipetur: infirmus enim eſt, neque obſiſtendi tibi vim habet, ne his quidē
Pſalm. 43. qui diligunt te. Videt quippè ſignum gratiæ tuæ, & deterritus fugit, confuſuſque
Pſalm. 142. ab ipſis recedit. Et nunc dominator Domine, ſaluum me fac obſecro, quoniam ad
te confugi.

Reperitur apud Ephræm. in Serm. long. cuius initium eſt: Dolor me in verba compellit, &c. Tom.

ALIA PRECATIO PIA MVLTVMQVE EFFICAX,
ex doctrina S. Ephræm.

A Domine horam illam ſeparationis animæ meæ à corpore, mente reuoluens,
procido bonitati tuæ,& obſecro, ne me tradi patiaris in manus perſequentium
* me. Neque glorientur inimici tui aduerſus ſeruum tuum, benigniſſime Domine, * al. nocentium mihi.
dentibus ſtridentes, animamque meam peccatricem deterrentes. neque dicant:
In manus noſtras veniſti; nobis es traditus: atque hic eſt dies quem præſtolabamur.
Ne Domine, ne quæſo miſerationum tuarum obliuiſcaris. Ne Domine,
ne obſecro ſecundùm iniquitates meas retribuas mihi;& ne faciem tuam auertas
à me. Ne dixeris mihi, precor: Amen dico tibi, non noui te. Tu Domine, corripe Matth. 7. 25.
me, veruntamen in miſerationibus, nequando ſupergaudeat mihi inimicus meus. Pſalm. 6. & Hierem. 10.
Eius verò minas exſtingue, omnemque efficacitatem ipſius deſtrue,& præbe Pſalm. 34. 37.
B mihi viam iniuriæ atque offenſæ omnis expertē. Exorari te patiaris Domine, non
quidem propter iuſtitias meas, neque enim quid vmquam boni præſtiti; ſed ob
miſerationes tuas, infinitamque bonitatem tuam, ſalua animam meam plaga
mortis oppreſſam. Recordare pie Domine, quòd & peccans, & ad mortem vſque
vulneratus, ad alium non confugerim medicum, neque extenderim manus meas
ad Deum alienum, niſi ad tuam tantummodò bonitatem. Tu enim es Domine vniuerſorum Pſalm. 43.
Dominus, qui habes poteſtatem omnis ſpiritus. Tu dixiſti: Petite,& dabitur
vobis: pulſate,& aperietur vobis. Munda me Domine, antequam moriar, Matth. 7.
ab omni peccato. Ne repellas deprecationem meam, optime Domine. Indignum
os clamat ad te,& cor non mundum, animaque peccatis contaminata. Exaudi me
Domine, propter tuam bonitatem: non enim orationem verè tibi pœnitentium
reijcis. Verùm mea pœnitentia non eſt pura, ſed corrupta ac vitiata. Ad horam
pœnitentiam ago,& duabus iram tuam prouoco. Confirma cor meum in timore
C tuo, bone Domine. Statue pedes meos ſuper petram pœnitentiæ. Vincat malitiã,
quæ in me eſt, tua * bonitas Domine. Vincat lumen gratiæ tuæ, in me tenebras. *al. tua charitas.
Domine, qui aperuiſti oculos cæcorũ, aperi quoque tenebris circumfuſos oculos Matth. 9. 20. 21.
mentis meæ. Qui verbo ſolo mundaſti leproſos, abſterge etiam maculas animæ Luc. 7. 18.
meæ. Fiat in me gratia tua Domine, velut ignis comburens in me cogitationes Matth. 8.
immundas. Tu enim ſolus bonus es, lumen ſuperans omne lumen, gaudium quod Mar. 1. &
eſt ſuper omne gaudium, requies excedens omnem requiem. Vita vera,& ſalus in Luc. 5.
æternum permanens. Tibi ſoli bono, ego omnis ſupplicij reus, ego qui quamcunque
pœnam mereor, procido, obſecrans. Tibi ſoli Redemptori ſupplico, ne in finem
aduerſarius me præoccupet. Sed tu Domine, tanquam ſolus bonus, noſtræque
D immemor malitiæ, atque miſericors; reſuſcita membra mea quæ peccatum
diffregit,& viuifica animam meam quam iniquitas occidit, mentemque illumina
quam improba obcœcauit concupiſcentia. Libera me ab omni opere malo,
charitatemque tuam in me perfeſtam inſere, Domine Ieſu Chriſte Saluator mundi;
nomenque * ſerui tui libro vitę inſcribe, finem bonum mihi largiens: vt victoria *al. meque libro tuo vitæ inſcribe.
aduerſus Diabolum relata, citra ruborem & verecundiam adorem te, coram
throno ac ſolio regni tui, cum omnibus iuſtis. Quia te decet honor & gloria, in
ſecula. Amen.

Habetur ſup. in tractatu: Non eſſe ridendum, ſed lugendum potius, vbi & precatio ſequens.

ALIA PRECATIO.

Tibi Domine ſoli bono, noſtrarumque offenſionum immemori, confiteor
peccata mea. Etenim me tacente, tu Domine cuncta noſti, nihilque occultum Heb. 4.
à facie oculorum tuorum. Verùm quia tu per Prophetam dixiſti Domine: Dic tu
primùm peccata tua, vt iuſtificeris. Peccaui Domine, peccaui & non ſum dignus Eſai. 43. Luc. 15.
reſpicere ac contemplari altitudinem cælorum, præ multitudine iniquitatum
mearum. Quia autem ob modicam voluptatem, ignem æternum pro nihilo reputaui,
regnum tuum cæleſte non ſum adſecutus. Quid ergo hominum infeliciſſimus 1. Cor. 6.
ego agam? Plangam meipſum, die noctuque, donec tempus adhuc ſuppetit,
quo lachrymæ meæ ſuſcipi poſſint. Dona mihi Domine, lachrymas compunctionis,
qui ſolus bonus es,& amator * hominum benigniſſimus, vt per eas tibi ſupplicem, *al. & miſericors.
emundari maculas cordis mei. Hei mihi, quid faciam, quo pacto gehennam
ignis,& tenebras exteriores, vbi fletus eſt & ſtridor dentium, effugere potero?

Matth 8 13.22. 24.25.& Luc.13.

Hierem.9.

tero? Hei mihi, quid agam; quomodo tartara, ac ſempiterna tormenta, vermemq́; venenatum & nunquam moriturum euadam? Hei mihi, quid tentabo, quomodo minas truculentorum angelorum qui tormentis præſunt euitabo? quoniam horrendi ſunt & abſque miſericordia. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt ſedens plangam dies ac noctes, Deumq́ue, cuius prouocaui iram, placatum reddam.

In eodem reperitur tract. quo & Precatio præcedens, videlicet: Non eſſe ridendum, ſed lugendum potius, &c. de quo ſupra.

PIA ET SALVTARIS ORATIO,

Pro Diuinæ imploratione miſericordiæ.

Ex primo ſerm. De Compunctione hoc eodem Tomo.

Pſalm.16 56. Matth.25.

PARCE, parce Domine clementiſſime Saluator Chriſte Fili vnigenite, mihi ſeruo tuo inutili: ne coram tremendo atque horribili illo tribunali, cum timore magno, & ignominia deprehendar, ludibrioq́ue ſim cunctis ſpectatoribus, tam Angelis quam hominibus. Verùm, hîc me Saluator meus, velut clementiſſimus pater, & filiorum amantiſſimus, corripe & erudi: ibi autem vt cæleſtis Deus, & ſolus abſque peccato, ſuſcipe me. Nam niſi in hac vita Saluator, miſero peccatori ſanam mentem dederis, tuoq́ue lumine cor eius illuſtraueris, vt quotidie per pœnitentiam peccata ſua abluat, illic quomodo coram tribunali tuo abſque defenſione conſiſtere poterit? Antequam in terra ego eſſem, placuit tibi pro infinita tua miſericordia Domine, in vtero matris meæ peccatricis formare me. Et in lucem indignus iam editus, factus ſum dignus, vt gratiæ tuæ vas fierem, & tanquam cithara bona, quæ verba ſalutis dulciter omnibus audientibus occineret. Hęc ego ignauus atque peccator dona accepi, tantæq́ue tuæ gratiæ me per deſidiam, ingratum præbui. Tu Domine ex inertis famuli tui ore dulcia ſanctitatis cantica exprome. Tu mentis meæ tenebras illumina, vt quando voluit gratia, mentem tenebris circumfuſam colluſtrauit, vt duas dulciter laudes perſonaret. Huius ego reigratia, rurſus ſupplex ad te recurro, ô Fili Dei vnigenite, animarumq́ue noſtrarum Saluator, deprecans, vt quemadmodum hîc tua mihi gratia licet indigno, fuit omnibus horis lux, protectio, ſuſceptio, perfugium, & gaudium; ita & illic ſub vmbra alarum tuarum, in horrendo illo protegar iudicij die; vt ad dextram collocatus tuam, & in regnum tuum ſola miſericordia ac gratia tua admiſſus, immenſam tuam bonitatem omni tempore collaudem, celebremq́ue mundiſſime opifex, qui inutilis ſerui tui peccatoris lachrymas, nequaquam ſpreuiſti.

ALIA AD DEVM PRECATIO.

Eſt in fine poſteriorum Beatitud. eod hoc Tomo.

Matth.13.

Matth 18. Lucæ.15.

Ibidem.

AD te Saluator, qui gloria es vitæ meæ, deſiderio tui trahor. Tua gratia mentem meam ad te ſequendum mira quadam dulcedine impellit. Fiat tibi cor meum terra bona, quæ bonum tuum ſuſcipiat ſemen; perfundatq́ue illam rore vitæ æternæ gratia tua. Eademq́ue gratia è terra cordis mei, metat ſibi pro fructu optimo compunctionem, adorationem, ſanctificationem, cuiuſmodi ſemper tibi ſunt gratiſſima. Conuerte animam meam Domine, cum oue illa perdita atque inuenta, ad ouile paradiſi delitiarum. Anima mea tuo illuſtrata inueniatur lumine. Et ſicut ouem illam inuentam tuis humeris ſuſtuliſti, ita & hanc indignam animam meam ad te manu tua trahito, offeraſq́ue vtramq́ue immaculatiſſimo atque immortali Patri tuo, coram Angelis & Archangelis, Cherubim & Seraphim; vt cum omnibus Sanctis tuis, in delitijs illis paradiſi, dicere mihi liceat: Gloria Patri immortali, & Filio immortali, & Spiritui ſancto immortali. Adoratio, honor, & imperium tibi Domine, qui cæleſtia dona mihi vili atque inutili famulo tuo dediſti; vt gloriæ drachmam ipſe offeram Regi vniuerſorum. Amen.

Lucæ.15.

ALIA PIA ORATIO.

SALVA me patiens & longanimis Domine. Salua me, Fili Dei, qui ſolus ſine peccato es Chriſte. Et concede mihi Saluator, æternæ meditationem vitæ; vt præter eam aliud nihil in corde meo vnquam habeam, tuamque voluntatem, co- Matth 25. operante peccatori mihi tua gratia, ſemper perficiam. promptuſque ad beneuo- Luc. 19. la tua exequenda mandata reddar; vt rectè in pecunia abs te accepta, negotiari poſſim, bonaque in tuo agro peracta negotiatione Saluator, laudem abs te ô Domine conſequar, dicamque cum fiducia & gaudio cordis, dum veneris Domine: Bea- Matth. 22. B tus ſum, quia veniſti Domine, vt me veſte digna nuptijs ſponſi immortalis indu- Matth. 25. as, quam tua ego acquiſiui gratia. Accendam & lampadem, quam eadem tua mihi Chriſte largita eſt gratia atque benignitas Egrediarque cum gaudio obuiam tibi, benedicens ac collaudans, glorificanſque te ſponſum immortalem: vt iuſtorum atque ſanctorum, qui complacuerunt tibi, particeps fieri merear, in ſecula ſeculorum. Amen.

Eſt apud S, Ephram, in fine Serm. 3. De Compunct. hoc eodem Tom. ſup.

ALIA BREVIS PRECATIO.

C DEVS altiſſime, qui ſolus abſque peccato es, & immortalis, largire mihi peccatori in tremenda illa hora iudicij, multas miſerationes tuas; & ne tunc ibi mea appareat impietas, quæ hîc nunc occulta eſt, coram ſpectatoribus Angelis, Archangelis, Prophetis, Apoſtolis, iuſtis ac ſanctis. Verùm ſalua me impium gratia & miſerationibus tuis, & induc me in paradiſum delitiarum cum omnibus iuſtis. Suſcipe, obſecro, deprecationem ſerui tui Domine, precibus & inteceſſionibus Sanctorum omnium, qui complacuerunt tibi. Amen.

Eſt apud eumdem in fine Serm. 1. De Pœniten. hoc eodem Tomo.

ORATIO EX EIVSDEM DOCTRINA

contra deſperationem, & ſordidas cogitationes.

D EXVRGE, & intende iudicio tuo Deus meus, & Dominus meus, in cauſſam meam. Iudica me Domine, ſecundum iuſtitiam meam: Opus manuum tuarum Pſalm. 34. Pſalm. 7. ſum, vt quid deſpexiſti me? Cur faciem tuam auertis, & obliuiſceris humilitatis Iob. 13. 14. meæ? Quoniam perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in terra vi- Pſalm. 43. tam meam. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Apprehendat me Pſalm 142. Pſalm 68. manus tua Domine, ne peream.

Additque ibi S. Ephræm: Si ita perſtiteris in oratione, & inuocaueris Dominum, continuò pius ac miſericors Dominus mittet auxilium ſuum in cor tuum, quod te conſoletur, & reficiat ab omni fatigatione belli tui, &c. Continetur autem iſta precatio, ſicut & hic ſequens, in eiuſd. aſcetico Sermon. longo: cuius initium eſt: Labor ac dolor me in verba compellit, &c. Tom. 3.

E ALIA EX EIVSDEM DOCTRINA,

Oratio pia, efficax, & neceſſaria.

OBSECRO te Saluator mundi Chriſte, reſpice in me & miſerere mei, & erue me de multitudine iniquitatum mearum: nam omnia irritaui bona, quæ mecum à iuuentute mea feciſti, irritaui inquam, & irrito: me quippè ſimplicem atque imprudentem, vas plenum feciſti ſcientia & ſapientia, tuaque ſuper me multiplicata eſt gratia, quæ etiam meam impleuit * famem, refrigerauitque ſitim; mentemque meam tenebris plenam illuminauit, ac cogitationes meas ab errore reuocauit. Et nunc Domine Deus meus, adoro, * deprecor, procido, obſecro, meamque infirmitatem confiteor: propter infinitam tuam clementiam, paululùm vndas gratiæ tuæ remitte, illamque mihi in theſaurum tuum adſerua,

*al. humilitatē.

*al. adoro, & imploro ineffabilem benignitatem tuam, confitens infirmitatem meā, remitte, &c.

Pſalm. 129.
Matth. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.

vt ipſa mihi iterum in die illa tremenda lux exiſtat. Ne igitur iraſcaris mihi benigniſſime Domine; cùm enim illius vndas ferre non ſuſtineam, ideo temerè depoſco. nam ſupra modum multiplicata eſt in me, meaque infirmata eſt lingua, illam efferre atque explicare nequiens. In ſtuporem cor meum verſum eſt, inundationis illius copiam non ſuſtinens. Figura, ac ſplendor gloriæ benedicti Patris, aliquid iam mihi ex eius inundatione remitte, nam ignis inſtar renes meos, & cor meum adurit. Dona autem eam illic mihi rurſus, & in Regno tuo ſalua me; neq; iniquitatum mearum memineris. Quia verò etiam poſtulare audeo, concede mihi poſtulata mea, & fac mecum manſionem vnà cum benedicto Patre tuo, in die reuelationis tuæ, mihique petitiones meas præſta, quia tu ſolus vitæ meæ Saluator es. Cunctis notis meis iniquitates meas operi, lachrymasque meas ſuſcipe; ac planctus ad te meus appropinquet. Recordare lachrymarum, quas coram ſanctis tuis Martyribus effudi, vt in hora illa miſericordiam conſequar, & ſub alis gratiæ tuæ protegar: nam ſi mecum ſecundùm iniquitatum mearum merita facere volueris, ſuſtinere nequibo. Oſtende igitur in me peccatorem, ineffabiles clementiæ tuæ diuitias; meque latronis illius fac ſocium, qui per vnum verbum, iucunda paradiſi virentia obtinuit; eoque potitus eſt, quod perfectis quibuſque eſt repromiſſum. Illuc obſecro, benignitate tua introducas me. Ponam in conſpectu tuo lachrymas meas, vt conſolationem accipiam in repromiſſione tua. Vt retrorſum auertatur inimicus meus, territuſque conturbetur, dum in loco me conſpexerit, quem præpararunt miſerationes tuæ. Confundatur autem inimicus, qui in loco me Iudicij videre exſpectauerat, confuſuſque diffugiat, quia voluntas ipſius in me non fuit, nec impura atque polluta eius cogitatio perfecta eſt. Ita deprecor, benigniſſime, ac miſericordiſſimè, qui ſolus abſque peccato es, immaculatus, & incontaminatus, ineffabilem ſuper me tuam miſericordiam effunde, ac præſta, vt ego & omnes diligentes te, hæredes regni tui effecti, tuam gloriam contemplantes, bonitatem tuam ſemper adoremus. dicamuſque vno pariter ore cuncti, qui immenſam atque ineffabilem illam tuam meruimus cernere pulchritudinem: Gloria Patri, qui creauit nos: Gloria Filio, qui ſaluauit nos: Gloria Spiritui ſancto, qui reparauit nos, in ſeculorum ſecula. Amen.

Eſt in Sermone long. Dolor me in verba compellit, &c. Tomo 3.

PRECATIO PRO TRIBVLATIONE
pro cogitationibus, ex S. Ephræm Doctrina.

Pſalm. 6.
Ibidem.
Geneſ. 3.
Pſalm. 27.
Pſalm. 113.
Pſalm. 24. 70.
Pſalm. 78.
Matth 26.

DOmine ne in fuorore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum. Sed reſpice Domine, & vide, quia terra ſum, ac puluis & cinis, nihilque ſuſtinere valeo. Ne tradas me Domine peccatis meis, & ne ſilias à me, & adſimilabor deſcendentibns in lacum. Sed da gloriam nomini tuo, malorum noſtrorum immemor; & ne obſecro, peccatorum meorum memineris: verùm tuarum recordare miſerationum, & exaudi me. Et ſi fieri poteſt, tranſeat à me tribulatio iſta: verumtamen non ſicut ego volo Domine, ſed ſicut tu. Tantummodò animam meam confirma, atque tuere, vt ſuſtinere queam, gratiamque coram te inueniam, & in præſenti, & in futuro ſæculo. Amen.

BREVIS, SED EFFICAX PRECATIO
Pro ſalutaribus obtinend. ex eiuſd. Doctrina.

Matth. 6.
Luc. 11.
Pſalm. 68.

DOmine ſi voluntas tua eſt, vt fiat hoc quod peto, tu illud fieri, ac proſperari permitte: Sin autem tua non eſt voluntas, ne fieri ſinas Deus meus. Ne quæſo propriæ me tradas concupiſcentiæ meæ: Tu enim ſcis inſipientiam meam: verùm ſicut tu optimè noſti, ſub tua me tutela atque protectione cuſtodi; & pro manſuetudine tua me rege, ac dirige Domine Deus meus.

ORATIO PRAEPARATORIA AD LECTIONEM,

Ex eiuſdem Doctrina.

Domine Ieſu Chriſte, aperi aures & oculos cordis mei, ad audiendum & intel- Pſalm 118.
ligendum ſermonem tuum, faciendamque voluntatem tuam Domine; quo-
niam incola ego ſum in terra. Non abſcondas à me mandata tua. Reuela oculos Pſalm. 50.
meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Incerta & occulta cordis mei, & ſapi-
entiæ tuæ manifeſta mihi. In te enim ſpes mea Deus, vt tu mentem atque intel-
lectum meum illumines.

Eſt apud S. Ephræm ſup. in Orat. De Patientia & Conſummat. ſeculi, circa finem.

PRECATIO PRO IMPETRATIONE MISERICOR- *diæ, Et pro liberatione à pœnis inferni, &c. Ex S. Ephræm Doctrina.*

SVpplico bonitati tuæ Domine, compatere mihi vt miſericors, & ex mente ac
cogitatione mea corruptorem fraudulentum expelle; ac ante mortem à porti-
one impiorum me vindica. Recordare mei Domine, in miſericordia & miſerati- Pſalm. 16. 30. 70.
onibus: & inclina aures tuas in orationem ſerui tui, ne cum ſuperbis ego condē- 85. 87. Iſai. 37.
ner, ne à conſpectu oculorum tuorum repellar, ne ſempiternę fiam particeps per-
ditionis, ne in profundum abyſſi demergar, ne in penetralibus inferni cōcludar,
ne mihi ſubſternatur putredo, & diuerſorium mihi non ſit vermis. ne æternis cō- Iob. 13. 17.
cludar tenebris ſub montium fundamentis, vinculis conſtrictus ſempiternis: ne Eſa. 2. 1. Pet. 4.
truculento tradar angelo, neque igne comburar inexſtinguibili. Recordare mei Mar. 9.
Domine, & ſalua me Sancte, qui inter Sanctos requieſcis. Dixiſti Domine: petite,
& dabitur vobis. Miſericordiam ac commiſerationes ego depoſco; præbes enim Matth. 7.
abundanter cunctis, & non improperas Domine Deus omnipotens: Bonus enim Luc. 11. Iaco. 1.
es, & benignus. Da nobis gratiam inuenire, in conſpectu glorię tuæ Domine. Pſalm. 44. 71. Matth. 6.
Glorificeturque in nobis, tuum ſanctum nomen Domine. Glorificent nos iuſti, Luc. 11.
cum lætitia & exultatione, in ęternis tabernaculis tuis Domine, è ſuperborū ma- Pſalm. 31. 96. & 118.
nibus liberatos. Olim Angelus tuus Domine, comam Prophetæ Habacuc appre- Dan. 14.
hendens, momento temporis eum ſtatuit in Babylone ſuper lacum leonum, vbi Ezech. 8.
incluſus detinebatur Daniel, rurſusque confeſtim in terram ſuam, ipſum reſtitu- Ibidem.
it: nos autem tua Domine gratia refoueat, & ſine timore traducat per chaos illud
ingens atque horrendum, quod firmatum eſt in medio iuſtorum & iniuſtorum, Luc. 16.
vt liberati dicere poſſimus: Gloria patri, qui liberauit nos è tenebris inferni, & in
paradiſo voluptatis nos poſuit. Gloria Filio, qui nos liberauit ab igne inexſtin-
guibili, ac verme æterno, noſq; hæreditate celeſtis ac ſempiternæ Hieruſalem eſt
dignatus. Gloria Spiritui ſancto, qui liberauit nos ex corruptela peccatorum &
confuſione ſempiterna; noſque in exultatione coronauit, in lumine vero, & glo-
ria exſuperanti, in ſecula ſeculorum. Amen.

Eſt apud S. Ephræm in fine Serm. De patientia & Compunct. eodem hoc Tom.

ALIA EX EIVSDEM DOCTRINA PRECATIO.

DEus propitius eſto mihi peccatori atque indigno; nec ſit mihi in iudicium, Eſt in Tract. de
quod audeam nefaria hac mea lingua, impuriſque labijs meis nominare Reſurrect. mor-
ſanctum tuum nomen, & ſuperexultatum in ſecula. Verū ſit mihi inuocatio no- tuor. ſup.
minis tui Domine, in illuminationem ac ſanctificationem carnis & ſpiritus. Vn-
guentorum odor aſcendens, ſua frangrantia replet domum, quāto magis memo-
ria tua Domine dulcior melle & fauo, animam implet ſanctificatione & illumi-
natione hiſce, qui in cognitione ac fide, te Saluatorem requirūt? Da mihi deſide- Pſalm. 18. 110.
rium in ſalutari tuo Domine, tanquam terræ ſitienti & expectanti pluuiam, vt fa- Iacob. 1.
ciam fructum ante mortem, & non confundar in die diſcuſſionis atque retributi- Deut. 11.
onis: miſerere noſtri Domine quoniam bonus es. Pſalm. 117. 118.

ALIA IBIDEM SEQVITVR PRECATIO,

Cum gratiarum actione.

Matth.13. Marc.3. Lucæ 8. Lucæ 19. Ibidem. Matth. 25. Lucæ 12. 1.Pet 1. 1.Theſſ.4. 1.Theſſ.4.

GRatias agimus bonitati tuæ Domine, quòd dignaris nos licet indignos ſeruire nomini ſancto tuo, manusque extendere ad te Patrem vniuerſorum. Libera nos à quacunque operatione Sathanica, & da gloriam nomini ſancto tuo Domine. Concede nobis, vt inueniamur ſicut terra pulchra & bona: vt cùm ſuſceperimus ſemen tuum, fructificemus in centuplo, & ſexacuplo, & tricecuplo. Da nobis Domine, vt dignè mercemur in tuo argento apud nos depoſito: vt mnam tuam decies multiplicantes, offeramus tibi fructus iuſtitiæ; dignéque reddamur habere poteſtatem ſuper decem ciuitates. Da nobis Domine, alacritatem vigilandi ad tuum occurſum: vt habeamus lumbos mentis ſuccinctos, ſpiritaleſque animæ lucernas inexſtinguibiles, exſpectantes te Deum noſtrum & Saluatorem Ieſum Chriſtum. Dignare nos Domine raptu iuſtorum, quando in nubibus occurrẽt tibi vniuerſorum Domino: vt non experiamur amarum & ineuitabile illud atque inexcuſabile iudicium. Diſſipa Domine, intolerandum peccatorum noſtrorum onus ante mortem: vt nobis impedimento non ſit in hora iudicij, trahatque in ignem inexſtinguibilem, extra conuentum iuſtorum. Gtatia tua Domine, fortitudo nobis fiat, & aſſumat nos in nubibus, cum iuſtis & electis in aëra, in occurſum tibi Regi vniuerſorum: vt nos, ſancti tui Angeli cum gaudio ſuſcipientes, hilari facie adoremus, ſicut oportet, & cùm gloriam viderimus ineffabilem, magno perfuſi gaudio acclamemus, dicẽtes: Gloria induenti humiles & corruptibiles, gloriam & incorruprionem. Gloria donanti mortalibus immortalitatem. Gloria, inquam, ei, qui ex ore leonis, & corruptoris inimici nos liberauit, & in ſupercæleſte ſuum regnum vindicauit.

Eſt apud S. Ephræm ſup. in Tract. de Reſurrect. mortuorum, vbi & immediatè præcedens, ſub fin.

PRECATIO PIA ADMODVM ET EFFICAX,

Pro Diuinæ imploratione miſericordiæ. Ex eiuſd. Doctrina.

Eſt in Serm. De paſſionibus animi

Matth.21. Lucæ 19.

De hoc ſup. vide in Scholia. pag. 133.

* al. ſub protectione gratiæ tuæ.

SAlua me Domine, & largire ſupplici famulo tuo poſtulata animæ ſuæ, quæ è theſauro viſcerum miſericordiæ tuæ depoſcit Domine: & aſſiduè fontis inſtar ſcaturiat gratia tua in corde & ore mei ipſius famuli tui; ſitque cor meum ac os diuinæ gratiæ templum purum & immaculatum, quodque cæleſtem Regem excipiat, vt ne ſit tanquam latibulum improbarum cogitationum, & ſpelunca latronum, prauis deſiderijs. Sed digitus gratiæ tuæ, ſemper linguam meam moueat, tanquam neruos citharæ, ad gloriam tuam benigniſſimè: vt ſine vlla intermiſſione glorificem te ac benedicam, cum amore & deſiderio, corde, ac ore, per vniuerſum tempus vitæ meæ. Qui enim in te collaudando & glorificando, piger eſt ac ſegnis Domine, is ipſe à futura vita alienus eſt. Cencede mihi Chriſte Saluator, petitionem cordis mei, fiatque lingua mea velut cithara, vt hinc teſtamentum exprimere queam ex multis rebus ſiue ſcripturis, quamuis fortaſſe pauca crimina; ibique iterum ſaluari merear ſub tegmine atque protectione * manuum tuarum, quando contremiſcet omnis anima, & tremenda gloria tua. Etiam Domine fili Dei vnigenite, exaudi ac ſuſcipe tanquam donum aliquod, preces ſerui tui: Peccator ego ſum gratia ſaluatus. Gloria ei, qui peccatorem in miſerationibus ſaluat. Ipſi inquam gloria, in ſecula, Amen.

Reperitur ſuprà, in fine Sermonis, De Paſſionibus animi.

ORATIO PRO ILLVMINATIONE MENTIS,

& Dignè communicando. Ex Eiuſd. Doctrina.

DOmine Ieſu Fili vnigenite, ſplendor æterni Patris, lucem habitans inacceſſibilem, lumen incomprehenſibile; qui gratia tua vniuerſum illuminas mundum, illumina quoque in me obſcuratum oculum mentis meæ: obuelatus enim & obcœcatus in me eſt hic oculus, quare eum iugiter gratia & miſerationibus

A nibus tuis illumina, ne obfuſcetur penitus ab hoſte * doloſo. Eſt enim infirma mens noſtra Domine, ſimilis ligno nuper plantato, quod quemadmodũ aliquo leui auræ flatu, & aquæ irriguo ſemper indiget, ita & animus noſter cùm ſit infirmus aſſiduè opus habet illuminatione & confirmatione gratiæ tuæ. Verbum tuum Domine, oculos aperuit cæci à * natiuitate. Magnum miraculum in Siloe accidit Domine, vbi cæco viſum corporalem recuperanti, ſpiritales quoque oculi mentis intus illuminati ſunt, vt te intrepidè ſuum medicum, ac Deum, Saluatoremque omnium diceret, & prædicaret. Illumina quoque cordis noſtri oculos Domine, vt te diligamus, tuaſque iugiter cum deſiderio atque amore voluntates perficiamus. Et licet procul à nobis ſit Siloe, quo cæcus ille miſſus erat. Calix tamen tremendi tui ſanguinis, lumine ac vita plenus, nobis ecce præſto eſt. B Hoc nobis calice, intelligentiam lumenque largire: vt cum fide & deſiderio, ac ſanctificatione, dignè ad ipſum accedamus, ſitque nobis in remiſſionem peccatorum, & non ad iudicium.

Eſt apud S. Ephræm ſup. in Serm. 2. De extremo Iudicio. & de Compunct. ante med.

* al. à corruptore inimico.

Iohan. 9.

* al. ex vtero nati.

Pſalm. 12

Epheſ. 1.

Iohan. 9.

1. Cor. 11. & Iohan. 6.

ALIA ORATIO, PIETATIS ET EFFICACIAE PLENA.

Ex eiuſdem Doctrina.

ORo te lux veritatis Chriſte, nate benedicti Patris, figura & ſplendor ſubſtantiæ illius: qui ſedes ad dexteram maieſtatis eius, incomprehenſibilis Fili, & imperueſtigabilis Chriſte, & inſcrutabilis Deus, gloria & gaudium diligentibus te, vita mea Chriſte. Salua me peccatorem, in regno tuo. Qui laborat operarius, C ſtatæ laboris mercedem exſpectat. Heu heu, lingua mea laborat, otioſa atque ſuperflua loquendo: Verùm tu Domine, ne mihi retribuas ſecundùm opus meũ: Sed ſaluum me fac per gratiam tuam, & propter * magnam miſericordiam tuam miſerere mei; quia benedictus es tu, & glorioſus, in ſecula ſeculorum, Amen.

Eſt in fine Serm. De ſecundo aduentu Domini, hoc eod. Tomo.

Hebr. 1. 10. 12.

1. Cor. 2. & Iacob. 1. 2

Matth. 10. 20.

Lucæ 10.

* al. per magnã pietatem atque clementiam tuam, &c.

ALIA PRECATIO PIA ET EFFICAX.

Ex eiuſdem S. Patris Doctrina.

DOmine Ieſu Chriſte Rex Regum, qui vitæ & mortis poteſtatem habes, qui incerta noſti, & occulta, quem nulla latet cogitatio, ab occultis meis munda D me: quoniam malum coram te feci. Nam ecce dies mei deficiunt, dies inquam, ac dies: & peccata mea multiplicantur. Tu Domine Deus Patrum, & omnis carnis, qui animæ meæ & corporis exploratam habes infirmitatem, præbe robur imbecillitati meæ, & ſuccurre mihi miſero. Tu enim noſti, quòd tanquam prodigium factus ſum multis, ſed tu adiutor fortis. Da mihi Domine, cor candidum ac gratum; quo aſſiduè memoria recolam cuncta beneficia tua, optime Domine? & ne memineris multorum peccatorum meorum, verùm obliuioni lapſus meos atque delicta tradas. Ne deſpexeris Domine, deprecationem mei peccatoris; ſed ſicut hucuſque tua me protexit gratia, ita in finem vſque eam à me ne abſtuleris. Ipſa enim me ſapienter edocuit, intelligere iſta: & beati qui cuſtodiunt vias eius, quoniam erit ipſis in coronam gloriæ. Confiteor Domine, & collaudo indignus ego te, qui miſerationum tuarum multitudinem in me demonſtraſti: quoniam E Protector & auxiliator factus es mihi, in nomine magnificentiæ tuæ benedictio in ſecula. Tu enim factus es Dominus. Tibique maieſtas conuenit & gloria, optimo miſericordiſſimo Deo noſtro.

Habetur apud S. Ephræm ſub fin. longiſſimi Sermon. De Timore Domini, quem Tomo 3. reperies, poſt illud: κατὰ μίμησιν τῶν παροιμιῶν, ad imitationem prouerbiorum. &c.

Pſal. 18. 43. 50.

Iob 43.

Pſalm. 50.

Pſalm. 70.

Pſalm. 24. 70.

Pſalm. 21.

Pſalm. 110.

Eccleſ. 51.

Pſalm. 82. 85.

PRECATIO, CVM GRATIARVM ACTIONE PRO MERITIS

ac beneficijs paſſionis Dominicæ, &c. ex eiuſdem S. Patris Ephræm Doctrina.

ADoro te Domine, laudo te piè. Supplico tibi Sancte. procido tibi, hominum amator Deus, & glorifico te Chriſte: quòd tu qui vnigena es, vniuerſorum-

Eſt in Serm. De paſſione Dom: Tom. 3. in fine:

que

1.Pet.2. que Dominus ſolus abſque peccato, pro me indigniſſimo peccatore in mortem
Philip.2. es traditus, mortem autem Crucis: vt ſcilicet à vinculis peccatorum, animam
peccatoris liberares. Sed quid pro his retribuam tibi Domine? Gloria tibi benignissime.
Gloria tibi miſericordiſſime. Gloria tibi patientiſſime. Gloria tibi, qui
Lucæ 2. cunctis peccata remittis. Gloria tibi, qui ad nos deſcendiſti, vt animas noſtras
Matth.26.27. ſaluares. Gloria tibi, qui in vtero Virginis incarnatus es. Gloria tibi, qui nobis
Marc.14.15. natus es. Gloria tibi, qui noſtra cauſa captus & tentus es. Gloria tibi, qui vinctus
Lucæ 22.23. Johan.8.19.20. atque alligatus es. Gloria tibi, qui flagellatus es. Gloria tibi, qui conſputatus es.
1.Tim.3. Gloria tibi, qui illuſus es. Gloria tibi, qui crucifixus es. Gloria tibi, qui ſepultus
Marc.16. es. Gloria tibi, qui reſurrexiſti à mortuis. Gloria tibi, qui prædicatus es. Gloria
Coloſ.3. Hebr.1. tibi, cui creditum eſt. Gloria tibi, qui in cælum adſumptus es. Gloria tibi, qui
Iohan.12. magna cum gloria & maieſtate ad dexteram Patris ſedes. Et iterum venturus es
Matth.24. & in gloria Patris, Sanctorumque Angulorum iudicare omnem animam, quæ te ac
Lucæ 21. ſanctas tuas paſſiones adſpernata eſt, in hora illa formidabili atque horrenda,
quando virtutes commouebuntur cælorum: quando ſimul veniēt Angeli atque
Eccles.16. Archangeli, Cherubim atque Seraphim, cum metu ac tremore, in conſpectu gloriæ
Eſa.24. Matth.24. tuæ. quando rurſus contremiſcent fundamenta terræ, expaueſcetque omnis
ſpiritus, præ incomparabili gloria immenſæ maieſtatis tuæ. In illa obſecro hora
Matth. 8. 13. 22. gratia tua me abſcondat ſub alis ſuis, libereturque anima mea ab igne illo horribili,
24.25. & Lucæ 13. ſtridore dentium, tenebris exterioribus, fletuq; ſempiterno. Vt benedicens
ac gratias tibi agens, dicam: Gloria tibi Domine, qui me peccatorem propter
multitudinem miſerationum tuarum, ſaluare dignatus es. Qui
cum Patre, & Spiritu ſancto, viuis & regnas, per
infinita ſecula ſeculorum.
Amen.

PRIMI TOMI FINIS.

SANCTI
EPHRAEM SYRI,
PATRIS ET SCRIPTORIS ECCLESIÆ ANTIQVISSIMI ET DIGNISSIMI,

Quotquot in insignioribus Italiæ Bibliothecis, præcipuè
Romanis Græcè inueniri potuerunt,

OPERVM OMNIVM
TOMVS SECVNDVS,

Nunc recens Latinitate donatus, Scholijsqúe illustratus, Interprete
& Scholiaste

Reuerendo D. Doct. GERARDO VOSSIO
Borchlonio, Germ. Præposito Tungrensi.

CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS, ET PERMISSV
SVPERIORVM.

Editio Tertia, priore auctior & accuratior.

SALVATOR MVNDI REX REGVM ET DOMINVS DOMINANTIVM
CHRISTVS FILIVS DEI VIVI

COLONIÆ,
Ex Officina Typographica Arnoldi Quentelij,
Anno Domini M.DC.XVI.

Cum gratia & Priuilegio Sac. Cæsareæ Maiestat.

SANCTISS.$^{\text{MO}}$ D. N.

CLEMENTI VIII.

PONT. MAX.

Gerardus Voſſius Salutem & Felicitatem.

SI amicitiæ & beneuolentiæ vis tanta mortalibus vel ab igniculis naturæ inſita ſit, Beatiſsime Pater, vt ſæpe etiam eos, quos numquam viderunt, quodammodò diligant, & quos antea non nouerunt, amplectantur: meritò ſanè illos colere & amplecti inter alios par eſt, quos ipſa nobis virtus (qua nihil amabilius eſt) commendat, pietas cõiungit, vitaq́ integra ac ſcientia rara amabiles ſuſpiciendosq́ reddit. Vnde quoque factum eſt, quòd virum ego quendam peregrinum antiquæ pietatis ac fidei, & doctrinæ admirãdæ ex longinquis Syriæ atque Paleſtinæ partibus huc profectum, tam ex merito ſuo, quàm commendatione eorum quibus multum debebam, eodem mecum Romæ cõtubernio hucuſque perbenignè fouerim, ſuſtentauerim, atque ornauerim: in quo quidem tractando, & ſi non omnia, quæ volui, plenè præſtiti; humanitatis tamen, ac hoſpitalitatis iura aliquo modo perſolui: eumq́ è tenebris in lucem eduxi, & ex obſcuro clarum, ex ignoto notiſsimum alijs reddidi: vtq́ non ſolùm ſua lingua vteretur Syra ac nobis peregrina, ſed etiam Latina, vt ab omnibus commodè intelligi poſſet, curaui atque effeci. Sed vt extra parabolam, apertè magis loquar: Peregrinus hic, de quo mihi tecum B.P. inſtituitur ſermo, eſt Ephræm ille Syrus admirabilis, quem fœcũda Meſopotamia produxit, tota Syria ac Palæſtina magno in honore habuit; doctaq́ olim Græcia magnopere ſuſpexit, & tanti præclariſsima illius Opera fecit, vt magna ex parte in ſuam illa linguam conuerterit, ſibiq́ tamquam propria reddiderit, & vindicârit, ac paſsim etiam poſt Scripturã eadem in ſuis Eccleſijs legenda curârit. Quem Baſilius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus plurimi fecit, eumq́ à mundana tantum receſsiſſe ſapientia ſcribit, quanto verarum cæleſtiumquè rerum ſcientiæ vicinior erat. Quem idẽ Baſilius vehementer ante finem vitæ in corpore videre concupiuit; vidit inopinanter illum ad Eccleſiam ſuam Cæſarienſem à ſpiritu deductum, & vterque magno gaudio perfuſus eſt. Cuius vitã & res præclarè ac cum virtute geſtas Gregorius Nyſſenus Magni Baſilij frater, ampliſsimo encomio inſigniter perſecutus eſt : & quæ in illo præclara ac rara magis effulſerunt, accuratè cõplexus eſt, luculenterquè, ſi quis alius expoſuit. De quo alibi valde honori-

ficè S. Ioannes Chryſoſtomus ſentiens ac loquens, inter præcipuos Orientis Patres eum recenſet; & afflictorum atque oppreſſorum conſolatorem, & ducem pœnitentium rectè appellat. Cui Damaſcenus cum alijs, multa laudum præconia adſcribit; & Theodoritus Cyri Epiſcopus, inter varia, quæ eidem laudis attribuit epitheta, etiam ſonoram Spiritus ſancti lyram in quadam ſua Epiſtola eum denominat. Quem omnes penè alij Patres, præſertim Orientales, quotquot vel ei σύγχρονοι fuerunt, vel ætatem eius conſecuti ſunt, mirificè ſemper commendârunt ac celebrârunt: & inter clariora Eccleſiæ Dei lumina, præcipuasqúe columnas libenter agnouerunt, & retulerunt: vt non ſine cauſſa mirati ac conqueſti ſæpe ſint multi, quòd adeò tardè præſtantißima illius Opera in Occidente communicata fuiſſent; aut ſi communicata quidem, ſaltem communibus vſibus non publicata, & è Græco in linguam Latinam, vt ab omnibus vtiliter legi & intelligi poſſent, translata.

Centum & ſexaginta propemodum iam interfluxerunt anni, quando res ea primùm ab Ambroſio Generali Camaldulenſium Abbate (qui bonis omnibus diſciplinis ornatus, in Florentino Cõcilio habebatur clarus) in gratiam potißimum Coſmi Medices, primarij ac potentißimi tunc in Florentinorum Republica ciuis, & eruditorum hominum Mecœnatis munificentißimi, tentata & inchoata fuit: cui, pro ſacro Quadrageſimali tempore, quod tunc agebatur, ſicut etiam nunc, decem & nouem Sermones S. Patris noſtri Ephræm Syri è Græco Latinitate à ſe donatos (vt haberet quo ſanctis illis ieiunij diebus ſalubriter ſe occuparet) dicauit & obtulit: poſtquam antea inter cetera ingenij ſui monumenta, etiam Diogenem Laertium de moribus & vita Philoſophorum, è Græco Latinum ad eumdem ſuum Coſmũ feciſſet. Qui quidem Sermones tametſi pauci, eò tamen gratiores eidem erant, quòd tanti Patris, Ephræm nimirum Syri eſſent: quodq́; tamquam primitiæ Operũ illius, tum primùm in Europa apparerent, quorum tam multi theſauri per varias non ſolùm Græciæ, ſed & Italiæ (quò inde allati erant) bibliothecas reperirentur diſperſi, & adeò paßim ab omnibus è Græco Latinè deſiderati. Sed quòd fortè Coſmus & Ambroſius non diu poſtea ſuperuixerint, accidit rem ibi inchoatam, non fuiſſe poſtea continuatam, & ad vlteriora, ſicut plurimi optabant, productam. De quo damno reſarciendo, & vlterius in Operibus illis progrediendo, cùm à multis ſæpe actum ſit; & quidem ab externis Romam aliquoties perſcriptum: res diutius opinione protracta eſt, & ad vltima tempora Gregorij Papæ XIII. optimi piorum inſtitutorum patroni ac fautoris dilata; quando tandem ſeriò magis actum eſt de Jnterprete ac Scholiaſte huic S. Patri adhibendo, monumentisqúe eius omnibus quotquot Græcè inueniri poſſent perquirendis, ac Latinè reddendis, & in Occidente ad multorum commodum publicandis. Munusqúe illud meis tunc humeris ſuaſu

atque

atque impulſu Sirleti, ac Montalti, poſtea Sixti V. & Caraſæ, præſtantiſſimorum Cardinalium, ab optimo Pontifice impoſitum fuit; mandatumque vt publicæ vtilitatis cauſſa huic adeò venerando peregrino, ego in Vrbe etiã peregrinus atque externus, quippe ab extrema penè Germania oriũdus, hoſpitium apud me præberem; eumq́ pro dignitate ipſius, & viribus meis tractarem & ornarem. Ego verò illud nequiens excutere iugum, rem quãtumuis arduam, ac viribus meis imparem fortiter ſum aggreſſus, manuſcriptaq́ exẽplaria Græca ſtudioſè perquiſiui, & quotquot inueniri & hinc inde obtineri poterant deſcribenda curaui, eademq́ inter ſe contuli, & varias lectiones obſeruaui atque inter ſe conciliaui, magisq́ probatas in textum inſerui: & Opera omnia ſupra opinionem valde excreſcentia, quia variorum erãt Argumentorum, ad maiorem diſtinctionem ac ordinem, in tres ſigillatim Tomos diſtribui: quorum Primum nuper cũ mea interpretatione ac Scholijs vt petebatur, hic apud S. Sedem Apoſtolicam euulgaui & publicaui; ac poſt Gregorium XIII. nobis ademptum, Sixto V. eius ſucceſſori, per quem mihi primum manuſcriptum Græcum volumen antea curatum erat, iure dicaui, & obtuli. Cui quòd labores illi mei placerent, omniumq́ paſſim tererentur manibus; ac in pluribus locis pijs, atque Collegijs Vrbis, tempore mẽſæ legerentur; ſicut & coram S.T. aliquamdiu, tuisq́ paullò prius anteceſſoribus idem Primum Volumen prælectum fuiſſe intelligo: maiori alacritate poſtea Secundum eiuſdem S. Patris Tomum ſum perſecutus: quẽ poſtremo nunc elapſo triennio (quo, Clericatus ſacri Collegij Cardinaliũ officio pro natione mea Germanica vnà cũ Siluio Antoniano Collega, iam ſacri cubiculi S.T. Præfecto, in quatuor Pontificijs interregnis ſum functus) inter varias alias occupationes abſolui, & modò pro ſatisfactione ac conſolatione multorũ, hoc ſacro Quadrageſimali tẽpore Typis Vaticanis iuſſu S.T. in lucẽ edidi. Reſtat porrò, vt eadem S.T. in hoc Sancto ornando ac ſuſtentando diutius peregrino, opportuna ac neceſſaria mihi pro eo laboranti ac ſumptus haud exiguos facienti, media ſuppeditet: vt prõptius & facilius etiam Tertium adhuc reſtantẽ Tomum deinceps aggrediar ac proſequar: opusq́ vniuerſum, quod olim Florentiæ inchoatũ, ſed non continuatum fuit, tandem Romæ apud S. Sedem Apoſtolicam (ſicut Gregorius XIII. & Sixtus V. anteceſſores tui fel. rec. fieri, cum multis deſiderabant) commodius abſoluere liceat. Quod faxit Altiſſimus. Vale. Dat. Romæ, prima hebdomada Quadrageſimæ ipſo ſancti Gregorij Papæ. 1593.

AD PIVM ET CANDIDVM LECTOREM.

CVM in duobus inſignibus SS.Patribus,altero Orientali nimirum Ephræm Syro, & altero Occidentali Leone Magno,multum temporis atque laboris inſumpſerim,Candide Lector;illo quidem è Græco Latinè reddendo, hoc autem recognoſcendo ac varijs digniſſimis acceſſionibus locupletando,& vtroque notis ac Scholijs quibuſdam illuſtrando: auxius & dubius aliquandiu (antequam Secundum hunc S.Ephræm Tomum prælo committerem) hæſi, vtrum è duobus hiſce præſtantiſſimis Eccleſiæ luminibus prius vel poſterius euulgare deberem; eoque magis quid agendum mihi eſſet ambigebam quòd alij me in hanc,alij in illam partem ſuis ſententijs impellebant:& quidam Leoninam editionem vrgebant;alij verò Ephræm potius præmittendum cenſebant, addentes Leonis opera extare,eorumq; recognitionem adhuc differri poſſe: Ephræm autem monumenta,vt in lucem aliquando prodeant,ab omnibus vehementer deſiderari & expectari, & rem dilationem non pati:publicæq; non parum intereſſe vtilitatis aiebant,ea quanto citius publicari, & in omnium paſſim manibus verſari. Quæ cuncta non parum ſanè me permouerunt & proſtimulârunt, ad hanc Secundi Tomi Operum omnium S.Ephræm editionem non maturandam ſolùm,ſed & perficiendam,typiſq; Vaticanis ex præſcripto & iuſſione Summi Pontif. in lucem quamprimùm emittendam: ſicut modò ad commune totius Chriſtianitatis bonum,gratæque poſteritatis vſum,eundem Tomum recenter editum omnibus communicamus & publicanus. In quo quidem quid à S. hoc Patre ſit traditum, & noſtro ſtudio atque labore in eo transferendo ac illuſtrando præſtitum, malo te ſtudioſè legendo decernere, quàm ex meo id præconio intelligere; ne & hæc perſequendo, quæ proprij ſunt facti atque laboris mei, qui non defuit, enarrare, ac collaudare videar. Vt tamen aliquid de Argumentis hoc Tomo contentis dicam: Multa in eo inuenias, quæ ad mores hominum rectè ac piè formandos, corruptoſq; emendandos, & ad hæreticorum errores conuellendos, ac deſtruendos faciunt: tum etiam quæ ad collapſam religionem reſtaurandam, monaſticamq; diſciplinam antiquo ſuo vigori atque nitori reſtituendam plurimum adiuuare poterunt. In quibus omnibus, S. Ephræm noſter vtiliter admodum & efficaciter docet, mouet, & delectat; admonet, hortatur, ſuadet, conſulit & diſſerit: Docet, inquam, pietatem & timorem Dei. mouet affectus noſtros ad ea quæ ſalutaria ſunt. delectat animos optimis documentis, ſententioſè dictis & exemplis memorabilibus. admonet vnumquemque grauiter ſui inſtituti atque officij. exhortatur ad virtutes, bonaq; opera: dehortatur à vitijs, commercijſq; improbis. ſuadet bona, diſſuadet mala. conſulit ad ſalutem facientia, & à noxijs atque pernicioſis nos reuocat & alienat. diſſerit de Deo, rebuſq; cœleſtibus, ac quomodo veſtigijs Sanctorum & antiquorum Patrum rectè inſiſtendum ſit, oſtendit: plurimaq; omnibus æquè ſalutaria proponit. Quare quicumque iſta Auctoris noſtri monumenta ac documenta, ſiue hoc, ſiue primo eius Tomo legeris, tibi ipſi attendas oportet: & ſi Monachus ſis, ea non alijs Monachis atque religioſis: ſed tibi ipſi dicta exiſtima. Si non es Monachus; ne Monachis atque regularibus dumtaxat, iſta conſcripta ac dicta arbitreris: ſed etiam ſecularibus, atque adeò omnibus. Sic enim legendo, & lecta tibimetipſi applicando, vberrimum lectionis tuæ fructum percipies. Vale, & his, dum alia laborioſè tibi concinnamus atque paramus, feliciter fruere.

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRÆM SYRI,

Reperitur Græcè in mmſſ. Vaticanis, numer. 586. & 794.

B Per Simeonem Metaphraſten.

EPHRAEM ille admirabilis, natus fuit in Syria, in Ciuitate Edeſſa, Chriſtianis parẽtibus. Cum autem elegiſſet virtutem ab infantia, noxias ac damnoſas æqualiũ conſuetudines ſemper ſtudebat cauere atque vitare. Verſabatur vero aſſiduè potius in ſacris libris Scripturarum, & id quod in eas conferebat ſtudium, otium, & meditatio erat Ephræm quauis voluptate ſuauior; adeoque vt ipſe quoque diceret conuenienter illud prophetæ: Quàm dulcia ſunt gutturi meo, eloquia C tua? Hinc autem factum eſt, vt ab ineunte ætate ei virtus omnis coaleſceret, ac diligens ſtudium tolerandorum laborum. Quid enim non ab eo rectè & perfectè geſtum ea? Non ieiunium? Non vigiliæ? Non humicubatio? Non benignitas? Non lenitas? Non, nihil poſſidere? Non, in tantis bonorum opibus, etiam humilitas? At neque docendi fuit expers chariſmatis: ſed in hodiernum vſque diem nobiſcum loquitur per ſuas orationes, admonet, adhortatur, conſulit, & diſſerit. A quibus habemus, vt non ſolùm recta fidei ſemita ingrediamur, ſed etiam ad virtutem parandam excitemur.

Patria S. Patris Ephręm.

Studium ſacrarum Scripturarum.

Pſalm. 118.

Commendatur à ieiunio, vigilijs, humicubatione, paupertate voluntaria, humilitate, doctrina, &c.

Spes autem in Deum, & charitas in proximum, tantæ fuit curæ Ephræm, vt ille ipſe ſic diceret, è vita excedens (vtendum eſt enim ipſius verbis:) Numquam in tota vita mea maledixi Domino. Non verbum inſipiẽs per mea labra proceſſit. In tota vita mea, neminem ſum execratus; & cum nullo omnino contendi ex D fidelibus. Lachrymæ verò ei quoque perpetuò fluebant ex oculis, adeò vt perennis fontis fluentum citius defeciſſet, quàm illum inſtar imbris cadẽtes lachrymæ. Vnà autem cum lachrymis, emittebantur etiam gemitus, oſtendentes intus ardentem ignem compunctionis. Quod quidem apertius certiuſq; ſciet aliquis, qui illius ſcripta legerit. Inueniet enim eum ſemper philoſophãtem de Iudicio, & de ſecundo Chriſti aduentu, & terribile illud Tribunal ſemper ſubijcientem oculis, illumque diem imprimentem noſtræ cogitationi, & ſeipſum inducentẽ tamquam condemnatum, & deflentem valde miſerabiliter.

Verba ſunt ipſius Teſtamenti.

Lachrymarum gratia.

S. Ephræm philoſophia, atque compunctio.

Cùm autem Ephræm ſemper verſaretur in talibus viſorum apprehenſionibus, elongabat, vt ait Propheta, fugiens; omnemque de ijs, quæ ad vitam hanc pertinent, tumultum, motumque ac fluctum declinans. Qui cùm habitaret in ſolitudine, ac locis loca ſubinde mutaret, propter ædificationem & vtilitatem animarum, ſicque à diuino admoneretur ſpiritu; reliquit aliquando ſolitudinem iuſſu diuiniore, & feruenti deſiderio in ſuam venit patriam Edeſſam, vt qui ſimul eò veniſſet ad ſacras adorandas Reliquias, & loca ſancta, ſimulque etiam, vt virum aliquem eruditum ibi reperiret ac conueniret, & cogitationis illinc fructum acciperet: quod etiam à Deo enixè petebat, ſic dicens: IESV CHRISTE omnium Domine, concede vt ego Ciuitatem Edeſſam ingrediens, in talem virum ſtatim incidam, qui ſit idoneus ad diſſerendum mecum de ijs, quæ ad animæ ædificationem pertineat, & vtilitatem. Cumque ſic oraſſet, poſtquam fuit in ingreſſu ciuitatis, & portam eſt ingreſſus; cogitabundus hærebat, attentoque ac ſollicito animo, vt qui ſecum conſideraret, quemadmodum ad illum quidem virum accederet, & quænam ex eo potiſſimùm quære-

Pſalm. 54.

S. Ephræm vt loca mutârit.

Edeſſam adijt.

Precatio S. Ephræm, cùm Edeſſam adiret.

quæreret, quamque vtilitatem ex eo percipere poſſet.

Ephræm obuiã fit mulier peccatrix.

Iſtud aliter eſt in Nyſſeno.

Reſponſum notatu dignum.

Cùm ſic autem cogitabundus incederet, ei ſtatim quædam occurrit mulier, eaque meretrix. Dei verò ea erat omnino permiſſio, qui myſticè arcanè ſæpe per contraria diſpenſat contraria. Sacroſanctus itaque Ephræm, cùm ſic præter ſpem incidiſſet in meretricem, conſtitit in eam defixit intuens oculis, & quaſi cōmotæ mentis, triſtisque ac apud ſe perturbato animo, quòd non vt precatus fuerat, ſed contrarium potius eueniſſet ei, ac petierat. Illa autem cùm ſic eum vidiſſet adſpicientem, in eum rurſus oculos conijcit acerrimos. Poſtquã verò ſic diutius ſe inuicem adſpexiſſent, volens eam pudore afficere, & ad verecundiam (quæ mulieribus conuenit) deducere magnus Ephræm. Quid verò, inquit, non erubeſcis mulier, tam fixis oculis nos intuens? Illa autem, ſed me, inquit, conuenit te ſic adſpicere: ex te enim ſumpta ſum, & tuo latere. Te verò non nos, ſed terram potius oportet adſpicere, ex qua ipſe rurſus ſumptus es. Hæc cũ audiſſet Ephræm præter omnem expectationem, & mulieri confeſſus eſt magnas ſe habere gratias propter eam, quam ab ipſa acceperat, vtilitatem; & Deo vehementi emiſit ſtudio gratiarum actiones, qui per ea, quæ præter ſpem accidunt, ea ſæpè facit, quæ ipſam ſpem ſuperant.

Impudicæ mulieris inſidiæ, cõtra Ephræm.

*laſciue.

*al. tuo ſepto.
*al. argillæ.

Eccl. 23.

Cùm ergo iam dies aliquot tranſijſſent, & Sanctus Ephræm moraretur Edeſſæ, mulier quædam meretrix, quæ in propinqua habitabat vicinia, fit maligno inſtrumentum ad vitium; & per eam, ſicut prius ipſam per Serpentem, iuſtum aggreditur Ephræm. Cùm itaque Sanctus Ephræm cibum quemdam pararet; illa, aperta feneſtra, quæ erat in corte, impudenter deſpicit, & planè * meritriciè: & deinde cùm Sanctum adſpexiſſet inuerecundè, Benedic, inquit, Abba. Ille verò cum eo, qui ipſum decebat, habitu, geſtu, & ſermone: Dominus, inquit, tibi benedicat. Ipſa autem rurſus cum vehementi & indecoro riſu, ad eum: ſed quid, inquit, tuo * cibo deeſt? Ille verò, tres, inquit, lapides, & parum luti *, vt hæc obſtruatur feneſtra. Illa interim, nihil de ſua remittens impudentia: quòd te, inquit, priores appellauimus, hoc ne te effecit inſolentem? Ego, inquit, volo tecum dormire. Tune autem hoc mihi ſtatim primò negaſti? Ad hæc, quemadmodum illa verbis Sathanicis: ita multò magis ipſe ſermonibus abundauit ſpiritalibus, & quales ipſum dicere, & eam oportebat audire. Si vis enim, inquit, nos ambos ſimul dormire; vbi tibi dixero, illic pariter iacebimus. Poſtquam verò illa ſermonem arripuit, & rogauit locum, vbi hoc fieri oporteret: Non in alio, inquit, loco tecũ congrediar, niſi in medio ciuitatis. Sed nõ, inquit illa, pudore atque rubore apertè afficiemur, à videntibus hominibus, ſi ſic nos ibi iaceamus in medio? Capta autem eſt mulier, quæ voluit capere impatibilem & inexpugnabilem animam, vt quæ nec hoc quidẽ potuerit cognoſcere, quod dicit Salomon: Oculi Domini altiſſimi, ſunt innumerabilibus partibus ſole ſplendidiores, qui intuentur omnes vias hominum.

Captatio occaſionis conuertendæ meretricis.

Meretrix reſipiſcit.

Hiere. 7. 16.

Peccatrix includitur in mulierũ monaſterio

Cùm verò ſtatim veluti anſam, verbum apprehendiſſet vir præclarus, contra intulit: Si ergo hominum iudicaſti oculos ſatis eſſe ad pudore afficiendam animam, & à mala actione abducendam: Dei oculos, qui omnia intuentur, tam quæ clam, quàm quæ apertè fiunt, nonne multò magis reuerebimur, & extimeſcemus, & à re mala abſtinebimus: qui ſemper nobiſcum habitantem in nobis excitat conſcientiam, & ex ea nobis reſeruat tormenta, quæ finem non accipiunt? Hæc ſuffecerunt non ſolùm ad meretrici perſuadendum, vt abſtineret ab improba in eum libidine: ſed vt priorum etiam eam malorum pœniteret, & mutationem adferret totius vitæ & ſententiæ. Statim itaque accedens, & humi procidens, & ſacros illius pedes tangens, petijt veniam à ratione alieniſſimæ cupiditatis, impudicæque & intemperantis propenſionis; & ne, cùm veram & germanam attuliſſet pœnitentiam, à via, quæ ducit ad ſalutem, aberraret, eum ducem & magiſtrum voluit accipere. Ille autem, (quomodo enim, cùm eſſet ille Ephræm, non erat talibus pariturus petitionibus, & ea quæ par erat admoniturus?) ne rurſus ambularet, vt cùm diuino dicam Hieremia, poſt cogitationes cordi ſui mali, neque contemneret, ita vt vias priores repeteret, præcipit egregiè, eamque in mulierum includit monaſterio, quæ virtutis curam gerebant: & tandem cùm eam, quæ à via recta illum volebat abducere, ipſe

à via

à via mala potius conuertiſſet, iuſtitiæ fructum habuit illam conuerſionem. Sic diuinus Ephræm, cùm in duas incidiſſet meretrices, huic quidem profuit, ipſe autem ex altera accepit vtilitatem; aut, vt verius dicam, ex vtraque: & vtrumq; præter ſpem omnem accidit, vtpotè quod diuinum auxilium in vtriſq; concurrerit.

Hinc ad eam, quæ eſt in Cappadocia, Cæſaream deductus à gratia, quæ ex alto eum ducebat, magnum ibi vidit Baſilium, os Eccleſiæ, fontem dogmatum. Quem cum vidiſſet Ephræm, cœpit eum multis honorare laudibus. Perſpicaci enim animi oculo cernebat quandam Columbam (erat autem illius forma radijs ſolis ſimilis) præclaram, præclarè eius humero inſidentem, & in aurem cum Baſilio loquentem: & illum rurſus ea, quæ ab ipſa veluti dictabantur, referre populo. A qua veneranda Columba cum didiciſſet de Ephræm, & quiſnam eſſet cognouit, & quanam de cauſa veniſſet. Quocirca & ſe inuicem ſermone impertiunt, & fruuntur alter alterius bonis. Sed reuertendum eſt rurſus ad diuinum Ephræm, & ſolæ illius res ſunt puræ narrandæ, quemadmodum nullam admittebat cogitationem, quæ non ei conferret ad virtutis operationem, & quemadmodum abundè ei erat à Deo datum talentum doctrinæ: quod quidem ille ſemper præcipuè augere ad menſas ſtudebat animarum.

S. Ephræm venit ad Magnum Baſilium.

Columba humeris inſidiebat S.Baſilij.

S Ephræm à Baſilio vt cognitus.

Ipſe autem hoc ſignificat, dicens: quòd cum adhuc eſſet puer, & nondum ad ephebi perueniſſet ætatem, viderit quandam vitem, permultis botris plenam, è lingua ſuâ enatam, in magnam fuiſſe ſublatam altitudinem, & vniuerſæ terræ occupaſſe ſuperficiem. Et omnes quidem ei inſidebant volucres, & circumuolabãt; & botros paſcebant. Vitis verò, quo magis eius botri carpebantur, & quo liberalius & ſplẽdidius aues excipiebat, eò maiori fructu ſcatebat, fructumque multum producebat & copioſum. Et hoc quidẽ ipſe dicit de ſeipſo. Illud autem hoc quoque alij Ephræm ſuo tribuunt teſtimonio, ex ijs qui digni ſunt habiti, qui hæc viderent. Dicunt enim ſe aliquando vidiſſe Angelorum multitudinem, è ſuperis deſcendentem, librumque intrinſecus & extrinſecus ſcriptum habentem in manu. apud ſe verò cõſiderabat illa, quæ apparuerat, viſio, quiſnam eſſet is, cui liber traderetur: & cum alij quidem hunc, alij verò illum, alij aliũ proponerent, quotquot ſcilicet tunc vitam piam exercebant & honeſtam; tandem cùm omnes conueniſſent in Ephræm, ei liber à ſacra multitudine committitur. Experrectus ergo is, qui viderat viſionem, timore affectus, venit in Eccleſiam: & cùm in ea inueniſſet Ephræm, doctrinis quàm optimis & vel ipſo melle ſuauioribus paſcentem eos, qui aderant; ſomnium ea ratione conijcit. Et ille quidem Deo egit gratias: ab illo autem tempore tam copioſè, & tam vehementer Ephræm fluxerunt fluenta orationis, & eum tanta & ita perpetua obruebat vis cogitatorum, vt nec ſatis quidem poſſet eius lingua ſeruire celeritati eorum, quæ cogitârat, tametſi eius erat tantus in dicendo fluxus, & tam promptè enũtiabat id, quod mente conceperat, vt non minus celeriter ſermone explicaret, quàm alij cogitarent. Quamobrem dicitur is Deo aliquando dixiſſe: *Remitte, ô Domine, vndas tuæ gratiæ. Abyſſus enim doctrinæ, quæ linguam inundabat, non ſinebat eum amplius continere, cum ad dicendum minimè ſeruirent inſtrumenta.

Viſio S.Ephrem adhuc pueri, quæ eadem & à Greg. Nyſſeno recenſetur.

Alia viſio, quæ & a Nyſſeno ponitur in Vita.

Viſionis, per S. Ephræm declaratio.

Eius maxima dicendi copia.

* Sic S.Ephræm in Serm. Dolor me loqui compellit; &c. tomo 3. & alibi.

Illius autem orationem nihil aliud interrumpebat, niſi precatio: eam verò lachrymæ. Noctes verò, quæ ipſum excipiebant vigilantem, luci diei rurſus reddebant ſobrium: vt qui vereretur, ne princeps tenebrarum eum ſomno imperitum deprehenderet, & ideo vigilaret aduerſus eius inſultus. Ei enim ſufficiebat ſomnus vel breuiſſimus, vt qui eum ſolum leuiter guſtaret, non vteretur autem ad ſatietatem; ſed tantum quantum ſatis eſſet, ad neceſſariò continendum corpus, quod multis intendebatur ſudoribus & laboribus. Vt enim ab eius oculis fugeret ſomnus, faciebat quidem multa etiam alia: maximè autem humicubatio, vitæ auſteritas, illaque varia & multiplex corporis conſumptio, & afflictio.

Catalogus virtutũ S.Ephræm.

Orationes, lachrymæ, & vigiliæ eius.

Humicubationes, & corporis afflictiones.

Nihil verò poſſidendi, tanti ſunt ab eo collectæ diuitiæ, vt ad id aſſumatur oris eius teſtimonium, & verba, quæ ab eo dicta ſunt in extremo eius ſpiritu, quibus nihil eſt fide dignius, aut verius. Sic autem habent: Ephræm nunquam fuit crumena, non virga, non pera, neque aurum, nec argentum. Sed nec in terra vllam habuit poſſeſſionem. Bonum enim Regem audiui, inquit, in ſuis Euangelijs,

Paupertas voluntaria.

Matth. 10. Lucæ 9.

præcipientem diſcipulis: Nihil in terra poſſederitis. Quocirca nec affectione quidem, tale quid habuit. Ita magiſtro parebat in omnibus, & ſe verè præbuit imitatorem primorum illius diſcipulorum.

Humilitas eius.

In humilitate autem, & cordis contritione & moderatione, quis frequentius, aut acrius, aut perfectius eſt verſatus? adeò vt cinerem quidem tanquam panem comederet, potum autem cum fletu miſceret. Laudes verò valde vitabat; & eos qui eum laudabant, non ſolum non admittebat, ſed eis etiam apertè ſuccenſebat, vt alius ijs, qui irrident & maledictis inſequuntur: erubeſceret autem, & terram adſpiceret, vt vultus colorem aliâs alium mutaret: tenui autem ſudore difflueret, & omninò mutus maneret, pudore eius vocem veluti retinente. Porrò autem hoc quoque erat proprium magnæ eius moderationi atque modeſtiæ. Cùm enim iam eſſet abiturus, hæc cum magna mandabat increpatione: Ne canticum cecineritis ſuper Ephræm, neque eum laudaueritis. Ne me pretioſa veſte indueritis, ne ſeorſum meo corpori ſepulchrum feceritis: Statui enim, Deo volente, habitare cum peregrinis. Peregrinus enim ſum & aduena, ſicut omnes Patres mei.

Pſal. 101.

Laudes proprias planè auerſabatur.

Verba Teſtamenti illius.

Pſalm. 38.

De benignitate eius in pauperes, vide etiam Sozom. & in Palladium, &c.

Benignitatis autem, & alendorum mendicorum, & miſericordiæ in pauperes tantam habebat rationem, & tantam illorum curam gerebat, vt quoniam ex ſe non habebat, quod eis impertiret: (quomodo enim haberet, qui ipſe quoque laborabat inopia rerum neceſſariarum?) quod ſolum habebat, eo vtebatur ad eorum ſalutem: & cùm linguæ ſapientia & intelligentia, multis diuitum & manum & viſcera & horrea aperuiſſet, copioſè per ea ſuppeditabat egentibus. Non ſolùm enim poterat eius ſermo mollire & demulcere animos, & mouere ad miſericordiam: ſed vel ipſe aſpectus, & morum moderatio. Sæpè autem vel ipſum ſolùm reſpexiſſe, ſuffecit aliorum animis ad compunctionem. Et ſunt hæc quidem huiuſmodi, & quæ ad ſummum omnis virtutis ſic venerunt.

Zelus & labores S. Ephræm pro fide.

Eius verò ex Deo zeli, & eorum, quos pro recta fide ſuſcepit, ſudorum, ſunt multa alia quoque indicia. Quod autem nunc ſuggerit dicendum oratio, & ad quod fert deinceps conſequentia narrationis, eſt omnium maximum & iucundiſſimum. Ita autem habet: Appollinaris, qui in altũ quidem locutus eſt, & meditatus magnam iniquitatem: omnia verò & facere & dicere didicit, ad recta peruertenda dogmata: cùm circa rectam fidem multa innouaſſet, & ſicut engaſtrimythi, & qui è terra vocem edunt, vt rectè de ijs magno videtur Eſaiæ, locutus eſſet, & ea duobus libris cõpoſuiſſet, credit cuidam mulieri, quæ illius animo dicebatur ſeruire & voluptatibus. Cùm hoc ergo didiciſſet Ephręm, & eam rem eſſe exiſtimaſſet conuenientem ſibi venationem, non leuem quidem illam, ſed quæ opus haberet arte & ſapientia, ſuſcipit perſonam vnius ex ijs, qui eadem quæ ille ſentiebat; & accedit ad cuſtodem librorum, partim quidem ei eulogias afferens ex ſolitudine: partim autem ſe artificioſè in mulieris inſinuans familiaritatem, vt quæ morum magiſtri cum eo haberet ſocietatem. Cùm autem ei, ſcenam rectè ſe haberet & actus ſimulationis, & omninò iam ſibi perſuaſiſſet mulier, eum planè eſſe diſcipulum Appollinaris, & eius, qui circa illum erat, chrori impietatis; rogat mulierem, vt ſibi dentur ſcripta Magiſtri, vt poſſit, ſicut aiebat, cum hæreticis (ita nos vocans, qui partem ſequimur Orthodoxam) facilè congredi. Illa verò callida hac arte, & probabili ineſcata ratione; ei libros tradit, tantũ dicens, vt ij citò ſibi redderentur.

Apollinaris hæreticus.

Iſa. 29.

Aſtutum conſilium atque inuentum.

Idem & à Nyſſeno refertur in eius Vita.

Hic autem magnus Iacob, cùm hac ratione prophanum ſupplantaſſet Eſau, & ſcelerata illius improbitatis primogenita fuiſſent ei credita, magno & forti animo virum execrandum aggreditur, &, vt dicitur, vulpem pulchrè decipit. Vide enim mihi viri Sapientis inuentum, & quemadmodum tam improbum & tam varium callidè fallit animum. Venire quidem ad diſputandum & opponendum, & linguam eis immittere, quæ omnia facilè poſſet ſoluere & euertere, non erat ei admodum expeditum; ſed id longo opus habebat tempore & labore. Cùm autem id facere non permitteret opportunitas: (vrgebat enim mulier, libros vehementer repetens) conuertitur ad quandam aliam machinationem, quæ cum celeritate magnam habebat vim & efficaciam. Nam cùm libros explicaſſet, & foliorum vnumquodq; diuiſiſſet, & ichthyocolla ſatis vniuerſum illiuiſſet, & deinde cum altero complicaſſet, & ea diu manu cõſtrinxiſſet, accom

ἰχθυοκόλλα gluten ex piſce.

accompreſſiſſet, adeò vt mutua inter ſe coniunctione omnia vnum fierent, & neutrum poſſet ab altero diuelli aut quomodocunque abrumpi, eos reddit mulieri. Illa verò eos recipit, nihil quærens amplius, neque eos explicans; ſatis habens, quòd rectè ſe haberent extrinſecus. Aliquo ergo tempore ſic libros apud ſe retinuit.

Deinde vocatur quidem ab Orthodoxis Apollinaris: hoc autem ſuggeſſerat propter Chriſtum, acutiſſima & ingenioſiſſima Ephræm anima; ſciebat enim quid feciſſet in illos impios, & execrandos libros: vocatur ergo Apollinaris, tanquam cum egregio verbi defenſore diſputaturus. Ille autem iam, & ſenectute & ſenectutis malis defeſſus, recuſauit quidem ipſe differere: ſtatim verò ad ſuos libros reſpexit, & eos ad ſe deferri præcepit. Ipſi enim mihi, inquit, ſubminiſtrabunt, quæcunque os orationi. Cùm ex libris itaque cepiſſet alterum, ille quidem cum explicare ſtatim in principio operis cum magna quadam grauitate conabatur: at cùm ille omnino non obediret, neque ex folijs aliqua diuellerentur, ſed ſibi potius cohærerent, vt qui tanquam vnum corpus euaſiſſent, tranſit ad eius medium. Cùm verò & illic eſſet ſpe falſus, eo libro relicto, tranſijt ad alterum. Vbi autem ille quoque ſe haberet ſimiliter, & ipſe à ſe non poſſet diuidi, nec fieri omnino poſſet, vt diuelleretur: ad magnam mentis redactus inopiam, præ pudore & animi ægritudine caligans, & vertigine laborans, & eo caſu veluti euerſus exilit è conceſſu, vt qui ſe non poſſet amplius continere: & tandem malè perit, fructum ſuorum laborum & librorum mortem colligens. Talis pro Chriſto fuit zelus Ephræm, & ſic omnis virtus plantata fuerat in illius anima, adeò vt quis eam meritò vocauerit fontem, vnde ſcatet omne genus fluentis: aut pratū, quod ſibi placet propter varios flores, & roſas: aut etiam aliud cælum in terra, quod aſtrorum multitudine vndique variatur: & ſi velis, audis etiam Paradiſum, veluti illius Eden, qui eſt ſemper florens, & lætus, & nunquam marceſcit; ſed arboribus fertilibus, & quæ nunquam intereunt, ſemper floret, & germinat: ſolus autem ſerpens eum non poteſt attingere, nec ei patet aditus, qui eſt malus & inuidus, & noſtræ ſaluti inſidiatur.

Congreſſus illius ad diſputādum contra Apollinarem hæreticum.

Eadē ſunt apud Nyſſenum.

Apollinaris hæreticus malè perijt.

Geneſ. 2. 3.

Sed iam mihi ad finem tendit de S. Ephręm narratio. Quocirca aliquid ex ijs, quæ circa mortem illius fuerunt, neceſsè eſt perſequi, & quod ſufficit ad oſtendendam illius gratiæ abundantiam. Nam cùm iam eſſet è vita deceſſurus: poſtremo præcepit ijs, qui aderant, ne in pretioſa veſte eum ſepelirent, ſicut prius declarauimus. Si quis verò, inquit, cùm patrem amet, talem nobis veſtem præparauit; ille eam, quæ conſtituta eſt ad ſepulturam, det egentibus. Et ille quidem hæc mandabat ijs, qui circumfluebant. Vnus autem ex eis, qui erat illuſtrior, & vehementior, cùm pretioſam & ſumptuoſam veſtem paraſſet, qua poſt mortem corpus illius tegeret, & deinde audiſſet mandatum; ægrè tulit, vt qui à ſuo excidiſſet propoſito, & ideo differebat eam quoque dare pauperibus, melius eſſe iudicās tantum auri illis pendere, quanti veſtis æſtimaretur: ignorans ſe multò magis gratificaturum eſſe Ephræm, ſi dederit pauperi, quàm ſi propriam voluntatem ſequatur, & iudicium.

Verba Teſtamenti ipſius.

Cùm ſic itaque affectus conſtituiſſet, inobedientiæ protinus luit pœnas, à malo arreptus dæmone, & cogitationis ſolùm, non actionis, pendens ſupplicium. Quamobrem ad Sancti lectum ſe proripit in medio omnium videntium, torquens manus, inuertens oculos, ſpumam ex ore exſpuens, & planè faciens omnia quæ faciunt ei, qui furore exagitantur: à diuina prouidentia ei traditus ad diſciplinam, cui parens, patrium contempſit mandatum. Quid ergò? qui occulta peruidebat, & diuino ſpiritu loquebatur, ille intellexit morbum eſſe fructum peccati: &, quid à te, inquit, ô homo factum eſt quod non oporteat, quod te in tantum protruſit periculum? Ille autem cùm reſipuiſſet ab inſania, ſuam refert pronuntiatque iniquitatem, aperit inobedientiam, & cogitationum ſuarum arguit imbecillitatem. Cuius morbi diuinus Ephræm miſertus, cùm accepiſſet confeſſionem, ſola precatione, & manuum impoſitione liberat à dæmone, iubens vt impleret promiſſum, ſicut ei mandauerat. Cùm ſic ergo Sanctus Ephræm, in fine vitæ ſuperiores actiones tanto obſignaſſet miraculo, eos autem qui aderant admonuiſſet, eiſque conſuluiſſet, & præcepta dediſſet, & eos ad operationem

Inobedientiæ pœnas luit, qui cōtra verba Teſtamenti S. Patris fecerat.

Hominis obſeſſi à dæmone liberatio miraculoſa.

virtutis ſatis excitaſſet; tranſit ad ea quæ ſunt illic tabernacula, & ſplendorem, qui eos qui tales ſunt excipit in Chriſto Ieſu Domino noſtro: Cui honor, gloria, & potentia, cum Patre, & ſancto Spiritu: nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA IN VITAM SANCTI Ephræm.

QVandoquidem in primo Tomo antea, Vita atque encomium S. Patris Ephræm Syri per Gregorium Nyſſæ Epiſcopum, præmiſimus: viſum quoque eſt hîc in principio Tomo 2. Vitam eiuſdem noſtri Sancti, per Symeonem Metaphraſten ex varijs compilatam atque collectam conſultò anteponere, ne quid alicuius Scriptoris, quod ad laudem tanti Patris pertinere aliquo modo poſſit, omittatur. quanquam tamen hæc ex ipſo potius Nyſſeno videantur deſumpta, vbi multa cum his communia continentur, copioſioriq; ac pleniori omnia encomio ibi de hoc S. Patre noſtro Ephræm, quam hîc referantur ac deſcribantur: ſicut legenti & conferenti vtramque Vitam, melius ad oculum conſtare poterit. Reperitur autem hæc per Metaphraſten Vita Græcè, in duobus manuſ. Vatican. ſub num. 536. & 794.

Vt ille ipſe è vita excedens, diceret: Nunquam in tota vita mea maledixi Domino. Non verbum inſipiens, per mea labra proceſſit. In tota vita mea neminem ſum execratus, & cum nullo omninò contendi ex fidelibus.] *Hæc verba ſunt Teſtamenti S. Patris Ephræm, quod in fine tertij Tomi Lector à nobis repoſitum inueniet. Eademq; à Nyſſeno citantur in Vita eiuſdem, vbi dicit: Amorem verò in Deum & proximum, adeò ſtudioſè Ephræm ſeruauit, vt ex hoc decedens ſeculo, hæc inter poſtrema referret:* Nullo modo in tota vita mea aduerſus Dominum contumelioſus fui, nec ſermo ſtultus è labijs meis egreſſus eſt. Neminem in tota vita mea maledictis oneraui; nec cum vllo planè Chriſtiano contendi, &c.] *Quæ quidem verba, ad tempus ac vitam poſt conuerſionem eius referenda planè videntur; ad iuuenilem autem ipſius ætatem, quæ conuerſionem præceſſit, non item: ſicut plenius noſtris in Conuerſionem eius Scholijs, hîc non longè poſtea Lector explicatum demonſtratumq; inueniet, pag. 265. d. e.*

Qui cùm in ſolitudine habitaret, ac loca locis ſubinde mutaret, propter ædificationem & vtilitatem animarum: ſicque à diuino admoneretur ſpiritu, &c.] *Hæc verbis nonnihil mutatis, Metaphraſtes omninò ex vita à Nyſſeno deſcripta mutuatus videtur, vbi ſic reperitur:* Quando porrò Spiritus illum commonefaciens, ad multorum ædificationem ſic diſponebat, vt loca mutaret, non reſiſtebat, ſed humiliter obtemperabat: erat enim iuſſis mandatiſque Dei obediens, &c.] *Vnde ſatis apertè datur intelligi, non temerè ac ſine iuſta cauſſa Monachis, alijsq; loca mutanda, ſicut in Ephræm pluribus ſparſim & ex inſtituto, hoc Tomo ſecundo, non vno in loco atque Parænesi demonſtrat, ſicut ſuis etiam locis conſtabit poſtea.*

Perſpicaci animi oculo cernebat præclaram quandam columbam humeris Baſilij inſidentem, & cum eo loquentem, &c.] *Idem de eo in illius Vita adducit etiam Nyſſenus, in hæc verba:* Siquidem perſpicaci mentis oculo conſpexit refulgentem, albamque columbam ipſius humero dextero inſidentem, verbaque ſapientiæ ſubminiſtrantem, atque ea populo depromentem, &c.] *Vbi inter alia notandum, à Nyſſeno hîc dici Sanctum Ephræm aſpexiſſe albam columbam humero sancti Baſilij dextero inſidentem, &c. quod perinde apud Metaphraſten non legitur. Non enim hic ipſe columbam denominat albam, nec ſcribit eam humero eius inſediſſe dextero, ſed ſimpliciter humeris eius, &c. Conſentit autem in eo Nyſſeni verbis, Vita illa antiqua annonyma è Græco per nos etiam traducta, ac poſt Nyſſeni in Ephræm encomium, immediatè in principio primi Tomi repoſita, vbi idem de columba narratur, quodq; dextero Baſilij humero inſederit, ac ei verba prædicationis ſuggeſſerit, affirmatur.*

Laudes valde vitabat, eoſque, à quibus laudabatur, non ſolùm non admittebat, ſed apertè ijs ſuccenſebat, &c.] *Quòd Sanctus Ephræm proprias auerſaretur laudes, ex pluribus ipſius ſcriptis verbiſq; Teſtamenti eius abundè conſtat: tum etiam ex Nyſſeno qui de illo ſic ſcribit:* Ephræm ab omni vana atque mundana abhorrens gloria, ſi à quoquam ſe laudari animaduerteret, ægrè animo ferens, aliumque aliàs colorem capiens, atque oculos in terram demittens, tenui ac[illegible]tili madebat ſudore, altoque ſilentio tanquam verecundia linguam præpediente, corripiebatur, &c.] *Idemq; de eo in Collationibus SS. Patrum Græc. adfertur: vbi variæ Sententiæ ex Ephræm doctrina ac Vita producuntur, quas hîc ex MS. Viatic. adiecimus.*

VARIAE

VARIAE AC CELEBRES SENTENTIÆ PIETATE ET DOCTRINA PLENAE, EX S. PATRIS EPHRÆM SYRI

B Operibus, eiuſque Vita ſelectæ, & in Collationibus SS. antiquorum Patrum Gręcorum repertæ.

Sunt in antiq. Græco MS. Vat. num. 880. &c.

Gerardo Voßio Interprete & Scholiaſte.

Animarum cura non appetenda, & de Prælatorum conditionibus.

C ANIMARVM curam ne appetieris; ne fortè, quod ad eam menſuram, ac metam nondum perueneris, vt cunctis animi tui paſſionibus imperes, & tibi ipſi, & illis qui te ſequerentur, noceres. Si verò inuitus in eo munere à Deo conſtituaris, curam diligentiamque bonam adhibe. non vt quæ tuæ ſunt voluntatis peragas, ſed ei potius morem in omnibus geras, qui rationalium tibi ouium curam commiſit. Magnum ſiquidem periculum imminet illis, qui contemptim atque ſuperbè, & negligenter ſuos curant ſubditos. Oportet autem illum qui alijs præeſt, & periti ſimum eſſe, & ad conſulendum ſaluti ſubditorum vigilantiſsimum, vtque ſingulorum conſideret, noſcatque inceſſum, motum, geſtum, ac habitum: adhibita etiam debita eorum, quæ minus conueniunt, correctione, & ad optimum ea ſtatum formamque reducantur, omniaque ad ſalutem pertinentia, fratribus proponat, etiam vſque ad minima: non prætermittendo quoque parata negligentibus ſupplicia.

Eſt in Ephræm tract. de Vita piritali c. 35. & 36. Tom. 1.

NOTA.

Prælatorum & Paſtorum conditiones.

Operationis bonæ effectus, orationiſque efficacia.

D FRater, ſcientem atque intelligentem teipſum denominas, & operibus tuis teipſum agnoſce. Nam ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & ſcientia atque intelligentia abſque operatione, eſt mortua. Eſt error quidem viſo, ignorare Scripturas: dupliciter verò errat, qui nouit & contemnit. Ad ſermones myſteriorum diuinæ Scripturæ ne acceſſeris abſque precatione, ac poſtulatione auxilij à Deo: ſed deprecans, dicito: Concede mihi Domine, vt ſenſum percipere poſſim virtutis, quæ in eis eſt. Orationemque reputa clauem eſſe notionum, atque intelligentiarum verarum, quæ in diuinis firmatæ ſunt Scripturis.

Ex S. Ephræm.

NOTA.

Contra fallaciam inſomniorum.

E CHariſsime, ne fidem fallacibus adhibeas inſomnijs: nam multos* deceperunt inſomnia, in ijſque ſpem ponentes exciderunt. Ad quas autem nos menſuras peruenimus, vt viſiones Angelorum adſpiamus?

Ex S. Ephrem.
*al. ſeduxerunt.

Bono ſemper & vbique regimine opus eſſe.

POrtus tranquillus ac ſerenus eſt, locus* bonis regulis directus: quibus autem deeſt gubernatio, vt folia decidunt.

*τόπος εὐκατόνιστος.

Sera vitæ emendatio non ſpernenda.

NE ſenem ſpreueris, ſi ad locum ſolitariæ vitæ ſe transferre voluerit. Nam eos, qui circa vndecimam venerant horam, non reiecit Dominus. Ignoras enim, an* fortè in vas electionis ille delectus fuerit.

*an fortè vas electionis ille ſit.

Magiſtris, atque Pręfectis vt morigerandum.

Ex S. Ephræm.

† al. in peruerſitate animæ, &c.

Matth. 23.

1. Pet. 2.

† al. gratia.

† al. patientes.

ibidem.

† al. vobis, nobis relinquens, &c.

† al. cum bona voluntate.

Epheſ. 6.

FRatres, oportet diſcipulos haud quaquam immorigeros eſſe, aut refractarios atque contradictores ſuis in Domino magiſtris: quin potius omnem decet eos exhibere humilitatem coram Deo & hominibus. Si porrò acciderit, verbo quidem præceptorem virtutes prædicare, opere autem in ijs excolendis negligentionem eſſe: ne ex ea occaſione atque prætextu locum demus Satanæ, in † ſubuerſionem animarum noſtrarum. Sed meminerimus dicentis: Super Cathedram Moyſis ſederunt Scribæ, & Phariſæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundùm verò opera eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Quin & Apoſtolus Petrus admonet, dicens: Non ſolùm bonis & modeſtis ſubditi eſtote, ſed etiam diſcolis. Hæc eſt enim gratia apud Deum, ſi propter conſcientiam Dei, ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte. Quæ eſt enim † gloria, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? ſed ſi bene facientes, † patienter ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro † nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Chariſſimi, ſi veſtri Præfecti (quod abſit) diſcoli fuerint: nos tamen in † bona conſcientia ſeruiamus ipſis, tamquam Domino, & non hominibus ſeruientes, ſcientes quoniam à Domino mercedem accipiemus.

Contra imperioſos, & contentioſos, & propriæ voluntatis ſtudioſos.

Illud apud Ephræm eſt cap. 93. inter centum capita de Humilitate, &c.

† al. aduerſariū tuum.

Eccl 7.

2. Tim. 2.

SI inter fratres commoreris, noli imperare ipſis: ſed potius exemplum te ijs præbe bonorum operum; obediens ipſis in his quæ tibi dicunt. Sin autem vrgente loquaris neceſſitate, dic tamquam conſiliarius cum modeſtia & humilitate. At ſi alius frater tua dicta refellerit: caue ne te mouearis, ſed magis voluntatem tuam, charitatis paciſque gratia relinque, ac reprime. Et ſic repugnantem tibi alloquere: Ego quidem, benedicte mi, tamquam rudis atque idiota aliquis locutus ſum, ſic conſiderans, ignoſce mihi, quoniam ignoranter locutus ſum. Sit autem ſicut ipſe dixiſti: & in hoc, re infecta, ac confuſus recedet à te turbarum excitator diabolus. Nam contendere, & propriam voluntatem oſtendere velle, turbas excitat, atque iracundiam incurabilem. Iracundia autem in ſinu impiorum requieſcit. Et iccirco dicebat Apoſtolus: Seruum Domini, non oportet contentioſum eſſe.

Contra veſtimentorum luxum, atque ornatum, &c.

Ex S. Ephręm.

QVi cultum atque ornatum ſectatur veſtium, ſuæ nocebit animæ: nam veſtimentorum luxus ac copia, animam perturbat Monachi. Cura ô Monache, internum potius opificium atque officium, & ne inutiles exornaueris parietes ac muros. Siquidem cellæ forma elegans, Monacho patientiam non præbet. Quæ ad neceſſitatem faciunt, quæramus: nam quæ ſuperflua ſunt, & diſtractiones nobis pariunt, damnoſa ſunt & pernicioſa.

Proprias laudes non affectandas, ſed repellendas.

Ex Vita S. Ephræm.

† al. indignari ſolent alij.

ADmirabili Ephręm, ad alias eius virtutes, & iſtud accedebat, quod aliorum de ipſo laudes valde verecundè audiret: eoſque à quibus laudabatur, non ſolùm non admittebat: ſed manifeſtè ipſis indignabatur. quemadmodum ſuggillantibus & maledicentibus, ſolent † ſocij atque amici.

Contra negligentiam.

Ex S. Ephræm.

OMmnium bonorum proditio, atque amiſſio, eſt negligentia: cui grauis tandem ſuccedit captiuitas.

Contra ſocordes, atque negligentes.

Ex S. Ephræm.

MOnachus in precatione negligens, ſtudet audire, Amen. Qui autem vigilanter, & attente precibus vacat, non afficitur tædio, neque conturbatur.

Tria bona ſeruanda proponuntur.

Beatus ille frater, qui ſeruat mandata Dei: & tria iſtorum ſatagit: vt nimirum vacet orationi, operi, & meditationi. Scriptum quippe eſt: Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus. Et alibi: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Ac rurſus: Et in lege eius, meditabitur die ac nocte.

Eſt inter 100. capita de Humil. hoc tom. 2. Cap. 21.

Cauendum eſſe à ſcandalis.

B Nefas eſt Maiores ſcandalo eſſe inferioribus, & ſeniores iunioribus, ipſiſque malo exemplo eſſe improbæ conuerſationis. Nam ſcriptum eſt: Væ qui potat proximum ſuum ſubuerſione turbida. quin potius ipſi forma & exemplum bonorum operum eſſe debent fidelibus.

Eſt inter 100. capita cap. 65. Habac. 2.

Contra multiloquium, & linguæ vitium.

Qui ſermones multiplicat inter fratres, multiplicabit contentiones & odia ſibi: ſed qui linguam refrænat, ac temperat, diligetur. Magnum quippe lumen animæ eſt, timor Domini, ex ea tenebras depellens, ipſamque mundam, ac puram reddens.

Eſt inter 100. capita, de hum. cap. 74.

Attendendum orationi.

Qui intentus eſt orationi, adurit Dæmones: at qui mente euagatur atque diſtrahitur, illuditur ab ipſis.

Eſt alibi apud S. Ephræm.

C

Imbecillitatem infirmorum ſufferendam.

Frater, libenter infirmum ſuſtine: non enim qui valet, tua opera indiget. nam ſcriptum eſt: Non eſt opus valentibus medico, ſed malè habentibus: & vos qui potentes eſtis, imbecillitatem infirmorum, atque impotentium ſuſtinere.

Eſt apud S. Ephræm alibi. Matth. 9. Marc. 2. & Luc. 5.

Præfecti baculus, vt ſit neceſſarius.

In fratribus incompoſitæ vitæ, ac negligentibus, non oportet ceſſare Præfecti baculum: nam qui Diuino timore ſuam nolunt refrȩnare mentem, humano terrore indigent, vt ſaltem per eum, ab inutilibus abſtineant: quemadmodum ſeruus temperatè, modeſteque ſe gerit, ob ſeueritatem ſui Domini. D

Eſt apud S. Ephræm Tomo 2. adhortat. 4. de Virtute.

Contra tentationes & inſidias Diaboli, cogitationesque improbas, &c.

Aſſiduè ac ſine intermiſſione Dominum precari oportet, vt Dæmonum præualere poſſimus inſidijs. Non enim nos ſolùm in quiete ac ſolitaria vita conſtitutos diuexant: ſed in domo etiam Domini, conuenientibus nobis vehementer inſultant, maſculorumque † vultus impudenter atque incautè nos conſpicari faciunt, ſuggeruntque ad impuram vſque ipſam actionem: † tale quid noſtræ phantaſiæ imprimentes, vt eiuſmodi cogitationum ſordes atque quiſquilias mentibus infundant, talique modo etiam ab immaculatis Chriſti impediant, retrahantque myſterijs. Verumtamen per oculorum cuſtodiam, mentiſque attentionem, iſta ſuperabit continens ac temperans, diuina adiuuante gratia. Decet ergo nos omni cuſtodia cuſtodire cor noſtrum, ac ſenſus: quoniam magnum nobis bellum eſt, ingenſque aduerſarij in nos inſania: at non propterea detrectandum nobis eſt certamen, ſed repellendum quod ipſe per cogitationes molitur. Sicque ſinamus illum diſrumpi: nouit quippe Dominus vexatorem noſtrum, quantaque cordibus noſtris cauteria immittat atque inſpiret. Cæterùm pugnantium eſt, bene attendere, & cæſtum pugnamque non admittere: qui verò fœdus cum paſſionibus ſancit, cuiuſmodi cum illis bellum ſuſcipiet? Vbi enim inimicitiæ, ibi bellum: & vbi bellum, ibi certamen: & vbi certamen, ibi & corona ita vt ſi quis ab acerba liberari voluerit ſeruitute, bellum cum † inimico committat, oportet.

Eadem ſunt in adhortat 3. de Virtute, hoc tomo 2.

† al. corpora.

† al. Sic phantaſiam atque imaginationem nobis perſtringentes.

Cor cuſtodiendum, & ſenſus vt muniendi.

NOTA.

† contra Diabolum ſuſcipiat.

Quomodo coram Deo conſiſtendum, digneque vt communicandum, &c.

Eadem ſunt in Paræn. 20. hoc tom. 2. aliquibus mutatis.

Exod. 3.

1. Reg. 2.

Nota.

† al. tecum.

CONſideremus, ac mente perpendamus chariſſimi, illos, qui coram terreno conſtituti ſunt Rege, thronoque mortali miniſtrant ac corruptibili, quomodo omni cum reuerentia atque timore, ſuo Regi adſiſtant. Si igitur ſic illi: nonne multò magis nos debemus coram Rege cæleſti cum timore, & tremore, omniq́ue grauitate atque verecundia conſiſtere? Attendamus ergo nobis ipſi fratres, & caueamus impudenti oculo contemplari propoſita myſteria Dominici corporis & ſanguinis. Nam ſi Moyſes non audebat aſpicere: quanto magis ipſi nos debemus reprimere, atque compeſcere? Nam ſcriptum eſt: Quicunque honorificauerint me, glorificabo eos, qui autem contemnunt me, ignominia afficientur. Tu enim vt homo conſideras: ipſe verò vt Deus, nouit profunda cordis tui, & cogitationes tuas proſpicit. Non eſt enim creatura coram ipſo abſcondita. Quando ergo communicare volueris, dic ad eum. Ne mihi Domine ſancta iſta myſteria in iudicium ſint, ac condemnationem: ſed in animæ & corporis ſanctificationem. Et ſic tunc cum timore ac reuerentia accede: facietque † nobiſcum Deus miſericordiam ſuam.

SCHOLIA.

Sententias, atque inſtructiones paræneticas carptim ex Sancti Patris Ephræm Operibus, eiuſque Vita antiquitus collectas atque deſumptas, vel eo conſilio ex Collationibus SS. Patrum Græcorum, vt in vetuſtiſſim. manuſcrip. Vatic. num. 880. & alibi ſparſim, ac cum alijs aliorum mixtim reperiuntur, inde producere & huc referre viſum eſt: vt cuiuis hinc conſtet, quanti auctoritatem, & doctrinam, atque ſententias grauiſſimas tanti Patris tota ſemper fecerit Antiquitas. Etſi autem ſexcentæ aliæ inueniri poſſint Sententiæ in eius (quæ euulgamus) operibus, hiſce pulchritudine haud diſſimiles, hic tamen eas potiſſimum, quas ab antiquis citatas, ac celebratas comperimus, ponere atque referre ſtatutum eſt, adijciendo etiam ad marginem loca vnde ſumptæ ſunt. Ex cuius quoque varijs ſcriptis, propter auctoritatem ac dignitatem, plurima doctè ac ſententioſè Dicta eius paſſim allegata inuenias ab Anaſtaſio Synaita, Photio Patriarcha olim Conſtantinopolitano in ſua ad Tharraſium Bibliotheca, necnon à Paulo monacho in ſuis Collectaneis, & à Moyſe Bar-Cepha, Syrorum quodam Epiſcopo, aliiſq́ plurimis, quos hîc breuitatis cauſſa prætereo: & pro alijs Ephræm Encomijs, Lectorem ad varios Auctores, in initio primi Tomi adductos remitto.

A

S. PATRIS NOSTRI EPHRAEM† SYRI, NARRATIO AD MONACHOS, DE SVA CONVERSIONE.

†al. Ephræm ad Monachos, de ſeipſo.

Interprete & Scholiaſte Doct. Gerardo Voſſio.

B SANCTVS Abbas Ephræm, accedentibus ad ipſum fratribus, de ſeipſo vtilitatis cauſſa enarrauit, dicens: Quando adhuc puer eſſem, incompoſitis moribus exſtiti. Quodam igitur die, parentes mei in ſuburbana extra ciuitatem miſerunt me: quò dum abirem, reperi per viam in medio Syluę iuuencam vnam ferentem vterum, paſcentem; erat autem pauperis cuiuſdam iuuenca. Acceptis ergo lapidibus, perſequi cœpi iuuencam, per ſyluam. Tātopere autem eam inſecutus ſum lapidibus, ad profundam vſque veſperam, erat enim vicina partui, quouſque in terram caderet, in interiores partes ſyluæ, & poſtremum pedum crepitum ederet: relicta igitur illa mortua C ſeceſſi, noctuque feræ deuorarunt eam. Obuiam autem in eadem ſylua habui pauperem, cuius erat iuuenca, quærentem illam; qui me interrogabat: Fili nonne ſæpe occurriſti iuuencæ prægnanti, in ſylua iſta? Ego verò non ſolùm non reſpondi ipſi, ſed etiam contumelijs illum per ſummam iniuriam oneraui. Accidit autem poſt menſem dierum, vt me iterum parentes mei ad ſuburbana mitterent: Cùm igitur irem, adueſperaſcere mihi cœpit, dum adhuc eſſem in via. Inuenerūt autem me paſtores ouium in ſylua, & dixerunt ad me: Frater quò pergis hora iſta? Ad quos ego: parentes mei vſque ad ſuburbana me miſerunt, & eò proficiſcor. At illi: Inclinata iam eſt dies, & adueſperaſcit, quare huc ad nos diuerte, & apud nos requieſce, manè reliquum viæ perficies. Vt ergo ſeceſſi ac manſi apud eos, nocte illa in caulam feræ irruerunt, quæ gregem per ſyluam diſperſerunt. apprehenderunt autem me Domini gregis, obijcientes quod ego fures induxiſſem, qui gregē D ouium inuaſiſſent, diſperſiſſentque. Mihi vero neganti, & iuranti nullam in me culpam reſidere; non crediderunt, ſed perſtiterunt dicere, quod ego ſuffuratus eſſem, diſperſiſſemque illorum oues. Demum ergo me cubito ligatum tradiderunt Prætori qui me detrudendum mandauit in carceres; vbi duos viros vinctos reperi, quorum alter falſo inſimulabatur homicidij, alter verò adulterij. Peregi autem in carcere dies quadraginta; poſt quos, mihi dormienti aſtitit adoleſcentulus quidam aſpectu terribilis, ad me placida voce dicens: Ephræm, quid in iſto agis carcere? Ad quem ego: Domine, aſpectu tuo ità ſum perculſus, vt omnes me vires deficiant. Ad me autem adoleſcentulus: Noli timere, ſed dic mihi cauſſam tuam. Sumpta igitur maiori ex manſuetis illius verbis fiducia, cum multis lachrymis dixi ad illum: Domine Domine, miſſus ſum à parentibus meis ad ſuburbana, & me veſpera E oppreſſit in via; inuenerunt autem me paſtores ouium, qui me apud ſe detinuerunt: eademque nocte ouile inuaſerunt feræ, quæ vniuerſum gregem diſperſerunt. Tenuerunt autem me Domini ouium, obijcientes quòd fures ego adduxiſſem, qui gregem ouium ſuarum inuaſiſſent, diſperſiſſentque. Quare vinctum me tradiderunt Prætori. Ego autem inſons ſum Domine, & illi iniuſtè me calumniati ſunt. Atque ille vultu ſubridens: & ego, inquit, te culpa vacantem noui, quod ad hoc attinet, illamque merè calumniam eſſe. Scio tamen quid paucis antè diebus egeris, quomodo lapidibus inſecutus ſis iuuencam pauperis viri, eamque occideris. Intellige ergo, nō eſſe iniuſtitiam apud Deum: ſed iudicia Domini abyſſus multa. Et vt cognoſcas viros quoque iſtos, qui tecum detinentur in carcere, extra culpam eſſe in eo, ſuper quo accuſati ſunt, & in vincula coniecti. Verùm interroga illos, & intelliges illos non intempeſtiue vin-

Ephræm de ſe, ac de ſua conuerſione.

Proprij facti atque peccati cōfeſſio.

Ephręm Prætori traditur, & incarceratur.

Viſio atque apparitio in ſomnijs, Ephræm facta.

Ephræm ſeipſum reprehendit, & confitetur peccata ſua.

Pſalm. 35.

Pſalm.10.

culis iſtis detineri:vt ſcias quòd iuſtus ſit Dominus,& iuſtitias dilexit. Et hoc referens,qui mihi apparuit adoleſcens,euanuit. Manè autem facto, vocatis ad me viris,qui mecum in carcere erant,dixi ad illos : Fratres, ob quam cauſam incluſi eſtis carceribus iſtis?

Cauſſa incarcerationis captiuorum.

Reſpondit autem vnus ex illis: Ego homicidij crimine implicor,verùm huius culpa vaco. Et alter: Detineor , inquit,cauſſa adulterij, & huius quidem ſum criminis expers. At ego ad ipſos planè. Verùm quænam ſunt à vobis grauia commiſſa peccata,ob quæ permiſſi eſtis à prouidentia hiſce criminibus & accuſationibus implicari?

Accuſatio,& reprehenſio ſui ipſius.

Cui alter ille, qui ob homicidium detinebatur:Verè ego vobis peccatum meum enuntiabo:Ante paucos hos dies, pertranſibam pontem fluuij extra ciuitatem;alij autem duo viri poſt me veniebant, inter quos ſuborta eſt contentio,atque adeò ad manus ventum eſt, cumque alter in alterum † inualuiſſet , deiecit illum ex ponte deſuper in fluuium, & abijt.

†al. præualuiſſet.

Cumque ego pertranſirem , potuiſſem illi manum præbere , & extrahere eum ex fluuio,ne moreretur:At illo vociferante,& opem meam cum multis lachrymis implorante , vt illi manus prorigerem : ego nolui , ſed illo relicto, abij. Vt autem & multum diuque luctatus eſſet,nec aqua exire poſſet,ſuſtulit illum vnda fluuij, quòd perijt,me adſtante & inſpectante. Iſtud meum eſt peccatum,& certò ſcio, quòd illius cauſſa permiſit me Deus calumnijs premi, & in carcerem iſtum detrudi.

2.Par.19.

Non enim eſt iniuſtitia apud Deum. Dixit verò & alter, qui accuſabatur adulterij: Commemorabo & ego peccatum meum:Ante duos hos annos,res contigit eiuſmodi:Erant duo fratres milites,quibus magna obuenerat à parentibus hæreditas, quam cum nondum inter ſe diuiſiſſent,illorum ſoror vidua eam partem requirebat,quæ ad ſe pertineret: Fratres autem cum nollent ei quidquam dare, cauſſam quærebant , qua illam poſſent de patrimonij poſſeſſione deijcere; ac proinde calumnijs ambo ſororem propriam obruere ſtudebant,quòd in fornicatione vixiſſet,aſſerentes ſe iſtius rei teſtes haberere. At puella iureiurando affirmabat,ſe illius conſciam non eſſe,quod obijciebatur.

Iniuſta calumnia.

Iſtis verò adſeuerantibus ſe rem eam probaturos;conuenit inter illos in præſentia teſtium, vt ſi eam de fornicatione conuicerint,protinus eam hæreditate ac patrimonio paternorum bonorum excludendam. Venerunt ergo ad me fratres ambo,rogantes vt me ante faciem ſororis ſiſterem , eamq; teſtimonio meo ſimul cum ipſis premerem,atque conuincerem de fornicatione,reuera per ipſam commiſſa,& quod illius conſcius eſſem: vt poſſent exhæredem illam paternorum ſuorum bonorum , & patrimonij facere;& dabimus,inquiebant,tibi quinquaginta numiſmata.

Falſa ex ſubornatione accuſatio,& exhęreditatio puellæ innocentis.

Ego autem accepta conditione,me ante faciem puellæ conſtitui,mihique verè de facto illius conſtare,quod ſcortata eſſet,aſſeueraui,licet verum non eſſet; & ſic eam bonis paternis eiecimus,& exhæredem patrimonij ſui declarauimus. Atque hoc meum eſt peccatum,quod commiſi. De adulterio autem,cuius nuper accuſatus ſum,& cur hîc in carcere detineor,non habeo culpam.

Ephręm de ſeipſo,& cauſſa incarcerationis.

Dixerunt autem ambo ad me: At tu frater, quam ob cauſſam,in iſtos coniectus es carceres? Atque ego ad illos : Ante & duos hos menſes, miſerunt me parentes mei ad ſuburbana extra ciuitatem , quia ad veſperum inclinabat iam dies cùm adhuc eſſem in via,detinebant me paſtores ouium,vrgentes,vt manerem apud eos. Nocte verò illa,lupi oues adorti, vniuerſum gregem diſſiparunt. Domini autem, allegantes quòd ego fures ſubornaſſem,qui raperent atque diſpergerent oues gregis; me apprehenſum, ac vinculis conſtrictum,tradiderunt Iudici.atque hæc eſt cauſſa, cur iſto carcere detinear. At viri ad me: Numquid aliquando delictum aliquod ipſe commiſiſti,propter quod diuina prouidentia te permiſerit in eiuſmodi deuenire periculum, & in iſtum detrudi carcerem? Ad quos ego:Ipſam rei veritatem vobis aperiam, dicamque quid egerim :

Confeſſio,& reprehenſio ſui ipſius.

Multum cùm eſſem inſtabilis, ac diſſolutus per peccata mea,miſſus ſum quodam die in ſuburbana noſtra à parentibus meis ; quo pergens,offendi quandam iuuencam prægnantem in paſcuis ſyluæ,arrepriſque lapidibus inſequi eam cępi per ſyluam,& tam diu quidem eam lapidibus ſum inſectatus vſque ad veſperam, quoad illam in interiores receſſus ſyluæ conieci : erat autem partui proxima , quare cecidit ex curſu, & animam ſupplodendo pedibus efflauit.

Peccatum Ephræm.

Erat autem iuuenca pauperis cuiuſdam viri,quam vt iam vidi mortuam,reuerſus occurri in via pauperi illi,cuius erat iuuenca,flenti,eamque quærenti. At

quo

A quę ego interrogatus ab illo, numquid iuuencam ſuam vterum gerentem alicubi vidiſſem? non ſolùm non reſpondi, verùm etiam contumelijs illum quàm plurimis oneraui: & iſtud peccatum eſt, quod commiſi. Poſtridie autem iudice pro tribunali ſedẽte, conſtituerunt coram illo tripaſſalum, & quæcunque alia tormentorũ genera: iuſſitque nos ſubijci quæſtionibus. Ingreſſi ſunt igitur carcerem apparitores, & nos ferreis eculeis conſtrictos, & toto corpore alligatos obtulerunt iudici. Prætore autem mandante vinctos adduci; primum illum, qui homicidij accuſatus fuerat, veſtibus nudatum adduxerunt in medium conſpectus omnium, catena ferrea ligatum. at Prætore interrogante illum, vt veritatem confiteretur, antequã tormentis ſubijceretur, ac quomodo homicidium illud commiſiſſet? Conſtanter dixit ſe culpa vacare, & planè innocentem in eo, cuius B accuſatus erat. vnde iuſſit illum tormentis ſubijci. Cùm autem diutius in tortura fuiſſet, apparuiſſetque eius innocentia, mandauit Prætor ipſum liberari. Deinde imperauit adduci ſecundum, qui delatus erat ob crimen adulterij; quem etiam veſtibus exutum, mutato habitu produxerunt in medium. Quo facto, ingens timor ac tremor inuaſit me, præſertim cùm certùm tenerem, quod & ego prorſus in medium producendus forem, ſicut & cęteri. Vnde demum plorabam atque tremebam, ac prę nimio timore animum deijciebam. Aſtantes verò populi atque apparitores, me tremebundum ſimul ac lachrymabundum conſpicientes irridebant, cùm dicerent: Quid ploras puer? quando ſcelus admittebas, non metuebas; iam flere vis, quando nihil proficis? Noli timere. Iam iam & tu in medium proditurus es. Ego verò verba iſta audiens, amplius liquefacta eſt in me anima mea. C Altero autem iam quęſtionibus torto, ac innoxio reperto, prætor cenſuit eum abſoluendum; me interim vinculis ferreis conſtricto, eiuſque iuſſu in carceres detruſo, vbi ſolus alios quadraginta peregi dies. & adducunt apparitores in eundem carcerem tres alios viros vinctos, quos compedibus cùm obſtrinxiſſent, receſſerunt. Egi autem cum viris illis in carcere, dies alios triginta. Contigitque rurſus aſſiſtere eum mihi ſecundum quietem, qui antea adhuc apparuerat, & dicebat ad me; Quid eſt Ephræm? Interrogaſti viros illos, quos reperiſti in carcere? Atque ego ad illum: Immò verò Domine, retulique ei cuncta quæ à viris illis mihi dicta erant. Et ipſe ad me: Cernis iuſtum iudicium Dei. Vt autem cognoſcas qui tres illi ſint, qui tecum hodie incluſi ſunt carceribus: Duo ex illis ſunt, qui falsò ſororem propriam fornicationis accuſauerant, eamque ſic paterna ſua hæreditate ſpoliauerant, ſicut & tibi recenſuerunt. Alius vero eſt, qui hominem pręcipitauit in flumen, vbi etiam interijt, vti ab eodem tibi D relatum eſt: & hæc dicens, à me receſſit. Manè autem iam facto, vocatis ad me tribus illis viris, qui eodem mecum detinebantur carcere, rogaui eos, vt reuera mihi cauſſam edicerent, ob quam in carcerem iſtum coniecti eſſent. Et duo fratres ad me: Crede domine frater, nos ob noſtra detineri peccata; & alter quaſi cædem fecerit, alter quaſi adulterium comiſerit, verùm innocentes ambo ſumus. Tertius autem; & ego, inquit, cauſſa peccatorum meorum ob cædem patratam hîc detineor. Atque ego ad illos: Verene homicidiorum rei eſtis, aut falsò accuſamini? Et illi ad me: Omnino domine frater, ob noſtra peccata: ſed in eo reperimur innocentes, cuius accuſati ſumus. Ego verò cupiens certior fieri, num vera eſſent, quę dixerat ille, qui in ſomnijs apparuerat, dixi: Fratres, num alia quæpiam à vobis prius commiſſa erant crimina, vt iuſto iudicio ad extremum in E graues haſce accuſationes incideritis? Duo autem fratres dixerunt: Crede frater: Soror nobis vnica eſt vidua, pia admodum ac Deum timens, quam cùm paterna cuperemus hæreditate ſpoliare, falsò adulterij criminis eam accuſauimus: ſubornaueramus autem & falſum teſtem aduerſus ſororem noſtram, & ſic ipſam hæreditate priuauimus. Alius verò, & ego, inquit, cum alio quodam flumen præteribam; & dum pontem tranſiremus, contentione inter nos oborta, è ſublimi pontis eum præcipitaui in flumen, & perijt. Ego autem cuncta ipſis quæ mihi acciderant, enarrabam; & quæ de duobus viris in carcere repertis cognoueram, quorum alter quidem aduerſus ſororem, falsò depoſuerat: alter autem manum illi non præbuerat, quem in flumen præcipitauerat, ne moreretur, cùm ſaluare eum potuiſſet ex aqua. Quę viri illi audiẽtes, magno timore correpti ſunt,

Tripaſſalum.

Reus in obiecto crimine reperitur innocens.

Ephręm magno timore corripitur.

Ephræm inter metum ac lachrymas, adhuc irridetur.

Alia apparitio Ephræm facta, & cum eo collocutio.

Iudicia Dei iuſta.

Inquiſitio cauſſæ incarcerationis cæterorum.

Homines licet innocentes videantur mundo, Deo tamen ſemper non itẽ.

Manifeſtatio occulti criminis, ob quod ſequitur punitio.

Punitio alterius criminis occulti.

Iuſtum Dei iudicium agnoſcitur.

Pſalm. 71. & 76.

A

iuſtumque Dei iudicium ſuſpexerunt, & collaudarunt, dicentes: Vnus eſt Deus qui facit mirabilia ſolus. Cæterùm flere cœpimus, magna cum anxietate finem expectantes. Poſtridie ergo iudice pro tribunali publicè coram populo ſedente, omnibusque iterum tormentis ante eum conſtitutis, iuſſit nos in quæſtionem adduci.

Ad iudicium accerſuntur rei captiui.

Intrantibus autem tortoribus in carcerem, catenisque ferreis collo noſtro impoſitis, traxerunt nos per medium ciuitatis, vt nos iudici ſiſterent. Tota autem ciuitas eò confluxit ad ſpectaculi neceſſitatem. Vnde iudex mandauit duos illos fratres nudatos adduci in medium. at lictores cùm eos exuiſſent, & compoſuiſſent, in quæſtionem adduxerunt; vtrumque noſtrum coram illis, qui iam torturæ ſubijciebantur, ſtatuentes.

B

Ephræm viſo torturæ in alijs ſpectaculo, commoueri, ac flere incipit.

Ego verò eiuſmodi cernens horrorem, flebam. Et miniſtri ad me: Crede puer, dicebant, quamuis iſtud alia vice euaſeris illæſus; modò non ſic euadere poteris, ſed tormenta iſta quæ vides, hodie experiri cogeris. Atque ego hæc audiens cernensque, animo vehementer conſternatus ſum, & expaui: Iuſſu autem iudicis, ad gyrum rotæ appenſi fuerunt duo fratres: quibus per complures horas excruciatis, tandem etiam fraudem atque iniuriam, quam propriæ ſorori intulerant, confeſſi ſunt, ſeque ambos adulterij ac homicidij reos eſſe.

Confeſſio proprij criminis.

Iudex autem ſententiam aduerſum eos tulit, vt amputata manu eorum dextera, adhuc in furcam adigerentur.

Sententia in reos lata.

Rota tormentũ.

Atque ab his accepta ſententia, mandauit iudex & alium quæſtionibus ſubijci, quo nudo adducto, eum ad rotam appendi & torqueri iuſſit, eoque aliquamdiu ſic appenſo, acriterque extorto, etiam homicidium eſt confeſſus, quod recens patrarat, ac quomodo alium hominem in flumen præcipitaſſet, vbi perijt.

C

At iudex aduerſus eum ſententiam pronunciauit, vt ambabus amputatis illi manibus, poneretur in furca, qui dum ſententiam accepiſſet, dixit iudex: Exuentes iuuenem, producite & eum in medium.

Ephræm laceris indutus pannis, iudici ſiſtitur.

Miniſtri autem detractis mihi veſtibus, laceris me pannis induerunt. & ſic me nudum ad iudicem adduxerunt.

Ephræm in ſuis anguſtijs, Deum implorat.

Ego autem amarè flebam, & Deum inuocabam, dicens: Domine omnipotens, ſalua me ex iſta neceſſitate, vt dignè fieri queam monachus, & tibi inſeruiam. Prætor autem mandauit miniſtris, vt me quatuor ex partibus diſtentum loris, boum neruis cæderent. Vnde aſſeſſor prætoris, ad ipſum: Domine, reſeruetur iſte ſi placet, in aliud iudicium; quoniam & iam tempus eſt prandij. Prætor autem me ferreis conſtrictum vinculis reducendum curauit ad carceres, vbi ſolus egi alios viginti quinque dies.

Ephræm in carceres reducitur.

D

Tertia in ſomnijs apparitio Ephræm facta.

Exhibuit autem ſe rurſus tertiò, qui mihi in ſomnis viſus erat adoleſcens, & dixit mihi: Quid eſt ô Ephræm? certusne iam es, quòd iuſto iudicio Deus mundum gubernet, & iniuſtitia apud ipſum non eſt? At ego ad ipſum: Immò Domine, certior ſum factus, quòd mirabilia ſunt opera Domini, & imperueſtigabiles viæ eius.

Eccli. 11.
Rom. 11.

Cœpi autem multis cum lachrym obſecrare eum, dicens: Feciſti Domine magnam hanc iuſtitiam cum ſeruo tuo, & in viſione tua conſolatus es infirmitatem meam: Miſerere mei famuli tui, & educ me de carcere iſto, vt merear fieri monachus, & inſeruirè Domino Chriſto.

Ephrem monaſticam vitam proponit.

Ipſe autem vultu ſubridēs, dixit mihi: Adhuc ſemel examini ſubijcieris, & dimitteris. At ego rurſus ad ipſum: Domine pertimeſco minas iudicis, ac plagas reformido.

Ephræm timorem prodit.

Ipſeq; iterum ſubridens vultu, ad me: Oportebat, inquit, te quidem modeſtum eſſe, neque detrudi in iſtum carcerem: ſed quando ob immodeſtiam tuam huc intraſti, quid poſſum tibi præſtare? Verumtamen ne timeas, non multis ſubijcieris. Veniet alius †iudex, qui te liberabit. Et hoc dicēs, receſſit.

E

†al. Prætor.

Ephræm anxius finem expectat.

Ego interim multum anxius hærebam, expectans quemnam tādem ſortituræ finem eſſent res meæ. Poſt quinque itaque dies, aduenit alius iudex, qui erat familiariter verſatus in domo meorum parentum: alter verò cùm ſucceſſorem accepiſſet, me ſolum vinctum reliquit in carcere.

Aduentus alterius iudicis.

Peregit autem, qui aduenerat Iudex, in ciuitate dies ſeptem. & interrogauit cuſtodiæ publicæ præfectum, num vincti detinerentur in carcere? Illoque reſpondente, quendam adoleſcentem certa de cauſſa vinctum detineri: octauo die iuſſit comparari proceſſum.

Inquiſitio de captiuis.

Ephræm in iudicium accerſitur.

Eoq; pro tribunali ſedente mandauit in quæſtionem me produci. Apparitores autem in carcerem venientes, impoſuerunt collo meo catenas ferreas, & publicè me in iudicium abripuerunt. Iudice verò mandante, me denudârunt, & laceris pannis contexerunt. Sicque me in medium ſtatuerunt, ac iudici præſentarunt.

Ephræm iterũ iudici ſiſtitur.

Videns autem me Iudex, agnouit: verumtamen ex legum rigore, vlterius inquiſiuit. Et iam cognoſcens, quòd falſo accuſatus

cuſatus detinerer, iuſſit me dimitti. Tunc miniſtri ſolutis vinculis, quibus ligabar, redditiſque veſtimentis meis, atque ijs indutum dimiſerunt me. Ego autem præter expectationem ſaluatus, è veſtigio, ac ſine vlla mora in montem aſcendi, ad magnum venerandumque Senem: ad cuius ego pedes procidens, enarratiſque ei cunctis quæ acciderant, aſſumpſit me in Monachum. Porrò iſta vobis vtilitatis ergô recenſui Fratres: vt & vos eiuſmodi audientes, vnanimiter mecum glorificetis Deum, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Ipſi honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Ephræm, cognita innocentia, liberatur.

Ephræm Eremũ petit, & fit monachus.

1 Tim. 2.

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM S. PATRIS EPHRAEM CONVERSIONEM NVNC PRIMVM LATINE REDDITAM.

SAncti Patris Ephræm narratio ad Monachos, de ſua Conuerſione.] *Reperitur iſta eius conuerſio Græcè, in antiquiſſimo manuſcripto Cod. Bibliothecæ monaſterij Cryptaferrat. iuxta Tuſculum non procul ab Vrbe, vnde eam accuratè deſcribendam curaui, & ex Græc. Latinam (vt hic eſt) reddidi. Quantum autem ad Inſcriptionem, ſeu titulum huius attinet, optimè inſtituto quadrat, reſpondetq; toti narrationi, quam Ephræm de ſe ſuaq; conuerſione hic inſtituit, cunctaq; ſub ſua (vt apparet) perſona recẽſet. Solùm vnus hic oritur ſcrupulus, ex verbis in narrationis principio antepoſitis nimirum:* [Sanctus Abbas Ephræm accedentibus ad ipſum fratribus, de ſeipſo vtilitatis cauſſa enarrauit, &c.] *vbi in tertia perſona tamquam per alios de eo ſit ſermo, & dicitur:* Sanctus Abbas Ephræm, &c.] *quomodo de ſeipſe loqui numquam ſolet, ſeipſum ſanctum appellando. Aut ergo dicendum, hanc à Monachis eius ſequacibus atque diſcipulis factam eſſe, de ipſius conuerſione narrationem, talemq; titulum ſic præmittendum:* [Narratio ſiue relatio monachorum, de Ephrem, eiuſque conuerſione, ſicut ex ipſomet dicerunt.] *quæ etiam ſatis quadrare hic videtur inſcriptio, & rei veritati conſona; modusq; ille ſcribendi atque loquendi in Vitis ſanctorum haud infrequens eſt, ſicut in illis exercitati probè norunt. Aut ſtatuendum, verba illa,* [Sanctus Abbas Ephræm, accedentibus ad ipſum fratribus, &c.] *poſt obitũ illius Sancti viri, ab alijs religioſis, doctiſq; eius ſequacibus, amatoribus, vel diſcipulis, narrationi huic illius de ſua conuerſione, ex induſtria fuiſſe propoſita, atque attexta. tum etiam vt ſic maiori cum dignitate ac gratia ab omnibus legi circumferrique poſſet, tamquam illi Sancto propria, & ab eo profecta. In cuius confirmationem accedit quod & alibi his ſimillima de ſe ipſe enarret, in Oratione ſatis prolixa, qua ſeipſum reprehendit, & peccata confitetur; quam in tertio poſt Tomo repers. incipitque:* [In multis fratres, dum prodeſſe vobis videor, etiam meæ prodeſſe animæ debeo, &c.] *vbi inter alia multa, non pauca quoque cum his eadem enarrat, perſequiturque: vt dubitandum nequaquam ſit de veritate narrationis, ſub perſona Ephræm; & quin rectè atque appoſitè verba illa,* [Sanctus Abbas Ephræm, &c.] *ab alijs pijs hic adnexa præpoſitaq; fuerint, ſicut etiam, in longè antiquiſſimo Græco manuſcript. exemplari Cryptafer. reperimus, vnde iſta deſumpſimus, Latineq; tranſtulimus.*

Acceptis lapidibus perſequi cœpi iuuencam pauperis cuiuſdam per ſyluam: Cui occurrenti, & de illa me interroganti, non ſolùm non reſpondi, ſed etiam contumelijs ipſum oneraui, &c.] *Dubitatio non exigua oritur, quo pacto S. Pater Ephræm alibi in ſuo affirmet Teſtamento, neminem ſe in ſua vita læſiſſe, aut maledictis ac contumelijs oneraſſe: hic verò in ſua Conuerſione narret ſe dum iunior eſſet, pauperis cuiuſdam iuuencam lapidibus per ſyluam inſecutum eſſe, atque eidem pauperi per ſyluam occurrenti, & de ſua iuuenca inquirenti, non ſolum non vbi eam vidiſſet, reſpondiſſe, ſed & verbis ipſum contumelioſis excepiſſe, &c. Vbi ad tollendam dubitationem, eximendumq; omnem contradictionis ſcrupulum; breuiter dicimus, hic loca concordanda eſſe ac tempora, & rem omnem facilè conciliari poſſe. Nam quæ hic in ſe accuſat & reprehendit, ante conuerſionem, dum adhuc puer eſſet, moribus vtcunque incompoſitis, ſicut ibi dicit, acciderunt, antequam de vitæ perfectione cogitaret: Quæ autem in ſuo de ſe commemorat Teſtamento, poſt conuerſionem, quæ fuit ab adoleſcentia, vt meritò dici poſſit in vita (ſicut ibi loquitur) intelligenda ſunt, quando perfectionis ſtatum amplexus erat, in quo etiam ad finem vſque vitæ conſtanter feliciterq; perſeuerauit, vt verè hæc de ſe ipſe verbis teſtamenti ſui exprimere referreq; potuerit. Plura ex vtriuſque loci lectione, diligentiq; collatione, in hanc ſententiam Lector ſtudioſus colligere poterit.*

Quouſque in terram caderet, ac poſtremum pedum crepitum ederet, &c.] *Id de Iuuenca concidente ac moriente Auctor enarrat. Dicit autem,* Et poſtremum crepitum pedum ederet.] *Nam eſt in animantibus, crepitus eiuſmodi pedum extenſione, poſtremus quidam motus, atq; indicium egreſſionis animæ: quia calor naturalis, qui alit ſpiritus, retrahens ſe ad partem præcipuam, ſcilicet cor, primũ deſerit partes extremas, crura, pedes, &c. vnde tremunt atque mouentur, ſuccutiunturq; tibiæ. & licet imbellius præſertim, quacunque morte obueniente, motus eiuſmodi apertè contingat: tamen in morte earum violenta fieri cum maiore impetu & celeritate cernimus. In hominibus porrò non ita hæc apparent,* *vent, quia in morte naturali ſenſim ac lentè debilitantur membra, vt nequeat ille motus vehemens exercitari: at neque in violenta ita magnus eſt motus tibiarum in homine, fortè, quia tibias extenſas habet, & ideò cùm poſſint quieſcere extenſæ, non ita coguntur moueri, vt beſtiarum quæ illas habent contractas; quare deficientes calore, nerui & muſculi debilitati tremorem ſtrepitumq; pariunt, ſicut hîc in exemplo Auctoris, de iuuenca poſtremum pedum crepitum edente, clarum eſt. Verumtamen tam in homine, quam in belluis paullò ante mortem tibiæ extenduntur, contremiſcunt atque frigeſcunt, &c. ſicut à naturalibus traditur, & res ipſa teſtatur atque confirmat. De quibus, inter veteres, Ariſtotelem vide in libro de animalibus. ac ſect. 2. problem. 31. &c. inter Neotericos autem, Cælium Rhodig. lib. 6. antiq. lect. cap. 5. alioſq; alibi eadem tractantes.*

Intellige non eſſe iniuſtitiam apud Deum, ſed iudicia Dei abyſſus multa, &c.] *Oſtendere vult Auctor, ſæpè homines ob peccata quædam occulta in diſcrimen adduci atque puniri: licet etiam culpa interdum vacent in his quæ obijciuntur illis, & ob quæ in carceres protruduntur, quæſtionibusq; affliguntur, &c. Sicut hîc de ſe, alijſq; concaptiuis ſuis enarrat Ephræm, quorum ſinguli non tam ob crimina falsò illis oppoſita, quàm potius propter præterita quædam delicta hominibus quidem occulta, at Deo cognita, iuſto Dei iudicio affligebantur ac puniebantur. quemadmodum hîc conſequenter pluribus demonſtrat Auctor, ſimiliaq; alibi longo ſatis Sermone adducit, vbi ſeipſum reprehendit, & peccata ſua confitetur, quæ tertio Tomo reperies, digna ſanè quæ legantur, & incarcerationis cuſtodia detentis, vel quocunque modo relegatis, ac in diſcrimen fortè etiam innocenter adductis, ſæpè proponantur, vt agnoſcant iudicia Dei recta & iuſta eſſe, abyſſumq; multam, &c. ſeq; propter alias atque alias cauſſas ſoli Deo notas, in ſummum vitæ pericu'um, aut perditionis boni nominis vel famæ, relegationisvè ignominioſæ adductos, licet alioquin ſibi in obiectis valde videantur innocentes.*

Conſtituerunt coram illo tripaſſalum, & quæcumque alia tormentorum genera, &c.] *Per Græcam vocem (τριπάσσαλον) hîc intelligere videtur Auctor, trifurcatam perticam, vel palum tricipitem aut tridentē, vel quid aliud ſimile. Erat enim, ſicut hinc colligere licet, genus tormenti illius regionis ac temporis; cuius vſus quia non perinde extra Syriam, ac Meſopotamiam, in alijs partibus Orientis, vel Occidentis inualuerat, factum fortè eſt, illud nomen τριπάσσαλον, minus ab Auctoribus Græcis atque Latinis fuiſſe vſurpatum: ideoq; quid ipſum ſit, coniectura probabili aſſequi hîc oportuit, ex Græcanici nominis etymologia, verbisq; alijs adiunctis.*

Tota autem ciuitas eò confluxit, ad ſpectaculi neceſsitatem, &c.] *Dicit εἰς τὴν ἀνάγκην τῆς θεωρίας, id eſt, ad ſpectaculi neceſſitatem, fortè quòd pro more regionis, cogerentur Ciues ad eiuſmodi iudicia ſpectanda confluere; vel alia de cauſſa. Aut ſanè ob neceſſitatem exempli alijs exhibendi, &c. vt illi permouerentur, & à malè viuendo, perperamq; agendo deterrerentur; contra autem, ad rectam vitæ rationem amplectendam, peragendamq;, ſi non virtutis amore, ſaltem formidine pœnæ, vitandæq; perpetuæ boni nominis ignominiæ atque infamiæ, incitarentur & impellerentur.*

Domine, ſalua me ex iſta neceſſitate, vt dignè fieri queam Monachus, & tibi inſeruiam, &c.] *Vbi nota, quo pacto Ephræm in ſuis anguſtijs Deum imploret, melioraq; ſeriò proponat: & quam felix ſæpe ſit neceſſitas, quæ ad meliora compellit Sicut etiam docet S. Auguſtinus in epiſtola 54. ad Armentar S. Bernardus in tractat. de præcepto & diſpenſatione, paullo poſt initium. ipſeq; Ephræm non vno tantùm in loco alibi. Et ne res exemplis carere putetur: Manaſſes, poſt captiuitatem Babyloniæ, egiſſe reperitur pœnitentiam, vt eſt 2. Paralipom. 33. Et vt poſteriora commemorem: Iſacius Comnenus Imp. dum venationi indulget circa Nouam vrbē, aper apparuit aſpectu terribilis, quem laxato equi fræno inſecutus eſt Imperator, aper verò in mare concidit atque diſparuit: mox coruſcatione quadam turbatus Imperator ex equo decidit, & humi exanimis procubuit, illatusq; in regiam, cum aliquantiſper ægrotaſſet, totondit capillos, & pro purpura aſperum indumentum induit, factuſque eſt monachus, ſicut de illo enarrat Cuſpinianus. Clodoardus quoque Clodomiri filius, cùm elapſus è manibus Theodorici, qui Metenſibus, & Clotharij, qui Sueſſionibus imperabat, ad aram confugiſſet, ibi quoad vixit ſanctiſſime egit, poſtea inter Diuos relatus eſt, vt refert Michael Ritius Neapolitanus, lib. 1. de regibus Francorum. Quin & Otho Imperator à Pandulpho principe Arnulphum puerum obſidem acceptum, trans Alpes in monaſterium miſerat educandum, qui poſt aliquot annos monaſtica veſte aſſumpta inde aufugit, atque in itinere morbo graui oppreſſus, cucullam, quam fugæ occaſione ſimulanter induerat, vltrò ſe in poſterum vouit geſtaturum, &c. quemadmodum de eo conſcripſit Sigonius libro ſexto de Regno Italiæ. Quibus accedit, quod Soligerus Baro à VVolhuſen, liberis in quodam lacu ſubmerſis, in Cœnobium quoddam Eremitarum ſeceſſerit, vxor autem eius Heduigis in monaſterium Tugurinum à dominabus denominatum, ita Bruſchius de monaſterijs Germaniæ, &c. Omitto plurima hîc exempla vulgatiora eorum qui in neceſſitate aliqua magna, aut morbo, naufragióve conſtituti, voto ſeſe obſtrinxerunt, vt mores mutarent, &c. De quibus etiam recenſet Theatrum vitæ humanæ, tit. mores in melius mutati, & tit. qui religionem coacti ſuſceperunt, &c. alijq; alibi. Sed iſta hîc ſuffecerint.*

CANTICVM SPIRITALE S. PATRIS EPHRAEM SYRI, IN LAVDEM ET AMOREM DOCTRINAE AC SAPIENTIAE:

Ad Iuuentutem Chriſtianam. B

Ex Chaldæo ac Syriaco recens traductum: & in hanc formam modulationemque Rhythmicam Latinè redactum, per Doctorem Gerardum Voſſium.

LArgire ô Deus doctrinam amanti doctrinam:
*Et præceptorem bene docentem, in regno tuo * exalta.* *al magnifica.
Amanti doctrinam, multa concedetur doctrina:
*Et qui amat otium, nunquam * proſperabitur.* *al. nihil acquirere ſibi poterit.
Diligentiam tibi ô homo vindica, magnum ſapientiæ theſaurum:
Et relinque negligentiam, perditionis ærarium:
C *Libros diligenter perlegas, vt ex illis * ſapientiam addiſcas:* *al. ſcientias.
Et ne ventri tuo indulgeas; vt non quæ acquiſyſti deperdas.
Amicum te ſemper præbe hominibus amicis Dei:
*Et neque in via, ebrietatis * amatoribus te adiunxeris.* *al homines ebrioſos ſequaris.
Timorem Dei, initium omnis ſapientiæ tibi eligito:
*Et tuos honora parentes, vt * illorum precatione conſerueris.* *a. quia illorũ deprecatio cuſtodit te.
Poſside aurum cum menſura, & doctrinam abſque menſura:
*Vt quando in magnis fueris anguſtijs, ſit tibi requies ac * delectatio.* *.al. cõſolatio.
Si aurum poſsideas & argentum, ne extollaris aut ſuperbias:
*Verùm in omnibus vijs tuis, * ſapienter conuerſari ſtudeas.* *a humiliter.
D *In tua pueritia eſto humilis, vt ſenectutis tempore exalteris:*
*Et te moribus adſueſce bonis, vt * lætam vitam ducere poſsis.* *al. vt gaudiorũ vitã viuas.
Diſce iſta, ô diſcipule, & re ac opere perficere eadem ſatage:
*Vt tu, & parentes ac præceptores tui læti * contentique reddamini.* *al. lætitia, & exultatione repleamini
*Et ſi quando * eris inter ſenes, non ſis ad loquendum velox ac loquax:* *al. conſederis,
At tace, donec interrogeris; & tunc tranquillè reſponde ac placidè.
Et verba tua ſapienter profer, vt qui auſcultant, te collaudent:
Et bene tuis precentur parentibus, orentq́; pro magiſtris tuis.
E *Tempus quacumque in re, ita tibi partire, vt verſeris ordinatè:*
In cibo & potu, in ſermone & oratione, atque lectione.
Da animæ tuæ bonorum operum viaticum, quamdiu locus datur viatico:
Vt dum hinc proficiſcaris, ne indigens ibi reperiaris.
Coerce linguam à iuramentis, blaſphemijs, atque conuitijs:
Et tua lingua pſallat, dulces voces laudis.
*Compatere * & miſerere ô puer pueritiæ tuæ, ne ſis eſca igni:* *al. Parce puer.
*Et temporis infirmitatis ac ſenectutis * poſt te currentis recordare.* *al. poſtea obuenturæ tibi. Eccl. 4.
Præſtantior eſt ſapientia armis, & doctrina diuitijs:
Et melior eſt puer ſapiens, Rege ſene inſipiente.

Poſſide ô puer doctrinam, & ordinatus ſis in vijs tuis:
*al. & in altero.
Vt in hoc ſeculo magnificeris, & in * illo regni hæres efficiaris.
*al. colloquiū.
Seniores te honora, & * conuerſationem ſenum ama:
Et quotidie ad eorum pedes ſede; & colloquia ipſorum audi atque addiſce.
Secunda quædam lux eſt doctrina, oculosq́ pellucidos continet:
Dilige eam puer vt illumineris, & à tuis auditoribus celebreris.
Nota.
Coronam doctrina nectit, eamq́ amicorum capiti imponit:
Et ex humili in altum eleuat, & in throno regali ſedere facit.
Libri, ſint menſa tua atque delitiæ, quibus dulciter reficiaris ac ſatieris
*al. & ſomnum quietis dormias.
Illique tuum ſint ſtratum, vt * ſomnum tranquillum dormias.
Socium malis ne te præbeas, & mendacibus ne adhæreas;
*al. properantibus, al. cum temerarijs.
Et cum aduerſarijs ne contendas, & cum * præcipitantibus ne ambules.
Ne nimium conturberis, vt in manus inimicorum non incidas:
Et nimis audacem ne te præbeas; ne te ſpernant qui nouerunt te.
Amplectere conſilia ſapientum, & tuorum præcepta cuſtodi parentum:
Nec iures vmquam, neq́ vlli à quo læſus ſis mendacia dicas.
Cùm alicui ſocius fueris, ne te pecuniæ cupidum præbueris:
*al. benignum te præbe.
Et ſicut ipſe tecum, ita cum proximis * bene age, vt tibi benedicant.
Ipſa tibi veritas in omni actione, atque regimine lux ſit:
Matth. 5. & Iacob 5.
Et tua ſint verba, Eſt, eſt; Non, non; vt quilibet te verum dicere credat.
Veridici ſermones tui ſint, vt ab omnibus diligaris:
*al. bene tibi precentur.
Et pro te pariter * orent, abſentes, atque præſentes.
Bene fac quantum potes, domeſticis, atque extraneis:
Et bona verba profer, cum bonis atque malis.
Spera in Domino, & cuſtodi vias eius, & in omnibus præceptis ipſius ambula:
Et in vana ſpe hominis non confidas, quia ſtatim areſcet, ac ſi non fuiſſet.
In Deo ſolo, verè confidito:
Matth. 24. Lucæ 21.
Quia qui confidunt in eo, beati in vtroque erunt mundo,
Mundus tranſit, ſicut ſcriptum eſt:
Et iudicium ſtat firmum, ſicut ſignatum eſt.
Memineris ô puer non peccare;
Et ſi peccaueris, mox pœnitentiam agas.
Deum laudatione, atque confeſſione celebra; vigila, ieiuna, & ora:
Et tua cantet lingua dulcia laudis cantica.
Ore tuo adſueſce laudare Deum;
Et lingua tua clarè glorificare eum.
Et ne iures, neque mentiaris vnquam:
Nota.
Quia in hoc gaudet improbus ſemper Sathan.
Ieiunium quadraginta dierum ieiuna, & panem tuum eſurienti ſuppedita:
Pſalm. 118.
Et ſepties in die ora, ſicut à filio didiciſti Iſai.
Stude potius bonam habere voluntatem, quàm multas opes, atque poſſeſſiones:
Quia maius illa in rerum natura nihil eſt, quod ſit præſtantius.
Hæc lege, & intellige, ô diſcipule; & in bonis te operibus exerce:
Vt ſatietur anima tua ſuauibus oblectamentis.
*al. ſollicitè.
Conſidera * diligenter verba, quæ tuis labijs depromis:
Et conuerſare tamquam ſapiens, in cunctis mundi actionibus.

Cogita

Cogita in tuo hunc in mundum ingreſſu, & ex illo quoque egreſſu,
Cur ſis factus homo; & quia ex nihilo factus es, & iterum reuerteris in nihilum. Geneſ. 3.
Reuolue animo multos, qui ante te vixerunt,
*Reges ſublimes, nobiles, atque *potentes.* *al. fortes.
Et cerne quòd ex mundo emigrarunt:
Et tu ſicut illi, emigrabis.
Verba diuinæ prædicationis, ſi peccator es lubens audi:
*Et ſi * iuſtus ſis, ab omni iniquitate te cuſtodi.* *al. Vel ſi.
Auditio iudicij fratres, horribilis eſt, quilibet ab iniquatate recedat:
*Et ne implicetur * creaturis; vt non hæreditet tormentum ignis.* *al. mundi laqueis.
Maieſtatem Domini tui quotidie admirare:
Et confitere ac collauda ſine intermiſſione.
Quia totum licet mundum poſſideas,
*Non te liberabit à * morte.* *al. à malo.
Trinitas ſanctiſſima nos corroboret, vt ipſius ſemper faciamus voluntatem:
*Et nos à * iudicio liberet, * reſeruato operantibus iniquitatem.* *al. ab igne. *al. præparato.

Laus Deo, Honor, & Gloria:
In ſempiterna ſecula, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

SCriptum hoc S. Patris Ephræm Syri verè aureum, typis Chaldaicis iuſſu, & auctoritate Georgij Papæ XIII. fel. rec. aliàs in vſum præſertim Palæſtinorum, ac præcipuè Maronitarum, & aliorum, qui ſunt in Meſopotamia, & circa montem Libani habitant, Romæ excuſum fuit, ac etiam per Apocriſiarios, ſiue internuntios eiuſdem Optimi Pontificis, ad nationes illorum populorum pro Chriſtiana inſtructione vtiliter tranſmiſſum, atque perlatum. Illud autem quia ad Iuuentutem Chriſtianam in rectæ vitæ, morumq; diſciplinis formandam, valde vtile, ac perneceſſarium videtur; ac propterea ſummoperè deſideratum, vt etiam Latinè reddatur, ac Latinorum vſibus communicetur, & cum alijs (quæ euulgamus) Ephræm operibus edatur: factum eſt, quòd ſeriò in hanc rem ſtudium mentemq; conuerterim, & hoc genus ſcripti, aut ſi malis Canticum ſpitũale, (quod Græcè reperiri non potuit, nec ante hac Latinè vnquam prodijt) primum è verbo ad verbum per allumnos Collegij Maronitarum Romæ, atque etiam per Epiſcopum Sidoniæ eiuſce linguæ peritum (vt de certitudine rei, ac veritate ſententiæ ſecurior eſſem) curarim Latinè & Italicè ex Chaldæo reddi: ex qua eorum verbali tranſlatione, poſtea totum illud in hanc formam modulationemq; Rhytmicam, ſeruata vbique ſententia, ac proprietate verborum apud S. Ephræm vſitatorum, pro communi Eccleſiæ bono conuerti, atque redegi.

Melior eſt puer ſapiens, Rege ſene inſipiente.] *Verba ad quæ apertè hic reſpicit, ſunt Eccl. 4. vbi ad verbum in edit. 70. eſt:* Bonus eſt puer pauper & ſapiens, pauper Regē ſeniorem, & ſtultum. *At in vulg.* Melior eſt puer pauper & ſapiens, Rege ſene & ſtulto.] *Iuxta autem Chald. ad verbum hic eſſet:* Melior puer, qui puer eſt & ſapiens, Rege ſene inſipiente.] *Et iuxta aliam ex Chaldæo tranſlationem:* Melior eſt puer prouidus, & ſapiēs, Rege ſene & ſtulto, &c.] *Vbi omnes lectiones ſūt pōderandæ, licet inter ſe, in alio non differant, niſi quòd aliæ ad verbum ſic ſonent, aliæ ipſam potius ſententiam exprimant, & in ſacro Cod. addatur* (pauper) *apud Ephræm autem hic non item.*

Poſtea vbi in laudem Doctrinæ loquens, ait: [Et ex humili in altum eleuat, & in throno Regali ſedere facit.] *Alia ad verbum tranſlatio ſic:* [Et ex ſterquilinio, in thronum Regni aſcendere facit, & conſidere.] *al. Et de ſterquilinio erigit, & ſedere facit in ſolio regni.*

Ne nimium conturberis, vt in manus inimicorum tuorum non incidas, &c.] *al. ſic:* Non ſis nimium pauidus; ne in manus eorum, qui oderunt te, incidas. &c.] *Alia ad verbum magis tranſlatio ſic:* [Ad timorem & mutationem ne ſis nimius, vt in manus odio te perſequentium non incidas: Neque audax nimis, & mutabilis: ne qui nouerunt te deſpiciant.]

Cùm alicui ſocius fueris, ne te pecuniæ cupidum præbueris, &c.] *Alia ad verbum tranſlatio ſic:* Si in hominis ſocietate fueris, bona eius ne concupiſcas. Tuoſque proximos vt teipſum dilige, & tibi magis expediet, vt benedicaris.] *al.* & proximis tuis, ſicut tibi ipſi eſto benignus.] *al.* benefac, vt benedicant tibi.

Ipſa tibi veritas in omni actione, atque regimine lux ſit: & tua ſint verba: Eſt, eſt; Non, non, A &c.] *Vbi alia ad verbum translat. ſic:* [Lux omnium gubernationum tuarum, verbum tuum verum ſit: & eſt, & non, ſit verbum tuum: vt quilibet affirmet te verum dicere.] *Alia ex Chaldæo translat. ſic:* Omnia negotia tua illuſtra, veritatiſque verba loquere: & ſermo tuus ſit ſic, vel non, vt apud omnes ſis veridicus.] *Et ſic ad verbum. Alludit porrò hîc apertè, ad locum Matth. 5.* Sit autem ſermo veſter eſt, eſt: Non, non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.] & *Iacob. 5. vbi eadem ſic repetuntur*: Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: vt non ſub iudicio decidatis, &c.] *Ad quæ nos hîc loca, in translatione hac Rhytmica potiſſimum reſpeximus, quemadmodum & in alijs ſcriptur. alluſionibus alibi.*

Spera in Domino, & cuſtodi vias eius: & in vana ſpe hominis ne confidas, &c.] *Vbi alia ad verbum translatio ſic:* In Domino confide, eiuſque vias cuſtodi; & in ſemita mandatorum ipſius ambula: In ſpe verò hominis ne confidas; quia ſtatim peribit, tanquam ille, qui non fuit.] *Locus autem hîc inſignis eſt, multisq; ſcripturæ locis (ad quæ hîc ſit alluſio) conformis, quo breuiter, piè, & efficaciter* B *admonemur, in Deo ſolo verè ſperandum, & confidendum ſemper eſſe: in vana autem ſpe & fiducia humana, ſpem noſtram ponendam nequaquam. ſecundùm illud Hierem. 17.* Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius, &c.] *Verùm de his ſuis locis alibi latius apud Auctorem.*

Mundus tranſit, ſicut ſcriptum eſt, & iudicium ſtat firmum, &c.] *Et verbo ad verbum, ex Chald. ſic:* Mundus præterit, ſicut ſcriptum, (*ſiue,* vt aliqua ſcriptura) & iudiciũ permanet, velut ſigillum, &c.] & *ſecundùm aliam ad verbum translat.* [Mundus peribit, ſicut ſcribitur: & iudiciũ certum eſt, quemadmodum mandatur: Reminiſcere puer, & ne pecces; & ſi peccaueris, citò pœnitentiam age, &c.] *In quibus & ſimilibus, ipſum potius Auctoris referre viſum eſt ſententiam, & ſcripturæ verbis ad quæ reſpicit, magis rem accommodare. ſicut hoc loco ad verba Matth. 24. & Luc. 21. (quò præcipuè ſit alluſio) quæ hîc de mundo tranſeunte, & iudicio futuro dicuntur, retulimus, mentemq;* C *Auctoris clarius, pleniusq; expreſſimus.*

Deum laudatione celebra: vigila, ieiuna & ora.] *Alia Chald. translat. ad verbum magis ſic:* Redde Deo laudationem, vigiliam, ieiunium, & orationem.] *al.* [Da gloriam Deo cum vigilia, ieiunio, & oratione, &c.] *Sed nos ad ſententiam potius hîc reſpeximus.*

Ieiunium quadraginta dierum ieiuna, &c.] *Locus de ieiunio Quadrageſimali (contra hæreticos noſtri temporis adeò illud impugnantes) memorabilis, notatuq; propter antiquitatem teſtimonij Sancti patris Ephræm Syri (qui ante mille trecentos penè annos vixit ac ſcripſit) digniſſimus. Pro cuius confirmatione, maiorìq; faciunt robore, quæ eodem velut tempore à Baſilio Magno, ſerm. poſteriore de Ieiunio adducta ſunt, in hæc verba: Non inſula, non terra, non ciuitas, non gens, non denique locus vllus iam deſertus eſt, vbi prædicatio de Quadrageſima non fuerit audita: ſed & exercitus, & iter facientes terra, mariq;, mercatores quoque omnes ſimiliter audiunt, libenterq; ſuſcipiunt, &c. Quibus quid antiquius clariusque in hanc rem quis deſideret? Et ſi pluribus SS. Patrum teſtimonijs fortè adhuc opus ſit, etiam alia adducam, & primò quidem S. Ignatij diſcipuli S. Ioannis, qui in Epiſtola ad Philippenſes, inter alia ſic habet: Quadrageſimam nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei* D *conuerſationis. Hebdomadam etiam Paſſionis nolite deſpicere, &c.] Et Origin. homil. 10. ſuper Leuit. Habemus, inquit, Quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos, &c.] ac S. Cyprian. in ſermone de ieiunio & tentationibus Chriſti: Forma ieiuniorum propoſita, fixoq; exemplo quadraginta dierum abſtinentiam Dominus conſummauit, &c. S. Ambroſ. ſerm. 25. de Quadrageſima, vbi ſic habet: Non enim fratres leue peccatum eſt fidelibus indictum Quadrageſimam à Domino, non ieiunare; & ieiunia conſecrata ventris voracitate diſſoluere. Et ſerm. 34. Sicut reliquo anno ieiunare præmium eſt, ita in Quadrageſima non ieiunare, peccatum eſt, &c.] Et S. Hieronym. in epiſt. ad Marcellum contra Montanum: Nos vnam, inquit,* Quadrageſimam *ſecũdùm traditionem Apoſtolorum, toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus, &c.] Plura in hanc rem, vide apud S. Auguſtinum, ſerm. primo, in Sabbato poſt Dominicam Quinquageſimæ. & in Serm. primo feriæ quartæ, poſt Dominicam ſecundam Quadrageſimæ. Et ad Ianuarium, epiſt. 114. S. Maximum Epiſc. in ſermone de Quadrageſima. Et denique S. Leonem* E *Magnum, qui duodecim Sermones de Quadrageſima, in ſacro quadrageſimali tempore habuit, quibus nihil præſtantius, reperiuntur in eius Operibus, quæ ſtudio & induſtria ſpero poſt Ephræmiticos iſtos noſtros labores, breui emendatiora, ac locupletiora, non ſine acceſſionibus, atque obſeruationibus, Deo adiuuante, prodibunt.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, EPISTOLA AD IOANNEM MONACHVM:

DE PATIENTIA ATQVE TOLERANTIA,

& de cauendo, ne decipiamur noſtris cogitationibus, atq; conſilijs prætextu virtutis. & ne quis dicat: Tamquam paſtor incedo. & de humilitate, atque modeſtia animi.

B

BENEDIC PATER.

Eodem Gerhardo Voßio Interprete, & Scholiaſtè.

VArijs licet adhortationibus cum religioſiſſimo Theodoro egerimus,
ne è ſuo recedat loco; perſuadere tamen non valuimus.
Dixit autem ad nos ille: Si voluntas iuuandi me, animamque
C meam ſaluandi adfuerit, in monaſterium tuum ablega me. Cui
reſpondi: Ex quo Monaſterij curam Fratri Ioanni commiſi, illo
inconſulto, coniungi alicui nequeo. Et nunc quidẽ bene egiſti,
prædictum fratrem ſuſcipiendo. nam vt redijt, nobis qua cum ſympathia
ſiue compaſſione exceperis, renuntiauit. Cùm & tales oporteat in
veneratione habere, qui ſupra patrem, & matrẽ, fratres, & ſorores, vxores, & proles,
cognatos atque amicos, diligunt Dominum. Rectè verò agis, exemplum bonorum
operum te ipſum præbens, & potiſſimum fratribus, qui tecum habitant.
ſecundùm eum, qui dicit: A me videbitis, & ſic facietis. Et B. Paulus Apoſtolus adhortatur, Iudic. 7. & 9.
dicens: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. vt quibus ſermo plenam 1. Cor. 4.
fidem non facit, opus ipſum perſuadeat. Spiritalia verò miniſteria nõ contempſeritis, Philip. 3.
neque corporalium neceſſitatum prætextu, ſynaxim veſtram neglexeritis.
D Eloquia enim Dei meditata, & ſuauiter decantata animã nutriunt, atque tuentur:
corpus autem cuſtodiunt, inſtituuntq́;, dæmones repellunt, & ſummam
animæ tranquillitatem generant. Porrò de tentantibus ea, quæ mẽſuram ac modum
excedunt, incurrentibusque in pericula grauiſſima, cõmonefacere vos volo:
non plus ſapiendum eſſe, quam oportet ſapere, ſed ſapiẽdum ad ſobrietatem. Rom. 12.
Ruſuſque alibi dicit Scriptura: Noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapias, quàm Eccl. 7.
neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. Accidit enim diebus hiſce noſtris, quoſdam fratres relictis
ſuis cellis, in terram deſertam, infructuoſam, atq; inaquoſam ſe contuliſſe:
ſæpe autem licet à patribus, ac fratribus admoniti, non paruerunt dicentes: Nos
vt paſtores diſcedimus. Et vt ſeſe in aridiſſimam ſolitudinem impuliſſent, videntes
iam ſe intra deſertam terram concluſos, cœperunt vehementer diſcruciari:
E incipientesq́; ad loca quæ incoluntur redire, nequiuerũt ſe ex difficillima eremo ſubducere
& expedire: neque enim illud facilè erat, intra interiora deſerti verſantibus.
Valde igitur per inediam, ſitim, æſtumq́; afflicti iacebant, animum deijcientes.
Diuina verò prouidentia diſponente, frigore pereuntes, ab aliquibus ibi
reperti ſunt, qui eos proprijs iumentis impoſitos ad loca habitationum reportârunt:
alij etiam ibi mortui ſunt, & à volucribus, ac feris corpora eorũ deuorata
ſunt. Qui aũt euaſerunt ſalui, longo tempore infirmi remanſerunt; deincepsque
ipſa experientia cognouerunt, nihil abſque conſilio faciendum. Nam multi, vt Abſque conſilio nihil agendum.
dictum eſt, contumacia, atque temeritate cogitationum ducti, in terram infructuoſam
& inaquoſam progreſſi, ſibijpſis violentam mortem intulerunt. Alij verò
ſub obedientia viuere nolentes, vnanimitatemque in ſubſeruiendo detrectantes,
eidem ſeſe periculo tradiderunt. Alij manibus proprijs laborare recuſantes,
in idem ſe periculum coniecerunt. Alij ſui conſilij complacẽtia decepti laudem

ab anab auſcultantibus captantes, paſtores, vt aiunt, effecti ſunt; intentos autē labores non cogitantes, iiſdē ſe periculis implicuerūt. Non igitur oportet chariſſime, ſi ne prudentia proprijs abduci conſilijs: quin potius decet vnumquemq; proprio ſe metiri modulo, & in charitate Dei proximo humiliari. Si quis autem exiſtimet ſe perfectam adeptum eſſe virtutem, paſſionibus ſuperiorem eſſe, & in cupiditates dominari; nec ſic quidem ſibi ipſi fidat, ne fortè in ipſum dicatur, quod ſcriptum eſt: Rex temerarius incidet in mala: Angelus autem lucis liberabit eum. Sed fortè præteriens quis dixerit: Et quomodo inuenimus aliquos ſanctorum Patrum hanc excoluiſſe virtutem? Conuenerit itaque nos etiam ex ſanctorum Patrū vitis afferre teſtimonia: vt apertè oſtendamus, nihil temerè, vel caſu, inconſiderateve ſanctos Patres egiſſe. De Abbate Macario narratur, quod ſic diceret: Conſidēte me, inquit, in cella mea, exercebar vt monachus, dum interim mihi moleſtias cogitationes exhibebant, dicentes: Abi in interiorem eremum, & vide quid ibidem cernes: perſtitiq; in pugna cum cogitatione annos quinque, cum dicerem, ne fortè id à dæmonibus mihi ſuggeratur. Perſpicis prudentiam ſancti viri? numquid abduci ſe paſſus eſt, aut præceps accurrit? numquid cogitationem admiſit? minimè verò: ſed perſeuerauit examinans, ieiunans, vigilijs, precibusque vacans, vtq; ne fortè ex dæmonibus eſſet, cognoſceret. Cæterùm nobis dum cogitatio aliqua ſe ingerit, cōtineri non poſſumus, & efferamur. & non modò nō diſcutimus ſedulo orantes, ſed neque ab illis admoniti obedimus; vnde & facile ab aduerſario capimur. Deinde cùm perſuaderet, inquit, cogitatio: egreſſus in eremum, inuenit ibi lacum, inſulamque exiguam in medio eius, & accedebant iumenta vt biberent ex illo; aſpexitque duos homines nudos in medio ipſius. Sub hæc, vt locuti ſunt inter ſe, dixit Abbas Macarius ad eos: Quomodo fieri potero Monachus? Et illi ad eundem: Niſi quis renuntiauerit omnibus quæ in mundo ſunt, non poterit fieri monachus. Ad quos ipſe: Ego, inquit, infirmus ſum, & non ita valeo vt vos. Cui illi: Si nequeas, vt nos, ſede in cella tua, & peccata tua defleas. O humilitas diuini viri. O prudentia, virtutis inſignis animæ. qui tot, ac tātis prçclarè factis excellebat, non iudicat ſeipſum eiuſmodi re dignum. Sed ait ad eos: Ego infirmus ſum, & non ita valeo, vt vos. Nos autem, neq; perſecutione vlla inuadente, neque à quoquam impulſi: temeritate, & propria quadam complacentia ducimur, aggredientes ea quæ menſuram, ac modum ſuperant, tanquam Dominum Deum tentantes, quod eſt horribile. Væ autem homini, qui proprijs cōfidit ac nititur viribus, vel exercitatione, ſiue induſtria, neque in Deo ſpem omnem reponit ſuam: ab illo enim ſolo poteſtas, & robur. Et cur non oculos demittimus in vitam Abbatis Antonij? & ipſum cuncta, ex diuina egiſſe reuelatione comperiemus. veruntamen ipſe quoque nonne in monaſterio viuebat? nonne indumentis vtebatur? nonne pane veſcebatur? nonne proprijs manibus laborabat? nonne diſcipulos habebat, qui quidem etiam mortuum ipſum mœrebant, ac ſepeliebant? Neque verò ſolum ipſe beatus Antonius hoc vitæ inſtituto vſus eſt, ſed & reliqui Patres, qui religioſam vitam duxerunt, qui hortabantur, & conſolabantur ad ſe venientes, per quos ſigna, & curationes exhibebat Deus. Tanquam enim lucernæ quædam claræ, virtutibus coruſcabant. Horum vitam ac mores, etiam nos regia via incedentes, æmulemur, non declinantes neque in dexteram, neque ſiniſtram. Demus ergo operam quieti, ieiunio, vigilijs, orationibus, lachrymis, *conuentibus ad res diuinas celebrandas, labori manuum, conuerſationi cum ſanctis Patribus, obedientiæ veritatis, & auſcultationi diuinarum ſcripturarum: ne mens noſtra ſylueſcat, & inculta, ſqualidaque reddatur. Potiſſimū autem participatione nos Sanctorum, & immaculatorum myſteriorum dignos exhibeamus: vt mente noſtra enaſcentibus infidelitatibus, ſordidiſque cogitationibus purgata, inhabitans in nobis Dominus liberet nos à maligno. In cunctis autem veram atque ſynceram charitatem ad inuicem, & in omnes, ſectantes: nam ex proximo comparat ſibi quis malum, vel bonum. Non enim mendax eſt, qui dixit: Quod vni ex his fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis. Ad eos autem qui pietatis viſcera clauſerant, dicit: Quàm diu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis, & ibunt hi in ſupplicium ęternum, iuſti autem in vitam ęternam. Antiqui vitulos, agnos, & arietes, cuncta immaculata, in ſacrificiū Domino offerebant: at nos proprium

corpus

Propriç prudentiæ non innitendum.

Prouerb. 13.

De Abbate Macario pulchra narratio.

De S. Antonio.

*Græc. ταῖς ἐν νάξεσι.

De dignè communicando.

Matth. 25.

Ibidem.

Leuit. 1. 3. 9.

corpus Domino offeramus in Spiritu ſancto, non polluentes hoc rebus vetitis, aut aliqua cogitatione contaminantes; ne reprobetur ſacrificium noſtrum. Quo pacto autem comparare oporteat ſanctitatem; ſuffecerit mentem ſobriam ac vigilantem habentibus, recordatio Dei, cuius radij cor omne illuminant. Qui verò mente adhuc infirmi ſunt, aliquibus indigent exemplis, quibus ad imitandam excolendamque eandem virtutem excitentur. Sit ergo nobis exempli loco tale: Qui ſecundùm mundum ſtrenuos ſe præbent in bellis, imagines ſumunt, in parietibus & tabulis belli hiſtoriam deſcribentes: vt quomodo hi quidem ſagittis feriant, alij vulnera infligant, quidam fugiant, alij incurſiones faciant; alij adhibitis gladijs, ſpicarum inſtar aduerſarios decutiunt. atque hæc agunt ad æmulationem poſterorum, & commemorationem eorum, qui rem fortiter in bello geſſerunt aduerſus hoſtes repugnantes: alij verò ſanctorum quoque certamina in domeſticis oratorijs, ad imitationem videlicet ignauorum cordium, & oblectationem ſpectatorum depingunt. Sic ergo ſatagite, quaſi & noſtra vita deſcribenda ſit, & in ſublimi collocanda, vt omnibus ſit conſpicua: quin etiam excolendæ virtuti operam demus, ne quid vituperio dignum, atque abſurdum inſeratur imagini. Turpiſſimum enim reuera eſt, ſpectare virū in imagine cùm fœmina inhoneſtè verſantem, & præſertim ex ijs, qui * videntur habitum pietatis aſſumpſiſſe. Si verò, & cum maſculo, ſecundùm eum qui dixit: Maſculi in maſculos turpitudinem operantes: quis tandem oculos in imaginem defigere auderet? fugiendum vel ipſum quoque ſpectaculum. Si autē cum tali ignominia, præ pudore ſtupidi, ſpectari ab alijs nolumus: prorſus Diuina cooperante gratia turpes paſſiones effugiamus, veræque virtutis ſtudium curemus: vt compoſitio & ſtructura hiſtoriæ quę de nobis eſt futura, præclara & honeſta fiat, quæ ad bonam æmulationem excitet ſua pulchritudine obuios quoſque: nihilque in ea deforme, minuſve virtuti conueniens imprimamus. Etenim Sodomitarum hiſtoria indelebilis eſt, in medium producens, quomodo iuſti domum circumdederint homines intemperantes, ac flagitioſi, donec cæcitate percuſſi, ignisque imbre combuſti, & in cinerem redacti eſſent ipſi, cùm terra ſua in qua nefandas cōmiſtiones exercuerant. Horum hiſtoriam tanquam imaginem quandam horrore plenam, propoſuit vniuſcuiuſque noſtrum conſcientiæ, Creator noſter Deus: vt ad exemplum huiuſmodi reſpicientes, improborum commercia declinemus. Qui autem cæcutiētes, propoſitam nobis hiſtoriam prætereunt, facilè in voluptatum barathrum præcipites ruunt. Tu autem defixam tene in huiuſmodi cogitatione mentis aciem; vt * metu turpiſſimas paſſiones elidas, vrentesq; voluptates expectatio iræ emarceſcere faciat. Quis enim Diuinam iram cernens, non trepidet, cōſterneturque animo, niſi fortè oſcitabundus, atque aliud agens iſta conſideret? Ego verò ignauus, particulas huius hiſtoriæ ſingulas attentius contemplatus, ingemui, vultuque in genua depoſito, fleui. Quo enim pacto verè formidabile non erit mundo cordis oculo intuentibus vehementiſſimum ignis illius fluxum, terramque dum torreretur, & incolas inſtar ceræ, fumique liqueſcētes? An non potuerunt monimenta * atque exempla eorum, qui antea ſupplicio ſunt affecti, vel lapideam animam emollire? Frequentius itaque, immò potius aſſiduè, ad eiuſmodi hiſtorias intente reſpiciamus; vt potiorum ſtudio, experientiam prędictorum fugiamus. Nam auget audaciam negligentia: Et vtraque verò conſuetudo conflatur. Qui autem habitū ſibi mali acquiſiuerunt, exitum ægrè inuenire poſſunt; cùm habitus is, ad abolendum ſpiritualem fructum ſemper irrepat. Ex aduerſo, velut in imagine recordemur illius Aegyptiacæ, quomodo ad ſe attrahere conata ſit pium Ioſeph: ipſeque quo pacto etiam veſtem ſuam reliquerit, vt ſcelus effugeret. Rurſusq; mente contemplemur tamquam in imagine, Senes illos Babylonicos: quomodo ad infamiam beatam Suſannam compellere ſtudebant: ipſa autem pia, & vtili cogitatione adhibita, iſtos deturbauerit. Sic ergo & nos ſyncerè certemus, maximeque perſuaſi, quia nihil occultum, quod non reuelabitur; vt ſi quæ virtus, ac ſi qua laus, hæc de nobis circumferantur: vt ſimus inter eos, qui laudantur, & non inter illos, qui vituperantur. De ijs porrò, quæ quærūtur, & quo pacto conuerſari oporteat cum fratribus, & complacere Deo viuenti, ac vero, vobis pro nobis orātibus ſignificabimus, Diuina nos adiuuante gratia. Sit autem inter vos, & nos Dominus fons

Exod.12.29.

Ab Exemplis.

Sanctorum certamina.

* al. qui pietatis ac religionis prę ſe ferunt ſpecię.

Rom.1.

Geneſ.18.19. & 2.Petr.2.

* al. vt in timore, vel, per timorem.

Magni humilitatis, & timoris exemplum.

* Græc. ὑπομνήματα. al. ὑποδείγματα.

Hiſtoriarum recordatio.

Geneſ.39.

Dan.13.

Lucæ 8.

vitæ: qui gaudium, pacem, ſanctificationem, & ſpem bonam pluit ſuper quærentes eum in veritate. Saluta fratres, qui tecum ſunt. Salutant te, qui hîc ſunt fratres.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES, IN PRAECEDENTEM EPISTOLAM.

Locus inprimis Scripturæ ab Auctore hic noſtro citatus [A me videbitis, & ſic facietis.] etſi prima facie videatur eſſe Iudic. 9. ſaltem alluſiuè, vbi eſt [Quod me videtis facere, citò facite.] & iuxta LXX. [Quod vidiſtis me facientem, citò facite ſicut ego.] tamen diligenter ex collatione ſacri Codicis iuxta LXX. & lectionis Ephræm Græc. conſideratus, reuera deprehenditur eſſe Iudic. 7. vbi tam hîc quàm ibi, eadem Græcè omnino eſt lectio, iſta .ſ. [ἀπ᾽ ἐμοῦ ὄψεσθε, ϗ οὕτως ποιήσατε, id eſt, [A me videbitis, & ſic facietis.] vt nos hoc loco iuxta lectionem Auctoris, & LXX. tranſtulimus. In vulg. autem ſic: [Quod me facere videbitis, hoc facite.]

Neque corporalium neceſſitatem prætextu, Synaxim veſtram neglexeritis, &c.] Vocabulum Synaxis, quamuis multa ſignificet, hoc tamen in loco potiſſimum, vt ex conſequentibus patet verbis, denotat conuentum, ſeu congregationem Monachorum ad orandum, Diuinaſq; laudes decantandas ac celebrandas. Addit enim hîc conſequenter: [nam eloquia Dei meditata, ſuauiterq; decantata, animam nutriunt, atque tuentur. &c.] De qua acceptione, alijſq; eius ſignificationibus poſtea apud Auctorem noſtrum, & in noſtris Scholijs plenius, præſertim de Virtut. cap. 5.

Noli eſſe iuſtus multum; neque plus ſapias quàm neceſsè eſt, ne obſtupeſcas, &c. Vbi eodem prorſus modo eſt in Græca editione LXX. vt hîc Græcè eſt apud S.Ephræm: nec diſcordat lectio, vulg. Latin. Eccl. 7. quare nec ab ea in traduct. hîc receſſimus, at Symmachus ibi, pro (πολὺ multum) legit πλέον, amplius nimis. Et pro illo [μήποτε ἐκπλαγῇς, ne quando obſtupeſcas.] habet ἵνα μὴ ἀδημονῇς περισσῶς, id eſt, vt non angaris nimium.] Vbi S.Hiero. in textu: Et ne quæras amplius, ne obſtupeſcas.] Et in comm. Noli quærere amplius, ne turberis, ſiue ne obſtupeſcas, &c.]

Rex temerarius incidet in mala: Angelus autem lucis liberabit eum.] Locus iſte eſt Prouerb. 13. concordatq; editio LXX Græc. niſi quòd ibi ſit ἄγγελος δὲ σοφὸς, i. Angelus autem ſapiens, &c. Pro quo, hîc apud Ephræm: ἄγγελος δὲ φοτὸς ῥύσεται αὐτόν, i. Angelus autem lucis liberabit eum.] Sed diſcrepat ab his vtriſq; lectio vulg. quæ ſic habet: [Nuntius impij cadet in malum: legatus autem fidelis, ſanitas.] Vbi etiam A.S.T. pro (βασιλεὺς θρασὺς, i. Rex audax, ſiue temerarius. vt eſt hîc apud Ephræm, & LXX.) legunt ἄγγελος ἀσεβὴς Nuntius impius, & non impij, vt in vulg. ac deinde pro (legatus fidelis, ſanitas) vt eſt in vulg. A. & Symm. ὅμηρος πίστεως ἴασις. obſes fidei ſanitas.] habent, &c.

De Abbate Macario narratur, quòd diceret, &c.] Exemplis Sanctorum Macarij, & Antonij ſuum confirmat hîc inſtitutum: non licere ſcilicet imprudenter proprijs abduci cogitationibus atque conſilijs; neque proprijs fidendum, nitendumq; eſſe viribus, ſed veſtigijs, præceptiſq; SS. Patrum ſedulò inſiſtendum, nec ab illis deflectendum, &c. Vt verò conſtet, de quo hîc Macario loquatur Ephræm: cognoſcendum eſt, inter varios eiuſdem nominis Macarios, duos extitiſſe ſanctitate ac doctrina celebres, Aegyptios ambos, illoſq; duos inter Scriptores adnumerari Eccleſiaſticos, de quibus etiam ſolùm agitur in Martyrolog. de quibus & Græci agunt vno, eodemq; die, decimo quarto Calendas Februar. quorum alter Alexandrinus eſt dictus, eo quòd (vti ſcribit Palladius) in Eccleſia Alexandrina functus eſſet Presbyterio, de quo, 4. Nonas, ſeu ſecundo die Ianuarij in Roman. Martyrologio. Alter verò Senior, ſimpliciter Aegyptius eſt appellatus. De quo habetur in eodem Romano Martyrologio, decimo octauo Calend. Februarij, ſiue 15. Ianuarij, in hæc verba: In Aegypto S. Macarij Abbatis, diſcipuli beati Antonij, vita, & miraculis celeberrimi.] Et de hoc Aegyptio loquitur hîc noſter Auctor, cuius, vt & magiſtri ipſius S. Antonij, hoc loco exempla, teſtimoniaq; adducit, ſicut etiam quandoque alibi. De vtroque porrò Macario, qui plures legere Scriptores volet, videat Socrat. libro quarto hiſtor. cap. 18. Sozomenum libro 2. cap. 29. Rufinum lib. 2. cap. 4. Hieronymum epiſtol. 27. ac alibi Caſſianum libr. 5 de ſpiritu Gaſtrimarg, cap. 41. vbi ſententia Abbatis Macarij, de obſeruantia & abſtinentia Monachi, adfertur. Item collat. 5. cap. 12. & collat. 24. apud eundem. nec non Gennad. de viris Illuſtribus cap, 10. & 11. ac. 28.

Potiſſimum autem participatione nos Sanctorum, & immaculatorum myſteriorum dignos exhibeamus, &c.] Ephræm, vt alibi ſæpè, ita & hîc de digna præparatione ad ſacram Communionem, & participationem Diuinorum ac tremendorum altaris myſteriorum agit: Ex profeſſo tamen magis Tomo primo, vbi de dignitate Diuinorum myſteriorum feſtiſq; diebus tractat, incipitq;: Saltem ne prorſus infructuoſi inueniamur, &c.] Huc quoque ſpectant, quæ adducit Chryſoſtomus Tomo 5. Homil. 60. & 61. contra indignè ſumentes Diuina myſteria, ad populum Antioch. Nec non homil 83. in Matthæum, vbi inter multa ſic habet: Non ſunt humanæ virtutis opera propoſita: qui tunc ipſa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoque facit. Nos miniſtrorum tenemus locum: qui verò ſanctificat, & immutat ea, ipſe eſt. Nullus itaque Iudas aſſiſtat, nullus auarus, &c. Hæc ad communicantes dico, & ad vos miniſtrantes. Nam & ad vos ſermonem conuertere neceſſarium eſt, vt multo cum ſtudio hæc bona diſtribuatis.] Et paullò poſt: Verùm & tu laice (quæ etiam habet homil. 51. in Matth.) cùm

A cùm ſacerdotem videris offerentem, ne vt ſacerdotem putes hoc facientem: ſed Chriſti manum inuiſibiliter extenſam, &c.] *Quibus quid efficacius, ac clarius?*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, HYPOMNISTICVM*,

B

SIVE ADMONITORIA ORATIO, in formam velut Epiſtolæ.

* al. Eiuſdem ad Fratrem quendam, Hypomniſticum: in forma Epiſtolæ.

Eodem Gerardo Voſsio Interprete, & Scholiaſte.

OMNI hora, mente reuoluo viſionem, quam mihi recenſuiſti Frater: ideo dignam vocatione tua vitam agere contende; vt ei, cuius aſcriptus es militiæ, placeas. Tuam enim noui promptitudinem, & in Deum zelum, atque amorem: iccirco tibi ſuadeo iam propoſitum habenti, ac ſaluari ſtudenti: nondum tamen experientiam vitæ religioſæ poſſidenti: vt Sanctorum perfectorumque Fratrum, ac Patrum veſtigia perſequaris: & ab ijs diſcas, C quemadmodum Dei ſeruum verſari oporteat. Quod tibi etiã ſemper dicebam, vt ſingulorum perſpecta conuerſatione, bonum vitæ imiteris inſtitutum, attendensque quomodo quilibet pietate inſtructus, ad ſupernæ vocationis brauium contendat; conſiderans quoque diligenter aliorum perfectam, exactamq; fidem: alterius ſpem in Deum; huius verò duplicem charitatem, in Deum, & in proximum. ac quo pacto alius in timore Dei ſuam cuſtodiat animam, ab omni re mala cauens ſibi, vitamque inculpatam, atque irreprehenſibilem degens; atque adeò, qui ab omnibus ob puram, & inculpatam vitam laudatur: multi enim reperiuntur eiuſmodi, de quibus tibi aſſerebam, attendendum ijs eſſe, & non mihi pigro, atque inerti. Eos ergo imitare, qui quidem in medio veſtrum ſunt velut luminaria quædam; & quomodo nonnulli dum varijs paſſionibus impugnantur ab hoſte, per orationes ad Deum confugiunt, adhærentes ei præſidio compunctionis, D ac deſiderij; gratiæque auxilio ſuffragante, abſurdas, immundasque cogitationes vincunt, factorum pœnitentia ducti, multoque fletu, ac lachrymis, ſuſpirijſque, mœſti ſua lugent peccata: confitentes Deo per orationes, atque vigilias, afflictiones, & labores in ieiunio, temperantia, vigilia, humicubatione, tribulatione, atque anxietate; ijsque armorum generibus ſaluari enitentes. Strenuè igitur & tu decerta vſque ad mortem, tanquam verus miles. non enim res eſt ludicra religioſæ vitæ exercitatio, mi fili: verùm multa cautela ac diligentia rectè ſalus curatur animę. iccirco ne vnam quidem præteriui virtutum, ſcripto tibi per Epiſtolam, hæc ipſa mittens; vt ne dicas, non noueram quid eſſet agendum. Sic igitur enitere, omni grauitate, atque prudentia tempus vitæ tuæ tranſigere, vt Deo placeas, & hominibus. Si enim ita te geſſeris, perfectam ſingulorum conſiderans renuntiationem, E religioſumque vitæ inſtitutum; facilè teipſum ad virtutum celſitudinem euehere poteris. conſpiciensque quorundam voluntariam paupertatem, quomodo relictis omnibus, conantur vbique mentem ſuam tranquillam reddere, vt ſine vlla diſtractione, in orationes incumbere queant; & non ſit illis cogitatio, aut cura, quæ ipſos retrahat ab oratione, vel lachrymis, aut feruore, perfectaque in Deum dilectione. Noſti enim tu quoque, ſi quis cum deſiderio, & lachrymis, puro corde precatur; eum mente ſua tamquam in ſpeculo contemplari Deum. Iccirco per inopiam ac paupertatem, magnamque anguſtiam quilibet ad promiſſa iuſtis bona * properat: Anguſta enim eſt porta, & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. Quapropter hanc tibi viam demonſtro, quam ego nondum ſum ingreſſus: vt illi inſiſtens, Sanctorum imiteris conuerſationem, alio-

Sanctorum virorum veſtigijs vt inſiſtendum.

Virtutes Sanctorum, vt in nobis exprimenda.

* al. ſolicitè cõtendat

Matth. 7.

rum quidem pietatem, aliorum * rectum in precibus, rebusque omnibus ordinem, aliorum ſcientiam, aliorum tranquillitatem, aliorum humilitatem, aliorum honorem : aliosq; accuſatores ſui ipſius, alios ſeipſos pro nihilo habentes, atque abijcientes: aliorum grauitatem, & ſeueritatem morum, aliorum ſtudium, atque diligentiam, aliorum quietem ac ſilentium, aliorum manſuetudinem: aliorum patientiam & longanimitatem : aliorum clementiam, aliorum mores pacificos, aliorum vitam amabilem, aliorum charitatem & concordiam: aliorum intellectum atque iudicium : aliorum prudentiam, aliorum ſobrietatem ac vigilantiam : aliorum ſapientiam, aliorum diſcretam differendi vim ac rationem: aliorum in conſilio dando benignitatem, aliorū diſcretionis virtutem, aliorum ſecreta * tegendi modum, aliorum hilaritatem, aliorum mores gratioſos, aliorum affabilitatem, aliorum in reconciliando facilitatem, aliorū in condonando, ac venia danda clementiam : aliorum fortitudinem, aliorum audaciam atq; fiduciam : aliorum certamina, aliorum obedientiam, aliorum in opificio induſtriam, ac diligentiam : aliorum in alijs laudandis benignitatem, aliorum promptitudinem, atque alacritatem : aliorum in fratres obſequium, aliorum zelum & amorem : aliorum feruorem, aliorum ſubmiſſionem, aliorum perfectam vitæ abdicationem, & crucifixi inſtar quotidie morientium : aliorum patientiam, & tolerantiam: aliorum veritatem, aliorum loquendi, & arguendi libertatem : aliorum lucidam, & conſpicuam cunctis vitam : aliorum ſedulitatem, & in agendo ſolertiam: aliorum diſciplinam, aliorum temperantiam, aliorum ſanctimoniam, aliorum caſtitatem, aliorum virginitatem, aliorum puritatem, aliorum ſpiritalem viuendi rationem. Et huius quidem conſidera eleemoſynam : illius in ope ferenda, ſuſcipiendaque virtutem : huius benignitatem, ac bonitatem : illius inſignem clementiam, & commiſerandi ſtudium. huius fraternum amorem, iſtius pro beneficijs acceptis benignitatem, atque gratitudinem : aliorum reſtituendi, compenſandique virtutem : aliorum æquabilitatem, & amicitiam : aliorum rectum iudicium, aliorum ad ignoſcendum facilitatem, aliorum æquitatem, ac probitatem : aliorum compatiendi virtutem, aliorum beneficentiam, aliorum hoſpitalitatem, aliorum integritatem, aliorum innocentiam, aliorum imperturbabilem animum, aliorum ſynceritatem, aliorum virtutem, qua ſunt paucis contenti : aliorum moderationem, aliorum gratitudinem, aliorum ſimplicitatem : huius in adhortando vim, alterius in conſolando gratiam : illius in ægrotis inuiſendis charitatem, huius rectitudinem ; illius in admonendo donum : aliorumque continuas orationes, & pſalmorum decantationes, ac lachrymarum riuos : &, vt vno verbo dicam, cunctorum diuinam vitæ rationem, atque inſtitutum. Cùm igitur in medio tanti theſauri habites, ditari ſtude, cū virginibus prudentibus vitā agens, ne inter fatuas referaris. Et cùm tanta habeas luminaria, quæ tuos ſingulis diebus ac noctibus illuſtrant oculos, in illorum lumine ambula, veſtigijsque eorum inſiſte, vt cum ipſis in æterna ingrediaris tabernacula, propera greſſibus iſtis, vt aliquos eorū aſſequi poſſis; poſſe autem te ſcio, modò velis. Succinge igitur lumbos tuos, lampademque iuſtitiæ accende, ac Dominum tuum expecta : vt ad eius occurſum inueniaris paratus. De quibus ad te non ceſſabo perſcribere: Scio enim te quę iuſta ſunt ac rationi conſentanea libenter audire. Quare attende tibi ipſi, & certa vſque ad mortem, vt cuſtodiaris, & conſerueris, vtque cum fiducia ac gaudio obuiam immortali eas ſponſo. In honore ac pretio virginitatem habe, & * te in cæleſtem thalamum introducet. Icciro dixit Apoſtolus: Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. Nunc ergo chariſſime, Sanctorum virorum virtutes deſcripſi tibi : ſcribo etiam inſidias aduerſarij, vt ex ipſius liberatus laqueis, animam tuam ſaluare queas. Nolim autem mihi iam reſpondeas: Monaſterium ingreſſus ſum, & habitum Angelicum geſto: non modò enim homines, verùm etiam Deus ipſe non externo delectatur habitu; ſed bonorum operum fructus exquirunt. Conſiſte igitur inſtar arboris floridæ, fructusque tuarum cuſtodi virtutum: ne ſuperbiæ vermis ſubrepens, fructum tibi labefactet humilitatis, ne mendacio tibi adimatur veritas, ne inanis gloria tibi pietatem, atque religionem obſcuret : ne manſuetudinem tuam iracudia abripiat ; ne longanimitatem tuam excandeſcentia euacuet ; ne pacem tuam pugna

deua-

* Græcè hic eſt ἀκολουθίαν, de quo in Schol.

* al. aliorum myſtica quædam, atque arcana.

Adluſio ad 1. Cor. 5.

Matth. 25.

Lucæ. 12.

* al. quoniam in te. &c. 2. Cor. 11.

Bonorum operum fructus.

Arbori floridæ quomodo ſimilis eſſe debet Religioſus.

A deuaſtet, ne amicitiam tuam ſimultas impediat, ne iniuriarum memoria peni- Antitheſes variæ atque pulcherrimæ.
tus charitatis reconciliationem extirpet, ne contumelia honorem deperdat, ne
contentio concordiam dirimat, ne quietem atque ſilentium perturbatio com-
moueat, ne ieiunio gula obſit, ne temperantiam inexplebilis edendi auiditas
prorſus abroget, ne diligentiam ignauia ſubuertat, ne ſomnus vigiliam *com- *al. ſapiat.
primat, ne acedia promptitudini atque alacritati moleſta ſit, ne pigritia miniſte-
rium prohibeat, ne ſubiectionem murmuratio depellat, ne obedientiam inobe-
dientia excludat, ne pſalmodiam verba otioſa ſuperent, ne ſcurrilitas Dei lau-
des vincat, ne luctum riſus opprimat, ne indulgentiam nimia ſeueritas inutilem
reddat, ne pudicitiam fornicatio corrumpat, ne fidem incredulitas euacuet, ne
B auaritia voluntariæ præferatur paupertati, ne parentes pluſquam Chriſtum dili-
gas, ne ex mundo maiorem, quàm regno Dei, voluptatem captes: ne tibi diui-
tiæ paupertatem improperent, ne linguam tuam obtrectatio irritet, ne te calum-
nia fratricidam efficiat, ne ſuſurratio tuam animam inquinet, ne te in aliquem
inuidentia configat, ne dolus tuus puritatem cordis polluat, ne bonis te priuet
ſimulatio, ne proditorem te reddat calumnia, ne punitionem tibi falſum conci-
liet teſtimonium, ne te à cæleſti moueat Regno furtum, ne paradiſum tibi oc-
cludat *iniuſtitia, ne tuum hominibus complacendi ſtudium, oſſa diſſipet, ne ac- *al. acedia atqꝫ ignauia.
ceptio perſonarum tibi libertatem præcidat, ne te voluptatis amor à Diuino a-
more abſtrahat, ne compunctionem tua obſcuret concupiſcentia, ne tua volup-
tas amorem ac deſiderium in Deum hebetet, ne te edendi delectatio, delicijs
Paradiſi ſpoliet. Ne hominem aſperneris, ne eius exacerbes creatorem, ne im-
C portunè conqueraris, neue accuſes: ne in condemnationem ipſe incidas, ne vl-
li exprobres, quid enim tibi accidet, ignoras. Caue extollaris corde, ne cadens
tibi ipſi ignominiam inferas. caue, ne confidentia manſuetudinem, ac modera-
tionem abſcindat, neque timiditas audaciam opprimat, nec contemptio tuum
timorem diſperdat, ne te mentis occupatio à cæterorum conuentu, comitatuque
ſeiungat, neque animum mentis elatio, atque diſtractio vulneret. Non ex audi-
tu animam commacules. non cõiungaris improbis, neque cum ijs conſilium in-
ieris: ne fortè malitia tuæ innocentiæ, atque ſimplicitati tenebras offundat: ne-
ve nequitia tua vincat bonitatem, ne inuidia animum tuum perturbationibus
vacuum ſuperet. ne ſis procax, atque petulans, ne odioſus reddaris omnibus. ne
tibi flagella conciliet pertinacia, ne des relaxationem aliquando carni tuæ: vt tu-
am non aggruet animam: ne te calumniandi ſtudium à laudandis proximis abri-
D piat. Caue, ne deſperatio te ſecludat à pœnitentia, neque à cælis te diuellat vita
*flagitioſa. non tibi theſaurum propria effringat gloriatio, neque tua ſecreta di- * al deſidioſa.
ulget iactantia. ne obtrectatio, tua cauſſa, quempiam obnubilet, nec tenebras
tuo offundat intellectui inſipientia, nec tuam ſtultitia prudentiam tenebris in-
uoluat, non tuæ dominetur menti dementia: non tuam diſcretionem alteret in-
diſcretio; aut quid aliud vetitorum te non ſentiente. in corde ſubeat, ac te cælo-
rum Regno ſequeſtret. Cęterùm ſobrietatem ac vigilantiam cole, & ſicut ſcriptũ
eſt: In lege Domini meditans die ac nocte, (quoniam non ceſſat impugnare nos Pſal. 1. & 118.
die noctuque inimicus) ne fortè mentem tuam à meditatione præceptorum Dei
inueniat otioſam, ſuaque ſuperſeminet zizania, reddatque nouiſſima peiora pri-
mis; ne hîc terrenis priueris, & ibi cæleſtium iacturã facias. Nemo enim manum Matth. 13.
ſuam ad aratrum mittens, & retrò reſpiciens, aptus eſt Regno Dei, nullusque mi- Lucæ 11. Lucæ 9.
E litans Deo, implicat ſe rebus ſecularibus, vt militiæ præfecto placeat. Mundum 2. Tim. 2.
ergo deſerens, ac Chriſtum ſequens, ſic curre, vt apprehendas: neque declines in
dexteram atque ſiniſtram, id eſt, in vnam aliquam ex antea deſcriptis perturbati
onibus; ne in peccati præcipitium corruens, moriaris anima: ſed per Regiam Di- Prouerb. 4. Eſa. 30.
uinorum præceptorum viam currens, accelera, ſimulque pro me peccatore ora: Pſalm. 118.
vt & ego, licet indignus, Sanctorum particeps factus, vobiſcum merear æternis
bonis perfrui, in Chriſto Domino noſtro. Hæc tibi chariſſime perſcripſi, non
quòd ego iſta vitauerim: ſed vt ipſe vitans, Deo ſis acceptus & charus. Ait enim
Dominus: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ille faciet. Ac de te mihi per- Ioan. 14.
ſuaſum chariſſime habeo, quòd anteceſſoribus tuis maiora ages, ſi, * vt accepiſti, *al. ſi quæ accepiſti obſeruaueris.
ſeruaueris. Ne ergo alienarum te actionum cenſorem præbeas; ſed tuam ipſius

2.Cor.3. vitam quotidie inſtituere contende. Singuli enim de proprijs actionibus rationẽ reddituri ſumus Deo. Ipſe igitur quotidie tuas cogitationes diſcerne, & tecum ſic loquere: Pietatem ne ac religionem colo? temperantiam, ac continentiam ſeruo? compũctionem habeo? humilitatem poſſideo? aliaque iam ante à me deſcripta. Salubris cum ſeipſo collocutio. Rurſumque decerne, & intra te dicito: Nonne parum laboro, bene ne an malè viuam? Nunquid otioſa loquor? numquid iraſcor? numquid terrenarum rerum aliquid concupiſco? ſicq; ſigillatim ſupraſcripta diſcernens, malumque deteſtãs, Marc.10. Lucæ 18. bono adhæreo. nemo enim bonus, niſi ſolus Deus, qui cunctos ſaluat charitate ſua, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Adhortor ergo te in Chriſto Ieſu, fili, vt hãc obſerues Epiſtolam, eamque aſſiduè perlegas, rurſumque reponas, neque contentus ſis, donec perdidiceris ipſam. Nam magna tibi diligentia de omnibus virtutibus, ac vitijs conſcripſi, vt ea aſſiduè mediteris, ſeduloque conſerues. Commendatio Epiſtolæ. In quo enim vitam ſuam aduleſcens inſtituet; niſi in obſeruatione ſermonum Domini? Interea, perſpicua iſta perſcripſi tibi, vt facilè ſeruare poſſis: Qui cùm perfeceris, tunc Pſalm.118. mentem tuam pleniori diligentia firmabo: vt ſic quoque merearis ad perfectionem peruenire. In Chriſto Ieſu Domino noſtro: cum quo, Patri, vnà cum ſancto Spiritu, gloria & honor, in ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

EIuſdem Hypomniſticum, &c.] *Græcum vocabulum eſt ὑπομνιστικὸν, deſcendens à nomine Gra co ὑπόμνημα, cuius varia in Auctoribus tam prophanis, quàm ſacris, & apud ipſum S. Ephræm reperiuntur ſignificationes. Nunc enim eo nomine vtũtur pro memoriali, nunc pro interpretatione, & commentario. nunc pro documento, vel exemplo eorum, qui ante vixerunt, nũc pro commonitione, & ipſa commonitoria oratione. nunc pro ſermone exhortatorio, & perſuaſiuo, &c. in quibus omnibus ſignificationibus, alijs atque alijs locis adhibetur à S. Ephræm. Ac pro interpretatione quidem & cõmentarijs, illud etiam vſurpatur a Cicerone ad Tironem, vbi habetur: Multũ mihi eripitur operæ in exſcribendis Hypomnematis, &c.] Apertiusq; vim eius exprimit Plin. lib. 7. nat. hiſt. ca 5. ſic inter alia referẽs: Cuius & commenta, quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, ſed nomine Democriti falsò producuntur, &c. Quin apud Iuriſconſultos, C. de Decur. l. ſi quis ſpontaneus, Cõmentariorum ſcriptores, dicũtur Hypomnematographi. Hinc quoque Simeon Metaphraſt. pleniores quaſdam ſuas in vita Sanctorum deſcriptiones, atque enarrationes ὑπομνήματα, i. commentarios appellat. Sic exempli gratia apud eum: ὑπόμνημα διαλαμβάνων μερικῶς, τοὺς ἀγῶνας ϗ. ἆθλα, ϗ ἀποδημίας, ϗ τελειώσεις τῶν ἁγίων, ϗ κορυφαίων ἀποστόλων Πετρου, ϗ Παύλου. id eſt, Commentarius ſigillatim complectens, ac tractans certamina, labores, ac peregrinationes, & conſummationem Sanctorum, & Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli.] Sicq; ſæpiſſimè varia alia ſua inſcribit in Sanctos encomia, præſertim longiora, ac pleniora, ſicut diligẽs lector apud ipſum Metaphraſten, re ipſa ſæpius comperiet. Vnde etiam inter alios (quos hic longum foret recenſere) Sixtus Senenſ. lib. 3. Bibl. dicit, ὑπομνηματικὴν, ſeu Commentationem, eſſe breuem Diuinæ ſcripturæ expoſitionem, ſcholaſtica methodo aliquanto copioſiorem, &c. Secundùm quam explicationem, hypomniſticæ etiam illæ dicentur Epiſtolæ, quibus commentamur ſcripturas. Epiſtolis autem inter alios explicauit ſcripturas, Iſidorus Peluſiota, referente Nicephoro lib. 14. cap. 53. & interdum Baſil. Chryſoſt. Hieronym, Ambroſ. Auguſt. Leo Magn. &c Quibus ſic poſitis atque deductis, ſupereſt, vt exponamus quomodo hoc loco ὑπόμνημα, & ὑπομνιστικὸν ab Auctore noſtro accipiatur: ad quod quidem quantum attinet, dicimus ὑπόμνημα, partim idem hîc ſignificare quod ὑπόδειγμα, pro exemplo, quo pacto etiam ſupra ſumitur in Epiſtola ad Ioannem Monachum, non longè à fine, vbi pro (τα ὑπομνήματα) lectio alterius Codicis Græc. habet ὑποδείγματα, exempla. Ac pro ijſdem ſumi, ſatis etiam inde colligitur, vti & hîc vbi exemplis bonorum ſeriò inſiſtendum ſuadet, improborum autem vitanda. Vnde hypomniſtica Oratio, ſeu Epiſtola eo modo dicitur, quæ eorum proponuntur exempla, qui antè vixerunt, & rem benè, vel malè geſſerunt, ad imitandũ bona, vitandumq; mala, &c. partim etiã ac quidem præcipuè ὑπομνιστικὸν pro hypomiſtica ſiue admonitoria accipitur oratione ſeu epiſtola, vel etiam pro commonitorio atque exhortatorio, & perſuaſiuo ſermone. & in hoc genere hîc noſtrum verſari occupariq; Auctorem, legenti atque examinanti facilè conſtabit.*

Aliorum rectum in precibus, rebusque omnibus imiteris ordinem, &c.] *Vocabulum (ἀκολουθία) etſi alia, atque alia ſignificet, tamen ſæpè inuenimus illud apud veteres Patres Græcos vſurpari pro horis Canonicis: vt & hoc accipi videtur loco. quare hîc vertendum [in horis Canonicis perſoluendis obſeruantiam imiteris ac ſtudium.] aut ſanè non incommodatè ſic: [Rectum in precibus rebusq; omnibus ordinem, &c.] vt hîc conuertimus, ac repoſuimus.*

In lege Domini meditans die ac nocte, &c.] *In alio Codic. S. Ephræm Græc. pro ἐν νόμῳ κυρίου, In lege Domini, &c. reperitur ἐν ναῷ κυρίου, in templo Domini, quæ lectio ſaltem hoc loco ſtare nequit: partim*

A *partim quia Auctor allegat hic ſaltem alluſiue locum ſcripturæ. nam dicit:* Sicut ſcriptum eſt: In lege Domini medit. &c. *Pſalm. 1. 118. Partim etiam, quia hæc ipſa lectio corroboratur ex poſtea ſequentibus. ait enim:* Ne fortè inimicus mentem tuam à meditatione præceptorum Dei inueniat otioſam, &c.] *ac ſub finem:* [In quo enim viam ſuam adoleſcens inſtituet, niſi in obſeruatione ſermonum Domini, &c.] *reſpiciendo & ibi, ad illud Pſal. 118.* [In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam: in cuſtodiendo ſermones tuos.]

Nam magna tibi diligentia de cunctis virtutibus, ac vitijs conſcripſi, &c.] *In vno Cod. Græc. eſt:* περὶ πάντων ἀγαθῶν, *de cunctis bonis ſeu virtutibus. In alio eſt:* περὶ πάντων παθῶν, *de omnibus perturbationibus, ſeu vitijs, &c.] quòd cum hic ſtare non poſſit, quia conſequenter adiungit* μελετᾷς, *mediteris, &c.] ideo potius vtrumque in verſione coniungendum cenſuimus, legendumq́;.* [De omnibus virtutibus ac vitijs conſcripſi, &c.] *aut aliâs ſolum* (ἀγαθῶν) *ponendo, quæ lectio placet.*

B

EIVSDEM†

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, DE VIRTVTE,

AD NOVITIVM MONACHVM,

Adhortationes quatuor.

†al. Eiuſdem Exhortatio ad iuniorem Monachũ, de Virtute. Prologus.

C

PROLOGVS.

DOMINVS ad ſalutem hominum profectus in mundum, mandatum de inuicem diligendo dedit nobis. Charitatis autem opus eſt, etiam adhortari ac conſolari inuicem, in timore Dei. Quoniam igitur à paruitate mea ſermonem audire expetiuit tua pietas: meipſum propter obedientiam, Chriſti charitate cooperante, obtuli ac tradidi. Et nunc de iiſdem argumentis hæc in hunc retuli commentarium. Si quid ergo vtile inueneris, mentituę inſerito: vt te proficiente apud Dominum, ego quoque conſilij mercedem referam. A nobis autem, qui inter fratres verſamur, non requires verborum artificium quod non didicimus, neque ornatum dictionum quas non nouimus: verùm in ſimplicitate ſyncerè, atque impolitè, quęin charitate tibi ſunt conſcripta, cum charitate accipito; eaque apud teipſum augeto, quippe qui ſis nobis magis idoneus. & quaſi ſemina quædam, atque occaſiones à nobis capiens, in tuæ mentis latitudine plurimum fructificare facias. Et quæ modicè ac tenuiter à nobis denuntiata ſunt, efficaciter exhibe his, qui tecum ſunt, ô ſtudioſiſſime dicendi; illoſque ad obſeruandas noſtræ profundę ſtultitiæ, inſcitiæque admonitiones hortare: E qui neque ſumus adſueti in ſcribendo, ad eloquentiæ oſtentationem; neque in orationis arte exercitati. Cæterum charitate nos commonente, vt tibi & omnibus, qui tecum ſunt ſignificemus; & ſicut iam pridem nos ipſos magno ſtudio atque conatu, dum de Virtute addiſcere expeteres, tradidimus Diuinę gratię præſidio, verorum ſermonum exercitijs: ita & tu ceteris ſtudioſe ſecundum gratiam tibi à Domino conceſſam, inſeruies, vt ne amplius fratres in fraudem impellantur, & ſeducantur.

Ioan. 13. 15. 1. Ioan 4. 1. Theſſ. 5.

Sermoni artificium non ſpectandum.

D

Magnæ charitatis, & humilitatis exẽplum, & documentũ.

Commonitio vtilis ac ſalutaris.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

INITIVM PRIMÆ.

Adhortationis.

Eodem Gerardo Voßio Interprete, & Scholiaſte.

Vita Eremitica.

Vita Cœnobitica.

A ſanctorum Anachoretarū veſtigijs non deflectendum.

1.Cor.6.10.

Non magnificè de ſeipſo ſentiendum.

In conuentu cū alijs fratribus conueniendū.

Communis omnibus menſa.

†al. ad verbum magis ſic: quòd nulla ſit ibi erga vllos indulgentia, ne erga imbecilliores quidem.

Ioar. 6.

SI vitam ſolitariam in Eremo colueris, ſanctorum Anachoretarum ſpiritales exercitationes, atque progreſſus inueſtigia, & ob oculos tibi conſtitue. Sin autem in cœnobio fratrum degeris, Regulas conuentuales ne deſpexeris: Vtrumque enim, ſi in ſingulis ſeruetur ordinibus, in pura conſcientia, gratum & acceptum erit Deo. Si ergo ſolitariam vitam vixeris: caue optimas formas Anachoretarum, qui rectam tibi ſemitam ſtatuerunt, depraueris, quin potius te formam atque exemplum vtile omnibus exhibe; ſemper dictum illud Apoſtoli diſcutiens: Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Ne rectè factis, te deturbet ex loco tuo inimicus. In cœnobio agens: à legitima, & Apoſtolica regula ne declinaueris. Quæ enim parua eſſe videntur delicta, non afferunt exiguum aut qualecumque detrimentum. Præclarum eſt igitur, ac valde præclarum, non magnificè de ſeipſo ſentire, neque aliquid agere, quod ex cæco ſui amore naſcatur, eoque damnationis ſententiam ſubire. Decet igitur in ſynaxe atque conuentu cum alijs fratribus conuenire, vigilijs, laboribus, & exercitationibus manuum; quod maximum humilitatis eſt ſignum; nec non communem cum alijs menſam, extra tamen corporalem infirmitatem, frequentare; & propria voluntate non detineri, ac tumore vano. Oportet ergo vnumquemque, perfectum opus quod incepit exſtruere, cum omni humilitate, & patientia perſequi. Ingenio autem inſtabilem eſſe & mente vagari de loco in locum, & opere in opus, immaturum fructum reddit: Si tamen vllum iſte fructum feret omnino. Neque verò in quolibet loco, eodem modo fratrem oppugnabit hoſtis. Dum hîc quidem ſuadet, vt anteponatur dura, & auſtera vita, quæ ſanctis iuſtiſque operibus commendatur: ibi loca vtilia fugienda ſuadet. †quod nemini quicquam ibi ſoleat indulgeri, ne imbecillioribus quidem, ita adulterat mentem, fratrique molitur interitum. Et quidem in cœnobio degentem, eremum imaginari facit, cum tamen ſatis multa in cœnobio ſit ſolitudo. In Eremo autem verſantibus, tamquam nimis ſqualida omniſque conſolationis expertia illa loca fugienda ſuadet. Et hæc ſæpius mouet, vt inſtabilem vbique fratrem reddat, deridendumque proponat, nullamque virtutem ad perfectionem perducere poſſit. Quemadmodum enim ſi quis turrem ædificare incipiat, & torpore ac tædio ædificij affectus, dicat ſe porticum exſtruere malle. & vbi iam fundamenta fodere cœperit; rurſus dicere incipiat, ſatius eſſe cellam ędificare. illamque imperfectam etiam relinquens, planè in vanum laborauit: Sic & monachus, niſi in vno loco, ſpiritali intellectu perſeuerauerit, fructum perfectum reddere non poterit. In Monaſterio igitur reſidens, Canonem ſeu Regulam, cum omni reuerentia, & timore Dei ſequere. licetque bis in die ad commedendum tradatur, ſemper cibum cum gratiarū actione ſumito. Et ſi quid fratres religione ac pietate inter alios magis conſpicui faciunt; fac & ipſe in conſcientia pura, & rectè in Domino proficies. Quod ſi in diſceptationem mens venerit, quaſi multa ſint in menſa appoſita fercula: eſt quod cogitemus, non noſtra cibos ordinatione præparatos eſſe. Quod ſi viciſſim, quæ ſunt opportunè parata, vilia, & perpauca videantur, atque id incipiat animus ferre moleſtius: cogitemus & Dominum ipſum gloriæ, qui pro nobis carnem aſſumpſit, panes hordeaceos non reſpuiſſe. Oportet ergo ſpiritali intellectu, bello oc-

A lo occurrere, in omnibus eius inſidioſis congreſſionibus; ad incantationes, atque impoſturas ipſius retundendas, per virtutem crucifixi. Vltra autem menſuram, temperantem eſſe velle, vt puto commendabile non eſt, ſicut neque vtile eſt, debitam temperantiam ſpernere. Quemadmodum enim per diuturnam quis abſtineutiam à cibis conſtitutis, ſibi corporis eneruationem, atque languorem, remiſſionemque ad ſua obeunda munia parit: ita & nimia ciborum repletio atque ingluuies, homines damnabiles reddit. Væ enim, inquit Saluator in Euangelio, qui nunc ſaturati eſtis: quoniam eſurietis. Quin & per intemperantiam, voluptatibus quæ infra ventrem ſunt, ſubijcietur incontinens. Quare piè atque decenter corpus noſtrum gubernetur oportet. In eremo autem verſans, dignas ſemper tecum virtutes habe, rectam de fide ſententiam, animi ſubmiſſionem, vigilantiam B & fortitudinem: diſtractiones autem animi, & auaritiam fuge. Synceram ſanctitatem cole, & patiens laborum eſto. Omnium te conſolatorem præbe. Ad indulgentiam erga alios, promptus ſis & accuratus. In contemplatione congruenti, mentis euagationem fuge; quod & paſſiones animi ſedat, & dæmonas † fugat. Neque corporalem imbecillitatem, aut mortis præſentiam pertimueris. Verùm ſic cum lætitia exitum expectabis, quaſi ex metallis, aut ab exilio in regnum cęlorum ſis reuocandus; ſecundùm eum, qui ait: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. In cœnobio degentem, hæc amplecti oportet: obedientem in Domino ſe præbere abſque vlla prorſus contradictione, compatientem quoque in proximum, & ab inani gloria alienum; auaritiæ, ac dominandi non cupidum; & reuerentiam atque obſeruantiam exhibere erga alios: vigilis autem, & orationibus intentum, & in pijs religionis exercitijs, operaque manuum tolerantem. Fugere denique oportet, C & tacere, atque abſtinere: fugere quidem hæreticos, & homines pernicioſos: Tacere autem vetita, Deoque non placentia: Abſtinere vero, atque deſiſtere à turbis, rebuſque mundanis. Non oberrare è cella in cellam; non offendiculum †, aut ſcādalum præponere proximo; non ſine iudicio ac ratioue verba proloqui. neque iracundiæ aut furori obſequi. non delectari ornatu veſtium, non carnem ad pulchritudinem exterere. non oculum effrinatum habere. Nec callidus, atque aſtutus videre quis optet; ne in vanam decidat gloriam, quæ voluptatis, iræ, & mœroris procreatrix eſt. Magis autem ſeipſum curet exhibere ſimplicem & facilem, vt plurimum. Corpus ab omni cogitatione peccati cuſtodiat, nec Creatori ſuo mentiatur. Donum enim nos ipſos obtulimus Domino: neque amplius corporis noſtri poteſtatem habemus. Siue enim anguſtiamur, ſiue oppugnamur; ad arbitrium noſtrum † auferre munus non licet. Quemadmodum enim ſi quis votum D vouens Deo, munus Domino obtulerit, quod ſacerdos acceptum in templo ſeponit; ſique poſtea pœnituerit eum qui munus obtulit, non amplius in ſua poteſtate iam eſt aufferre donum, poſtquam Domino illud obtulit, adeo vt ſi occultè hoc ſuffurari molitus fueris, non iam quaſi ſuum auferre velit, à culpa abſoluetur, ſed velut ſacrilegus punietur. Sic quoque, qui Deo ſuas animas conſecrarunt, corporis ſui poteſtatem amplius non habent. Beati qui † hæc ſeruant, & iuſtitiam æſtimant: Gaudentes enim, & collaudantes Deum, in regnum cælorum introibunt. Quod vtinam nos conſequamur, gratia, & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Luc. 6.

† al ad mortem fugat.

Philip. 1.

Cœnobitarum vita ac mores, quales eſſe debeant.

Quæ ſint fugiēda, tacenda, atq; cauenda.

† al. non offenſionem, in ſcandalum proponere.

† al. pro ἀφέλκεσθαι. autore, eſt ἐφέλκεσθαι attrahere, elicere, &c. ſed ἀφέλκεσθαι magis hîc conſonat.

† al. qui hanc viam ſeruant:

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

CVM his quadrat Calliſti, & Ignatij Xanthopulorum methodus degendi vitam monaſticam quietè, ac ſanctè, multum ſanè elegans, & erudita, quæ Græcè reperitur Romæ in Bibliotheca Sfortiana, ſub numero 110 nondum quod conſtet impreſſa. Conſonantq́; in pluribus per Magnum Baſilium adducta, in Admonitione breui, & ſalutari ad iuniores monachos, quæ incipit [Quiſ-

pit:[Quiſquis ſolitariam vitam ſemel eſt complexus,&c.]nec non in ſalutari,& erudito Opere ſuo, De laudibus ſolitariæ vitæ.cuius initium eſt: Libet de ſingularis vitæ meritis,&c.

Si vitam ſolitariam in Eremo colueris,&c.] *De vita rectè in ſolitudine agenda,vide quæ idem habet Baſilius Magnus in Epiſtola ad Chilionem diſcipulum,in ſolitudine agentem. Et ad Gregorium Nazianzenum de vita ſolitaria,ac perfecta,quæ incipit:[Tua illico mihi nota Epiſtola,&c.]vbi quales eſſe debeant ſyncerioris Eremiticæ vitæ cultores,feliciter exponitur.*

Sanctorum Anachoretarum ſpiritales exercitationes inueſtiga,&c.] *Anachoretæ dicti,qui ab hominum conſortio recedunt,& ſe in ſolitudines abdunt,vt cæleſtium rerum contemplationi liberius vacent,à verbali nomine Anachoreſis.Eſt autem* ἀναχώρησις *Græcè ſeceſſio. Hos etiam* ἡσύχασὰς ἀπὸ τοῦ ἡσυχάζειν *,quaſi in quiete & ſilentio degentes,non vno in loco noſter apellat Ephræm. Et Iuſtinianus in nouella conſtitutione 5.pro iiſdem. Alij Eremitas. Ioannes autem Caſſianus iſtos frequenter Solitarios nuncupat,&c.*

Si in cœnobio fratrum degeris,regulas conuentuales ne deſpexeris,&c.] *Inſtitutionem vitæ Cœnobitarum,hoc eſt,in cōmuni viuentium, ac primum de eorum laudibus,habes apud Baſilium Magnum, qui & Præcepta generalia vitæ religioſorum vtiliſſima ibi conſequenter proponit. Unde autem dicantur Cœnobia & Cænobitæ; tum quibus Auctoribus Cœnobitarum ſit inſtituta profeſſio,& quomodo ea à tēpore Apoſtolicæ prædicationis exordium ſumpſerit,inuenies apud Ioannem Caſſianum collat.18.cap.5. & apud alios alibi.*

Ne rectè factis,te ex loco tuo deturbet inimicus,&c.] *Rectè facta in inimicum cacodæmonem non quadrant;ideo legitimum hunc ſenſum Auctoris accipe: Ne rectè factis,hoc eſt,ſub prætextu rectè factorum,aut melius viuendi,ſuum non temerè locum deſerat Religioſus. Vnde inſtitutionem perfectionemque vitæ monaſticæ deſcribens S.Baſilius,docet inter alia,viro ſpiritali loca minimè mutanda eſſe, niſi graui de cauſſa. Et inter præcepta generalia vitæ Religioſorum,quæ tradit,inter alia oſtendit,quod occaſione ſanctius agendi,a congregatione ſancta non ſit diſcedendum.item, quod peregrinatio, mutatioque locorum frequens,ſponte ſuſcepta,multos de ſtatu pacis deijciat,inquietoſq; reddat, taxando Religioſos vagabundos,&c. De quo plura apud S. Ephræm in ſuis Adhortationibus, hoc eodem Tomo.2.ſparſim, paſſimq; inuenies.*

Quæ enim parua videntur delicta, non afferunt exiguum aut qualecumque detrimentum, &c.] *De hoc etiam habes apud Baſilium Magnum, in opuſculo, De inſtitutione vitæ perfectæ.* [Quomodo vir ſpiritalis,ſi quid paruum admiſerit,acrius à vulgo cenſeatur, &c.] *Et apud eundem,in libro de Inſtitutione Monachorum,qui incipit:* [Humanum genus diligens Deus, & docens hominem ſcientiam,&c.] *Inter plurima eiuſce Libri capita,habetur capite 18. De delictis etiam minimis non contemnendis,ſed corrigendis,&c.] Inter Didactica quoque ac Parænetica, Tomo quinto Operum S. Ioannis Chryſoſtomi pulcher Sermo reperitur, De leuium peccatorum periculis.] eſt 729. in ordine,ſecundùm digeſtionem poſtremæ editionis,quæ Pariſiis 1581.apud Niuellium prodijt. Vide & de his plura apud eumdem Chryſoſtomum Homil.87.in Matth.& Homil.12.ad Roman.& 14.ad Epheſ.& Galat.1.ibi: Volunt ſubuertere,&c.& in oratione de Anima Tomo 5.poſt medium.*

Præclarum eſt,non magnificè de ſeipſo ſentire, &c.] *Huc facit, quod S. Abbas Dorotheus frequens affirmare ſolebat,fieri omnino non poſſe,vt is,qui propriæ mentis,proprijq; iudicij, ac ſui ſenſus & voluntatis,obedire ſuis vmquam maioribus poſſit,aut vtilitati & commodo ſui proximi adhærere,atq; aſſentiri. Rurſus aſſerebat,cū vitioſis affectibus,varijsq; paſſionibus dediti ſimus & obnoxij,nō debemus omnino mentis noſtræ iudicio fidem præſtare,neque conſilio cordis noſtri in omnibus credere. Curua enim & obliqua (inquit) regula,etiam quæ recta ſunt,inflectit,atque intorquet. Idem præterea dicebat, nihil æquè eſſe efficax ad vnionem,concordiam,mutuamq; amoris copulam conciliandam, atque iiſdem cum proximo gaudere,& eadem ſapere. Itidem aiebat:* [Ego cum mihi res aliqua euenit, libenter cum proximo conſultare ſoleo,maloque eam ſecundùm proximi ſententiam,quàm meam propriam fieri atque ita eius ſententiæ,& opinioni concordo,etiamſi contraria fuerit:nam iuxta propriam ſententiam viuere,& ſibi ſoli concordare,idem eſt quod omnibus diſcordare, &c.] *Et hæc in breuibus, & copioſis ſuis ſententijs Dorotheus, Sermone 19. adeò vt rectè monuerit hic S.Ephræm,non eſſe magnificè de ſeipſo ſentiendum,neque ex cæco ſui amore quid agendum,&c.*

In Cœnobio degentem, eremum imaginari facit, & in eremo verſantibus, rurſus mutare loca ſuadet,&c.] *De hoc,ſic collat.24.capite 19. Caſſianus: Noſſe,inquit,debetis hanc eſſe ſubtiliſſimam diaboli calliditatem,hanc occultiſſimam foueam,in quam miſerabiles,& incautos quoſque præcipitat, vt dum eis maiora promittit,neceſſaria quotidiani fructus emolumenta ſubripiat, abſtruſiores ſecretiores & vaſtiores ſolitudines expeti debere perſuadens,eaſq; velut miris amœnitatibus conſitas,in eorum corde depingens,ignota etiam quædam,& quæ penitus nuſquam ſunt loca,velut cognita ac præparata,noſtræque poteſtati iam dedita,& abſque vlla difficultate poſſidenda confingit. Homines quoque regionis illius tractabiles,& ad viam ſalutis ſequaces eſſe mentitur, vt dum illic vberiores fructus animæ pollicetur, præſentia lucra fraudulenter auertat. Et quæ ibi ſequuntur. De quibus vide plura apud eumdem Caſſianum,collat.1.cap.20. Vnde variæ,ac ſubtiliſſimæ inimici calliditates patent,atque inſidiæ, quibus molitur religioſos ac ſpiritales viros ſuis quibus Deo ſeruiunt locis deturbare, inſtabileſq; ne ad virtutis perfectionem perueniant, reddere. Quare alibi, ad vitam ſpiritalem ſeriò fratrem, qui recenter ſe*
monaſtica

A *monaſticæ addixerat, excitans S. Pater noſter Ephræm, ſic eum compellat:* Operam (*inquit*) da, vt quem tibi locum vel ipſe elegeris, vel Deus dederit, in eo maneas æquo animo. Non enim in loci mutatione, aut longinquitate, ſed in moderatione mentis, animique ſtudio ſitum eſt, vt infirmitates noſtras curemus.] *Et paullò poſt ibid.* [Animum à rerum terrenarum cupiditatibus abducito, & in diuinarum meditatione contineto. Quòd ſi feceris, non erit neceſſe, vt corpus de loco in locum transferas, ac temere & ſine præfectorum licentia, peregrinationibus defatiges. Regnum enim cælorum intra vos eſt.] *Hæc in Conſilio de Vita ſpiritali ad Amocum, cap. 52. & al 55. Ephræm adducit Tomo primo.*

Cibum cum gratiarum ſemper actione ſumito, &c.] *Rationem, atque originem gratias* B *agendi Deo, tempore ſumendi ac ſumpti cibi (ne quis beneficijs Creatoris ingratus, nouum id putet eſſe inuentum) ab ipſo fluxiſſe auctore Chriſto, palàm ex verbis ipſius conſtat Euangelij, vbi Matthæi 26. Chriſtus legitur gratias egiſſe, & hymnum dixiſſe, &c. In quem quidem locum diſſerens Chryſoſtomus in Homil. 83.* [Audiant (*inquit*) quicunque velut porci ſimpliciter manducantes cum ebrietate ſurgunt; cùm deceret gratias agere, & in hymnum menſam deſinere, &c.] *Quin & ſuper verba illa Marci 14.* [Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, &c. Et accepto calice, gratias agens, dedit eis, & biberunt, &c. *pulchrè commentans Hilarius:* [Sicut (*inquit*) gratias egerunt, antequam biberent, ita etiam gratias agunt poſtquam biberunt, vnde dicitur: Et Hymno dicto exierunt in montem Oliueti, vt ſcilicet addiſcas, & ante cibum, & poſt cibum gratiarum actiones reddere Deo.] *Vnde quoque S. Hieronymus hîc Hymnum interpretatur, Laudem Domini, vt eſt in Pſalmo 21.* [Edent pauperes & ſaturabuntur; & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, &c.] *Verùm de gratijs Deo poſt menſam reddendis, plura apud Chryſoſtomum inuenies, in Homilia 57. ad Populum Antiochenum, quæ incipit:* [Rurſus ad C deſerta proficiſcar, &c.] *vbi inter alia recenſentur verba obſeruatione digniſſima, quibus olim vtebantur Monachi gratias agentes Deo, cùm ait:* [Benedictus Deus, qui paſcis me à iuuentute mea, &c.]

Vltra autem menſuram, temperantem eſſe velle, commendabile non eſt, ſicut neque expedit temperantiam debitam ſpernere, &c.] *De abſtinentia, ſiue Temperantia, eiuſq; menſura, ac de ratione ieiunij; tum etiam quæ vera, atque perfecta abſtinentia, habes apud S. Baſilium Magnum, libro de Inſtitutione Monachorum, capite 10. ac 50. Et apud Ioannem Caſſianum collat. 1. de Monachi deſtinatione, vel fine, cap. 20. nec non collat. 2. de Diſcretione, capite 17. vbi de immoderatis ieiunijs, & vigilijs edifferit. De continentia verò, vel refectionis menſura ac tempore, eadem collat. 2. cap. 18. 19. 21. 22. 24. 25. ac 26. Item collat. 21. cap. 17. 18. 22. vbi de ſeruando continentiæ temperamento agitur, & capite 23. in quo de refectionis tempore atque menſura, per totum diſſeritur. De abſtinentia autem debita, non ſpernenda, eiuſq; modo non excedendo, vide apud eumdem Caſſianum libro 5. de ſpiritu Gaſtrimargiæ, cap. 5.* D *6. 7. 8. 9. 13. 14. ac potiſſimum capite 20. vbi quod non debeat Monachus ſumendi cibi tempus excedere, ſi vult ad pugnas interiorum certaminum peruenire, plenè tractatur.*

Donum nosipſos obtulimus Domino, neque amplius corporis noſtri poteſtatem habemus, &c.] *De hoc inprimis vide apud S. Baſilium in opuſculo de inſtitutione vitæ perfectæ, cap.* [Quomodo amittimus, & quomodo recuperamus imaginem Dei, & de vera Virginitate. Et quo pacto, ſemel dicatum Deo, profanare non liceat, &c.] *Et in Oratione de Virginitate, prolixè ſuper hoc, apud eumdem Baſilium. De eodem etiam Chryſoſtomus ad Theodorum Lapſum, Epiſtola 6. Sic & Ambroſius ad virginem Lapſam, capite vltimo. Sic Auguſtinus epiſtola 45. cuius verba quia pulcherrima ſunt, viſum eſt hic adſcribere:* [Priuſquam (*inquit ibi Auguſtinus*) eſſes voti reus, liberum fuit, quo eſſes inferior, quamuis non ſit gratulanda libertas, qua fit, vt non debeatur quod cum lucro redditur. Nunc verò, quia tenetur apud Deum ſponſio tua, non te ad magnam iuſtitiam inuito, ſed à E magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, ſi non feceris quod vouiſti, qualis manſiſſes, ſi nihil tale vouiſſes. Minor enim tunc eſſes, non peior: modò autem tanto (quod abſit) miſerior, ſi fidem Deo fregeris, quanto beatior ſi perſolueris. Nec ideo te vouiſſe pœniteat, immò gaude, iam tibi ſic non licere, quod cum tuo detrimento licuiſſet. Aggredere itaque intrepidus, & dicta imple factis; ipſe adiuuabit, qui vota tua explet: Felix neceſſitas, quæ ad meliora compellit.] *Hactenus ibi Auguſtinus.*

EIVSDEM
ADHORTATIO SECVNDA.

Attendendum chariſſime, à conſilio peruerſo. Nam quemadmodum duo aliqui ſplendidè induti, ſimul per forum euntes; alteruterque non ſibi præcauens, impingendo in lutum incidit, veſtemque pręclaram omnino deſtruit: poſtea motus inuidia, etiam proximum in cœnum deijcit, ne ipſe ſolus turpis videatur. Sic etiam hîc, qui virtute exciderunt, nituntur ſupplantare cæteros, ne ſoli in dedecore verſentur. Loquuntur humilia, dulciterque reſpondent: vt à modeſtia auellentes ſibi obſequentes in peccata deturbent. & non confunduntur improba factitantes; ſed proximum exhortantur, dicuntque: Cur nos abominaris? Quia peccatores ſumus condemnas nos? Ille, & ille, de quibus accepimus, eadem agunt? An ignoras, rem iſtam eſſe * labi atque reſurgere? Neque illos pudet, cùm hæc dicunt. Quid ita? quia ipſi lapſi * nequeunt aſſurgere: quin etiam & ſcandalum multis, & lapſum, & interitum afferunt; & quaſi eſca in hamo, ijs vtitur Diabolus. Interdum etiam ſanctos quoque Prophetas criminari incipiunt, ad ineſcandas animas infirmas. O cor peruerſum, atque obſcuratum talium hominum. O os amaritudine ac dolo plenum. O guttur ſepulchrum apertum, incunctanter cōperimens incidentes in ipſum. iuſteque traduntur paſſionibus ignominiæ, quòd cognitionem Dei repulerint; vnde & à Domino propter multitudinem impietatum ipſorum eijcientur, quòd neq; Deum timuerint, neque Chriſtianorum pietatem cæteris rebus antepoſuerint, animas iuniorum decipientes. Quapropter ab ijs tibi caue chariſſime, ne mollibus ſuis verbis comburant te. Fuge ipſorum conſuetudinem; ne exacerberis denique in bicipitem gladium, ſecundùm documentum Salomonis decidens. Et omnis quidem homo ſalutem proximi curans, prolapſum cernens, rurſus excitare atque erigere conatur: ſtantem verò, ne cadat, retinet. Atque hi, tamquam corruptores, alios quidem ſtantes magno ſtudio deijcere nituntur: alios autem lapſos, humique iacentes, per deſperationem interficiunt. Et cùm dicendum fuerit: Chariſſime, attende tibi, nihil Dei timore ſublimius, nihilque vita religioſa pretioſius. peccaſti. non adijcias vltra, ſed de prioribus veniam peccatorum tuorum deprecare: nunc adhuc ſimul ſumus, & paullò poſt ab inuicem ſeparabimur. Et ſi læſerimus proximum, ingemiſcendo in nos culpam conijciet, dicens: Quia ex conuerſatione illius hominis damnum percepi, vtinam eius notitia caruiſſem: ſcandalizauit animam meam. quantorum mihi malorum cauſſa exſtitit coniunctio ſocietatis eius? Si verò in bonis profuerimus proximo, noſtri memor dicet: Auxiliare Domine fratri huic, ſicut auxiliatus eſt mihi, propter nomen tuum, confirmauitque animam meam in timore tuo, cumque periturus eſſem, tua charitate ſeruauit me. At hi, qui contraria ſapiunt, animarum deceptores ſunt: non enim tantùm ea faciunt, ſed etiam facientibus conſentiunt. Quando verò rurſus aliquem ab opere execrando abſtinere conſpexerint, mox abſurdis cauſſis illum onerant, cùm dicunt: Ille frigidi eſt temperamenti. conuincuntur verò, etiam in hoc, quòd hæc non bona mente proferunt. Nam ſi hoc eſſet ſecundùm illius intentionem, non opus eſſet Apoſtolum dicere: Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Sed dicere oportebat: Omnis qui certat in agone, calido temperamento præditus, ab omnibus ſe abſtinet. Si igitur hi quidem continentiæ dono indigent, illi verò non, quis obſecro diligentium Dominum vanam iſtam ſuſpitionem non reprehendat? Quem enim inimicus non impugnat, ac tribulat, ſiue maſculos ſiue fœminas? Neceſſaria * ergo continentia, verumtamen pio ac religioſo conſilio. Attendamus igitur nobis, ne magnam ipſi nobis damnationem aſciſcamus, & in hoc ſeculo conſtituti, & poſt vitę huius exitum. Nam qui hodie pulcher, cras deformis: varijs enim infirmitatibus hoc corpus reperitur circumdatum, atq; circumfuſum. Vnde qui religioſam, & cum virtute coniunctam ſectantur vitam, non ſolùm florida eorum ætate commendabuntur, qua temperantiam ſibi elegerunt: ſed etiam in ſenectute, ſummæ admira-

Ab Exemplo, & ſimili.

*Grecè eſt, πί-πτ' ἐγείρεσθαι de quo in Schol.
*al. nolunt.

Prouerb. 5.

Detrimentum ex conſilio, & conuerſatione improba.

Contra animarum deceptores.

1. Cor. 9.

*q. d. Continentia eſt omnibus neceſſaria, coniuncta tamen cum pietate atque prudentia.

Vitæ bonæ, atq; religioſæ commendatio.

A mirationi erunt. Præclara enim ſementis, non ſolùm dum in campis vireſcit, ſpe-
ctatores delectat, ſed & quando agri ad meſſem albeſcunt , ſpicaſque incuruatas,
ac in terram † vergentes habent: valde enim oblectat intuentes. Maxima ergo †al. depreſſas.
Poſſeſſio eſt, vita religioſa, & virtute ornata. Caue igitur ne ab hominibus volu-
ptatum amatoribus abripiaris, qui quidem diuerſimodè laſciuientes, propria co-
inquinant corpora. iuxta eum, qui dicit: Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe Epheſ.5.
eſt, & dicere. Quin & Parœmiaſtes, illicitos actus redarguens, ait: Talis eſt & via Prou.30. iuxta
mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum, dicit : Non ſum operata ma- vulg at in edit. LXX. eſt c. 24.
lum. ita & qui peccatorum conſuetudine ducti , turpiſſima agentes , paruipen- A Simili.
dunt, quaſi nihil egiſſent mali, omne ſuum ſtudium in diabolicis concupiſcentijs
B reponentes. Quando verò maximè, etiam in ſanctas ſcripturas, quaſi eſſent in ri-
dicularum numero ponendæ, dicteria iaciunt, quorum iudicium iuſtum eſt· hi & Rom.2.3.
in tabernis conuerſationes fouent, ad ebrietatem vinum bibentes. Vnde quoque
pietas, & continentia apud eos abominationi eſt. quin & plebeis in extrema ma-
litia verſantibus, impudentiores iſti exiſtunt ; & hoc verè luctu planctuque dig-
num : quoniam illuſtrem , celebremque virtutem in tantam vilitatem † dedu †deduxerunt.
ximus. Cæterùm Deus magnus, atque benignus, diues in miſericordia, & bonus in Epheſ.2.
commiſerationibus, ac potens operibus ſubleuet infirmitatem noſtram , conte-
ratque Sathanam ſub pedibus noſtris, nobiſque largiatur fortitudinem, atque in- Epheſ.2.
tellectum ſpiritalem : vt in veritate, reliquum vitæ tempus tranſigentes , gra- Rom.16.
tiam ab † eo inueniamus in illa die magna, atque horrenda iudicij. Quoniam †apud eum.
ipſum decet confeſſio atque potentia , imperiumque in cunctas generationum
C generationes, & in ſecula ſeculorum. Amen. † Eſto igitur prudens, ſicut ſerpens, †al. Parænesis Tertia.
ac ſimplex ſicut columba, quia in medio luporum verſaris. Intellige quæ dico, Matth. 10. &
chariſſime: ne mori verearis pro Chriſto, ſiue ſtrangulatio te inuaſerit, ſiue gladi- Luc. 10.
us, ſiue in lacum te coniecerint, ſiue in fluminis † vndam, ſiue in profundum ma- †al fluminum vndas.
ris. caue propter humanum timorem perdas continentiam , qui paullò poſt in
puluerem reſolueris . caue Diuina mandata ſpreueris, & quamuis non adſint, qui
reprehendant, nihil tamen latet Dominum etiam Abelis vindicem. Siue ergo in Gen.4.
cœnobio degis, ſiue in eremo, puritatem atque humilitatem non deſpexeris: San- Leuit.11. & 1.Pet.1.
cti enim eritis, quia ego ſanctus ſum, ait Dominus. Et qui ſe humiliauerit, exalta- Luc.14.18.
bitur. Humilis autem ille, qui opere virtutem prædicat. Qui igitur iſta amplexus
fuerit, reuera humilis ſecundùm voluntatem Domini erit. Paucis ergo tibi hanc
virtutem commendare cupio, vt vel inde, ex parte vim eius cognoſcas, Diuinæ Humilitatis encomium.
D gratiæ auxilio: Humilis, inani non ducitur gloria , non elatum ſe gerit circa
†Domini miniſterium, ob timorem eius. Humilis, propriam voluntatem non †al. circa obſequium proxi-
ponderat, veritati contradicens, ſed veritati paret. Humilis, ob proximi profe mi, ob timorem Domini.
ctum non inuidet, non † gaudet ſuper alterius ruina : gaudet verò potiùs cum †al. neque lætatur.
gaudentibus, & flet cum flentibus. Humilis, egeſtate ac paupertate preſſus non ab-
ijcit animum, & in proſperitate ac gloria non inſoleſcit; ſed in eadem perpetuò
virtute perſiſtit. Humilis alium fratrem apud alium non traducit, quod eſt Sa-
thanicum : ſed pacificatorem agit, malum pro malo non reddens. Humilis, non
maiores ſeſe tantum diligit, atque honorat: ſed & inferiores. Humilis , totis vi-
ribus pietatem atque religionem ſectatur. Humilis, non corripitur ira, non agit
contumelioſè, neque vociferatur : ſed omnia pietatis ergô contemnit. Humi-
lis, non malitioſè ac callidè rem gerit ; neque pigrum ſe præbet, etiam ſi media
E nocte ad opus vocetur; obedientem enim ſe mandatis † Dei exhibet. Humilis, †al. Domini.
acerbitatem , dolumve non nouit: ſed in ſimplicitate atque innocentia ſeruit
Domino , in ſanctitate ac pace , gaudioque ſpiritali. Humilis, non inebriatur
vino, neque ventri indulget, præcepta Domini timens. Humilis, ſi verba incre-
patoria audierit , non obmurmurat , neque accepta etiam alapa, impatienter
fert : nam diſcipulus eius eſt, qui crucem pro nobis ſuſtinuit. Humilis, amorem
ſui ipſius deteſtatur , vnde neque primas tenere quærit, ſed ſe in hac vita , ve-
lut nauis conſcenſorem reputat. Humilis, delectatur audire ſermones ſpiri-
tales , ſuamque mentem à præceptis Altiſſimi non remouet : abnegauit †al. propter Dominum noſtrũ
enim ſeipſum , † propter ſpem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ve- Ieſum Chriſtũ
tè felices, atque beati tales, quoniam ad ipſos dicit Dominus : Non amplius in veritate Beatitales. &c.

vos vocabo ſeruos; ſed amicos, & fratres. Ipſi gloria, in ſeculorum ſecula. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

ATtendendum, atque cauendum docet à conſilio, & conuerſatione hominum deprauatorum ac mente corruptorum: cuiuſmodi eſſe ſolent, qui virtute exciderunt, & laxiori ac diſſolutiori ſe vitæ dediderunt, quorum hîc improbos mores, dolos, laqueos, conſuetudinesq́; periculoſas deſcribit, vt quiuis ab illo hominum genere ſibi cauere diſcat: contra autem, ſemitis vitæ rectis, veſtigijsq́; ſanctorum virorum inſiſtat, & vitam cum virtute iunctam ducat, Deiq́; timorem ſemper ante oculos conſtitutum retineat. ſerio hortatur & mouet.

An ignoras rem iſtam, eſſe labi atque reſurgere, &c.] *In Græco Codice eſt:* πιπτέγειραι ἐςὶν, *pro quo fortè* πιπτέγειρ ἐςίν. *in alio autem MS. Vatic. eſt,* πιπτέγειρε. *q.d. cadis, vel cecidiſti? reſurge. eratq́; fortè vox iſta ad conſolationem peccantium vſitata, & ſic ex Syro etiam Græcè ob maiorem breuitatẽ, & acrimoniam reddita. Hanc autem illius eſſe ſententiam, quam hîc reddidimus, ex antecedentibus & poſtſequentibus haud obſure quiuis colligere poterit.*

Quin & Parœmiaſtes, illicitos actus redarguens, ait: [Talis eſt & via mulieris adulteræ, quæ cùm peregerit opus, lota, ait ſe nihil feciſſe abſurdum.] *Ita hoc loco apud S. Ephræm, & in editione LXX. Græc. pro quo Aq. Symm. & Theod & cæteri,* ὡς φαγοῦσης, ϰαὶ ἀπονιψαμμένης. *id eſt,* quaſi comedens & abluens, &c.] *Sicq́; ferè in vulg. Lat. vbi ſic eſt:* [Talis eſt & via mulieris adulteræ, quę comedit, & tergens os ſuum, dicit: Non ſum operata malum.] *Vbi locus eſt Prouerbiorum 30. at in Græc. Rom. editione iuxta LXX. iſta ſunt cap. 24. vbi continentur, quæ in vulg. Lat. cap. 30. ponuntur. cuius ideo lectorem hîc opportunè admonendum cenſuimus, ne illud 30. caput ab edit. Græc. LXX. abeſſe exiſtimet.*

Sic & qui peccatorum conſuetudine ducti, turpiſſima agentes, parui pendunt, quaſi nihil egiſſent mali, &c. *De iſtis, vide quæ latè & fusè in primo Tomo huius noſtri Auctoris reperiuntur adducta, præſertim in tract.* [De ijs qui animas ad impudicitiam pelliciunt, cùm dicant nihil mali eſſe.] *per tot. necnon in ſequent.* [De abſtinendo à cupiditatibus carnalibus, &c.] *ac poſtea:* [De abſtinendo ab omni conſuetudine pernicioſa, &c.] *per tot. & in noſtris ibidem Scholijs, vbi plures in eandem rem auctoritates tam Scripturæ, quam aliorum SS. Patrum à nobis allegatæ & productæ ſunt, quibus non parum tota hæc Parænesis, eiuſque omnia contenta explanantur & illuſtrantur.*

Eſto igitur prudens ſicut ſerpens, & ſimplex ſicut columba, &c.] *Hinc tertia in vno Græco MS. Vat. inchoatur Parænesis. ſed in alijs manuſcriptis, rectius iſta pars cum præcedenti continuatur, vt ſit vna, & eadem Parænesis. alias enim quinque forent hîc Paræneſes diſtinctæ, quas nulli alij Codices Græ ponunt. ſed omnes conformiter quatuor duntaxat enumerant, etiam ille, vbi hîc Tertia inchoatur: vt non immeritò eandem diſtinctionem atque ordinem etiam nos ſecuti hîc ſumus.*

EIVSDEM

ADHORTATIO † TERTIA.

†al. Parænesis quarta.

Contra turpes cogitationes.

DE quibus autem animi cogitationibus mihi locutus es, non me latet: nam & ego ipſe ab ijſdem paſſionibus moleſtor, neque occulto meam infirmitatem. Quocirca oportet nos aſſiduè orare, vt nos liberet Dominus à dæmonum inſidijs. Neque enim nos in quiete, ac ſolitudine tantùm exagitant: ſed & in domo Domini, conuenientibus nobis vehementer inſultant; maſculorumq́; corpora turpiter, atque impudicè nos conſpicari efficiunt, & ad ipſam impuram vſque actionem, nos falſa imaginatione illudit Draco: & quaſdam cogitationum ſordes, atque quiſquilias occultè ſubſeminat, ad conturbandum fratrem, ne pura mente immaculatis Saluatoris noſtri Dei attendat myſterjs. Attamen per oculorum cuſtodiam, mentiſque attentionem, iſta ſuperabit continens, Diuina cooperante gratia. Decet ergo nos omni cuſtodia cuſtodire cor noſtrum, ac ſenſus: quoniam magno bello expoſiti ſumus in hac vita, inimicuſque furit: ſed non propterea detrectandum eſt certamen. Verum corporaliter vincamus eius phantaſmata

Euchariſtia ſignificatur, & ſacrificium Miſſæ.

Paræmialis formula.

A taſmata; & illum deſrumpi† ſinas. Nouit enim Dominus, quanta vexator noſter cauteria noſtris cordibus per cogitationes admoueat. Non enim vt homo videt Dominus: nam homo videt in† faciem, Deus autem intuetur cor. Cæterùm pugnantium eſt, cæſtum pugnamque non admittere: qui autem paſſionibus acquieſcit, quomodo aduerſus illas decertabit? præſertim cum iam ſe ſeruum† vendiderit voluptatibus, omnique cum beneuolentia tyranno vectigalia pendat. Vbi enim inimicitiæ, ibi bella, & vbi bella, ibi certamen; & vbi certamen, ibi coronæ. Porrò ſi quis ab acerba liberari velit ſeruitute, bellum cum Diabolo committat oportet. In quo quidem bello victores effecti ſancti, cæleſtibus digni ſunt habiti bonis. Sed nos interpellans, fortè quis dixerit: Si igitur vbi aduerſus paſſiones B ſunt inimicitiæ, ibi & pugnæ fieri ſint ſolitæ, quomodo libidinoſos vehementer ab inutilibus paſſionibus impugnari cernimus, cùm tamen non permittatur ijs reſipiſcere? Non arbitror ego, chariſſime, bellum hoc ſecundùm virtutem fieri, & ad reſiſtendum tyranno, ſed ad paſſionem ſeruitutis voluptatum, atque libidinis: vnde neque voluntate ab inimico ſeparantur: nam qui bellum gerunt, nulla ſunt inter ſe concordia vel fœdere coniuncti, ſicut ad Saul dicit alienigena: Date mihi virum, & deſcendamus in ſingulare certamen, & ſi quiuerit pugnare mecum, & percuſſerit me, erimus vobis ſerui: ſi autem ego præualuero, & percuſſero eum, vos ſerui eritis, & ſeruietis nobis. Cùm igitur hi, ſeipſi manciparint volũtati, ac voluptati inimici, quomodo belligerare inter ſe dici poterunt? Quòd ſi impugnantur, non tamquam de virtute † ſoliciti, ſed inopia & merito eius qui commercium conciliauit iniquitatis: vnde & ſeipſos præcipitant, qui in eiuſmodi ſtudium omne collocant, talibuſque acquieſcentes, etiam dona conferunt, ac C ſtipendia perſoluunt, vt voluntatem decipientis ipſos, perficiant. Quamobrem nulla etiam in ijs, vbi malũ, & ſcelus perpetrarũt, eſt vis diſcernendi, aut continẽtia, aut à malo abſtinentia. At Sanctorum bella atque certamina, non ſic ſe habent: nam dum oppugnantur reſiſtunt, incontinentiæque flamma dum incenduntur, continentiæ remedium adhibent, ac dum vexantur ſuſtinent, ipſamque materiam præſentem auerſantur, propter timorem Domini. Illi verò oppugnantur, non quaſi contraria tyranno ſapiant, ſed vt conſueta vectigalia reddant, prauarumque voluptatum ac concupiſcentiarum viliſſimas functiones ne recuſent. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. At ex certatoribus, ſi quis etiam ſupplantatus fuerit, citiùs reſurgit, nam qui à Barbaris detinentur, & tyrannicæ ſubiecti ſunt poteſtati, non omnes eorum gaudent ſeruitute, à quibus D ſunt capti: ſed ij, qui direptionibus & cædibus delectantur, hi ſoli læti ac hilares permanent, abſque vinculis atque carceribus, cùm paſſione teneantur, quare & pro Barbaris pugnant, ac exploratores aduerſus contribules conſtituuntur: morum enim improbitate cum Barbaris copulantur. Qui verò ſuper populatione ac deſolatione conſãguineorũ anguntur, perditionemque animæ ſuæ lugent, hi fugere conantur, ægreferentes impium illud viuendi genus, occaſionemque obſeruant recuperandi libertatem illam, qua olim fruebantur, & nulla cum aduerſarijs beneuolentia conſpirant. quare ex illorum manibus erepti, aduerſarij impiorum in reſiſtendo erunt, pietatis ſocij facti. Tempus igitur pœnitentiæ inſtat; quare qui ab illa iniuria, acerbaque ſeruitute volunt liberari, reſiſtere eos oportet † voluntatibus tyranni, & oppugnare ipſum, propter charitatem Creatoris. E Tunc enim periculum præclari capient certaminis, virtutis ſudores diſtillantes, quando non labijs dumtaxat; ſed & cordis affectu ad eum dicent: Notum ſit tibi Diabole, nos voci tuæ aurem non præbituros, nec voluptatibus tuis amplius ſeruituros. Oportet autem in certamine, ſupplices ad Deum voces deſtinare, cùm ijs qui dicunt: quoniam non† eſt confuſio confidentibus in te. Et nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te in toto corde & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos: ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinem tuam, & ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ. Et erue nos ſecundùm† mirabilia tua, & da gloriam nomini tuo Domine: & confundantur omnes, qui oſtendunt ſeruis tuis mala; confundantur† ab omnipotentia: & robur eorum conteratur. & ſciant, quia tu es Dominus Deus ſolus, & glorioſus ſuper vniuerſum orbem terrarum. Et licet vehementer inſaniens Tyrannus, ſeptuplo fornacem voluptatum ſuccenderit; tamen

†al. ſinamus.

1.Reg. 16.

†al. quæ parẽt; vt in vulg.

†al. reddiderit.

Gradatio perelegans.

Bellum contrà diabolum ſuſcipiendum.

Occupatio.

Bellum libidinoſorum cuiuſmodi.

Belli conditio.

1.Reg 17.

†al. curarent, atque certarent.

Sanctorum bella longè diuerſa.

2.Pet.2.

Captiuorum à Barbaris, non eadem ratio.

†al. conatibus.

Diabolo vt reſiſtendum toto cordis affectu.

†al. non erit.

Dan 3.

†al. in mirabilibus tuis, & ſic vulg.

†al. in omnipotentia.

Daniel 3.

Caſtitatis cum humilitate, laudatio.

Hoſtis voluntati non parendū.

Hoſtis variæ præſtigię atque impoſturæ.

Cŏparatio accommoda, & bene notanda.

†al. & hamo captus.

Dum tempus habemus, operandum eſt bene.

Reſiſtendum prauæ concupiſcentiæ.

Magnum naufragium peccatum.

Obiectiones, & vani ignauorū prætextus refelluntur.

Pſalm. 36.

Ibidem.

confidant, qui ſpem poſuerunt in Domino, quòd paullò poſt fornax in ventum roris flantem mutabitur: & quem antea timuerunt tyrannum, ipſe deinceps eorū vmbram contremiſcet, propter auxilium quod ijs ſuperuenit ab alto. Beati igitur qui ſanctificationem cuſtodiunt in humilitate, atque miſericordia: quoniam profunda perfruentur pace membra ipſorum, dum eorum animus in Spiritu ſancto lætabitur. Nemo autem ſe quietem conſecuturum confidat, ſi obſequentem ſe hoſtis voluntati præbuerit: quia ipſe tyrannus ijs tamquam mancipijs abutitur, ad quodcunque opus impium eos pertrahens: aliorum quidem corpora Sodomiticis actionibus corrumpens, atque commaculans; vt cùm fœminæ congreſſu abſtineant, perſuadeat ſibi de virginitate blandiri; cùm tamen toto ſint corpore cōmaculati. atque in his, tamquam peccato liberi, efficit vt glorientur, inimicus; dum amara eos vua, & racemis acerbiſſimis explet, atque infercit. Acerbium enim eſt bellum, atque difficile: & quot modis efficit peſſimus vexator, vt nos homines ad iracundiam Dominum prouocemus? Beati qui non inciderint in retia eius, vel certè ſi inciderunt, diſruperunt eius laqueos, & exiluerunt ab illo profugientes, vt piſcis è ſagena ſaluatus: Nam piſcis in aquis conſtitutus, ſi captus perruperit rete, ſeque in fundū impulerit, ſaluatur: at cùm extractus in terram fuerit, ſibi amplius opem ferre non poteſt. Sic & nos donec in hoc ſeculo verſamur, poteſtatem à Deo habemus, diſrumpendi à nobis vincula earum rerum, quas cupit inimicus; abijciendique graue onus peccatorum per pœnitentiam, ac ſaluandi nos in regnū cælorum. At ſi tremendum illud præoccupauerit edictum, & anima è corpore egreſſa fuerit, corpuſque in ſepulchrum illatum; non amplius nos ipſos iuuare poterimus, quemadmodum neque piſcis ab aquis extractus, & † in vaſculo concluſus ſibi amplius opem ferre poteſt. Demus ergo operam chariſſimi, vt laqueos inimici, bonis euitemus operibus, antequam veniat & illuceſcat dies illa magna, in qua reuelabuntur quæcumque in occulto, ac tenebris egimus. Ne igitur expectemus, donec mors aduenerit: vt non confundamur in reſurrectione mortuorum, quando amicti conſpicientur Sancti ſtolis candidis, quas ſibi per bona pararunt opera. Si nos ipſos tunc conſpexerimus, non ſolùm reſplendente nudatos gloria: verùm etiam denigratos, ac fœtore plenos: qualis putas nos occupabit confuſio? Deſpiciendum nobis prauæ concupiſcentiæ opus, & pro re nihil ducendum. Vincamus exiguum iſtud pietatis amore; & ne in minimo cernamur reprobi. Magnum naufragium, peccati opus: & quiſquam erit, qui tantam iacturam pro nihilo putet? Enitamur igitur, ne tali tantoque periculo ſuccumbamus: nos enim propria negligentia à paſſionibus opprimimur, ſine labore, atque moleſtia vlla viuere volentes, & importunas cauſſas in nobis ipſis effingentes. dum hic quidem ait: Ab infantia, in monaſterio commoratus ſum, & ideo acrius mihi paſſiones inhærent. ſed audiat talis, quòd multi Sanctorum à iuuenili ætate bonum certamen decertantes, voluptates proculcârunt. Alius autem rurſus: In mundo, inquit, educatus ſum, multorumque malarum periculum feci, vnde & conſuetudo compellit me ad appetitus. Audiat quoque iſte, multos Sanctorum, qui antea improbis improbiorem vitam duxerant; demum viuendi mutantes modum, optimos exſtitiſſe, ac Deo caros, & acceptos. Paruerunt enim ex animo dicenti: Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem: quoniam tamquam fœnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum citò decident. Malignus ille nos ſuis præſtigijs ad noxia quæque impellens, faſcinat, ad diuini nos timoris adducere ſtudens contemptum: Cæterùm nos acrioribus cogitationibus atque conſilijs venenum ipſius repellamus; gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti nobis cooperante: Cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

DE quibus animi cogitationibus mihi locutus es, &c.] *Fratrem quemdam varijs animi perturbationibus, immundiſq; cogitationibus exagitatum conſolatur, ac ſeipſum etiam ſimi-*

A *libus obnoxium confitetur, propriamq; infirmitatem agnoſcit, vt alienam facilius curet. & tantum quidem prauarum atque impudicarum cogitationum ſæpe accidere dicit inſultum: vt non in quiete ſolum ac ſolitudine, ſed etiam in domo Domini, fratres ad Diuina conuenientes infeſtent, atque exagitent. Quibus vt opportunè reſiſtendum ſit, hic docet, remediaq; aduerſus eas efficacia proponit, ac ſalutaria in eam rem multa adducit. De quibus plura apud eumdem videre licebit Tomo 1. in tract.* [De vera, atque perfecta renuntiatione, & quomodo anima Deum inueniet, &c.] *Item tract.* [De morbo linguæ, alijſque vitijs.] *non longè à fine, ibi:* [Cogitationes malas fugiamus: Cogitata enim non aliter ac facta cenſentur, &c.] *Ac in noſtris ibidem Scholijs, vbi plures in eamdem rem auctoritates produximus. alibiq; apud eumdem hunc noſtrum Auctorem, etiam hoc Tomo 2. locis plurimis. Et huc faciunt, quæ apud S. Bernardum Clareuall. tractata inueniuntur, non vno in loco, ac præſertim in Sermone,* [De triplici genere cogitationum noſtrarum.] B *cuius initium eſt:* [Admonet nos beatus Benedictus, ſolicitos eſſe circa cogitationes noſtras, &c.] *vbi quo pacto cogitationes malas viriliter repellere oporteat, oſtendit, & ſequent. Nec non in tract.* De interiori domo. *cap.36.* De delectatione carnis *37. vbi Patris ſpiritalis ad confitentem ponitur reſponſio, principio haud diſſimilis huic, & ſic ibi incipit:* [Confeſsio tua fili, ad lachrymas me commouit, tum propter me, tum propter te. Propter me fleo, quoniam quæcumque de te dixiſti, eadem ferè, aut ſimilia reperio in me, &c.] *Ac poſtea ſalutaria proponuntur remedia, ad improbas illas cogitationes vitandas, faciliuſq; repellendas, cap.38. quod incipit:* [Quotiens te ſentis turpibus cogitationibus pulſari, & ad illicitam delectationem affici, &c.] *ac cap.39. cuius eſt initium:* [Si vis omnes malas cogitationes à corde tuo expellere, hæc ſæpe cogita, &c.] *Item cap. 57. quod incipit:* [Qui carnis ſuæ deſiderijs non reſiſtit, &c.] *Vbi qua ratione cogitationibus & affectionibus malis ſit reſiſtendum, efficaciter oſtendit, vt alibi etiam ſæpe.*

Sequitur apud Ephræm: [Et quaſdam cogitationum ſordes, atque quiſquilias occultè C ſubſeminat Draco, ad conturbandum fratrem, ne pura mente immaculatis Saluatoris noſtri Dei attendat myſterijs, &c.] *Aduerſus horum temporum hæreticos ſeruit hic locus, quo ita apertè contra illos ſignificatur Sacramentum Euchariſtiæ, & Sacrificium Miſſæ, vt nihil apertius. Pro cuius veritate, etiam non parum faciunt, ſupra hoc eodem Tomo.2. ab eodem in Epiſtola ad Iohannem Monachum adducta, ibi:* [Potiſsimum autem participatione nos Sanctorum, & immaculatorum myſteriorum dignos exhibeamus, &c.] *noſtriſq; in illum ibi locum Scholijs. ac poſtea Parænesi 19. quæ eſt:* De cauenda impudentia, in diuina participatione atque communione.] *cuius initium eſt:* [Complectamur mente, ac conſideremus chariſſimi, &c.] *ac Tomo primo in tractatu,* De feſtis diebus, & de dignitate Diuinorum myſteriorum. *noſtriſque ibi Scholijs, vbi plura ſanctorum Patrum teſtimonia, pro eadem veritate citauimus, nec non in Sermone,* De Iudicio extremo, & de compunctione. *apud eumdem Ephræm. circa medium, ibi:* [Calix tremendi tui Sanguinis, lumine ac vita plenus, nobis ecce præſto eſt, D &c.] *ac poſtea:* [Qui enim anima indignè ad Diuina paticipanda myſteria acceſſerit, ſeipſum condemnat, non purificans ſe, &c.] *Nec non Tomo 3. in Tractatu ſeu Sermone,* De natura Dei minimè ſcrutanda. *vbi inter multa ſic habet:* [Eſto fidelis atque innocens, participa immaculato corpori Domini tui, fide pleniſsima. Ignis immortalis ſunt myſteria Chriſti; noli temerè ea perſcrutari, ne in ipſorum perſcrutatione comburaris, &c.] *Ac infra ſic:* [Ignem, & ſpiritum manducandum atque bibendum præſtitit nobis, corpus ſcilicet, & ſanguinem ſuum, &c.] *Quibus quid pro veritate corporis Domini in Euchariſtia, contra hæreticos afferri poſſet clarius? Reſpondeant ad iſta antiquiſſimi huius Patris noſtri Ephræm (qui ante mille, & trecentos penè annos in Eccleſia vixit ac ſcripſit) teſtimonia, ſi poſſunt aduerſarij; ſed non poterunt. quare confundantur, vel ad Eccleſiam reuertantur, ac ſanam fidem, relicta errorem ſuorum caligine, amplectantur, atque ſequantur.*

Sicut ad Saul dicit alienigena: Date mihi virum, & deſcendamus in ſingulare certamen, &c.] *Locus eſt 1. Reg. 17. vbi per* ἀλλόφυλον, *id eſt, alienigenam, intelligitur Philiſtæus.* E *Nam apud LXX. ſemper ita appellantur Philiſtæi. Dicti porrò ſunt Philiſtæi* ἀλλόφυλοι, *à Diuinatione, ſecundùm ſententiam Baſilij Magni. ſic de hiſce in Comment. ſuper caput 2. Eſaiæ ſcribentis, vbi habet:* [Adnotandum venit, Scripturam tradere vaticinandi ſiue diuinandi artem eſſe Philiſtæis, hoc eſt, Palæſtinis peculiare exercitium. Mos enim (*inquit*) Scripturæ eſt, hoſce & ſolos nominare ἀλλοφύλους, id eſt, exoticos externæ gentis, ſiue nationis, alienigenas, *& quæ ſequuntur ibidem. Sicq; idem Baſilius in Comment. ſuper 14. Eſaiæ ibi:* [Peculiari autem nomine, omnes alienigenæ, & externæ gentes dicuntur Philiſtæi, quos nominant Græci Palæſtinos.] *Hæc Baſilius ibi.*

Beati qui ſanctificationem cuſtodiunt in humilitate, &c.] *Hic Sanctificationem, pro continentia ac caſtitate, & puritate mentis ac corporis ſumi, ex ſequentibus clariſſimum eſt, vbi de vitijs carnalibus ex oppoſito agit, in quæ incauti à maligno ſæpe ſpiritu impelluntur ac pertrahũtur, quomodo etiã alibi apud eumdem frequentiſſime vſurpatur. Sicut & in primo oſtenſum eſt Tomo, præſertim in Antirrhetico de virginitate & Continentia, noſtriſq; ibi Scholijs, ac alibi. Pro cuius confirmatione, plura vide-*

re licebit apud SS. Ambroſium, & Auguſtinum, in 1. ad Theſſal. cap. 4. & S. Baſilium de Inſtitutione
Monach. cap. 78. ac alibi. Chryſoſt. in eamdem Pauli Epiſt. 1. Theſſ. 4. cap. 3. Homil. 4. alibiq; apud eum-
dem ſæpiſſimè. Nec non Caſſian. lib. 6. cap. 15. ac 16.

Paruerunt enim dicenti: Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris, &c.] *Locus eſt*
Pſalm. 36. vbi Græcus textus S. Ephræm, & LXX. ac vulg. Lat. concordant. licet alij quidam hic aliter,
atque aliter legant, interpretenturq;: Aquila, μὴ διαμάχου ἐν πονηρευομένοις, id eſt, Noli concertare in
malignantibus.] *Symmachus μὴ φιλονικῆς κακούργοις (al. ἐν κακούργοις)* Noli contendere cum ma-
lignis, *(vel,* in, *ſiue,* inter malignos) *quomodo etiam habet S. Hieronymus, & Ambroſius, apud quem*
initio explanationis legitur: [Noli malignari inter malignantes, neque æmulatus fueris &c.] *De*
quibus plura in Schol. edit. LXX. in iſtum Pſalmi locum. Vbi præterea, quando habetur: ὡσεὶ λάχανα
χλόης. ſicut olera herbarum,] *vt hic eſt apud Ephræm, & LXX. ac in vulg. alij aliam lectionem ha-*
bent: S. Auguſtinus: [ſicut olera prati cadent.] *At Symmachus χλωρὰ. & S. Hieronymus,* Olus vi-
ride, &c.] *Sed de iſtis hic ſatis.*

EIVSDEM

ADHORTATIO QVARTA.

DIXIT quidam Sanctorum : Meditare bona, vt ne mediteris ma-
la: ſiquidem mens non patitur otium. Demus igitur mentem
Mens, quibus occupanda.
noſtram meditationi Diuinorum eloquiorum, orationibus, co-
gitationibuſque bonis. Nam meditatio vana, opera vanitatis ſuſ-
citat; at bona meditatio, fructum bonum reddit. Reuoluamus &
hoc mente, quòd multi tyranni regiones, atque munitiones vari-
Eccl. 44.
as occupauerint, quorum fama exſtincta iam iacet, & perierunt, quaſi non fuiſ-
ſent. Quàm multi Reges, imperium multarum habentes gentium, imagines ſibi
erexerunt, atque columnas; arbitrantes per ſimilia ſe nomen poſt exitum ex hoc
Contra faſtum huius ſeculi.
ſeculo comparaturos: & ſuperuenerunt alij, qui illorum euerſis ſimulacris, pro-
† al. impreſſerunt.
prias imagines † ſubſtituerunt: verùm & illorum quoque opera ab alijs euerten-
tur. Alij porrò præclara ſibi exſtruxerunt ſepulchra, opinantes ſe his ſibi nomen
Viciſſitudo rerum.
æternum firmaturos, ſua in epitaphio inſignia, formamque deſcribentes. Succeſ-
ſit alia ætas, datus eſt alteri poteſtati dominatus, & ager. Hi porrò tumulum ex-
piare cùm vellent, oſſa eorum inſtar lapidum tranſtulerunt. Et quid ijs, adeò præ-
claræ, ac ſumptuoſæ ſepulturæ, pyramideſque profuerunt? Cuncta igitur vanita-
tis opera, in nihilum deſinunt. Qui verò in Deo ditari, & in ipſo celebrari ma-
lunt; non ſic: nam vitam ſibi æternam, gloriamque indiſſolubilem parant. Quem-
Comparatio aptiſſima, longeque pulcherrima.
admodum enim lumen Solis, ac Lunæ, chorique aſtrorum, adhoc vſque tempus,
non eſt obſcuratum, neque inueteratum, à creatione eorum hucuſque, & omnis
quidem carnis generatio ac ſanguinis, inſtar frumenti maturi, quod ſuo tempo-
re metitur, contrahitur: lumen autem Solis, ac Lunæ, atque ſtellarum eodem
modo nouum ac recens permanet, viget, & eniteſcit, iuxta determinationem
Creatoris, qua ijs definiuit, præeſſe diei ac nocti: Sic & diligentibus ipſum, con-
Gen 1. & Pſalm. 135.
ſtituit Regnum cælorum; gaudiumque ſine fine duraturum. Et ſicut in hoc verus,
ita & in illo veraciſſimus. atque iſta quidem præteribunt, quando voluerit Crea-
Matth. 24. Luc. 21.
tor: gloriæ autem ipſius non erit finis. Studeamus ergo fructus facere pœniten-
tiæ; ne à gaudio illo excluſi, emittamur in terram tenebroſam ac caliginoſam, &
Conſideratio bona ac ſalutaris.
in terram tenebrarum æternarum. Ingredere, ſi videtur in cubiculum tuum,
occlude oſtium cum feneſtris, oppila autem, & quæcunque pellucentia, & ſe-
A minore.
de intus, aſpicieſque quantum habeant dolorem tenebræ; vbi ſine labore, & tor-
mento verſaris, atqui arbitratu tuo potes cùm volueris aperire, atque exire. Qua-
lem igitur habere tibi dolorem videntur tenebræ illæ exteriores; vbi clamor ac
Matth. 8. 13. 22. 25. & Luc. 13.
fletus, & ſtridor dentium? Cōſidera intus caminos tui ipſius foci; & attolle oculos
Vitiū tenebræ, at virtus lumen.
verſus ortū Solis, ac cerne differētiam; tenebrarumq; opera fuge. Vitium tenebræ
ſunt, virtus verò lumē. Vitium dum inueſtigatur, ſuos denigrat operarios: at vir-
Alluſio ad Eſai. 1.
tus dum exercetur, ſuos cultores illuſtrat. Ne autem exiſtimes chariſſime, te ſo-
lùm præ cunctis hominibus affligi: Nam omne caput in labore, & omne cor in
mœro-

A mœrore. Et quemadmodum fieri nequit, vt aliquis ſuper terram effugiat hũc aërem:
ita impoſſibile eſt homini, quamdiu in hoc ſeculo eſt tribulationibus, atque
moleſtijs non tentari. Et qui terrenis rebus diſtrahuntur, per huiuſmodi quoque
affligentur: qui verò ſpiritalia conſectantes, in ſpiritalibus laborant; hi beati erunt:
fructus enim ipſorum multus in Domino. Patientia perfecta tibi ſit chariſſime.
in quo vocatus es opere, firma anchoras, ac funes, nè in pelagus paulatim
nauis tua impellatur: & tunc docebit te experientia, quali pace in portu conſtitutus
fruereris. Mundus aſſimilatur pelago: portus verò eſt vita religioſa. Noli eſſe
amator euagationis, ſed potius patientię. Ex aliorum ſcandalis, dùm peregrinantur,
lucrum cape. Atque vt hocquoque dicam; quando vniuerſum obierimus
B mundum, nonne tandem nos cella manebit, ſi ſalutem adſequi voluerimus? Si
porrò in cœnobio conſtituti, non toleramus; & dum ſoli ſumus, nõ quieſcimus:
vbi igitur noſtrum diuerſorium erit? Simileque hoc eſt illi, qui dicit ſe neque ſolis
ſufferre poſſe calorem, neque etiam vmbram; & vbi tandem conſiſtemus? Vereor
equidem, ne caminus ille nos excipiat. Quare caueamus eſſe negligentes,
laboris tædium conſectantes. Si vincti Suluatoris noſtri Dei ſimus; ne vincula
tribulationum erubeſcamus: ſed cum gaudio illa ſuſtineamus, aduentum eius è
cælo expectantes, vt nos choro adſcribat Sanctorum: qui enim paſſionum ipſius
ſocij extiterint, etiam conſolationis erunt. Si quis porrò opus laboris moleſtius
ferat: quot ſunt ſecundùm mundum, manibus ac pedibus laborantes, homines
diuites, multiſque ſtipati, qui nec noctu, neque interdiu quieſcunt, neceſſitate laborum
oppreſſi, & velut catena quadam, ac vinculo conſtricti. Poſſideamus igitur
C laborem voluntarium, & patientiã veram, atque ſpontaneam, propter timorem
Dei: & non negligamus tolerantiam, humilitatem, continentiam, obſequium,
atque indulgentiam; indulgentiam autem dico, non vt in malitia proximo
conſentias, verùm in rebus ſpiritalibus fratri coopereris, ad compunctionem excitandam
ac lachrymas. Et ſi non appareat lachryma, contritus tamen corde perſeueret:
nam & in lachrymis differentia reperitur. Beatus autem, qui Dominum
proprio cordis ſpeculo contemplatur, explicans linguam ſuam cum clamore, ac
gemitu, coram bonitate ipſius: quoniam exaudietur deprecatio eius. In medium
tibi affero aliud depoſitum in Domino, tanquam homini Dei, & ſaluari cupienti:
A refectione ſurgens, noli vagari per cellas, ſed in tua cella quieſce: multos enim
diabolus per vinum decepit. Quare poſt refectionem in alia cella verſari, ſignum
eſt audaciæ, & peruerſitatis. Nam ex confeſſionibus eiuſmodi, animarum ruinæ
proueniunt, & potiſſimum ceſſante Præfecti baculo: nam qui Diuino nolunt timore
D ſuam refrænare mentem, humano terrore indigent; vt ſaltem per hunc ab
inutilibus abſtineant, quemadmodum ſeruus temperatè modeſteque ſe gerit, ob
ſeueritatem Domini. Attende igitur tibi ipſi, & negligere noli: nam ſi in vino
*temperantiam ac ſapiẽtiã quæris; nec tibi, nec alijs proderis. Si enim vniuerſam
ſacram edidiciſti Scripturam: vide ne fortè animo efferaris. Omnis quippe ſcriptura,
cùm diuinitus ſit inſpirata, animi humilitatem modeſtiamque edocet: qui
autem contraria ijs quæ didicit, ſentit aut agit, præuaricatorem ſeſe eo ipſo conſtituit.
Si ſpiritus ſuperbiæ, aut ambitionis, diuitiarumve te conturbet, ne abripiaris;
quin potius ſtrenuè maligni, ac fraudulenti ſpiritus impugnationi, ex aduerſo
reſiſte. Conſidera vetera ædificia, inueteratasque imagines, ac ærugine conſumptas
columnas: tecumque cogita atque aſpice, vbi iam ſint prædictorum poſſeſſores,
atque artifices; & ſtude placere Domino, vt Regno cælorum reddaris
E dignus: Quia omnis caro vt fœnum: & omnis gloria hominis, tamquam flos
fœni. Quid maius, honorificentiusve regno? cuius appetitores, & propter varios
in eo gloriæ caſus atque infortunia, illud ſpreuerunt, & ſibijpſis inſidias pararunt,
mortem vitæ præferentes: quoniam Deum non exquiſierunt, neque ſperauerunt
in ſalutare ipſius. Qui autem cæleſti regno reperiuntur digni, nullo iſtorum
tentabuntur; in pace, atq; exultatione in cælis cum Angelis choros agentes,
& citra dolorem, luctumque ac gemitum ibi degentis, cum gaudio, atque lætitia
collaudantes, ac ſuperexaltantes, magnificanteſque Regem cælorum, &
Dominum vniuerſæ terræ. Cui conuenit laus, gloria, & magnificentia, in ſecula
ſeculorum, Amen.

Vita humana tribulationibus obnoxia.

Prouerbia accommoda.

Mundus pelago Portus religioni ſimilis.

Græciſmus obſcurior.

Similia.

Matth.13.

2.Cor.1.
Contra deſidioſos, ac pigros.

Notanda.

Virtutibus ſtudendum.

Proximo vt indulgendum.

Per cellas non oberrandum.

Præfecti baculus, vt neceſſarius.

*al. ſapiens & prudens tibi videaris.

2.Tim.3.

Cõtra Superbiæ & ambitionis ſpiritum.

Conſideratio ſalubertima:

Eſa.40. & 1 Pet.1.

Iuſtorum exultatio, & conſolatio.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

DOcet hic Auctor mentem noſtram meditationibus Diuinorum eloquiorum, orationibus, cogitationibusq; bonis aſſiduè occupandam eſſe; faſtum huius ſeculi ſpernendum, & dominandi deſiderium amputandum: cumque in hoc mundo nihil ſit firmum ac ſtabile, ſed omnia fluxa ac tranſitoria, mutationibusque continuis obnoxia, in Deo potius diuitias ſemper permanſuras quærendas, vitamque æternam, & gloriam indiſſolubilem parandā ſuadet. Poſtea conſiderationes pulcherrimas ponit, & quid tenebræ ac tribulationes hic modico tempore durantes, ab æternis illis differant: & cur Vitia dicantur tenebræ, virtus autem lumen, oſtendit. Deinde quam valde vita humana tribulationibus ſit obnoxia, & mundus cur pelago, portus autem religioni ſit ſimilis, exponit. Prouerbia cum ſimilitudinibus, ac comparationibus adhibet, & inſtituto ſuo accommodat. Contra negligentes, atque deſidioſos agit. Virtutum ſtudium commendat. Proximo vt indulgendum: & per Cellas religioſo, ac monacho non oberrandum. Prefectiq; baculus, vt pro bono neceſſarius ſit regimine, commonſtrat. Et ne quis ſuperbiæ, aut ambitionis auaritiæque ſpiritu ſe abripi ſinat, hortatur. Conſiderationesque plures pulcherrimas ponit, ad quas Lectorem remitto.

Quam multi Reges, atque potentes ſibi imagines erexerunt, atque columnas, &c.] *Simili pluribus in locis alibi ab Auctore adducuntur, ad amputandum faſtum & ambitionem humanā oſtendendumque in hoc mundo nihil firmum eſſe ac ſtabile; ſed caduca omnia, continuisq; viciſſitudinibus obnoxia. Vide orationem eius de Morte, Tomo primo: ac alteram Sancti Baſilij Magni Orationem etiā de Morte, ibidem immediate adiunctam, vbi vitæ humanæ fugacitas, & inſtabilitas, atque incertitudo abunde depingitur. De qua, idem Baſilius in Hexam. diuini Opific. Homil. 11. de Paradiſo. Et Homil. in Pſalm. 33. Item homil. in principium Prouerbiorum, &c. Et huc ſpectant quæ ſparſim in Beatitudinibus 2. adducit Ephræm, quarum initium eſt:* [Beatus qui hanc vitam odit, ac deſerit, & in ſolo Deo omnis meditatio vitæ ſuæ eſt, &c.] *Tomo primo. nec non ſupra in Cantico eiuſdem ſpiritali, ad Virtutem Chriſtianam, ex Chaldæo Latinè reddito, & in formam aliquā Rhythmicam vtcumq; per nos redacto, ibi:* [Reuolue animo multos, qui ante te vixerunt, Reges ſublimes, nobiles, atque potentes, &c.] *Varijsque in locis ſparſim, & incidenter alibi.*

Vitium tenebræ ſunt, Virtus verò lumen, &c.] *Peccata dici tenebras, teſtantur Sanctus Hieronymus, in Iob. 3. in illud:* [Obſcurent eum tenebræ, &c.] *Item in Iob. 22. ſuper iſtud:* [Et putabat ſe tenebras viſurum.] *Sanctus Auguſtinus in Pſalm. 18. in id:* [Ab occultis meis munda me. *Et in Pſalm. 87. in illud:* Poſuerunt me in lacu, &c.] *Sanctus Gregorius libro 15. Moralium, cap. 12. libro 29. cap. 8. & 9. & antè hos Origenes in Epiſt. ad Roman. 13. Suffragaturq; S. Chryſoſtomus, qui in caput Ioannis primum, homil. 4. poſt medium ſic habet:* [Peccatum, tenebræ, & vorago quædam profunda: quod vel inde planiſſimè conſtat, quòd clam & ſine arbitris peccata committantur. Quicumque enim in facinora, ſceleraque prolabitur, odio habet lucem, neque luci ſe credit: & quæ occultè, & in aſcondito fiunt, etiam dictu ſunt turpia. Sicut enim in tenebris neque amicus, neque inimicus agnoſcitur, ſed omnia penitus ignorantur: itidem in peccato vſu venit, &c.] *Exemplisq; hæc ipſe ibidem illuſtrat, atque confirmat. Quibus addo,* Tenebras mundi *ſecundùm eundem Chryſoſtomum in cap. Matthæi ſextum, homil, 14.)* etiam dici homines iniquos, ſicut & Sancti lux mundi appellantur, &c.] *De quibus ait Apoſtolus:* [Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.] *Quia ſicut per Sanctos, Deus in hoc mundo oſtenditur: ita per iniquos homines obſcuratur, &c. In illo Chryſoſtomus, apud quem plura alibi ſparſim in eandem ſententiam reperire licebit, ſicut etiam apud Auctorem noſtrum Ephræm ſæpius.*

Firma anchoras, ac funes; ne in pelagus tua nauis impellatur: Mundus aſſimilatur pelago, portus verò eſt vita religioſa.] *Allegorica, ac prouerbiali iſta locutione comparat mundum pelago, & monaſticam, ac religioſam vitam portui maris. Docetq; non conuenire Religioſis in pelago mundi huius verſari foriſq; licenter euagari, atque diſcurrere: ſed in portu religionis oportere vitæ, atque profeſſionis anchoram firmare, ibiq; cum patientia, & pace perſiſtere. ac propterea hic ſubdit:* [Noli eſſe amator euagationis, ſed potius patientiæ, &c.] *paucisq; interiectis poſtea:* [Si porrò in cœnobio non toleramus, & dum ſoli ſumus, non quieſcimus; vbi noſtrum tandem diuerſorium erit, &c.] *illudq; multis capitibus, varijsq; adhortationibus hoc eodem ſecundo Tomo contentis tradit, inculcat, repetitq; Auctor, ſicut ſuis poſtea locis plenius videre licebit.*

Beatus qui Dominum proprio cordis ſpeculo contemplatur, explicans linguam ſuam cum clamore, ac gemitu, &c.] *Vbi pro* (τὴν γλῶσσαν ἀυτοῦ, *id eſt, linguam ſuam) in alio Græco MS. eſt,* ϗ ἐκχέων τὴν δόξαν ἀυτοῦ, μετὰ κλαυθμοῦ, *id eſt,* [& gloriam ipſius effundit, ſeu explicat cū clamore, ac gemitu, &c.] *Quæ lectio etſi ſtare, & explicari aliquo modo poſſet: altera tamen ſecurior ipſi.*

A *ptiorq́; propoſito hîc eſſe videtur, vt non* [τὴν δόξαν, *id eſt, gloriam, ſed* τὴν γλῶσσαν ἀυτοῦ ἐκχέων, *id eſt,* linguam ſuam explicat, ſiue effundit, &c.] *legendum ſit: alioquin enim per abſurda, aut nulla ſaltem hoc loco videretur eſſe ſententia.*

A refectione ſurgens, noli vagari per cellas, ſed in tua conquieſce cella, &c.] *Aliud hîc profert depoſitum Auctor, quod eſt de non vagando ac diſcurrendo per fratrum cellas, quod audaciæ, & peruerſitatis ſignum exiſtit. De quo in ſequentibus aliquot poſtea Parænesibus, fuſius ac plenius, eodem hoc Tomo 2. Et S.Baſilius Magnus de eodem, in præceptis ac regulis generalibus vitæ religioſorum, varijsq́; alijs in locis ſuorum operum ſparſim ſæpius. necnon Chryſoſt. in tractatu de Monachis, ac vita monaſtica. ac Caſſianus, collat.6. cap.15. vbi Cellæ, ac ſolitudinis ponit commoda, eorumq́;, qui ab ijs recedunt detrimenta. S.Bernard in Epiſt. ſiue tractatu,* De vita ſolitaria, *ad Fratres de monte Dei, alijsq́ue in locis plurimis.*

Nam ex conceſſionibus eiuſmodi, animarum ruinæ proueniunt, & potiſſimum ceſſante Præ-

B fecti baculo, &c.] *Notat licentioſam vitam quorundam monachorum, impunè ſatis peccantium, legesq́; ſuas monaſticas tranſgredientium, taxatq́; laxitatem ac conniuentiam nonnullorum Præfectorum, quiduis in ſibi ſubditis permittentium, ac vitia minimè corrigentium: ac proinde hîc dicit ex eiuſmodi indulgentijs atque permiſſionibus, prouenire ruinas animarum, ceſſante præſertim Præfecti baculo, id eſt, diſciplina, atque correctione Superioris, cuius officio incumbit, inferiores ſibiq́; commiſſos in officio continere, & vitia eorum reprimere. De quo, inter alios vide Baſilium in regulis fuſ. diſp. in reſponſione ad Interrogat. 25.* [Quàm terribile Antiſtiti iudicium immineat, ſi fratres delinquẽtes non arguat.] *Reſponſio lectu digna eſt, & ideo Lectorem ad eam remitto.*

Nam ſi in vino temperantiam, ac ſapientiam quæris, nec tibi, nec alijs proderis, &c.] *Alia lectio quæ explicatiua videtur huius, ſic habet:* [Nam ſi in vino ſapiens ac prudẽs tibi videaris, &c.] *Agit autem contra temulentos, ſibiq́; in potu, ac crapula placentes, ac de vano ſapientiæ nomine interim gloriantes, atque ſuperbientes, quos hîc notat, coarguitq́;. Aut certè prior lectio allegoricè ac prouerbialiter intelligenda, &* ἀντιφραστικῶς, *de his qui temperantiam, ac ſapientiam in vino ſectantur, cùm ta-*

C *men in eo minimè temperantes ſint, ac ſapientes, ſecundùm etiam illud:* [Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem, &c.]

Si vniuerſam ſacram edidiciſti ſcripturam, vide ne fortè animo efferaris, &c.] *Locus hîc ad reprimendum elationis ac ſuperbiæ ſpiritum pertinet, atque conducit. Nam cùm ea, quæ ad animi humilitatem modeſtiamq́; pertinent, à Scriptura, inquit, edoceamur, conſtat ſanè eos, qui contraria his quæ didicerunt, ſentiunt, vel agunt, præuaricatores ſeſe eo ipſo demõſtrare. quare aduerſus ſpiritum Superbiæ & ambitionis nos munit, & vt ſtrenuè maligni ac fraudulenti ſpiritus impugnationi ex aduerſo reſiſtamus nec vllis ipſius fallacibus ſuggeſtionibus abripi nos vnquam ſinamus, ſeriò hîc hortatur, & monet. Plura in eandem ſententiam, in alijs ſequentibus Parænesibus, hoc Tomo ſecundo ſparſim, ſicut & Tomo primo, non vno in loco, adducta inuenias.*

D

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, DE VIRTVTE,

CAPITA DECEM.

Gerardo Voſsio Interprete & Scholiaſte.

E

PROLOGVS.

NECESSARIVM duxi chariſſime, & alia quædam cum his congruentia, in hoc * commentario addere, vt legens, depreceris pro me peccatore, atque operibus confuſo, Dominum: vt mihi peccata remittat, faciamq́ue fructum ei gratum, antequam edictum veniat tremendum de anima mea è corpore tollenda; quando omnis humanus apparatus, & ornatus euaneſcet. Væ tunc ei, qui Deum offenderit, neque reſipuerit; Requiret enim tempus in negligentia deperditum, & non inueniet. Ploremus igitur corã Domino Deo noſtro, vt miſerationes ab ipſo obtine-

* Græc. ἐν τῷ λ. τῷ ὑπομνηστικῷ. de quo ſupra in Hypomnist. ac Schol. pag. 275. 278.

obtineamus. Donec tempus habemus, temperemus nobis, & placare ſtudeamus Deum. A Non eſt nobis certamen de pecunijs, quarū iacturam licet quis fecerit, alias pro illis rurſus comparare ſibi poterit. De anima nobis periculum; quam ſi perdiderimus, nō amplius recuperare poterimus, iuxta quod ſcriptum eſt: Quid proderit homini, ſi mundum vniuerſū lucretur; animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? aut quā dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria & maieſtate ſua: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. Si ergo detur retributio, nullaq́ue opera noſtra latere poſſunt Deum: quare non operamur bonum, vt bonum nobis retribuatur; abſtinemusq́ue à malo, B ne mala nos * inuadant? ſicut ſcriptum eſt: Recede ab iniquo; & non timebis, & tremor non appropinquabit tibi. Erubeſco dicere, & tacere nequeo, ob meam, meiq́ue ſimilium ignauorum negligentiam; quòd milites huius ſeculi, miſera à Rege dona accipientes, promptè alacriterq́ue ad mortem vſque pro ipſo periculis ſe ſubijciunt: quanto magis nos, quibus tales factę ſunt promiſſiones, debemus non * ceſſare ab operibus iuſtitię, vt à ventura ſaluemur ira; ne tamquam inimica noſtra vtamur anima, quam ſibi vindicat Deus. Cogitemus quomodo ardorem ſolis, vehementiamve febris tolerare nequeamus; & quo pacto inextinguibilem C illum ignem pro nihilo ducimus? Dominus autem ſuo nos conſilio dirigat, manuq́ue ſua forti nos protegat, in ſecula. Amen.

Nota.

Matth.16.

Ibidem & Matth.24.

*al. obruant.

Eſaiæ 54. ſecundum LXX.

A Minori ad maius.

*al. non deſerere opera iuſtitię.

A Minore.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

DE Virtute, Capita decem. Prologus.] *Auctor noſter Ephræm, antequam ſequentia decem ag-grediatur Capita, ſuum hîc Prologum præmittit, idemq́ʒ in quatuor Adhortationibus antea po-tis præſtitit. ac poſtea in illud:* Attende tibi ipſi.] *& ante duodecim ibi capita ſequentia, alibiq́; non ſine cauſſa facit & obſeruat. Vt autem vis & ratio Prologi ab omnibus rectius, ac plenius cognoſcatur, ſciendum eſt Prologum, & Præfationem, atque Procœmium, pro iiſdem fere apud Patres ſumi, quando ſcilicet ſumma rei breuiter præfando præmittitur: vel auditorum, lectorumve animi, ad audiendum legendumve attentius & patientius, ſuaui & accommodo aliquo præloquio, ſiue præfatione, præſertim in rebus arduis, ac longioribus, pluribusve diſtinctis capitibus, vt hic apud Auctorem, præparantur, & deuinciuntur. Deduciturq́ʒ Prologus à Græc.* πϱὸ *&* λόγος. *ſiue* ἀπὸ τοῦ πϱολογίζειν, *quaſi Prologo vti. Præfatio autem à præfando, ſignificans id quod præloquimur, antequam ad rem veneamus, &c. Et vt Prologi ac præfationis acceptionem apud Patres confundi, & pro iiſdē planè vſurpari noueris; illud ex vnius S. Hieronymi (ne multos hîc allegare ſit neceſſe) ſcriptis abundè edoceris: quippe in quibus, inter alia, indifferenter ſic paſſim habetur, ac legitur:* [Incipit Prologus S.Hieronymi, in librū Quæſtionum Hebraicarum.] *ac poſtea ibid.* [Finit Prologus.] *Item:* [Incipit Præfatio S.Hieronymi Presbyteri in Amos Prophetam.] *ac poſt eandem Præfationem:* [Explicit Præfatio. Incipit Textus.] *Item:* Sequitur Præfatio in explanationem B.Hieronymi in Abdiam Prophetam, ad Pamach. Finit Præfatio, &c. *Vtrumque porrò viciſſim in ſequentibus:* [Incipit Præfatio eiuſdem B.Hieronymi in librum tertium, ſuper Oſeæ ad Pamachium Epiſcop.] *ac poſt fin. ibidem.* [Finit Prologus.] *Vbi hic Prologus, ibi Præfatio indifferenter dicitur. Sicut & in ſequentibus:* [Incipit Præfatio in libr. 2. Amos Proph.] *Subijciturq́ʒ poſt ibid.* [Explicit Prologus. Incipit Textus.] *Item:* [Incipit Præfatio S.Hieronymi in explanat. ſuper Sophoniam Proph.] *ac poſt ibid.* [Finit Prologus.] *Item:* [Præfatio ponitur in explanationes Eſaiæ Prophetæ.] *quâ finita, poſt ſubijcitur:* [Finit Prologus.] *Quæ inde adducere hîc viſum eſt, vt certò conſtet, vnum pro altero nomen indifferenter accipi, ſicut & alibi apud alios. Procœmiorum porrò vſum, & neceſſitatem luculenter oſtendit S.Chryſoſt. Tom. in Homil. de ferendis reprehenſionibus, & conuerſione S. Pauli, cuius initiū eſt:* Reprehenderunt nos amicorum quidam, quòd productiora ſermonum initia faciamus, &c. *longè ab initio, ibi:* [Seruiunt in hoc nobis procœmia, vt auditores de dicendis per compendium inſtruantur, & manifeſtior tra- datur

A *datur doctrina. Fateor enim non opus prooemijs, neque inſtructionibus his, qui ſemper ſcripturis vacat, neque alijs occupationibus diſtrahuntur: ſtatim enim audito lectore, dictorum mentem accipiunt. Qui autem bonam temporis partem ſecularibus negotijs impendunt, & rarius hic comparent, niſi prooemia audiant, & inſtructi intelligant, quæ ſermonem illum præcedant, abſque lucro hinc abeunt, &c. Ac paullo poſtea ibid.* [*Eſt & alius vſus Prooemiorum: Incidimus enim ſæpe in longiora argumenta, quæ vno die ad finem perduci nequeunt; & interdum duobus vel tribus diebus, vt rectè explicentur, opus habent. Unde tunc opus eſt, die ſecundo finem doctrinæ prioris repetere: vt dum principio finis congruit, ſermo cohæreat, auditoribusq; minus ſit obſcurus. Et vt diſcas ſermonem abſque prooemijs valde obſcurari; ecce exempli gratia, afferam aliqua: Vt autem vidit eum Ieſus: Tu es Simon, inquit, filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatum eſt Petrus. Vides num intelligatis dictum? num intelligatis conſequentiam, & quare dicta ſint? quandoquidem abſque prooemijs introducta ſunt. Comparatur igitur, qui hoc facit, ei qui hominem omni ex parte obtectum, in ſpectaculum adducit. &c. Atque iſta de Prooemiorum vſu, hactenus ex Chryſoſtomo.* B

CAPVT PRIMVM.

Beata Ciuitas, quæ à pijs regitur; & nauis, quæ à peritis gubernatur: Monaſteriumque, quod à temperãtibus adminiſtratur. Væ autem ciuitati, quæ ab impijs dirigitur; & naui, quæ ab imperitis gubernatur; ac Monaſterio, quod ab intemperantibus adminiſtratur: nam & ciuitas replebitur Barbaris, ob impietatem eorũ qui eam tenent; & nauis confringetur propter imperitiam gubernatorum: Monaſterium autem deſolabitur, ob ignauiam adminiſtrantium. C

SCHOLIA.

H*abentur in Scripturis pleraque ſimilia, ad quæ non obſcurè hîc ab Auctore fieri videtur adluſio, cuiuſmodi ſunt Prouerb. 29.* [Rex iuſtus erigit terram.] *Item:* [In multiplicatione iuſtorum lętabitur vulgus: cum impij ſumpſerint principatum, gemet populus.] *Et poſtea ibid.* [Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem: ſapientes verò auertunt furorem, &c. *Sic Sapient. 6.* [Rex ſapiens ſtabilimentum eſt populi.] *Et Eccl. 10.* [Beata terra, cuius Rex nobilis eſt, &c. *Item ibid.* [Vę tibi terra, cuius Rex puer eſt, &c.] *Sic quoque Eccli. 10.* [Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium, &c.]

Similia ſunt Prouerb. 29 & Sap. 6. Eccl. 10: & Eccls. 10.

CAPVT II.

D Si ſub obedientia ſpiritalium Patrum conſederis; non cùm demulceris, & audis verba aſſentationis, apparet fidei tuæ ſtabilitas ac firmitas: ſed quãdo contemptus, atq; percuſſus ſuſtinueris: nam etiam fera meritò cùm demulcetur, manſueſcit, atque miteſcit. Ne itaq; erga corripientẽ, & inſtituentem te, amarulentior fias: ſi nimirum cupis vas electionis euadere: ſciensque obedientiæ in Domino, ac humilitatis profectum, eò progreſſus es; nempè ſi eius gloriam cognoſcens, eam tibi delegiſti. In ea frater, Sanctorum vita illuſtris eſt, & magnifica. Moyſes enim ſeruus Domini, etſi doctrina Iethro non erat imbutus; veruntamen illi ſe ſubiecit, atque ſeruiuit: quamuis in Aegypto ſatis eſſet eruditus. Ieſus quoque Naue filius, perfecta ſua obedientia, tantum donum promeruit, vt E Moyſis ſucceſſor fieret. Et Samuel, per obedientiam, quam Heli ſacerdoti præſtitit, dignus habitus eſt, qui vocem Dei audiret. Eliſæus verò, huius adminiculo pallium, & gratiam ſui accepit Magiſtri. Quid porrò homines ſimiles vobis, paſſionibus ſubiectos commemoro? Ipſe quoque Deus Verbum incarnatum, vitam in humilitate, & obedientia traduxit, ſicut nos docet Euangeliſta, dicens: Et erat ſubditus parentibus ſuis. Rurſus autem, & Apoſtolus ait: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Quin etiã, quotquot viuendo, nolunt bonã parentũ tolerare diſciplinam, nõ leui ſe periculo exponũt: plerique; enim, qui in ciuitatibus à magiſtratu puniuntur, ferè propter inobedientiã, atque contumaciam, duramq; ceruicẽ * plectũtur. Quin & puellæ, nolentes bonis morem gerere admonitionibus, verecundia, ac pudicitia ab

Obedientiæ, & humilitatis, cõmẽdatio ab exemplis, & ſcripturis.

Exod 3. 18.

Deut. 34. & Ioſue 1.

1. Reg. 3.

4. Reg. 2.

A Maiore.

Lucæ 2.

Philip. 2.

* Græc. ἀποτυμπανίζονται.

lecta

iecta, in plateis viciſque turpem vitam cum dedecore traducunt: quæ autem intentæ ſunt operi, & mentis tranquillitati atque pudicitiæ vacant; ab hominibus quidem honorabuntur, à Deo autem glorificabuntur. Bonum incepiſti opus, in eo perſiſte: vt magnificeris à Domino, cum maſuetis; & humilibus, in Regno cælorum, Amen.

Contra inobedientes. Matth.5.23.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES,

SI ſub obedientia ſpiritualium Patrum conſederis, &c.] *Obedientiam vehementer cõmendat, eamq́ pulcherrimis Scripturæ exemplis: à Moyſe, Ieſu filio Naue, Samuele, & Eliſæo, aliiſq́ confirmat, atque illuſtrat. A Moyſe quidem, qui, quamuis Aegyptiorum ſcientia ſatis eſſet inſtitutus, licetq́ à Madianitis alienus; tamen etiam Iethro ſacerdoti Madian ſeruire, illiq́ ſe ſubijcere voluit: vt eſt Exod.3. & eidem conſilium danti lubens obtemperauit, omniaq́ fecit diligenter, quæ ille ſuggeſſerat, ſicut habetur Exod.18. Ieſus quoque Naue filius, adeò ſua commendatur obedientia, vt per eam diuinitus Moyſes mereretur fieri ſucceſſor, & in populum Iſraeliticum obtinere imperium, eumq́ in terram promiſſionis ducere, &c. vt eſt Deut.34. & Ioſue 1.3.4. &c. De Samuele etiam legimus 1. Reg.3. quomodo per obedientiam ſuam, quàm Heli ſacerdoti præſtabat, promeritus ſit vocem Dei audire, & quidem tertiò, iuxta illud:* [Et adiecit Dominus vocare Samuelem tertiò. Qui conſurgens abijt ad Heli, & ait: Ecce ego, quia vocaſti me. Intellexitque Heli, quòd Dominus vocaret puerum. ait: Non vocaui te, reuertere, & dormi fili, & ſi deinceps vocauerit te, dices: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Abijt ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo. Et venit Dominus, & ſtetit: & vocauit ipſum ſicut ſemel, & bis vocauerat ipſum: Samuel, Samuel. & ait Samuel: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. & Dominus ad Samuelem: Ecce ego. &c.] *De quo plura 1. Reg.3. & ad longũ, apud Ephræm Tom.1. in Apolog. ad Fratrem quendam, de Heli ſacerdote, cuius initium eſt:* [Cùm Scriptura de Heli Sacerdote atteſtetur, &c. *Quin & Eliſæus denique, adminiculo obedientiæ, pallium, ac gratiam accipere Eliæ ſui magiſtri meruit, ſicut & clara de eo eſt hiſtoria, 4. Reg.2. quò etiam Gregorius Nyſſæ Epiſcop. frater Magni Baſilij alludens ſic de eo inter alia, in vita Gregorij miraculorum opificis, enarrando adducit:* [Quid ex Propheticis miraculis, his rebus ex aduerſo comparando adduci vis? Dicam Iordanis ſectionem, quam percuſſione pellis ouillæ, ante aſcenſionem fecit Helias: & poſt eum Eliſæus, hæres & pellis, & ſpiritus illius, &c.] *Idemq́ in tractatu de ſancto baptiſmo, cuius initium eſt:* [Nunc agnoſco meum gregem, &c.] *ſic inter multa alia percenſet:* [Similiter vnius Prophetæ indumentum, quod ex pelle erat caprina, Eliſæum per totum terrarum orbem, fama celebratum effecit, &c.] *Atque iſta hactenus in cõmendationem Obedientiæ. de qua opere pretium fuerit etiam videre caput ſextum poſtea hic ſequens, cuius initium eſt:* [Frater quidam ſub obedientia ſpiritalium Patrum, &c.]

Ieſus quoque Naue filius, &c.] *In vulg. Latin. legitur:* [Ioſue filius Num.] *At LXX. quos ferè Patres ſequebantur, vt etiam Ephræm, legunt, appellantq́,* Ἰήσουν ὑιὸν Ναυῆ, *id eſt,* Ieſum filium Naue.] *De quo, vide Deut. cap.34. Et Ioſue cap.1.2. &c.*

Sicut nos docet Euangeliſta dicens: Et erat ſubditus parentibus ſuis.] *Alia hic lectio apud Ephræm habet:* [Et erat ſubditus ipſis.] *Sic quoque in ſacro Cod. Lucæ 2.* [Et erat ſubditus illis, & mater eius conſeruabat omnia verba in corde ſuo.] *Quem etiam locum piè docteq́ illuſtrans S. Bernardus Abbas Clareuall. ſic in Hom.1. ſuper* Miſſus eſt, *inter alia recenſet ibi:* Nam ſubdit Euangeliſta: Et erat (inquiens) ſubditus illis. Quis? Quibus? Deus hominibus. Deus, inquam, cui Angeli ſubditi ſunt: cui Principatus, & Poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ, nec tantùm Mariæ, ſed etiam Ioſeph propter Mariam, &c.] *Ac paullò poſt ibidem:* [Quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit? Diſce homo obedire, diſce terra ſubdi: diſce puluis obtemperare. De auctore tuo loquens Euangeliſta: Et erat (inquit) ſubditus illis: haud dubium quin Mariæ & Ioſeph. Erubeſce ſuperbe cinis. Deus ſe humiliat, & tu te exaltas? Deus ſe hominibus ſubdit: & tu dominari geſtiens hominibus, tuo te præponis Auctori? &c.] *Hactenus ibi Bernardus.*

CAPVT III.

SI ad dimidium perduxerit opus aliquod, frater tuus; contigeritque ipſum in morbum incidere, tuaq́; opera indigere in opere: curam eius ſuſcipe, omni cum humilitate, patienti compatiens. Poſtquã vero ſanitatẽ is recuperarit, ne fratris tui appetieris opus: ne fortè tibi ipſe à Domino, & hominibus damnationẽ adſciſcas. At fortaſſe ſuggerit cogitatio, non ſine Diuina id permiſſione accidiſſe, vt ille malè habeat, & ego interim hoc conſequar: at cur non bonũ illud cogitaſti; quòd ſcilicet

Cogitationis ſuggeſtio.

A ſcilicet Domino id factum ſit permiſſu: vt cuiuſmodi voluntate ſis demonſtres, tuine ipſius, an fratris amator? Quòd ſi à morbo liberatus, ipſe recuſauerit; rem bona conſcientia cum permiſſu tamen Præfecti, accipe: vt bonum habeas teſtimonium ab his, qui foris ſunt. Neceſſaria enim eſt iuſtitia, pietas, atque obſeruantia. De ſanctiſſimo quippe Simeone, qui Saluatorem accepit in vlnas ſuas, ſcriptum habemus, quòd eſſet iuſtus, & timoratus.

Lucæ 2.

CAP. IV.

B FIrmo, ac ſtabili corde ſimus, Chariſſime: nam virtuti aduerſatur ſegnities. Ne igitur exigua nobis ingruente acedia, euadamus puſillanimes: verùm vim nobis ipſi inferamus, magnanimi Viatoris inſtar; quippe cui dum defectio atque debilitas per viã accidit, non cadit animo, neque à ſcopo deſiſtit propter longitudinem viæ, ſed ſeipſum conſolatur, dicens: Adhuc modicum reſtat viæ, & ad diuerſorium peruenies, atque quieſces. Et Dominus vim eius cernẽs, robur illi vireſque præbet, viæque mollit ac mitigat aſperitatem: ſegnities enim, atque pigritia paupertatis conciliatrices exiſtunt, non modò donorum ſpiritalium, ſed etiam neceſſitatum corporalium.

Virtuti inimica ſegnities.

Viatoris magnanimi exemplum.

Segnities paupertatis conciliatrix.

CAP. V.

C SI ante cunctos in Synaxim, ac congregationem prodeas, & perſiſtas donec abſoluatur, ne in hoc te efferat cogitatio: quoniam & artifices multum ſtudij, ac vigilantiæ in ſuo opere adhibent. Neque corpore duntaxat te præſentes Domino: ſed & cogitationes in corde humili à cæteris rebus, vt illi des operam, abducito. Superbia enim latibulo ſimilis eſt, in quo Draco libenter moratur; & eum, qui ad illud acceſſerit, interficit. Porrò de non inebriando ſe vino, aut de mulierum cõſuetudine vitanda, ſuperfluum mihi videtur tuæ ſignificare pietati: tum quia manifeſtum eſt omnibus, hoc à virtute eſſe alienum. Neceſſarium eſt ergo non ſolùm in hac parte impetum Dæmonum obſeruare, atque cauere: ſed neque cum maribus, & adoleſcentibus conferre licet ſermones laſciuos, atque effœminatos, qui in perniciem animam trahunt. Non tamen quòd malum ſit fœmina, eius conuerſationem auerſamur: ſed quia facilè eſt inimico, per colloquia & conuerſationes mulierum, nos ſubuertere, & ad tranſgreſſionem Diuini præcepti inducere. Quocirca nos oportet vndequaque obſeruare malignorum ſpirituum iacula; confidentes armaturæ, ac virtuti Spiritus ſancti: nam qui vnam portam inimico præcludit, duas autem ei aperit, exiſtimans ſe ſecurum eſſe, fallitur hic, quiſquis eſt. Neceſſarium eſt ergo, vt nos ipſi vndique communiamus: nullamq́ue occaſionem præbeamus ijs, qui occaſionem quærunt. Deus enim non irridetur, & horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Cui gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

Synaxis.

Superbia latibulo ſimilis.

Contra laſciua cõmercia atque colloquia.

Mulierum conſuetudines, vt vitandæ.

Eleganter dictũ, & prouerbialiter.

Galat. 6.
Hebr. 10.

E

SCHOLIA.

SI ante cunctos in Synaxim prodeas, &c.] *In Latinis Sanctorum Patrum ex Græco translationibus, non nomen Synaxis & Synaxes, ſæpè haud inuenuſtè, & inaccõmodatè etiam in alia atq; alia ſignificatione vſurpari: quemadmodum & ab Athanaſij, Baſilij, & Chryſoſtomi, aliorumq́; Græcorum Patrum Interpretibus, & à nobis in plurimis Ephræm locis (ſeruato vocabulo Græco tanquam Latino, quòd ſignificantius ſit, latiusq́; pateat) vſurpatum retentumq́; inuenies. Cæterùm quia multa illius ſunt ſignificata, & acceptiones variæ, de ijs pro maiore declaratione, aliquid (ne quis in illis hæreat) dicendum erit. Significat autem nomen Synaxis primò conuentum, ſeu congregationem, cùm Monachi ad orandum, Diuinasq; laudes decantandas, ac celebrandas, & ad Diuina peragenda myſteria ſimul conueniebant à Græco verbo συνάγω, hoc eſt, congrego, ſeu colligo, &c. qua etiam ſignificatione hic ab Auctore accipitur, & ſuprà in Epiſt. ad Ioan. Monachum, cuius initium eſt:* [Varijs licet adhortationibus cum religioſiſſimo Theodoro egerimus, &c.] *ibi:* [Neque corporalium neceſſitatum prætextu, Synaxim veſtram neglexeritis, &c.] *ac poſtea hoc eodẽ Tomo in Paræneſ.18.19. 23.36 & alijs in locis apud eundem ſæpiſſimè. Accipitur præterea pro congregatione, & conuentu ſimpliciter: item pro collecta, conuenticulo, celebritate, ſolennitate, Miſſæ ſacrificio, & ſacra Communione, &c. in quibus omnibus ſignificationibus, alijs atque alijs locis, vtitur Auctor noſter Ephram: ſed in prima acceptione pro conuentu ac congregatione Monachorum adorandum, & laudandum Deum, &c. ſæpiſſimè, præſertim hoc Tomo 2. ac vbicunque de Monaſticis agit. Neque etiam infrequenter apud eum, Synaxis pro ſacra altaris Communione vſurpatur, ſicut ſuis conſtabit locis, quod quidem in eo ſignificato verbum ex 1.Cor.10. deſumptum videtur, vbi Apoſtolus ſic loquitur:* Calix benedictionis, cui benedicimus, nònne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nònne participatio corporis Domini eſt? &c.] *Nam vt rectè lib.4.cap.14. ait Damaſcenus:* [Hoc Sacramentum Chriſto nos copulat, atque eius carnis, Deitatiſque participes efficit: noſque inter nos in eodem Chriſto conciliat, atque coniungit, & veluti vnum corpus coagmentat, &c.] *iuxta illud Pauli 1.Cor.10.* [Vnum corpus, vnus panis multi ſumus, qui de vno pane participamus, &c.] *Vnde quàm conuenienter etiam pro ſacra Communione ſumatur, clariſſimum euadit. Sed iſta de vocabulo, & acceptione Synaxis, abundè hic ſuffecerint.*

Superbia latibulo ſimilis, in quo Draco moratur, &c.] *Auctor oſtendere (vt videtur) volens quàm periculoſum ſit ſuperbiæ vitium, illud cum antro ſiue latibulo, in quo Draco latitat, haud incommodè hic comparat. Nam ſicut accedenti ad latibulum, in quo Draco ſerpens commoratur, maximum ab eo mortis imminet periculum: ita & ſaluti animarum à ſuperbiæ latibulo, in quo Diabolus verſatur (niſi illud ſedulò vitauerint) exitium proximum eſt. Nullum enim eſt vitium (vt rectè tradit Auguſt. lib.4. de Trinit. cap.15 Tom.3.) in quod magis accipiat ius dominandi ille ſuperbiſſimus ſpiritus ad ima mediator, ad ſumma interclusor, &c. Clariusq; de eo alibi Ephræm, in tract. de euerſione Superbiæ, Tomo 1. vbi inter alia ſub fin. ſic habet:* [In ſuperbia enim habitat, qui dixit: In fortitudine manus meæ faciam, & in ſapientia intellectus auferam terminos gentium, &c.] *Ac rurſus:* [Dixiſti in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum. aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero Altiſſimo. Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum terræ, &c.] *Ex quibus, quomodo in latibulo ſuperbiæ Draco diabolus habitet, & quæ indè mala atque pericula, omnibus liquet. Sed de his latius apud alios Patres, ipſumq; Ephræm ſparſim multis in locis, alibi.*

CAPVT VI.

Parabola, aut potius exemplum rei verè geſtæ.

Frater quidam ſub obedientia ſpiritalium Patrum reſidens, alium fratrem adijt, dixitque: Cupio relinquere Patres meos ſpiritales, & per me tranquillè degere. Ad quem ille: Homo, inquit, quidam habeat filium, quem accipiens, in manus tradidit artifici, qui eum p artem ſuam doceret, eratque puer diſtractior circa opus. Cumque poſt dies aliquot, adoleſcens ad patrem ſuum accederet, dixit: Pater tolle me ab hoc magiſtro meo: per me enim magis artem apprehendere potero. At pater ad ipſum: Si cùm ab alijs, inquit, docearis, & manuducaris, nihil didiciſti: quid per te ſolus præſtare poteris, ô fili, non addiſcens, neque obediens quemadmodum oportet? Video te malè erga artem, quam addiſcis, affectum: metuoque ne fortè fruſtra in te laborauerim: arripe igitur opificium tuum, ſicut oportet fili, vt in arte exercitatus ipſe tibi requietem inuenias: nam inertes aſſequitur mors. Quapropter, & nos chariſſime caueamus à nobis abijcere iugum obedientiæ in Domino: ne fortè non placeat Deo: cumque in tentationem inciderimus, non ſit qui auxilietur nobis. Quando enim Agar ancilla Sarræ aufugit à conſpectu Dominæ ſuæ, inueniens eam Angelus Dei, dixit ad ipſam: Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu illius: fecitque illa ſicut dictum erat ad eam. Cùm verò adeſſet tempus eius, aſſumpto commeatu, dimiſſa eſt cum fiducia, vnà cum filio ſuo: oberranteque ipſa per ſolitudinem, adeò vt ſiti perituta videretur ſimul cum filio ſuo Iſmael, non deſpexit eam Deus. Oportet ergo, & nos patienter perferre tribulationes, tanquam Domino ſeruientes, & non hominibus. Ideoque dum ſub odedientia verſamur, ne opera inobedientiæ agamus, ne & nos patiamur, quemadmodum paſſus eſt Giezi, miniſter Prophetæ Eliſæi: quin potius per piam religioſamque obedientiam, fructum reddamus perfectum Domino noſtro Ieſu Chriſto: Cui gloria in ſeculorum ſecula, Amen.

Geneſ.16.

Geneſ.16.21.

4.Reg.3.

SCHOLIA.

FRater quidam ſub obedientia ſpiritalium reſidens Patrum, alium adijt Fratrem; dicens: Cupio relinquere patres meos ſpiritales, &c.] *Iſta vt ad ſeculum rediret, ac obedientiæ iugum excuteret in tentationem dilapſus Frater dixit: Cui pater ille apto hîc reſpondit exemplò, quod tamen an parabolicum, an potius rem verè geſtam dixero, ſubdubito: id certum teneo valde illud efficax eſſe ad fratrem illum, aliosq; ſimiles tentationis ſpiritu exagitatos, in bonis inſtitutis confirmandos, & in officio continendos. Et ne quis obedientiæ iugum ſuſceptum à ſe temere abijciat inter alia opportunè exemplum Agar ancillæ Sarræ, ad Dominam ſuam (à cuius facie profugerat) monitu Angeli obedienter humiliterque reuerſæ, proponit, verbisque ſcripturæ eleganter confirmat. De quo hiſtoria habetur, Geneſ. 16. ad longum, ac poſtea Gene. 21 quam latius, pleniusq; examinando etiam explicat S. Chryſoſtomus, Homil. 38. in caput alleg. Gene. 16. & homil. 46. in cap. Geneſ. 21.*

Oberranteque ipſa per ſolitudinem, adeo, vt ſiti videretur peritura cum filio ſuo Iſmael, non deſpexit eam Deus.] *Quæ de Agar, & de filio eius Iſmael, prius adducta ſunt, ad vtrumque quidem citatum Geneſ. locum referenda videntur: ſed tamen quæ poſterioribus hiſce verbis ab Auctore alluſiue dicuntur potius ad verba Gene. 21. referuntur, vbi de Agar, eiusq; filio ſic habetur:* [Quæ cum abijſſet, errabat in ſolitudine Berſabee. Cumque conſumpta eſſet aqua in vtre, abiecit puerum ſubter vnam arborem, quæ ibi erat, & abijt, ſeditque à regione procul quantum poteſt arcus iacere. dixit enim: Non videbo morientem puerum, & ſedens contra, leuauit vocem ſuam, & fleuit. Exaudiuit autem Deus vocem pueri: vocauitque Angelus Dei Agar de cælo, dicens: Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco, in quo eſt, aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ, abijt, & impleuit vtrem, deditque puero bibere, &c.] *Ex quibus ſanè Scripturæ verbis, alluſio, ſententiaque Auctoris appertiſſima eſt. Cæterũ plenius de his Chryſoſtomus vbi ſupra. & Auguſtinus quæſt. 53, & Hieronymus in Quæſtionibus ſeu tradit. Hebr. in Geneſ. cap. 16. & 21. alijque alibi.*

Dum ſub obedientia verſamur, ne opera inobedientiæ agamus: ne & nos patiamur ſicut paſſus eſt Giezi, &c.] *Hiſtoria, de improbo facto Giezi miniſtri Eliſæi Prophetæ, habetur 4. Reg. 5. & eſt in ſubſtantia eiuſmodi: Giezi, quòd munera, quæ eius recuſauerat Dominus, à Naaman Syro lepra curato occultè, perfideq; contra voluntatem Prophetæ Eliſæi accepiſſet, factumq; ſuum mendacio occultare ſtuduiſſet: ſuæ inobedientiæ ac mendacij iuſtas pœnas luit, & lepra, quæ Naaman Syro adhæſerat, mox ipſi applicata eſt, & ſemini eius vſque in ſempiternum. Statimq; diſceſſit ab eo leproſus (vt habet ſcriptura) quaſi nix. Atque illud eſt, quod hic noſter inſinuat Auctor dicens:* [Ne & nos patiamur, quemadmodum paſſus eſt Giezi miniſter Prophetæ Eliſæi, &c.] *quippe qui dum ſub miniſterio, & obedientia optimi verſaretur Domini, opera inobedientiæ exercuit, perfide egit, & ſuæ inobedientiæ atq; perfidiæ meritò pœnas luit, lepraq; qua Naaman Syrus liberatus fuerat, ipſe totus ea (vt dictum eſt) infectus commaculatusq; repertus eſt, vt non immeritò de re adeò obſtupeſcenda exclamet alibi in hæc verba Chryſoſtomus:* [O admiranda potentia Dei. O ſublime meritum Eliſæi. Vno in tempore duplex virtus oſtenditur, & gemina poteſtas Prophetam ſanctiſſimum demonſtrat. Curatur Naaman Syrus; & lepra Giezi perfunditur ſeruus. Syro fides attulit gloriam: & ſeruo perfidia intulit pœnam. Ille de Syria veniens, quod deſiderauit, accepit; hic de Prophetæ domo exiens, plagam ſibi de perfidia acquiſiuit. Naaman curatur, & gaudet: Giezi vulneratur, & deflet. Alius ſuis redditur ſanus: alius cunctis oſtenditur maculatus. Alius exemplum virtutis oſtendit: alius meritum fallaciæ demonſtrauit. Curatur fide, qui fuerat maculatus: & maculatur perfidia, qui fuerat ſanus. Naaman inuitat ad Deum: Giezi profertur ſingulis in perfidiæ exemplum. Per Naaman, Deus collaudatur: per Giezi, iudicium cæleſte metuitur. Inde ſalus naſcitur: hinc metus. Inde gloria petitur: hîc fraudis moleſtia formidatur. vt his exemplis, & fidei pretium, & perfidiæ ſupplicium cunctis gentibus monſtraretur.] *Ita Chryſoſtomus in ſermone de Naaman Syro, ab Eliſæo Propheta curato. Tomo 1. cuius verba aurea, ad rem de qua agitur magis illuſtrandam, hîc planè referre viſum eſt.*

CAPVT VII.

SI quis ad te acceſſerit ſecretò dicens: conueniamus inter nos, ac ſimul fœdus, & amicitiam ineamus; vt ſi quid dixero tibi, me ſine contradictione audias. Deinde etiam poſt iuſiurandum, ſi te in peccatum inclinare; atque ſubuertere voluerit: ne morē geras illi quamuis magnifica protulerit, ſeque ipſum humi proſtrauerit, vt violes Dei præceptum, ſupplicans. Noli acceptor eſſe perſonæ aduerſus animam tuam: nouit quippe diabolus, non tantũ iſta ſubornare, ſed etiã è Eccli. 4.

Scriptura afferre, carniſque infirmitatem allegare, ac multa alia comminiſci, vt A
hominem præuaricatorem mandatorũ Dei efficiat: habeatque quod contra eum
A Minore, ad Maius. glorietur. At nos, tali illius ſtudio, inanique labore edocti, ad pietatem fortes in
propoſito, ſuſceptoq; conſilio erimus. Nam ſi illi, dum propriam cupiunt voluntatem
perficere, aut potius cooperantis in eis diaboli, tantum ſtudium, artemque
exercent, ne ſuo fruſtrentur inſtituto, ac fine: quanto magis eos, qui ſpiritalem
exercent vitam, decet peritiores, ac vigilantiores eſſe, vt ne aduerſus eos exultet
Matth.5. diabolus. Atqui oportebat non iurare omnino, ob præceptum Saluatoris noſtri
Dei. at nunc abreptus es verbis, ne paruifacias: in manus enim malorum veniſti,
Prouerb.6. propter amicum tuum. Ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ
* vulg. de manu aucupis. tuæ, vt ſalueris: tanquam damula è laqueis, & quaſi auis è * reti. Veruntamen ne B
cadas animo, neque confundere: eſt enim emendatio mandato, ſi de cætero præ
oculis habeas Dominum. Attende igitur tibi ipſi, non enim obnoxius es iureiurando,
ſi teipſum à malo elongaueris. nam ipſe qui Euangelium in mundo prædicauit,
propter nimium ſuum in humanum genus amorem: ipſe inquam Dominus
Matth.3. & Luc.3.5.24. mandauit hominibus, vt pœnitẽtiam agant; abſtineantque ab omni peccato.
Videndum igitur, ne dum voluptates noſtras explere deſideramus, iuriſiurandi
prætextum adducamus, quaſi amplius nos ex inimici retibus ſubducere nequeamus.
Galat.6. Deus non irridetur, cupientibuſque ſaluari manum porrigit. Declina
Pſalm.33. ergo à malo, & fac bonũ: ſicque ſermonem ſeruaueris, ſecundùm eum qui dixit:
Pſalm.118. * al. & cuſtodiã. Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt * cuſtodiam verba tua. Vis autem,
vt plenam perfectamque tibi fidem faciam, quòd verbis non ſis obnoxius, ſi mala
2.Theſſ.3. vitaueris, bona autem egeris, ſubtraxeriſque te ab omni homine ambulante C
Parabola, aut potius exemplum inordinatè. Audi Parabolam, aut potius exemplum: Homo quidam habebat
filium, qui patrem ſuum in cunctis vehementer honorabat: alius autem quidam
inuidia ductus ſuper profectu iunioris, occultè accedens, dixit ei: Iura mihi aduerſus
patrem tuum, quòd quæ tibi ſum dicturus, facies, ſeruabiſque abſque omni
contradictione. atque ille non rectè agens, iurauit ipſi. Deinde poſt hoc, dixit ad
eum: Vade, ac dedecore patrem tuum affice, ipſumque plagis cæde; & noli amplius
reuereri conſpectum eius, & quæcunq; tibi mandauerit non facienda, facito:
quoniam iuraſti mihi, & non poteris non obedire ijs, quę tibi à me dicta ſunt.
Sed numquid tantam ſuſtinebit dementiam, aut potius impietatem filius, & non
deſpiciet iniquiſſimum conſilium illius, propter cultum ac reuerentiam
erga patrem? ad eumque reſpondebit: Video te hominẽ non verum, nec iuſtum D
eſſe, ſed inimicum patris mei, animæque meæ inſidiatorem: at me non decipies,
ſicut ſerpens ſua calliditate Euam: neque me ad impietatem verſuta tua
Geneſ.3. 2.Cor.11. improbitate compelles. Nolo vt me accuſare, vel reprehẽdere pater poſſit, quòd
impietati paruerim: deſpicio itaque conſilium tuum nefarium ob patris mei reuerentiam,
animæque ſalutem; aureſque meas pretioſæ Crucis ſignaculo obſigno,
ne amplius intret in aures meas verborum tuorum virus: ipſamque tuam
conſuetudinem vitabo, propter dolum in te latentem. Admonet quoque nos
2.Theſſ.3. Apoſtolus, vt ſubtrahamus nos ab omni fratre ambulãte inordinatè. Nam Deus
malis actionibus non colitur. Ne igitur abduci te à ſceleſtis hominibus patiaris
chariſſime: vt non exacerbes patrem tuum, qui in cælis eſt, contraria præceptis
eius agendo, vt non habeas excuſationem in die iudicij. Propter tranſgreſſionem
enim mandatorum ſancti Euangelij, Deum prouocas. Quocirca attende tibiipſi,
Pſalm.118. ſummam ſermonis per Prophetam edoctus. Ait enim Propheta Dauid: Iuraui,
& ſtatui; non tranſgredi præcepta tua, & cuncta iudicia tua: ſed iuraui, & E
ſtatui, inquit, cuſtodire mandata tua, & omnia iudicia iuſtitiæ tuæ. Rurſuſque
Ibidem. ait: Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi. &
* al. & in hoc. * hac Diuina miſericordia, magnas euitabis tentationes, atque pericula. In illo
Pſalm.7. autem eueniet, quod ſcriptum eſt: Conuertetur * dolor eius in caput eius, & in
* al. labor eius. verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Charitatem igitur, ac vnionem poſſide,
non quidem per iuramenta, & blanditias, aliave prohibita, coactam: ſed quæ ſecundùm
Deum ſit, & ex animi affectu directa, ac conſummata: quippe in qua nihil
iniquum, aut coactum obrepit. eritque gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti tecum.
Cui gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

NIhil contra Dei voluntatem atque præceptum in gratiam cuiuſcunq; hominis tentandum, agendumve docet: Dæmoniſq́; ſuggeſtionibus, & improborum conſilijs non adſentiendum; ac temere nullo modo iurandum: & ſi quis ſe malè acturum iurauerit, potius tunc mentem in melius mutandam, Deiq́; præceptum de bene agendo, & malo non committendo attendendum, quàm temerarium, & planè illicitum, atque impium eiuſmodi iuramentum opere complendum: Cuius etiam rei Parabolam, aut potius exemplum hîc accommodum ſubijcit.

B Ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ, vt ſalueris, &c.] *Locus eſt Prouerb.6. Vbi al.* [Neque indormites palpebris tuis, vt ſalueris tanquam damula è laqueis, & tanquam auis è reti, &c.] *& ſic edit.70. At in vulg.* [Eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis.] *Sed hoc à lectione 70. & S.Ephræm, diuerſum hîc eſt, vbi Auctor quaſi per omnia, cum 70. concordat.*

Videndum igitur, ne dum voluptates noſtras explere deſideramus, iuriſiurandi prætextum adducamus, &c.] *Illos Auctor reprehendit, qui ſeſe iuramentis temere obſtringunt ad malè agendum, vt alijs complaceant, vitijsq́; indulgeant: qui etſi perperam egerint, tale quid iurando; eorum, tamen iuramentum non tenere, neque tales iuramentis eiuſmodi manere obſtrictos, ſi mala vitauerint, bona autē egerint, ſubtraxerintq́; ſeſe ab omni homine (ſecundùm Apoſtolum 2.Theſſ.3.) ambulante inordinatè, demonſtrat, probatq́; hîc efficaciſſimè: tum Parabola, aut potius exemplo de duobus filijs, quorum alter nequior alterum melioris frugis ad iuſiurandum impiè adegit, vt Patri ſuo in omnibus rebellaret, &c. tum auctoritate Sacræ ſcripturæ. ait enim* Propheta *Dauid: (Pſalm.118.)* Iuraui, & ſtatui non tranſ- C gredi præcepta tua, & cuncta iudicia tua: ſed iuraui, *(inquit)* & ſtatui cuſtodire mandata tua, & omnia iudicia iuſtitiæ tuæ, &c.] *Oſtendere ſcilicet volens, non eſſe temerè iurandum, ad effectum præſertim rerum malarum, vel vt hominibus improbis conſentiamus, Deumque ac homines offendamus, &c. Sed de his latius apud Auctorem, cuius, aduerſus mala promiſſa impijs iuramentis obſtricta, notabile hîc documentum adducitur, declaraturq́;. De quo & Chryſoſtomum vide, homilia 8. 9. 10. 11.12 14.15.16. ad populum Antioch. Tom.5. vbi ſparſim, & incidenter multa de vitandis iuramentis vtilia adducuntur, & alibi apud eundem ſæpius. Quod porrò ſeruandum non ſit iuramentum, quod eſt contra æquitatem, quodq́; ſcelere adimpletur, etiam docet ſanctus Ambroſius, lib.3. de Virginitate, Part.3. diſſ. ſeq́; deducitur apud Sanctum Auguſtinum. in Serm. 4. de decollatione S. Ioannis Baptiſtæ, & in tertio Sermone eiuſdem diei, & in Epiſtola 104. vbi reſpondet Seuerino Miletiuano Epiſcop. ac alibi.*

Homo quidam habebat filium, qui patrem ſuum in cunctis honorabat: alius autem quidam inuidia ductus, &c.] *Enarratio eſt Parabolæ, aut fortè potius exempli, reiq́; verè geſtæ. Vbi in* D *alio MS. Cod. paullò aliter, & cum adiunctione, ſic reperitur:* [Homo quidam habebat filium: Filius autem valde patrem honorabat, ſtudebatque omnia eius præcepta ſeruare: & ſeruiebat, atque obſequebatur patri ſuo in omnibus. Alius autem quidam, &c.] *Vbi Lectori liberum ſit ſequi, quam maluerit lectionem: Ego autem quam in pluribus exemplaribus Græcis reperi, eam hic in tranſlatione ſecutus ſum, atque repoſui.*

C A P. VIII.

DEuita, Frater chariſſime, cōſuetudinem hominum hæreticorum, ac libidinoſorum, nihil fidele loquentium: nam inſtar ſagittarū, E ſermones ipſorum corda vulnerant. Noui quoſdam, ſermonibus animas peruertentes; cuiuſmodi quidem homines, fortaſſe per ſymbola quædam, feminis fluxu laborantes Scripturæ ſermo, & leproſos appellat. Quemadmodum enim menſtruatus immundum reddit, ſecundùm legem, vbicunque conſederit, vel quodcunque conſpuauerit: ſic & horum impurorum fluxus animæ malè affectæ; ſermonumq́ue conſputatio, execrabiles reddit ſuſcipientes, & fortaſsè illorū deprauata animi affectio, cum eo, qui lepra laborat, comparanda eſt, ſicut iam dictum eſt. Et omnis quidem Sanctorum cœtus zonam habebat lumbos conſtringentem, aſperitatem inquam, vitæ demonſtrantem: nam armaturam Spiritus ſancti, poſſidebant, & vndequaque virtute Spiritus ſancti confirmati erant. Iſtos autem ex propria negligentia, hoc dono Spiritus ſancti cernimus nudatos, nec lumbi ipſorum cogitationibus caſtis coercentur: verùm cuncti eorū mores diſſoluti, atque corrupti

Leuit.13. 15. Matth.8. 10.

Contra naufragos in fide.

ſermones, actionesque. Atque is quidem, qui circa fidem laborat: quid noceat, inquit, cum quouis homine verſari, ſiue rectè credat, ſiue malè ſentiat; modo ſanam nos fidem teneamus? At qui voluptatibus ventris indulgent, his, quæ infra ventrem ſunt, dicent: & quid obeſſe poterit edere, ac bibere, & genio indulgere, *corporaliſque concupiſcentiæ? Malum eſt cōcupiſcere rem alienam, ſeu furari: & ſi quando de his quoque coarguantur, iterum dicent: neceſſitate coactus hoc feci: furatus ſum, vt eſurientem explerem animam. Quid iſto fluxu impurius, aut eiuſmodi lepra turpius, ac indecentius? Ideo non permittit ſermo, execrandas haſce cogitationes in ſanctarum animarum verſari caſtris: ſicut neque lepræ contactu notatos, ſinit lex tentoria figere, in medio caſtrorum filiorū Iſrael. Etenim turpiſſimum reuera, in medio illuſtrium, atq; ſanctarum cogitationum morari: & immundis interim cogitationibus aditum præbere. Diſſolutionem autem, ac turpitudinem, corruptionemque operum ipſorum, necnon impudētiam voluntatis eorum, procacitatemque linguę, atque inexcuſabilia eorum opera innuēs, dicit: Quicunque tactus fuerit lepra, veſtimenta eius diſſuta ſint, & caput ipſius reuelatum, & circa os eius contegatur: & immundus vocabitur omnibus diebus, quibus fuerit ſuper eum tactus: & immundus cùm ſit, immundus erit, ſeparatus ſedebit; extra caſtra erit conuerſatio eius. Ex his ſunt, qui dicunt: Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Sunt autē iſti hominum, qui à veritate aberrant, ſermones, atque etiam hæreticorum ſenſus: Nam hæretici ſuum volentes confirmare errorem, ex diuinis ſcripturis loca, atque teſtimonia depromere conantur, ad corda obedientiū ipſis peruertenda: ad quos pulchrè, & magnificè quidam Sanctorum enuntiauit, dum ſic docens ait: Cùm ſit igitur tale illorum argumentum, quod neque Prophetæ prædicauerunt, neque Dominus docuit, neque Apoſtoli tradiderunt, quod abundantius gloriantur plus quàm cæteri, cognouiſſe, de ijs, quę non ſunt ſcripta, legentes: & quod ſolet dici, de harena reſticulas nectere adfectantes, fide digna aptare conantur ijs, quæ dicta ſunt, vel parabolas dominicas, vel dictiones propheticas, aut ſermones apoſtolicos, vt figmentum illorum ſu teſtimonio non carere videatur. Ordinem quidem, & textum Scripturarum pergredientes, atque tranſilientes; & quantum in ipſis eſt, ſoluentes membra veritatis. Transferunt autem, & transfingunt, & alterum ex altero facientes, ſeducunt multos ex ijs, quæ aptant ex dominicis eloquijs, malè compoſito cōmento. Quomodo ſi quis Regis imaginem bonam, fabricatam diligēter ex gēmis pretioſis a ſapiente artifice; ſoluens ſubiacentem hominis figuram, transferat gemmas illas, & reformans faciat ex ijs formam canis, vel vulpeculæ: & hanc malè diſpoſitam, dehinc confirmet, & dicat hanc eſſe Regis illam imaginem bonam, quam ſapiēs artifex fabricauit, oſtendens gemmas, quæ bene quidem à primo artifice in Regis imagine cōpoſitæ erant; malè à verò poſteriore in canis figuram transla ſunt: & per gemmatum phantaſiam decipiat idiotas, qui comprehenſionem regalis formæ non habeant; & ſuadeat hanc turpem vulpeculæ figuram, illam eſſe præclaram Regis imaginem. Eodem modo, & hi anicularum fabulas aſſumentes, poſt deinde ſermones, & dictiones, & parabolas hinc inde auellentes; vt aptare volunt fabulis ſuis eloquia Dei. Vnde ſufficienter exemplis edocti, fugiamus peruerſos hæreticorum ſermones, imitationemque eorum, qui in luxu, ac laſciuia viuunt, & ex ſcripturis teſtimonia proferre videntur; vt fide, & operibus ſani, fructum referamus perfectum Domino noſtro Ieſu Chriſto. Cui gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

*al. & carnalis concupiſcentiæ?

Leuit. 13. & Num. 12.

Leuit. 13. Iuxta LXX. Sed in vulg. paullò aliter.

Eſa. 22. & 1. Cor. 15.

Irenæum intelligit.

Prouerbium elegans.

Hæretici ſcripturas ad impia figmenta detorquent.

A Diſſimili, & abſurdo.

Hactenus ex Ireneo, contra hęreſes.

SCHOLIA.

AD quos pulchrè, ac magnificè quidam Sanctorum Patrum, &c.] *Irenæum hoc loco intelligit, apud quem Libro primo aduerſus hæreſes, cap. 1. iſta eadē ad verbum adducuntur. Ex quo etiam vnum ſcitu, ac notatu hic dignum collige, Irenæum ſcilicet ſua Græco ſcripſiſſe ſermone, cùm & Græcè hîc ad longum citata, atque producta reperiantur eius verba apud ſanctum Patrem Ephræm, linguæ Latinè penitus ignarum, at Græcè (vt hinc clarum eſt) edoctum quamuis natione, & idiomate proprio Syrus fuerit. Quin & S. Athanaſium Græcè legit, & intellexit, atque citauit, ſicut ex (cap. decimo, in illud:* [Attende tibi,] *noſtriſq; ibi Scholijs, certò conſtabit poſtea.*

Et quod dici ſolet, de harena reſticulas nectere, &c.] *Prouerbialis locutio eſt Græcis, ἐξ ἄμμου σχοινία*

A *ψυχρία πλέκειν. quo quidem loquendi modo, ab Irenæo (vnde iſta ad verbum deſumpta ſunt) & ab ipſo Sancto Ephræm, notatur Hæreticorum, & præſertim Valentinianorum ineptia, atque ſtoliditas; quippe qui Scripturarum vndique collecta ramenta, nullo modo inter ſe cohærentia, in ſuæ hæreſis, atque erroris confirmationem, velut de harena reſticulas nectere ſunt ſoliti. Quomodo & Sineſius pereleganter in Epiſtola 57. aduerſus Andronicum ſcribit, illum ſcilicet κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα, id eſt, nere illa, quæ neri nequeunt; quòd nimirum ciuilem ipſe virtutem, cum Sacerdotio coniungere niteretur, &c.*

Quomodo ſiquis Regis imaginem, &c.] *Similitudine iſta, omnium Hæreticorum ars veteratoria lepidè, & accommodè explicatur, qua putres, & ineptas ſuas fabulas diuinis eloquijs operiunt, adumbrantq́; quomodo ſi quis Simiam turpe animal purpura, & byſſo ornaret, vel Aſinum exuuijs leonis veſtiret, plumbeosq́; enſes vaginis argenteis conderet, atque occultaret. vt eſt apud Gregorium Nazianzenum ad Nicobulum. vel lupos rapaces veſtimentis ouium tegeret, vt eſt in Euangelio Matth. 7. Sathanaſq́;* B *in Angelos lucis transformaret, vt eſt apud Apoſtolum 2. Cor. 11. &c.*

CAPVT IX.

CONSIDERA habitum, quo indutus es, ô Monache, & cerne, quãtum ſit inter hunc, ſecularemq́ue, diſcrimen: diligenterq́ue animaduerte, quidnam ille deſignet. Conſtat quippe, quòd ſecularium inſtitutorum, ſiue etiam rerum ſignificet abiectionem; ſpiritaliumq́ue operationum recordationem afferat. Noli igitur virtutem negligere, ſed totis viribus ſanctificationem procura: quoniam ideo egreſſus es mundo. acquire ergo tibi caſtitatem, vt inhabitet in te Spiritus Sanctus. Audi bonam in Domino admonitionem, chariſſime; & hanc C nequaquam ſpernes, vt quietem tibi inuenias. Noli animum conuertere ad deteſtabiles concupiſcentias, aſſentationesq́ue vanas. ne quis te fallat verbis inanibus: & ne zelaueris in malis, neque erratis attendas alienis. Te caſtum cuſtodi: & ſi iam cœpit in te peccati flamma, incendium excitare, eam lachrymis reſtingue: ſaluat enim cunctos Dominus, qui ad illum conuertuntur. Hæc igitur tibi à Domino depoſce: nam eos Dominus diligit, qui in ſanctitate ipſi ſeruiunt. Poſſeſſio precioſa eſt puritas in cogitatione recta: hanc ſi amaueris, à Domino glorificaberis, & in omnibus proſperaberis. Iſta audiens, vide, ne Diabolus oculos mentis tuæ vanis cogitationibus claudat, non enim ille te adiuuabit, quando ab Angelis traheris improbis, vbi certè ne ſibi quidem ipſe opem ferre poteſt. Illi enim parata eſt gehenna, & angelis eius: at tibi gaudium paradiſi præparatum, ſi ab operibus ipſius D receſſeris. Tunc lætatur Diabolus, quando vitam turpiter degis: dolet autem, quãdo in bonis te viderit proficientem actionibus. Ne ergo iam dictam virtutem deſpexeris, quippe † ex cuius exercitio parùm laboris, atque moleſtiæ capies. Verùm confide; quoniam citò fructus eius comedes. Si autem vtiles commonitiones malè acceperis, in nouiſſimis te pœnitebit, quando conſumpſeris carnes tuas, & corpus tuum, & dicas: Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum: nec audiui vocem docentium, me & magiſtris non inclinaui aurẽ meam? penè fui in omni malo, in medio Eccleſiæ & ſynagogæ. Ne ergo ſalutem noſtram negligamus chariſſime, neque imitatores ſimus eorum, qui in laſciuia, & ſuperbia, ac ſine timore viuunt: nam confuſio, & improperium operient eos, qui odio habuerunt Dominum. Dies noſtri currunt, & finis appropinquat. Ploremus coram Domino Deo noſtro, antequam tenebris cõcludamur exterioribus. E Quomodo dies iſtos poterimus quęrere, ſi in malis eos tranſegerimus, nihilq́ue omninò profuerimus? Ecce, nunc tempus acceptabile: Ecce, nunc dies ſalutis. Beati ſobrij, atque vigilantes: quoniam ipſi in exultatione coronabuntur. Beati qui lugent nunc: quoniam ipſi cum electis Dei conſolabuntur. Beati, qui laboribus ſe fatigant in Domino: quoniam delitiæ eos paradiſi manent: quibus concedatur nobis perfrui, interceſſione omnium, qui complacuerunt Domino noſtro Ieſu Chriſto, Cui gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Sanctificatio vt comparanda.

Caſtitas vt cuſtodienda.

Matth. 25.

† al. in cuius.

Prouerb 5. Sed apud 70. paullò aliter.

Rom. 13. 2. Cor. 6.

Matth. 5. & Luc. 6.

SCHOLIA.

CONSIDERA habitum, quo indutus es ô Monache, & cerne quantum ſit inter hunc, ſecularemq́ue diſcrimen, &c.] *Differentiam atque diuerſitatem inter Habitum monaſticum,*

& ſecularem, plurimi ex priſcis Eccleſiæ Patribus, tam Græcis, quàm Latinis poſuerunt, & explicuerunt, Dionyſius Areopagita cap.6. Eccleſiaſt. Hierarch. vbi inter alia loquens de perfectione Monachi: [Sacerdos (*inquit*) omni veſte detracta, eum alia induit, &c.] *S. Athanaſius libro de Virginitate docet Sanctimonialem, vt fuſcam & vilem gerat veſtem, &c. Baſilius, epiſtola 1. ad Gregorium Theologum, & Quæſt. 22. fuſiùs explicat. vbi inter plures alias eiuſce rationes, duas adducit præcipuas. Quin & Chryſoſtomus Homilia 69. in Matthæum, Monachos dicit habitu imitari Heliam & Ioannem Baptiſtam. Et in libro ſiue Sermone de comparat. Regis & Monachi, affirmat Monachum vno duntaxat amictu inſtituto ſuo conformi vti ſolere, &c. Palladius in Hiſtoria Lauſiaca, cap. 41. Tertullianus libro 1. de velandis Virginibus S. Ambroſius libro 6. epiſtol. 36. & alibi. S. Hieronymus epiſt. 4. ad Ruſtic. Epiſt. 13. ad Paulinum. epiſt. 15. ad Marcellam. epiſtola 22. & 27. ad Euſtoch. S. Auguſtinus epiſt. 199. ad Ediciam. lib. 6. contra Fauſtum cap. 9. &c. S. Gregorius 2. Dialogor. cap. primo, ac lib. 3. Dialog. cap. 14. &c. Caſſianus toto libro 1. de habitu Monach. ipſeq; Ephræm, hîc, & ſparſim alibi, varijs in locis.*

CAP. X.

Quid hîc Theologiæ nomine intelligendum; vide in Scholijs.

VITAM ſpiritualem conſectemur Chariſſime, vt opere fidei cooperante, ex vtriſque homo reperiatur perfectus. Ad Theologiam verò tum demum vix erimus idonei, quando ſuperando paſſiones à nobis ipſi omnem affectionem carnalē exterminauerimus, nullamque occupationem mente retinuerimus. Tunc enim Spiritus ſancti gratia requiem in nobis inueniēs, intelligendique vim præbens, illuminabit corda noſtra. ſicut lychnium inſtructum, oleo & ſtupa implent; in quo quidem, ignis ſubiectam materiam apprehendens, lampadem accendet abundè exhilarantem, ac eos, qui adſunt illuminantem. *S*i verò paſſionibus adhuc angimur, in iiſque volutātes, dignitates petimus; non vulgariter periclitamur, lychnio aſſimilati oleo, & cōbuſtibili materia deſtituto, qui ne ad breue quidem tempus, ignis calorem ferre poterit, & efficacitatem. Oportet ergo primùm curare præparationem, ad intelligibilis luminis ſuſceptionem; vt ſpiritalibus gratiarum donis reddamur digni. Vitam ſpiritalem ſectemur; vt mente in poteſtatem Spiritus ſancti redacta, ſanctificetur corpus participatione ſpiritus. *S*ingulis diebus à Domino compunctionis lachrymas efflagitemus, vt † de peccatis noſtris flentes, anima noſtra à peccatorum corruptione reuireſcat. Non negligamus propriam animam: ſed conſideremus, & viſitemus ipſam, ſtercora circa eam proijcientes; vt emollita atque exuſta, fructum vtilem referat Domino. Pro ligone, vetus ac nouum teſtamentum habeamus: & p ſtercorationis loco, ardorem ſancti Spiritus. Iſtis curam geramus animæ, rigantes eam lachrymis: vt ſic exculta, lachrymiſque irrigata, referat fructum in iuſtitia. ne ex negligentia dicamus, & nos in ſeparationis hora cum timore, atque tremore, ſicut Rex Amalecitarum: ſiccine amara mors eſt? Ezechias, quia cùm valeret, non neglexerat iuſtitiæ munus; tempore anguſtiæ ac mortis conſolationem à Domino † inuenit: nam cùm mortis ſententiam per Prophetam accepiſſet, conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum, dicens: Obſecro Domine, memento quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde † perfecto, & quod placitum eſt coram te fecerim. Fleuit itaque Ezechias fletu magno. Et quid ad eum miſericors Dominus? Mox & è veſtigio per eundem Prophetam, ad ipſum miſit, dicens: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas: & ecce, addam diebus † tuis quindecim annos; ſed & de manu Regis Aſſyriorum † liberabo te, & reliqua. Vides quale bonum ſit, non negligenter viuere; ſed ſemper ante oculos timorem Domini habere? magnus nobis timor, & tremor imminet. Demus & nos operam bonis operibus: vt tempore neceſſitatis, ac tribulationis, † protectorem inueniamus Dominum. Prædictorum ergo non immemor Chariſſime, attende tibi ipſi, & vehementer cuſtodi animam tuam, ne quæſita fruſtreris margarita. Pietatem & temperantiam ama, vt valde proficias. *S*i verò negligenter viuere inceperis, crapulæ & ebrietati te dando; exterminaberis ſimul cum ijs, qui delicatis, & conquiſitis, veſcuntur cibis: & primò quidem diuinam in iſtis gratiam auertes, perdeſque. Deinde verò ab ijs, qui te in illis † impudentem, atque profuſum cernent, damnaberis. Tertiò

†al. ob noſtra peccata.

Allegoria accommoda.

4. Reg. 20.

†al. accepit.

4 Reg. 20.

†al. verò. al. pleno.

Ibidem.

†al. temporibus vitæ tuæ.

†al. ſaluabo te.

†al. protectionē apud Dominū

†al. diſſolutum

A Tertiò, neque ipſa manuum cuiuſque noſtrum induſtria, ad tantos ſumptus ſuffecerit.
Inde porrò enaſcuntur diſtractiones, curioſitates, mendacia, iniuriæ, diuagationes;
& erga eminentes ac ſublimes perſonas aſſentationes, ac quæcumque
his ſimilia. Vnde maximum bonum eſt pietas, & temperantia. ſiquidem † victus
exceſſus, atque immoderatio diſſoluit, temperantia verò ædificat: atque iſta ſibi
mutuò aduerſantur, nec ſe vnà admittunt. Si ergo pietatem, & temperantiam, recta
cogitatione dilexeris; omnibus ex partibus † exaltaberis. Pietas enim ſeorſim
habitare docet, & non diu extra cellam verſari, neque inanibus † commiſceri ſuadet.
Verùm neque ſis de ſplendido veſtitu ſolicitus, eoque diſtraharis, neque multa
veſtimenta conteras, quieti vacans: temperanter autem viuens, de multis expensis
B non eris ſollicitus, præſentibus contentus. Tribus enim, aut quattuor, ſiue
quinque paxamacijs, paucisque lentibus, cæteriſve leguminibus, ſiue oleribus exigentem
neceſſitatem exples: Dominumque in cunctis iſtis adiutorem habes, atque
cooperatorem, vires animæ tuæ bona ſpe impinguantem. Qui verò laſciuis
effuſi ſunt concupiſcentijs; curis, atque ſollicitudinibus plena eſt omnis vita
eorum: quin & recordationis ipſius Dei obliuionem capiunt, quo peius, grauiusque
eſt nihil: Nam continua Dei recordatione, turpes animę paſſiones recedunt;
inſtar maleficorum, prætore accedente, vnde & mundum ſancti Spiritus habitaculum
efficitur. Vbi verò memoria Dei abeſt, ibi tenebræ cum fœtore dominantur,
omniſque res improba exercetur. Exiſtimo autem quaſi gradus quoſdam eſſe
in ijs, quæ tum ad carnem, tum ad ſpiritum referuntur. Et Diabolus quidem malitiæ
inuentor, qui noſtrum omnium interritu gaudet, efficit, vt anima deorſum ad
C carnalia ſe inclinet; atque ita paullatim pertrahit, atque deuoluit; agitque præcipites
eos, qui non multum attendunt, quo ad ipſum inferorum profundum miſeros
deducat, peregrinos & alienos à regno cælorum eos reddens. Vnde Apoſtolus,
tamquam gradus quoſdam ad infernum ducentes enumerans, ait: Manifeſta
ſunt autem opera carnis, quæ ſunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria,
idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ,
diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia.
Quis autem iſtorum finis, magna cum vehementia declarat, dicens:
Quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum
Dei non conſequentur. Propterea neceſſarium fuerit, totam noſtram mentem, ac
cogitationem ad ſuperna extendere, neque illam ſinere deorſum ad vetita ſpectare.
Si verò nos in aliquo ſupplantauerit inimicus, citò reſurgamus, ne etiam ad reliqua
D nos mala pertrahat, paulatim conuoluens, rapienſque nos ex vno lapſu in
alium; & denique ad fundum ipſum perditionis, atque deſperationis ſubuertat. Si
porrò etiam nos in quæcumque prohibita inimicus ſeduxerit, ne in illis permaneamus,
neque de nobis ipſi deſperemus: cùm liceat iſta omnia per pœnitentiam
tranſilire, & in ipſis pietatis ſeptis conſiſtere. Cæterùm tunc vitæ mutationem,
ſynceramque noſtram pœnitentiam cernens Dominus, quodque ipſum ſolum
toto corde deſideremus, & quę grata atque accepta ei ſunt, faciamus; non ampliùs,
vt ſeruis loquetur nobis: ſed tamquam amicos veros, ad perfectiores, ſublimioresque
virtutes nos inuitabit, dicens: Amice, aſcende ſuperius, id eſt, ad bonum
pulchrumque aſcenſum, in cælos ſuſtollentem: cuius gradus ſunt, fides, ſpes, charitas,
E cæterique fructus ſpiritus, factique ciues ſupernæ Hieruſalem, gaudeat cor
noſtrum, gaudiumque noſtrum nemo tollat à nobis. Dominus autem Deus omnipotens,
ſuo nos deducat conſilio, fortique manu ſua nos protegat. Væ enim,
& interitus homini non habenti Deum adiutorem ſibi: quoniam non eſt alius
præter Deum viuum. quia ipſe eſt Dominus cæli, & terræ, & omnia quæcumque
voluit, fecit, in cælo ſurſum, ac in terra deorſum, & in mari,
& in abyſſo. Neque eſt vllus, qui reſiſtere poſſit conſilio,
ac voluntati ipſius. Ipſi gloria, atque maieſtas,
& magnificentia, in ſecula ſeculorum.
Amen.

† al. negligentia atque diſſolutio.

† al. perficieris.

† al. neque vana ſuadentibus cōmiſceri.

Paxamacia, vide Schol.

Dei recordatiò quid proſit.

Dei non meminiſſe, quid obſit.

Animas incautas, vt diabolus illaqueet atque præcipitet.

Galat. 5.

Finis, opera carnalia ſubſequēs

Ibidem.

Mens ad ſuperna atque cæleſtia erigenda.

Ex lapſu, citò reſurgendum.

Reſipiſcendum & minimè deſperandum.

Lucæ. 14.

Gradus in cælum.

Pſalm. 134.

SCHO-

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

AD Theologiam verò tum vix idonei erimus, quando ſuperando paſsiones, &c.] *Cùm Th logiæ nomine, tum ſpeculatiua, & practica; tum praxis ipſa, & contemplatio rerum diuinarum ſi nificetur, dicimus hîc ab Auctore noſtro, pro ipſa potius praxe & contemplatione Diuinarum rerum, no men Theologiæ accipi. Nec deſunt alij ſancti Patres, qui idem dicant, expiandum ſcilicet animum, & præparandum ad huiuſmodi contẽplationem, vt Sanctus Dionyſius Areopagita libro 1. de myſtica Theo logia. Euſebius quoque Cæſarienſis 1. de demonſtrat. Euangelica cap. 8. docet ab Apoſtolis, quam omnes etiam humanis affectibus ſubiectos, edoctos tamen eſſe res neceſſarias ad ſalutem: paucos tame accepiſſe altiora myſteria, vt Timotheum, & Hierothæum à S. Paulo, &c. atque hoc ſignificant illa e dem Apoſtoli,* [Sapientiam loquimur inter perfectos, &c.] *1. Corinth. 2. Quòd porrò ad iſtam Theolo giam (de qua hîc Ephræm) animus requiratur probè affectus, colligitur ex Ioanne 7.* [Si quis volue voluntatem eius facere, qui miſit me: intelliget de doctrina mea.] *Et Ioannis 5.* [Quomodo v poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis.] *Et Luc. 16.* [Audiebant hęc omnia Phariſæ qui erant auari, & deridebant eum. &c.] *Sæpiusq; in Scriptura habetur, & repetitur illud,* [Initiu ſapientiæ timor Domini, &c.] *Quòd ſi Patrum teſtimonijs opus ſit, legatur Auguſtinus 2. de doctrina Chriſtiana capite 7. vbi ſeptem gradus ponit, quibus ad ſapientiam veram peruenitur: primus eſt, timo Dei. ſecundus, pietas. tertius, amor Dei, &c. Item contra Adimantum capite 3. Sanctæ Scripturæ lo quit, non temerarios, & ſuperbos accuſatores, ſed diligentes, & pios deſiderat lectores.] Cyrillus quoq Alexandrinus, in præfatione Theſauri: Pulchritudo, inquit, Diuinæ veritatis ſic latet, vt ſolis integ animo, & ſyncero, ac iniquitatibus vacuo, quaſi cæleſtis theſaurus pateat, &c.] Caſſianus libro 5. inſtitut capite 34. affirmat, oratione & puritate cordis magis, quàm ſtudiorum aſſiduitate ſcientiam Scri pturarum comparari. Hugo libro 3. didaſc. vnum inter illa tria, quæ dicit eſſe neceſſaria ad ſacræ Theo logiæ ſtudium, eſt laudabiliter viuere. Quin & Ariſtoteles primo Ethicorum capite 4. aſſerit non poſſe eſſe auditorem moralis Philoſophiæ, niſi eum, qui animo ſit minimè paſsionibus perturbato, &c. adeò vt bene hîc ab Ephræm ſit dictum:* [Ad Theologiam tum demum vix idonei erimus, quando ſupera tis paſsionibus, omnem à nobis ipſi affectionem carnalem exterminauerimus, nullamque ment occupationem retinuerimus.] *q. d. nullamq; mentis occupationem, id eſt, mentis phantaſmata vana & inutilia retinuerimus, quibus mens occupata atque diſtracta, non eſt capax diuinarum illuſtratio nem, &c.*

Ezechias conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum dicens: Obſecro Domine memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, &c.] *Iſta verba deprecatoria Eze chiæ Regis, referuntur 4. Reg. 20. vbi tamen paullò aliter in editione LXX. ſic ad verbum legitur:* [Et conuertit Ezechias ad murum, & precatus eſt Dominum, dicens: Domine memento nunc, quæ cunque ambulaui coram te in veritate & corde pleno: & bonum in oculis tuis feci. Et plorauit Ezechias ploratu magno, &c.] *Vbi inter alia, dum dicitur:* [Et conuertit Ezechias ad murum &c.] *apud Ephræm apertius additur,* τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, faciem ſuam conuertit.] *vt in vulg. Poſtea vbi in editione LXX. habetur:* [Quæcunque ambualui.] *apud Ephræm & alios, eſt,* ὡς ἐπορεύθην Quomodo ambulaui, &c.] *vt etiam in vulg. Lat. & ſic de nonnullis alijs. quare cùm in his verbo Au ctoris magis cum lectione conſonent vulgat. eam quoque hîc in translat. potius ſequi viſum fuit.*

Τριῶν γὰρ ἢ τεσσάρων, ἢ πέντε παξαμητῶν, &c. *id eſt,* Tribus enim aut quattuor, vel quinque Paxamacijs, ſiue bis coctis panibus, &c.] *Vbi nota Paxamacium, eſſe paruum panem ſex ferè vncia rum; ſtatutumq; modum refectionis diurnæ monachis Ægypti fuiſſe duo Paxamacia, ſecundùm Ioan nem Caſſianum, libro 4. capite 14. & alibi, quæ integram libram non æquabant, vt apertè idem affirmat Caſſianus, collat. 2. cap. 19. necnon collat. 12. cap. 15. De quo & Palladius in vita Pauli Simplicis, ſic: [Fert inquit, panes Antonius, & imponit menſæ quattuor paxamidia ſex vnciarum, & ſibi quidem vnum madefecit; erant enim ſicci.] Suidas tamen hanc vocem potius Latinam, quàm Græcam eſſe, & panem bis coctum ſignificare contendit. ſic de illa conſcribens:* παξαμᾶς ὁ δίπυρος ἄρτος, ἔστι ἡ λέξις ῥωμαική, *&c. id eſt, Paxamas ſiue paxamacium, vel paxamadium, panis eſt bis coctus, & vox Romana, ſiue Latina, &c.*

* * *

EIVSDEM

PROLOGVS, IN ILLVD:

ATTENDE TIBI IPSI.

Eodem Gerardo Voſſio Interprete, & Scholiaſte.

DEBITORES ſumus, Chariſſimi, vt nos inter nos admoneamus, & conſolemur, ſecundum vocem Apoſtoli. Alluſio ad 1. Theſſ.5. Dicit autem & alius alibi: Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Iacob.4. Sed & Prophetam audi dicentem: Ecce labia mea non prohibebo. Pſalm.39. Suſcipite ergo conſilium etiam vilitatis meę obſecro, & ſiquidem offendimus verbo, ignoſcite mihi tamquam homini rudi, ac peccatori. Si autem rectè ſermones dicti ſint, hoc gratiæ opus eſt. Gratia igitur ſermonem nobis ſuppeditante, non oportet cohibere labia: Malitiæ quippe pigritiam coniunxit Dominus, dicens: Serue male, & piger, oportuit te committere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt, cum vſura. Matth.25. Donet porro nobis Dominus, qui ſermonem accipimus, fructus acceptos referre Domino: Cui gloria in ſeculorum ſecula. Amen.

EIVSDEM†

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, SERMO ASCETICVS, IN ILLVD: ATTENDE TIBI IPSI.

CAPITA DVODECIM.

CAPVT PRIMVM.

AVSCVLTA Chariſſime, qui ad Monachatum veniſti, & ſeculo
renuntiare elegiſti. Si legitimè quod inſtituiſti perfeceris: non
modo ſuper te gaudebunt homines, ſed etiam Angeli Dei, ſicut
Lucæ.15. ſcriptum eſt: Quoniam ita gaudium erit in cęlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis,
qui non indigent pœnitentia. Quare † legitime cœpiſti, legitimè
† ſ. ſi legitimè. perfice, & antequam te ſpolies, intellige te in certamen venire. Quibuſcum autem
Epheſ.6. colluctandum ſit, audi eum qui dicit: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem: ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores
† al. tenebrarũ ſeculi huius. tenebrarum † harum, contra ſpiritalia nequitiæ, in cæleſtibus. Propterea accipite
1.Cor.9. armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo. Ne ergo curſu defatigeris, donec
brauium aſſequaris. Mundum odiſti, ſuperbiam quoque oderis. Parentibus tuis
carnalibus valefeciſti, diuitiaſque momentaneas abieciſti: abijce etiam diuitiarũ
faſtum, ac in renuntiationis propoſito perſeuera generoſè virtutum labores perferens.
Renuntiatio ad mortem vſque durat. Non enim ad vnum dumtaxat diem Renuntiatio nuncupatur: ſed extendit ſe vſque ad mortem. Si verè victor euadere velis, diſce fortiter tolerare virtu-
A Contrario. tum moleſtias, in manſuetudine ſapientiæ. Exempli gratia: ſi à vilioribus iniuriam atque contumeliam paſſus, non iraſcaris; deſpectus, ſuſtineas. colaphis exceptus, patienter feras, calumnijs circumuentus, longanimem te geras, depreſſus ac
Luc.16. longè relictus, gratias Deo agas. Vide enim ciuem tuum, Lazarum, inquam, mendicum, in quanta inopia atque labore expectarit Dominum. Reſpiciebat quippe
Rom.8. in retributionem mercedis, ſicut ſcriptum eſt: Non enim ſunt condignę paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quocirca & tu chariſſime, qui Domini beatitudinem conſequi deſideras, per humilitatis viam incede: & donabit tibi Dominus coronam vitę, quam cunctis repromiſit diligen-
2.Tim.4. Iacob.1. tibus ipſum. Quoniam ipſius eſt gloria, in ſecula. Amen.

SCHOLIA.

EIVSDEM Sermo Aſceticus, &c.] *Quia frequens hoc nomen* Ἀσκητὴς, *&* ἀσκητικὸς, *à noſtro vſurpatur Auctore, opportunum hic fuerit, vim, & ſignificationem vtriuſque explicare. Significat autem* Ἀσκητὴς *pugilem, ſiue exercitatorem, Monachum, &c. quo nomine paſſim vtitur Sãctus Baſilius, ſicut etiam Ephræm, Chryſoſtomus, Nilus Archimandrita Conſtantinopolitanus, & alij, qui etiam Parænеſes, ac ſermones ſuos de rebus monaſticis ferè vocant, aſceticos, quaſi ad pietatem, & religionẽ, virtutumq́; palæſtrã exercitatorios. Sic alibi apud Auctorem noſtrum Tomo primo, ponitur Sermo, qui àre, & effectu ibi inſcribitur,* ad pietatẽ, bonaq́; opera Chriſti athletam exercens.] *& vt alia ibidem habet Inſcriptio:* Sermo ad pietatis, religioniſque cultum, decertantem exercens.] *& al. Sermo aſceti-*

A Aſceticus, ſiue exercitatorius, &c.] *vt etiam hoc loco, vbi ad monachiſmum, pietatiſq́; cultum exercet. Dicuntur porrò Monachi pugiles, ſiue exercitatores: quia totum illorum ſtudium, atque officium deberet eſſe virtutum palæſtra; cùm alij ex ſecularibus ſe in bello exerceant, alij in mercatura, & alij in alijs, atque alijs vitæ functionibus, ſicut ſæpe alibi ſparſim tradit, inculcatq; Ephræm. Hinc quoque Aſceteria, non ſolùm à Patribus, ſed etiam in Codice Iuſtiniani , vocantur monaſteria, à Græco verbo* ἀσκῶ, *quaſi mentem in meditatione, ac contemplatione rerum diuinarum exerceo. De quo plura apud Nilum Archimandritam, in libro Aſcetico.*

Non enim ad vnum dumtaxat diem Renuntiatio nuncupatur: ſed extendit ſe vſque ad mortem.] *Dictum memorabile, & notatu dignum, cui ſimillimum ab eodem noſtro adducitur Auctore, Tomo primo, in Adhortatione ad pietatem, cuius initium eſt:* Chariſsime, Diuina gratia Chriſtianus es, &c.] *ibi:* Bellum militum breue: ſed monachi pugna, quoadusque emigret ad Dominum, durat, B &c.] *De quo & ibi in noſtris Scholijs plura, ac apud Chryſoſtomum, Tomo quinto in Homilia 57. ad populum Antiochenum, vbi de Monachorum vita agit, & quomodo in continuò, perpetuoq́; ijs verſandum ſit aduerſus hoſtem certamine, &c. ac apud eumdem Chryſoſtomum, Tomo primo, Homilia tertia in cap. Gen. 1. præſertim vbi habet:* Iccircò & nobis magna vigilantia opus eſt, quoniam & continuum eſt nobis bellum, & induciæ nullæ, &c.] *Quia verò ad mortem vſque (vt hîc habet) Renuntiatio ſeſe extendit, non ſine graui cauſſa alibi piè Auctor docet, in Virtutis ac religionis ſtadio claudicandum non eſſe, retroue reſpiciendum: ſicut eleganter tradit Tomo primo, in Adhortatione de non ſcandalizando proximo, & de recta vitæ ratione; cuius initium eſt:* Non decet eos, qui ad pietatis ſtudium accedunt, & manum ad aratrum ponunt, retrò conuerti, &c.] *ibi:* Nam ſi quis poſt renuntiationem, abdicationemq́ue vitæ, in virtutis ſtadio claudicare inceperit, & ſenſim à recta via reſilire, oculoſque circumuertere retrorſum: hic & in vita præſenti erit exemplo; & poſt ſuum è viuis exceſſum, regno cælorum priuatus, indignum ſeipſum Sanctorum choro reddet, &c.] *De quo plura ibidem in antecedentibus, & conſequentibus, ac altera poſtea ibi Adhortatione de vera, atque perfecta Renuntiatione, cuius principium eſt:* Qui vitam quietam excolit, & vita ſolitaria gaudet, optimum principium C amplectitur, &c. *ac in noſtris ibi Scholijs.*

PARABOLA.

CAP. II.

D DVo viri proficiſcebantur ad quamdam Ciuitatem, quæ ſtadijs aberat triginta: cùm autem duo, aut tria iam confeciſſent ſtadia, obtulit ſe in via locus, in quo ſyluæ, & arbores erant vmbroſæ, fluentaque aquarum, multaque ibidem delectatio. Qui dum contemplarentur iſta; alter quidem ad Vrbem ſpectandã contendens, inſtar curſoris locum præteribat: alter verò cum conſtitiſſet vt contemplaretur, remanſit retrò. Deinde cùm prodire iam vellet extra arborum vmbram, calores timuit, atque ita diutius ibidem loci dum remaneret, locique ſimul amœnitate ſeſe oblectaret, atque occuparet; beſtia ex ijs, quæ in ſylua commorantur, prodijt, apprehenſumq́ue ipſum pertraxit in ſuum antrum. Alter vero, qui neque neglexiſſet, neque forma arborum ſe detineri paſſus eſſet, recta ad vrbem perrexit. Ad quæ, Frater: interpretationem, inquit, iſtius addiſcere cupio, quoniam quid ſibi velint iſta, non adſequor. Cui ille: Audi, inquit, gratiam nobis cooperantem: Duo ho- E mines ſunt, qui ad pietatis iter, ſcopumq́ue ambulare, atque contendere cœperũt: Inimicus autem eos à curſu impedire cupiens, deſideria ipſis ingerit dæmoniaca, videlicet, inanem gloriam, ambitionem, ſuperbiam, ac quæcunque alia his ſimilia, quorum ille, qui ad ſupernæ vocationis brauium comprehendendum, in Domino ſollicitè properabat, ab iſtis non eſt detentus: qui verò arborum, locique amœnitate capi ſe, atque occupari paſſus eſt, hic eſt, qui ſuam † auertit mentem ab inuiſibilibus ad viſibilia: porrò æſtus, eſt labor, atq; moleſtia virtutum. Quòd autem ipſe in loco tardaret, & à beſtijs caperetur, hoc mentem, ac cogitationem deſiderio terrenarum rerum inhærentem denotat. vnde inſtar ſæuientis feræ, peccatum egrediens apprehendit eum, ſicut ſcriptum eſt: nam cõcupiſcentia cũ conceperit, parit peccatum: peccatũ verò, cùm conſummatum fuerit, generat mor-

Parabola vtilis, ac memoratu, lectuque digniſſima.

Parabolæ propoſitæ explicatio accõmoda.

† al. declinauit voluntatem.

Iacob. 1.

Ioan.8.

Cultum & ornatum veſtium Monachis vitãdum docet.

Saluberrima admonitio.

Matth. 6. & Luc. 16.

A Diſsimili.

tem. Quare, chariſſimi, fugiamus deſideria ſecularia; ne fortè rurſus in ſeruitutem redigamur peccati. ait enim Saluator: Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Seruiamus ergo libenter, atque hilariter Deo, qui nos libertate donauit: & ne corruptionis paſſionibus deliniamur. neque attendamus venuſtati veſtitus, aut cucullæ, cincturæue; aut donec ab obedientia commenderis: quin potius humilia conſectemur, & ab inani gloria remota; ſicut decet ſanctos. nam turpe eſt eos, qui maxima ſibi ſubiecerunt, à vilioribus vinci. Sed in eo ſemper noſtrũ ſit ſtudium: vt qui intra nos eſt homo, placeat cordium, ac renum ſcrutatori Deo; & inutilia deſpiciamus. Nemo enim duobus ſeruire poteſt Dominis, ſecundùm vocem Domini. Quis enim faber addiſcens, vmquam pro ſecure haſtam ſibi comparat? aut quis humilitatem excolere volens, de vana gloria dimicat? aut quis cœleſtia expetens, non ſpernit terrena? Cõcedat autem nobis Dominus: vt quæ grata, & accepta ipſi ſunt, faciamus, ac cogitemus. Quoniam ipſum decet gloria, atque potentia, in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA.

PARABOLA. CAP. II.

Q*VANDOQVIDEM Syrus noſter Ephræm, more Syrorum, ac præſertim Palæſtinorum, crebrò parabolas ſuis adhibet ſermonibus: viſum eſt hic opportunè, quid ipſa Parabola ſit, & vnde ſic dicta, quæq; eius acceptiones; & vt parabolicæ ſimilitudines accipiendæ ſint, ex Sanctis Patribus declarare, eosq; qui de illis ſcripſerint, percenſere. Et vt primùm ab Athanaſio Alexandrinæ Vrbis Epiſcopo incipiam: is in Synopſe, ſiue obſeruatione diuinæ Scripturæ, libro 14. in Prouerb. Salomon. de illis inter alia, poſt medium ſic ſcribit:* Dicuntur autem Parabolæ, ſermones, qui velut imagines ſunt eorum, quæ dicuntur. Ex ipſis namque propter ſimilitudinem, quod dicitur, intelligitur. Sic enim Dominus dixit, vt in Marco eſt: Cui aſsimilabo Regnum Dei, aut cui parabolæ comparabo illud? Itaque Parabolæ ſunt, quæ ſecundùm ſimilitudinem dicuntur. Cùm enim dixiſſet: Simile eſt Regnum Dei. tandem intulit: propterea per parabolas illis loquor. Sunt ergo huiuſmodi dicta parabolæ, vtpote: Sicut defluxus niuis in calore æſtiuo, tempore meſsis iucundus eſt; ita nuntius fidelis ijs, qui miſerunt eum.] *Et iterum:* Sicut venti, & nebulæ, & pluuiæ; ita qui gloriantur in dono mendaci. *Et ſi qua iſtis ſunt ſimilia: de quibus etiam ibidem habes in principio, vbi de Prouerbijs agit, & cur ſic dicantur, & Parœmia quid ſit, & vnde dicta, &c. De illis porrò Sanctus Baſilius Magnus alibi loquens, & Parabolicæ ſimilitudines vt acipiendæ ſint, exponens, ſic habet:* Sanè quæ afferuntur ſimilitudines, nequaquam eæ omninò ſingulis earum rerum, ad quas allatæ ſunt, partibus reſpondent: ſed illud agunt, vt mentem ad id, de quo agitur, argumentum dirigant, &c.] *Ita Baſilius in Reſponſion. ad interrog. 254. in Regulis breu. De quibus idem Baſilius in Homil, in principium Prouerbiorum, cuius initium eſt:* Præclara eſt obedientiæ merces, &c.] *Vbi Parœmia vnde dicta, & quid ea ſit, quiſq; illius vſus, doctè oſtendit. Sed ad Chryſoſtomum venio, qui de Parabolis non vno in loco prolixius agit, ac primùm quidem, Tomo primo, in Homil. in Pſalmum 48.* Audite hæc omnes gentes, &c.] *in illum ibi locum:* Inclinabo in parabolam aurem meam.] *Vbi Chryſoſtomus:* Quid eſt *(inquit)* in parabolam? *Reſpondetq; eſſe nomen, quod multa habet ſignifica*- Eſt enim *(inquit)* parabola loquela, exemplum, & exprobratio, aut opprobrium, vt quando dicit Pſalm. 43. Poſuiſti nos in parabolam in gentibus, cõmotionem capitis in populis. Eſt etiam Parabola, oratio ænigmatica, quam multi dicunt quæſtionem, quæ aliquid quidem ſignificat, ſed id non eſt apertum ſtatim ex ipſis verbis, ſed habet ſenſum intus latentem. cuiuſmodi erant, quæ Iudic. decimo quarto dicebat Sampſon: Egreſſus eſt à comedente cibus, & à forti dulcedo, &c. Dicitur etiam Parabola ſimilitudo. Aliam parabolam, inquit, propoſuit eis, dicens: Simile eſt Regnum cælorum homini ſeminanti bonum ſemen. *Ita Matthæi decimo tertio, & Lucæ octauo:* Eſt etiam Parabola tropologia, ſeu figurata oratio, vt *Ezechielis decimoſeptimo:* Fili hominis narra parabolam hanc, & dices: Aquila magna, magna habens pennas; Aquilam dicens regem. Dicitur etiam Parabola figura, & imago, ſicut oſtendit Paulus Heb. xj. dicens: Fide obtulit Abrahã, Iſaac cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo ſuſceperat, repromiſsiones. Vnde etiã in parabola eum retulit, hoc eſt, in figura, & imagine. Quid ergo ſibi hîc vult Parabola? mihi videtur, inquit, dicere narrationem. Si autem orationem facit obſcurã, & ænigmaticam quæq; multũ habet difficultatis: ne ſic quidem conturberis: hoc enim facit, vt excitet auditorem, &c. nam ipſe quoque Chriſtus multa in parabolis loquebatur, ſeparatim autem eas diſcipulis ſoluebat: Iudæi autem ne difficultate quidem excitati, impellebantur ad interrogandum, ita non attendebant omnino quæ

A no quæ dicebantur. Quocirca in parabolis cum ipſis loquebatur, eos ſtimulans, & incitans, vt audire cuperent, qui ſupini dormiebant; ſed ne ſic quidem attendebant: Diſcipuli verò animum adhibebant, & cum eſſent ignorantes, vel eò nomine maximè permanebant, quoniam ignorabant; quare etiam ſeorſim ipſis parabolas ſoluebat. atque ideò hic quoque dicit: Inclinabo in parabolam aurem meam, &c.] *Hactenus ibi Chryſoſtomus. Quò etiam ſpectant, quæ Tomo ſecundo, ab eodem adferuntur, in Homilia 45. in caput Matthæi duodecimum, vbi poſt alias cauſſas, cur Chriſtus parabolas prædicabat, etiam hanc adducit:* vt ſcilicet tenacius memoriæ, quæ dicuntur, commendari poſſint, & expreſsior propter ſimilitudines ſermo, res ipſas ante oculos apponat: qui dicendi modus propheticus etiam tritus eſt, &c.] *Parabolas porrò ad verbum non eſſe exponendas, idem docet Chryſoſtomus, Tomo ſecundo, in Homilia quadrageſima octaua ex capite Matthæi decimo tertio.* Hæc omnia Ieſus in parabolis locutus eſt ad turbas, &c.] *Et vſqueadeò curioſè non eſſe inquirendas, tradit* B *Homilia 65. in cap. Matthæi 19. ibi:* Parabolam dixit, & in parabolis non oportet nimia in ſingulis verbis cura perangi, &c.] *Et vt ad Latinos veniam, inter quos primus ſe offert Sanctus Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, qui diffusè pertractat, quid ſit Parabola, quaq; eius vis, & acceptio varia, in tractat. ſuper Pſalmum quadrageſimum tertium, & ſexageſimum octauum, Tomo quarto. Item libro de Incarnatione Domini, capite ſeptimo, Tomo ſecundo, & ſuper Epiſtol. ad Romanos cap. 8. Poſt quem, etiam de Parabola vide Sanctum Auguſtinum, in Pſalmum 68 ſuper illud:* Et factus ſum illis in parabolam, &c.] *Item in Præfatione Pſalm. 77. in id:* Aperiam in parabolis os meum, &c.] *Vbi multa, doctrinæ Chryſoſtomi, & Ambroſij in hanc rem, inueniuntur conformia. ſicut etiam apud Sanctum Hieronymum, qui Parabola quid ſit, & vnde dicatur, luculenter tertio Tomo Epiſtolarum, in Epiſtola 151. quæſtione ſexta exponit, eiuſq; vim, ac naturam plenè explicat, in princip. Prouerb. necnon libro tertio in Matth. & in cap. 4. Marci, alibiq; ſæpius. Sed iſta de Parabolis ſatis hactenus.*

Duo viri proficiſcebantur ad quamdam Ciuitatem, &c.] *Notat inter alios, Sanctus Hierony-* C *mus, libro tertio in Matthæum, familiare eſſe Syris, & præſertim Palæſtinis, ad omnem ſermonem ſuum Parabolas iungere; vt quod per ſimplex præceptum teneri ab auditoribus non poteſt, per ſimilitudinem, exemplaq; teneatur: ſicut Ephræm noſter Syrus hoc loco, & alibi ſæpe, vbi dum ſerium quid inſinuare, mentibusq; aliorum rectè cupit inculcare: vt tenacius illud memoriæ inhæreat, Parabolis, ac ſimilitudinibus pulchris, aptisq; vtitur, quas & ferè explicat, & quid ſibi velint, accommodè, venuſteq; declarat: vt hic, de Duobus viris, ad quamdam Ciuitatem proficiſcentibus, &c.*

Neq; attendamus venuſtati veſtitus, aut cucullę, cincturæue, &c.] *Quod Monachus non debeat attendere venuſtati veſtitus, ſeu habitus, aut cucullæ, vel cincturæ, &c. Auctor hic docet, & alibi ſæpe hoc eodem Tomo ſecundo ſparſim, & incidenter inculcat: vt in Conſilio, de Vita Spiritali, ad Monachum nouitium, Tomo primo, capite 90. ibi:* Noli ſplendido veſtium ornatu gloriari, memor quomodo ouinis pellibus indutus fuerit Helias, & ſacco Eſaias Propheta, &c.] *Et in tractatu De correctione* D *eorum, qui vitioſè viuunt, & honores appetunt Tomo primo pagina 99. ibi:* [Habitu Monachi ſumus, ſed moribus crudeles, & inhumani. habitu religioſi, & moribus exitioſi, &c.] *multoq; poſtea ibidem.* [Non putetis in cingulo, veſteque lõga conſiſtere perfectionem Monachi, &c.] *paulloq; poſt ibidem.* [Hæc autem non vt deprimam habitum, eique detraham dico, quod abſit: ſed vt habitui mores & opera congruere debere demonſtrem. nam habitus abſque operibus nihil eſt, &c.] *Eodemq; Tomo 1. in Tractatu De abſtinendo à cupiditatibus carnalibus, & de certamine, ad Fratrem qui excidit. ibi:* [Ne veſtis mollis. ne odoramenta in veſtibus, fœminarum more, &c.] *De quo plura in noſtris ibi Scholijs. Et apud alios Patres orthodoxos Epiphan. hæreſ. 80. vbi ille:* [Alienũ eſt (*inquit*) à Catholica Eccleſia, ſaccus conſpicuus, & coma extenſa, &c.] *Sanctus Hieronymus, in regulis Monach. capit de veſtibus:* [Fuſca (*inquit*) tunica veſtiaris. vilis tunica contemptum mundi probet.] *& infra:* [Sit cingulum laneum cum tota ſimplicitate puriſsimum, & quod poſsit veſtimenta adſtringere magis, quàm ſcindere. Idem ſemper habitus, neglecta munditꝭes, inculta veſtis, & cultus E ipſe ſine cultu, &c.] *Quibus quid clarius, & ad rem hanc noſtram accommodatius? Plura apud eumdem vide Hieronymum, in Epiſtola ad Nepotian. & in Epiſtola ad Ruſticum Monachum, & ad Furiam, & ad Euſtochium. Et apud Caſſianum, lib. 1. de inſtitut. & habitu Monach. & Innocentium de vilitate condit. humanæ. alios Auctores ſupra citatos inuenies, in Schol. de differentia habitus monaſt. & ſecularis pagina 52.*

Turpe eſt eos, qui maxima ſibi ſubiecerunt, à vilioribus vinci, &c.] *Significare vult eos, qui magnas reliquerunt opes, honores, ac dignitates, &c. non debere rebus exiguis ſubijci, ijsq; vinci, cuiuſmodi ſunt: munditia nimia exterior, ornatus cucullæ, & id genus alia, quæ in Monachis, ac religioſis, qui ſecularibus renuntiarunt, reprehenduntur.*

◆

DE PVGNA CARNIS.

CAPVT III.

SI PORRO carnis pugna in te inſurrexerit: ne verearis, neque †ſuccumbas turpibus cogitationibus, ne tuũ aduerſus te inimicum inſolentiorem reddas, inſpiretque tibi aliquid de ſuis verſutis conſilijs, ac dicat: Impoſſibile eſt inflammationem in te ceſſare, niſi cōcupiſcentiam expleueris; vt vulnere tibi inflicto, ex aduerſo conſiſtens, tuam irrideat mollitiem, atque ignauiam. Verùm tu exſpecta Dominum, preceſque tuas cum lachrymis coram bonitate ipſius effunde: & ipſe te exaudiet, eleuabitque ex lacu miſeriæ ſordidarum cogitationum, & à volutabro luti turpiſſimorum phantaſmatum: & conſtituet ſupra petram ſanctitatis pedes tuos, & videbis auxilium ab ipſo tibi emiſſum. Exſpecta modò, & ne relaxeris cogitationibus, neque defatigeris, ſentinam exhauriendo; in propinquo quippe eſt portus vitæ: nam te adhuc loquente, dicet: Ecce adſum. Cæterùm aſpicere tuum certamen exſpectat, an reuera ad mortem vſque, aduerſus peccatum ſis decertaturus. Ne ergo deieceris animum; non enim te reliquit. Etenim tuum certamẽ cernit: & ſanctorum Angelorũ chorus, & Dæmonum turba aſſiſtentes videbũtur. Angeli coronas vincenti præbẽt: Dæmones victo dedecus afferunt, infamiam præferunt. Magnum certamen Angelorum de † te, chariſſime: magna cura, ac ſolicitudo Dæmonum de te Chriſto dilecte. Attende igitur tibi ipſi, ne familiares, atque amicos contriſtes, alienoſque lætitia afficias: familiares dico, ſanctos Angelos: alienos autem, impuros Dæmones. Non eſt locus abſconditus ab oculis Dei, Chariſſime? non eſt caligo in oculis Domini, frater. Ne igitur te decipiat aduerſarius: iuxta enim pedes Dei conſiſtis, ne paruifacias. ſcriptum enim eſt: *Cælum mihi ſedes, terra autem ſcabellum pedum meorum.* Caue igitur relaxeris cogitationibus: verùm viriliter age; prope enim eſt auxiliator. Audi Prophetam dicentem: Omnes gentes circumdederunt me; & in nomine Domini † propulſaui eos. Circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini † propulſaui eos. Circumdederunt me, ſicut apes fauum: exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & in nomine Domini † propulſaui eos. Impulſus euerſus ſum vt caderem: Dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem. Suſtine igitur in certamine, vt cùm probatus fueris, coronam vitæ accipias, quam repromiſit Dominus diligentibus ipſum. Nam impugnari à paſſionibus, & repugnare ijſdem, probatos nos reddit ad belli caſum. Niſi enim impugnaremur, eos qui oppugnantur fortaſſe condemnaremus, certaminis experientia deſtituti, ac in ſuperbiam incideremus. Non enim graue eſt oppugnari, & repugnare paſſionibus: ſed graue eſt per ignauiam cadere coram aduerſarijs, ipſiſque ſuccumbere. Reſiſte ergo vrenti concupiſcentiæ: vt flammam, quæ numquam exſtinguetur, effugere queas. Nam ſi nos perturbationes ſuperarint, non recedent à nobis; quin & magis aduerſum nos inſoleſcent. Audi eum qui ait: Mel diſtillat à labijs mulieris fornicariæ, quę ad tẽpus impinguat fauces tuas: poſtea vero felle amariorem inuenies, & acutam magis gladio ancipiti. Attende igitur tibi ipſi, ne gloria diuini aſpectus priueris. nam ſcriptum eſt: Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctificationem; ſine qua nemo videbit Deum. Cui conuenit gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

†al. non cedas.

Simillima hiſce ſunt in Anthirrhetico eiuſdē, Tom.1. pag.123.

Parœmia accōmoda.

†al. pro te.

Attendendum in quibus.

Eſa.66. & Actor.7.

Pſalm.117.

†al. vltus ſum eos.

†al. vltus ſum.

†al. quia vltus ſum in eos.

2. Tim.4.

Iacob.1.

Reſiſtendum deſiderijs carnalibus.

Prouerb.5. iuxta LXX.

Heb.12.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

DE pugna carnis, *varia in primo Tomo tractata ab Auctore inuenies, valde huc facientia: veluti in Antirrhetico ipſius; De Virginitate & continentia, cuius ibi initium eſt:* [Fratrum ſiue ſororum

A rem aggrediens dæmon improbus, ſic eos aſſatur: Ecce quotidie fornicationis ſtimulis concita-
ris; quouſque moleſtiam eam ſufferes, &c.] *Sunt autem, quæ ibi conſequenter adſeruntur, hiſce ſimil-*
lima. Quò etiam pertinent, ea quæ ſunt ibi in Sermone. Quomodo anima cum lachrymis orare debeat
Dominum, quando tenatur à Diabolo.] & in pulcherrimo Sermone illius, de Virginitate qui incipit:
[De virginitate & animæ ſanctificatione à Paulo Apoſtolo omnes docemur, &c.] *item in Tra-*
ctatu de abſtinendo ab omni conſuetudine pernitioſa, & de continentia, noſtriſq; ibi in Scholijs,] ac alibi
eodem Tomo primo ſparſim ac paſſim ſæpiſſime. De quo etiam argumento lectu digna inuenies apud Ba-
ſilium, Magnum, in lib. ſiue tract. de vera atque incorrupta virginitate.] cuius principium eſt: [Cùm
plurimi ex his, qui immortalem ſponſum noſtrum Chriſtum familiarius ambiunt, &c.] *Ac a-*
pud Gregorium Nazianzenum in ſuis ad Virgines præceptis, quæ Tomo ſecundo ſic inchoantur: [Palma
tua eſt, ò virgo, tua eſt victoria certè, &c.] *Et in oratione 31. Tomo primo apud eumdem, vbi inter alia*
B *tradit, in carne præter carnem viuere Angelicum eſſe, &c. Item Chryſoſtomo in elegantiſſima, beneq;*
longa oratione de Virginitate, Tomo quinto, cuius ibi initium eſt: [Iudæi virginitatis laudem aſperna-
ntur, &c.] *Item ad populam Antiochenum Homilia vigeſima ſecunda, quæ eſt, de pœnitentia, continen-*
tia, & Virginitate, vbi inter alia dicit, In carne præter carnem viuere Angelicum eſſe, &c. alibiq; apud
eumdem plurimis in locis. Quò etiam pertinent, quæ S. Ambroſius adducit, libro primo de Viduis, parte
1. & libro 2. offic. cap. 6. Tomo 1. & in 1. & in 1. ad Theſſalonicenſ. cap. 4. in illud: [Hæc eſt voluntas Dei,
ſanctificatio veſtra, &c.] *S. Auguſtinus libro octauo Confeſſ. item in Soliloq. & de ſingularitate Cleri-*
corum, &c. ac S. Hieronymus duabus præſertim Epiſtolis, altera ad Demetriadem, de Virginitate ſeruan-
da: altera ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, cuius initium eſt: [Audi filia, & vide, &c.] *ac poſtea*
etiam in Epiſt. ad Ruſticum Monachum, & apud alios alibi.

Audi Prophetam dicentem: Omnes gentes circumdederunt me: & in nomine Domini pro-
pulſaui eos, &c.] *Locus eſt, Pſalm. 117. vbi in editione LXX. ad verbum ſic:* [Omnes gentes circum-
C dederunt me: & nomine Domini vltus ſum eos. Circumdantes circumdederunt me: & nomine
Domini vltus ſum eos. Circumdederunt me, ſicut apes fauum: & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis:
& nomine Domini vltus ſum eos, &c.] *At in vulg. ibi legitur:* [Omnes gentes circuierunt me, &
in nomine Domini; quia vltus ſum eos. Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domi-
ni, quia vltus ſum in eos. Circumdederunt me ſicut apes; & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in
nomine Domini, quia vltus ſum in eos, &c.] *Ex quibus facile eſt, varietatem lectionis decernere, atq;*
conciliare. Concordat autem hic quaſi per omia, lectio Auctoris cum editione LXX. etiam vbi dici-
tur in Græco, καὶ τῷ ὀνόματι κυρίου, *id eſt,* Et nomine Domini.] *per ſubauditionem præpoſitionis (ἐν, in)*
more Hebraico, quæ exprimitur in vulg. & ab Auguſtino, ac alijs: & propterea etiam in translatione
hic à nobis, licet in Græco deſit. Deinde, vbi eſt: [Circumdantes circumdederunt me.] *Theodoritus &*
Symmachus habent: ἐκύκλωσάν με, καὶ πάλιν περιεκύκλωσάν με, id eſt, Circumdederunt me, & rurſus
D vndiq; circumdederunt me.] *id eſt, ſibi inuicem perpetuò ſuccedentibus incurſionibus vſi ſunt, atque*
omni genere oppugnationum, &c. ſed in eo, eadem eſt lectio apud Ephræm, LXX. & in vulgari. Poſtea v-
bi habetur: [Circumdederunt me, ſicut apes fauum.] *eadem apud Auctorem eſt lectio, quæ & LXX.*
ſed illud (fauum, Græc. κηρίον) *à vulg. ſicut etiam ab Hebræo ibi abeſt. Sequitur deinde hic, & in ſacro*
Codice: [Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.] *Græcè eſt,* καὶ ἐξεκαύθησαν, *vbi Aquila, & Symmachus*
ſic: καὶ ἀπεσβέσθησαν ὡς πῦρ ἀκανθῶν, *id eſt,* [& exſtinctæ ſunt quaſi ignis ſpinarum, &c.] *Sic quoque*
S. Hieronymus, at ſine (&) copula, &c. Verùm de his, hîc ſatis.

Audi eum qui ait: Mel diſtillat à labijs mulieris fornicarię, &c.] *Locus eſt Prouerbiorum quinto,*
vbi eadem prorſus eſt lectio apud Ephræm, & LXX. at in vulg. paullò aliter ibi, ſic: [Fauus enim ſtil-
lans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouiſsima autem illius amara, quaſi abſyn-
E thium, & acuta quaſi gladius biceps &c.] *Vbi inter alia, pro* [Mulieris fornicariæ,] *al.* τῆς ἀλλοτρίας,
id eſt, alienæ. at in vulg. meretricis, *legitur. Cæterùm S. Hieronymus, & Ambroſius magis hîc ad le-*
ctionem Ephræm, & LXX. accedunt, dum habent: [Mella enim diſtillabunt à labijs mulieris
fornicariæ, &c.] *ita S. Hieronymus in Ezechielem cap. 3. & cap. 6. & S. Ambroſius de*
Caim, cap. 5. &c. ac ſic de reliquis. De quo etiam loco, vide apud eumdem
Auctorem noſtrum, Tomo primo pag. 115.
116. & 117. in Schol.
&c.

⁂

CAPVT IV.

NE ADMISERIS conſilium prauè ſentientium, qui dicunt: A quo die mortuus fuero, quid expecto? eaque ad exacerbandum Dominum Deum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. Væ animę obſequenti ſuſpicioni huic. Væ homini ſic ſentienti. Conſilium iſtud in mortis promptuaria obedientes ſibi deducet. Hoc conſilium à Deo ſeparat, & ad Diabolum declinare facit. Tu autem tamquam fidelis, peſſimum conſilium fuge; & noli eſſe incredulus, ſed fidelis nam credimus poſt mortem eſſe iudicium, & retributionem. Fidelis quippe eſt, qui repromiſit. non enim iniuſtus Deus, qui obliuiſcatur mercedem reddere his, qui in veritate ſeruierint ipſi. ſicut ſcriptum eſt: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum. Cupis autem Chariſſime, vim noſſe ſermonis? Conſidera qualem gloriam etiam ſuper terram acquiſierint Sancti; ſicut ſcriptum habetur: Memoria iuſti cum laudibus, nomen autem impiorum † exſtinguitur. Tu verò chariſſime, fidem habe cunctis, quę in diuinis reperiuntur Scripturis. Fuge autem ſermones incredulorum: Deprauata enim eſt illorum mens, & conſcientia. Confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant. Cerne enim Herodem regali veſte amictum, ac ad populum concionantem: ſed quia non dedit gloriam Deo, Angelus Domini percuſſit eum, & conſumptus à vermibus expirauit, atque interijt. Si vbi virtutem fueris adeptus, aliquos aduerſum te ſuſcitauerit honeſtatis inimicus, vt te exterant; ne pertimeſcas, neque ob timorem humanum, pietatem deſeras. nam horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Audi Saluatorem dicentem: Si me perſecuti fuerint, & vos perſequentur. Quare fugere oportet corruptos deprauatè ſentientium hominum ſermones, & non ſolùm ad habitum attendere, vel canitiem, ſed ad ſenſum viri. Hi enim ſunt, de quibus ait Apoſtolus: Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. ne fortè fallacibus eorum verbis aſſentiens, & ab anguſta atque arcta via recedens, vocem illam acerbam omniſque cõſolationis expertem, planctu, amariſque lachrymis plenam audias; flammæ atque incendio inexſtinguibilis ignis traditus: Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. Sed ad Deum intentionem tantummodò dirige; vt de bona religioſaque tua vita ante acta gaudeat in futuro iudicio anima tua cum iuſtis: & gaudium tuum nemo abs te auferat. Quoniam Deo gloria conuenit, in ſecula. Amen.

Contra Hæreticos immortalitatem animarũ negantes.

Eſa. 64. & 1. Cor. 2.

Prouerb. 10.

† al. putreſcet vt in vulg.

Tit. 1.
Ibidem.

Actor. 12.

Heb. 10.
Ioan. 15.

2. Tim. 3.

Matth. 7. & Luc. 13.

Luc. 16.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

NE admiſeris conſilium prauè ſentientium, qui dicunt: A qua die mortuus fuero, quid expecto? &c.] *Contra hæreticos immortalitatem animarum, & iudicium extremum negantes, manifeſtè hic agere videtur Auctor. aduerſus quos etiam* Tomo primo, *& quidem copioſius, ac ex profeſſo magis, in tractatu ſiue ſermone, cui titulus eſt:* [Aduerſus illos, qui dicunt reſurrectionem mortuorum non eſſe.] *per totum, cuius principium eſt:* [Cum Ethnicis ſentis, & dicis mortuorum reſurrectionem non eſſe? O os abominandum, &c.] *Contra quos (ſi pluribus teſtimonijs opus ſit) etiam tractant, aguntque, Irenæus libro quinto contra hæreſes. Tertullianus in libro de Reſurrectione carnis. S. Athanaſius Alexandrinis, Tomo tertio. Athenagoras Athenienſis, de Reſurrectione mortuorum, S. Chryſoſtomus ſuper illud Matthæi 22.* [Acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionem mortuorum non eſſe &c.] *ac alibi ſæpius. Damaſcenus libro quarto. Et inter Latinos, S. Ambroſius in libro de fide reſurrectionis. S. Auguſtinus libro 2. de conſolatione mortuorum, cap. 2. Tom. 9. & lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 20. Tom. 5. ac lib. 22, de Ciuit. cap 12. & ſeq. Idem ſuper Pſalm. 62. Tom. 8, ibi:* [Promittitur nobis carnis reſurrectio, &c.] *ac lib. de Symb. tract. 3. circa finem cap. 10. Tom. 9. & denique libro de catechizandis rudibus, cap. 27. Tomo 4. vbi acerrimè reprehendit illos, qui mortuorum reſurrectionem negare audent, alibiq; ſæpiſſimè. S. Hieronymus in Epiſtola 61. ad Pammachium, contra errores Ioannis Hieroſolymitani, & Epiſtola 152. ad Minerium & Alexandrum, alijſque in locis plurimis.*

A Memoria iuſti cum laudibus: nomen autem impij exſtinguitur.] *Ita locum iſtum Prouerb.10. legit Ephræm. pro quo, in edit.70. ad verbum ſic: Memoria iuſtorum cum encomijs: nomen autem impij exſtinguitur*] *Sed in alio, iſtæ duæ lectiones non differunt, niſi quod hic legatur:* [Memoria iuſti.] *in ſingulari; in edit. autem LXX.* [Iuſtorum.] *in numero plurali, quomodo etiam in vno MS. Græco Cod. S. Ephræm, & quidem vtrobique hic reperi,* τῶν δικαίων, *iuſtorum, & poſtea* ἀσεβῶν *impiorum, pro* δικαίου, *iuſti, &* ἀσεβοῦς, *impij, &c. At in Lat. vulg. talis hic eſt lectio:* [Memoria iuſti cũ laudibus: & nomen impiorum putreſcet.] *Vbi etiam Aquila, & Symmach. pro* σβέννυται, *extinguitur, (vt hic eſt apud Auctorem, & LXX.) legunt* σαπήσεται *putreſcet, ſicut hoc loco eſt in lect. vulg. Prouerb.10.*

Deprauata enim & ſubuerſa eſt illorum mens, & conſcientia, &c.] *Vbi in Græco Codice Auctoris eſt:* [ἐξέστραπται γὰρ αὐτῶν ὁ νοῦς καὶ συνείδησις.] *Locus eſt & Tit.1. at ibi habetur,* ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἡ συνείδησις, *id eſt,* [Sed inquinatæ ſunt eorum mens, & conſcientia.] *veriſimile* B *autem eſt S. Patrem Ephræm aliter legiſſe; aut ſanè ad id quod in ſacro ibi Cod. poſterius cap 3 ponitur, (nimirum,* εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται τοιοῦτος, Sciens quòd ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt.) *reſpexiſſe. vbi idem Græcum verbum* ἐξέστραπται, *ponitur, quod & hic apud Auct. in ſignificatione, vt poſuimus, atque tranſtulimus.*

Herodes, quia non dedit gloriam Deo, Angelus Domini percuſſit eum: & conſumptus à vermibus, expirauit atque interijt, &c.] *Iſta de Herode, ex Act. Apoſt. cap.12. adducit Auctor, vbi in Græco eſt:* καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν. *quod ad verbum ſonaret:* [Factuſque vermium cibus, ſeu eſca, expirauit, ac perijt.] *Verùm prior lectio magis vulgatæ Latinæ eſt conformis, ſicut in Actis ſub fin. cap.12. legitur, vbi idem de Herode refertur, quod hic ab Auctore, eum ſcilicet quia gloriã quam debebat, non dedit Deo, percuſſum eſſe ab Angelo, & à vermibus conſumptum, &c. qui horrendus illius interitus, Diuina vltione plenus, etiam confirmatur à Chryſoſtomo, Tom.3. in dictum Actorum locum, Homil.27. vbi habet:* [Statuto autem die Herodes veſtitu indutus regio, & ſedens in tribunali, C concionabatur ad illos, &c.] *Sequiturq; ibi poſt:* [Statim autem illum percuſſit Angelus Domini, eò quòd non dedit gloriam Deo, & eroſus eſt à vermibus, & expirauit, &c.] *ita ibi Chryſoſt. Fuit autem iſte Herodes, filius crudeliſſimi illius Herodis, ſub quo natus eſt Saluator noſter Chriſtus, quem & ipſe quærebat ad perdendum, vt eſt Matth.2. quiq; (vt ibidem narratur) videns quòd illuſus eſſet à Magis, iratus erat valde: & mittens, occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius à bimatu, & infra, ſecundùm tempus quod exquiſierat à Magis, &c.] vbi Chryſoſt. in idem cap. Matth.2. Homil.9. referens, quàm dignus illo tantis facinoribus pœnas luerit, ſic habet:* [Satis (inquit) Herodes ille tunc celerem ob tale facinus pœnam recepit, tantoque congruentia ſceleri ſupplicia perſoluit. Siquidem vitam iſtam morte teterrima, & multo ea quam inſontibus intulerat miſerabiliore, finiuit: malaque alia mille ſuſtinuit, quæ facile noſtis, quotquot Ioſephi ſuper his legiſtis hiſtoriam, &c.] *Vide Ioſeph. Antiquit. lib.17. cap.8.9 & 10.*

Quare fugere oportet corruptos deprauatè ſentientium mores; & non ſolùm ad habitum attendere vel canitiem, ſed ad ſenſum viri, &c.] *Contra improborum & hæreticorum hominum mores,* D *atque impoſturas, iſta ſua dicta retorquet Auctor, reſpicitq; ad duo (vt apparet) potiſſimum Scripturæ loca, ad vnum quidem implicitè; ad alterum autem explicitè, & apertè: implicitè quidem, ad illud Matth.7.* [Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, &c.] *At explicitè, & apertè magis, ad 2. Tim.3. vbi ſunt, quæ hic immediatè ſubijcit:* [Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, &c.] *Perſtringit autem hic Hæreticos, qui ſub veſtimentis ouium, intrinſecus ſunt lupi rapaces, vt eſt apud Matth. quiq; ſpeciem quidem præ ſe ferunt pietatis: virtutem autem eius abnegantes, vt eſt apud Apoſt. & contra hos etiã agit, ac quidem ex profeſſo magis noſter Auctor, ſupra de Virtute, cap.8. per tot. cuius principium ibi eſt:* [Deuita frater chariſſime, conſuetudinem hominum hæreticorum, ac libidinoſorum nihil fidele loquentium, &c.] *pag.301.* E

CAP. V.

NVnc duæ ſunt tribulationes, quibus omnis ſub Sole homo implicatur: vna ſecundùm Deum, altera ſecundùm mundum; & abſque alterutra præſentem vitam tranſigere, impoſſibile eſt. ac illa quidem, quæ mundi eſt, difficilis, & ſine mercede exiſtit: quæ autem ex parte Dei, ſpem vitæ æternæ repoſitam habet. Tu autem vt ſapiens, quam delegiſti, in eam incumbe; neque tua conſilia ſequaris: ſed primùm quidem Dominum inuoca, quando ab eis turbaris. deinde cõſilium à quocunque homine timente Dominum accipe: niſi enim admonitiones timentium Dominum ſuſtinueris; anima tua erit inſtar ciuitatis muro non cinctæ, quam cùm voluerit Barbarus ingredietur, ac capiet. Cùm & ſcriptũ ſit: Inter-

De duplici tribulatione.

Anima, vt ciuitati abſque muris, comparetur.

Deut.32. roga patrem tuum, & annuntiabit tibi; * ſeniores tuos, & dicent tibi. Qui autē
* al. maiores tuos. ſapiens eſt, audiet conſilia. Fugiamus porrò ebrietatem, fugiamus commercia
mulierum, quantum in nobis erit: nam ſermo mulieris, tanquam laqueus in corde;
Prouerb.12. protrahitque amplectentem, ad turpem commiſtionem. Si corporalis te inuaſerit
Prouerb.7. infirmitas, noli deijcere animum, ſed cum gratiarum actione tolera. ait
2.Cor.10. enim Apoſtolus: Quando infirmor, tunc potens ſum. Et alibi Propheta: Beatus
Pſalm.93. homo quem tu erudieris Domine. & * de lege tua docueris eum. Proijciamus ergo
*al. ex lege Cura noſtra in Deo vt ponenda. omnem ſolicitudinem noſtram, chariſſime, in Dominum: quoniam ipſi cura
eſt de nobis. Pro victu autem noſtro, operemur dum valemus. Si verò ſuperueniente
aliqua infirmitate, Præfecti (quod abſit) curam noſtri abiecerint: Deus
Pſalm.26. præter expectationem, ſubſidium nobis immittit. nam ſcriptum habemus: Pater
meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me. Si pura ipſi
conſcientia ſeruiamus, etiam corda præpoſitorum noſtorum ipſe in nos diriget,
ac ſua nos beatitudine dignos reddet. Ne ergo moleſtus tibi ſit labor: nam multi
Elegans dictum & prouerb. etiam nihil operantes, à negligentia, atque torpore turbati ſunt. Diſce igitur operans,
vt ne diſcas mendicans. Noli ergo in opere tuo negligentem te præbere,
Philip.4. quoniam ſcriptum eſt: Dominus prope eſt, & laborantibus ſecundùm Deum,
multiplicem mercedem retribuet. Cæterùm perfer, vt iuſtorum promercaris requiem;
quippe in qua non regnat labor, non negligentia atque pigritia, non cura
& ſolicitudo, non triſtitia, non infirmitas, non cõcupiſcentia praua, neque aliud
Rom.14. huiuſcemodi: ſed gaudium, pax, & exultatio in Spiritu ſancto. Nam aduerſario
Matth.25. noſtro diabolo in gehennam ignis proiecto, cum omnibus Angelis eius: cunctæ
actiones, atque machinamenta ipſius ceſſabunt. Dominus autem dignos nos reddat
gaudio illo ineffabili. Cui gloria in ſecula, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

NVnc duæ ſunt tribulationes, quibus omne ſub Sole homo implicatur, &c.] *Cùm alibi paſſim ſparſimq́; de varijs, quibus homo obnoxius reperitur tribulationibus, Auctor agat, eas hic ad duo duntaxat tribulationum reducit genera: quorum vnum eſſe dicit ſecundùm Deum, alterum ſecundùm mundum; & abſque alterutro eiuſmodi tribulationum genere, in hoc mundo viuere, difficile cenſet, & impoſſibile. Cæterùm quia quæ ſeculi iſtius eſt tribulatio, difficilis eſt, & ſine mercede: quæ verò ex parte Dei, ſpem vitæ æternæ repoſitam habeat, ideò eam amanter, patienterq́; à Deo ſuſcipiẽdam, perferendamq́; admonet, modumq́; ac rationem ſuſtinendi, ac ad Dominum tribulationis tempore recurrẽdi docet, &c. De his plura qui deſiderat, videat Baſilium, præſertim in Homil. in Diuites auaros, ſuper illud Scripturæ:* [In famæ, & ſqualore, &c.] *S. Chryſoſt. Tom. 5. ad populum Antiochenum, Homil. 4. 5. 15. 63. 66. 67. 78. & in Pſal. 83. 93. ac Homil. 10. in Matt. S. Ambroſ. copioſè in libro ſuper* Beati immaculati, &c.] *Tomo 4. & ſuper epiſt. ad Rom. cap. 5. & ſuper illud 2. Cor. 4. & ſuper epiſt. ad Coloſſ. cap. 1. Tom. 5. &c. & S. Auguſt. in Serm. de preſſuris mundi; ac libro 1. de verbis Domin. ſerm. 18. Tom. 10. & ſerm. 2. de Machabæis, & ſuper Pſalm. 21. ſerm. 2. Tomo 10. & ſuper Pſalm. 30. ſerm. 2. ſuper Pſalm. 36 ſerm. 2. ſuper Pſalm. 40. Tomo 8. & lib. de vera innocentia. cap. 204. Tom. 3. ac alibi ſæpiſſimè. S. Hieron. in epiſt. ad Cyprian. & alibi frequenter. S. Gregor. in homil ſuper illud:* [Homo quidam fecit cœnam magnam, &c.] *Item in Moral. lib. 28. pluribusq́; in locis alijs. & denique S. Bernardus de hiſce legatur ſuper Cant. & in Sermone 16. & 17. ſuper Pſal. 90.* [Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei, &c.]

Diſce igitur operans, vt ne diſcas mendicans, &c] *Alia lectio ad verbum magis ſic:* [Diſce laborare, vt non diſcas mendicare, &c] *Eſt autem elegans dictum, & prouerbium accommodum, in pigros ac deſides quadrans, quibus tædioſum eſt laborare, & verecundum mendicare, iuxta illud Luc. 16.* [Fodere non valeo, mendicare erubeſco.] *Quare ne quis otio ſe dedat, vel in opere ſibi incumbente negligentem nimis ſe præbeat, atque ſic in egeſtatem redigatur, ac mendicitatem, cõcinnè & argutè in talem adhiberi dictum iſtud Auctoris poterit:* [Diſce operans, vt ne diſcas mendicans.] *Inſinuatur autem hic non obſcurè* τὸ ἐργοχείρον, *id eſt,* Opus manuum, *olim apud Monachos antiquos valde uſitatum. Sed de hoc ſuis poſtea locis opportunius ac plenius.*

Scriptum eſt: Dominus propè eſt; & laborantibus ſecundùm Deum, multiplicem mercedem retribuet, &c.] *Pro hoc, in alio. MS. Ephræm Græc, eſt:* ὁ κύριος ἐγγὺς, μηδὲν μεριμνᾶτε: ἀλλ᾽ ὑπομένων τὸν κύριον, ὅπως ἀξιωθῇς, &c.] *id eſt,* [Dominus prope eſt, nihil ſolliciti ſitis: ſed ſuſtine & exſpecta Dominum, vt iuſtorum promercaris requiem, &c.] *Eſt autem in his alluſio ad verba Philip. 4.* [Dominus prope eſt, nihil ſolliciti ſitis, &c.]

CAP.

CAPVT VI.

AVdi Chariſſime: incurabiles morbi, niſi * cauteriatis, & acerbis medicamentis adhibitis, non eradicantur. Et tu Chariſſime, veritatem audiens, caue iraſcaris. Si verò aduerſus eum, qui medicinam tibi affert, indignaris: iam te declaras ſanari nolle, neque à morbo liberari; ſed adhuc in ſordibus hærere malle. Nam ſi veritatem abſcondamus, & voluptatis illecebras alijs conſulamus, nihil à falſis prophetis differimus, qui populum ſeducebant; ad gratiam vnicuique loquentes. At Dei Prophetæ: quòd veritatem prædicarent, odio habebantur,
B & occidebantur. Non quòd inter Prophetas ego me referam, cùm ſimilis ſim cani oues ſequenti, qui ſimul atque aſpexerit lupum venientem, non quieſcit, ſed mox ſurgens irruit in ipſum: paſtores autem audito latratu canis ſurgũt, & inſequuntur * corruptorem, ac ſaluant ſuas oues. Quid ergo noſtram negligimus ſalutem, ô dilecti? Cur circumferimur concupiſcentijs veteris hominis: & externum quidem hominem habitu ornamus, internum autem operibus corrumpimus? Non duro ſimus corde, inſtar Pharaonis: ne & partem cum ipſo ſortiamur. neque duræ ceruicis, ſicut quidam filiorum Iſrael: ne promiſſionis terra priuemur. Conuerſationem imperitorum atque imprudentum hominum oderimus: quoniam via ipſorum nõ eſt abſque periculo. ſicut ſcriptum eſt: Gens abſque conſilio eſt, & non eſt in eis ſcientia. Vnde & Propheta dicebat: Domine omnipotens, non ſedi cum * conſilio vanitatis ludentium, ſed metuebam à facie
C manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam amaritudine repletus ſum. Aude porrò, quomodo alibi quoque genus noſtrum lugeat Propheta alius: Væ mihi, inquit, quia perijt * pius de terra, & rectus in hominibus non eſt. omnes in ſanguinem iudicantur, vnuſquiſque proximum ſuum * tribulatione tribulat: ad malum * manus ſuas præparantes. Diligamus igitur & nos pietatem; etſi contumelijs afficiamur, ſicque contemnamur, aut flagris excipiamur, propterea non relinquamus eam: nam theſaurus eſt bonis abundans, & virtutibus plenus. Deũ flectit ad reſpicienda bona eorum, * qui poſſident eam. quemadmodum ſcriptum habemus: Super quem reſpiciam, niſi ſuper * manſuetum, & tranquillum & trementem ſermones meos? At beatus, qui cuncta amore pietatis reſpuit. Attende igitur tibi ipſi chariſſime; & ne propriam ſalutem negligas. Noli attendere
D ignauis ac pigritantibus, ſed vigilantibus: neque naufragantibus, ſed ijs, qui ſaluantur.

Quouſque tandem ijs, qui ad turpia, atque indecentia te compellunt, ſubſeruies? Noli effici libidinum ſeruus, ſed ab ijs potius te liberum redde. Multa tibi vigilantia opus eſt. In ſcammate conſiſtis, ne te inertem præbeas: nam ex aduerſo hoſtis ſubſiſtit, quemadmodum ſcriptum habetur: Aduerſarius noſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cernis quàm inſatiabilis ſit aduerſarius; quantaque eius violentia? Non enim ferire tantùm vult aliquem, & ſemiuiuum relinquere: ſed mox totũ deuorat non vigilantem. Donec ergo tempus ſuppetit, decerta: nam ſi tempus noſtrum per ignauiam deperdiderimus, aliud tempus non reperiemus. Quot, quantique homines ab Adam; ad noſtra vſque tempora fuerunt; & vbi iam ſunt? Quis nouit numerum? Qui creauit nos, Dominus Deus. Qui educit in numero orbem ſuum. quiq; numerat
E multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat: ipſe ſingulos, & vniuſcuiuſque nouit opus: qui ſolus ſapiens eſt, & bonus, & potens. qui tremendus eſt, & iniuriarum immemor. miſericors & miſerator in eos, qui conuertuntur, & pœnitentiam agunt. Te Domine, Creatorem noſtrum ac Deum adoramus. Tibi gloriam, & honorem offerimus: quoniam & à meo pateris te collaudari abominando fœtore. In hoc enim Domine, magna tua miſericordia, atque benignitas; quòd etiam indignos vocas, nec peccatores pœnitentes auerſeris, tribulatos non deſpicias, & puſillanimes non derelinquas, Beata, ac ter beata anima; quæ * te ſolùm concupiſcit: nam quæ te deſiderat, etiam mandata tua cuſtodit.

Cur igitur nos propriam deſpicimus ſalutem, Chariſſimi? ex momentaneis æterna reuoluamus animo. Quanta enim quis cura accedit recitaturus;

*καύσικα καὶ συπτικὰ φάρμακα quæ ſint; vide Schol.

Adluſio ad Mat. 7. & Luc. 6.

Matth. 23. Hebr. 11.

Adluſio ad Ioã. 10. & Iſa. 40. ac Ezech. 34.

* al. interemptorem. ac perditorem.

Exod. 9. 10. 14. Iere. 7. 16. 17.

Deut. 32.

Ierem. 15.

* al. in cõſilio; al. in conſeſſu.

Mich. 7.

* al. reuerens.

* vulg. ad mortem venatur.

* vulg. Malũ manuum ſuarum dicũt bonũ, &c.

* al. bona illius; qui poſſidet eã.

Eſa. 66

* al. humilem.

Salubris admonitio.

Quid Scamma; vide Tomo 1. pag. 149.

1. Pet. 5

Notanda & mẽte verſanda.

Pſalm. 146.

Apoſtrophe cũ Precatione ad Deum.

* f. quæ te ſolũ deſiderat, & mãdata tua obſeruat.

A Minori ad Maius.

*al. tempeſtatē oboriēte noctu al. intempeſta nocte, &c.

quod didicit præceptori? aut etiam operis manuum redditurus penſum Præfecto? A & nos de hora illa quare non ſumus ſolliciti, quando totius nobis vitæ reddenda erit ratio? Rurſus dum quis tardat * hyeme ad horam veſpertinam in cella aliena, compulſus adire propriam: quanta putas anxietate corripietur propter tenebras, & confuſionem aëris? Et quo pacto nos ineuitabilem illam ita paruipendimus viam? Quid nobis occurret, poſt animæ ſeparationem à corpore? Attendamus ergo nobis ipſis, Chariſſimi: vt in iuſtorum lætitia collocemur. Qui enim deceptionibus atque impoſturis ſeipſum tradiderit; multis confringetur, & affligetur dum in hac verſatur vita. Hodie comedit, bibit, & voluntatem ſuam quantem poteſt, ſed non quantum vult explet, exultans in damno animæ ſuæ; poſtero autem die, ſi non habeat quibus ſaturetur, plurimum triſtabitur. Qui verò ſibi ipſi attendit, optimum habitum aſſumit: cumq́ue lætitia non deficiet, neque marceſcet, quæ eſt ſpes futurorum bonorum. ſicut ſcriptum eſt: Memor fui Dei, & delectatus ſum. Precemini etiam pro me miſerabili, apud Dominum obſecro. Quoniam ipſi conuenit gloria, in ſecula, Amen.

Pſalm. 76.

SCHOLIA.

INcurabilis morbi, non niſi cauteriatis, & acerbis medicamentis curantur, &c.] *Vbi ςύπτικα ϗ καυςικὰ φάρμακα, appellat acerba, & quæ igne admoto adhibentur, vt ſunt cauteria, & huiuſmodi. nam etſi ςυπτικὸν, propriè ſit, quod adſtringendi vim habet (vnde ſtyptica medicamenta aſtrictiua appellat Plinius libro 14. cap. 13. & libr. 21. cap. 23.) tamen eo vocabulo etiam quoduis ſignificatur acerbum, vt hoc loco apud Ephræm, & alibi. & apud Baſil. in reſponſ. ad interrogat. 55. in Regul. fuſ. diſp. ibi:* Quocirca neque ſectiones, neque vſtiones, neque cruciatus, quæ acerba, aſperaque medicaméta afferre ſecum ſolita ſunt, repudianda eſſe nobis recta ratio demonſtrat, &c.] *Cauſtica porrò medicamenta, propriè ſunt aduſtiua, à Græco verbo, καίω, id eſt, accendo, aduro, vel καίομαι, ardeo; vnde Cauterium inſtrumentum, quo inſanabilia curantur vitia in corpore. Hinc cauſtica pharmaca dicuntur aduſtiua, de quibus inuenies apud Plinium libro 2. cap. 9. Caſſianum lib. 10. cap. 7. & collat. 6. cap. 11. & S. Ambroſium in expoſit. Pſalm. 38. vbi dicit grauiora vulnera cauſtico medicamento vel admoto igne curari. & in noſtris Scholijs, in Serm. 1. S. Ephræm. de Pœnitent. Tom. 1. pag. 156.*

Gens abſque conſilio eſt, & non eſt in eis ſcientia, &c.] *Locus eſt Deut. 32. vbi in Græco eadem eſt lectio apud LXX. & apud noſtrum Auctorem, quæ ad verbum relata, talis eſſet:* [Gens perdita conſilium eſt: & non eſt in ipſis ſcientia, &c.] *At in vulg. legitur:* [Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia, &c.] *vbi quoque Aquila pro (ἐπιςήμη,* ſcientia) *ſicut eſt hic apud Ephræm, & LXX. legit, ϗ οὐκ ἔςι ἐν αὐτοῖς φρόνησις* & non eſt in eis prudentia, &c.] *vt etiam eſt in vulg. At nos partim hic LXX. & partim lectionem vulgatam, in translatione ſecuti ſumus, vt alibi ſæpe.*

Poſtea, ex Ieremia, citantur iſta verba: [Domine omnipotens, non ſedi cum conſilio vanitatis ludentium, &c.]. *Vbi paullo aliter in edition. LXX. ſic reperitur:* [Non ſedi in conſeſſu ipſorū ludentium, &c.] *Sed illud (αὐτῶν,* ipſorum) *hic à Græco textu noſtri Auctoris abeſt, vt etiā à vulg. vbi apud Ephræm legitur:* [Cum conſilio vanitatis ludentium.] *abeſtq́; illud (τῆς ματαιότητος, i. vanitatis) tam ab edit. LXX. quàm à vulg. vbi eſt:* Non ſedi in conſilio ludentium, &c.] *Poſtea verò conformiter legitur apud Ephræm, & LXX. ibi.* [Sed metuebam à facie manus tuæ, ſolus ſedebam: quoniam amaritudine repletus ſum.] *At in vulg. aliter ſic habetur:* Et gloriatus ſum à facie manus tuæ. ſolus ſedebam: quoniam comminatione repleſti me, &c.] *in quibus, quæ conformitas, & quæ lectionis diuerſitas, Lector conſideret. Locus eſt Ierem. 15.*

Deinde Michæam Prophetam introducit, talibus genus noſtrum lugentem verbis: [Væ mihi, inquit, quoniam periјt pius de terra, & rectus in hominibus non eſt, &c.] *Iſta habentur Mich. 7. leguntúrq; in edit. LXX. ad verbum hoc modo:* [Væ mihi anima, quia periјt pius de terra: & qui corrigat, in hominibus non eſt. Omnes in ſanguines iudicantur: vnuſquiſque proximum ſuum tribulat tribulatione: in malum manus ſuas præparant, &c.] *At in lect. vulg. ſic:* [Periјt ſanctus de terra: & rectus in hominibus non eſt. omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuum ad mortem venatur. malum manum ſuarum dicunt bonum, &c.] *Vbi quid, & in quo Auctoris lectio ab edit. LXX. & à vulg. differat; & in quo cum illis conueniat, Lector diligens conferendo decernat, atque conciliet.*

Super quem reſpiciam, niſi ſuper manſuetum, & tranquillum, & trementem ſermones meos, &c.] *Verba ſunt Eſa. 66. quæ in edit. LXX. ſic referuntur:* [Et ſuper quem reſpiciam, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem ſermones meos] *At in vulg. paullo aliter ſic:* [Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?

A meos?] *In alio Græco MS. Auctoris, hic loco (πρᾷον manſuetum) legitur ταπεινὸν humilem, vt in edit. LXX. Quæ tamen duo, alibi apud Ephræm etiam ſimul leguntur, vt in tract. de Sacerdotio Tom. 1. ſub finem, ibi:* Huius tu ſemper memineris Frater, horribilis verbi Dei excelſi, ore Iſa. Prophetæ pronuntiati: Super quem requieſcam ego, niſi ſuper manſuetum, humilem, tranquillum, & trementem ſermones meos? &c.] *Quem eundem Eſaiæ locum S. Chryſoſt. Tom. 1. in cap. Geneſ. 29. ſub finem Homil. 15. ſic legit:* [Super quem alium reſpiciam, quàm ſuper manſuetum, & quietum, & trementem ſermones meos?] *Et Ioannes Caſſianus lib. 14. cap. 21. contra Spiritum ſuperbiæ agens, hunc ipſum Eſaiæ adducit locum legitq; hoc modo:* [Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietem, & timentem verba mea?] *additq; ibid.* Siue ſecundùm exemplaria, quæ Hebraicam exprimunt veritatem: Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem verba mea?] *Sed de eo ſatis hactenus.*

Quis nouit numerum? Qui creauit nos Dominus Deus. Qui educit in numero orbem ſuum, B &c.] *ὑποφορὰ, ſiue Subiectio figura, eleganter, & accommodè hic adhibita, qua Auctor ſibi ipſe reſpondet, indicans neminem omnino, quot quantiq; homines ab Adam, ad hæc vſq; tempora noſtra vixerint, aut vbi omnes illi iam ſint, noſſe: præter ſolū Deum, &c. vbi alia lectio per coniunctionem diſiunctiuam, & interrogationem, & ſubauditionem (εἰ μὴ, niſi) ſic:* Aut quis eorum nouit numerum: niſi Deus creator noſter? &c.] *Sed prior lectio per Subiectionem figuram rhetoricam, multò venuſtior eſt, & inſtituto Auctoris conformior. cùm neque videatur neceſſe, vt hic ſubintelligatur (εἰ μὴ niſi.) ſequitur enim hic poſtea αὐτὸς ἐπίσταται,* ipſe nouit, &c.

CAP. VII.

NOli prauæ eſſe conuerſationis, & famæ non bonæ: neque morem geras peccato, ne te abominabilem reddat. Magis aūt obtemperes æquitati atque iuſtitiæ: vt te ex probatorum numero vnū efficiat. Noli animarum ſcandalum eſſe: ſed attende tibi ipſi, vt & alijs proſis. Ita ſanè, Dei electe, tibi ipſe attende; vt cæteros quoq; ædifices. Noli malus eſſe, ne in nouiſſimis tuis mœrore afficiaris. An nō audis, quod dicit Scriptura: Quia plagæ, atque liuores, & contritiones occurrēt improbis. Et neque mercedem referunt dolorum. At tu fortiter virtutum labores perfer propter Dominum, vt coronam reportes. Ad nuptias inuitauit te Dominus: ne ingratum te præbeas, ſed veſte nuptiali induere; vt in ipſius collæteris thalamo. & non tanquam contemptor, audias: Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Et tunc ligatis manibus & pedibus, immittat te in tenebras exteriores, vbi clamor erit, & dentiū ſtridor. Dum veſtem audis nuptialē, dilecte; ne de veſtimentis, quibus induimur, id exiſtimes: ſed de bonis operibus. Et tu ergo chariſſime, qui in Monachorū meruiſti referri ordinem, enitere, vt virtutem promiſſi demonſtres, ne repellaris. Noli ergo durus eſſe, nō libidinoſus, non iracundus, non rixoſus, atque contentioſus, non intemperans, neque impudens: ſed potius manſuetus, pius, & religioſus, humilis, temperans, modeſtus, quietus, pacificus, prudens, corporiſque tui pudicitiam ſeruans, quemadmodum Chriſto pactus es, vt ſi in illa nobis hora dixerit: cur nō viſitaſtis viduas, & pupillos in tribulationibus eorum? Reſpondere queamus ei, dicentes: Domine, vt in quiete ac ſilentio citra vllam diſtractionem ſeruiremus tibi. Sin verò dixerit nobis: Cur immaculatos non ſeruaſtis vos à ſeculo? quid reſpondebimus ei, ſiquidem in eo contaminati fuerimus? Neque enim ea virtus eſt, quando quis ab impuro abſtinet opere; & figuras interim effingit, ac ſimulachra, quæ alios ad paſſiones deſideriorum commouent. quia ſcriptum eſt: Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum ſicut teipſum. Fuge autem ſermones inutiles: ne in turpes cogitationes incidas. Nam quemadmodum ſermones boni conducunt animæ: ita non boni eam peruertunt. ſecundùm Apoſtolum: Corrumpunt mores bonos colloquia praua. Omnis ſermo turpis, ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem * vtilitatis, atque opportunitatis, vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Caue dicatis inobediens, durus, temerarius, ſuſurro, bilinguis, murmurator, obtrectator, imitis, proximi inimicus, oſor virtutis: Sed potius voceris obediens, verax, modeſtus, taciturnus, impiger, atque alacris, miſericors, ſobrius & vigilans, proximi amator, hoſpitalis, cultor virtutis, interceſſor & conſolator,

Prou. 20. in fine.
Matth. 22.
Matth. 22.
Veſtis nuptialis, quid.
Iacob. 1.
Ibidem.
Matth. 22.
1. Cor. 15.
Epheſ. 4.
* vulg. in ædificationem fidei.

ſolator, pius atque religioſus, hæc bona, & vtilia ſunt hominibus. Ne igitur eſſe efferamur, ſed magis humiliemus noſipſos. Quæ enim eſt potentia noſtra, vt efferamur? Nonne ecce exiguus labor nos vel humi inflectit, atque proſternit? Diligamus ergo humilitatem, vt nos exaltet Dominus. Quocirca attende tibi; ne in te dominetur iracundia, atque excandeſcentia, & iniuriarum memoria: vt non in perturbationibus, & inſtabilitate vitam degas. Cæterùm longanimitatem tibi ipſe compara ac manſuetudinem, innocentiam, & quæcunque decent Chriſtianos: vt quietam atque tranquillam vitam tranſigas. Excelſi ſunt montes Ararat. lati campi ſolitudinis. validum, ac vehemens eſt Aquilonis frigus in terra: at Solis æſtus in Auſtrum effunditur. Inter volucres cæli, maxima eſt Aquila: at inter beſtias terræ, leo: Inter filios verò hominum, qui timet Dominum. Magnus Deus noſter, & laudabilis * valde: qui creauit omnia, & exaltat timentes cum. Ipſi gloria, in ſecula. Amen.

Similia ſignificantia, & efficacia valde.

Pſal.47.95.144.
*al. nimis.

SCHOLIA.

NE ingratum te præbeas, ſed veſte nuptiali induere, &c.] *Ac non multo poſt:* [Dum veſtem nuptialem audis, id de bonis operibus dictum exiſtimes, &c.] *Adluſio manifeſta eſt ad Matth.22.* [Amice, quomodò huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? &c.] *Quid verò per veſtem nuptialem, non veſtimenta, quibus induimur, ſed bona opera intelligere oporteat: ex hoc loco Auctoris noſtri clariſſimum eſt; ſicut etiam ex Tertulliano, lib. de reſurrectione carnis, cap.27. & S.Hieronymo libro 4. in Matth.22. vbi dicit, Veſtem nuptialem eſſe præcepta Domini, &c.] citatque illud Gloſſ.3.* [Induite viſcera miſericordiæ, &c.] *Veſtes porrò ſignificare opera, teſtantur Origen. Homil.10. in Ioſue. & ad Rom.13. S.Ambroſ. in Lucam 5. in epiſt ad Rom 13. item Hilarius can.9. in Matth. Gregor. 1.Reg.4. & lib.2.Moral. cap.38. & lib.16. cap.13. & lib.19. cap.16. in Cant.4. Beda in Exod.19. & in cap.31. Prouerb. aliiq; alibi.*

CAPVT VIII.

SI dum tu opus Domini in humilitate ac pietate operaris; aduerſarius aliquos ex negligentioribus in te armet, cupiens à vita te recta remouere: ne verearis ac metuas, neque à via recta declinaueris, cùm dicat Apoſt. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur, perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur; * deijcimur, & non perimus: ſemper mortificationem Domini Ieſu in corpore circumferentes, vt & vita Ieſu in * corpore noſtro manifeſtetur. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Suſtine igitur Dominum electe Dei: vt qui modò te affligunt, obſtupeſcant in admirabili ſalutis tuæ refrigerio. Sicut ſcriptum eſt: Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis vita immaculata. Placens Deo, factus dilectus, & viuens inter peccatores, tranſlatus eſt. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ trāſuertit ſenſum ſine malitia. Cōſummatus in breui, expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo * anima illius: propter hoc properauit educere illum ex medio malitiæ. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia. Quoniam gratia Dei, & miſericordia electos eius, & reſpectus in ſanctos illius. Condemnat autem iuſtus mortuus viuos impios; & iuuentus celerius conſummata, longam * vitam iniuſti. Videbunt enim finem ſapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. Videbunt & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit. Et erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam diſrumpet illos * præcipites ſine voce, & commouebit eos à fundamentis: & vſque ad nouiſſimum deſolabūtur, & erunt in dolore ac gemitu, & memoria illorum peribit. Venient in * computationem peccatorum ſuorum timidi

2.Cor.4.

*al. humiliamur, ſed non confundimur.
*al. in corporibus noſtris.

Sap.4.

Hebr.11.

*al. Domino.

*al. longæuam ſenectutem iniuſti.
Sapien.4.

*vulg. inflatos ſine voce.
*al. cogitationem.

A timidi, & traducent illos ex aduerſo * iniquitates ipſorum. Tunc ſtabit iuſtus in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui † ſpreuerũt labores eius. Videnteſque ipſum, turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſpiratæ * requietis. dicentque intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: Hic eſt quem habuimus aliquando in † deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati, vitam illius æſtimabamus inſaniam, & finem ipſius abſque honore. † Quomodo computatus eſt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illius eſt? Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitię lumen non illuxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & pertranſiuimus vias † deſertas: viam autẽ Domini ignorauimus. B Quid profuit nobis ſuperbia? aut diuitiarum iactãtia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius † præcurrens: & tanquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam; cuius, cùm præterijt, non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus: aut tanquam auis, quæ tranſuolat in aëre, & cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius: ſed * percuſſione alarum verberans leuem vẽtum, & ſcindens per vim ſtridoris aërem, commotis alis tranſuolauit: & poſt hoc, nullum ſignum inuenitur itineris * illius; aut tãquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum, diuiſus aër continuo in ſe recluſus eſt, vt ignoretur tranſitus illius. Sic & nos nati, continuò deſinimus eſſe: & virtutis quidem ſignum nullum valemus oſtendere; ſed in malitia noſtra conſumpti ſumus: quoniam ſpes impij tãquam puluis eſt, qui à vento tollitur, & tanquam * pruina tenuis, quæ à procella diſpergitur: & tanquam fumus, qui à vento C diffuſus eſt: & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud Altiſſimum. Ideo accipient Regnum decoris, & diadema ſpeciei, de manu Domini, quoniam dextera ſua reget eos, & in brachio ſancto ſuo defendet illos. Ne ergo quemquam oderis in corde tuo, neque malum reddideris pro malo: ſed charitatem tibi ipſi compare, quam ſupra omnem aliam virtutem Diuina extollit Scriptura. Ipſi enim rerum omnium * procreatori comparauit eam, cùm ait: Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in ipſo. Frater quidem è cœnobio ſenem acceſſit, atque conſuluit. At ille ad eum: Similia, inquit, ſunt cœnobia ludis litterarijs: Nam alij in * prętorio incedunt, alij ſub caminis: Quo quidem ſermone adiutus frater, ſibi pœnitentiam impoſuit: Vnde ipſa vtamur re, tanquam lucro: ne reprobi facti, ex cæleſti eijciamur regno, & in cami- D num ignis proijciamur. Quando prouectos in habitu conſpexeris negligentes: tunc magno præſidio indiges, ne iſtos fortè imitans, eandem inambules viam; neve per continentiam tuam, contra * eos extollaris: quod quidem eſt ſuperbiæ peccatum. Sed audi eum, qui dicit: Attende tibi ipſi, & cuſtodi animam tuam valde. Neque enim ex operibus alienis, nos iuſtificabimur: nec alij ex noſtris operibus condemnabuntur. Nam quando nudi & aperti, atque retecti adducemur coram * Deo, redditurі de cunctis factis rationem, non alius cõdemnabitur pro alio: nam vnuſquiſque proprium onus portabit. Si quis tibi ſuas reuelet cogitationes, ne curioſius rem inueſtiges; præſertim ſi oculus mentis tuæ debilis ſit, ne fortè dũ ille enarrat, iiſdem perturberis paſſionibus, ſimiliſq; reddaris gubernatori inter fluctus & vndas. Oportet igitur, vt nos audiẽtes quæ dicuntur, ea quæ conſequun- E tur intelligamus, atque ita conſolemur afflictum, aut ijs rebus quas à ſanctis viris accepimus, aut quibus ipſi * tentati ſumus. Non enim eſt voluntas Dei, vt alius per alium corruat; cùm cunctos cupiat ſaluos fieri. Tu verò chariſſime; ne cuius homini cogitationes tuas aperias: ſed ijs duntaxat, quos ſpiritales eſſe probaueris; nam multæ ſunt inſidiæ atque fallaciæ * diaboli,

* al. nomina ipſorum.
† al. qui abſtulerunt.
Sap.5.
† al. ſalutis.
† al. in riſum.
† al. in riſu.
† vul. Ecce quomodo.
al. Quomodo ergo.
† al. iuſtitiæ.
† al. difficiles.
† al. deſolatas.
† al. percurrens.
* vulg. ſed tantùm ſonitus alarum.
* al. in eo.
* al. ſpuma gracilis.
* al. poſſeſſori, vel Domino.
Narratio de quodam fratre.
* f. in foro.
* al. apud te ipſum efferaris.
* al. coram Iudice.
Alienæ cogitationes curioſius nõ peruestigandæ.
* al. probati.
* al. fraudulenti hoſtis.

Dixit quippe Saluator: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: ab operibus ipſorum cognoſcetis eos. A viris porrò ſpiritualibus ne te occultaueris, ne fortè inimicus angulum comperiens, in te latitet. Cum carnalibus verò noli conferre conſilia. Nam voluptatibus ac libidinibus dediti, indies peccata ſibi accumulant, illudque dictitant: iſtud & ſolum mihi * computetur peccatum; Propheta interim deplorante, atque dicente; Ve ijs qui trahunt peccata ſua quaſi funiculo longo, & quaſi

Matth.7.
* al. imputetur.
Eſa.5. ſecundum LXX.

iugi corrigia vitulæ, iniquitates.

Vnde vitare oportet ſermones inutiles, & eorum conuerſationem, qui timorem Domini deſpiciunt: quoniam nihil quod ſit vtile loquuntur, nihil propter Dominum faciunt, nihil de virtute ac religione, nihil de honeſtate ac grauitate morum tractant. Sermones quippe eorum laquei ſunt mortis. conſilium ipſorum, fouea inferni, impunitas & riſus, temulentia, & perditio animæ. conſuetudo eorum terribilis, ac dirus anguis qui loquitur per ipſos. At tu, ô homo Dei, iſta fuge: ſectare autem iuſtitiam, pietatem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Bonum fidei certamen decerta, vitam æternam apprehende, ad quam vocatus es. pręclaram confeſſionem profeſſus es. Vide dilecte ſerue Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ne momentanea ineſcari te patiaris delectatione, aut, vt potius dicam, deceptione: vt non vita priueris æterna. Rectè vigila, ad negotiandum vocatus es, ne deperdas margaritam; ne theſaurum tuum deprædetur inimicus, ne nauis demergatur vnà cum onere, & vacuus reuertaris ad propria. Inimicus ſciens quãtam apud Deum referat gloriam. qui immaculatum ſeſe ab inquinamentis ſeruat carnis, vehementer per cogitationes impugnat, cupiens hominem innectere ijs, vt non conſequatur gloriam futuram. Et ſi animam inuenerit abieciſſe cogitationes inutiles, non frequentat eam, ſed neque prorſus recedit: accedit autem magis, vbi ipſo pulſante mox aperient, & corpus ſimul cum anima per ſordidiſſimas cogitationes, non reſiſtenti ei coinquinat. demumq; tanquam bonus conſiliarius, ipſi ſuggerit: Præſtat tibi, inquiens, in mundum redire, & vxorem vitæque conſortem ac ſociam capere, quam ſic carunculam corrumpere. à ſobrio porrò & vigilante cuncta iſta recedent. Attende igitur tibi, & nihil eorum te offendet. Quapropter neceſſarium fuerit, nimiam fugere licẽtiam. iterumque dico: Fuge licentiam, ne impudentia te inuadat, ligatumque velut malũ aliquem captiuum ſeruum tradat peccato. ac tùnc dicere incipias: Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Et rurſus: Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Vnde fugere oportet peruerſorum hominũ conſuetudinem: non tanquam homines odio perſequens, ſed damnum ac vitium reſpuens. Quòd ſi cum ſegnioribus verſari cogeris: attende tibi ipſi, vt & illos lucrifacias rectæ vitæ ratione, & te ipſum non perdas. Ne credas illis, qui inutilia loquũtur animæ tuæ ac temperantiam profitentur. Ait enim Saluator: Ex abundantia cordis os loquitur. Subtrahe ergo te à iuueniliter agentibus, & qui ridiculis circumferuntur, vt ne ſis inobediens ei, qui dicit: Iuuenilia deſideria fuge. Et ne accipias perſonam aduerſus animam tuam; non paruam, non magnam, non in imperio ac poteſtate conſtitutam: nemo enim te ex igne inexſtinguibili liberare poterit. Audi dicentem: Quid proderit homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Caue igitur, libertatem erga Deum deperdas, propter honorem aut gloriam aliquam humanam, vel propter cibum, ſeu potum, ſiue indumentum, cùm iſta cuncta corruptioni ſint obnoxia: actiones autem vniuſcuiuſque, ſiue bonæ ſiue malæ, deſcriptæ contineantur. Quæ ſurſum ſunt, ſapito, non quæ ſuper terram: vt permiſſionibus perfruaris Patris, qui in cælis eſt, & connumereris inter electos Flij: & cum omnibus Sanctis benedicas Spiritui ſancto. Quoniam ipſi gloria, in ſecula, Amen.

Sermones inutiles vitandi, & improborum commercia fugienda.

1. Tim. 6.

Parœmiæ accõmodæ, & ſententioſæ.

Vehemens per cogitationes impugnatio.

Subdolę inimici ſuggeſtiones.

Libertas nimia fugienda.

Pſalm. 68.
Ibidem.

Cum ſegnioribus quomodo verſandum.

Matth. 12. & Lucæ 6.

2. Tim. 2.

Matth. 17.
Marc. 8.
Luc. 9.

Dan. 7. 12.
Apoc. 20. 21.
Coloſſ. 3.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

Tentationibus atque ſuggeſtionibus improbi hoſtis docet non eſſe ſuccumbendum. conſilijs, & conuerſationibus prauis non acquieſcendum: Spiritualibus autem viris adhærendum; & à carnalibus ac ſenſualibus, atque laſciuis fugiendum. A ſermonibus inutilibus abſtinendum, & improborum commercium relinquendum, nimiamq; viuendi libertatem vitandam: in vocatione verò Dei ambulandum; & virtutibus, recteq; viuendi inſtitutis ad finem vſque inſiſtendum. Et hæc omnia Scripturis, rationibus, exemplisq; optimis luculenter hic oſtendit, probat, atque amplificat.

Cùm dicat Apoſtolus: In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur; aporiamur ſed nõ deſtituimur, &c.] *Vbi Græcè in ſacro Cod. 2. Cor. 4. vt & hic apud Ephram, eſt* ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ

A οὐχ ἐξαπορούμενοι, *quod Latinus interpres vertit:* [aporiamur, ſed non deſtituimur.] *quam interpretationem & nos hic retinuimus. Illud autem Pauli dictum, quomodo accipiendum ſit, atque intelligendum, S. Baſil. in Reſponſ. ad Interrog. 270. in regulis conciſè diſputatis optimè declarat, vbi ſic habet:* [Vt *(inquit)* animi ſui expletionem in fiducia in Deum, ex collatione fortitudinis animi humanæ, oſtendat Apoſtolus; ſingula, quæ hoc loco habentur, ponit hoc modo: Quod enim ad humanam prudentiam attinet, in omnibus tribulationem patimur, inquit: Quod verò ad fiduciam in Deum, ſed non anguſtiamur. Item quod ſpectat ad fortitudinem animi humanam: aporiamur, inquit, id eſt, ſummis circumuenimur difficultatibus. Quod verò ad fiduciam in Deum, non deſtituimur penitus: id enim, ἐξαπορούμενοι. *& reliqua ſimili modo. Cuiuſmodi ſunt etiam illa, quæ aliò in loco dicta ſunt ab eodem:* [Quaſi morientes, & ecce viuimus. Vt caſtigati, & non mortificati. B Quaſi triſtes, & ſemper gaudentes, tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes, &c.] *Verùm de his plura apud Chryſoſt. homil. 9. in 2. Cor. 4. & alibi.*

Cani autem ſunt ſenſus hominis: & ętas ſenectutis, vita immaculata, &c.] *Locus eſt Sap. 4. vbi tamen ad verbum magis, & ſecundum LXX. ſic:* [Canities autem eſt prudentia hominibus: & ętas ſenectutis, vita immaculata.] *Verùm quia vulgata lectio non immutat ſenſum, ab ea hîc non receſſimus, quod idem & in pleriſque ſequentibus ſeruauimus.*

Poſtea ex eodem cap. 4. Sap adducuntur ſequentia: [Venient in computationem peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum, &c.] *pro quo alia lectio habet:* [In cogitationem peccatorum ſuorum.] *al.* in cogitatione. *vt vulg. Lat. al.* in cognitionem peccatorum.] *At dictio Græca,* συλλογισμος, *computationem ſiue ſupputationem potius hoc loco ſignificare videtur. Deinde* [Et traducent illos, &c.] *al.* Et coarguent, atque conuincent eos.] *vt in Græco Cod. S. Ephræm, & apud LXX. vbi eſt,* καὶ ἐλέγξει αὐτοὺς. *Sed quia exigua videtur differentia, retinuimus vt in vulg. Lat. Poſtea quod additur,* [iniquitates ipſorum,] *in vno atque altero MS. Cod. S. Ephræm inueni* [ὀνόματα αὐτῶν, i. nomina ipſorum] *Verùm quia in alijs omnibus mmſſ. legitur:* ἀνομήματα αὐτῶν, iniquitates ipſorum,] C *vt etiam in edit. LXX. & in vulg. viſum eſt planè hanc potius, quàm illam lectionem hic ſequi.*

Poſtea ex 5. cap. Sap. [Tunc ſtabit iuſtus in magna cōſtantia, &c.] *Vbi, quod in Græc. Cod. S. Ephr. & apud LXX. in ſingulari habetur, de iuſto, nos etiam per numerum ſingularem legimus atque conuertimus: quamuis etiam ſi in numero multitudinis redderetur, ſententia non officeret, ſic:* [Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia, &c.] *vt in vulg.*

Sequitur poſtea apud Auctorem: [Quomodo computatus eſt inter filios Dei, &c.] *ſic in Græc. Cod. ad Ephræm, & LXX. Pro quo al.* Quomodo ergo computatus eſt, &c. *At in vulga. Latin.* [Ecce quomodo computati ſunt, &c.]

Poſtea ex eodem loco Sap. 5. additur: [Sed in malitia noſtra conſumpti ſumus: quoniam ſpes impij tanquam puluis eſt, &c.] *ita in Græco Cod. S. Ephræm, & LXX. Sed in vulg. aliter ſic habetur:* In malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Talia dixerunt in inferno, hi qui peccauerunt: quoniam ſpes impij tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, &c.] *Vbi illud:* [Talia dixerunt in inferno hi, &c.] *in edit LXX. & hîc apud Ephræm, non additur.* D *Præterea pro* (puluis *Græc.* χοῦς) *vt hic habet Ephræm cum LXX. an alijs eſt* χνοῦς, *lanugo, vt in vulg. quamquam & hoc, pro illo ſumatur.*

Poſtea, pro eo quod ſequitur in ſacro Cod. & hic apud Auctorem: [Et tanquam ſpuma gracilis. *Græc.* καὶ ὡς ἄχνη, *&c.*] *in alijs eſt:* [καὶ ὡς πάχνη, & quaſi prima, &c.] *vbi quoque non magna vis facienda videtur, cum vtroque legatur modò; ac in noua Græca edit LXX. inueniatur* πάχνη, *quod etiam* (ſpuma) *ibi Latin. vertit Interpres.*

Ipſi enim omnium rerum procreatori comparauit eam, &c.] *In Græco hic eſt,* κτίσαντι. *pro quo, al. reperitur:* αὐτῷ γὰρ τῷ κτήσαντι τὰ πάντα, omnium rerum poſſeſſori ac Domino, &c.] *ac prior lectio magis hoc loco probatur, & inſtituto Auctoris accommodatior videtur.*

Alij in prætorio incedunt, alij ſub caminis verſantur.] *Sententia perobſcura nobis, quæq; Scholio ac coniectura iuuanda videatur: non enim quid ſibi hoc dicto velit Auctor, ex eo ſatis hic clarũ eſt, quare & in verſione Latina, eaſdem voces ac nomina conſultò retinuimus. Fortaſſe enim loca quædam fuerunt illis in regionibus ſic appellata. Aut ſanè (quod magis probatur) Apophthegma hic aliquod denotatur, id eſt, breuis, & arguta ſententia. aut prouerbialis locutio à ſimili ducta, qua ſignificantur, qui ſublimiori ſunt loco, & qui humiliori atque inferiori, & abiectiori, &c. Quid enim hic aliud per Prætorium, & per caminum, inſinuare Auctor velit, non video.*

Propheta deplorante, atque dicente: Væ ijs, qui trahunt peccata ſua quaſi funiculo longo, & quaſi iugi corrigia vitulæ, iniquitates.] *Ita ad verbum in Græco textu Ephræm, & iuxta LXX. Eſa. 5. Pro quo, in vulg. Lat. ſic:* Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri, peccatum.] *Quod autem pro* vinculo plauſtri, corrigiam iugi vitulæ, ſiue vaccæ, *tranſtulerunt LXX. etiam in illum Prophetæ locum adnotat S. Hieronymus; explicatq; cur vincula dicantur peccata, ſecundum illud Prouerbiorum quinto:* Funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur, &c.]

CAP. * IX.

ATtende tibi ipſi Chariſſime: ne fortè Serpens te eos imitari doceat, qui ſuam contemnunt ſalutem, ac dicere: Non es melior iis, qui paſſionibus ſuccumbunt. Tu verò conſidera, quod ſcriptũ eſt: In magno domo, non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia: & quędam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si ergo Dominum non audieris, peccatorum opera peragendo, eris vas contumeliæ: ſin verò Domini opera feceris, eris vas electum, pretioſum, ſanctificatum, vtile Domino, ad omne opus bonum præparatum. Attende tibi ipſi, obſecro, vt & in præſenti ſeculo, & in futuro miſericordiam à Domino inuenias. Quòd ſi tibi ipſe non attenderis, & hîc contereris, & ibi non * requieſces. Nam quæ extra rectum fiunt tramitem, nihil præter damnationem continent, & pœnitentiam. Ne ergo contemptores ſuæ ſalutis imiteris, & qui ſolum ſibi habitum arrogant: vt non ſimilis reddaris militi ab aduerſariis capto, qui Regis quidem gerit inſignia; ipſe verò inimicis ſui Regis inſeruit. Verax quippe eſt, qui ait: Amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Folijs enim ſimilis eſt habitus: fructus verò eſt ipſum opus. Qui terreni Regis milites ſunt, ſanguinem effundunt, vt Regi ſuo placeant: at ibi non opus eſt, vt ſanguinem fundas, ſed ſolùm ne à peccato vincaris, vt non fructifices morti. Sobrius eſto, & vigila chariſſime: vigila inquam, & labores ſuſtine. Non enim iniuſtus eſt Deus, qui tui obliuiſcatur laboris: ſed & pro obſcuritate, quam in cella reſidens toleras, illuceſcet tibi lumen veritatis. ſicut ſcriptum habetur: Exortum eſt in tenebris lumen * rectis corde. Decerta bonum certamen fidei, vt victoriam aduerſus hoſtem referens, abſque rubore & verecundia adores Regem gloriæ. Non enim eos duntaxat, qui gladio perempti ſunt, & martyrio à Tyrannis affecti, coronat Dominus: ſed eos etiam, qui religioſa exercitatione, & charitate probati ſunt. Nam quemadmodum illi propter Dominum flagra ac verbera pertulerunt: ſic & iſti vexationes, & exercitationes, amore Domini ſubierunt. Attende tibi, ne fiat verbum malum in corde tuo. Ne fœdus ineas cum improba cogitatione. Sic enim quidam paſſus eſt antiquorum, aliquid ex anathemate in tabernaculo ſuo abſcondens: Similiter & Giezi miniſter Heliſæi: & non latuerunt Deum, ſed ne homines quidem. cùm enim clam ſcelus commiſiſſent, palam retributionem acceperunt: cùm hic quidem cum tota familia ab omni populo lapidatus ſit; ille verò cum vniuerſo ſemine ſuo lepra infectus vſque in ſecula. Verax eſt enim, qui dixit: Deus non irridetur. Quod enim ſeminauerit quis, hoc & metet. Diſce cum patientia, vt damna effugias, quæ obueniunt non quieſcentibus. Auſculta eum, qui dicit: Fili, ſi ſapiens tibi fueris, ſapiens eris & proximo: ſin autem malus euaſeris, ſolus mala exantlabis. Vnde nos vincit aduerſarius, noſtræque redundant paſſiones: nonne per noſtram inobedientiam? Edocti enim non attendimus, reprehenſi ſuper delictorum correctione, recuſamus. Homines cælamus, & Deum deſpicimus; non morigerantes ei, qui dicit: Amen dico vobis, quia & ſi hi tacuerint, etiam lapides clamabunt. * Aſtutiam nobis ſuggerit callidus ſerpens, verbis vincendi eos, qui nos corrigere volunt: ſicque peccatum in nobis multiplicatur, cùm non habeat reſiſtentem ſibi. Depredatur te inimicus; & non iam intelligis ô anima mea. Suas in te operatur concupiſcentias, & toleras. Fuge conſilia eius improba, ô homo. Recordare tuorum cum Deo pactorum, & ſanctificationem cuſtodi: vt gratiam inuenias coram Domino. Audi dicentem: Fugite fornicationem. Et noſſe cupis, quàm grauis atque periculoſa ſit fornicatio? Quos enim occidere nequiuerunt in eremo morſus ſerpentum, hos Madianitarum fornicatio proſtrauit: & per fornicationem etiam idolorum victimam comedere non recuſârunt. vnde ex populo ceciderunt vna die * viginti tria millia. Quòd ſi præuentus es; ne lapſui inhæreas: neque longanimitatem ac patientiam Dei contempſeris. Memor eſto, quòd mors non * tardabit. Recordare fieri nõ poſſe, vt manus Dei effugias. Quare noli negligere: ſed pœnitentiam age, lachrymas effunde, ingemiſce, illuſus es. Et ſi nos obliuioni peccatum tradiderimus; qui tamen nos creauit Deus, viuit:

*al. Initiũ Sermonis noui.

2.Tim.2.

Vas cõtumeliæ, & vas electum.

*al. reficieris.

Ioan.8. & Rom.6.

Habitus, folijs eſt ſimilis

Collatio à Minori.

Pſalm.111.

*al. lumen gentibus.

1.Tim.6.

A Simili.

Ioſue.7.22.

4.Reg.5.

Achar.

Giezi.

Galat.6.

Prouerb.9.

Lucæ 19.

*al.Conſilium.

1.Cor.6

In fornicationis deſtinationem.

Num.25.31.

Exod.32.

*al. triginta tria millia hominum.

Rom.8

Eccli.14.

*vulg. non tardat.

A vniuſcuiuſque nouit opus. Ne igitur ignauum te præbeas, ſed vtiliter aduerſario
tuo reſiſtas. Et aditum, per quem ingredi conſueuit inimicus, ad prædandū atque
lædendum te, præclude: vt non amplius inueniens ingreſſum, re infecta recedat,
Aditus, vt inimico præcludendus.
hoc autem occludere ipſi aditum eſt, munire ſenſus, (per quos in animam ingreditur,
ſiue malum ſiue bonum) viſum, auditum, odoratum, tactum, guſtum & cogitationes,
ne extra id quod decet, euagentur. In mentem tibi reuoca Gigantes,
Senſus muniendi.
chariſſime, qui ſua potentia terram corruperant: vt eos vnico momento Dominus
Geneſ. 6.
per aquas diluuij à facie terræ deleuerit, & potentia eorum non ijs profuerit.
Reuolue animo terram Sodomorum, & Gomorrhæorum: quo pacto propter
Gen. 18. 19.
peccatum habitantium in ea fuerit euerſa; & non profuerint ipſis delitiæ, atque
B ſuperbia. Curemus ergo ſalutem noſtram, chariſſimi: ne fortè repentinus nos
anticipet finis, & in * multa damnatione hinc abeamus. Quid porrò vobis videtur
* al. in magna ac graui damnatione.
de eo, qui ex hac vita exceſſit: an quòd poſt diem vnum ad domum ſuam reuerſurus
ſit? an poſt annum? an poſt centum & mille annos? Cur igitur tranſeuntia
Notanda.
affectamus? & quæ nunquā præteribunt, pro nihilo ducimus? Dic ſuggerenti
Aduerſus cogitationes prauas concupiſcentię.
tibi concupiſcentias ſordidas, & immundas: O veritatis inimice, vt tu deſiderio
tuo ſatisfacias, ego dedecore & ignominia afficiar? vt tu voluntatem tuam expleas,
egòne confundar? Vade ad tui ſimiles, impudicos atque laſciuos. Porcorum
Matth. 9. & Lucæ 8.
gregem depopoſciſti tibi? demergere in mare cum ipſis. non me amplius tibi ſeruum
habebis, aut voluntati obedientem tuæ. Sufficit mihi præteritum tempus.
deinceps nunc veritatis ſatagam; & Deum meum obteſtabor, vt me perfectè à
tuis liberet operibus: Spiritum enim ſanctum dedit mihi, & ego eum exacerbaui.
C Animam & corpus mihi mundum donauit, ego autem iſta contaminaui. Sic
chariſſime, ſuggerenti tibi pernicioſas affectiones, reſponde. Dixit ſanctorum
Nota.
quidam, Cani ſimilem eſſe fornicationem: Si blandiaris, manet apud te, ſi pellas,
fugit. Audi eum, qui dicit: Singulariter * ſum ego donec tranſeam. hoc eſt,
Pſalm. 140.
* al. ſingularis ſum ego.
ſibi ipſi vnumquemque attendere, donec ex præſenti excedamus vita. Attende
ergo tibi, obſecro, & ne rectam vitæ tuæ rationem deſpexeris. Ne amore voluptatis
modicæ, fructus deperdas laborum tuorum; neque ob immunditiam, operis
tui mercedem prodas: & mercedem ſilentij atque quietis, vigiliarum, continentiæ,
atque temperantiæ, & reliquarum virtutū, propter impudicitiam amittas.
ſimiliſque reddaris proijcienti mercedem ſuam in marſupium pertuſum:
Prouerbium.
modicum enim fermentum, totam maſſam corrumpit. Quare te ipſum confirma,
Galat. 5.
D in timore Domini. Audi quod dico chariſſime: In vita ſeculari diſertus ac
loquax, magnus dici ſolet, ac in ſolitaria vita, qui quietem ac ſilentium ſectatur,
Comparatio vitæ ſecularis, & monaſticæ.
magnus eſt apud Dominum. Rurſus, in vita ſeculari, qui ſuum ornat corpus, &
ſubinde veſtimenta mutat, humanam obtinet gloriam: at in profeſſione hac, qui
iſta contemnit, & ſolùm neceſſario corporis vſui attendit, gloriam ſibi in cælis
acquirit. ſecundùm eum qui dicit: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his
1. Tim. 6.
contenti ſimus. Rurſus, in ſeculari vita, qui in corporis robore, & diuitijs gloriatur,
magnus apud homines dici * ſolet: in iſta verò profeſſione, qui humilitatem
* al. videtur.
colit, verè à Domino exaltatur. ſicut ſcriptum eſt: Quæ ſtulta ſunt mundi
1. Cor. 1.
elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat
fortia: & ignobilia mundi. & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt
ea quæ ſunt, deſtrueret: vt non glorietur omnis caro in conſpectu * Dei. Diligamus
* al. in cōſpectu eius; & ſic vulg.
E ergo, quæ placita ac grata ſunt Domino, tamquam ſerui frugi, & grati;
Pſal. 17. 117.
etiamſi ſceleſtorum ac facinoroſorum inſidias ſuſtineamus; licetque à Barbaris
capti, qui nos in ſeruitutem tradant. Scriptum eſt enim: In tribulatione inuocaui
Dominum, & exaudiuit me in latitudine. reputantes nobiſcum, Prophetas
À ſimili; & à maiori.
quoque in captiuitatem abductos, & in aliena regione ſeruitutem, ærumnaſque
ſubijſſe, quorū tamen mens nunquam eſt à Deo abalienata. Siquidem externum
noſtrum venundari, aut non venundari hominem; non ex ijs eſt, qui in noſtra
ſunt poteſtate: cæterùm communicare, aut non communicare internum noſtrum
In noſtra poteſtate quid ſitum ſit.
hominem impietati, in nobis ſitum eſt. Vnde ſancti Dei homines, tyrannos
redarguerunt, mortiſque minas ſpreuerunt, virtutem ſibi vindicantes. Quocirca
Hebr. 11.
& nos, filij cùm ſimus Prophetarum, eorumque veſtigijs inſiſtamus; perfectam
ipſorum fidem adipiſcamur. quia ſcriptum eſt: Quorum intuentes exitum
Hebr. 13.

Marc.14. & Lucæ 22.

Pro Patribus ſpiritalibus atq; confeſſarijs pulchra inſtructio.

* al. reuelat.

* al. ipſorum.

Galat.6.

Ezech.33.

* vulg. peccauerit.

* al. impietate.

conuerſationis, imitamini fidem: vt cum ijs ſimul in cæleſtibus coniungamur, vbi exultat luctus ac dolor, & gemitus in ſplendore Sanctorum. Vigilate ergo, & orate, vt non intretis in tentationem. Meditemur eloquia Spiritus ſancti, vt in ſcripturas incumbamus; & quando etiam librum manibus non tenemus, in mente eloquia Dei habeamus. Si quis ſuas tibi enarrauerit cogitationes, ſuaque detexerit errata, ne mente eum contempſeris, tanquam qui talia peregerit: ſed potius de fratris mutatione admirare. Nam quòd quis ſponte ſua peccata ſpiritualibus viris *prodit, correctionis vitæ ſignum eſt: occultare verò, animi malè affecti indicium exiſtit. Nullus enim cum furibus currens, & partem * ſuam cum adulteris ponens, hos prodit vmquam: quia nimis paſſioni, & affectioni indulget. Quare oportet cum omni humilitate eum, qui familiariter ſua exponit arcana, conſolari. ſicut ſcriptum eſt: Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Dicit enim Dominus per Prophetam Ezechielem: Et tu fili hominis, dic ad filios populi tui: Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunque die * errauerit: & iniquitas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab * iniquitate ſua. Largiatur autem nobis Dominus: vt viam erroris expertem poſſideamus in finem vſque, anguſtam ſcilicet & arctam; vt aduerſarij noſtri diaboli os obſtruatur; ne habeat, quod de nobis malum dicere queat. Quia Deum decet gloria, in ſecula, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

SIc enim quidam paſſus eſt antiquorum, aliquid ex anathemate in tabernaculo ſuo abſcondens. Similiter & Giezi, &c.] *Adludit hoc loco Auctor ad verba Ioſue, de Achar, vel vt in vulg. Achan, (Ioſue 7. & 22. qui quòd aliquid de anathemate tuliſſet, & in tabernaculo ſuo abſcondiſſet, cum tota familia à populo lapidatus eſt, vt habetur Ioſue 7. Giezi verò miniſter Eliſæi, cum vniuerſo ſemine ſuo (ſicut eſt 4.Reg.5.) lepra infectus eſt, vſque in ſecula. &c. de quo latius ſupra pag. 46. & 47. in Schol.*

Auſculta eum, qui dicit: Fili, ſi ſapiens tibi fueris, ſapiens eris & proximo: ſin autem, &c.] *Locus eſt Prouerb.9 pro quo in noua Græca edit. LXX. ad verbum ſic*: Fili, ſi ſapiens fueris tibi, ſapiens eris & proximis: ſin autem malus euaſeris; ſolus vtique mala hauries] *nec ab hac Ephræm, diſſidet lectio, in ſenſu. At in vulg. paulò aliter ſic*: [Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum.] *Conueniuntq; Symmachus, & Th. μόνος βαστάξεις, id eſt, ſolus portabis, hic etiam legentes.*

Recordare tuorum cum Deo pactorum, & ſanctificationem cuſtodi, &c.] *Huc faciunt ſupra in primo Tomo adducta, ſuper illa verba Apoſt. 1.Cor.7.* [Melius eſt nubere quam vri, &c.] *Vbi inter multa, de duplici hominum ordine, ſecularium nimirum, & eorum, qui ſe ſeculo abdicârunt, differens Auctor, ſic habet:* [Cæterùm ijs, qui ſeculo renuntiarunt, præcepit Apoſtolus continentiam, dicens: Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Quare tu Monache, noſce, atque conſidera, in vtro ſis ordine conſtitutus: tum quo ſigno, quave nota ſis inſignitus; quæ pacta, quæque vota cum Deo feceris, conſtitueriſque, &c.] *Quia verò Monachus continentiam vouit, hoc admonet hic S. Ephræm, vt ſuorum cum Deo meminerit pactorum, & ſanctificationem cuſtodiat, hoc eſt, continentiam, ac caſtitatem, quæ nomine Sanctificationis intelligitur, vt apud Apoſt. 1. Theſſ. 4. & ſæpe apud Ephræm alibi, ſicut etiam ſupra in Schol. Adhort. tertiæ, cuius initium eſt:* [De quibus autem animi cogitationibus, &c] *hoc Tomo 2. à nobis oſtenſum eſt. & in Antirrhetico de Virginit. & continentia, Tomo 1. noſtriſq; ibi Schol.*

Vnde ex populo ceciderunt vno die viginti tria millia, &c.] *Ita hoc loco apud Ephræm. pro quo in noua Rom. edit. LXX. Exod.32.* [Et ceciderunt de populo in die illa, ad ter mille viros. *At in vulg. Lat. ibi:* [Cecideruntque in die illa, quaſi triginta tria millia hominum, &c.] *Sed apud S. Hieronymum:* [Quaſi viginti tria millia hominum, &c.] *Niſi tamen malimus Auctorem hic ad locum Num.25. reſpexiſſe, vbi eſt:* [Ceſſauitque plaga à filijs Iſrael, & occiſi ſunt, viginti quatuor millia hominum, &c.] *Mihi, ad vtrumque reſpexiſſe videtur locum: nam quòd hic dicit,* [Vno die, *vel,* in die illa, de populo cecidiſſe viginti tria millia.] *illud eſt Exod.32 at de Madianitis, quæ adducit, potius ad locum Num.25. ac 31. referenda videntur. Ex quibus locis ſententia Auctoris hic concilianda, intelligendaq; videtur.*

Dixit Sanctorum quidam, Cani ſimilem eſſe fornicationem, &c.] *Cani ſimilis perhibetur eſſe fornicatio: nam Canis laſciuus eſt, & impudens, blandientiſq; naturæ; cui ſi adblandieris, manet apud ita vt*

A *te: at ſi depellas, fugit: ita quoque fornicatio, &c. ſicut pulchrè illud hîc Ephræm oſtendit, monens vt procul à fornicatione fugiamus, & cogitationes improbæ concupiſcentiæ ingruentes mox repellamus. Hinc & S. Ioannes dicit in Apocal. capite 22.* [Foris canes, & venefici, & impudici, &c.] *ac S. Chryſoſtomus in Epiſtola ad Romanos capit. 1. Homilia 4. in illum locum:* [Similiter & maſculi, relicto naturali vſu, &c.] *Sodomitas canibus comparat, & plus quàm canes appellat. vbi inter multa alia, quæ ibi de hiſce adducit, ſic habet:* [O vos & brutis inſipientiores, & canibus impudentiores, &c.]

Eum qui familiariter ſua exponit arcana, conſolari oportet, &c.] *In Græco hic eſt, τὸν ἀνατιθέντα. Et quidem in hac ipſa ſignificatione, verbum (ἀνατιθέσθαι) alibi vſurpat S. Hieronymus, quaſi in ſinum amici ponere, & in medium adferre, communi conſilio vel probanda vel improbanda, &c.*

B Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacumque die errauerit: & iniquitas impij, &c.] *Locus eſt Ezech. 33. vbi lectio Ephræm planè concordat cum editione LXX. At in vulg.* Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab iniquitate ſua, &c.]

CAPVT† X.

†al. Initium Sermonis X.

ATTENDAMVS nobis ipſis, Chariſſimi; quoniam acerbi nobis ſunt inimici, & immites, ſuper hominum ruina gaudentes, eāque ſolam lætitiam habentes. Hinc ſancti Patres, ſcientes eorum aduerſum nos conatū peruerſum, non ſegnes fuerunt, non vaga, & diſtracta mente: ſed ſibi ipſi attenderunt, ſibique attendentes, & Deo complacuerunt, & homines in bonū ædificârunt. cuiuſmodi S. Antonius exſtitit, quemadmodum & S. Athaniſius Archiepiſcopus meminit, in †vita, quam de eo conſcripſit. Nam & multa exercitatione, eaque incitatiore ac vehementiore eſt vſus: Ieiunabat enim ſemper, indumentumque gerebat, interius quidem cilicinum, exterius autem pelliceum, idque ad mortem vſque ſeruauit, ita vt neque corpus ſordium cauſſa aquis ablueret; neque penitus ſuos pedes lauaret, neque illos vmquam omnino vel aqua tingeret, niſi neceſſitate cogente. Sed neque quis eum denudatum vmquam conſpexit; nec prorſus Antonij corpuſculum nudum, præterquam cùm poſt mortem ſepeliretur, cuiquam patuit. Rurſuſque ait: Et ſi iſta, ad illius virtutem parua; ex ijs tamen, qualis Dei ſeruus fuerit Antonius, conſiderare, & æſtimare licet; quippe qui à iuuentute ad tantam vſque ætatem, æqualem ſemper ſeruabat in exercitatione alacritatem: & neque ſenectute fractus, delicatioribus vtebatur cibis; neque propter debilitatem corporis, immutabat ſui indumenti habitum. Aut ſi fortè pedes aqua tingeret, & tamen in omnibus illæſus permanebat: nam etiam oculos illæſos, integroſque ſeruabat, recteque cernentes. Et ne ſingula conſectemur; cunctis, qui cibis varijs, & lauacris, diuerſiſque veſtimentis vtuntur, ipſe multo illuſtrior apparebat, ac clarior, & ad fortitudinem alacrior. At nos, quæ corpus molliter foueant nobiſcum excogitantes, diſtrahimur atque efferimur; non conſiderantes, quàm acres aduerſarios habeamus: vnde & ipſi hoſtes tantam noſtram cernentes ſegnitiem, promptius, animoſiuſque aduerſum nos inſurgunt, impudicitiæ nos iaculis tranfigentes. Attendamus igitur nobis ipſis: vt Dominus illorum in nos deſtruat inſidias. Hæc autem dico fratres, non quaſi vitæ puritate ego conſpicuus ſim; nam ſi Dominus mea reuelet peccata, antequam in ſupplicium mittar, pudor atque confuſio operum meorum non minima mihi pars tormenti erit: Sed iſta à me ſint dicta, per gratiam Domini, vt dum vos boni conſilij commoda capitis, ego quoque vilis & abiectus, ſaluberrimi conſilij mei mercedem referam. Quemadmodum enim qui ad animarum euerſionem cohortationibus vtitur, perditionis earum atque exitij particeps erit: ſic & qui ad vitæ morumque emendationem, ſuis conſilijs eſt auctor; optimam mercedem à Domino conſequetur, ſi & ipſe præſertim ab inutilibus deinceps receſſerit. Quòd ſi cum fratre amicitiam habeas; teque conſcientia tua arguat, quaſi ex eiuſmodi coniunctione detrimentum animæ ſuſtineas; teipſum ab eo ſepara. Dixit enim quidam Sanctorum: Cum omnibus cha-

De S. Antonio ex S. Athanaſio. †al. in eo, quem de vita ipſius conſcripſit, libro.

Virtutes S. Antonij eximiæ.

Hoſtium in nos tela, & inſidiæ.

A ſimili.

A fratre inordinatè ambulante recedendum:

ritatem habe : ab omnibus abſtine. Hæc autem dico chariſſime, non vt homines
1.Ioan.3. oderis ; ſed peccatum auerſeris. Scriptum eſt enim : Si cor noſtrum non
reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; & quidquid petierimus, accipiemus
ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus.
Ibidem paullò antè. Si verò reprehenderit nos cor noſtrum: maior eſt Deus corde noſtro, &
nouit omnia.

Narratio de fratre quodam fratrem alium adhortante. Frater fratri hortator erat in ijs, quæ ad Deum pertinent : Prætereunte autem
altero, dixit qui hortabatur, ad eum : Ecce fratrem hunc admoneo, & me audire
renuit. Cui ille reſpondit: Auditurus eſt: Te enim audire, honeſtum illi eſt, &
agere audita iucundum. At ille: Nequaquam: niſi enim compererit vera eſſe, & ad
Deum referri, quæ dico ; ne me audiat ; neque me ſolùm, ſed ne Propheram quidem,
Gal. 1. ſi præter Dei voluntatem, conſilium dederit. Ait enim Apoſtolus: Et ſi nos,
†al. quod adnũtiauimus vobis. aut Angelus de cælo euangelizauerit vobis, præter id, quod†accepiſtis, anathema
Dan. 13. ſit. Quinam enim in Babylone contra Suſannam inſurrexerunt? nonne ſeniores?
Et non ſolùm Sacerdotes, ſed & Iudices, ac Præſides populi: qui quòd ſibi ipſis non
Ibidem. attenderunt, quàm miſerabili fine vitam clauſerunt? neque illis ſanè ipſorum
Veritati ſemper ſtudendum. profuit dignitas. Veritatis ergo curam habeamus fratres, vt veritas nos circumdet,
ac protegat. Et in hoc quidem ſeculo, ſi quis de re malè geſta, apud Principem
inſimuletur; ſi ad alia loca confugiat, fortaſſe ſaluatur: at nos à cõſpectu Dei quonam
Pſalm. 138. Amos 9. profugere poterimus? ſecundùm eum qui dicit: Quò ibo à Spiritu tuo? & quò
à facie tua fugiam ? Si aſcendero in cælum, tu illic es : ſi deſcendero in infernum,
†al. ad Oriẽtem. al. ante lucem. ades. Si ſumpſero pennas meas†diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim
illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Diligamus quietem, ac ſilentium
†al. à periculis. fratres: vt à† tentationibus liberemur. Diligamus continentiam, in charitate
Dei. Diligamus caſtitatem, & humilitatem. Simus humiles, & affabiles paruis
ac magnis: vt vanam effugiamus gloriam, cunctoſque Diaboli laqueos. Ebrietatem,
& riſum, inutiliaque malignantium hominum verba execremur ac deteſtemur:
†al. voluptatibus perfrui poſſint. omnia enim agunt, omnia excogitant, vt ſuis†oblectationibus potiri poſſint.
Galat. 6. Tu autem dilectiſſime, iſta fuge, & vt qui Deo placere profeſſus es, omnia ſecundùm
Deum operare. Deus enim non irridetur, ſecundùm dictum Apoſtoli:
Nam quod ſeminauerit homo, hoc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua,
Aduerſus cogitationes ſordidas. de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet
vitam æternam. Noli ſordidis immorari cogitationibus ; ne quando te in actum
†al. mentis tuæ. deducant turpitudinis: ſed eas deteſtare, & abs te repelle; vt mens tua ſerena ſit, atque
Luc. 18. tranquilla. Precare Dominum, vt † cordis tui oculos illuminet. Quæ enim
impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſuut apud Deum. Cùm ad orandum, te
compoſueris: noli vaga ac diſtracta mente eſſe; ne quaſi contemnens inueniaris.
Attende tibi ipſi, chariſſime: ne fortè dum cernis huius ſeculi diuites delitijs affluentes,
† carnemque ſuam nutrientes, tamquam in die occiſionis; eos propter eiuſmodi
†al. ventremq; paſcentes. fluxam ac momentaneam rerum abundantiam beatifices. Neque enim opulentos,
neque delitijs deditos, neque potentes beatos prædicauit Spiritus ſanctus:
Pſalm. 111. 127. ſed eos qui tement Dominum. ſicut ſcriptum eſt: Beatus vir qui timet Dominum,
†al. Dux pacis. &, Beati omnes qui timent Dominum. Ducem te conſtituerunt? Eſto Dux† pacificus:
vt portæ Regni cæleſtis pandantur tibi, ſimulque cum facientibus pacem
Eſa. 26. ingrediaris. Dicit enim Spiritus ſanctus: Apprite portas, ingrediatur populus.
Et quis, ac qualis populus? ſeruans iuſtitiam, & cuſtodiens veritatem, ſuſcipiens
4. Reg. 20. Iacob. 3. veritatem, & cuſtodiens pacem. Vnde quidam Sanctorum dicebat: Fiat pax, &
iuſtitia in diebus meis. Audi & ſanctum Iacobum dicentem : Si quis ſapiens, & eruditus
†al. æmulationẽ amaram. eſt inter vos: oſtendat ex bona conuerſatione, operationes ſuas in manſuetudine
ſapientiæ. Quòd ſi zelum †amarum habetis, & contentiones in cordibus
veſtris; nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem : non eſt enim
†al. de cælò. iſta ſapientia † deſurſum deſcendens: ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim
†al. inconſtantia diſciplinæ. zelus, & cõtentio: ibi inconſtantia†, & omne opus prauum. Quæ autem deſurſum
eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt: deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, atque
†vulg. ἀδιάκριτος, non iudicans. obediens, plena miſericordiæ, & fructibus bonis. † diſcreta, abſque ſimulatione.
Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur, facientibus pacem. Largiatur porrò
†al. vobis. † nobis Dominus charitatem, atque vnionem, ſecundum voluntatem ſuam. Pre-

A cemini autem & pro me miſero, obſecro: vt obſcuratum in me oculum Dominus illuminet. Quoniam ipſius † eſt virtus, & potentia: Ipſumque decet omnis gloria, honor, & adoratio: nunc, & in ſecula ſeculorum. Amen.

† al. Quoniam ipſius eſt gloria, in ſecula, Amẽ.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

B CVIuſmodi S. Antonius exſtitit, quemadmodum & S. Athanaſius Archiepiſcopus meminit in vita, quam de ipſo conſcripſit, &c.] *al.* [in eo, quem de ipſius vita conſcripſit, libro.] *Sed quia vtraque lectio bona eſt, & quaſi eadem, parum refert quomodo legatur. Multas porrò inſignes hic de S. Antonio, vitæ ac morum ſanctiſſimorum, Auctor noſter adducit laudes, quas partim ex S. Athanaſio, & partim aliunde deprompſit, atque expreſſit, ac huc retulit; quæque in eo rariora erãt expoſuit, patefecit, cunctorumq; ſeculis prodita reliquit. Duo verò notabilia magis hinc tamquam certa colliguntur, nimirum, & quòd illud ſit verè ſcriptum S. Athanaſij de S. Antonio, hîc ab Auctore citatum: & quòd ipſe Ephræm S. Athanaſium inſignem ſcriptorem Græcum Græcè legerit, & per conſequens indubitanter Græcam linguam calluerit, ſicut & de Irenæo ſupra oſtenſum eſt, in tract. de Virtute, cap. 8. & in Schol. ibid. pag. 50 & 51.*

Quòd porrò S. Athanaſius verè vitam S. Antonij deſcripſerit, etiam luculenter atteſtatur S. Gregorius Nazianzenus in Oratione 21. in laudem Magni Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini, vbi inter alia multa, S. Athanaſij doctrinam, & elucubrationes commendat, & quomodo ipſe S. Antonij vi-

C *tam luculenter cõſcripſerit, recenſet, &c. Idemq; confirmat S. Hieronymus, in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticor. vbi de eo ſic enarrat:* [Antonius Monachus, cuius vitam Athanaſius Alexandrinæ vrbis Epiſcopus inſigni volumine proſecutus eſt, &c.]

Ecce fratrem admoneo, & me audire renuit. Cui ille: Auditurus eſt: Te enim audire, honeſtum illi eſt, & agere audita iucundum] *Al. ad verbum magis ſic:* [Audire planè te debet, ignoſce: abs te enim etiam malum audire, & agere, gaudium ipſi eſt.] *Sed melius fortè abſque (κακόν malum) ſic:* Abs te enim & audire, & facere, quæ admones, ipſi volupe eſt, ac gaudium.] *Aut ſanè pro (κακόν, malum) hîc legendum eſt, καλὸν, bonum, honeſtum, &c. ſicut in noſtra translatione repoſuimus, quod & ſententia Auctoris magis hoc loco poſtulare videtur.*

D Si ſumpſero pennas meas diluculo, &c.] *Verba ſunt Pſalmi 138. in Græco textu apud Ephræm hîc eſt: καθ' ὄρθρον. quod Theodoritus in illum Pſalm. locum, interpretatur,* Ad Orientem. *vulg.* diluculo, *vt hîc reddidimus. S. Hilarius, & S. Ambroſius, in Pſalm. 118. Sermone* 19. ante lucem. *Cæterùm in noua Græca editione iuxta Septuaginta legitur:* καθ' ὀρθόν, in directum. *ita etiam S. Auguſtinus & Pſalterium vetus. At in reliquis Græcis, ferè eſt,* καθ' ὄρθρον. *vt etiam hîc apud Auctorem noſtrum.*

Vnde quidam Sanctorum dicebat: Fiat pax, & iuſtitia in diebus meis.] *Iſta, & 4. Reg 20. & Iſa. 39. adducuntur, ſub perſona Ezechiæ Regis, ad Prophetam Eſaiam &c. Concordat autem hîc in lectione Auctor cum Septuaginta. Ac in vulg. vtrobique legitur:* [Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis, &c.

Audi & S. Iacobum dicentem: Si quis ſapiens & eruditus eſt inter vos; oſtendat ex bona con-

E uerſatione operationes ſuas, &c.] *Locus eſt Iacob. 3. vbi in vulg. paullò aliter ſic.* Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam, &c.] *Vbi antiquitatem teſtimonij S. Patris noſtri Ephræm (qui antè mille & penè trecentos annos in Eccleſia floruit) nota, cum tanto honore Epiſtolam S. Iacobi hîc, & alibi ſæpiſſimè citantis, non ſine confuſione illorum, qui eam ab antiquioribus non allegari temerè dictitant. Cùm & S. Hieronymus non vno in loco eamdem Iacobo, adſcribat, videlicet, de Scriptor. Eccleſiaſticis in Iacobo. in Epiſtola 103. ad Paulinum. Item libro. 1. & 2. aduerſus Pelag. &c. Item Tertull. aduerſus Iud. cap. 2. nec non Origen. Homilia 7. in Ioſue, ac Epiphan. ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolym. alijq; alibi frequentiſſimè, quos omnes hîc citare foret longum.*

Diſcreta abſque ſimulatione, &c.] *In Græco Codice apud Ephræm hîc eſt,* ἐυδιάκριτος ἀνυπόκριτος; *illud ſonans, quod hîc Latinè reddidimus. pro quo in vulg. Iacobi 3. eſt:* ἀδιάκριτος, καὶ ἀνυπόκριτος, *Lat.* Non iudicans, & ſine ſimulatione.] *vel, vt eſt alibi apud Ephræm:* [Nihil diſcernens abſque ſimulatione, &c.] *abſque (καὶ, &) de quo etiam apud eumdem alibi.*

⁂

CAP.

CAPVT † XI.

† al. Initium Sermonis XI.

A Minori ad Maius.

NON torpeamus fratres, ſeruientes inuicẽ propter Dominum: multi enim, ancillæ cuiuſpiam amore capti, ſeruire propter amatam non recuſârunt. Quid ergo nos magnum præſtamus, ſi nobis mutuo propter Dominum ſeruimus? Ne negligentes ſimus, confidentes in cella dilectiſſimi: memores, quod ſancti Dei Martyres ferreis vinculis concluſi fuerint, etiam cum multis tormentis. Ne ergo cellæ anguſtiam effugiamus. Non deficiamus operantes: memores quoniam multi ex Sanctis in metalla miſſi ſunt, propter Dominum. Numquid igitur ſi nos temporibus illis fuiſſemus, noſtram vitam ob torturas prodidiſſemus? Numquid noſtram fidem in ijs nececeſſitatibus abnegaſſemus? Meminerimus fratres à Domino dilecti, beneficiorum Domini Dei noſtri: qui nos creauit, & creſcere fecit, nutrit, & protegit in omnibus. Qui educit ventos de theſauris ſuis, ad obſequium noſtrum. Qui eleuat nebulas ab extremitatibus terræ, in miniſterium noſtrum. Qui multiplicat volucres cæli, & beſtias in aqua, ad obſequium generis noſtri. Qui fecit Solem, in lumen diei: & Lunam, ac ſtellas in lumen noctis, propter noſtrum genus. Qui ſaluauit nos per myſterium pretioſæ Crucis ſuæ. Seruiamus ei, in timore ac tremore multo, & ſpe bona: quia aduenæ & peregrini ſumus in hac vita. ſecundùm eum, qui dicit: Aduena, & peregrinus ſum in terra, ſicut omnes patres mei. Obſecro vos, ego minimus, ego vilis & abiectus: ego qui decem milium talentorum ſum debitor, qui quemuis peccatorem peccatis excedo: ſuſtinete optimum hoc conſilium. Seruate in omnibus vos ipſos irreprehenſibiles, vt ſitis abſque confuſione. Si quis autem ſe ipſum in re aliqua condemnet; deinceps ſeſe irreprehenſibilem ſeruet: ne quid habeat aduerſarius, quod de nobis malum dicat, hominum inquam inimicus, corruptor, & alienus. hoſtis iuſtitiæ, qui in malis noſtris gaudet. qui debilis in eos eſt, qui Domino in veritate ſeruiunt. Qui conculcatur ab ijs, qui peſſundant, & auerſantur ipſius conſilia atque conatus. Qui ſpernitur ab ijs, qui Dominum in veritate diligunt, & faciunt ſanctam voluntatem eius, puro corde. Etiam fratres mei dilectiſſimi, ſtudeamus in vana, & breui hac vita, quamdiu in ea verſamur, perficere mãdata optimi, & benigniſſimi Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: vt ſtationem mereamur à dextris ipſius, in ſecundo eius, & horribili aduentu: quando reddet vnicuique ſecundùm opera eius. Quoniam ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Ierem. 10. 51.

Gen. 1. & Pſalm. 8. Ierem. 31.

Pſalm. 38.

Matth. 18.

Matth. 16. 25 Rom. 2.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

MVlti ex Sanctis ad metalla miſſi ſunt, &c.] *De calamitatibus Chriſtianorum, qui ad metalla damnati erant, cùm multi multa conſcripſerint, Cyprianus inter alios, inſignem ſcripſit Epiſtolam 77. ad Nemeſianum, Felicem, & collegas Epiſcopos Item ad Compresbyteros, & diaconos, reliquoſq; fratres in metallo conſtitutos, vbi plenè Chriſtianorum ærumnæ, qui ea damnati erant, pœnæ deſcribuntur. De quibus & in Epiſtola 80. apud eumdem.*

Qui educit ventos de theſauris ſuis, &c.] *In noua editione LXX. pro* (ἀνέμους, ventos) *eſt* φῶς, *lumen,* [Qui educit lumen de theſauris ſuis, &c.] *Sed in plurimis, vt hîc apud Ephræm, legitur* (ἀνέμους, *ventos,*) *In Complut. & apud Theodoritum, eſt tantùm* (*ventos*) *quod etiam referri videtur à Sancto Hieronymo ex Septuaginta. locus eſt Hieremiæ decimo, & 51.*

Aduena, & peregrinus ſum in terra, ſicut omnes patres mei, &c.] *Ita apud Ephræm eſt hoc loco. Sed in vulg. Pſalm 38. abſque (terra) ſic:* Aduena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut, &c.] *Noua autem editio Septuaginta, magis concordat cum Ephræm, niſi quod ibi paullò aliter tranſpoſita ſunt verba ſic:*] Aduena ego ſum in terra, & peregrinus, ſicut, &c.] *In Pſalterio Romano, & apud Sanctum Ambroſium, coniunctim legitur vtrumque:* [apud te in terra, &c.]

A Qui conculcatur ab ijs, qui peſſundant ipſius conſilia, &c.] *In alio Græco MS. ſic reperitur:* [Qui peſſundatur ab ijs, qui faciunt voluntatem Domini in corde puro. Quoniam Deo noſtro gloria, in ſecula ſeculorum. Amen. *Sed lectio textus quia plenior eſt, magis etiam hoc loco probatur.*

CAP.† XII.

†al. Parænesis XII.

PERSISTE igitur Chariſſime in vocatione, qua vocatus es. Da gloriam Deo, quod dignatus ſit te in gregem ouium ſuarum referre; vt in paſcuis ouium eius enutrians. Ergo ad finem vſque tolera: B vt ſaluetur anima tua. Nam ſcriptum eſt: In patientia veſtra poſſidete † animas veſtras. Eſto inſtructus in omni conuerſatione tua. Dicentem auſculta: Fili, ſi ſapiens fueris, lætificabis & cor meum. Noli eſſe aſper in lingua tua. neque durius reſpondeas fratri tuo: ſed cum omni humilitate, & timore Dei, ſit loquela tua. Numquid enim argento bonum ſermonem comparamus? Nullo ſane eum pretio emimus, niſi ſola noſtra voluntate: quoniam vtramque nobis viam dedit Dominus, vt vniuſcuiuſque cognoſcatur affectio, & animus. Sic ergo noſtræ ſint reſponſiones ad inuicem, ô electi Dei, quemadmodum fidelis quiſpiam ſeruus cum ſuo colloquitur Domino. Verax quippe eſt, qui ait: Qui ſe ipſum humiliat exaltabitur. Sint porro ſermones noſtri mutui, non de rebus peregrinis atque externis: verum de vtilitate animæ, de mutua inter nos ædificatione, de recte factis, de omni opere bono. Sicut ſciptum eſt: C Vt det gratiam audientibus. Et, nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis, in die † redemptionis. Quoniam ipſum decet gloria, in ſecula. Amen.

1.Cor.7.& Epheſ.4.

Luc.21.

†al. poſsidebitis.

Reſponſa qualia eſſe oporteat.

Luc.14.

Epheſ.4.

†al. in diem redemptionis.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

BREVIS quidem, ſed pulchra, & vtilis hæc eſt Parænesis, quæ docet vnumquemque in vocatione, qua vocatus eſt, ambulare debere; ac ad finem vſque perſeuerare. Oſtendit quo pacto cum alijs conuerſandum ſit, atque loquendum: & quales noſtras ad inuicem reſponſiones eſſe oporteat, ac de quibus D *rebus ſermones inſtituendi, atque habendi ſint. Aſperitatem præterea linguæ atque colloquij reprehendit, & à durioribus reſponſis dehortatur.*

Dicentem auſculta: Fili, ſi ſapiens fueris, lætificabis & cor meum.] *Locus eſt Prouerb.23. vbi in edit. LXX. ad verbum ſic eſt:* [Fili, ſi ſapiens fuerit cor tuum, lætificabis & cor meum.] *Et ſic ibi in Græc. pro quo, in vulg. eſt:* Fili mi, ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum, &c.] *At hic paullo aliter apud Ephræm.*

Numquid enim argento bonum ſermonem comparamus? &c.] *Prouerbialis hæc locutio lepida eſt, contra eos ſeruiens, qui aſperiores in loquendo ſunt, & durioribus verbis in reſpondendo vti ſolent. Quos Auctor hic taxat, dicens:* [Nullo nobis pretio verba, reſponſaque bona conſtare: ſed ex ſola noſtra voluntate ea pendere, &c.] *Quare ad mitiores nos hortatur ſermones, reſponſionesq; ad inuicem* E *magis compoſitas atque modeſtas, quales eſſe ſolent fidelium ſeruorum, quando cum ſuis colloquuntur Dominis. Et vt conſtet, de quibus rebus miſcendi ſint ſermones, eos faciendos admonet, non de rebus peregrinis, ac ad rem non pertinentibus: ſed de ſalute, & vtilitate animæ, de mutua inter nos ædificatione, de rectè factis, ac de omni opere bono, &c.*

Capitis Duodecimi & vltimi, in illud,
ATTENDE TIBI IPSI,
FINIS.

EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI, SERMO PARÆNETICVS,†
In Illud:
ATTENDE TIBI IPSI.

†al. Eiuſd. de exercitatione.

ATTENDE tibi ipſi, ô iuuentus exercitationis ac pietatis ſtudioſa: ne forte dies tui in diſtractionibus prætereant. Ne vmquam prauas cogitationes admiſeris: ne in bello† inimici tui virtus tua langueſcat, atque deficiat. Habeas aſſiduè dulcem Dominum tuum, in mente tua: vt exercitationis tuæ curſus coronam victoriæ referat. In pietatis certamine propera, ô iuuentus: aduentat enim dies, & appropinquat tempus, quando laborantes coronabuntur, & negligentes dolebunt. Para virtutes, donec tempus tibi ſuppetit. Pietatem † atque religionem poſſide in oculis tuis, veritatem in auribus, verba vitæ in lingua tua, viſitationem infirmorum in greſſibus tuis, imaginem Domini tui in corde tuo. In membris tuis officia temperantiæ ac cõtinẽtiæ: vt coram Angelis & hominibus, præ alijs honoreris. Lignum inanime, quod mortalis Regis imaginem continet, honoratur: quantò magis anima honorem meretur, quæ Deum in ſe continet, & in præſenti hoc ſeculo, & in futuro? Attende tibi ipſe chariſſime, Concupiſcentia mortua eſt, at corpus tuum viuit: proinde diligenter attende, ne corpus tuum rei mortuæ vitam præbeat. quòd ſi ipſi vitam dederis, te occidet. O planctum acerbum: quoniam mortuus ad vitam reuocatus, vitæ ſuæ datorem occidit. Diſce accuratè, quid ſit Concupiſcentia: ea per ſe, ſine corpore mortua eſt: quando autem concupiſcentiæ impetus ad corpus acceſſerit, ſubitò concupiſcentia vitam accipit, & in concupiſcentiæ dulcedine mens occupatur, reperiturque corpus quod erat viuum, concupiſcentiæ mortificatione emortuum. Quapropter ſedulò tibi ipſi attende ab hac morte corporis, dum flamma concupiſcentiæ illius vreris. Reuoca tibi in mentem, ignem inexſtinguibilem, ac vermem numquam ceſſaturum; & è veſtigio membrorum exſtinguetur incendium. Vide, ne propter relaxationem atque ignauiam vincaris, & doleas; præoccupetque te ignis, pœnitentiæ tædio; & adſueſcas † peccare, etiam dum es pœnitens. Auſteritatem amplectere ab initio. Aduerſus omnem † concupiſcentiam ne vincaris; & ne ex bello inferior diſcedere conſueſcas. Conſuetudo enim altera eſt natura. & relaxationis conſuetudo, numquam auſteritatem admittit: ſemper enim ædificat & deſtruit; ſemper peccat, & reſipiſcit. Chariſſime, ſi relaxari ſis ſolitus, dum oppugnaris: inſcriptio libelli tui erit, ignauia in ſeculum ſeculi. Qui in aliquibus concupiſcentiæ rebus vinci conſueuit, ſemper eum propria coarguit conſcientia, nulloque non tempore angitur, & licet coram ſpectantibus hominibus religioſum ac hilarem exhibeat vultum; intrinſecus tamen ob remorſum conſcientiæ ſuæ contriſtatut. nam id ſecum afferre ſolet concupiſcentia, dolorem amarum ſuis infligens operatoribus. Tota ergo mente attende & anima, Chriſtum apud te ſemper retinens, qui immortalis animæ ſponſus eſt. Caue igitur verum ſponſum tuum deſerueris; ne & tu relinquaris ab ipſo, derelictusq; adhæreas alieno, id eſt, fraudulento iuſtitiæ inimico. doloſè † quippe ad breue tempus diligit, & mox deſerit; meretricique immundæ ſimilis, quæ cum ſubſtantiam & vires alicuius abſumpſerit, auerſari atque odiſſe incipit. Quis igitur in ſuis immun non deploret? Nam & inimicus noſter, vbi vires noſtras ac tempus

†al. in bello, quod cum inimico tuo geris.

†al. pudor ſit in oculis tuis, veritas in auribus, &c.

A minori.

Concupiſcentia quid ſit, & quæ vis illius.

Concupiſcentiæ, flamma vt reprimenda.

†al. adſueſcaſq; tum peccare, tum reſipiſcere.

†al. omnem cõcupiſcentiæ titillationem.

Conſuetudo altera natura.

†al. Ad breue enim tempus ſe fingit diligere, & mox, &c.

A immunditijs, fœdiſque concupiſcentijs prodegerit atque conſumpſerit, tunc à † nobis recedit, propter odium quod in nos habet. Numquam enim impuriſſimus ille, ac fraudulentiſſimus nos dilexit. Deo autem, & Patri gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

† al. tunc odij ſui virus effundens, nos deſerit. nec mirum; nũquam enim.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

B Eiuſdem Sermo in illud: Attende tibi.] *Idem iſtud Argumentum pluribus in locis ab Auctore poſitum tractatumq́; inuenies ſparſim & ex inſtituto, velut ſupra, eodem hoc Tomo 2. in Prologo, in illud:* Attende tibi ipſi. *cuius ibi eſt initium:* [Debitores ſumus chariſsimi, &c.] *ac immediatè ibidem poſtea, in Sermone aſcetico, in illud idem:* [Attende tibi ipſi &c.] *in 12. cap. Ac poſtea in cap. 9. quod incipit:* [Attende tibi ipſi chariſsime, ne fortè, &c.] *& poſtea cap. 10. cuius initium eſt:* Attendamus nobis ipſis chariſſime; quoniam, &c.] *Et infra, longe poſtea in Paræn. De Timore Dei cuius proncipium eſt:* Attende tibi ipſi chariſſime, ne forte in negligentia tuum deperdas tempus. Attende ijs quæ dicta ſunt à Domino, &c.] *alibiq́; ſparſim & incidenter ſæpiſſime idem ab eo tractatur, etiam Tom. 1 & 3 Quod ſi alios Auctores* (*in illud Moſeos:* Attende tibi ipſi.] *adhuc requiris; tibi citabo inſignem Baſilij Magni Sermonem, ſuper hoc dictum,* [Attende tibi ipſi.] *cuius eſt initium:* [Qui nos condidit Deus, in hoc impertiuit ſermonis vſum, vt alius alij ſui cordis arcana reuelet, &c.] *vbi doctè atque egregiè, & copiosè Baſilius dictum illud Moſeos explanat atque amplificat, variisq́; accommodat. Sermo ſanè lectu digniſſimus eſt. Extat & Eſaiæ Abbatis in idem illud Dictum Oratio, quæ in ordine reliquarum apud eum eſt 27. incipitq́;:* Attende tibi deligenter, &c.]

In membris tuis officia temperantiæ ac continentiæ poſſideas: vt coram Angelis & hominibus honoreris. Lignum inanime quod, &c.] *Hic in alio exemplari MS. iſta ſic leguntur, & interpunguntur:* In membris tuis omnibus verſetur continentia, vt ab Angelis & hominibus collauderis. Nam ſi lignum inanime, ideò quòd Regis aut Principis exprimat imaginem, honoretur; quanto magis honorabitur anima, quæ inſeipſa Deum continet, &c.] *Vtraque lectio bona eſt & ſententioſa, pulchram comparationem, & argumentum à minore ad maius, in ſe continens.*

Concupiſcentia mortua eſt: at corpus tuum viuit, &c.] *Alia lectio, quæ huius videtur eſſe explicatiua, ſic habet:* Concupiſcentia per ſe mortua quædam res eſt: at corpus veluti vita. Caue igitur, ne id quod vita eſt, rei mortuæ vitam præbeat. nam ſi vitam ei dederis, interficiet te, &c.] *Quomodo porrò Concupiſcentia dicatur mortua, & quonam pacto reuiuiſcat, doctè & plenè hic conſequenter oſtendit Auctor.*

D Inſcriptio libelli tui erit ignauia in ſeculum ſeculi, &c.] *Vbi pro* (ἀμέλεια ἐςιν) *in alio Cod. Græc.* μετ᾽ ἀμελείας, *cum negligentia atque ignauia erit, legitur. pro quo, al. ſic:* mollities ac relaxatio tua tibi futura eſt ignominiæ ſempiternæ &c.] *at prior lectio in pluribus manuſcrip, reperietur, iſta ſcilicet:* Si relaxari ſis ſolitus, dum oppugnaris; inſcriptio libelli tui eſt, Ignauia in ſeculum ſeculi : *vbi Græcè eſt* ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ γραμματείου σου, ἀμέλεια ἐςὶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. *quam & nos interpretando, lectionem ſecuti hic ſumus, repoſuimusq́;.*

Tota ergo mente attende & anima, Chriſtum apud te ſemper retinens, qui immortalis animæ ſponſus eſt.] *In alio Cod. ſic legitur:* [Attende igitur tibi ipſi ô anima, Chriſtum in te ſemper continens: immortalis enim ſponſus tuus Chriſtus, ô anima mea. Verum ergo ſponſum tuum caue deſeras; ne & ab ipſo deſeraris, &c.]

EIVSDEM†
S. PATRIS EPHRAEM SYRI, PROLOGVS, IN PARÆNESES SEV ADHORTATIONES.
AD MONACHOS.

Eodem Gerardo Voſsio Interprete, & Scholiaſte.

†al. Eiuſdem Sermones Parę-netici ſiue Adhortatorij, ad Monachos.

GLORIA tibi Deus. Gloria tibi. iterumque dicam: Gloria tibi Deus, qui ſuperlaudatus, & ſuperexaltatus es in ſecula. Omni tempore Chariſſimi, gratias debemus Deo; qui dignatus eſt nos ſuauiſsimo iugo ſuo, & liberare à caducis & corruptibilibus mundi rebus. Statutum igitur eſt mihi, vobis ſubminiſtrare ſermones, quales lumine gratię occurrunt menti meæ. Loqui autem volo, non indoctis ſapientię verbis: Nam & † ego homo ſum idiota, ac viliſſimus. Verumtamen quia argutè dicta non omnibus ſunt perſpicua, & ijs potiſſimum, qui non deguſtarunt ſapientiam mundanam: iccirco claram oportebit proferre orationem, quam aſſequi poſſint qui legunt. ſecundum beatum † Apoſtolũ: *Si enim*, ait, neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mecum, mihi barbarus. Potens eſt autem ſermo ſpiritalis perſuadere † obtemperantibus fidei, etiam abſque grammatica, & rhetorica. Benedictus autem Deus, qui cunctis cuncta præbet; & vnumquemque, quantum expedit, illuminat. Id vero captum meum excedere non ſum neſcius. ſed ſcriptum eſt: Tempus tacendi, & tempus loquendi, Quam ergo excuſationẽ in die iudicij habituri ſumus, non ſuccurrentes pro viribus, imperitia atq; ignorantia † laborantibus, & maxime tempore iſto. ſimiliterque fluctibus peruerſę doctrinæ, conſilijque illiciti agitatis? Leo enim cruentus, & veritatis inimicus, non ceſſat eos, qui non valde attendunt, decipere: non quidem humanas carnes deuorare volens, verum animas ſecum in gehennam trahere geſtiens. Quot putatis chariſſimi, poſt abdicationem rerum terrenarum, iterum perturbationibus, ac paſſionibus ignominioſis per eum ſubigi? Quot poſt prima religionis elementa tradita, effecit apoſtatas, & habitu ipſo ſpoliauit? Quare à via non eſt † aberrandum chariſſimi. Cæterum frater adiutus à fratre, laqueis Diaboli capi nequit. Nos autem cum Apoſtolo dicimus: Non quod ſufficientes ſimus, cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficiẽtia omnis noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit ſibi miniſtros, licet indignos. Vobis autem concedat Dominus ſuſcipere verbum, inſtar terræ bonæ atque perfectę; vt ſitis multiplicem fructum re-

1.Cor.2.

†al. nam & ego homo ſum idiota & peccator, terra, & cinere vilior.

†al. Paulum.

1.Cor. 14.

†al οἰκείους τῆς πίστεως, domeſticis fidei, & ſic vulg.

Eccleſ. 3.

†al. ignoranter peccantibus.

†al. digrediendum.

2.Cor. 3.

Matth. 13.
Luc. 8.

feren-

A ferentes, in iuſtitia & veritate, Chriſto Saluatori noſtro. Cui ſit gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

PRologus in Paræneſes, ſeu Adhortationes ad Monachos, &c.] *Variat hic Titulus, ſiue Inſcriptio: nam in aliquibus exemplaribus manſcrip. Græc. hic eſt:* Eiuſdem Adhortatio ad Monachos varios.] *In alijs:* [Beati Ephræm Paræneſis prima ad Monachos.] *al.* [Sancti Ephræm ſermo Paræneticus.] *In tribus alijs, conformiter habetur:* Eiuſdem ſermones Parænetici, ſiue Adhortatorij, B ad Monachos, Paræneſis prima.] *& ſic eſt in vno MS. Vatic. Sirlet. ac etiam Veneto S. Marb quæ inſcriptio, quia magis eſt generica, & ſequentes etiam Paræneſes reſpicit, ſicut & illa primo loco à nobis Prologi vice poſita, magis quoque poſt illam inſtituto Auctoris videtur accommoda.*

Loqui autem volo, non in doctis ſapientiæ verbis: nam & ego homo ſum idiota, & viliſsimus, &c.] *Alia lectio ſic habet:* Loquar autem non in doctis humanæ ſapientiæ verbis: nam & ego homo ſum imperitus, atque peccator, terra & cinere vilior, &c.] *vbi partim ſumma animi modeſtia in hoc Sancto Patre, tam humiliter de ſe hic & alibi loquente ac ſentiente, conſideranda occurrit; partim etiam eiuſce verborum adluſio notanda, quæ manifeſtè fieri hic videtur, ad ea quæ Paulus adducit 1. Corinth. 2.* [Et ego cùm veniſſem ad vos (*inquiens*) veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, &c.] *ac paullò poſt:* [Et ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanę ſapientię verbis: ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, &c.] *paucisq; interiectis poſtea, ibidem.* [Loquimur non in doctis humanę ſapientiæ verbis: ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus C ſpiritualia comparantes, &c.] *Ex quibus Apoſtoli verbis, alluſio Auctoris clariſſima eſt.*

Si autem neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor Barbarus, &c.] *Locus eſt apud Apoſtolum 1. Corinth. 14. vbi in vulg. ſic eſt:* [Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei, cui loquar Barbarus, & qui loquitur mihi, Barbarus, &c.] *Vel ſicut eſt in alio Auctoris noſtri Codice,* σὺν ἐμοὶ. βάρβαρος, *id eſt,* mecum Barbarus. *al.* ἐν ἐμοὶ, in me Barbarus, &c.] *Vbi etiam Chryſoſtomus in 1. ad Corinth. 14. Hom. 35. ad verbum ſic:* Itaque ſi neſciero vim vocis, ero ei qui loquitur, Barbarus, &c.] Barbarus (*inquit*) ille mihi, & ego illi: non quidem ob naturam vocis, ſed ob imperitiam, &c.

Potens eſt autem ſermo ſpiritalis perſuadere obtemperantibus fidei, etiam abſque grammatica & rhetorica,] *Vbi in alio Auctoris MS. Græc. pro* (τοὺς εὐηκόους τῆς πίστεως, *id eſt,* obtemperantibus fidei.) *legitur hic:* οἰκείους τῆς πίστεως, *id eſt,* domeſticis fidei. *vt etiam eſt in vulg. apud Apoſtolum Galat. 6. ibi:* [Operemur bonum ad omnes: maximè autem ad domeſticos fidei.] *In altera autem lectione, veriſimiliter reſpexit ad illa Apoſtoli verba, Rom. 1.* [Ad obediendum fidei in omnibus, &c.] *ac Rom. 16.* [Ad obeditionem fidei, in cunctis, &c.] *& Philip. 2.* [Obſequium fidei D veſtrę, &c.] *Quòd porrò hic dicit Auctor, ſermonem ſpiritalem etiam perſuadere poſſe abſque Grammatica, & Rethorica, adludit non obſcurè ad illa verba Pauli 1. Corinth. 2.* [Et ſermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis: ſed in oſtenſione ſpiritus, &c.] *ac non multo poſt ibidem:* [Loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritalibus ſpiritalia comparantes, &c.] *Ad quæ Apoſtoli verba etiam paullò antea Auctor reſpexit, vt notauimus. De quibus & Chryſoſtomum vide, in eamdem Epiſtolam ad Corinth. 1. cap. 2. Homil. 7. vbi inter alia ſic adducit:* Siquidem tanto nos gentilibus ſapientiores ſumus, quanto inter Platonem intereſt, & ſpiritum ſanctum: Gentiles enim magiſtros Rhetores habent: nos autem Spiritum ſanctum, &c.] *Plura in hanc rem, pro inſtituto Auctoris inuenias alibi apud eumdem, & apud S. Athanaſium in Homilia de ſemente. S. Baſil. in Hexamer. Homil. 4. S. Hieron. in Proœm. Epiſtola ad Galat. & in Epiſt. ad Heliodor. & Epiſt. ad Nepotian. & in Epiſt. ad Paulinum. & apud Proſperum lib. 3. de vita contemplatiua.*

E Sed ſcriptum eſt: Tempus tacendi, & tempus loquendi.] *Vt omnia oportuno aptoq; fieri debere tempore oſtendat, tam in loquendo, quàm in tacendo, atque etiam in agendo, hoc dictum Eccleſ. 3. vſurpat, ſuoq; hic inſtituto conuenienter accommodat. Quorum etiam valde quadrant, ac conſonant, quæ alibi S. Gregorius libro 7. Moral. in hæc adducit verba:* Tempus tacendi, & tempus loquendi. Diſcreta enim (inquit) viciſsitudine penſanda ſunt tempora: ne aut cùm reſtringi lingua debet, per verba ſe inutiliter ſoluat: aut cum loqui vtiliter poteſt, ſemetipſam pigrè reſtringat, &c.] *Loquendum porrò, & non tacendum, cum vtiliter & neceſſariò id fit, non obſcurè hic demonſtrat Auctor, dum ſubdit dicens:* [Quam ergo excuſationem in die iudicij habituri ſumus, non ſuccurrentes pro viribus imperitia laborantibus, &c.] *Quo loquendi modo etiam alibi haud infrequenter vti ſolet.*

Leo enim cruentus, & veritatis inimicus non ceſſat eos, qui non valde attendunt, decipere, &c.] *Quare & quo pacto Diabolus appelletur* λέων αἱμοβόρος, *hoc eſt,* Leo cruentus, *ſiue* ſanguinorus; ſanguinem bibens, *Auctor hic explicat, ſubdens ac dicens:* [Non quidem humanas carnes deuorare volens; verùm animas ſecum in gehennam trahere geſtiens.] *vbi etiam ad lectionis varietatem quod attinet, pro* γλιχόμενος, geſtiens, *ſeu* valde cupiens.) *in alio Græco Manuſcript. legitur* (ϖροθυμούμενος, *id eſt,* mente cogitans, volens, contendens, &c.] *ſed prior lectio venuſtior hic videtur, atque accommodatior: quamquam etiam parua in his videatur differentia.*

In fine huius Prologi, vbi eſt: Multiplicem fructum referentes in iuſtitia & veritate, Chriſto Saluatori noſtro. Cui ſit gloria, &c.] *In alio MS. Græc. ſic habetur:* [Multiplicem fructum iuſtitiæ referentes Chriſto Domino noſtro. Quoniam ipſi conuenit omnis gloria, honor, & adoratio: nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.] *Vtrumque optimè legitur atque concluditur: ſicut etiam in alio MS. vbi eſt:* [Quoniam ipſi conuenit gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.]

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, PARAENESIS,

SEV ADHORTATIO PRIMA,

Ad eos, qui in Religionis ſe rudimentis exercent.

INITIVM renuntiationis Monachi, eſt timere Dominum. Qui verò diuini timoris expers eſt, extra portas Regni Dei demorabitur Initium bonæ vitæ Monachi, eſt cognitio Dei: ignorantia autem de Deo, Monachi mentem occœcat. Optima Monachi hæreditas, eſt temperantia & ſanctimonia vitæ: exhæreditabitur autem à parentibus, qui his ſine Monachus fuerit. Exercitatio Monachi, ſit meditatio Scripturarum, & Diuinorum mandatorum obſeruatio: Iners autem eſt Monachus, qui in his verſatus non fuerit. Cibus Monachi eſt, vt faciat voluntatem Dei, & non ſenſus: Nam qui ſecundùm appetitum ſenſitiuum eſt cibus, Monachum Deo non ſiſtit; ſed in ventrem vadit, & in ſeceſſum exit. Graui inceſſu, Monachus atterat gradus Eccleſiæ: Indecoro autem inceſſu, è domo in domum non diuagetur. Vita Monachi pura ſit, & non ludibrio mulierculis peccatorum cumulo grauatis: ſiquidem tentationis ſagitta eſt in corde Monachi, mulier in domo diſſolutè viuens. Conſilium Mo-chi, cum cordato habeatur: Stulti verò conſilium in corde Monachi non demoretur. Monachus, Pſalmis, & Hymnis, ac Canticis ſpiritalibus inuigilans, nocturnas phantaſias depellit: at de bene geſtis ſe venditans, & interim dormitans, telam araneæ texit. Monachus ſtrenuus, Cruce Chriſti, laqueos fugat diabolicos. Monachus terrena ſapiens ac ſpectans, omnibus eſt ſathanicus. Mens Monachi ſemper in bonis operibus ſit occupata. Exercitium Monachi, cogitationes bonæ continuatæ, ac ſibi mutuò ſuccedentes. Vigilantia fidelis Monachi, turpes cogitationes reprimit. Agricultura Monachi, anima bona euangelicè fructificans, quam dum excolit Monachus, illius fructu veſcitur. Dulcis fructus oris, propriorum merces. Immortalis virtus Monachi, eſt paupertas crucem Domini ſufferens: mala ſiquidem res, eſt Monachis auaritia, eos Regno Dei priuans. Impone cor tuum Monache in humeros tuos, vt cogitatione & opere aduerſarium à te propellas. Donum optimum Monachi, eſt virginitas; curru ipſum ad cælos cum Elia, euehens. Quamobrem Monache hanc excolens, igneo adſcende curru, duobus canalibus irrigatus. Lachrymæ ex oculis diſtillantes, arbor ſunt vitæ in altitudinem humilitatis excl

Pſalm.118.

Matth.15.& Marc.7

Prouerbium accommodum.

4.Reg.2.& Eccli.48.

A excitata: cuius dum poſſeſſionem capere potuerit Monachus, optimos ſibi fructus
vindemiabit. Vis virginitatis, in ciborum conſiſtit abſtinentia : Monachus Luc.21. Rom.13.
autem crapulæ deditus, contaminabit carnem ſuam. Monachus publicam faciens Epheſ.5. Matt.6.
domum ſuam, abominationi erit, audietque à Chriſto : Recepiſti mercedem
tuam. Qui autem erubeſcit rectè facta ſua puplicare mercedem ab occultorum
ſcrutatore Chriſto accipiet. Monachus dans Deo quæ ſunt Dei, non extollatur. Matt.22.
Deum autem orans, dicat: Ex tuis ego Domine, tua tibi offero. A te ſolo, animæ
redemptionem requiro. Monachum puro corde preces de nocte funden-
tem, exaudiet Dominus : de die autem hunc illuſtrabit Deus ; & vt diem,
quotidiè demonſtrabit ipſum. Monachus miſericors, fratrum amator erit; &
B terræ bonæ hæreditatem capiet. In monacho ſuperbo, non requieſcet Dominus: Matt.5.
at in humili, requieſcit Spiritus ſanctus. Cogitatio Monachi, ſemper circa Eſa.11.66.
Regnum cæleſte verſetur ; & celeriter illud hæreditate poſſidebit. Omni
tempore Monachus veſtem immaculatam teneat ; non quidem textam illam, Matt.22.
ſed ſpiritalem : Media enim nocte, talis cum ſponſo ingredietur. Oleum ſecum Matt.25.
ferat Monachus in occurſum ſponſi : ſiquidem extra manebit cum quinque Ibidem.
virginibus fatuis, qui lampadem ſuam oleo reſplendentem non habuerit.
Vita Monachi, ad imitationem Angelorum fiat, comburens peccata: Gal.5.
nam vita eſt pœnitentiam agentium, perfecta ſui oblatio. Vita monachi, notam 2.Pet.1.2.3.
inurat membris ſuis mortificatis quoad concupiſcentiam, quæ prius ad
cum incitabant: Siquidem vita & mores S.Iohannis, forma atque deſcriptio Vita, & mores
C quædam ſunt Monachorum. Tempeſtas dæmonum, procul ſit à Monachis: S.Ioan.Baptiſtæ,
tranquillitas verò Angelorum, apud Monachos, choros agat. Turbatione diabolica Monachorum forma atque
ingruente, Monachus iram coerceat : nam vita monachi, in lenitate exemplum.
& patientia dinoſcitur. Monachus feruens ſpiritu, fugiat diabolum : ini-
què autem odio perſequens proximum, inique adſciſcit diabolum. Fermentum 1.Cor.5.
malitiæ, non nominetur inter monachos : ſyncera vero charitas, inter Monachos Epheſ.4.
dominetur. Sol non occidat, ſuper iracundiam Monachi. Monachus quietus,
non conturbat fratres: ac vociferabundus, peruertit conuentum. Sonum
Pſalmodiæ, monache non renuito: nam Angelorum in hoc, cantica ſita ſunt,
ac laudes. Diabolicorum ſpectaculorum ſtrepitum, monache fugito : quoniam
in eo, dæmonum eſt deceptio. In fronte tua, perpetuò impreſſam habeto Apoc.7.9.17.
D Crucem Chriſti, monache : & in corde tuo, timor Dei ſemper ſit, Chriſti 2.Cor.7. Epheſ.5.
pugil. Silentium monachi cum puritate cordis coniunctum, Spiritum ſanctum Matt.5.
flectit. Placidi mores monachi, fraternum amorem conciliant, & rixas depellunt.
Monachus, ſe Domino accommodans, non ſe tradat Diabolo : ne confundatur
coram ſponſo. Scutum monachi inexpugnabile, eſt hymnus Angelicus Matt.22.25.
in ore eius. Somnus vero, ſi plusquam hymnus diligatur, monachi mors eſt. Prou.6.
Theſaurus monachi, paupertas voluntaria. Diuiniſſimus eſt monachus, in hac Matt.5.
exercitatus. Theſauriza tibi in cælis monache : ſempiterna enim ſunt fruitionis Matt.6. Luc.12.
ſecula. Monachi contemplatio, in diuinis ſit Scripturis. Oſtium monachi, Epheſ.2. &
non vectibus occludatur ferreis: verùm angulari lapide firmetur. Monachi in Deum 1.Pet.2.
pietas, in hoſpitalitalitate cognoſcatur, & in exultatione dirigatur. Admirabilis 1.Pet.4.
facies monachi, per orationem redditur, & per eleemoſynam agnoſcitur. Matt.5.6.
Monachus aſpectu amœno, exercitatoribus oblectamento erit, & improbas Matt.3.
cogitationes diſſipabit. Ioannes ipſe Baptiſta, tibi exemplo ſit Monache, capillis Marc.1. Luc.3.
cameli amictus : vt Elias te ſua pelle caprina cooperiens, in cælos introducat. 4.Reg.2.& Heb.11.
Iacobus etiam lætandum admonet in calamitatibus obuenientibus, patientiam Iacob.1.
nobis commendans. Ioannes te ad Verbum, quod fuit à principio, deducit. Ioann.1.
Sudor in hilari & exporrecta ſpiritali fronte Monachi excitatus, Monachorum
multitudinem recreat. Monachus temerarius, fratrum conuentum
diſſipat. Aequalitas inter Monachos, extirpat ſuperbiam, & humilitatem ipſis
familiarem reddit. Angelis ille ſimilis eſt Monachus, qui quæ ventris ſunt ſpernit,
& crapulam atque ebrietatem fugit. Pulchritudo immenſa, in anima monachi, Virginitas in
eſt relucens virginitas. Turpiſſima autem illius eſt facies monachi, cuius Monachis commendatiſsima.
violata eſt virginitas. Peſſima res eſt monacho, malitia in animum introducta,
inſtar ignis ſuppoſiti ſtipulis. Monachus conculcatus mundum, cum Chriſto fa-

miliariter agit: at rebus mūdanis implicitus, placere non poterit militiæ Præfecto
1.Cor.5.6. Christo. Fidelissimus Regni cælorum præco, est Monachus ab omni auaritia alienus:
Ephes.5. Malè autem peribit, qui auaritiæ morbo laborat. Mundities iunioris Monachi,
1.Reg 15. est temperantia haudquaquam obscuram virginitatem possidens. Thesaurus
1.Pet.1. Monachi est obedientia, quam qui possederit, exaudietur à Domino. Malitia
Ephes.4. 1.Pet.2. non habitet in corde Monachi: Bonitas verò in operibus eius redundet. Sermonem
†forte ἐρευγέσθω eructet, vt bonum † scrutetur Monachus, & in ore suo verba loquatur Dei altissimi. Famem
sit allusio ad spontaneam sibi Monachus adsumat, ad subiugandum hoc corpus terrenum,
Psal.44. ac 118. & exaltandam cælestem animam. Sermonem verum Monachus loquatur,
& mendacium non audiatur in ore illius. Si duriora verba audierit Monachus,
Matt.5. non insolescat; sed submittat sese: quoniam fidelissimam pacis mercedem
accipiet, & Altissimi filius vocabitur, pacis mediator factus. Suauiter verba sua
Eccl.13. cum humilitate depromens monachus, etiam ex lapideo corde lachrymas excitabit.
Sicut Leo formidabilis est onagris: ita Monachus contrarius esse debet desiderijs
malis. Monachus importuno tempore ieiunium soluens, velut qui turrim
è fundamentis euertit. Sicut turbo, puluerem in campis excitat: ita Monachus
superbus rixas, & contentiones in monasterio. Vt portus sine tempestate, nauigijs:
ita in monasterio suo sit Monachus. Imitator Angelorum est Monachus
Matt.5.11. in terra bona, qui voluptatis sagitta non exstitit vulneratus. Caue cum superbia
Iacob.1.4. quid enitaris Monache, ne præceps ex alto corruas. Imitator esto Monache humilitatis
1.Pet.3.5. Luc.18. Diui Pauli: vt Sanctorum quoque consors euadas. Imitare Publicanum,
Num.12. ne cum Pharisæo condemneris. Elige tibi mansuetudinem Moysis, vt cor tuum
Psalm.113. Psalm.22. lapideum, in stagnum aquarum transmutet Deus. postea verò tamquam capra
experientia dices: Quam bona est mansuetudo; super aquam refectionis educauit
Gen.4. me. Caue durum te præstes Monache, memor quòd nemo durus sit patiens. Caue
Heb.11. Monache, relicto Abel, te superbo adsocies Caino: ne & ipsius te supplicij consortem
Matt.5. facias. Disce ergo, quam pulchra res sit humilitas, & hanc tibi delige: nam
Humilitas commendatur. in cælum sustollit optimam ecce tibi mercedem humilitatis propositam Monache,
ipsum cæleste Regnum, quod caue negligas. Monachus iuuenis in abstinentia
firmetur, vanamque gloriam spernat. Nouella planta à Deo sanctificata,
Ieiunium frœnum Monachi. est Monachus abstinentiæ rore irrigatus. Ieiunium, frœnum est Monachi, quod
qui reijcit, equus insanus comperietur. Iuuenis Monachus effrænatus, impunè
Matt.6. peccat. Monachus lauans pedes sanctorum, cor suum illustrat, & thesaurum
Marc.10. in cælis habebit: lauans autem indifferenter pedes peccatorum, benedictionem
Luc.18. eorum qui pereunt, super seipsum colligit. Nocte, diuque operatur Monachus,
vigil orationibus incumbens. Monachus tundens sibi pectus suum, effundit lachrymas,
cælitusque misericordiam implorat. Fluentum diuinum in ore Monachi,
Psalm.80. est psalmus confessionis, cuius possessor perfectus est. Lignum vitæ super
terram, Monachus passionum expers. Lignum vitæ æternæ in cælis, Monachus
stabilis & non errans. Admirandum spectaculum in cælis, est Monachus
super terram, angelicam vitam agens. Ensis acutissimus aduersus Diabolum, est
Psalm.94.97. psalmus in ore Monachi. Lignum aridum ex mandato Elisæi, ferrum securis de
4 Reg.6. profundo aquæ traxit: corpus autem Monachi, quod ieiunio exaruit, animam de
profundo sursum attollit. Exsiccat voluptatum cloacas ieiunium Monachi.
Prou.15. gladius aduersus cupiditates, vigilantia Monachi in orationibus attenditur.
Prou.16.21. Conuiuium monachi, ex solis oleribus cum charitate constans, melius est victimarum
Deut.16. Esa.3.5. adipe. Xenia ac munera excœcant oculos sapientum: qui recipit ea
cum iniustitia aliorum, cultor pietatis non erit. Terminus ieiunij monachi,
Psalm.33.102. 103.104.105. mors est: ante obitum ergo, ab illo non abstineat. Terminus orationis Monachi
1.Thess.3. indefinitus: cùm omni tempore benedicere Domino; bonum sit. Pietatis athleta
Iacob.1.& 3. conuitijs agens cum Monachis, reprobus, & apud homines abominabilis habebitur.
Prou.15.26. Monachus non refrænans linguam suam, in die iræ, non facile etiam passionibus
Eccli.8.28. Eccli.7. temperare poterit huiusmodi. Monachus iracundus occidit animam suam,
Matt.7. acutissimisque sagittis vulnerat proximum suum. Væ Monacho, qui seipsum
Luc.16. iustificat coram hominibus: abominabilis enim talis est coram Deo. Piger
Monachus excogitabit verba vana, & colloquium eius erit fucatum. Mona-

chus

A chus præceps, in tentationem incidet : clemens autem ſedabit iram. Monachus
confidens in virtute ſua, concidet : at qui in pietate confidit, ſtabit. Qui proximũ
ſuum tamquam peccatorem ſpernit, miſer eſt : at cui in primis cura eſt de proxi-
mo ſuo, exaltabitur. Monachus cum alijs colluctans, abominationi erit, & co-
ram honoratis viris dedecorabitur. Ante tentationem, arma te ipſum monache: Deut.33.
vt in tentatione probatus inueniaris. Diuitias ac corpulentiam ne conſecteris Eccli.2. 4. 27.
monache : anguſta enim & ſtricta via, quæ non conferunt, reijcit. Tanquam Pau- Matth.7.
li factus diſcipulus, dic cum eo: Omnia arbitratus ſum ſicut ſtercora, vt Chriſtum Lucæ 13.
lucrifaciam. Ignis intra monachum ardens, eſt voluptas, ex ebrierate incenſa. Philip.3.
Fons perennis Chriſtus eſt : ex hoc hauriens monache: grauem incendij odorem Pſal.35. 41.
B reſtingues. Diuitias manibus contrectans, & corpulentiam ex crapula & ebrieta- Apoc.21.
te comparans, non intromittetur in portas regni cælorum. Confide igitur mo- 1.Cor.5.
nache, non in diuitijs, neq; corpulentia: verùm in paupertate potius, ac cõtinen- Rom.13.
tia; ne extra portas conſtituaris. Monachus confidens in præſtãtia generis, ac no- Lucæ 21.
bilitate corporis, humiliabitur: qui autem humiliauerit ſe propter Chriſtum, ex- Matth.23.
altabitur. Sermonem improbum non proferat monachus: ne vitis abſq; floribus Lucæ 14. 18.
fiat. Verbis dulciſſimis monachus compellabit proximum ſuũ: cùm mel nullam
in ſe amaritudinem habeat. Ne ſis ſegnis operum iuſtitiæ defenſor; cùm apes ſem-
per verſetur in opere. Iordani fluentum, purificatorium poculũ eſt peccatorum, Matth.3.
à Chriſto ſanctificatum. Fluentum lachrymarum monachi, remiſſio delictorũ, Marc.1. & Ioan.1. 3.
Chriſto dicente: Beati qui nũc flent, quoniã ridebunt. Squaleſcet leuis monachus Matth.5.
à cogitationũ procella: dictis autem Euangelicis, ſe ipſum confirmat temperans.
C Proximum à peccatis, ſine improperio monache libera, quantũ potes: nam Deus
reuertentes ad ſe, non repellit. Verbum malitiæ atq; nequitiæ, ne foueas in corde Ierem.15. 35.
tuo, aduerſus fratrem tuum monache, vt dicere queas: Dimitte nobis debita no- Eſa.6. 45.
ſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. A cogitationibus ſuis, ſuffoca- Matth.6.
bitur monachus ignauiæ deditus, ſicut à vepribus ac ſpinis frumentum. Corona Matth.5.
gloriæ, & exultationis monachi, eſt pax & ſanctitas: quæ qui poſſederit, Deum vi-
debit. Temperantia monachi, eriget caput eius, & in medio multorum glorifica-
bit illud. Sapiens monachus, non qui ſolum recta docet, ſed & conſtantẽ, benig-
numque ſe exhibet. Verè enim ſapiens is eſt, qui quod verbo docet, etiam opere Matth.5.
præſtat. Monachus prudens aduerſus dæmonum decertans phalangas, non vul- Actor.1.
nerabitur eorum ſagittis. Monachus cruce Chriſti munitus, conteret caput dra- Pſal.73. 90.
conis. Os monachi, aperiatur ſermoni Diuino: at cor eius meditetur eloquia Eſa.51.
D Domini, abſque diſtractione. Pretioſa poſſeſſio monachi, eſt virginitas lumine Matth.22. 25.
eleemoſynæ colluſtrata: quam cuſtodiens monachus, ſecurè ad ſponſum ingre- Prouer.7. & Eccl.12.
dietur. Serua mandata Altiſſimi ô monache, & Patrum conſtitutiones excole,
pietatis pugil: hæc enim faciens, regni cæleſtis hæres deſignaberis. Monachus * *al. confidens,
audax in tentationem incidet, & in laqueum diaboli, manſuetus autem pace fru-
etur, & corona ſanctitatis donabitur. Monachus delitijs indulgens, in erroribus
erit, & phantaſijs nocturnis: Ieiunijs autem dediti, cubile immaculatum erit, & Eccl.5. 12.
ſomnus eius ſine phantaſmate. Monachus Deum timens, in rem improbam non
incurret: talem namque cuſtodit Deus, & in die obitus ſui, talis propitiationem
inueniet. Renuntiatio monachi, non in maiori dignoſcitur: ſed in tentationi- Ecclis.2. 4.6. 27.33.34.
bus probatur. Patientia monachi, per tribulationes à fideli perfecta, ſpem ſibi
vindicat minimè contundentem. Patientia monachi, ad vltimum vſque eius ſpi-
E ritum duret. Qui enim perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluabitur. Diuinas Rom.5.
laudes aſſiduè perſonet monachus: Seraphim enim inceſſabili voce Deum glori- Matth.10.
ficant. Canticum ſpiritale, in ore tuo verſetur monache; quo, ſuperuenientium Eſa.6. & Apoc.4.
tentationum onere ſubleueris. Patiens eſto monache; nam tempus patientiæ 1.Cor.7.
breue eſt: ſecula autem fruitionis ſempiterna. Monachus morigerus audacter
cruci ſe ſiſtet: quandoquidem in cruce Dominus, mortem autem crucis. Vox mo- Philip.2.
nachi, non extollatur aduerſus fratrem ſuum, in amaritudine animæ ſuæ. Vox
monachi, in mãſuetudine orationis, ſyncerè dirigatur in Deum, immotis labijs.
Verùm in terris luminare, eſt monachus, qui lingua ſua non eſt lapſus: Amicus Eccli.5.14.
talis eſt Chriſti, & qui corpus ſuum non contaminauit peccatis. Timor Dei con- Iacob.3.
tinet monachum, velut turris inexpugnabilis. Monachus diuini timoris ex-

pers, ab aduerſarijs facilè capietur. Lumen in terris purum, eſt Monachus, in quo A
1.Tim.6. non eſt reperta cupiditas: cùm ea radix ſit omnium malorum, & non producat
Mellis & lactis fructus bonos. Carnem edere, & vinum bibere, melius eſt Monacho, quàm in de-
ſignificatio myſtica. tractatione carnes proximi ſui deuorare. Panem tuum Monache cum melle co-
Eccli.2. & mede, ab amaritudine abſtinens; & vinum tuum cum lacte bibe, ſicut infans ſpi-
1 Pet.1. ritu: mel enim abſque amaritudine eſt, lac autẽ malitiæ expers. In camino ignis
Iudith 4. Exod.17. probatur aurum, & Monachus in conuentu monachorum agnoſcetur. Monachi
Gal.5. & 6. manus reuerenter ad Deum extenſæ ſint: manibus enim ſuis præfigurans crucem
Moyſes, deuicit Amalech. Magnum præmiũ crucifixus conſequetur Monachus,
qui & quotidie moriatur. De eo enim gaudebunt Angeli, in regnum cælorum
intromittentes ipſum. Frænum cupiditatibus Monachi, eſt ieiunium; deſtructio
Tob.12. verò earundem, oratio cum eleemoſyna. Pernicioſa grando eſt vineæ, quæ mo- B
dò clauiculos protulerit: ſic manus monachi quæ perperam moueantur, in mo-
naſterio nuper conſtituto. Monachus niue candidior, qui carnis deſideria ſupe-
2.Tim 4. rat: nam Chriſtum præ auro concupiſcens, adſpiciet ipſum in die benignitatis
Iacob.1. coronantem ſe. Monachus ſuſurro, conuentum monachorum diſpergit, & ami-
cos diſſipat. Monachus autem cum intellectu canens, amicitiam paternam com-
Gen.3. & parabit. Suſurrans ſerpens, Euam è paradiſo eiecit: cui & Monachus ſuſurro exi-
2.Cor.11. ſtit ſimilis, quippe qui animam proximi perdit, & ſuam non ſaluat: Spiritaliter
Iacob.5. autem in corde ſuo pſallens, à Deo exaudietur. Anima monachi ſemper Deum
reſpiciat: Nam anima monachi quæ ſemel renuntiauit mundo, & deſponſata eſt
Chriſto, res terrenas deſpiciet. Monachus, bonis operibus circumamictus, caput
draconis armilla perforabit: Anima enim monachi ſpiritaliter bene redolens,
Galat.5. piè odoratum draconis obſtruit, ne in eo voluptatis inquinamentum odoretur. C
Tit.2. & Quàm bonum eſt fratres, voluptatem domare, & deſideria carnis ſuperare: Cui
1. Pet. 2. enim in corde præſto eſt timor Dei, à voluptatis inquinamento non inficitur.
Pſalm.140. Speciosa laus ex ore monachi, in cordis puritate ad Deum directa, ſicut ſuffitum
ſpiritalem ſuauiſſimi odoris, orationem huius ſuſcipiet Dominus. O quantus in
Angelis dolor, Monacho per negligentiam è regno cælorum eiecto. O quanta
Matth.22.25. triſtitia Sanctis erit, exercitatore non comparente coram Sponſo, ad ſanctum
Lucæ 15. thalamum nuptialem. O quantum contra gaudium inter Sanctos erit, peccatore
præuia pœnitentia, regnum cælorum ingrediente. O quanta lætitia Sanctis, pec-
catore conuerſo ab errore viç ſuæ. Quorum imitantes fidem, cum gaudio imple-
te lætitiam, ô beati Dei filij, monachi, qui à carnis concupiſcentia non eſtis de-
uicti. vos terra non teget: ſed cum Angelis, cælum ſuſcipiet. Ipſi Deo gloria, in D
ſecula, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

PAræneſis hæc prima, optimè ſuo in multis correſpondet titulo atque inſcriptioni: nam eam Auctor ad illos potiſſimũ dirigit, qui in religionis ſe rudimentis exercent, & fundamenta iaciunt: Monachũ ac religioſum hic optimis præceptis, regulis atq; conſtitutionibus inſtruit, & quo pacto piè ac ſanctè optimũ vitæ inſtitutũ amplecti, ſequiq; perſeuerãter oporteat, docet. Multa ſalutaria proponit, media ad ſalutẽ opportuna ſuggerit. virtutes quibus monachũ & quemuis Chriſtianũ pietatis amatorem conſpicuũ eſſe deceat, deſcribit, virtutumq; ornamenta oſtẽdit, & ad eas excolendas hortatur, & proſtimulat. Omniaq; pulcherrimis exemplis, ſimilitudinibus, metaphoris, ſcripturæq; locis atq; adluſionibus, nec nõ E *prouerbijs, ſententijs, ſciteq; dictis plurimis illuſtrat, probat, & amplificat. Digna ſanè Paræneſis, quæ nõ ſolùm à Monachis atq; religioſis ſæpe legatur; ſed quæ etiã omniũ piorum Chriſtianorũ teratur manibus, ad mores rectè Chriſtianeq; formandos, ac vitã piè ſecundùm Deũ inſtituendã. nam multa quæ hic ad Monachos referuntur, omnibus æquè, magna ſaltem ex parte applicari ac conuenire poſſe videntur.*

Monachus publicam faciens domum ſuam, abominationi erit, &c.] *Hic etſi per* (domum) *locus habitationis, ſeu cella monachi videatur intelligenda, quam publicã frequentationi quorumuis fieri vetat, &c, tamen etiam hoc loco, & quidem melius atque accõmodatius* (Domus *nomine*) *videntur rectè facta, & virtutes internæ intelligi: vt iſtud quidem referatur ad oſtentationẽ atque iactantiam; alterũ aũt ſequens, ad modeſtiã & verecundiam. nam immediatè ſuperaddit:* [Qui autẽ erubeſcit rectè facta ſua publicare, mercedem ab occultorũ ſcrutatore Chriſto accipiet, &c.] *Sicut contra, vt ante dictũ eſt* [qui publicam facit domum ſuam,] *id eſt, qui bona ſua opera curam alijs publicat, oſtentat, & iactat; abominationi erit, & à Chriſto Domino audiet: Recepiſti mercedem tuam, &c.*] *vt ſit adluſio ad illud*

A *ad illud, Matth.6.* [Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis,&c.] [*taleſq́; ibi hypocritas dicit, qui honorari propter opera ſua volunt ab hominibus,&c. de quibus ideo ibidem dicitur:* [Amen dico vobis,receperunt mercedem ſuam, &c.] *Quin & in eandem ſententiam, hac eadem Parœneſe, poſterius Auctor dicit*: Væ monacho, qui ſeipſum iuſtificat coram hominibus: abominabilis enim talis eſt coram Deo, &c.]

Vita & mores S.Ioannis, forma atque deſcriptio quædam ſunt monachorum.] *Iſtud de S.Ioanne Baptiſta intelligendum eſſe, ipſemet Auctor in hac eadem parœneſe clarum certumq́; reddit poſtea, vbi dicit*: [Ioannis ipſe Baptiſta tibi exemplo ſit monache, capillis cameli amictus, &c.] *Similiaq́; de eodem, etiam alijs in locis apud noſtrum Auctorem reperire licebit. Immò Principem monachorum & eremitarum fuiſſe S.Ioannem Baptiſtam, paſſim ſcribũt ferè omnes Patres: & inter alios S.Baſilius in epiſt.ad Chilonem, & S.Gregorius Nazianzenus in Apolog. poſtquam ex fuga rediſſet. item Orat. in Baſilium Mag. S.Baſilium, quia monachus fuerat, cum S.Ioanne Baptiſta comparat.* B *& S.Chryſoſtomus hom.69. in Matth. ac homil.1. in Marc. poſt med. ibi:* Sicut (*inquit*) Sacerdotum Principes ſunt, Sacerdotes Apoſtoli: ſic monachorum princeps Ioannes Baptiſta eſt, &c.] *ita in allegata homil. Tom.2. Idemq́; alibi, Tom.3. in Homil. de S.Ioanne Baptiſta, eundem monachorum appellat Ducem, vbi de eo ſic loquitur:* [Conſiderate monachi dignitatem veſtram: Ioannes Princeps & Dux veſtri eſt dogmatis, ipſe monachus,&c.] *ita in illa Hom. Chryſt, cuius initium eſt:* [De Ioanne dicitur: Fuit miſſus à Deo, &c.] *S. Hieronymus quoque de monachis atque eremitis differens, ad Euſtochium, inter alia ſic ſcribit:* [Huius vitæ (*inquit*) Auctor Paulus, illuſtrator Antonius: & vt ad ſuperiora conſcendam, princeps Ioannis Baptiſta. &c.] *In eandem ferè conſcribit ſententiã, Ioan. Caſſian. collat.18. cap.6. vbi de Anachoretis agit, qui (vt ipſe inter alia ibi refert)* vaſtos eremi receſſus penetrare non timent, ad imitationem ſcilicet Ioannis Baptiſtę, qui in eremo tota permanſit ætatæ. &c.] *ita ibi inter alia Caſſian. Idem de S.Ioanne Baptiſta tradunt, confirmantq́;, Sozomenus lib.1. hiſtor. cap.12. Theophyl. in 1.cap. Lucæ, & Iſidorus lib.2. de diuinis officijs, cap.15. nec non* C *S.Bernard. Abbas Claræuall. in ſermone de excellentia, ſiue de priuilegijs Ioannis Baptiſtæ, cuius principium eſt:* [Hodie dilectiſſimi, dies nobis illuxit inſignis, &c.] *vbi de illo, inter alia, ſic loquitur:* [Ioannes ætatis ſupergreſſus infantiam, & nobilioris generis generoſitatem oblitus, ſoli vacat diuinitati, factus forma vitæ, monachorum propoſitum, Anachoretarum principium, & totius religionis aſſertio, &c.] *Ex quibus igitur clarè cernis, quàm rectè, quamq́; accommodatè, & cum alijs conformiter dicat hoc loco Ephræm, vitam & mores S.Ioannis Baptiſtæ, formam atque deſcriptionem quandam Monachorum eſſe, &c.*]

Somnus ſi plus quàm hymnus diligatur, Monachi mors eſt.] *Alia lectio habet: Mors autem monachi, eſt indormiſcere ſomnijs, vel ſomnolentia nimia: ſed prior lectio venuſtior eſt, ſententiamq́; hic accommodatiorem ac pulchriorem reddit, vt etiam in Græco:* ὕπνος ὑπὲρ ὕμνον ἀγαπώμενος, Somnus ſi plus quàm hymnus diligatur, &c.] *reſpondetq́; quod immediatè ibi præcedit, illud: Scutum monachi inexpugnabile, eſt hymnus angelicus in ore eius. Quodq́; longius ſubijcitur poſtea, ibi:* [Enſis acutiſſimus aduerſus diabolum, eſt pſalmus in ore monachi, &c.] *Quare cum ſemper aduerſario* D *reſiſtendum ſit, & cum eo confligendum, omni quoque tempore, inexpugnabile illud ſcutum, enſemq́; adhibendum admonet. Sicut etiam hic paullò poſtea in eandem pulchrè loquitur ſententiam, vbi habet:* [Terminus orationis Monachi indefinitus, cùm omni tempore laudandus ſit Dominus,&c.] *ac poſterius ibi: Diuinas laudes aſſiduè perſonet Monachus: Seraphim enim inceſſabili voce Deum glorificant, &c*.] *illudq́; alibi frequenter inculcat, ac repetit ſparſim varijs in locis.*

Verbum bonum ſcrutetur Monachus,&c.] *vbi Græcè eſt,* ἐξερευνάσθω, *ab* ἐρευνάω. *ſiue* ἐρευνάομαι, *ſcrutor, diſcutio,&c. pro quo, fortè haud incommodè atque inuenuſtè hîc legi poſſet,* ἐξερευγέσθω, *id eſt, eructet, ab* ἐξερεύγω, *eructo, quod etiam magis ſaltem hoc loco placeret, vt ſit alluſio ad Pſal.44.* [Eructauit cor meũ verbum bonum,&c.] *ac ad illud Pſal.118.* [Eructabunt labia mea hymnum,&c.]

Sicut leo formidabilis eſt onagris: ita monachus contrarius eſſe debet deſiderijs malis.] *Al. ad verbum magis, abſque (ὡς, ſicut) hoc modo:* [Leo formidabilis eſt onagris,& talem ſe Monachus oſtendat, aduerſus deſideria concupiſcentiæ improbæ.] *Sed melius, cum additione (ὡς, ſicut) vt in priore lectione. Senſus verò Auctoris apertus videtur iſte:* Vt onagri à Leone, ſic à Monacho fugari E debent deſideria mala,] *adluſio autem certa videtur fieri, ad illud Ecclis.13.* [Venatio leonum, onagri in eremo,&c.] *Siue vt eſt in vulg.* [Venatio leonis, onager in eremo: ſic & paſcua diuitum ſunt pauperes, &c.] *Similitudo autem pulchra, & accommoda notatur, cuiuſmodi ſunt & aliæ plurima hic adductæ.*

Xenia ac munera excœcant oculos ſapientum: qui recipit ea cum iniuſtitia aliorum, cultor pietatis non erit.] *alia lectio ſic:* [Munera decipiunt ſapientes: qui cum iniuria aliorum ea accipiunt, impios ſe oſtendunt, &c.] *atque hinc ſæpe talibus cum Propheta Eſaia, alibi comminatur Ephræm, dicens:* [Væ ijs, qui ſcribunt iniuſtitiam. Væ ijs, qui iniuſtè iudicant. Væ, inquam illis, qui pro muneribus iuſtificant impium; ſiue vt hominibus placeant, & ius iuſti tollunt, &c.] *ita Tomo primo in tractatione de varijs tormentis inferni, non longè à principio, pag. 202. ita & varijs in locis alibi.*

Sapiens Monachus, non qui ſolùm recta docet: ſed & conſtanté benignumq́; ſe exhibet.] *Al.*

ad ver-

ad verbum magis ſic: [Sapientia Monachi, non ſit tantùm in cura verbi, ſed etiam in conſtantia, & manſuetudine celebretur, &c.] *Pro quo al. ſic legitur:* [Sapiens Monachus, non qui laborat in verbo tantùm; ſed qui à conſtantia, & manſuetudine cõmendatur, &c.] *Illud autem ſignificari per iſtud* (μὴ ἐν κοπολογία, *id eſt, non qui laborat tantùm in verbo, hoc eſt; qui ſolùm recta docet) euidenter ex eo quod mox ſubijcitur, conſtat, videlicet:* σοφὸς γὰρ ἀληθῶς ἐστιν, οὐχ ὁ τῷ λόγῳ διδάσκων ἀλλ' ὁ τῷ ἔργῳ παιδεύων, *id eſt,* Sapiens enim verè eſt, non qui verbo, ſed qui opere docet, &c.] *quin reliquis certior, atque ſolidior hinc ſenſus colligitur.*

Monachus obediens, audacter Cruci ſe ſiſtet: nam in cruce Dominus, mortem autem Crucis.] *Diximus alibi frequentius in noſtris Scholijs, Auctorem non ſemper ad verbum citare atque proferre Scripturæ loca: ſed interdum duntaxat alludere; interdum ſolum referre ſenſum, interdum quædam de ſuo explicationis gratia addere; & interdum aliqua duntaxat carptim ex ijs verba in medium afferre, vt hoc loco:* [Quemadmodum in cruce Dominus, mortem autem Crucis.] *reſpiciendo haud dubiè ad illud Philip. 2.* [Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis.] *Vnde ſine dubio, iſta hîc maioris breuitatis cauſſa, ita carptim deſumpta ſunt.*

EIVSDEM

PARAENESIS, SEV ADHORTATIO SECVNDA.

Epheſ. 5.
Matth. 11.

AVdite iſta, & cuſtodite, vos qui filij lucis eſtis: Regnum enim cælorum vobis hæc ipſa adhortatio conciliabit. inuigilate verbis iſtis, & inuenietis requiem animabus veſtris. Conualeſcite ab infirmitate veſtra, timore diuino confirmati. Oratio veſtra ad Deũ pura ſit, ſed pro me etiam obſecro. Vitæ æternę hæredes euadetis, ſi admonitiones haſce non neglexeritis. Sit verbum veſtrum eſt, eſt; & non, non, ex præſcriptione Euangelica. Mors vobis non dominetur, tranſlati enim eſtis de morte ad vitam. Ieſus ſit vita veſtra, cui adhærentes non moriemini. Nam Dominus eſt vitæ, & mortis: & cunctos accedentes ad ipſum ſaluos facit. peccata ſoluit, delet ſcelera eorum qui inuocant ipſum, pœnitentiam agentes curat, conuertentes ſanctificat. Intelligite ergo virtutem pœnitentiæ, & ad eam qui peccaſtis, adducimini: peregrinatur enim à vobis omnis peccati ſpecies, ô Dei amici. Non ergo regnet peccatum in veſtro ſpiritali corpore, qui incorruptionem ſuſcepiſtis. A tentatione liberi eſtis fratres, ſiquidem amaritudinem abieciſtis, diuinis verbis fidem habentes. Res terrenas deſpicite. Crucem fronti * impreſſam tenentes, ſpectaculum diabolo tremendum habebitis. honorantes iuſtitiam, caſtimoniamque ſeruantes, iam incolæ paradiſi euaſiſtis.

Matth. 5.
Iacob. 5.
Rom. 6.
1. Ioan. 3.
Ioan. 14.
Philip. 3.
Sap. 16.
Matth. 9.
Lucæ 5.
Actor. 2. 3.
2. Petr. 3.
Rom. 6.

*al. Crucem in fronte adſumẽtes.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

ADhortatio quidem breuis, ſed in ſententijs atque præceptis multiplex & efficax; ſalutaria plurima continens, lectu obſeruatuq; ſanè digniſſima.

Peregrinatur enim à vobis omnis peccati ſpecies, &c.] *Elegans & accommoda metaphora, à peregrinis ſeu peregrinantibus deducta, qui per aliena loca peragrantes proficiſcuntur, & à ſuis abſunt. Et ſic* μεταφορικῶς *peregrinari dicitur animus, cùm extra ſe quodammodo eſt, & exſpatiatur ac diuagatur, &c. Et aures peregrinantur, quæ rem non audiunt, neque attendunt. Sicq; hoc loco, ab illis peregrinari dicitur peccatum, à quibus peccatum alienum eſt, & remotum. vel potius, qui ipſi ab omni peccati ſpecie alieni ſunt. & hoc confirmant, quæ immediatè ſubduntur: Non ergo regnet peccatum in veſtro ſpiritali corpore, &c.] Sic quoque Apoſtolus 1. Corinth. 5. Quia dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino: & idcirco audemus, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum, &c] commorationem ſcilicet animæ, quæ in hac carne eſt, peregrinationem à Domino atque abſentiam à Chriſto eſſe pronuntians, eiuſq; ab hac carne ſeparationem atq; diſceſſum, præſentiam eſſe ad Chriſtum tota credulitate confidens. &c. ita Caſſianus collat. 1. de monach Deſtinat. cap. 14. Quæ vel ideo copioſius hic adduxi, vt vis locutionis (peregrinari ab aliquo) magis omnibus innoteſcat.*

Crucem

Crucem fronti impreſſam tenentes, ſpectaculum diabolo tremendum habebitis, &c.] *al.* Frontem cruce Chriſti munitam habentes, &c.] *& al.* Crucem in fronte adſumentes, horrẽdum diabolo ſpectaculum eritis, &c.] *Illiuſq; in prima proximè hic antecedente etiam admonet Paræneſe, ibi:* [In fronte tua perpetuò impreſſam habeto Crucem Chriſti, ô Monache, &c.] *Longiuſque ibid. poſtea:* [Monachus Cruce Chriſti munitus, conteret caput draconis, &c.] *ad illud autem nos alibi ſæpiſſimè hortatur Ephram.*

EIVSDEM

PARAENESIS, SIVE ADHORTATIO TERTIA.

De quibuſdam interrogationibus, ac de humilitate.

Quæ diſcendi cupidi interrogaſtis, breuiter ac compendioſè dicturus ſum: quoniam abſque timore Dei, perfectaque patientia præclarè aliquid geri, & ad optatum finem deduci, impoſſibile eſt. Apoſtolo dicente: Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem. Ipſeque Dominus diſcipulos ſuos inſtruens, ſic ait: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et rurſus: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Non enim definiuit, ad hoc vel ad illud vſque tempus: ſed qui in finem perſeuerauerit, hic ſaluabitur. Neque enim in principio cognoſcitur finis, ſed in ipſo fine fructus inuenitur. Quamobrem fini principium coniungite: vt in fine inuenientes victoriã, reportetis promiſſiones. Sanctificatio etiam nobis ſit curæ: ſiquidem hoc potiſſimũ requiretur à vitæ monaſticæ ſectatoribus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi; ne & nobis dicatur à Domino: Omnia ſua opera faciunt, vt videantur ab hominibus: dilatãt enim phylacteria ſua, & magnificant * ſuas fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Simus itaque humiles, in verbo, in opere, in cõuerſatione: vt gratiam inueniamus apud Dominum; quandoquidẽ humilitas grata eſt Deo. Noui fratrem in Domino, qui quodã in loco quietam ducebat vitam, ſub magna obedientia. acciditque illo in loco fratrem diuexari ab impuriſſimo dæmone: atque * hic quietum illum, atq; optimum Monachum appellans, exclamare cœpit, ac dicere. erat autem in conuentu, ſub cuſtodia iuniorum. Ille verò aduerſus quem vociferabatur dæmonium, in ſua cella deſidebat. Vt autem Præfectus multam cacodæmonis agitationem conſpexit, accerſendum curat fratrem illum, vt patienti deſeruiat: qui aduentãs, offendit ægrotũ nonnihil relaxatum. Et dum cum eo colloquitur, repente ab impuro obſeſſus dæmone, incepit exclamare ac dicere: Tu iterum huc malè per malam venis viam: mali ſunt tui occurſus; mala ſi dixeris, mala etiam audies. Primumque tu me eieciſti, atque ligaſti per humilitatem tuam. Rurſusque ad eum dæmon: Ne extollaris bone vir, ne quæſo extollaris. viſitandus enim mihi & tu eris, niſi humilitate tua protegaris: nam ea & nũc ego crucior, impugnorque. Quòd ſi igitur ipſi quoque dęmones quantũuis inuiti, confitentur ſe nihil cum humilitate poſſe, ſed eam timere atque horrere: quare nos tantam illius dignitatem adeò parui facimus? Etenim ſignum ex ea reſplendet ſpiritale, quòd ſuperbi dæmones tolerare nequeunt. Domino dicente: Diſcite à me, quoniam mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Nos verò ad ipſum dicamus: Tibi gratiarum actio Domine, vniuerſorum Regi & Deo, quia factus es nobis via ſalutis. Tu Domine, etiam dæmones refręnas, & eruis ex omni malo in te ſperantes. Pro me porrò non deſiſtatis precari, vt apud Dominum inuenire merear miſericordiam, quando anguſtiæ illæ me obſederint, & mortis ſuffocatio: & non confundar, quando reuelauerit Dominus abſcondita tenebrarum, manifeſtaueritque conſilia cordium. Væ confuſis in hora illa. Dominus autem Deus omnipotens, qui ſcrutatur omne verbum, veſtri pariter ac noſtri miſereatur, ſecundùm multitudinem miſerationum ſuarum: ſingulorumque noſtrorum nomina inſcribenda curet in regno ſuo cęleſti. Quoniam ipſi gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

De timore Dei, & perfecta patientia.
Heb. 10.
Lucæ 21.
Matth. 10. 24.
De reſpiciendo fine.
Galat. 5.
Matth. 23.
*al. fimbrias veſtimentorum ſuorum.
Humilitatis cõmendatio ab exemplo.
*al. atque ſic.
Præfecti ſolertia.
Humilitatis effectus.
Humilitas etiã dæmonibus formidabilis.
Matth. 11.
Pſalm. 100.
Luc. 1.
Ioan. 14.
1. Cor. 4.
Matth. 12.
Rom. 8.
Pſalm. 50.

SCHO-

SCHOLIA.

TRia potiſſimum hac Parænesi, ac capite tractat Auctor. Primò, de perfectæ patientiæ immobi neceſſitate. Secundò, contra inanem gloriam. Tertiò, de himilitate eiusq; præſtantia ac dignita te: cuius vis atque effectus, vt elucescat melius, exemplum ponit memorabile, de quodam Reli gioſo à dæmone obſeſſo, qui humilitate alterius fratris religioſi relaxabatur, liberabaturq;, quòd erga ſin gularem hanc illius virtutem, nihil ſe poſſe confiteretur cacodæmon vel inuitus; hæcq; ipſi vel ſolam ſi timorem incuteret atque horrorem, cur exire ab ipſo cogeretur. Exemplum memorabile eſt, ac notatu dignum, quo oſtendere conatur S. noſter Ephræm, vera cordis humilitate, cuncta aduerſarij tela, om neſq; eius molitiones, impulſus atque conatus reperimi atque exſtingui. Simele autem de S. Antonio, in Serm. de cordis humilitate atque modeſtia, narrat S. Abbas Dorothæus, quippe qui dum cerneret om dæmonis laqueos vndequaque tenſos, & gemebundus interrogaret Dominum, quis eſſet, qui tot poſſet euadere laqueos? Reſponſum accepit à Domino: ſola humilitate hos omnes laqueos, diaboliq; inſidias euitari poſſe, quin & aliud quoddam admirabile adiecit, nempe hoc, neque eam omnino contingere po terunt. Reuera enim nihil eſt cordis humilitate firmius, nihil robuſtius, nihil denique ſolidius. vide plu ra ibidem.

PARAENESIS * QVARTA,

Ad Monachos nouitios:

*al. Eiuſdem ad Monachos nouitios, Parænes. tertia.

CHariſſime, ſi ſeculo renuntians, ad fratres ingreſſus ſis, incideriſq; in cœnobium complurium fratrum, cum ijs viuere, & Domino noſtro IeſuChriſto ſeruire cupiēs; conſpexeriſq; ibi fratres quoſdam immodeſtè atque incompoſitè incedentes, aut quæ non placent Deo loquentes: tu * caue, ipſis, aut eorum ſermonibus attendas, ſine eos loqui ſibi ipſis. Qui enim loquūtur diſplicentia Deo, ipſi in negligentia vitā tranſigunt, eorumq́; os loquitur ſuperba: nam cor peruerſum ſuſcitat mala, omni tempore. Tu autem Deum præ oculis habe. *Scriptum* quippe eſt in Pſal. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne cōmouear. Et ne te diabolus callidus dicere doceat: *Quòd ſi* ſenes iſti improbæ ſint conuerſationis, ego qui ſum minor, quid agam? *Sed* Dominum audi dicētem: Multi vocati, pauci electi. Saluari igitur exopta, vt ſis vnus inter electos. Qui enim malum cōmittunt, ſiue in cœnobio, ſiue in qualicunque loco, ipſi filij ſunt hoſtis nequam, adſimilati zizanijs in medio tritici. *Eſto igitur* tu triticum, vt congregeris in horrea Domini; & non zizaniorum comburaris igne inexſtinguibili. Verùm neque iudicemus quemquam, non enim eius nouimus pœnitentiam; neque ſi ridentem, aut quid loquentem adſpexerimus: cùm nobis exploratum non ſit, quomodo in ſua cella vitam degat, aut cuiuſmodi erga Deum laborem ſubeat. Ideo vnumquemque noſtrum oportet ſibi ipſi attendere: quia ſinguli noſtrum Deo rationem reddituri ſunt. Toto ergo corde tuo, attende pſalmodijs, & lectioni diuinarum Scripturarum, & vtilitatem ex ijs manantem in anima tua combibe, ſicut infans matris ſugit vbera. *Ex ijs quippe* virtutum diſces præmia: eritque gaudium & exultatio cordi tuo. *Manſuetum te* præbe, & morigerum, atque prudentem: manſuetum quidem, vt ſi te vel puer compulerit, ſequaris ipſum, & opere tuo confecto, tacens reuertere in cellam tuam, ac labris ſilens, corde ora: obedientem verò, vt caſtitatem tui corporis, tamquam pretioſam margaritam conſerues in Domino. Veſtium ornatu non delecteris, & parentum diuitijs non efferaris: Qui enim gloriatur in Domino glorietur. Omnis quippe gloria hominis, tamquam flos fœni. Exaruit fœnum, & flos eius decidit: verbum autem Domini manet in æternum. *Oculos in terram* defixos habe, animam verò in cælos. Cum adoleſcentulo, nimiam conſuetudinem atque amicitiam caueto: cum fœmina verò etiam loqui ſuperfluum ducito. Cum puero verba ne multiplicaueris. Cum ebrijs porrò, & pugnacibus atque pertinacibus, & inobedientibus, riſuique deditis non commiſcearis: at in timore Dei omni tempore perſiſte. Ait enim Apoſtolus: Cautè & ſapienter ambulate, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes,

*al. at tu ne ipſorum attendas ſermonibus.
Pſalm. 16.
Prouer. 6.
Pſalm. 15.
Actor. 2.

Matt. 13.

A iudicio temerario abſtinendum.

Eſa. 40.
Iacob. 1.
Matth. 24.
Marc. 13.
Lucæ 12.

Epheſ. 5.

A dentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Et rurſus: vt is qui ex aduerſo eſt vereatur, nihil habens malum dicere de * nobis. Quoniam Deo conuenit gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

Tit.2.
*al. de vobis.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

In quibuſdam Exemplaribus, hæc tertio loco ponitur Paræneſis, cum eiuſmodi inſcriptione: [Eiuſdem ad Monachos nouitios, Paræneſis tertia.] *At in pluribus MMSS. eſt quarta in ordine, inſcribiturq́;.* [Eiuſdem ad Monachos nouitios, Paræneſis quarta.] *vt hoc loco. Sicq́; in omnibus* B *penè Cod. Græcis legitur,* Παραίνεσις δ. *id eſt, Paræneſis quarta. quare ſicut in pluribus reperimus, etiam hic ſecuti ſumus, & repoſuimus. Hortatur verò hic potiſſimum, Monachos nouitios, vt ſi in cœnobijs, quæ ſibi delegerunt, fortè quoſdam deprehenderint vitæ minus rectæ atque probatæ, eorum veſtigijs minimè inſiſtant, neque incompoſitis talium moribus attendant: ſed Deum ſemper præ oculis habeant, ſaluarique ſeriò ſtudeant, vt inter electos referantur: ac ad hoc, vt ſe gerere debeant, rationem formamq́; optimã proponit: & quæ cum primis agenda ſint, quæq́; vitanda, breui efficacitate deſcribit, ſicut ex ipſa melius patebit Paræneſi.*

Chariſsime, ſi ſeculo renuntians, ad fratres ingreſſus ſis, &c.] *Pro quo in alio MS. ſic:* [Si abdicato ſeculo, egreſſus ſis ad fratres, &c.] *ſequiturq́; nõnullis interiectis poſtea:* [conſpexeriſque quoſdam immodeſtè atque incompoſitè incedentes: tu caue ipſis attendas, &c.] *pro quo, al.* At tu, ne ipſorum attendas ſermonibus; ſine eos loqui inter ſeipſos, &c.] *quamquam parua hic videatur* C *lectionis varietas.*

Eſto igitur tu triticum, vt congregeris in horrea Domini: & non velut zizania comburaris igne inextinguibili, &c.] *Quandoquidem iuxta Euangelium Matth.13. homines mali adſimilantur zizanijs in medio tritici: at boni ac pij tritico, &c. ideo hic monet, vt qui ſuæ ſatagunt ſalutis, fiant ſicut triticum, vt in horrea congregari queant Domini, hoc eſt, in regno cæleſti cum electis; & non ſint mali inſtar zizaniorum, ne ſicut zizania comburantur igne inextinguibili. Nam qui in hac vita male agunt, ſiue in monaſterio, ſiue alio quocunque fuerint loco (inquit) filij ſunt hoſtis improbi, zizanijs in medio tritici, adſimilati. Quòd porrò boni ac iuſti tritico, & mali zizanijs rectè comparentur, ex allegato Matth. 13. clariſſimè patet loco, comprobaturq́; alibi apud Ephræm, Tom. 1. in tract. de varijs tormentorum locis. ibi:* [Alij ſicut zizania colligentur, comburendi in camino ignis, &c. *ac Tom 3. in longo Serm. cuius initium eſt:* [Dolor me in verba compellit, &c. *ibi:* [Videte itaque, ne quis veſtrum zizania inueniatur, & colligatus in manipulos, æternæ flammæ concremetur ardoribus, &c.] *ita quoque alibi ſæpe apud eumdem.*

D Neque iudicemus quempiam, &c.] *Iudicium temerarium damnat ac prohibet: & vt quiſque potius ſibi, quàm rebus alienis (quarum ſæpè eſt neſcius) dijudicandis attendat, ſeriò admonet. Locus autem hic, contra homines tam temerè iudicantes facta aliena, commodus eſt ac vtilis. de quo, ex profeſſo magis poſtea in Paræneſe 9. cuius initium eſt:* De ſcandalis porrò occurrentibus, nouimus eum qui ait: Nolite iudicare, & non iudicabimini, &c.]

Omnis quippe gloria hominis, tanquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos eius decidit, &c.] *Locus ad quem reſpiciat, eſt Eſaiæ quadrageſimo, & Iacob primo. vbi tamen aliter atque aliter iſta leguntur, licet ſenſu coincidant: Ephræm autem hæc carptim inde deſumpſit ſelegitq́;. quem quidem locum pro reprimendo faſtu mundano, etiam ſanctus Baſilius Magnus alibi adhibet, illuſtrat, & explanat, in Oratione de Morte, vbi dicit:* Recordare eius ſimilitudinis, quam Eſaias Propheta ille magnus proponit. *dicens:* [Omnis caro vt fœnum: & omnis gloria hominis, vt flos fœni. (*Subiungitq́; ibidem:*) qua ſanè ſimilitudine, commodiſsimè Propheta complexus eſt humanæ vitæ breuitatem, & fluxam commodorum eius lætitiam atque voluptates, &c.] *ſicut latius* E *ibidem conſequenter deducitur, & exemplis res declaratur, in oratione ead. quam Tomo primo apud Ephræm, à nobis poſt alteram noſtri Auctoris, etiam de Morte, adiunctam inuenies. inter Oper autem Baſilij hactenus edita non eſt.*

Cautè & ſapienter ambulate, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt, &c.] *Locus qui citatur, eſt Epheſ. 5. ſed carptim etiam inde deſumptus, & inſtituto hic Auctoris rectè accommodatur. Quod autem poſtea hic additur:* [Sed intelligentes quæ ſit voluntas Dei.] *vt etiam in eodem eſt loco ad Epheſ. in alio Auctoris MS. habetur:* [Quæ ſit voluntas Domini bona, & bene placens, & perfecta.] *ſicut ad verbum reperitur in Epiſt. ad Rom. cap. 12.*

PARAENESIS QVINTA,

Quæ eſt ad diuinam doctrinam Adhortatio.

CHariſſime, Ecce aliud tibi ſeruandum commendo *depoſitum in Domino: quod ſi cuſtodieris, in fine lætitiam atque iucũditatem tibi retribuet. Si vana huius ſeculi vita abdicata, ingreſſus fueris cœnobium plurium fratrum, cupiens fieri Monachus: vide ne te decipiat inimicus, ad exeundum cœnobium tentans, antequam ſanctum *Monachi indumentum aſſumas; vt ne ad extremum te vehementer pœniteat: ſed perfer, bona iacens fundamenta, cum omni humilitate. Superuenientes verò atque immiſſas ab inimico tentationes ne pertimueris: verùm ſuffer ac tolera, vt beatitudinem conſequaris. Scriptum quippe habetur: Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit *Dominus diligentibus ſe. Cupis autem non ſuccumbere tentationibus? omnem tuam voluntatem abſcinde, & requiem obtinebis. Sin verò & bona tibi res videatur, quæ à tuo Præfecto in Domino non bona iudicetur; crede illi, in Domino. Nam contentioſum eſſe ac pertinacem, proprioque conſilio duci, ſubuerſionis ſignum exiſtit. Nouitius enim cùm quis ſit & inobediens, contumelioſum probriſque obnoxium ſibi nomen conciliat. Dicit enim in Pſalmo: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta. Qui igitur *iuſtitiam diligit, non peribit: at qui diſciplinam auerſatur, ſibiipſi damnum infert. Quemadmodum autem in dolium immitti vinum, ſimul & acetum nequeunt: ſic neque in ſolitaria vita, virtus ſimul degere cum diſſolutione poterit. Fidemque huius tibi faciat Apoſtolus: Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Ama igitur modeſtiam, & temperantiam ſummopere: vt diuini Spiritus tabernaculum efficiaris. Et quandoquidem vitæ monaſticæ habitum ferre meruiſti, ne ſic quæſo cogitationibus conſentias; ſiquidem te à fraternitate ſeparare voluerint: ne fortè à iuuentute tua, diſcas eſſe vagabundus & inſtabilis. Vide autem, ne reuerentiam ac pietatem, quam dum ingredereris habebas, deperdas: ſed eam ad finem vſque, retinere contende. Maledicentia autem, vel iuſiurandum, nec nominetur in *labris tuis, ſicut decet ſanctos. Cæterùm humilis eſto: & in omni tua reſponſione, hoc verbum (ignoſce) adhibeto: vt inutiles ſeculi mores abs te euellas ac deſtruas, vitamq; Deo gratam ducens, ab eo laudem obtineas. Veniens *porrò ad monaſterium, ne aurum, argentum, veſteſque deſideres: verùm cuncta in cælum præmittens, ſecundùm Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti præceptum, hæc tibi acquire, & vinpica: fidem, temperantiam, patientiam atque humilitatem, & reliqua. Et Deus ex ſua benignitate præbebit tibi. Cui gloria, in ſeculorum ſecula, Amen.

*al. teſtamentum nouum in Domino.

*al. ſanctum ſolitariæ vitæ habitum.

Iacob. 1.

*al. Deus.

Pſalm. 2.

Ibidem.

*al. diſciplinã

Similitudo aptiſſima.

2. Cor. 6.

*al. in nobis, & ſic in vulg.

*al. Cùm verò iam monachiſmum inchoaueris. &c.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

I*Nſcriptio huius quintæ Parænesis variat. nam al. ponitur:* [Parænesis 4.] *al.* [Ad Monachos nouitios, Parænesis 2.] *In alio autem MS. pro titulo hic eſt:* [Diuinæ doctrinæ inſtructio, ſeu exhortatio.] *Pro quibus, nos hic & debita ordinis, ac rei tractatæ ratione habita, hanc antepoſuimus* [Parænesis quinta, quæ eſt ad diuinam doctrinam adhortatio.] *quæ & ipſi magis quadrat ordini, & argumento.*

Ecce aliud tibi ſeruandum commendo depoſitum in Domino, &c.] *Græcè eſt,* παρακαταθήκην ἑτέραν, *pro quo in alio MS. eſt,* διαθήκην καινὴν ἐν κυρίῳ, teſtamentum nouum in Domino, &c.] *Sed prior lectio accõmodatior videtur, & in pluribus Codicibus reperitur. Dicitur autem* παρακαταθήκη, *depoſitum, hoc loco: id eſt, quod deponitur, & quod alicui ſub fide traditur, ſiue committitur. à verbo* παρακατατίθεμαι, *depono, id eſt, commendo, ſiue cuſtodiendum committo. item, credo: quaſi fidei alicuius committo, concredoq; Sic præceptum, ſiue documentum, vel monitorium hoc ſuum, Auctor hic aliud appellat depoſitum; aliud quidem à ſuperioribus & antecedentibus, prius factis: Depoſitum autem, quod*

quod velut in ſinum illius repoſitum velit: ſeruandumq; fideliter ipſi tradiderit, cōmiſeritq;, &c. Quod porrò altera lectione dicitur: [teſtamentum nouum in Domino] *etiam commodè ad mentem ſenſumq; Auctoris explicari poteſt; vt teſtamentum hic dictum ſit, quod ſit voluntatis ſuæ quaſi efficax teſtimonium: nouum verò, eo quòd poſt alia ſit recens, & recenter ac nouiter confectum. quaſi nouum mentis ſuæ teſtimonium poſt alia ipſis relictum, vel etiam mandatum nouum illis datum, ſecundùm illud Ioan. 13.* [Mandatum nouum do vobis, &c.] *Pro vltima autem voluntate, non videtur hic poſſe accipi, quæ teſtamentum iuxta Vlpian. (l.1. qui teſta. facere poſſ.) eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod poſt mortem fieri voluerimus, &c. quia multa ſimilia poſterius præcepta dediſſe Auctor reperitur, vt patebit ex ſequentibus Paræneſibus. quamquam tamen & iſta aliquo modo ad vltimas eius voluntates referre poſſe videantur: quia etiam poſt ſuam mortem, hæc ipſa remanere infixa, atque inſculpta mentibus aliorum cupiebat, &c.*

B

PARAENESIS SEXTA,

Ad Monachos nouitios.

SI quis à magna vani ſeculi exiſtimatione, ad Monachorum acceſſerit; ſeipſum à faſtus & arrogantiæ dæmone cuſtodiat oportet: ne in ſpiritū ſuperbiæ, & inobedientiæ incidat, ſibique ipſe detrimentum adferat. Non tibi hic Chariſſime ſit pudor, quòd ſub obedientia viuas in Domino, neque quòd proprijs opereris manibus bonum. Nam exigua iſta anguſtia & tribulatio, quam Domini cauſa toleras; vitam tibi æternam conciliabit. Et quid amplius dicam? Sicut enim, C qui drachmam vnam cum decem millibus talētorum auri commutat: Ita & quæ nunc eſt tribulatio, parua eſt ad futuram vitam æternam comparata, ac contra etiam, ad futuram tribulationem, quæ improbè ac perditè viuentibus contingit. Exigua igitur præbes, & magna * tibi bona redduntur. Aduigila ergo dilectiſſime, tanquam bonus miles; & gratiam, quæ in te eſt, non neglexeris, ne fortè vtrumq; in te eueniat; vt & homines contriſtes, hoc eſt, tuos ſecundùm carnem parentes; & Deo non placeas. Verùm decerta, vt & videntes te, glorificent Deum ſuper bona conuerſatione tua. Scriptum quippe eſt: Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua ſuper ſperaui. Et rurſus: Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Propterea cuſtodi te à ſuperbia, & Dominus pars tibi erit atque munitio. Cui * gloria & fortitudo, in ſecula ſeculorum, Amen.

A minori ad maius.

Rom. 8.

* al. & magna recipies.

Pſalm. 118.

Ibidem.

*al. ipſi gloria.

D

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

AD Monachos nouitios, Paræneſis Sexta] *Al.* [Eiuſdem Paræneſis ad Monachos nouitios, quinta, & al. ſexta.] *al. Alia ad nouitios Paræneſis. al. Iſta Paræneſis quaſi eadem cum præcedenti ponitur, eiq; coniungitur, vt in MS. Cod. Sirleti. ſed quia in pluribus Vaticanis ſeparata inuenitur, & nos eam ſeparatam, ſextamq; in ordine cæterarum repoſuimus.*

Si quis à magna vani ſeculi exiſtimatione, ad monachatum acceſſerit, ſeipſum à faſtus & arrogantiæ dæmone cuſtodiat, &c.] *Contra Spiritum ſuperbiæ faciunt iſta; & ſi in alijs, maximè in Monachis nouitijs faſtum omnem & arrogantiam, ſuperbiamq; cum inobedientia, arguit, damnat, & reprimit: quod idem & poſtea facit, ac quidem plenius & efficacius in Paræneſe 13. quæ eſt contra illos, qui inflati ſunt ex genere. admonitionemq; continet de humilitate, & incipit:* [Frater, ſi poſt E abdicationem vanæ vitæ, ingreſſus ſis cœnobium plurium Fratrum, &c.] *vbi non pauca cum his quadrantia in medium afferuntur, ſicut & in ſequenti poſtea Paræn. 14.* [quæ eſt, de non ſublimè alteque ſapiendo.] *& Paræneſe 18.* de ijs, qui de ſeipſis magnificè ſentiunt.] *cuius initium eſt:* [Frater, cur deciperis correptus à diabolo, vt gradus tranſilias, &c.] *multisq; alijs in locis apud eundem. de quibus & Caſſianum vide, lib. 12. per tot. de Spiritu ſuperbiæ.*

Sicut enim qui drachmam vnam, &c.] *Variat hic lectio, dum al. in Græco Codic. ſic legitur: Omnis enim anguſtia ſolitariæ vitæ, tamquam drachma vna ad decem millia talentorum auri comparata, &c. al. ſic: Quemadmodum enim drachma vna, cum decem talentorum auri millibus collata: ſic & quæ nunc eſt tribulatio, ad futuram vitam comparata æternam. contra verò etiam ad futuram tribulationem, quæ improbè ac perditè viuentes manet, &c. quæ lectio præferenda videtur.*

PARAENESIS SEPTIMA,

Quæ Doctrinam continet, cum adhortatione.

CHariſſime, ſi bona ac pulchra ieceris principia, ſic & ſenectutem tuam Deo gratam & acceptam traducas; eriſq; inſtar luminaris, quod multos in via illuminat Domini. Sin autem ab vtero malus & non rectus exieris; *cum ignominia erit & ſenium tuum. Forte igitur ac validum fundamentum colloca, vt opus in altum aſcendat. Ante omnia autem frater Deum time, ipſumque toto corde tuo glorifica: vt & ipſe cum omnibus Sanctis ſuis, te gloria coronet. A iuuentute tua, manſuetiſſimam *ſapientiam acquirito, eamque ad extremũ vſque ſpiritum non relinquito: hæc enim in ſemitam iuſtitiæ rectam deducet te, eriſque vas electionis à iuuentute tua, & honorabilis ſenectus tua. obtinebiſque laudem apud Deum: & homines in te magnificabunt Dominum. Si igitur à Præfecto, in manus fratris ſis traditus, non tibi tacita mentis cogitatione dicere videaris: Ego quidem magnorum & illuſtrium parentum ſum filius: hic autem nullius exiſtimationis, & mendicorum filius; aut ſæpe etiam ex ſeruorum turba originem ducit; & quomodo ego huic ſubeſſe atque obidire potero? ignominia enim mihi erit, ſi iſtud fecero. Ne talia tecum cogitaueris dilecte Frater: non enim prudens hanc cogitationem ſuſcepiſti. Nam qui eiuſmodi cogitat, nondum veterem hominē exuit, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Nos autem dilectiſſime, tamquam à Deo commendati in obſequium concordibus fratribus, ſufferamus, vt digni efficiamur libertate iuſtorum; mente recolentes omnium Dominum, qui propter nos cùm eſſet diues, pauper eſt factus, vt nos illius inopia diuites eſſemus. Quia *Chariſſime; collum iugo ipſius ſubmitte, vt requiem animæ tuæ inuenias. Quoniam ſcriptum eſt: Immundus coram Domino, omnis qui elato eſt corde. Quoniam ipſi eſt gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

* al. ipſam quoque vitam miſere tranſiges.

*al. manſuetudinem & ſapientiam.

Aduerſus inanem elationē.

Similia planè his, ſunt in Pareneſe 13. poſtea.

Epheſ. 4.

2. Cor. 8.

* In alio Cod. hic ita finitur: Cui gloria in ſecula, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

PAarænesis Septima, quę Doctrinam continet cum adhortatione.] *Pro hac inſcriptione, al. ſic:* [Paræneſis alia ad Monachos.] *al.* Paræneſis ad nouitios Monachos quarta.] *al.* [Doctrina cum admonitione.] *& ſic in vno MS. Card. Syrleti, & altero Candiæ.*

Si bona ieceris principia, ſic & ſenectutem tuam Deo gratam & acceptam traducas, &c.] *In alio MS. ſic:* [Si bona principia ieceris vt oportet, decerta vt & ſenectutem tuam benè beatéque tranſigas, &c.] *ac poſtea vbi eſt:* [Sin autem ab vtero malus, & non rectus exieris, cum ignominia erit & ſenium tuum, &c.] *pro eo, al. ſic:* [At ſi obliquus & peruerſus ex vtero prodieris, ipſam quoque vitam malè ac miſerè tranſiges, &c.] *vbi Græcè eſt:* διαβιώσεις τὰ κατά. τε κακῶς. *at ibi:* ἐν ἀτιμία ἔσται τὸ γῆρας σου, *id eſt,* cum infamia atque ignominia erit & ſenium tuum.] *atque idem hic ſolidum ac validum monet virtutis rectæq; vitæ collocandum fundamentum, vt opus in altum conſurgat, & finis principio bono reſpondeat. hoc eſt, ſicut bona ac pulchra pietatis & religionis iecit initia, ita & totam vitam ac ſenectutem ſuam Deo gratam acceptamq;, ad finem vſque traducat, &c.*

Si à Pręfecto, in manus Fratris ſis tradius, non tecum dicas: Ego magnorum & illuſtrium parentum ſum filius: hic autem, &c.] *Iſta rurſus ad ſuperbiæ & arrogantiæ ſpiritum in Monachis præſertim nouitijs reprimendum, ſpectant. quadrantq; optimè his quæ in ſuperiore adducuntur Paræneſe ſexta in ordine:* [Si quis à magna vani ſeculi exiſtimatione, ad Monachatum acceſſerit; ſeipſum à faſtus & arrogantię dæmone cuſtodiat, &c.] *quæq; in alijs Paræneſibus, à nobis ibi in Scholijs citatis tractantur; ac præcipuè in Paræneſi decimatertia, contra illos qui inflati ſunt ex genere, cuius initium eſt:* [Frater ſi poſt abdicationem vanæ vitæ, &c.] *ac poſtea Paræneſi decimaquarta, & alibi.*

PARAENESIS OCTAVA,

Ad Monachos nouitios, De opere manuum.

OPus quoque manuum *non negligas: Nam ſepè tibi cogitatio ſuggerit, dicens: nunquam manuale iſtud opus addiſcere poteris; debilis enim es, ac negligens, & operis huius labores ſufferre in finē vſque nequibis. Nam ecce tua membra præ *labore defatigari ac frangi cœperunt: non enim laboribus es aſſuetus. cæterùm tranſiens, abs vnde veniſti: nam & ibi, inquit, ſi timere Dominū Deum volueris, ſaluari poteris. At tu tamquam fidelis, non frangaris eiuſmodi cogitationibus: ſed Dominum exſpecta, qui te ad ſuum inuitat regnum, & gaudium. Ipſe quippe dixit: Amen amen dico vobis, ſi hàbueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: tranſi hinc illuc: & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Et nos ergo chariſſimi ſuſtineamus: nō enim in hominem qui ſaluare nequeat ſperamus; ſed in Deum, qui ſaluat ſperantes in ipſum. *Sicut ſcriptum habetur*: Qui confidunt in Domino, ſicut mons *Sion*, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Et rurſus, beatos eos prædicat Spiritus ſanctus, qui ſperant in Domino, *dicens: Domine Deus virtutum: beatus homo qui ſperat in te. *Suſtine* ergo ô dilecte à Domino. Nonne ſi literas diſceres, vexationē ſuſtineres? Quòd ſi opificiū aliquod ſeculi; nonne laborem ſubires? Sed nonne multo magis, cuncta propter Dominum ſufferre debemus? Scriptum quippe eſt: Labores *palmarum tuarū manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Et Apoſtolus admonet dicens: Operantes proprijs manibus, quod bonum eſt: vt ſcilicet non ſolùm vobis quod edatis laborando curetis, ſed etiam ex proprijs laboribus habeatis, vnde neceſſitatem patienti tribuatis. Studium ergo omne noſtrum in eo ſit, vt à peccatis noſtris liberemur. Nam ſi ipſi voluerimus, liberabimur. Ipſe quippe Dominus dixit: Petite, & dabitur vobis: Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Ipſe enim eſt, qui theſaurum pœnitentiæ non deficientem mundo dilargitur. Ipſi gloria, in ſecula, Amen.

*al. non paruipendas.
*al. dolore.
Matth.17.
Pſalm.124.
*al. dicentes.
Pſalm.83.
A minore ad maius.
Pſalm.127.
*vulg manuū.
*al. fructuum tuorum.
Epheſ.4.
Matth.7. & Lucæ 11.
Luc̨ 12.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

V*Ariat & huius Octauæ Pareneſ. titulus ſiue inſcriptio: nam in aliquibus MMSS. Græc. eſt vt hic repoſuimus. In alijs, pro Titulo hìc ponitur:* [De Canone monaſtico: & quòd operari oportet, & non negligentem eſſe.] *vt in MS. Cod. Syrleti. Al.* [Quòd in opere manuum pigritandum non ſit.] *& ſic in vno MS. Syrleti Card. & altero Candiæ. Al.* [Ad Monachos nouitios, & de opere manuum.] *& ſic in Græc MS. Bibliothecæ Cryptafer. al. Ad nouitios Monachos, Pareneſis Septima.*

Opus quoque manuum non negligas, &c.] *Cùm alibi ſæpe, ſparſim & incidenter Auctor* περὶ τοῦ ἐργοχείρου τῶν μοναζόντων, *id eſt; de manuali Monachorum opere agat; hìc autem de eo, paullò magis ex inſtituto: viſum eſt de vſu & ratione, atque antiquitate illius, nonnulla hoc loco in medium afferre. Et primò quidem, conſtat ex conſuetudine antiquorum Monaſteriorum; Monachos ex proprijs regulis obligatos fuiſſe ſuis operari manibus. Cauſſæ verò cur eiuſmodi regulam conſtituerint, duæ præcipuæ allegari ſolent: Vna, quia non poterant aliter ſuſtentari: nam nec prædia habebant atque poſſeſſiones ſibi relictas, vt hodie multi Monachi habent. neque eleemoſynas à populo petebant, cùm nec populo inſeruirent, & vt petiſſent, nullo modo ijs ſuffeciſſent, ob Monachorum multitudinem: nam vno in loco, ſub vno Abbate commorabantur terna. vt minimum hominum milia, teſte S. Auguſtino libro 1. de moribus Eccleſiæ, cap. 31.* Altera cauſſa acratio eſt, *quia illis Monachis ad vitandum otium, neceſſarium erat laborare Vnde S. Hieronymus in epiſt. 4. ad Ruſtic. ſcribit Aegyptiorum Monaſteria hunc morem tenere, vt nullum abſque operis labore ſuſcipiant, non tam ob victus neceſſitatem, quàm ob animæ ſalutem, ne mens vagetur pernicioſis cogitationibus diſtracta, &c.* S. Ephræm *etiam tertiam hìc cauſam adiungit ex Apoſt. Epheſ. 4. vt ſcilicet non ſolùm ſibi quod edant laborando curent: ſed etiam ex proprijs laboribus habeant, vnde neceſſitatem patienti tribuant, ſubueniantq́;, &c. De quo etiam plurima apud Caſſianum inuenies, lib. 2. de noctur. orat. modo, cap. 3. poſt med. & lib. 10. de Spiritu acediæ, varijs capitibus, 7.8.9.10.11.12.13.14.17.18.19. & denique cap. 22. vbi de Monachis per Aegyptū recenſet, quod ita ſuis operari manibus ſint ſoliti, vt non ſolùm proprijs ſatisfacerent neceſſitatibus: ſed etiam ſuperuenientes*

tes ac peregrinos reficerent, & illis qui longa carcerum cuſtodia detinebantur, in neceſſarijs ad victum A *ſubuenirent. &c.*

Scriptum quippe eſt: Labores palmarum tuarum manducabis, &c.] *Locus eſt Pſal.127. vbi in Græco hic eſt, vt in edit.70.* τοὺς ϖόνους τῶν καρπῶν σου, *id eſt*, labores fructuum tuorum.] *ſi ad verbum reddatur. At LXX. hic* καρποῦς, *non vocaſſe fructuum perceptionem, ſed particulam manus, teſtantur Scholia noua Romanæ edit.70. Quod etiam notatum eſt à S.Hieronymo ad Marcellam; cùm libri Latini haberent,* fructuum tuorum.] *Quin & 1.Reg.5. cap.* καρποὶ, *eadem notione accipiuntur pro particula manus, &c. Cæterùm in vulg. hic eſt:* [Labores manuum tuarum comedes, &c.]

PARÆNESIS NONA.

Matth.7.
Marc.4. &
Lucæ 6.

DE ſcandalis porrò occurrentibus, nouimus eum qui ait: Nolite B iudicare, & non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mēſura menſi fueritis, remetietur vobis: & quæ ſequuntur. Vt verò cogitationum adminiculum habeas; animo reuolue, quomodo iuſtus Lot in Sodomis cōmoratus ſit; ſed nequaquam illorum abductus eſt laſciuia atq; ſuperbia. quare & ſaluatus eſt, ſicut ſcriptum reperitur: Viſu enim atque auditu dum iuſtus inter eos habitaret, quotidie animam iuſtam operibus illicitis torquebant. Sed quid infert, dicens: Nouit Dominus pios de tentatione eripere, impios autem in diem iudicij cruciandos ſeruare, & reliqua. Ne ergo hodie continentia, atque clementia: & cras incontinentia atque ſuperbia. Ne hodie vigiliæ, quies atque ſilentiū, & humilitas: cras autem ſomnus inſatiabilis, diſtractiones, inobedientia, & his ſimilia. Ne hodie renuntiatio ſeculi, & abdicatio rerū terrenarum, ac valedictio C patriæ & amicorum, parentumq́ue carnalium, propter ſpem in Dominum Chriſtum: cras autem noſtram regionem, & patriam, atque hæreditatem inquiramus, demergentes nos ipſos in plurima mala. Vxor ſiquidem Lot retrorſum conuerſa, in *columnam ſalis mutata eſt. Quare & Dominus inſtruit nos dicens: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cælorum. Quare ſemper in mente diem illum habeto, quando exutus omnibus, propter Dominum reliquiſti ſeculum; & quando diuino incenſus eras timore, feruenſq; Spiritu in Dominum: ac idem inſtitutum retine, vſque ad finem. Qui enim perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluabitur: vt mercedem laboris referas atque operationis, vnà cum vita æterna. Quoniam ad Deum verum acceſſiſti, omniaq́ue contempſiſti, vt Chriſtum Deum lucrifacias. Cui gloria, in ſeculorum ſecu- D la. Amen.

Geneſ.19. &
2.Pet.2.

Ibid.2.Pet.2.
Ibidem.

Antitheſes graues, & accommodæ.

Geneſ.19.
Lucæ 17.
*al. ſtatuam.
Lucæ 9.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

ISta Parænesis nona, velut eadem cum præcedenti reperitur connexa, & immediatè citra vllam diſtinctionem atque diuiſionem ſuperiori octauæ appoſita, in MS.Græc.Cryptafer. in Syrleti. Sed quia in alijs Vatican. & Sfortian. ſeparata eſt, eam & nos pro maiore Lectoris commoditate ſeparatim, & nono loco in ordine ponendam hic cenſuimus.

Nolite iudicare, & non iudicabimini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. &c.] *Locus eſt Matth.7, vbi in vulg. ſic:* [Nolite iudicare, vt non iudicemini, &c.] *al.* [Nolite condemnare, vt nō condemnemini, &c.] *Chryſoſtomus autē, eodem modo quo Ephræm, hunc locum legit, & in homil.24. in cap. Matth.7. vbi & eundem eleganter explanat & applicat. affertúrq; idem Marc.4. & Lucæ 6.*

Vt verò cogitationum adminiculum habeas; animo reuolue quomodo iuſtus Loth, &c.] *Alia lectio videtur explicatiua eſſe iſtius, & ſic habet:* [Vt autem mentem, cogitationemque tuam adiuuare poſsis, perpende animo, quomodo iuſtus Loth, &c.] *quaſi dicat: Vt autem confirmatam in bono mentem retineas; cogita quomodo, id eſt, qua innocentia, vitæq; integritate iuſtus & probus Loth, inter impios, & flagitioſos Sodomitas habitarit: ipſe verò nequaquam paſſus eſt ſe illorum impietate, laſciuia, atque ſuperbia abduci. quare & ſaluatus eſt, ſicut ſcriptum habetur Geneſ.19. & 2.Pet.2. ad quæ potiſſimum Scripturæ loca hic Auctor reſpicit. Sed de iſtis plura in Sermone noſtri Auctoris in Loth, nuper à nobis cum alijs nonnullis ſeorſim edito, cuius principium eſt:* Cùm homines voluptatibus dediti, &c.] *ibidemq́; in noſtris Scholijs.*

Viſo

A Viſu enim atque auditu dum iuſtus inter eos habitaret quotidie animam iuſtam operibus illicitis torquebāt.] *Hæc verba, ſicut & ſequentia:* [Nouit Dominus pios de tentatione eripere, &c.] *Auctor ex 2. Pet. 2. adducit. Eſt autem ibi in vulg. ſic:* [Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem, animam iuſtam iniquis operibus cruciabant.] *Infertq́; ibi Apoſtolus, dicens:* [Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos, &c.] *Et vt alibi Ephræm:* [Ait autem & Beatus Petrus Apoſtolus: Nouit Dominus pios dè tentatione eripere, peccatores verò in diem iudicij reſeruare cruciandos, &c.] *ita in tractat. contra eos qui animas ad impudicitiam pelliciunt, &c. Tom. 1. pag. 119. vbi hic locus Petri, ad longum, & ad finem vſque capitis ſecundi, ex ſecunda eius Epiſtola deducitur, recteq́; accommodatur, & illuſtratur.*

Quare in mente ſemper diem illum habeto, quando exutus omnibus, reliquiſti ſeculum, idéque inſtitutum ad finem vſque retine, &c.] *Vult Religioſum ac Monachum ſuæ renuntiationis, ac* B *ſuorum cum Deo pactorum ac promiſſorum ſemper eſſe memorem, & in bonis inſtitutis ad finem vſquè perſeuerantem: cuius hic ſeriò quoſcunque religionis voto obſtrictos admonet. ſicut etiam facit Tomo primo, in Adhortatione de non ſcandalizando proximo cuius ibi initium eſt:* [Non decet eos, qui ad pietatis ſtudium accedunt, & manum ad aratrum ponunt, retrò conuerti, &c.] *vbi multa huius inſtituti, lectu digna in medium afferuntur, quò ideo Lectorem remittimus.*

PARAENESIS DECIMA,

Quòd propter tempus non ſit indulgendum torpori atque deſidiæ.

NE etiam ad tempus negligentiæ cauſſam reieceris: nam quibuſdam C inimicus concupiſcentiam ſuggerit, ſub prætextu temporis; vt frater vim cupiditatis atque libidinis non ferens, ſtadium fugiat. At tu chariſſime, quippe qui † Deo placere ſtudeas, patientem te præbe, atque longanimum. Cùm dicat Apoſtolus: Sed & ſi potes fieri liber, magis vtere. Generationes porrò antiquas reſpice, & vide quo pacto Sancti cuncti per longanimitatem, & patientiam adepti ſint repromiſſionem, & patiens eſto. Conſolemur ergo, & cohortemur nos ipſos quotidie: vt eorum cohæredes inueniamur in Regno cęlorum. Primûm quidem Patriarcha Iacob, nonne quatuordecim inſeruiuit annos propter Rachel, Laban Syro in Meſopotamia, in calore diei, & gelu noctis? Similiter autem & Ioſeph dilectus, numquid multis annis deſeruiuit in terra aliena? Sicut ſcriptum eſt: Et erat Ioſeph † ſeptemdecim annorum, dum oues paſceret cum fratribus ſuis. Rurſuſque ait: Triginta annorum erat Ioſeph, quando ſtetit in conſpectu Regis Pharaonis. Simili- D ter verò & Moyſes, ſeruus Domini, quadraginta annis incola fuit, ac peregrinus in terra Madian. Et filij Iſrael, per annos quadraginta in terram ingreſſi ſunt promiſſionis. Item & Daniel vir præclarus, cum tribus quoque pueris, qui fornacis ignem, rorem per fidem effecerunt; ſeruitutem, & tribulationes, atq; opprobria, in terra aliena pertulerunt, quare & † ſaluati ſunt. Nos autem ne minimam quidē moleſtiam ſufferre volumus: nam quia non credimus, patientia longè recedit à nobis. Sic enim dolori teipſum tradidiſti, ac ſi ob alienum deperditum depoſitū, in captiuitatem abijſſes. Alacritatem tibi ipſi adhibe in Domino, & viriliter age tamquam fidelis, ne quando præ multa triſtitia firmitatem ac robur animi deperdas, & in fine te pœniteat. Perpende igitur animo, chariſſime, eos qui in exilio, & in metallis, atque acerbiſſima ſeruitute torquentur: & ſubditus eſto Præfecto tuo, in Domino. Quòd ſi humano more, potius ſeruitutem reputas, quam propter Deum ſuſtines: quis obſecro vmquam pro Rege, ignominia affectus; non potius in- E iuriam arbitratur in gloria? Verùm † ſæpe fortè dicturus es, quòd res laborem in ſe atque moleſtiam contineat. Hei mihi peccatori, & ſeruo inutili. ſi laborem propter Dominum ſufferre nolumus, quorſum è ſeculo exiuimus? Quis dilectiſſime, dignus eſt, ac ſic felix, vt pati mercatur pro eo, qui pro ipſo eſt paſſus? Exigua chariſſime præſtas, & magna reportas. Patientia porrò nobis eſt neceſſaria, vt Dei voluntatem facientes, promiſſiones eius conſequamur. Qui enim in finem vſque perſeuerauerit, hic ſaluabitur. Quoniam ipſi conuenit gloria, atque potentia, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

†al. lubricitatem.
†al. Domino. 1. Cor. 7.
Gen. 29.
Gen. 37.
†vulg. ſedecim annorum.
Gen. 41.
Exod. 2.
Exod. 14. 15.
Num. 14.
Dan. 3.
†al. iuſtificati ſunt.
A Maiore ad Minus.
†al. ſed frequenter vis dicere.
Matth. 10. 24.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

V*Arias in varijs mmſſ.huius Parænesis decimæ,inueni Inſcriptiones. In aliquibus enim inſcribitur vt hic poſuimus. in alijs aliter ſic:* [Quòd in tempus non ſit reijcienda negligentia.] *al.* [Quòd in temporibus,non ſit deſidiæ atque ignauiæ prætextus ponendus.] *vbi per* (διὰ τὸν χρόνον, ἢ ἐν τοῖς χρόνοις,*id eſt,*propter tempus,& in temporibus,*vt variè hic legitur*) *videtur diuturnum ſignificari tempus,vel diuturnitas ſiue longitudo temporis, quam non ferens quiſpiam ſe dedat negligentiæ atque ignauiæ,&c. Al.hic ſimpliciter legitur:* [Eiuſdem Parænesis,ad Monachos nouitios.] *al.* [Eiuſdem,de obedientia.] *al.* [De longaminitate,& patientia] *& ſic quoque rectè, cum hic plura longanimitatis, & patientiæ exempla proponat, monachosque in hac ſe virtute cum obedientia exercere velit.*

Vt frater vim cupiditatis atque libidinis non ferens,ſtadium fugiat.] *Vbi pro* (πλέον τῆς ἐπιθυμίας,*&c.*) *in alio MS.reperitur:* λεῖον τῆς ἡδονῆς μὴ φέρων,*ſ.* lubricitatem ſiue mollitiem voluptatis atque libidinis non ferens,ſtadium fugiat.] *Sed prior hic magis probatur,quadratq; lectio, cum & de mendo non deſit ſuſpicio.vt pro* (τὸ λεῖον) *fortè legendum omninò hic ſit,* πλέον. *quomodo legimus atque tranſtulimus. Quòd porrò hic dicit* (Stadium fugiat) *curriculum,inſtitutumq; religionis intelligit quod ad finem vſque vitæ continuandum vult,& minimè deſerendum ducta metaphora à ſtadio ſiue loco,in quo equi,homines ve currunt,& certant athletæ,&c. Vnde ſtadium fugere dicitur, qui currere ſtadium, ſiue in ſtadio,vel per ſtadium non vult;ſiue poſtquam incepit,non perſiſtit, &c.quod vitium ſonat & peccatum,maximè in ſtadio,id eſt,curſu rectæ vitæ,pietatis,ac religionis,obedientiæ ac continentiæ, &c. vt hoc loco.*

Sicut ſcriptum eſt: Et erat Ioſeph ſeptemdecim annorum, dum oues paſceret cum fratribus ſuis.] *Concordat cum noſtro Auctore in numero annorum hic poſitorum,editio noua LXX.vbi Gen.37. legitur:* [Ioſeph autem decem & ſeptem annorum erat, paſcens oues patris ſui cum fratribus ſuis, cùm eſſet iuuenis,&c. *At diſcrepat ab his lectio vulg.quæ habet:* [Ioſeph cùm ſedecim eſſet annorum,paſcebat gregem cum fratribus ſuis,adhuc puer,&c.] *Ecce hic* ſedecim, *& ibi* ſeptemdecim *dicitur fuiſſe annorum:quomodo & Chryſoſt.in cap.Geneſ.27.Homil.61.cum S.Ephræm hic* (ſeptemdecim) *legit,ac plæriq; alij Patres Græci.*

Et Daniel cum tribus pueris,qui fornacis ignem,rorem per fidem effecerunt, ſeruitutem, & tribulationes in terra aliena pertulerunt,&c.] *Hiſtoriam iſtorum habes Dan.3. quam idem Auctor noſter illuſtrat,& amplificat in Sermone ſuo eleganti nuper ſeorſim cum alijs quibuſdam per nos edito, in S.Danielem Prophetam,& in SS.Tres pueros.cuius initium eſt:* [Agite iam contemplemur Danielis Prophetæ,& Sanctorum trium puerorum geſta,&c.] *vbi ad longum percenſentur atque amplificantur,quæ hic obiter dumtaxat attinguntur.de quibus & ibi in Schol.*

Quis dignus eſt,ac ſic felix,vt pati mereatur pro eo,qui pro ipſo eſt paſſus?] *Alia lectio hic habet:* [Vt mori mereatur pro eo,qui propter nos eſt mortuus.] *Quod idem affertur,illuſtraturq; eodem hoc Tom.poſtea in Parænese,de Patientia,& compunctione.cuius initium eſt:* [Chariſsimi,præbeamus nos tamquam ſtrenuos milites,&c.]

PARAENESIS VNDECIMA,

Quòd frangi atque deficere non oporteat.

† al. Ne frangaris à conſpectu ingruentium cogitationum.

Psalm.17.

Psalm.87.

Psalm,117.

† al. euelle ac dele.

NOn frangaris,ac diſſoluaris Frater,à † cogitationibus inuadentibus: principium enim eſt certaminis. Perdiſce autem ex pluuiali lacu: quando enim plucrit, & benedictio aquæ in lacu collecta fuerit, in initio quidem turbata eſt aqua. quãto autem diutius perſtiterit, purior redditur ac clarior. Ne abijcias animũ,ô dilecte. Scriptũ quippe eſt: Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Rurſuſq; in alio dicit Pſalmo: Repleta eſt malis anima mea, & vita mea in ferno appropinquauit. Ideoq; dicit: Dominus mihi adiutor: & non timebo, quid faciat mihi homo. Quãdo ergo obrepſerit menti tuæ praua cogitatio,cũ lachrymis ad Dominum exclama, dicẽs: Domine propitius eſto mihi peccatori, & da mihi veniã benigniſſime: malumq; à nobis Domine funditus † depelle. Cordiũ enim ſcrutator eſt Deus, & nouit cogitationes quæ ex maleuolo animo procedunt, nouitq; ſuggeſtiões quæ nobis à dæmonũ amaritudine inferuntur. Hoc autem ſcito, quòd quanto certaueris, & ſuſtinueris in ſeruiẽdo Domino: tanto purior tibi mẽs redditur, & cogitatiões,

A

Ait enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus: Omnem palmitem in me non ferentē fructum, purgabo eum, vt fructum plus afferat. Velis modò ſaluari: quoniam Dominus amat, & adiuuat eos, qui vt ſaluentur, ſunt ſolliciti. Audi porrò & Parabolam aduerſus turpes & ſordidas cogitationes: Vua dum ex vite fuerit vindemiata, & in torcular proiecta atque calcata, vinumque ſuum dederit, & in vaſa immiſſa; tantum in initio vinum ebullit, quantum ab ardentiſſimo labro ſuccenſū eſt, ita vt & vaſa quantumuis præclara non ferentia violentiam, præ contentione atque vigore rumpantur & diffluant: Sic quoque hominum cogitationes, quando ex vaniſſimo hoc ſeculo, eiuſque ſolicitudinibus transferuntur ad † cœleſtia. Siquidem dæmones zelum non ferentes, multifariam hominis mentem perturbant, turbidam ei euerſionem admiſcere volentes; vt ſi vas obnoxium ac fragile inuenerint, mox perfodiant illud, hoc eſt, animam infidelem, & vacillantem, ac duplicem. Sunt enim dæmones lupis † rapacibus ſimiles, qui obeunt monachorum cellas, ianuam ſibi apertam inquirentes; vt intro inſilientes, animam ipſis obedientem corrumpant atque occidant: Sin autem oſtium repererint occluſum, in faciem ſuam mœſti concidentes, recedunt; dico autem de anima, in fide fundata. Ne ergo timeas, neque verearis à verſutia & calliditate eorum: non enim tibi nocere poterunt, Chriſtum adiutorem habenti. Ait quippe Apoſtolus: Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris: ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis. Quin & ipſe Dominus ad ſuos dixit diſcipulos. Videbam Sathanam ſicut fulgur de cęlo cadentem. & ecce dedi vobis poteſſatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Iccirco chariſſime, viriliter age, & confortare in Domino: quia in æternum miſericordia eius. Si porrò etiam nobis parentum ſecundùm carnem, memoriam adducunt: dicamus ad eos, melius eſſe parentes contriſtare, quàm Dominum. Quòd ſi diuitias quoque nobis in medium attulerint; ad eos dicamus: Scriptum eſt: Theſaurizas, & neſcis cui congregabis ea. Ac rurſus: Simul inſipiens & ſtultus peribunt, & relinquent alienis diuitias ſuas: vt mihi quidem peccata ac culpas, alijs verò † pecunias. non expedit mihi hoc: eſt enim malitia multa. Ideo, neq; theſaurizare in terra edocti ſumus, vbi erugo & tinea demolitur, & fures perfodiunt atque furantur. vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Benedictus autē Deus, qui fortitudinē nobis aduerſus hoſtes inuiſibiles elargitur. Cui gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Ioan. 15.

Parabola accommoda, & efficax.

† al. ad cognitionem voluntatēque cæleſtem.

† al. quaſi quidā lupi rapaces.

2. Tim. 1.

Luc. 10.

Matt. 6. & Luc. 12.

Pſalm. 48.

† dona ac munera.

Matth. 6.

D

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

V*Ariat & huius Parænesis Inſcriptio; nam pro ea, quam hic præmiſimus ac repoſuimus, in alio reperitur MS.* [Quod deficere ac frangi laboribus non debeamus: ſed potius eos perferre.] *al.* [Quòd inter labores diſſolui atque deficere non oporteat: ſed potius ferre ac ſuſtinere.] [De cogitationibus, ab initio ingruentibus, ac ſubintrantibus.] *al.* [Ne frangamur à conſpectu ingruentium cogitationum, &c.] *In alio MS. hæc Parænesis, prædictæ ſuperiori reperitur coniuncta, quaſi eadem cum illa.*

Ait enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, &c.] *Vbi alia Auctoris lectio ſic:* [Cùm Dominus & Saluator noſter Chriſtus Ieſus dicat: Omnem palmitem non ferentem fructum, purgabo, &c.] *Locus eſt Ioannis 15. vbi in vulg. paullo aliter legitur:* [tollet] *& al.* [tollit eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum, plus afferat, &c.] *Cæterùm S. Ephræm aliam hic videtur ſecutus lectionem, aut potius nonnulla verba illius loci (vt alibi ſæpè) citaſſe, ac quædam mutaſſe.*

Sunt enim dæmones lupis rapacibus ſimiles, ianuam ſibi apertam inquirentes, vt intro inſilientes, animam, &c] *Alia lectio ſic habet:* [Nam dæmones ſunt quaſi quidam lupi rapaces, qui monachorum circumeunt cellas, & ſi ianuam apertam inuerint, inſiliant, ipſamque deſtruant, ac perimant, hoc eſt, animam ipſis morigeram, &c.] *Sed prior lectio clarior & accommodatior videtur, magiſq; placet.*

Deniq; vbi eſt: [Si parentum nobis ſecundum carnem memoriam adducunt, dicamus ad eos melius eſt parentes contriſtare quam Deum] *In alio MS.* [Dicamus ad eos: nos Deum & Patrem habemus nobiſcum.] *ac poſtea dum additur:* [Quod ſi diuitias quoque nobis in medium attulerint, &c.] *in alio Cod. Græc. eſt.* [Sin verò & terrenarum nobis rerum memoriam induxerint, reſpondeamus ijs, quod ſcriptum eſt: Thezaurizas, & neſcis cui congregas ea.] *vt eſt Luc. 12.*

PARÆNESIS DVODECIMA.

De animi promptitudine, ad omne opus bonum.

DECERTA frater, tamquam bonus miles Chriſti, donec adhuc tempus ſuppetit, quia non ſuper corruptibili corona tibi certamen propoſitum eſt: verùm de peccatorum expiatione, & vita æterna. Vindica ergo tibi in cunctis operibus tuis humilitatem, matrem obedientiæ: proijce autem abs te animi duplicitatem, & in omnibus fidem induere, vt Dominus cernens animi tui promptitudinem, confirmet te in † omni opere bono. Vehementer porrò ignauiam, & contentionem deteſtare, cum omni † aſtuto conſilio, & inuidentia: quippe qui propter Dominum reliquiſti parentes tuos ſecundùm carnem, amicos, & facultates. Nam ſi ab initio, in cogitationibus improbis relaxatus fueris; moleſtiam conſequeris & damnum. Si ergo aliquando acciderit nobis, vel modicum amore Chriſti laborare, vel etiam ſupra vires: ne obmurmurauerimus. Nam qui murmurat, ſeipſum declarat, non ex proprio laborare inſtituto ac voluntate. Tu igitur tamquam prudens, ne contenderis cum † negligentioribus fratribus, neque zelaueris eos qui abſque timore Dei vitam traducunt: illud certò ſciens, quòd qui cadit, ſibi ipſi decidit: & qui vincit coronatur. Noli ergo litigare cum fratre: nō enim noſti, an morbus aliquis eum diuexet, quem tu ignores, & huius cauſſa imbecillior ſit: cùm eidem nos potius oporteat compati, ſolatiumque præbere, atque adhortari, & nequaquam exagitare, quaſi perturbationum expertes. Tu ergo bonum certa certamen, conſcius ad quęnam exieris: nunc enim tempus tibi commodum, aptumque eſt propoſitum congregandi diuitias indeficientes, per miniſterium & fructum quem facis erga fratres. Quapropter chariſſime, ſi à ſtercoribus intimas ædes vindicas ac reprimis: intrinſecus etiam mundanas concupiſcentias comprime. Et ſi cineres coquinæ purgas atque aufers; multa cum humilitate opus perficito, memor Prophetæ dicentis: quia cinerem tamquam panem comedebam, & potum meum cum fletu miſcebam. Conſidera etiam ſimul dilectiſſime, corruptibilem ignem, & perpende animo flammam illam æternam, quæ peccatores deuoratura eſt: ac deplange peccata quæ commiſiſti; pariter autem & pro me peccatore: vt remiſſionem nobis peccatorum largiatur Dominus. Quem decet omnis gloria, & fortitudo, in ſecula ſeculorum. Amen.

†al. in cunctis.

†al. peruerſa voluntate.

Non obmurmurandum.

†al. infirmioribus.

Nō contendendum atque rixandum cum alijs.

†τὰ μέσαυλα.

Pſalm. 101.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

PARAENESIS Duodecima, &c.] *Al. Vndecima hæc ponitur Parænesis. al inſcribitur:* [Eiuſdem Parænesis, de eo qui non promptè alacriterque opus ſuum exercet.] al. [Parænesis ſiue adhortatio ad ſedulitatem atque vigilantiam.] *al.* [Parænesis ad monachos nouitios, de ſobrietate & vigilantia, &c. [*Nos autem ex tot Inſcriptionibus, quā magis instituto Auctoris putauimus accommodam, hic ſecuti ſumus, ac repoſuimus.*

Decerta frater, tamquam bonus miles Chriſti, donec adhuc tempus ſuppetit, &c.] *Ad viriliter & legitimè in ſtadio atque palæſtra virtutis, ac religionis & pietatis decertandum cohortatur, ſicut decet bonos Chriſti milites; eoque magis quòd non corona corruptibilis & incerta, ſed immarceſſibilis atque interna in cælis corona, legitimè hic pro Chriſto decertantibus propoſita ſit, &c. In cunctis præterea operibus, humilitatem obedientiæ matrem poſſidendam monet; animi autem duplicitatem reijciēdā, & fidem in omnibus aſſumendam. Ignauiam quoque & contentionem, cum omni verſipelli conſilio atque peruerſa voluntate, & æmulatione, abominationi habendam. & quia murmuratio (vt etiam alibi dicit) magna in omni familia fratrumq; conuentu plaga eſt, & murmurator ad omne opus bonum ineptus eſt atque inutilis; à religioſis obedientiæ iugo ſubiectis, vult illud vitiū eſſe quam alieniſſimum. Cum infirmioribus ac negligentioribus non contendendum: ſed conſolatione & admonitione potius ſalubri agendum, vt in officio contineantur, mundanas concupiſcentias reprimendas docet; & vt ex corruptibilis ignis inſpectione, flamma illa æterna, quæ peccatores deuorabit ſæpe cogitanda ſit, oſtendit, & ex illius recordatione, quilibet peccata commiſſa deplangere, & vitam hic ſeriò, dum tempus adhuc ſuppetit, emendare ſtudeat, &c. ſicut multis in locis etiam alibi admonet Ephræm.*

Quapropter chariſsime, ſi à ſtercoribus intimas ædes reprimis, &c.] *In Græco eſt:* ἐὰν κατασέλλῃς τὰ μέσαυλα ἀπὸ τῶν κοπρίων. *Vbi nomen illud* (τὰ μέσαυλα) *quia difficile eſt vnicam accommodatam inuenire vocem Latinam qua exprimatur, ideo hic* (intimas ædes) *tranſtuli, ſuffragaturq́; Suidas, ſecundum quem,* μέταυλον, *idem eſt quod,* ὁ μέσος τόπος τῆς αὐλῆς, *id eſt, medius locus aulæ illudq́, etiam hic noſter innuere videtur Auctor, dum addit:* καὶ ἔνδοθεν κατάστελλον τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας. *id eſt,* intrinſecus etiam mundanas concupiſcentias comprime.] *Ecce ibi dicit, intimas ſiue interiores ædes: hic autem internas concupiſcentias in homine comprimendas.*

PARAENESIS DECIMATERTIA,

Quæ commonitoria eſt ad Humilitatem.

FRATER, ſi poſt abdicationem vanæ vitæ, ingreſſus ſis cœnobium plurium fratrum; & à Præfecto traditus fueris alteri † fratri, qui te virtutum præmia doceat: ne tibi contraria videatur dicere † dignitati tuæ, aut agere; dum tu tecum, quæ non conueniunt cogitas, diciſque: Ego quidem diuitias, domos, agros, ſeruos, & ancillas reliqui, omniaque vt ſtercora arbitratus ſum, vt Chriſtum lucrifacerem: hic vero cùm nullius rei dominus eſſet, ſæpeque etiam ex neceſſitate ad hoc venerit, huic ne ego ſubijciar; vt & in eiuſmodi vtilitatem redigar? numquid huc me compulit fames? Noli chariſſime, talia tecum mēte voluere; cùm iſti ſuperbia pleni ſermones ſint: ſed perpende, quo pacto omnium noſtrum Dominus Chriſtus, propter nos humiliauerit ſeipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus, in omnibus intellectum. Duo athletæ ſimul ad certamen venerunt, quorum alter ſplendida indutus erat veſte; alter autem vili ac ſordida. Sed numquid ſplendidum ſibi veſtimentum adhibet certaminis tempore, athleta in ſubſidium contra aduerſarium? aut non potius fortitudinem, artemq́ue cum animi vigore, contra ſecum adfert Antagoniſta aduerſus colluctatorem? Aut quomodo auſi ſimus remiſſionem nobis priorum peccatorum à Deo efflagitare: ſi ipſi non obliuiſcamur conuerſationis priſtinæ? Aut quo pacto nouum hominem, qui ſecundùm Deum nobis creatus eſt, induemus: ſi veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria, non prius exuerimus? Non enim vetus nouo coaleſcit, cum dicat Saluator noſter: Nemo immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit. Ac rurſus: Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres: ſed vinum nouum in vtres nouos mittendum, & ambo conſeruantur. Neque ſapias ſecundùm veterem hominem, quia ſcriptum eſt: Qui vult inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum. Quocirca humilitatem amplectere, quoniam ſcriptum habetur: Quæ apud homines alta ſunt, abominabilia ſunt coram Deo. vt omnia rectè probeque ex virtute agens, laudem apud Deum obtineas; coronamq́ue vitæ accipias, quam repromiſit diligētibus ſe, in Chriſto Ieſu Domino noſtro: Cui gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

† al. monacho.

† Græc. τῷ μειζοτέρῳ σου.

Philip. 3.

Similia iſtis habes ſupra in Paræn. 6. & 7.

Philip. 2.

2. Tim. 2.

Parabola pulchris ſimilibus illuſtrata.

Epheſ. 4. & Coloſ. 3.

Matth. 9. Luc. 5.

Ibidem.

1. Cor. 3.

Iacob. 1.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

PAræneſis decimatertia, quæ commonitoria eſt ad humilitatem.] *Variat & huius Inſcriptionis lectio. nam in alio MS. reperitur:* [Admonitio de humilitate.] *Græc.* Νουθεσία περὶ ἀτυφίας. *Cui altera conformis eſt:* [Eiuſdem Paræneſis, de humilitate.] *In alio antiquo MS. legitur:* [De his, qui inflati ſunt ex genere.] *Hoc eſt, qui propter generis ſiue familiæ nobilitatem, aut diuitias inflati ſunt, & elato animo: quos ad humilitatem hic ideo cohortatur Auctor. Eiuſdem autem quaſi Argumenti ſunt, quæ ſupra adducuntur hoc eodem Tomo 2. in Paræneſ. 6. & 7 noſtriſq́; ibi Scholijs, ac proxime hic ſequenti Paræneſ. 14. & in Scholijs ſubiectis, vbi & alios plures in idem argumentum produximus Auctores.*

Aut quomodo auſi ſimus remiſsionem nobis priorum peccatorum efflagitare,&c.] *Hæc & quæ conſequuntur,ſic in alio Codice leguntur:*[Aut quomodo indulgentiam ac remiſſionem peccatorum,à Deo ſuper prioribus atque præteritis noſtris delictis,audebimus expoſcere?] *Et poſtea:* Aut quo pacto veterem exuemus hominem,qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris;ſi non induerimus hominem nouum,qui ſecundùm Deum eſt: non enim fieri poteſt, vt vetera nobis cohæreant,&c.] *Argumentum fit à contrario,& eſt adluſio ad Epheſ.4.& Coloſſ.3. at prior hic magis placet,quadratq́ʒ lectio.*

Cùm dicat Saluator: Nemo immittit commiſſuram panni rudis in veſtimẽtum vetus,&c.] *Iſta referuntur Matt.9.& Luc.5.ſed verbis nonnihil commutatis.Siquidem apud Matth ſic.* Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus:tollit enim plenitudinem eius à veſtimento,& peior ſciſſura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres;alioquin rumpuntur vtres,& vinum effunditur,& vtres pereunt: ſed vinum nouum in vtres nouos mittunt,& ambo conſeruantur.] *Et apud Lucam,paullò aliter ſimilitudinis illius verba recenſentur,hoc nimirum modo:*[Quia nemo commiſſuram à nouo veſtimento immittit in veſtimentum vetus:alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commiſſura à nouo. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres:alioquin rumpit vinum nouum vtres, & ipſum effundetur,& vtres peribunt.ſed vinum nouum in vtres nouos mittendum eſt,& vtraque conſeruantur,&c.] *Ex quibus Auctor noſter quædam breuitatis gratia præteriit,& aliqua commutatis verbis paullò aliter legit,ſenſum tamen eumdem retinens,exprimensq́ʒ.*

Scriptum habetur:Quæ apud homines alta ſunt,abominabilia ſunt coram Deo.] *Locus Scripturæ eſt Luc.16.vbi legitur:*[Quia quod hominibus altum eſt,abominatio eſt ante Deum.] *Quin & in alio Græco Auctoris MS.hic pro(*βδέλυκτα ἐςὶν,abominabilia ſunt*)legitur,*βδέλυγματα παρὰ τῷ Θεῷ ἐςὶν abominatio ante Deum eſt.] *Vt in Vulgata,Luc.16.*

PARAENESIS DECIMAQVARTA,

Quòd † non oporteat altè ſapere.

†al. de Humilitate.

OPORTET porrò & eos qui ex miſera atque ærumnoſa vita ad ſolitariam vitam accedunt,non ſublime ſapere, neque gloria aliqua extolli:quin potius omnem manſuetudinem,modeſtiamq́ue animi exhibere,memoria recollentes,ac ſimul perpendentes beneficia Domini;quippe ex cuiuſmodi ipſos exemerit turbatione ſeculi iſtius,Dominus:ne fortè mẽte elati,tamquã ingrati audiãt à benefactore, quod in Pſalmo dictũ:Et homo cùm in honore eſſet, non intellexit: cõparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis. Seruiamus ergo Domino chariſſimi,magna cum humilitate,omnibus diebus vitæ noſtræ.Qui ſuſcitat à terra inopem,& de ſtercore erigit pauperem:vt & poſt finem vitæ huius,nos gloria dignetur manſuetorum atque humilium.Quia ſcriptum eſt: Dominus retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.Et rurſus: Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.Cui gloria,in ſecula ſeculorum.Amen.

Pſalm.48.
Pſam.112.
Pſal.30.
Iacob.4.
1.Pet.5.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

NON *altè ſapiendum eſſe,docet inprimis Apoſtolus ad Romanos cap.11.vbi dicit:*[Noli altum ſapere,ſed time,&c.] *ac Rom.12.*[Non alta ſapientes,ſed humilibus conſentientes.] *In quæ etiam loca Pauli,non pauca apud Chryſoſtomum inuenies Tom 4.Et huc ferè ſpectant,quæ idem adducit Chryſoſtomus Homilia 4.de verbis Eſaiæ:*[Vidi Dominum, *&c.ac Homilia 8.in Pſalm.12. Tomo primo.nec non Homilia 15.in cap.Matth.5.& Hom.59 in cap.16.Matth.item Homilia 66.in cap. Matt.20.& 21.ac Homilia 6.ex varijs in Matth.locis,in illud Matt.5.*[Cum vidiſſet Ieſus turbas, &c.] *Tom.2.& in Sermone contra ſuperbiam,Tom.5.inter didact.& parænet.cuius initium eſt:*[Si quis natura in mentis valetudinem inciderit,&c.] *De quo etiam S.Baſilius in Regulis breuior.in Reſponſ.ad interrog.56.*[Quis ſit altum ſapiens,& quis ſuperbus, & quis in ſuperbiam elatus,&c.] *Vbi ex profeſſo de his agit,& alibi. Referunturq́ʒ huc non pauca à Gregorio Nazianzeno adducta in Carmine de virtute humana,quod in ordine reliquorum octauum ibi ponitur,Tom.2.& Caſſianus lib.12. de Spiritu ſuperbiæ.*

A Ne forte mente elati,tamquam ingrati audiant à benefactore,&c.]*In alio Græco MS.* [Ne forte mente cordis diſperſi,&c.]*al.ſic:* [Ne forte mente diſsipentur, audiantque velut ingrati à benefactore,&c.]*Pro quibus al.*[Ne forte mente diſtracti,audiant à benefactore, quod in Pſalmo dictum eſt,&c.]*alludendo ad Pſalm.48.vbi hæc ex illo Pſalm.adducta reperiuntur.*

Quia ſcriptum eſt:Dominus retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.] *Locus eſt Pſalm.30.vbi Auguſtinus legit:*[Retribuet ijs,qui abundanter facient ſuperbiam.] *Quam lectionem etiam in traductione Lat.ſequutus eſt Interpres editionis LXX.nobis tamen magis viſum hic eſt ſequi vulgatam.quia Græca lectioni Ephræm(quæ cum Græca edit.LXX eſt eadem)conformis eſt,& reſpondet.*

Cui gloria,in ſecula ſeculorum.]*In alio MS.ſic:*[Ipſi gloria,& fortitudo: nunc, & in omnia ſecula ſeculorum.Amen.] *Vbi vtraque lectio bona eſt,& Auctori communis & vſitata, ſicut etiam crebrò apud eum reperies alibi.* B

PARAENESIS DECIMAQVINTA,

De ſtatu Præpoſitorum,ac de cura Paſtorali.

FRATER,creditæ † tibi ſunt animæ; cingere contende, ſicut vir †al. credita tuâ curæ eſt anima.
C lumbos ſuos: certamen quippe imminet non exiguum. ſiquidem
perfectorum eſt virorum,animas ſuſcipere. Quare ſobrium
te præbe vehementer ac vigilantem : quoniam multam res
exigit attentionem ; & non deſpexeris. verùm in omni ſanctitate,
ac puritate ſit veſtra conuerſatio ad inuicem;ne fortè ex
ſegnitie aliquid de proprio occultè ſubſeminet inimicus,per
ipſius qui morem gerit, obedientiam. Nam qui terminos caſtitatis,ac pudicitiæ
tranſgreditur,& obedientiam ad voluptatem atque libidinē requirit, non impunis
euadet:nam vinea eius ex Sodomis,& palmes ipſius ex Gomorrha.Cùm dicat Deut.32.
Apoſtolus:qui hæc ſpernit , non hominem ſpernit, ſed Deum , qui etiam dedit 1.Theſſ.4.
Spiritum ſanctum in nobis.Sed neque qui eiuſmodi † morem gerit mandato, laudem †al. eiuſmodi rem audit.
apud Deum obtinet:quoniam neque Ioſeph,neque beatæ Suſannæ imitatorem
ſe præbet.Siquidem Ioſeph,etiam in ſeruitutem venundatus Aegyptiæ, non Ab exemplis.
eſt abductus blanditijs eius, nec mortis minæ Dei amicū deterruerunt.Nam cùm
D aliquando blanditijs iuuenem demulceret, promittebat ſe daturam ei dona plurima: Gen.39.
cùm autem eum in ſententiam pertrahere nequiret, etiam mortem ac tormenta
ſæpe eſt comminata. At iſte nihil prius habebat pudicitia, morigerus alioquin
in omnibus:ſed iſtud ſolùm recuſabat,ſymbolum ac notam noſtrę vitę proponens.
Similiter autem & beata Suſanna mortem potius † elegit, quàm peccare coram †al.expediuit.
Deo.Magnum porrò ſupplicium ſibi conciliat, qui iuſtum calumniatur. †al. Ideo & Apoſtolus,&c.
Vnde † & Apoſtolus dicit : Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Philip.2.
Valde enim inimicus aduerſatur ijs,qui virtutum ſtudio ſunt dediti, verumtamē
conculcatur à fidelibus. Oportet verò maiores minoribus formam præbere atque
exemplum ad omnem virtutem: vt non demus occaſionem, † quærentibus occaſionem. †al.volentibus ſiue cupientibus occaſionem.
Nam ſi nos inobedientes ſimus: quomodo cæteris obedientiam demonſtrabimus?
E Si guloſi,aut ebrioſi,aut auari : quomodo inferiores nobis, temperantiam,
ac patientiam docere poterimus?Si nos temerarij,aut multiloqui, inſtabileſve
fuerimus: quo pacto iuniores nobis , grauitatem morum,ac tolerantiam,
conſtantiamque docebimus? Cùm dicat Dominus, & Saluator noſter Ieſus Chriſtus:
Qui fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cælorum. Rurſusque Matt.5.
per Apoſtolum ait:Exemplum eſto fidelium. Sed dices mihi:tametſi ego non faciam,
dico tamen quod expedit fratri meo. Et quid prodeſt nobis chariſſime,alios 1.Tim.4.
admonere,ſi ipſi contraria agamus?Domino per Prophetam Ezechielem dicente: Ezech.18.33.
Vnumquemque veſtrum ſecundùm viam † ſuam iudicabo, dicit Dominus Adonai. †al. viam veſtram.
Non fecimus?at nunc faciamus. Victi ſumus? at nunc ne vincamur. Negligentes
fuimus? at verò iam ne negligamus. Deinceps ad Dominum cōuertamur.
De docendo porrò & admonendo nos inter nos mutuò,præceptum à Spiritu ſan- Iacob.5.

ꝺo habemus: Nam qui conuerterit, inquit, peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & † operiet multitudinem peccatorum. Itaque Chariſſimi, neque nobis conuenit ſuperiores noſtros iudicare, vt non iudicemini. Exemplum autem humilitatis, fratres mei, in Samuele Propheta habetis: Non enim exaltatum eſt cor eius, aduerſus Heli Sacerdotem, quamuis etiam à Deo audiſſet de viro iſto. Admonet quoque Apoſtolus Petrus dicens: Non ſolùm bonis & modeſtis obedire; verùm etiam diſcolis. Hæc eſt enim gratia apud Deum, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè. Quæ eſt enim gloria, ſi peccantes, & colaphis excepti ſuffertis? Sed ſi benè facientes, & † patientes ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro † nobis, nobis relinquens exemplum, vt † ſequamur veſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, qui cùm malediceretur, non maledicebat. cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè. Salutem ergo noſtram curemus chariſſimi, prompti atque parati ad pœnitentiam; in omni verbo quodcunque audierimus: potiſſimum verò, à præfecto in Domino; ſemper ei reſpondentes, Ignoſce. Nam quemadmodum aqua extinguit ignem: ita pœnitentia pura reſtinguit iram, & auertit furorem. Fidemque tibi faciat † Quinquagenarius Eliæ temporibus, qui cùm Prophetam humilitate ac ſummiſſione placaſſet, ab ira liberatus eſt. In cunctis igitur, obedientiam cole dilectiſſime, in Domino: vt cor tuum ab omni ſuperbia alienum, ac humile cernens Dominus, te exaltet. Sermones porrò eius ad finem vſque cuſtodi; & ne deſpexeris locutionem oris ipſius. Eritque nobiſcum, qui ait: Vbicunque duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum ego in medio ipſorum. Ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

† al. operit.
Matth. 7.
1. Reg. 2. 3.
1. Pet. 2.
Ibidem.
† al. patienter.
Ibidem.
† al. vobis.
† al. ſequamini.
† al. Centuria.
4. Reg. 1.
Matt. 18.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

DE Præpoſitis *hic agit, quibus animarum cura incumbit, & quo ſtudio & affectu, quaque vigilantia ſibi commiſſos curare ac regere debeant. oſtenditq́ non eſſe cuiuſuis, ſed perfectorum virorum ſuſcipere animarum onus: quare ſobrietatem & vigilantiam, ſanctitatem ac puritatem vitæ, reliquaſque virtutes neceſſarias in ſimilibus requirit, taleſque vt ſint, qui verbo & exemplo optimæ vitæ alijs præſint. & quæ facienda ſubditis præſcribunt, ea ipſi primum factis perſpicua omnibus faciant: caueant autem vlla in re, ſibi commiſſis offendiculo eſſe ac ſcandalo; cùm oporteat (vt benè hic dicit Ephræm) maiores minoribus formam præbere atque exemplum, ad omnem virtutem, &c. ſicut hoc ipſum conſequenter hic pluribus exemplis, ſcripturæq́ locis efficaciter oſtendit, amplicatque.*

De ſtatu Præpoſitorum, ac de cura paſtorali.] *Hanc viſum eſt præmittere atque reponere hic inſcriptionem, tamquam magis etiam Argumento, de quo agitur, congruentem. Loco cuius, in alio MS. ſic eſt:* [Parænеſis eiuſdem, de ijs qui alios viam docent, ac ducatum præſtant.] *& Græc.* περὶ ἀφηγουμένων. *Al.* [Parænеſis ad maiores Monachos, qui nouitijs præſunt.] *Sed prima inſcriptio alijs hic præferenda.*

Nam qui terminos caſtitatis ac pudicitiæ tranſgreditur, & obedientiam ad voluptatem atque libidinem requirit, non impunis euadet, &c.] *Improbos quoſdam non obſcurè hic perſtringit Præfectos ac ſuperiores, qui ſuis obedientiæ præceptis nequiter erga nouitios atque iuniores, interdum ad turpia atque illicita abutuntur; & ſub ſpecie recti peſſimè agunt, obedientiam ad prauas ſuas explendas concupiſcentias, exigentes, &c. Quod autem contra tale genus hominum hic agat, ipſe clarum facit, dum dicit:* [Nam vinea eorum ex Sodomis, & palmes ipſorum ex Gomorrhis, &c.] *Et ſicut qui talia tentant aguntq́ non impunè (vt hic dicit) euadent: ita neque qui illicitis eiuſmodi obedientiæ mandatis morem gerit, laudem apud Deum obtinet, vel (vt alia hic habet lectio) ſalutem à Domino conſequetur. illudq́ pulcherrimis caſtiſſimi Ioſeph, & Suſannæ exemplis confirmat. Quorum ille (vt eſt Gen. 39. & hic apud Ephræm) licet in ſeruitutem venundatus eſſet Ægyptiæ, nequaquam tamen ſe paſſus eſt abduci blanditijs illius, vt illicitæ concupiſcentiæ eius conſentiret, &c. Suſanna autem mori potius elegit, quàm ſe ſuamq́ pudicitiam proſtituere, & peccare in conſpectu Domini, &c. vt eſt Daniel. 13. quibus ſanè exemplis monemur, pudicitiam tueri, & imitatores in eo Ioſeph, & beatæ Suſannæ nos præbere: atque illis, qui quoquo modo ad illicita eiuſmodi requirunt aut tentant, fortiter reſiſtere.*

Plura

A *Plura in eandem rem, inuenies, quoque apud Baſilium Magnum in Sermone eius aſcetico, de abdicatione ſiue renuntiatione ſeculi iſtius, & ſpirituali perfectione. cuius initium eſt:* [Venire ad me omnes, &c.] *nec non in eiuſdem Baſilij comment. in cap. 16. Eſai. ibi.* [Scriptum eſt, quia de vinea Sodomorum, vinea eorum; & palmes ipſorum de Gomorrha.] *& quæ ibidem conſequuntur poſtea.*

Quid prodeſt nobis chariſsime, alios admonere; ſi ipſi contraria agamus] *Cùm dicat Saluator noſter, Matth. 5.* Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum:] *requirit hic à Maioribus & ſuperioribus Auctor, vt minoribus ſuæq; fidei commiſſis formam in ſeipſi præbeant atque exemplum, ad omnem virtutem: ne ſecus, fortè mali occaſionem dent his qui quærunt & cupiunt occaſionem, &c.* Cùm nihil etiam æquè (*vt alibi de Vita ſpirituali tractans, cap. 36. idem dicit Ephræm*) animum hominis ducit ad ſalutem, iunioresque ad laborandum incendit; atque ſi Doctorem B reipſa & exemplo ad virtutem cohortatorem inuenerint. ſecundùm eum qui ait: A me videbitis, & ſic facietis, &c.] *Hinc Chryſoſtomus in Epiſtol. ad Philip. cap. 3. Serm. 12. in morali Digreſ. de Apoſtolorum doctrina, vita, & exemplo agens, inter alia ſic habet:* [Cogitate, *inquit*, quàm accurata eſſet illis vitæ ratio; vt ipſi propoſiti eſſent, quaſi archetypus, & exemplar, & leges animatæ. Quæ enim litteræ dicebant, hæc ipſi factis perſpicua omnibus faciebant. Hæc optima eſt docendi ratio: ita diſcipulum impellere Doctor poterit. Sin dicat quidem, ac verbis philoſophetur, factis autem contraria repræſentet, nondum Doctor eſt. ſed illa admonitio & perſuaſio accedat oportet, quæ per opera fit: nam hæc & Doctori reuerentiam conciliat, & diſcipulo propenſionem ad parendum, &c.] *verba ſanè lectu obſeruatuq; digniſſima ſunt. Suffragaturq; Dorotheus Abbas, ſic ad eos, qui in Monaſterio alijs præſunt, loquens, in Sermone 17.* [Si fratrum, *inquit*, præfectus fueris & rector; verbo & opere quæ agenda ſunt, illos inſtrue & doce, magis tamen opere & exemplo: Quoniam exempla multo ſunt efficaciora, & opera longè magis mouent quàm verba.] *& alia quæ in eamdem rem ibi ſequuntur, digna quæ legantur & cum hiſce Ephræm conferantur.*

C Exemplum humilitatis in Samuele habetis: non enim exaltatum eſt cor eius aduerſus Heli, quamuis etiam à Deo audiſſet de viro iſto.] *vbi alia lectio habet:* [licet etiam à Deo intellexiſſet peccatum ſiue delictum viri iſtius.] *& al.* [quæ de viro iſto erant.] *De quo, 1. Reg. 2. 3. & alibi apud ipſum Ephræm, in Apolog. de Heli Sacerdote, Tom. 1. quaſi in initio libri.*

Fidemque tibi faciat Quinquagenarius, Eliæ temporibus, &c.] *Hic in duobus alijs Græc. mmſſ. pro* πεντηκόνταρχος, *id eſt, quinquagenarius, legitur* ἑκατοντάρχης, *id eſt, centurio. ſed* πεντηκόνταρχος, *hic omnino legendum, conuincunt alij Cod. mmſſ. & ipſa hiſtoria, quæ eſt 4. Reg. 1. vbi tertius ille Quinquagenarius, Prophetam Eliam humilitate ac ſubmiſſione placauit, &c.*

D

PARAENESIS DECIMASEXTA,

De eo, † qualem oporteat eſſe Præfectum: & de Obedientia, admonitio.

†al. de non grauando ſubditos atque obedientes.

PAVLATIM ac per partes ædificatur ciuitas, & cum gubernatione oritur bellum. Nequit inexpertus, ſicut exercitatus, arcum ac telũ tenere. nequitque puerulus ſicut vir currere. Si puero onus ſupra vires impoſueris, nocebis ipſi: Et ſi inſtruere eum omiſeris, nequam & inutilis euadet. Sic quoque nouitium Monachum cum iudicio & diſcretione gubernare oportet: & non per inanem gloriam imponere ei onus, neque rurſus deſpicere animam ipſius. Ceterùm inſtar prudentis perpende tecum quomodo Superiori tuo ipſe ſubiectus fueris: atque ita paulatim ac per partes præbe ei exercitium. Sed neque affectione † alicuius auaritiæ, fratrem ad opus impelle: quoniam cordium ſcrutator eſt Dominus. Verùm tamquam apud Deum, retributionem te accepturum ſperans, doce ipſum virtutum præmia, ac caſtæ religioſæque vitæ virtutem, & conuerſationem. Si igitur poſt adimpletas vigilias, & conſuetam regulam, vigilare ipſe priuatim volueris; ſubditus autem, paulùlum dormire cupierit, requiem ipſi concede: non enim (vt antedictum eſt) poteſt puer currere, inſtar perfecti atque adulti viri. Et ſi infirmo ſit corpore, ne ſpernas atque reijcias eum; ſed compatere & auxiliare ipſi patienter atque longanimiter: ſuper ipſum vt prudens agricola, plantam inſerens bonam, in agro ipſius. Omne porrò ſtudium adhibeas, vt corpus † eius hoſtiam exhibeas

†al. aliquo contentionis vitio ac animo.

Dictum elegans.

†fort. tuum.

hibeas viuentem, ac benè placentem Deo: vt non cum ijs iudicemur, quos Apoſtolus accuſat, dicens: Speciem quidem habentes pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Omnem igitur bonam edoce actionem, eum qui ſub obedientia viuit: quia ſcriptum eſt; Si pretioſum ex † indigno eduxeris, quaſi os meum eris. Si enim præceptores huius ſeculi, non reſpuunt moleſtias infantium animarum; neque recuſant cum pueris conuerſari, propter mercedem quam ab hominibus exſpectant: quanto magis oportet perfectos, propter Dominum tolerare imbecilles? Scriptum quippe eſt. Hæc verò dicit Dominus: Beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos ac familiares in Hieruſalem. Ipſe autem chariſſime, vide ne reijcias Patrum, † qui te genuerunt in Domino, adhortationes. Ait enim Apoſtolus: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant pro animabus noſtris, quaſi rationem reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis. Ideo in pſalmo ait Propheta: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ. Si enim qui ſecundum carnem ægrotant, ſuæ vim inferunt naturæ, vt ſeruent quæcunque ipſis præſcripſerint medici: nonne multo nos magis decet morem ijs gerere, quibus cura animarum noſtrarum eſt credita? Cupiamus porrò etiam Spiritus ſancti ediſcere mandata. Nam qui mundi iſtius præceptores atque interpretes agunt, ſtudioſè in lectionem ſapientiæ, quæ non eſt, incumbunt: cùm ſapientia mundi huius ſtultitia ſit coram Deo. Quanto magis meditari nos decet, atq; perdiſcere ad ſalutem animarum noſtrarum, eloquia Dei. Quin & Spiritus ſanctus beatificat eos, qui exquirunt teſtimonia ipſius, dicens: Beati qui exquirunt teſtimonia eius: quia † in toto corde exquirent ipſum. Et rurſus in alio ait Pſalmo: Beatus populus, qui ſcit iubilationem. De quo & Apoſtolum audi dicentem: Omnis diſciplina, in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris: poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddit iuſtitiæ. † Quoniam ipſi cõuenit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

2. Tim. 3.

Hier. 15.
† al. ex vili.

A minori ad maius.

Eſa. 31. ſecundũ LXX.
† al. Patris qui te genuit.
Heb. 13.

Pſalm. 140.

A minore & à Simili.

1. Cor. 2. 3.

Pſalm 118.
† al. & in toto corde exquirunt eum.
Pſalm. 88,
Heb. 12.

† al. Cui gloria, in ſecula. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

P*ARÆNESIS iſta 16. clarè oſtendit quales conueniat eſſe eos, qui in Conuentibus ac Monaſterijs præſunt; & quomodo fratribus ac præſertim iunioribus atque nouitijs præeſſe debeant: & quo pacto viciſſim ſubditos ſuis obedire Superioribus deceat, bonaſq; illorum adhortationes libenter audire ac ſequi, ſecundum ſalubrem illam Apoſtoli commonitionem:* [Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis: Ipſi enim peruigilant pro animabus veſtris, quaſi rationem reddituri, &c.] *Cum hiſce verò noſtri Auctoris de obedientia præceptis, valde in multis conſonant, quæ S. Baſilius in ſuis Conſtitutionibus monaſticis capite 23. de Obedientia uberius tractat. quæq; Dorotheus Abbas ſermone 17 de his qui præſunt, & illis qui ſubſunt, eorumq; obedientia, in medium adducit. quò Lectorem remittimus.*

Parænesis 16. De eo qualem oporteat eſſe Præfectum, & de obedientia.] *Hanc inter alias tamquam magis plenam hic præmittendam duximus Inſcriptionem. Pro qua, in MS. Cryptafer. titulus præponitur eiuſmodi:* [De non grauandis ſubditis, atque obedientiæ iugo ſubiectis.] *al. abſque alia additione, ſimpliciter hic proponitur:* [Parenesis 15.] *& al.* [decima ſexta] *vt hic al.* [Ad maiores ac Superiores nouitiorum.] *& ſic de alijs.*

Sic quoque nouitium Monachum, cum iudicio & diſcretione gubernare debes, & perpendere tecum, quomodo ipſe ſuperiori ſubditus fueris, &c.] *Optimam gubernandi ponit regulam, quam in locis allegatis etiam à Baſilio, & Dorotheo non ſolùm inſinuatam, ſed & amplificatam inuenies; atque à Ioanne Caſſiano, non vno in loco adhibitam, ac præſertim libro 2. de noctur. orat. modo, cap. 3. poſt medium ibi:* [Ideo nullus congregationi fratrum præfuturus eligitur, priuſquam idem qui præficiendus eſt, quid obtemperaturis oporteat imperari, obediendo didicerit; & quid iunioribus tradere debeat, inſtitutis ſeniorum fuerit aſſecutus, &c.] *Ac propterea alibi Ephræm, in tractatu de vita ſpiritali, Tomo 1. cap. 36. vult eum qui cæteris præeſt, & peritiſſimum eſſe, & ad conſulendum ſaluti Subditorum vigilantiſſimum: & vt ſingulorum obſeruet inceſſanter motum, geſtum, ac habitum, &c: De quo ibidem pluribus, ac poſtea cap. 37 & 38. vbi etiam obedientia erga*

A *erga Superiores, ab eodem proponitur & commendatur. ſicut & hic, ac ſuperiore Paræn. & alibi ſæpiſſimè.*

Omne porrò ſtudium adhibeas, vt corpus ipſius hoſtiam exhibeas viuentem, ac bene placentem Deo; vt non cum ijs iudicemur, quos Apoſtolus accuſat&c.] *In alio Græco MS. ſic iſta cum aliorum additione ponuntur: Omne porrò ſtudium tibi ſit, vt corpus eius hoſtiam exhibeas viuentem, ac bene placentem Deo. Serua autem teipſum etiam à conſanguineis obedientiæ iugo ſubditis: ne fortè dum proprios noſtros oderimus, ab alijs in lubricitatem trahamur. Quare exhibeamus corpora noſtra hoſtiam viuentem, &c.] Sed iſta quia obſcuriora videntur, & intricatiora, ac ſententia hiulca, præſertim ibi: Serua teipſum etiam à conſanguineis obedientiæ iugo ſubditis, ne fortè cùm proprios oderimus, &c.] Ibi enim vel mendum ſubeſt, aut planè aliquid deeſt, ideoq; clariorem aliorum manuſcript. lectionem hic ſequi, atque in textu reponere potius viſum eſt. ſicut & in alijs ſimilibus occurentibus, conſultò egimus alibi.* B

Beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Hieruſalem.] *Locus iſte eſt Eſai. 31. ſecundum LXX. quibuſcum hic Auctor in lectione concordat. At in vulg. aliter ſic:* [cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Hieruſalem.] *Vbi etiam Symm.* Qui habet ignem in Sion, & clibanum in Hieruſalem.] *Et Aqu. ac Th.* φῶς αὐτῷ ἐν Σιών. *id eſt,* lumen ei in Sion, & clibanus in Hieruſalem.] *De qua etiam varietate, agit S. Hieronymus in Epiſt. 101. quæ eſt ad Pammachium, de optimo genere interpretandi, & alibi.*

Ait enim Apoſtolus: Obedite præpoſitis veſtris, ac ſubiacete illis: Ipſi enim peruigilant pro animabus noſtris, &c.] *Verba iſta Apoſtoli, ſunt Heb. 13. vbi in vulg. paullò aliter ſic:* Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, &c.] *At apud Chryſoſtomum ſic:* Ipſi enim vigilant pro animabus veſtris, tamquam rationem reddituri; vt hoc cum gaudio faciant, & non congemiſcentes: non enim expedit vobis iſtud, &c.] *Ita in Homil. 34. ex capite vlt. ad Heb. vbi* C *hunc locum explanat, illuſtratq;.*

Nam qui mundi iſtius præceptores atque interpretes agunt, ſtudioſè in lectionem ſapientiæ quæ non eſt, incumbunt, &c.] *Vbi in alio MS. ſic:* ſtudioſè in lectionem eius, quę non eſt, ſapientiæ, huius nimirum ſeculi, quæ quidem ſtultitia eſt coram Deo, incumbunt, &c.] *Reſpicitq; clarè ad locum Apoſt. 1. Cor. 2. & 3.*

PARAENESIS DECIMASEPTIMA,

Didactica ſiue doctrinalis.

D FRATER, dignus es habitus ſancto indumento monaſtico: ne extollaris aduerſus exſpectantes, in futurum annum. Non enim videri aliquem primum eſſe, virtus eſt: ſed ad finem vſque tolerare. Neque videaris tibi dicere apud te ipſum, aſſumpto habitu: iam à laboribus ſum liberatus: imò nunc multo amplius in virtutum labore occupari debes, ne tibi ipſe damnum inferas. Adhuc enim ſæpe etiam Superiore ac moderatore cogēte, tuam ſalutem non neglexiſti. Nam adhuc in exteriore verſatus es tholo, † ſeu camera: nunc verò in interiorem tholum ac domum introiſti. Ne igitur teipſum neglexeris, vt non perdas labores tuos, ſed vt mercedem potius tuam recipias. Ex hoc enim tempore, apparet tuum quietis ac ſilentij ſtudium. Ex hoc tempore, tua apparet patientia. Ex hoc, tua apparet humilitas, & manſuetudo, ac morum grauitas. Ex hoc, tua apparet monaſtica exercitatio, & tranquillus ac pacificus vitæ E ſtatus. Ex nunc, tua apparet probatio; & num ſaluari expetas. Ex nunc, deſiderium tuum apparet, & occultarum cogitationum conſilia. Ex nunc, tuus apparet labor, ac ſtudium, & caſtitas, atque tranquillitas. Ex nunc apparet, qualem inire viam deſideres: an latam, & amplam quæ ducit ad perditionem; an anguſtam & arctam, quæ ducit ad vitam æternam. Et quidem in lata via, hæc ſunt: temeritas, diſtractiones, ingluuies, ebrietas, luxuria, laſciuia, contentio, excandeſcentia, inflatio atque ſuperbia, & inſtabilitas, ac his ſimilia; quæ conſequuntur, infidelitas, diffidentia, inobedentia, omniumque malorum vltimum, quod eſt deſperatio. & qui in iſtis verſatur, à via veritatis aberrat, ſibique ipſe propriam perditionem conciliat. In anguſta porrò & arcta via, ſunt iſta: quies atque ſilentium, continentia, temperantia, manſuetudo, charitas, gaudium, patientia, pax, humilitas, & hiſce ſimilia; quæ

Sententiosè dicta.

†Per (θόλος) quid hic intellig. vide Schol.

Matth. 7. & Luc. 13.

In anguſta via quænam ſint bona.

lia; quæ conſequitur vita immortalis. Cùm ergò iam cognoueris chariſſime, quæ
in lata & ſpatioſa lateant via; recede ab ea, vt vitam ęternam accipias. Si enim à iu-
uētute tua, per ſemitas iuſtitiæ inceſſeris, etiam exitus tuus in pace erit. Sin verò ex
† al. per viam latam. nũc, per † obliquum ambulare inceperis, poſtremũ lugebis amare. Quòd ſi conſpe-
xeris eos, qui abſq; timore Dei vitã agunt, craſſos & pingues, ac corpore ſanos: ne
opera eorũ timoris Dei expertia imitatus fueris. Quid enim melius fuerit, paucos
Comparatio grauis. dies in delitijs verſari, & carnis deſideria perficere, vitaque æterna priuari: an verò
modicum anguſtijs premi, & effugere iudicium atque ſupplicium ſempiternum,
ſtridoremque dentium; ac cum Chriſto, vita in perpetuum perfrui ſempiterna?
Vita licentioſa cauenda. Valde teipſum cuſtodi à licentia & vitæ libertate: ne fortè multiloquio, & impu-
† al. onagri. dentiæ inſeruias, teque dęmonibus ridiculum præbeas; ac denique à fraternitate
te etiam detorqueas, atque abrumpas. Non tantum † aſini ſylueſtres deuaſtant
frumentum: quantum nimia libertas corrumpit labores Monachorùm. Præcin-
† al. in vera patientia. ge igitur teipſum pietate ac reuerentia, & humilitate, ac patientia, in patientia †
† al. Monachi. veritatis. Admone teipſum, & cohortare, dicens: Et ſi † monaſticum aſſumpſi ha-
bitum, monachi tamen mores nondum didici. In his igitur permanebit humi-
litas tua. Conſidente porrò te in ſilentio ac tranquillitate cellæ tuæ, recollige co-
gitationes tuas, & dic tecum, corde: Nonne ô homo, mundum reliquiſti, & paren-
tes carnales, atque amicos; & ciuitatem, & patriam, ac diuitias, Domino tibi co-
perante? Quæ porrò erit vtilitas, ſiquidem etiam huc profectus, agas ea quæ aliena
ſunt à ſalute? peccesque coram Domino, nudum & otioſum nomen circumfe-
rens, dum à familiaribus & amicis prædicaris beatus? Aiunt enim: Beatus ille eſt,
quoniam mundum iſtum auerſatur, & gloriam ipſius, ac fallaciam eius, & non
† al. inquit. amplius quidquam rerum curat terrenarum: ſeceſſit enim † inquiunt, & factus eſt
Monachus. Et ecce tu hic non monaſtico ritu ac more vitam degis. Cuiuſmodi
ergo confuſio nos occupabit: ſi qui beatos nos iam prædicant; ijdem nos præceſ-
ſerint in regno cælorum? Aut qualis quantuſque timor ac tremor nobis obueni-
et, dum fletu comprimemur amaro? ſi qui felices iam nos cenſent, genuque no-
bis flectunt, ac dicunt: orate pro nobis peccatoribus, ſerui Chriſti: ſi, inquam, ipſi
reperti fuerint in quiete ac refrigerio; nos autem propter delicta noſtra in ærum-
nis & anguſtijs? Quapropter chariſſimi ſobrij ſimus & vigilemus ad Dominum
obſecro, donec tempus ſuppetit: & non efferamur, neque diſtrahamur fraudibus
1. Ioan. 5. 2. ſeculi huius. Nam mundus hic tranſit, & concupiſcentia eius, ac gloria. Qui au-
tem facit voluntatem Domini, manet in æternum. Cunctas igitur res ſeculares ac
temporales, mentem à Deo auellentes deſpiciamus: nam vires & pulchritudinem
ſenectus excipit, atq; infirmitas. Gloriam & diuitias mors diſſoluit, atque corrup-
tio: iuſtitia autem manet in ſecula. Bene ergo decerta chariſſime: ecce enim ſtadi-
um omnibus apertum eſt. Dicitque certaminis Pręfectus, per Apoſtolum: Sic cur-
1. Cor. 9. rite, vt comprehendatis. & omnis qui certat in agone, ab omnibus ſe abſtinet. Rur-
2. Tim. 2. ſusque ait: Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus; vt ei placeat cui
Ibidem. ſe probauit. Nam & qui certat in agone, non coronatur, niſi legitimè certauerit.
Deus autem & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, donet nobis ſpiritum fortitudi-
† al. Ipſi gloria in ſecula. Amẽ. nis, & ſapientiæ, atque patientiæ, ad ſeruiendum ipſi omnibus diebus vitæ noſtræ.
Cui † gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

PAræneſis 17. didactica ſiue doctrinalis.] *Pro hac, quam hic præfiximus repoſuimusq; Inſcriptione, in alio Græc. MS. ſic legitur:* ἐπάλειψις ſiue inunctio, aut *potius* exercitatio ad certamina ſolitariæ vitæ: & exercitationis exemplum.] *metaphora ab athletis ſeu luctatoribus ducta, qui antea iniungebantur. In codice autem antiq. Cryptafer. legitur:* Paræneſis didactica, decima quinta. *Et in Vatic.* Paræneſis ad iuniores Monachos, & de humilitate.] *Al. De exercitatione, & certaminibus. Et ſic in MS. Candiano.*

Nam

A *Nam adhuc in exteriores verſatus es tholò, &c.] Θόλος, tholus, inter alia ſignificata, etiam pro loco accipitur, vbi ſeruabantur ſcripturæ publicæ Athenis, & vbi qui ex prytanæo eſſent cœnare ſolebant, ſecundùm Rhodig. vnde & Suidas tholum. vocat orbicularem ac rotundam domum, in qua aliquando prytanæi cõuiuio excipiebantur atque oblectabantur. Hic verò inde fortè ducta metaphora, per Tholum, intelligere videtur Auctor locum, ſiue partem ædium ac cameram, vbi ſeorſim adſeruabãtur Nouitij, antequam habitum aſſumerent monaſticum, atque profiterentur: vt per exteriorem hic tholum, domus nouitiatus ſiue primi exercitij monaſtici; at per tholum interiorem, domus profeſſa & exercitatorum intelligatur, quod & hic conſequenter non obſcurè ab Ephræm inſinuari videtur.*

Et nunc apparet, qualem inire viam deſideres; in latam & amplam quæ ducit ad perditionẽ: an anguſtam & arctam quæ ducit ad vitam æternam, &c.] *Duas hic ex Euangelio proponit vias, vnam perditionis quæ lata eſt & ampla: alteram ſalutis æternæ, quæ anguſta eſt & arcta, ſecundùm ipſius* B *Chriſti Saluatoris verba, Matth 7. & Luc. 13. ad quæ hic potiſſimum reſpicit. & in duplici illa via quæſita ſint ac lateant: quiq; per illas ambulent, euidenter hoc loco demonſtrat: quod idem facit, ac quidem ſatis copioſè Tomo 1. in tract. de varijs Tormentis inferni, poſt med. vbi anguſtæ viæ ingreſſus atque inceſſus, ſimiliter & latæ portæ ac ſpacioſæ viæ greſſus atque pericula plenè recenſentur ac declarantur, pag. 193. de quibus & apud eundem ibi antea in tract. de Patientia & conſummatione ſeculi, etiam poſt med. ibi: Hæc eſt via de qua Chriſtus ait:* Lata & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem, &c.]. *ac in noſtris ibidem Scholijs.] Et apud S. Baſilium Magn. in Reſponſ. ad Interrogat. 240. in Regulis breuioribus. vbi cur lata & ſpatioſa dicatur via quæ ducit ad perditionem, chariſſimè oſtenditur, ſicut ibi conſequenter poſtea in reſponſ. ad Interrogat. 241. quomodo anguſta eſt porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam? & quomodo per eam quis ingreditur? necnon in comment. eiuſdem in cap. 8. Eſa. ante med. ibi:* [Ob hoc multi præcipites corruunt in abyſſum perditionis, propter læuorem & latitudinem viæ: pauci autem, qui conſequendi regni gratia, ſuſtineant ſubire auſteram & operoſiorem vitam, quæ recta ad virtutem prouehit, &c.] *Hactenus ibi Baſilius.*

C Præcinge igitur teipſum pietate, & humilitate, & patientia, in patientia veritatis, &c.] *Al.* Præcingere ergo pietate atque religione, &c.] *Et al.* Præcinge ergo tibi ipſi pietatem atque religionem, humilitatem, & patientiam, &c.] *id eſt, præpara tibi pietatem, humilitatem, & patientiã, &c. vt περιζώννυμι. accipiatur ſic pro παρασκευάζω. id eſt, paro, præparo, adorno. vnde præcinctos (ἐζώσους) ſtrenuos & expeditos in re aliqua, vel ad rem aliquam dicimus. Quod porrò hic conduplicatiuè dicitur* [& patientia, in patientia veritatis.] *abſtractum cum concreto vſurpatur, id eſt, in vera patientia: vt ſit congeminatio proximæ præcedentis vocis, (in patientia, & in patientia veritatis) id eſt, vera, &c.*

PARAENESIS DECIMAOCTAVA,

D *De ijs, * qui de ſeipſis magnificè ſentiunt.*

*al. qui ſeipſos commendãt atque glorificant.

FRater, cur deciperis, correptus à diabolo; vt gradus tranſilias * in quibus nullam capies vtilitatem, tibi ipſe honorem acquirens. Apoſtolum dicentem audi: Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Dominus commendat. Ipſumque Dominum auſculta: Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis: & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? In teipſum ergo deſcende chariſſime, & mente cauſſam reuolue, quare * vaniſſimæ huic vitæ, & diabolo, ac ſuperbiæ ipſius renuntiaueris: & deſine res mundanas ſapere. An ignoras, quòd ſi proximũ tuum depreſſeris, peccatum cõmittas amoris proprij, & inaniſſimi erroris? Finge porrò te promotum eſſe, & primum ante fra- E trem conſtitutum, ac ad maiora per contentionem & ambitionem progreſſum: quodque fratri tuo ſubmitti ac humiliari nolueris. Nunquid vana iſta gloria pręſentabit te Deo? Vide frater, ne fortè dum vis primus ſupra fratrem tuum eſſe: ibi minimus inueniaris, in futuro ſeculo. Tuncque audias quod audiuit prędiues ille * ambitioſus, qui vtitur igne illo inexſtinguibili: Fili recordare, quòd receperis bona tua in vita tua. Scriptum eſt: Quæ alta ſunt hominibus, abominabilia ſunt coram Deo. Nunquid oblitus es dicentis: Qui cupit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter: Et ſi quis inter vos primus eſſe, ſit * omnium ſeruus. Cogita ergo quod mortuus ſis mundo, & vita tua eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Quando igitur apparuerit Chriſtus vita * noſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Ne ergo gloriam humanam dilexeris: non enim permanebit tecum in ſeculum. Secundùm eum qui ait: Omnis caro fœnum, & omnis gloria homi-

* al. ex quibus.
2. Cor. 10
Ioan. 5.
* al. mũdo huic
Contra φιλαυτίαν & amorem proprium.
* al. inhoſpitalis.
Lucæ 16.
Matth. 20.
* al. ſit veſter ſeruus.
Coloſſ. 3.
* al. veſtra.
1. Pet. 1.

*al. in cælis inter perfectos.
2.Cor.4.
Matth.6. & Lucæ 16.
Lucæ 14.
Iacob 4. & 1.Pet.5.
*al. Gloria ipſi in ſecula ſeculorum, Amen.

nis vt flos fœni. Beatior perrò, qui inter * homines perfectos cõnumeratur. Quæ adhuc enim videntur, momentanea ſunt: quæ verò non videntur, æterna. Nam ſi adhuc humano ſenſui & elationis, ſeruis: vanitati res tua obnoxia redditur. Nemo enim poteſt duobus Dominus ſeruire. Proijce igitur abs te iugum inimici, chariſſime, omnemque faſtum ipſius: & ſubde ceruices tuas iugo ſuauiſſimi Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ipſe enim dixit: Qui ſeipſum humiliauerit, exaltabitur: qui verò ſeipſum exaltauerit, humiliabitur. Et rurſus: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam. Timeamus ergo chariſſimi, ne fortè dicat de nobis: Dilexerunt gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. Gloria * & magnificentia, omnis principij experti, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

PAræneſis Decimaoctaua, de ijs qui de ſeipſis magnificè ſentiunt.] *Alia hic inſcriptio habet:* [De illis, qui ſeipſos commendant atque glorificant, Paræneſis decimaſeptima.] *Et al.* [Paræneſis ad amatores gloriæ, *ſiue* ad ambitioſos, & qui primum locum atque honorem rapere, & prima tenere volunt.] *atq; ſic in MS. Vaticano. In Codice autem Cand. eſt:* ϖερὶ φιλαυτίας, καὶ κενῆς ἀϖάτης, i. de amore proprio, ſiue ſui ipſius; & de vana deceptione atque errore. *Suntq; omnes iſtæ Inſcriptiones bonæ, & Auctoris inſtituto hic accommodæ, ad Argumentum tractatum ſeruientes, & nihil quod otioſum ſit, continentes.*

An ignoras, quòd ſi proxmum tuum depreſſeris, peccatum committas amoris proprij, &c.] *Hic apertè* φιλαυτία, *id eſt, amor proprius, ſiue ſui ipſius notatur atque perſtringitur, vitariq; docetur, ſicut & alibi apud noſtrum Auct. Tom. 1. in Tract. de vita ſpiritali, cap. 39. ibi:* [Quare proprium noſtrum amorem vitemus oportet. Quoniam ex ſui ipſius amore, vitia velut germina quædam pullulant: cæterùm amorem proprium expellit charitas, omnes ad concordiam & vnionem pertrahens, complectenſque. Magna ſiquidem res eſt charitas, à qua ne excidas, diligenter caueto, &c.] *Similiaq; apud eundem de vitanda philautia, pluribus alijs inuenies locis etiam hoc Tom. 2. Quid perrò ſit* φιλαυτία, *id eſt, amor ſui ipſius; & quomodo ſeipſum quis talem cognoſcat: habes apud Magnum Baſilium in Regulis breuioribus, in Reſponſione ad Interrogationem 54. Quid eſt amor ſui ipſius, & quo pacto ſeipſum talem cognoſcit, qui ſui ipſius amãs eſt? Vbi in illa Reſponſ. ſic inter alia habetur:* [Amans igitur ſui ipſius eſt, qui ſeipſum amat, priuato & immodico amore. Talem verò ſe eſſe quis cognoſcit, ſi, quæ facit, ea commodi ſui cauſſa facit, licet etiam quod fiat ex mandato ſit. Nam & quietis ſuæ cauſſa aliquid eorum omittere, quæ ad fratris vtilitatem pertineant, ſiue animi illa quies ſit, ſiue corporis; iam hoc quibuſuis etiam alijs perſpicuum eſt, vitium eſſe amoris ſui ipſius, cuius finis perditio.] *Hactenus ibi Baſilius, qui & alibi ſparſim ſæpiſſimè contra idem vitium agit.*

Tuncque audias, quod audiuit Diues ille ambitioſus, &c.] *Vbi alia lectio habet:* [Diues ille inhoſpitalis & immiſericors.] *Nam Græcè ibi eſt,* μεσόξενος, *pro quo al.* [Diues ille, mundanæ amator gloriæ, &c.] *Additurq; de eodem ibi immediatè,* ὁ τηγανιζόμενος ἐν τῷ πυρὶ τῷ ἀσβεστῷ, *id eſt, qui vritur igne inextinguibili. metaphora à* (τήγανον, *quod ſignificat ſartaginem) deducta, quaſi quis aſſatur velut in ſartagine. vnde* τηγανίζω *frigo, coquo, aſſo, & propriè in ſartagine. Reſpicit autem hic manifeſtè ad locum Luc. 16. vbi de diuite illo Epulone agitur, & Lazaro. diciturq; ad Epulonem:* [Fili recordare, quòd receperis bona tua in vita tua, &c.] *Quem eundem locum alibi hoc eodem Tom. 2. egregiè copioſeq; dilatatum, illuſtratumq; ab Auctore noſtro inuenies poſtea in Paræneſi quadrageſima, cuius initium eſt:* [Chariſſime, ſi frater aliquis aduentans, cohortetur te, &c.] *Vbi poſt medium pulchra longaq; de Diuite epulone, & Lazaro ponitur conſideratio, ibi:* [Ille enim diues induebatur byſſo & purpura, & quotidie epulabatur ſplendidè, ipſumque felicem prædicabant filij iſtius ſeculi: at non Angeli Dei.] *Et quæ ſequuntur ibidem, lectu longè digniſſima, plurimumq; huc facientia.*

Qui cupit inter vos magnus eſſe, ſit miniſter veſter: & ſi quis velit inter vos primus eſſe, ſit omnium ſeruus.] *& al.* ſit veſter ſeruus.] *Locus eſt Matth. 20. vbi in vulg. ſic:* [Quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus.] *Et Chryſoſtomus hic legit:* Qui vult maior fieri inter vos, hic ſit omnium miniſter: & qui vult eſſe primus, ſit vltimus omnium.] *Ita ille in caput Matth. 20. Homil. 66. poſt medium, vbi multa huc facientia, ac in laudem humilitatis & depreſſionem ſuperbiæ, in medium afferuntur, lectu digniſſima, inde vſque ad finem eiuſdem homiliæ.*

Ne fortè dicat de nobis: Dilexerunt gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. Gloria & magnificentia Patri, &c.] *In alio Cod. ſic legitur, atque concluditur:* [Ne fortè ad nos dicat: Dilexiſtis gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. Gloria ipſi in ſecula ſeculorum, Amen.

PARAENESIS DECIMANONA,

De excitatione animæ, & de bono ſeruando ordine.

FRater, quando fores tuas noctu frater pulſauerit, vt ad collaudandum & glorificandum Deum conſurgas: promptè atque alacriter tę erige: vt & negligentiores promptitudinem tuam cernentes, animam ſuam ad ſobrietatē vigilantiamque excitent. Secundùm eum qui dicit: Pręuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Et rurſus: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Quòd ſi contigerit te profundiore obdormiſcere ſomno, & dæmoniacis diſtrictum teneri viſionibus; poſtea autem euigilaueris: ne per negligentiam pigeat expergiſci, & ſurgere, atque abire ad Synaxim fratrum. Hoc ſciens, quòd ſicut qui ad mala pergunt, de * gradu atque inceſſu, ac ſermone otioſo rationem redditurı ſunt, in die iudicij: Sic & de vnico bono verbo, & inceſſu præmium referet, quiſquis ad id quod bonum eſt, concurrit. Noli igitur pigreſcere, ſed euigila atque expergiſcere; & ne intra te dixeris: nunc Synaxis abſoluta eſt atque dimiſſa, & ego quo me conferam? Ignauorum enim iſta ſunt verba: ſed potius è ſtrato mox te erige, proijciens abs te ſtragulum; moxque tuas ad Deum extendens manus, thronumque gratiæ ipſius adorans, cellam tuam aperi, & ad Synaxim orationis propera, quaſi vi eo adactus; & ſicut caprea ex laqueis effugiens. Et licet ad poſteriores aduentares orationes, ſaltem ne pigriteris, & adire detrectes: verùm euigila ac ſurge; poteris enim poſt abſolutas in communi preces, pſalmos tuos fundere in cella tua, quos phantaſia ſubtraxit dæmonum. Neque pigritiæ occaſione, ſuggeras tibi poſteriorem eſſe precationem chariſſime: ſed poſtero die, promptior atque alacrior ad opus Domini inueniaris. Nam ſi abſque neceſſitate, aut infirmitate prætermiſeris, audies quod dictum eſt in Pſalmo: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt. Illud verò ſcitote chariſſimi, quòd quantum quis perperam ſuam fouet carnem: tanto amplius in ſeipſo perturbationes ac paſſiones auget; ipſaque deinde anima à praua conſuetudine corporis grauata, inutilis & infructuoſa redditur: Iccirco ait Saluator: Videte ne fortè grauentur corda veſtra, in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. Hinc & Apoſtolus dicit: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cùm alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiat. Si quis autem ſeipſum ad opus Domini compulerit: tanto etiā magis corpus eius ſanum validumque reddetur, & anima illuſtrabitur. Nam quemadmodum athleta corpus ſuum ſtudioſè exercet, vt illud ad certaminis artificium, aptum compoſitumque reddat: Ita & pietatis pugil, ſeipſum ad omne opus bonum exercere debet. Cùm dicat Apoſtolus: Teipſum verò ad pietatem exerce: Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt: pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Dominus porrò noſtras excitet animas ad timorem ipſius. Cui gloria, in ſeculorum ſecula, Amen.

Pſalm.118.
Ibidem.
*al. de verbo atque inceſſu.
Matth.12.
Notent pigri, vt euigilandū.
Ad Synaxim orationis properandum.
Cōtra ſomnolentos & pigritantes.
Pſalm.75.
Lucæ 21.
Rdm.13.
1.Cor.9.
1. Tim.4.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

V*Ariat quoque hoc loco, Inſcriptionis ratio ac lectio; dum hîc quidem eſt:* [Parænesis 19. De excitatione animæ, & de bono ſeruando ordine, ſiue diſciplina.] *vt in mmſſ. Syrleti, & Cand. Al. ſimpliciter ponitur, abſque alia addition.* [Paręneſis decimaoctaua.] *& ſic in Græco Codic. Sfortian. At in MS. Crytafer. aliter ſic:* [De non pigritando in ſynaxe, eiuſdem Paræ- ſis] *Al.* [De negligentia & ignauia, atque ſomnolentia nimia cauenda, tempore quo ad orandum in Synaxe conueniendum eſt cum fratribus.] *Al. in Vatican.* [De ſobrietate & vigilantia] *Conueniūtq; omnes iſtæ Inſcriptiones Argumento, ac rebus hic tractatis, in toto vel in parte, ex inſtituto vel incidenter, ad quod ſanè argumentum valde etiam pertinent, quæ B. Dorotheus Abbas tractat in*

Sermone

Sermone 10. de via Dei cum omni ſollicitudine currenda, &c. poſt med. vbi de Pſalmodia, & excitati- A *one ac ſollicitatione ad vigilias nocturnas in Synaxe peragendas, tractat.*

Frater, quando fores tuas noctu frater pulſauerit, vt ad collaudandũ Deum conſurgas, promptè te erige, &c.] *Morem de nocte ſurgendi, ad diuinas laudes celebrandas, inter Monachos ac religioſos antiquiſſimum & vſitatiſſimum ſemper fuiſſe, hac ſua decima nona, & poſtea vigeſima prima Parænese, clariſſimè ſi vſquam alibi demonſtrat S. Ephræm ipſe antiquiſſimus Eccleſiæ ſcriptor, & Magno Baſilio σύγχρονος, atque contemporaneus, adſtipulaturq; in hoc eidem pluribus locis idem Baſilius, ac præſertim in reſponſione ad interrogationem 37. in Regulis fuſius ab eo diſputatis, vbi inter alia, quænam ſint ad orationem appoſita tempora, quærit & tractat, &c.* Ac de tempore quidem mediæ noctis, quòd id ad orationem neceſſarium ſit, traditum *(inquit Baſilius)* eſt nobis à Paulo & Sila in actis. *Scriptum eſt enim ibi ſic:* Circiter autem mediam noctem Paulus, & Silas laudabant Deum. *Atq; hoc quidem etiam Concentor Pſalmorum confirmat, (Pſal.118.) ſic dicens:* Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ, &c.] *Quem eundem Pſalmi locum à S. Baſilio adductum,* B *profert & hic ad probandum quod intendit noſter Auctor; alterumq; eiuſdem Pſalmi locum adiungit, nimirum:* Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua, &c.] *Pro cuius quoq; confirmatione, ſic dulci hoc ſuo Hymno ſancta mater noſtra canit Eccleſia:*

Nocte ſurgentes vigilemus omnes,
Semper in Pſalmis meditemur, atque
Viribus totis Domino canamus
Dulciter Hymnos, &c.

Qui quidem verſus Sapphici S. Gregorio adſcribuntur, & in Hymno in principio Breuiarij Romani ante Pſalmos ponuntur; ſicut & ſequentes Imbici in altero Hymno, huc etiam facientes:

Pulſis procul torporibus C
Surgamus omnes ocyus.
Et nocte quæramus pium.
Sicut Prophetam nouimus, &c.

Quòd ſi contigerit altiore te obdormiſcere ſomno, poſtea autem euigilaueris; ne pigeat ſurgere, atque ad ſynaxim fratrum pergere, &c.] *Hic de varia acceptione nominis (Synaxis) multa abundè in medium adducere, ſuperuacaneum videtur, cum ſupra in Schol. cap.5. De virtute, pag. 297. à nobis de multiplici eius ſignificatione actum ſit. ſuffeceritq; pro præſenti loco indicaſſe, hic Synaxis nomen accipi, pro conuentu ſeu congregatione, cùm fratres ſiue Monachi ad orandum diuinasq; laudes celebrandas, ac ad diuina etiã peragenda myſteria ſimul conueniebant, &c. Quomodo etiam in duabus immediatè hic ſequentibus Parænes. 20. & 21. accipitur, vt & ſupra in iam citato illo cap.5. de Virtut. cuius ibi initium eſt:* Si ante cunctos in Synaxim prodeas, & perſiſtas donec abſoluatur, ne in hoc te cogitatio efferat, &c.] *Ad hanc autem Synaxim, ac congregationem conuentumq; fratrum ad laudãdum Deum, monet hic Auctor de nocte excuſſo ſomno ocius ſurgendum, properandumq; eſſe. Cuius etiam ſeriò grauiterq; Monachos admonet S. Ioannes Chryſoſtomus in Epiſt. ad Tim.1. cap.5. Homil.14. in morali Digreſſione, vbi inter alia ponitur inſignis Monachorum deſcriptio, confirmaturq; laudatiſſima inter ipſos noctu ſurgendi ad laudandum Deum ratio ac conſuetudo, ibi:* D Omnes cum reuerentia, diſcuſſo ſopore conſurgunt, à Præfecto excitati ſuo, adſtantq; ſacro inſtituto, protinus expanſis manibus ſanctos concinunt hymnos, &c. *Multaq; ibi alia poſtea adferuntur lectu digniſſima, ac plurimum ad præſens Auctoris noſtri inſtitutum facientia, qualia etiam ſunt, quæ à S. Dorotheo Abbate de Pſalmodia & vigilijs nocturnis tractantur, in Serm.10.*

Cùm dicat Apoſtolus: Teipſum ad pietatem exerce: nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia, &c.] *Locus Apoſtoli eſt 1.Tim.4. vbi Chryſoſtom. in eundem ſcribens Pauli locum, Tim.1. cap.4. Homil. duodecima.* [Exerce teipſum ad pietatem, &c.] *Hoc eſt, (inquit) ad fidem puram, vitamq; rectam, id quippe pietatis nomen ſignificat, &c. Conſentitq; noſter hic Auctor, dicens pietatis pugilem ſe ad omne opus bonum exercere debere, &c. De quo, & apud Caſſianum collatione prima de Monachi deſtination. cap. decimo: vbi hunc locum pulchrè accommodat & illuſtrat.* E

PARAENESIS VIGESIMA,

Ad incitamentum, & amorem ſpiritualem.

A minore ad Maius.

Complectamur mente ac conſideremus Chariſſimi, eos qui coram Rege conſtituti ſunt terreno, thronoque mortali ac corruptibili miniſtrant: quomodo omni cum ſcientia & timore, Rege ſuo adſiſtant, nonne & nos multo magis vt fideles oportet coram Rege cæleſti conſiſtere

A ſiſtere cum timore ac tremore, & cum omni grauitate atq; decoro? Propterea nõ exiſtimo dilectiſſimi, bonum eſſe impudenti oculo contemplari propoſita *myſteria corporis & ſanguinis Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti. Fidemq́ue huius nobis faciat Diuina ſcriptura, dicens: Tremefactus autem Moyſes, non audebat adſpicere. Scriptum eſt enim: Quicunque honorificauerint me, glorificabo eos? qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Tu enim vt homo contemplaris: at ipſe vt Deus, nouit profunda cordis tui, & cogitationes tuas intuetur. Non enim eſt creatura abſcondita coram ipſo. Quomodo porrò etiam audent quidam relinquere Synaxim; & exire ante finem, abſque magna neceſſitate? B Nunquid ſi vocatus eſſes ad prandium diuitis viri, auderes ex medio accumbentium ſurgere, & abire domum? nonne ibi remaneres, donec omnes pariter ſurgerent? Timeamus igitur fratres, quia ſcriptum eſt: Maledictus omnis, qui facit opus Domini negligenter. Demus ergo operam, vt in *modico hoc ſeculo atque peruerſo, grati & accepti ſimus Domino; regniq; cæleſtis euadamus hæredes. Ipſe enim eſt ſanctus, & in ſanctis requieſcit, puſillanimiſque patientiam ac longanimitatem præbet. Cui *gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

*f. propoſita altaris myſteria.

Exod. 3. & Actor. 7.

1. Reg. 2.

Synaxis non relinquenda.

A Simili.

Ierem. 48.

*al. tempore ſeculi iſtius breuis, & maligni.

*al. ipſi gloria.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

C AD incitamentum, & amorem ſpiritalem.] *Pro hac inſcriptione, in MS. Vaticano eſt:* [Quomodo debeat Chriſtianus in Synaxe conſiſtere, maximè autem tempore oblationis, *& al.* attentionis.] *Quæ inſcriptio bona eſt, & Argumento conformis. ſicut etiam ſequens, ex antiq. MS. Cod. Cryptafer.* [De cauenda impudentia, in diuina participatione.] *Al. ſimpliciter ponitur abſque addit.* Parænesis decima octaua. *Et al.* Parenesis decima nona.] *Atque ſic in alijs atque alijs exemplaribus.*

Propterea non exiſtimo dilectiſſimi, bonum eſſe impudenti oculo contemplari propoſita myſteria corporis & ſanguinis Domini noſtri, &c.] *De ſanctiſſima Euchariſtia Auctorem loqui, ex ipſiuſmet his verbis clariſſimum eſt. Dicit autem Altaris Myſteria* ϖροκείμενα, *id eſt, propoſita, ad adorandum ſcilicet, ac reuerenter ſumendum, &c. Quomodo autem in tantorum myſteriorum contemplatione ac participatione, quis cum omni timore & reuerentia ſe gerere debeat, & contrà ab omni impudentia ſibi cauere, pulcherrima à Simili exemplis, lociſq; Scripturæ, eleganter efficaciterq; demonſtrat.* D *De quibus plura vide Tomo 1. apud Ephræm, in tract.* de dignitate Diuinorum Myſteriorum,] *Cuius principium ibi eſt* [Saltem ne prorſus infructuoſi inueniamur, &c.] *ac in noſtris ibi Scholijs plenius.*

Quomodo porrò audent quidam relinquere Synaxin, & exire ante finem, abſque magna neceſſitate, &c.] *Similia planè ſunt apud S. Baſil. in Serm. aſcetico, de renuntiat. ſeculi, cuius initiũ eſt:* Venite ad me omnes, &c.] *poſt med. ibi:* Ad orationem quotieſcunque vocaris, libenter ſuccinat oſtuum, in eaque eouſque permaneto donec canoni ſatisfeceris: magnamque te iacturam facere arbitrator, ſi ante inde diſceſſeris.] *Et quæ poſtea ibi ſequuntur, plurimum huc facientia: agitur autem de oratione quæ fit in Synaxe cum fratribus, &c.*

PARÆNESIS VIGESIMA PRIMA,

De Dormitationum diuerſitate.

E VT arbitror Fratres, tres ſunt Dormitationes quæ cõturbant hominem noctu: & prima quidem accidit fratri, ex maligni hoſtis operatione, quando pſallere inceperit; ſed ſine fratris * ignauia, nihil poteſt. Vehemẽtius porrò diuexabit, ſi ſtomachus fratris, cibo potuq́ue grauatus fuerit. Secunda ferè ſuboritur fratri ad medium diuini officij, ex propria negligentia; quando non adlaborat, vt cum fratribus perſiſtat vſque ad expletum canonem: ſed in medio Synaxis, alios canentes relinquit, & ad lectum ſuum pergit. Tertia verò contingere ſolet fratri, ſecundùm naturam, hoc eſt, poſt expletum canonem ſoliti officij. Propterea patientem & longanimum erga imbecilliores fratres eſſe oportet, vt non perficiatur conſilium inimici. Tu igitur frater, vide ne negligas te ſobrium ac vigilantem præbere in omnibus. Nonne audiſti, quòd ſæpius vocatus Propheta Samuel,

Tria Dormitationum genera.

* al. propenſione & inclinatione.

Dormitatio ad medium diuini officij, noctu ſuboriens.

Sobrietati ſtudendum, & vigilandum.

1. Reg. 3.

neque ſemel cunctatus ſit ſurgere, quantumuis adhuc puer eſſet? Cùm ergo inter alios ftatres, in officio conſtiteris: ſiue etiam per te ſolus ad laudem & glorificationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & prima te dormitatio infeſtarit, re anim aduerſa reſiſte: ne fortè pigritantem te, vacuum & inanem, ad lectum ſtrati tui auertat. Verùm patienter ſuſtine; & ſi te inuaſerit, oculiſque te conniuere cogat, & ſemel & iterum, ne te tuo dimoueris loco, & inuenies * requiem. Similis quippe eſt perturbatio ac paſſio ac inſatiabilis ſomni, ingluuii ventris. Nam ſi quis multa comedere ſit ſolitus, multa quoque natura requiret: at ſi temperantiæ ſe aſſuefecerit, non multum vorare appetet. Perpende tecum animo chariſſime, piſcatores, qui totam noctem tranſigunt in vigilijs, * proper opus incumbentes: Si quis verò ipſorum, ſomno grauatus, ex negligentia dormierit, quando à ſomno experrectus eſt, videt ſe nihil prehendidiſſet; eos verò qui vigiliârunt & attenti fuerunt, domui ſuæ ipſorum quemque conſuluiſſe. Tunc pœnitere atque dolere ſecum incipit, ac dicere: Hei mihi peccatori, & negligenti ac pigro, quoniam per negligentiam obdormiui: cùm & ergo laborare ac ſatagere, vt ſodales mei debuiſſem, * frugique eſſe ac domui proſpicere; verùm nunc negligens, ecce vacuus & inanis in domum meam reuertor, nihil manibus retinens. Dormierunt enim, inquit, ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt. Reuolue etiam mente, chariſſime, figulos, & fabrilem artem pertractantes; inueniesque illi laborem immenſum, & vigiliam valde magnam, atque patientiam: At nos quorum corpora, neq; fumo, vel cinere, ac puluere vexãtur, neque aliud quidpiam ſimile ſuſtinemus, ſed conſiſtentes in loco mundo & ſanctificato coram Domino Deo noſtro, in grauitate & pace multa, in Pſalmis & Hymnis, canticiſque ſpiritalibus, in ſpiritali exultatione & ſpe bona, cur torpeſcimus dilectiſſimi? quod enim eſt tempus noſtrum ſuper terram? Ecce Propheta clamat: Homo vanitati ſimilis, dies eius ſicut vmbra prætereunt. Noli ergo contendere mecum, qui ignauus ſum, & patientiam deperdidi; iſtud exactè ſciens, quòd qui ſobrium ac vigilantem ſe præbet, ipſe lucrum ac quæſtum ſibi faciet: qui autem ſegnis fuerit, is damnũ patietur. Nam vnuſquiſque noſtrum, pro ſeipſo rationem daturus eſt Domino Deo. Ego quippe noui inexcuſabilem me eſſe operibus: nam alios admonens, in eadem cum ipſis inertia perſeuero. Ideo vos precor ſerui fideles Saluatoris, deprecemini pro me peccatore Saluatorem noſtrum Chriſtum, Regem virtutũ ac poteſtatum, vt deleat multitudinem peccatorum meorum, ſecundùm multitudinem miſerationum eius ſaluetque in Regnum ipſius cæleſte, vt benigniſſimus Deus. Ne ergo pro lucro duxeris ſomnum, corporiſque quietem: At lucrum eſt ac requies, ſeipſum ad opus Domini ſemper compellere. Quocirca cogamus nos ipſos dilectiſſimi: vt adueniens Dominus, comperiat nos vigilantes, ſuaque nos beatitudine dignetur. Ipſe enim dixit: Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus ipſorum, inuenerit vigilantes. Inuicem ergo nos cohortemur, inuicem admoneamus, ad timorem Domini. Mutuam alacritatem ad laudandum & glorificandum Dominum Deum noſtrum, & Saluatorem Ieſum Chriſtum, excitemus, vt & ipſe nos reſuſcitet cum omnibus qui dilexerunt aduentum ipſius; noſque * ex dextris ſuis conſtituat in Regno ſuo. Cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Dormitationi in pſalmodia, vt reſiſtendum.

* al. vtilitatem maximam.

* al. in opus incumbentes.

* Græc. οἰκονομηθῆναι.

Pſalm. 75.

A Similibus.

Pſal. 143.
Iob 8.

Rom. 14.

Alluſio ad Pſalm. 50.

Luc. 12.

2. Tim. 4.
* al. à dextris.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

PAræneſis 21. de Dormitationum diuerſitate.] *Ita in Græco MS. Card. Syrleti. At in Vati- talis hic inuenitur Inſcriptio:* [Paræneſis, de inſatiabili ſomno, & negligentia quæ ex ipſo generatur.] *Loco cuius, in Cod. Cryptafer. eſt:* [De dormitationis ſeu ſomni diuerſitate.] *Al. ſic ſimpliciter abſque alia additione ponitur:* Paræniſis vigeſima. *Et al.* Vigeſima prima, *vt hic. Al.* De eo, ne quis frangi ac diſſolui ſe ſinat nimia ſomnolentia, atque ignauia.] *Ita in Græco MS. Cand.*

Tres ſunt dormitationes, quæ conturbant hominem noctu, &c.] *Dormitationum tria hic adducit genera, quibus potiſſimum in diuinis nocturnis officijs atque pſalmodijs, grauari & infeſtari ſolent Monachi: quorum primum mox in principio obrepere conſueuit pſalmodiæ, ſecundum ad medium Synaxis*

A naxis, ſeu diuini officij, ex propria ferè negligentia. tertium poſt expletum ſoliti officij canonem, & ferè ſecundùm naturam. Quibus ne nimiū quis grauetur, obruaturq; dormitationibus ac ſomnijs, præſertim inter diuina officia pſalmodiaſq; noctu. Auctor opportuna hic ſuggerit remedia, pulcherrimis ſcripturæ locis, exemplis; ſimilibusque ab experientia ductis confirmata; quæ cuiuſmodi hic adferantur legere ac meminiſſe fuerit operæpretium. Quò etiam pertinent ac cōferunt, quæ ab eodem in mediū adducuntur, Tom. 1. in tract. de Vita ſpirituali, cap. 15. in hac verba: [Si in domo Domini, ad diuinum ſpiritualemque cultum conſtiteris, in pſalmodijs te alacrem, promptumque præbeto. Si verò tacueris, tacebo & ego, tacebit & proximus: vnde neceſſariò cantum diſſolui atque ceſſare neceſſe eſt. Sed hoc quæſo abſit, &c. Ac paullo poſt ibid. [Quamobrem haud remiſſe negligenterve oportebit nos ſupplicationibus hymniſque decantandis vacare atque incumbere.] Eoq; referuntur remedia à Magno propoſita Baſilio, in Reſponſ. ad Interrog. 32. in regul. breuioribus, vbi de cauſſa immodicæ dormi-
B tionis, & ratione eam repellendi, ſic ſentit ac ſcribit: [Sanè iſtiuſmodi dormitatio naſcitur, quotieſcunque animum noſtrum in contemplatione rerum diuinarum ſinimus veluti lenteſcere, &c. Ipſam autem depellimus, quotieſcunque veram, atque eiuſmodi, vt par eſt, de Dei maieſtate notitiam cogitationemque concipimus, & deſiderium illius perficiundæ voluntatis, velut ille, qui dixit: Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino, tabernaculo Deo Iacob.] Ita ibi Baſilius, quem etiam de hiſce operæpretium fuerit legere in Serm. aſcet. De abdicatione rerum ſecularium, & ſpirituali perfectione. cuius initium eſt: [Venite ad me omnes qui laboratis, &c.] non longè à fine. ibi Caue autem diligēter, ne cogitationi illi animi aſſentiare, quæ ab orationis canone nondum peracto, auellere te ſtudeat, &c.] De quibus ibi plura: vt etiam poſt Baſilium apud S. Dorotheum Abbat. in Serm 11. vt paſſiones, & morboſos affectus excidere ſtudeamus, priuſquam in malum animæ habitum tranſeant. circa med. vbi de Pſalmodia, nocturniſq; vigilijs agit; ac inter alia, vbi dicit: [Quocirca exigenda à nobis eſt temporis ratio, con-
C ſiderandumque ac perquirendum, quomodo diem ac noctem tranſegerimus; num alacriter ac promptè ad Pſalmodiam, & ad orationem conſtituimus; num ſedulò aures noſtras attentas lectionibus ſacris præſtiterimus? Num pſalmodiam interciderimus, aut demiſerimus, &c.]

Nonne audiſti quòd ſæpius vocatus Propheta Samuel, neque ſemel cunctatus eſt ſurgere, quāuis adhuc puer eſſet,] Pro quo, in alio Græco MS. ſic legitur: Nonne intellexiſti quo pacto ſæpius excitatus ſit Propheta Samuel, & non ſemel piguit eum ſurgere, licet etiam puer eſſet, &c.] Hiſtoria huius adfertur 1. Reg. 3. & amplificatur à noſtro Auctore, Tom. 1. in Apologia de Heli ſacerdote, Pag. 7. & 8.

Reuolue mente figulos, & fabrilem artem pertractantes, inuenieſque ibi laborem immenſum, & vigiliam valde magnam, &c.] De iſtis ſimilia alibi habes apud Ephræm, in tract. de Vita ſpirituali, cap. 95. hoc modo: Qui artem fabrilem exercent, non puluerem, non mallei ſtrepitum, neque ignis ardorem reſpuunt,: ſed rudem ferri maſſam ſtudioſè aſſidueque manibus tractātes, vaſa inde commoda & vtilia educunt, atque conficiunt. Quocirca ne nos quidem ad virtutem
D & pietatem inuicem cohortando defatigemur, &c.

PARAENESIS VIGESIMASECVNDA,

De ijs qui ab initio negligentes, ac ſine cura ſunt.

SI acciderit Fratrem aliquem ad Monaſticam ac ſolitariam vitam quacunque occaſione venire, & non ſe ſobrium vigilantemq; præbuerit, protinus & è veſtigio deuorabit eū diabolus. Incipit enim improbus ſuggerere ipſi, & dicere: Quid iam vis in virtutibus labores ſubire, & tibi negotium faceſſere, ac miſerijs affligi, abſque remuneratione aliqua? Numquid enim tua voluntate atq; institu-
E to ad monachatum *acceſſiſti? Niſi enim illa tibi res eueniſſet, & neceſſitate conſtrictus fuiſſes; nūquam ſanè monachus factus eſſes. Ne igitur modò fruſtra affligaris atque te excrucies; cùm neque in hoc Deus gratias tibi habeat. Iſta fratri ſuggerit inimicus, cupiens ipſum in *deſperationis profundum præcipitare. Tunc igitur frater, non diſcernens in ſeipſo beneficia Domini, ſeipſum deſperationi tradit, mente occœcatus; incipitque deinceps in negligentia atque ignauia vitam traducere, & abſque timore Dei, paruis ac magnis æquè reſiſtendo, & inſatiabili ſomno perfruendo. Et ſi quid vmquam feciſſet boni, dolendo; damnique loco illud reputans. Aſſiduè obmurmurat, & ſeipſum deplorat, prorſuſque perditioni ſeſe tradit: & pro eo, quòd ſe virtutum laboribus tradere vehemētius ac diligentius debebat, contraria admittit & agit; nō ſecum dijudicans reputanſq; beneficia

Dæmonis ſuggeſtiones atque tentationes.

*q.d. nequaquā, ſed ex neceſſitate.

*al. in foueā ſiue foſſam deſperationis deijcere.

*al. tranſigens, & quomodo Dominus. &c.

Domini: Et pro eo, quod ſecum dicere debebat: O anima, quàm multi per multa & ieiunia & eleemoſynas, promeruerunt ad eiuſmodi vitę religioſæ inſtitutum venire: ego verò in negligentia omne vitæ meæ tempus * dum tranſigo, etiam Dominus me eiuſmodi dignatus eſt felicitate, vt ad ſanctam honorandamque hanc vitæ rationem, ac omni diſtractione carẽtem peruenire poſſem, multorum peccatorum meorum immemor. Cur ergo & nos, ô anima, non damus operam, vt digna pœnitentiæ opera agamus; ne duplicatum in his ſupplicium inueniamus, tanquam diuinam gratiam aſpernantes, & beneficiorum ipſius non recordantes.

Parabola lectu digniſſima.

Audi porrò & Parabolam ad iſta: Erat quidam diues in regione quadam, emitque poſſeſſionem ſibi vltra fluuium, & proprios aduocans ſeruos, confeſtim peregrè profectus eſt, diuidens eis poſſeſſionẽ, ſingulis pro ſua libera voluntate attribuẽs. Dixitque ad eos: Abite ſinguli veſtrum in partes proprias, & operamini in ijs, donec veniens conſpexero opus veſtrum. Et quidam eorum inuenti grati, & amãtes herũ ſuum, non immorigeri imperatis ſui Domini exſtiterunt; ſed mox fluuium traicjientes, operati ſunt in poſſeſſione Domini ſui: alij verò ex ipſis inobediẽtes & duræ ceruicis, contradixerunt Domino ſuo, dicentes: Nos vocem tuam non auſcultabimus, & fluuium non traijciemus, neque in tua poſſeſſione * laborabimus, & in omnibus hiſce non ſuccenſuit ipſis Dominus eorum.

†al. operabimur.

*al. omnibus potum parat.

Tunc præparat diues ille * ſeruis poculẽta; & inebrians immorigeros ſeruos, imperauit alijs ſeruis vt illos traijcerent: qui cùm eos traieciſſent, collocarũt ſingulos in agri parte, quam illis eorum Dominus attribuit. Et poſtea vnus ex ijs ad ſe rediens, ſeipſum vltra flumen comperit translatum, in poſſeſſionem quam ei ſuus exercẽdam dederat Dominus. Obſtupuitque ſeruus ille propterea, & dixit intra ſeipſum: Si ita me diligit Dominus meus; cùm enim inobediens ei fuerim, non eſt iratus, ſed patienter tulit, ac per ingentem fluuium iſtum atque vehementem, velut per ſomnium me traduxit, & in parte mea me conſtituit. Quare & ego rectè laborare incipiam in poſſeſſione eius, memor beneficiorum ipſius in me collatorum. Incepitque ſeruus ille cum diligentia operari, ita vt reliquos anteuerteret qui ante ipſum inceperãt.

*al. & ſecũdus.
*al. ſegnis.

Poſtea & * alius experrectus ſeruus inuenit ſeipſum vltra fluuium in poſſeſſione Domini. Malus autem ac * durus cùm eſſet, dixit intra ſe: Ecce, inquit, per fluuium hunc magnum ac rabidum, traiecit me, tamquam per ſomnium: ego autem agrum eius incultum relinquam, & videbo quidnam facturus ſit mihi. Rurſusque reclinans ſeipſum piger ſeruus obdormiuit: ipſoque dormiẽte excreuerunt ſpinæ, herbæque ſylueſtres, & obtexerunt eum. Poſt multum verò temporis, venit Dominus ſeruorum illorum, ad videndum cuiuſque opus: cernensque eorum qui antea inceperant, opus, benedixit ipſis. Deinde iterum ad ſeruum, quem ipſe per fluuium tranſtulerat veluti per ſomnium, reuerſus; aſpiciensque pulchrum ipſius opus, lætatus eſt in eo, & benedixit ipſi. Poſtea venit viſurus pigrum ſuum, opusque illius: & adueniens offendit eum dormientem,

*al. & ſylueſtribus ſpinis, herbiſq; contectũ.

& * ſpinis, herbiſque ſylueſtribus obtectum. Aduocanſque eum Dominus ſuus, dixit comminatoriè ad ipſum: Serue nequam, ac piger, cur incultum meũ reliquiſti agrum? an ignoras quomodo te quaſi in ſomno traduxerim per flumen: & in eadem parte quam compartitus ſum tibi, repoſui te; neque ſum memor prioris iniuriæ tuæ atque * contumaciæ in me demonſtratæ? Nonne oportebat & te imitatorem tui eſſe conſerui, * quemadmodum & eum per flumẽ traduxeram?

*al. inobdientiæ.
*f. quem ſicut & te per flumen traieci.

Tunc nullum ſeruus ille excuſationem inuenit, in die tremenda. Tuncque ipſorum Dominus cum ijs fecit, ſacundùm vniuſcuiuſque actionem.

Parabolæ docta & accommodata explicatio.

Dico autem, diuitem illum eſſe Dominum Chriſtum: poſſeſſionem verò fidem. At ebrietatem, caſuum incommodum, & calamitatem. Violentum porrò fluuium, fraudem atque deceptionem, ac diuitias huius ſeculi. Promptos autem ſeruos, viros iuſtos. Eum verò qui ex ebrietate ſe collegerat, & operari cœperat, hominem peccatorem, qui ex infortunijs & calamitatibus ad ſe redijt, & ad Deum recurrit, ac voluntatem Domini feci. Piger verò ſeruus, eſt homo qui aſpernatus eſt gratiam Dei, ſuamque neglexit ſalutem. In cunctis autem iſtis, Saulum conſidera.

Actor.9.22.
Galat.1.
Pſal..44.

Hic enim acceptis epiſtolis à principibus ſacerdotum, abijt in Damaſcum, perſecuturus ac vinculis conſtricturus credentes in Dominum. Quique exierat, c uerſurus fidem, ipſe fidei prædicator inuentus eſt. Multæ enim miſerationes Domi

A Domini, in omnes qui in veritate inuocant eum. Ipſi ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

Paræneſis 22. De ijs qui ab initio negligentes ſunt, ac ſine cura.] *Pro iſta inſcriptione, quæ eſt in Cod. Cryptafer. al. ſic reperitur:* [Hypotypoſis ſiue deſcriptio quędam formularis & compendiaria, ad eos qui à ſuomet ſenſu atpue cogitatione vexantur, & offenduntur.] *atque ita ferè* B *in duplici MS. Syrlet. In Candiano autem MS. Cod. eſt:* [Parabola de ijs qui ex caſuum incommodo atque calamitate, ſe iugo ſubdiderunt obedientię, &c.] *De his verò omnibus in hac Paræneſe agitur.*

Nunquid enim tua voluntate atque inſtituto ad monachatum acceſſiſti, &c.] *Al. ſine interrog. ſic:* [Non enim tuapte voluntate ad monachatum veniſti: nam niſi illa tibi res eueniſſet, & propter neceſſitatem monachus factus eſſes, nunquam ad monachatum acceſſiſſes, &c.] *At melius hic per interrogationē, vt in pluribus reperitur Græc. MMSS. ſic:* μὴ γὰρ ἐξ ἰδίας προαιρέσεως ἦλθες εἰς τὸ μοναχικόν, *&c. id eſt,* Nunquid enim tua voluntate ad monachatum veniſti, &c.] *quaſi dicat, nequaquam: ſed ex neceſſitate, &c. Sunt autem verba tentãtis diaboli, quibus perſuadere incauto ſtudet Monacho, non eſſe laborandum de virtutibus; quia non ſpontè factus ſit Monachus, atque adeò non vt in virtutibus ſe exerceat, &c. Similia negligentibus ac torpeſcentibus religioſis ſuggerere ſolet inimicus, in profundum deſperationis præcipitare eos cupiens, ſicut & tales qui ſuæ ſalutis atque pro-* C *feſſionis adeo ſunt immemores ſæpè conijcit, niſi ſpetis repulſiſq; improbi hoſtis ſuggeſtionibus atque conſilijs, ad Deum toto cordo recurrerint, eiuſq; in ſe maxima beneficia agnouerint, &c.* De quibus hic plura *conſequenter lectu conſideratuq; digna, apud ipſum vide Auctorem.*

Audi porrò & Parabolam ad iſta: Erat quidã diues in regione quadam, &c.] *Quandoquidem ſupra in noſtris Scholijs, cap. 2. in illud (*Attende tibi*) abundè vim & naturam Parabolæ expoſuimus, variaſq; eius acceptiones ibi ex alijs SS. Patribus retulimus; iſtud hîc ſolùm dixero, valde familiare eſſe noſtro Auctori, ſicut & reliquis Syris ac Palæſtinis, ad ſuos Sermones atque Paræneſes, ferè Parabolas iungere; vt quòd per ſimplex præceptum, nudamq; narrationem à Lectoribus vel Auditoribm teneri commodè nequit, ſaltem per ſimilitudinem retineatur atque exemplum, ſicut hoc iam loco, vbi dum negligentes Monachos, ſuæq; vocationis ac ſalutis immemores ex laqueis diaboli eripere, & ad rectã mentem, viamq; ſalutis reducere nititur; pulcherrimam hanc de Diuite illo & operarijs eius, Parabolam adhibet, quam & doctè accommodateq; ad ſuum hîc propoſitum explicat, applicatq;.*

Tunc præparat diues ille ſeruis potulenta, & inebriãs immorigeros ſeruos, &c.] *Hic pro (*τοῖς D ἑαυτοῦ παισὶν. *i. ſeruis ſuis) vt in tribus vel quatuor conformiter reperi mmſſ. in alio quodam Cod. perperam legitur,* τοῖς ἑαυτοῦ πᾶσι. *i. ſuis omnibus, &c. nam (*πᾶσι*) manifeſtè hîc Auctoris repugnat ſententiæ: non enim Diues ille omnes inebriauit, ſed eos duntaxat qui remanſerant cis fluuium, nolentes traijcere &c. quare hîc prorſus (*τοῖς παισὶν. *i. ſeruis, & non* πᾶσιν. *i. omnibus.) legendum.*

Dico autem diuitem illum eſſe Dominum Chriſtum, &c.] *Principium explicationis eſt totius Parabolæ. vbi in vno alio Cod. hic pro (*λέγω δὲ, dico autem*) reperitur,* ἔλεγεν δὲ, dicebat autem, *per imperfect. ſub alia perſona, ſed mendosè vt planè cenſeo. & quidem duplici de cauſſa, tum quòd in omnibus alijs exemplaribus Græcis hic legatur (*λέγω δε, dico autem*) ſub Auctoris perſona: tum quòd in tota hac Paræneſe & alijs, introducitur S. Ephræm, verba faciens rectã oratione, & non obliqua.*

Eum verò qui ex ebrietate ſe collegerat, & operari cœperat, hominem peccatorẽ, qui ex infortunijs, & calamitatibus ad ſe redijt, &c.] *Pergit explicare reliqua ad Parabolã propoſitã pertinentia. vbi iſta hic pars paullo aliter in alio Græco MS, ſic legitur:* Eum autem qui ex ebrietate ſe recolle- E gerat, & laborare inceperat, dico hominem peccatorem, qui cùm varios rerum caſus atque calamitates expertus eſſet, & per illas beneficia Domini agnouiſſet, è multiſque peccatis ad iuſtitiæ ſemitam redijſſe, voluntatem Domini operatus eſt: Piger verò ſeruus, &c.] *vbi plura explicationis gratia adduntur, quàm ibi.*

PARAENESIS VIGESIMA TERTIA,

De Nouitijs laborem fugientibus.

Nouitios in cœnobijs Monachos variè oppugnare ſolet inimicus: nam aliquibus odium & alienationem ſuggerit in labore atque exercitio manuum. Et quo pacto? Dicam diuina adiuuante gratia: Manè ſurgit frater, orationem ſibi facturus in cella ſua. Deinde arrepto opere, infert ei tunc honeſtatis inimicus dæmon cogitationem acediæ: & ſi obueniente acedia reſiſteret frater, ope- Acediæ Spiritus vt repellendus.

rando & ſe exercendo; tunc acediæ ſpiritum Diuinæ gratiæ auxilio repelleret. A Nam ingruente ipſi acedia, non reſiſtit ei per patientiam: ſtatim enim cogitationem laxans, incipit ſecum dicere: Hodie quaſi diſſolutum ac læſum eſſe me ſentio, & minus valeo. Quid igitur, quid inquam eſt agendum mihi? * Potius hodie otiabor, vt paululum meipſum reficiam; & cras opus meum perſequar, faciamque duorum dierum opus. Interea in otio verſatur frater per primum diem; ſubtrahitq; deinde opus vnius diei. Similiterq; poſtero die, honeſtatis hoſtis dæmon vehementiorem fratri circumfundit acediam quàm die præcedente; in memoriam ipſi præteritum reuocans diem, atque præſentem. Tunc ergo cogitationibus compreſſus frater, * euigilat, & opus ſuum dimittit. incipitque ſæpe opera quæ ad ipſum non ſpectant, quaſi ſua eſſent facere: aut etiam ex cella ſua * elici- B ens Monachum, efficit vt euagetur. Et in hoc improbus monachum tentat, ex ipſiuſmet ignauia atq; ſocordia. Alium porrò Fratrem aliter impugnat inimicus: cuius cauſſam auſculta, ac ſapiens eſto, & da gloriam ſoli ſapienti Deo: & vbi diceris, obſerua, tanquam rectè callens inſidias eius; vt non in laqueos illius incidas. Sicut enim leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui reſiſte fortes in fide. Alteri porrò Fratri præbet malignus promptitudinem ad opus, vltra quàm oportet; vnde auaritiæ morbus generatur. * indeque anima vulnerata, radice malorum omnium auaritia, efficit vt monchus manè ſumno * ſurgat, & ad veſperam producat opus plus quàm par eſt: ita vt ſi fieri queat, & precationem is, & Synaxim negligat, ſolique operi inſiſtat cauſſa auaritiæ. Signo verò ad Synaxim & officium dato, omniũ vltimus tunc frater occurrit, & ante omnes è con- C gregatione exire conatur. Hæc igitur ſciens, ſerua teipſum chariſſime: ne illicitorum errore adductus, propria firmitate excidas. Et ne protrahamus ſermonem neruis eius per auaritiam doſſolutis, & vigore ſucciſo, incipit rurſus improbus ſuggerere fratri. Tuncque frater non conſiderans diuexantem eum perturbationem, incipit dicere, incuſando opus: Tot * jam annos operor in benedictio hoc manuum opere, & neque mercedem refert ſicut oportet, niſi quòd laborem habeat immenſum. & ait: melius eſſe ceſſare, quàm mala agere: quare vado inquit, aliam vt addiſcam artem, vnde ſufficientem conſequi poſſim mercedem, & facilè quæ neceſſitatis meæ ſunt, acquirere; ſimiliter autem & iſte, per propriam ignorantiam à Sathana tentatur. Cæterùm vir ſciens atque intelligẽs, omnia cum modo atque prudentia operatur, & ſicut oportet: vt precibus & Synaxi ſuæ vacet, D oratioque fidei fortitudinem ipſi præbet, & gratiam in omni opere bono. Nam ſi occaſione operis, animum non ſubierit aliena cogitatio, & cogitatione quis non abreptus fuerit, ſiue auaritiæ, & inanis gloriæ, ſiue amoris ſui ipſius, & luxuriæ, atque inuidiæ, ſiue perfidiæ, & negligentiæ; ſiue * otij ac ſegnitiei, ebrietatis, & libidinis, inobedientiæ, & his ſimilium: Niſi aliquid inquam horum vitiorum quæ dicta ſunt, in anima proſeminatum fuerit, ac ſeruituti ſubiectus extiterit homo talium affectionum: non eſt cenſendum graue opus manuum monachi vrgentis quæ oportet, & quæ ſufficiunt. Sin verò aliquas ex paſſionibus ac perturbationibus iſtis anima concupierit, tunc accidit in homine illo, quod ſcriptum eſt: A quo enim quis ſuperatur, huic & ſeruus efficitur. Nam ſi propter teipſum operaris, vltra quàm cõueniat, ſuperaris. Cùm verò abundaueris, præbe indigenti in hilaritate: Hilarem enim datorem diligit Deus. Et rurſus: vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: E Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Dominus autem dirigat corda * noſtra in timore ipſius. Cui * gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

* al. otiabor in terra hodie, vt cras opus meũ, &c.
* al. ſurgit.
* al. educens.
1.Pet. 5.
* al. tuncque.
* ὀρθρίζειν, καὶ ἐψίζειν.
Signũ, ſeu pulſus ad Synaxim.
* al. Tantum laboro in hoc opere, &c.
* al. ſiue gulæ atq; ingluuiei.
2.Pet.2.
Iohan.8.
Rom.12.
2.Cor.9.
2.Cor.8.
Exod.16.
* al. veſtra.
* al. Ipſi gloria.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

De Nouitijs acediæ deditis, ac laborem opusq; manuum fugientibus hic agit; quos ex corpore ad laborem, ex negligentia ad diligentiam excitat: & ne ſpiritus acediæ, improboq; hoſti ignauiam atque deſidiam ſuggerenti, locum præbeant; ſed omni potius conatu illi reſiſtant, ingruentiq; acediæ

acediæ cogitationes mox à ſe repellant, & otio ſe nequaquam dedant, ſeriò hortatur. Deinde etiam quomodo omni ſtudio atque vigilantia varijs tentationibus & inſidijs diaboli reſiſtere ſemper oporteat, oſtendit, modumq; reſiſtendi proponit, &c.

Parænesis 23. De nouitijs laborem fugientibus.] *Pro hac inſcriptione, in MS. Vaticano, eſt:* [Parænesis de manuali opere, ſiue labore manuum,] *Et in MS. Cand. ſic:* [Quòd tœdio atque torpore quis affici non debeat, in opere ac labore manuum.] *Al.* [De his qui in lucta cum hoſte ſuccubuerunt. *& al.* Parænesis de his qui colluctationi hoſtis ſubacti ſunt.] *ſicq; in MS. Syrlet. Quæ omnes Inſcriptiones, bonæ ſunt & accommodæ, quadrantq; Argumento, de quo in Parænesi hic agitur,*

Nam ingruente ei acedia, ſi non reſiſtit; ſtatim cogitationem laxans, incipit ſecum dicere: Hodie, &c. *Pro quo, al ſic legitur:* Cæterùm in hoc ſuperatur frater obueniente acedia, quando ingruenti ei non reſiſtit per patientiam: ideoque ſuccumbunt. quin etiam mox cogitationem relaxans, intra ſe frater dicere incipit: Hodie vt perſiſtere in labore vellem nequeo, quòd me infirmum ſentiam,] *& al.* Hodie quaſi languidum, & eneruatum me ſentio, quia ægroto, *pro quo, al.* & minus rectè valeo. Quid igitur, quid inquam mihi agendum? Otiabor potius hodie, vt aliquantulum me reficiam, & cras me ad opus impellam. *& al.* otiabor interim hodie, vt refectus cras perſequar opus meum, &c.] *Vbi lectionis varietatem attende & concilia: ego quam meliorem, perſpicuamq; magis putaui, hic ſequutus ſum, atque repoſui.*

Interea in otio verſatur Frater per primum diem; ſimiliterque poſtero die dæmon vehementiorem ei circumfundit acediam, quàm die præcedente, &c.] *Hinc clarè quiuis perſpicit, quam periculoſus ſit acediæ morbus, quantaq; eius pericula à cacodæmone immineant, qui ſemel ſpiritui acediæ locum præbere, & ignauia atque otio diffluere inceperint: ſicut pluribus hoc eodem Tomo 2. etiam alibi demonſtrat Auctor, in Parænes. 28. De priuatione timoris Dei, & de negligentia.] ac Parænesi 42. De his qui propria cadunt negligentia. cuius initium eſt:* Frater, ſolitariam deſideraſti vitam, bonum appetiſti opus, ſi ad finem vſque ſeruaueris, &c.] *Necnon longè poſtea in Parænesi, ad monachum acediæ deditum. qui tentabatur vt rediret ad ſeculum. cuius principium ibi eſt:* Intrate per anguſtam portam, &c.] *Quò etiam faciunt, quæ Ioannes Caſſian. per capita 23. lib. 10. de Spiritu acediæ adducit, vbi non pauca cum his reperiuntur conformia. quemadmodum & apud alios alibi.*

Alteri porrò fratri, malignus promptitudinem ad opus præbet, vltra quàm oportet; vnde auaritiæ morbus generatur, &c.] *Aliæ dæmonis inſidiæ ac laquei deteguntur, quibus per auaritiam captare renuntiantium animas ſtudet, efficereq; (ſi fieri poſſit? vt etiam poſtpoſitis, neglectisq; precibus ac Synaxis officijs, ſoli manuali inſiſtant operi, & quidem cauſſa auaritiæ: ſicq; à ſummo mane vſque ad veſperam abſque ceſſatione opus ſuum pluſquam par eſt, priuati lucri gratia producant, &c. quos hic non leuiter monachos taxat, reprehenditq; Ephræm. De quibus, & apud Caſſianum vide lib. 7. de ſpiritu Phylargiriæ, per capita 31. ſed potiſſimum cap. 7. vbi quantorum malorum Philargyria ſit procreatrix, ac præſertim in Monacho ad proprium commodum Abbate inſcio, opus peculiare exercente, illudq; vendente, tractatur, ac poſtea quoq; cap 9. 10. 12. 21. 30. & c.] Contra quod genus hominum, etiam grauiter Magnus ſcribit Baſil. in conſtitutionibus monaſtic. cap. 35. cuius ibi principium eſt:* Debet autem pietatis cultor ab omni priuata rerum, quæ in materia conſiſtunt, poſſeſſione liber eſſe, &c.] *vbi aduerſus proprietarios Monachos tractat, & cur proprietas monachis vitanda ſit; & quomodo qui tales ſunt, Iudæ in hoc rectè adſimilentur, oſtendit.*

Tot iam annos operor in benedicto hoc manuum opere, &c.] *Verba ſunt Monachi incuſantis grauitatem & diuturnitatem operis ſui, & ſe ex illo dignam non recipere mercedem conquerentis, quare aliam artem magis lucroſam cogitare incipit, &c. Vbi in alio ſic legitur MS.* [Tanta in benedicto hoc operatus ſum opere, neque quantum oportet mercedis habet: quin potius laborem incredibilem continet atque infinitum, &c.] *ſicq; in alijs atque alijs exemplaribus mmſſ.*

Et rurſus: vt & illorum abundantia, veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui multum non abundauit, &c.] *Verba ſunt Apoſtoli 2. Cor. 8. vbi in alio Auctoris noſtri MS. alluſiua ſic:* vt veſtra abundantia, illorum ſuppleat inopiam, &c.] *ſicq; fortè etiam accommodatius, ad eius hic inſtitutum. Locus porrò Scripturæ hic notatus eſt, Exod. 16.*

PARAENESIS VIGESIMAQVARTA,

Quòd * *Diuerſimodè impugnantur, qui ſub obedientia viuunt.*

DIuerſimodè impugnantur qui ſub obedientia ſpiritalis patris cõſtituti ſunt; Nam ſi eos viderit inimicus carnalia ſapientes, ſuggerit ipſis cogitationes carnales, dicens: Recede à monaſterio, & negotiare aliqua in re * ad lucrum. Spiritali porrò viro opponit ſe aduerſarius

* al. De his, quę accidunt inter eos qui in cœnobijs viuunt.

* al. vnde tibi commoda, & vtilitates compares, &c.

improbus, per rectè facta, ſuggerens eiuſmodi, dicendo: In ſeculo, hæc ſeruilia A
opera exercebas, & comedebas ſicut animalia rationis expertia. Et qualis hæc
iuſtitia, operari & comedere? Ecce enim & per cibum excitatur tibi fornicationis
bellum: Et viciſſim niſi comedas, laborem ferre non potes. Quin *potius
huc veni, ingredere in eremum interiorem, & ſaluaberis: Domini enim eſt
terra, & plenitudo eius. Cæterùm ferramentum tecum paruum tolle, quo herbas
euellere poſſis, & comedere quemadmodum & antiqui ac primi Monachi
faciebant, qui etiam grati acceptique fuerunt Deo. Et quid neceſſe tibi eſt hic
deſidere, vbi ſcandala regnant, & obtrectationes, aliæque res quas non oportet
dicere? Quando autem exieris, & nihil iſtorum habueris; aliam addiſces
artem, vnde & ſufficientem emereri poſſis mercedem, vt etiam inopi atque
mendico ex tuis laboribus elargiaris. Tales ſuggerit malignus cogitationes B
fratri. Tunc ſuggeſtori reſpondet frater, dicens: Ecce diſcedam ab his qui hic
verſantur, ad quas tamen partes diuertam neſcio: vereor ne fortè egreſſus, ſi
locum non inuenero, iterum huc reuerti cogar. Cui aduerſarius: ſolùm ab his
diſcede, & locus tibi non deerit. Quem enim, inquit, deſeruit Dominus, vt te
derelinquat? quin & iureiurando affirma, te huc non reuerſurum. Quibus reſpondet
frater, dicens: Exſpectemus ad certum tempus; non enim iam tempus
idoneum eſt, quo nos hinc ſecedamus. Ad quæ aduerſarius: Et quomodo
ſuſtinebis ingruentes tentationes in loco iſto? Exiſtimansque frater ad maiorem
ſe profectum *trahi, aſſenſum cogitationibus præbet, quod omnibus deterius
eſt. Quemadmodum enim in pelago, nauis ſi * vel exiguum ipſi foramen
acciderit, niſi citò curata fuerit; ex modico illo, talis tantaque magnitudo vndis
maris facilè inuoluetur: Ad eundem modum etiam anima excipiens inſultus
hoſtium, niſi ad creatorem ſuum redierit. Sobrietate igitur & vigilantia, multaque C
humilitate opus eſt chariſſimi. Omne enim malum funditus deletur, *perfectæ
in Deum charitatis poſſeſſione. Frater ergo qui cogitationibus conſentit, &
vehementius ab ijs deinceps diuexatur, accedit ad Præfectum ſuum, ac dicit: Pater
abba, fac charitatem, & dimitte me: non enim queo amplius in cœnobio deſiderare.
Quæ audiens ſenex, incipit contriſtari, ac lugere vices fratris, quòd illuſus ſit:
cœpitque Senex conſolari & hortari fratrem dicens: Ego frater non dimittam te.
Cui verò fili dæmones audis, volentes te à fraternitate ſegregare, & dulci eorum
charitate? An ignoras frater, quòd ſi ex caula ouis non exierit; eam à feris non
capi? Sed dic mihi frater: num quis te fratrum contriſtarit, aut ego ipſe? Dic quæſo,
& ego te curabo in Domino. Et ſi quis te fratrum moleſtia iniuriave affecerit;
tolera, propter eum qui dicit: Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis D
legem Chriſti. Quorſum autem attendis erratis alienis? Teipſum potius purum
intemeratumque ſerua. Et ſi fortè moleſtus ego tibi fuerim, teſtis mihi ſcrutator
cordium eſt Dominus, quòd non ex aliquo tui odio, id ſim conatus: ſed potius
ſalutis animæ tuæ ſatagens. Atque iſta auribus quidem frater excipiens, interius
ſuis interim cogitationibus abſtrahitur. Similiter quoque & fratres cum interpellant,
dicentes: Ne deſeras nos frater, vnanimiterq; condolent ei. Quòd ſi perſuaſum
fratri fuerit, & acquieſcat: liberatur multis tẽtationibus atq; tribulationibus.
Quòd ſi adduci non poſſit, vt maneat; dicit Præfecto: Non propterea, ſed
ſolitarie viuere deſidero. Et ne in longum protrahamus ſermonem: niſi morem
gerat frater, recedit à confraternitate. Egrediensque monaſterio, in quo degebat,
circumſpicit ad dexteram, & ad ſiniſtram. Quòd ſi mundum ſpectarit, & in ſeculum E
reuerterit; occœcatus mente, dicit intra ſeipſum: Liberatus ſum à ſolitudine
vitę monaſticæ; ſuumque exitium arbitratur eſſe ſapientiam. Similis autem
talis eſt homini, qui ſumpta hydria ſua abijt hauſturus aquam, & tamen hydriam
aqua non impleuit: ſed reuerſus etiam vas confregit. Talis quoque eſt, qui ſpreta
gratia Chriſti Domini, denuò in mũdum ad vitam ſecularem ſe conuertit. Quòd
ſi piam frater, ac religioſam mentem obtinuerit, in interiorem *ingreditur eremum.
Contingit autem vt in ſenes quoſdam incidat, qui hoſpitalitatis virtutem
exercentes, fratrem cum gaudio excipiũt. Deinde interrogant, vnde *ô frater? At
ille. Huius ſum, inquit, cœnobij fratres. Et acedia circũfundente me in cœnobio,
ab eo exiui, nuncque inquiro vbi conſideam, & plangam peccata mea. Tunc quo-

que

*al. Quare huc potius age, &c.

*al. venire.

*al. ſi vel in minimo læſa fuerit.

*al. per charitatem in Deum perfectam.

Galat. 6.

Similia valde accommoda.

*al. progreditur.

*al. vnde eſt frater?

A que Senes illi cohortari fratrem incipiunt,dicentes:Potius ad tuum te confer cœnobium,
ô fili; &ibi cõquieſce. Ecce enim, vides quantis nos premamur anguſtijs,
in locis iſtis. Audiuimus *autem & à Patribus,bona eſſe cœnobia,maximeque iuuenibus.
Et ſi morem gerens frater,reuertatur ad locum ſuum, ibique quietam
amplectatur vitam: iam multas ac malas tribulationes effugit. Quòd ſi ſenibus
non paruerit: interiorem petit eremum, & paulatim fames eum affligit ac premit;
tuncque fratrem tœdere ac pœnitere incipit. quin & dæmones ipſum timore
atque ignauia exagitant,& dicunt:Bene cum fratribus tuis conſidebas, quis te diſturbauit,
atque * adduxit in eremum iſtam? Et cuiuſmodi cenſebitur iuſtitia,ſi
mala moriaris morte,in iſta eremo? Tunc magnum fratri incutiunt timorem atque
B terrorem,tormentaque multa in mente ipſius. Tuncque frater intra ſeipſum
dicere incipit,pœnitentia ductus:Bene mihi inter fratres meos verſanti erat. At
quis me ſeduxit?aut cuiuſmodi me dæmon decepit, vt ad eremum hanc horribilem
exirem? vbi feræ inhabitant multæ,malæ aque terribiles. Quid porrò agam
miſer,ſi in manus Barbarorum incidero?ne fortè & in latrones incurram; aut etiam
fera aliqua praua occurrat mihi: quin & dæmonia multa in locis iſtis reperiuntur.
nam locus,inquit,deſertus eſt. Et quomodo ergo ſolitariè potero habitare
in eremo iſta? vbi aſſiduè ſpiritus ſunt immundi: præſertim verò cùm ego inter
plures fratres degere conſueuerim. Reuera autem niſi ſobrium ſe ac vigilantem
præbuerit, qui vitam ſolitariam in eremo agit, citò etiam mentem deperdet
quemadmodum & multi id perpeſſi ſunt. Deinde poſt eiuſmodi cogitationes,
incipit ſecum frater dicere: Eamus habitatum apud fratres,ſolitariam vitam quietè
C ducentes. Poſtea ad ſolitarios,frater accedit: Excipiuntque eum fratres in
pace,tribuunt ei cellam inter ipſos,& aſſumunt ipſum in Domino; offerentes ei
quantum poterat manus ipſorum. Deinde confidens frater in cella ſua, ait intra
ſeſe: Paululùm nos operari oportet, vt inueniamus quo alamur. Et rurſus,
quid agam: quoniam opificium huius loci nondum didici? Et poſt aliquot dies,
vbi opificij rationem didicit,incipit deinceps diſtrahi,& conflictari, quippe qui
ſolitariam vitam degat. Quemadmodum enim ſolitariam vitam ducere ſolito,
difficilis atque moleſta videtur vita cœnobitica: Ita ei qui in cœnobio viuere
conſueuit, moleſta apparet vita ſolitaria. Omne porrò lignum à * proprio
agnoſcitur fructu; Et laboribus deditus, ex * iuuenture ſua. Incipit deinde frater,
ſæpe diſtractionibus tentus,pœnitentia duci,ac dicere: Ecce diſtrahor vndique,
& neque horarias preces meas perſoluere poſſum, cum cogitationibus quotidie
D dimicans. Cùm verò in cœnobio verſabar, ab omnibus iſtis liber eram: at cura
omnis mea erat in Synaxi ac precibus,& exiguo manuum penſo perſoluendo. At
nunc quid agam miſer? nam propter mea peccata,iſta mihi euenerunt:quia enim
immorigerum me Patris admonitioni præbui, ecce multæ tribulationes conſtringunt
me. Praua enim admodum inobedientia, Adamum ex paradiſo eiecit:
& me ex monaſterio meo. Et poſt hoſce ſermones, accidit fratrem duplici
ferri cogitatione, tum bona, tum mala: quarum mala, ei ſuggerit eiuſmodi, dicens:
Ecce & cœnobium probaſti,& eremum expertus es;& ſi ad cęnobium redieris,
pudor tibi erit,& dedecus:neq; verò iſtud ſolùm: quin & in cœnobijs oppreſſiones
regnant,ac ſcandala plurima. Rurſusque in eremo iſta,terrores ſunt varij,&
labor immenſus: immo potius hinc digreſſus in mundum abi: nam & ibi inquit,
ſi Deum timere volueris,ſaluaberis. An putas ſolos eos, qui in eremo verſantur,
E ſaluari? Cæterùm ſi ſapuerit frater, reſpondebit * cogitationi eiuſmodi,dicens:
Si in eremo,vbi magna eſt quies atque tranquillitas,non permiſeris me conquieſcere:
quæ non mala aduerſum me excitabis, ſi in mundum abiero? Hæc quippe
ſuggerit inimicus, volens ipſum * reflectere velut canem ad proprium vomitum.
Nam ſi frater cogitationi conſenſerit, illicò in mundum inimicus abigit eum.
Sin verò fratris anima concupierit ſalutare Domini; dabit ei Deus cogitationem
bonam,in ſemitam iuſtitiæ. Talia igitur ſunt cogitationis bonæ propugnacula.
Ecce,inquit,& cœnobia probaſti,& eremum expertus es. Proba igitur cogitationem
tuam: & vbi vides in bonum ædificari animam tuam, ibi perſiſte. Quòd ſi
etiam hiſce in locis quietam degere vitam volueris,ſicut & cæteri fratres, qui ibi

*al. Etenim à Patribus intelleximus.

*al. incitauit, induxit, atque perſuaſit, vt &c.

Similitudo ex contrarijs.

*al. ex proprio.

*al. in iuuentute ſua.

Gen. 3.

Duplicis cogitationis tentatio.

*al. reſpondebit ei dicens.

*al. in ſuam adducere ſententiam.

reſident propter Dominum; nequaquam te Dominus noſter Ieſus Chriſtus deſpi- A
ciet: ſed ipſe tui curam geret, † ſolùm in timore Dei verſare. Sin autem & ad cœ-
nobium redeundi fuerit animus, hoc etiam melius eſt. Caueaſque tacita mentis
cogitatione tecum dicere: Ad fratres meos reuerti erubeſco: reputabunt enim
me, ſi ad eos rediero, tamquam impatientem, & labores eremi ferre nolentem;
imò inſtar ſegnis alicuius ac pigri militis à belli acie profugientem. Verùm non
ſic mi frater, non ſic: ſed tu potius, velut probatus pugil, quod dictum eſt ab Apo-
ſtolo, † expleſti & effeciſti. ait enim: Omnia probantes, quod bonum eſt tenete. En
tu vtrumque exploraſti atque tentaſti, hoc eſt, ſolitarium, & cœnobiticum vitæ
genus. Inueniſti bonum & iucundum eſſe, fratres habitare in vnum. quemadmo-
dum ſcriptum eſt: Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi munita atque excelſa ciui-
tas: nam fundati regni inſtar, fortis eſt ac potens. Quibus compunctus frater, ad B
cœnobium reuertitur. Suſcipit eum Præfectus cœnobij, cum fratribus, prompte
atque libenter. propter illum qui dixit: Suſcipite ac ſuſtinete infirmos, attribuit-
que ipſi cellam. Et aliquot poſt dies, fratre in ſua conquieſcente cella, incipit ma-
lignus talibus † exagitare fratrem, atque ſuggerere ipſi, dicens: Iterum ad antiqua
veniſti? Nonne tibi ſolitudo ſufficiebat, libertaſve eremi? vbi neque quid noxium
cernebas, neque ſcandalo afficiebaris, neque etiam aliquid † cum aliquo loqueba-
ris. Et tantopere rurſus dæmones exagitare ac diuexare atque perturbare fratrem
incipiunt; vt ſi fieri poſſet, etiam parietibus monaſterij effractis effugeret. Vſque
adeò turbatur cogitationibus à malo dæmone immiſſis, qui eum volens adhuc
è cella retrahere, tædium illi in exiguo opificio inijcit. Cæterùm prudens ſi eſt
frater (quemadmodum ſcriptum eſt: Prudentes eſtote ſicut ſerpentes, & ſimplices
ſicut columbæ.) reſiſtet illis, dicens; Ne me illuſeritis operarij iniquitatis: quoni- C
am conſilium veſtrum ego non tolerabo, cùm illud veneno ſit plenum. Auſcul-
tans quippe vos, prima vice egreſſus ſum monaſterio, exiſtimans me ad maiorem
profectum abire. Et † cella quidem exiui, ſed vtilitatem mihi non † retuli: immò
cognoui quòd omnes vię veſtrę ſint tenebræ, & qui in eis ambulat, in tenebris iter
faciat. Ego autem ab hoc tempore, me ipſe putabo ſeruum cuiuſpiam, qui huc
profectus, me huius monaſterij Præfecto commendarit, in quo habito: ideo non
ſum mei iuris. Et ſuper modico manuum opere, quid me diuexatis atque affligi-
tis? Numquid ego ſum melior hominibus ſecularibus, qui quidem non ſolùm
de die, ſed etiam de nocte operantur, ſatagúntque eorum quæ ſunt vxoris, & libe-
rorum, & cellæ, & † pretij conductæ domus? me verò ab omnibus iſtis liberauit
Chriſtus: quia iugum ipſius ſuaue eſt, & onus eius leue. Propterea declinate à me D
maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Quoniam ipſi gloria, in ſeculorum
Amen.

† al. ſi ſolùm in timore Domini verſeris.

† al. exple & effice.

1. Theſſ. 5.

Pſalm. 132.

Prouerb. 18.

Matth. 10. & Rom. 14. 15. & 1. Theſſ. 5.

† al. diuexare fratrem, talia ei ſuggerens, dicenſque.

† al. aduerſus aliquem.

Matth. 10.

† al. monaſterio.

† al. inueni.

† al. & domicilij.

Matth. 11.

Pſalm. 118.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

HAc ſua Parænеſe, oſtendit Auctor diuerſimodè impugnari ab hoſte illos qui ſub obedientia in monaſterijs viuunt; peſſiméq; ſibi conſulere eos, qui ſua ſolius potius conſilia quam ſuorum Superiorum ſequuntur, proprijſq; ſe abduci cogitationibus ſinunt. vnde in multas ſæpe tentationes laqueoſque diaboli incidunt, quibus ſemel implicati atque conſtricti, non facile ſe illis liberant, ſed magis in deterius vergunt, viam pietatis atque religionis deſerentes, & fraternitatem cum inſtituto ſuo monaſtico relinquentes, ac ad ſeculum redeuntes, vel etiam ſolitudinem relicto monaſterio cogitantes, &c. Quare tales hic hortatur, ne callidis inimici ſuggeſtionibus atque tentationibus vllatenus locum præbeant: ſed ad mentem redeant, ſéq; totos Deo offerant. commendentq;, ac poſtliminio ad fratres, monaſteriumq; vnde exierant reuertantur, ac vitam Deo gratam viuant, &c.

Parænеſis 24. quòd diuerſimodè impugnantur qui ſub obedientia viuunt.] *Ita eſt in duplici MS. Syrlet. Pro quo, in Cryptafer. ſic:* De his quæ contingunt inter eos qui in cœnobijs viuunt.] *& in Codice Cand.*] Quòd non oporteat propria ſequi conſilia, nec ſuis abripi cogitationibus.] *At in MS. Vatican. talis eſt inſcriptio:* [Parænеſis in Fratrem qui è monaſterio exiuit, & iterùm poſtliminio reuerſus eſt.] *Conueniuntq; omnes iſtæ Inſcripti*

A ones hic inſtituto Auctoris, cùm & de ſingulis hac ipſa Parænese ſparſim agatur, magis tamen vel minus.

In ſecula hæc ſeruilia opera exercebas, & comedebas, &c.] *A Cœnobio ad ſolitudinem abducere callidè conatur Dæmon, vtiturq́; hoc Argumento: Quod hic agis in monaſterio, agebas etiam in ſeculo: opificium ſcilicet exercebas, & edebas vt animalia rationis expertia, &c. abi igitur in ſolitudinem, vbi ſine cibo viuas, omiſſoq́; opificio te totum contemplationi dedas, &c.*

Et viciſsim niſi comedas, laborem ferre non potes, &c.] *Eſt continuata hæc oratio cum verbis proximè præcedētibus, & vnica ratiocinatio atque dilemma eiuſmodi: Si comedis, vitam beſtialem agis; ſi non comedis, non fers laborem: ergo abi in ſolitudinem, vbi non ſit neceſſe laborare, neque comedere, &c. atque hæc ſunt argumenta quibus cacodæmon ſubdolè perſuadere conatur Monacho, vt ſuum relinquat monaſterium, inſtitutumq́; monaſticum, &c.*

B Ecce diſcedam ab his, qui hic verſantur, &c.] *al.* ἐλλειπτικῶς, *& ad verbum ſic:* [Ecce ab his qui hic ſunt recedo, & in quas me partes conferam ignoro: ne fortè dum hinc egreſſus fuero, & locum non inuenero, huc iterum poſtliminio reuertar, &c.] *vbi etſi lectio videatur eſſe germana, & formula dicendi fortè Syris familiaris, & elliptica; ſicut etiam vbi eſt:* (μήποτε ἐξελθόντος μου, *id eſt; ne fortè hinc egreſſus, &c.) tamen maioris perſpicuitatis gratia, melius hic expreſſius legendum, adhibendo verbum* ὅρα, *vel* δέδοικα *ante* μήποτε, *vt Latinè reddatur,* vereor ne fortè egreſſus, ſi locum non inuenero, iterum huc reuerti cogar.] *vt hic in translat. repoſuimus. niſi quis fortaſſe hic pro* ἰδοὺ ἐξέρχομαι, *legendum cenſeat,* εἰ τῶν ὧδε ἐξέρχομαι, *ſi ab his qui hic degunt egreſſus fuero ac poſtea pro* (μήποτε, *ne fortè*) εἰ μὴ, *niſi fortè, &c. hoc modo:* Si hinc ego abiero, in quas me partes recipiam neſcio; niſi fortè poſt egreſſum, ſi locum non inuenero, iterum huc redeam, &c.]

Quemadmodum enim ſolitariam vitam ducere ſolito, difficilis videtur vita cœnobitica: ita ei qui in cœnobio, moleſta apparet vita ſolitaria.] *Quid differat ſolitaria vita à cœnobitica; quidq́;* οἱ μονάζοντες ἀπὸ τῶν κοινοβιτῶν, *non obſcurè hic indicat. quam etiam differentiam plenè Caſſianus ponit,* C *in collat. 18. capite 5. ſub fin. & eadem 18. collat. cap. 10. in Reſponſ. ad Interrogat. quid interſit inter Cœnobium & monaſterium, vbi iſta ex profeſſo tractantur, & apud alios alibi.*

Ecce diſtrahor vndique, & neque exiguas horarias preces meas perſoluere poſſum, &c.] *Vbi in Græco eſt:* ἰδοὺ περισπῶμαι πάντοθεν, καὶ οὐδὲ τὴν μικράν μου σύναξιν εὑρίσκω βαλεῖν, *&c.] Nomine enim* τῆς συνάξεως, *hic per metalepſin appellare videtur ſtatas precationes, & officium diuinum quod in illis conuentibus potiſſimum decantabatur: & hoc loco ad priuatas quoque transfertur precationes, &c. ſicut examinando comperies.*

D

PARAENESIS VIGESIMAQVINTA;

Inuaſio atque impugnatio hoſtis, in tranſgreſſores.

SVGGERIT fratri cogitatio: Tot iam annos in hoc ſancto loco degis, inſeruiens Chriſto Domino; at nunc conſenuiſti, nec ſufferre poteris amplius regulas loci iſtius: nam caro tua debilitata eſt, neque vires tibi vltra ſuppetunt faciendi quidquam † ſperneriſque deinceps à paruis & magnis; & propter ſenium tuũ requie indiges. Age igitur, inde egredere, & in vno aliquo reſide loco, atque quieſce: & ſiue ex charitate, ſiue ex qualicumque alia occaſione, Deus tibi victum mittet. Quæ enim tibi impendet neceſſitas, vt etiam miſerè cauſſa victus tui, improperia ſufferas? Quid porrò & cibus tuus eſt; quod ita quotidie etiam praui inſtar ſerui defatigeris atque affligaris, ſuſtineaſque minoribus te ſubijci? Hæc atque alia eiuſmodi, improbus hoſtis Seni ſuggerit, volens à fraternitate ipſum poſt tot tantoſque annos abſtrahere, & loco, in quo conſenuit, dimouere, eumq́ue impatientem tempore ſenectutis ſuæ † demonſtrare. Et ſi cogitatione ſenex facilior leuiorque fuerit, mox & veſtigio obedientem ſe improbo conſultori præbet, & exagitatur ab ipſo, ſicut ſarmentum ac ſtipula à vento agitata: Sin autem ſenex cogitatione perfectus ſit, eum de loco tranquillitatis non dimouent; neque ipſum † vincunt, tamquam aliquem catena vinctum. Non enim præualent cogitationibus pijs; nam & ijs reſiſtit ſenex, dicens: ne ſenectutem meam irriſeritis improbi dæmones: non enim prauas veſtras cogitationes atque conſilia ignoramus. Nam ſi in iuuentute mea patienter labores pertuli: multò magis nunc ſuſtinebo, quando tempus reſolutionis meæ inſtat, vt

† al. contemptuique deinceps ibi eris paruis ac magnis.

Improbi hoſtis ſuggeſtiones, & tentationes.

† al. reddere.

† al. ſuperant.

ſim

ſim cum Chriſto. quemadmodum & vos mihi conteſtabamini : conſenui enim,
& caro mea infirmata eſt, quò igitur abibo ? Senex quippe aliud exſpectat nihil,
2.Mach.6. niſi vt hac liberetur vita, ac diſſoluatur: & adhuc vt ignauiæ forma reddar atque
exemplum, & non patiẽtiæ, ſuadetis? Si enim ſenex Eleazarus, dum incendij ſupplicijs
torqueretur, non eſt mutatus mente, vnde & iuuenes ætate, huius patientiam
reſpicientes, contempſerunt tormenta quæ videbantur, viceruntque tyranni
2.Mach.7. Septem ſancti pueri: quid igitur ego? Atque ita diabolicas cogitationes diſſipat, ſi
in eadem voluntate ſententiaque permaneat, diuina adiuuante gratia. moriturq;
in loco, vbi conſenuit, referens coronam gloriæ, & à Domino audiens: Euge ſerue
Matth.25. bône, & fidelis: in paucis fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam; intra in gaudium
†al. Cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Domini tui. Cui gloria † & imperium, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: nũc
& ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

INuaſio atque impugnatio hoſtis, &c.] *Variat & hic Titulus ſiue Inſcriptio: nam in MS. Vatican. eſt:* [Quo pacto honeſtatis inimicus Dæmon ſe opponit ijs qui iam conſenuerunt in cœnobijs, & dicit: Tot iam annos agis in hoc loco, &c.] *Loco cuius, in alio Cod. ſimpliciter abſque addit. reperitur:* Paræneſis 24. & al. 25.] *In Candiano autem MS. eſt:* De acedia, & patientia Senum.] *At in antiquiſſimo MS. Cryptafer. reperitur ac legitur hic:* [Sancti Stephani iunioris, de his quę accidunt ſenibus. eiuſdem Paręneſis 24.] *exiſtimo autem Stephanum illum iuniorem eſſe eum, cuius mentio fit in Romano Martyrolog. quarto Kalend. Decemb. ibi:* Conſtantinopoli, Sanctorum Martyrum Stephani iunioris, & Sociorum trecentorum, & triginta nouem Monachorum, &c.] *quorum etiam Zonaras meminit, in 3. part. annal. in Conſtantino Copronymo, ſub quo paſſi ſunt. & Damaſcenus ex editione Billiana, nec non Cedrenus in compend. anno 25. eiuſdem Imper. ac Ioannes Epiſcopus Hieroſolymit. in vita S. Ioannis Damaſceni alijq; alibi.*

Et ſi cogitatione Senex facilior leuiorque ſit, mox obedientem ſe improbo conſultori præbet, &c.] *Alia lectio ſic:* [Et ſi leuis animi mentiſque ſenex fuerit, ſtatim & è veſtigio tranſuertitur, & expellitur à malo dæmone.] *al.* [cogitatione dimouetur atque traducitur ab ipſo, inſtar ſtipulæ à vento agitatæ, &c.] *atque ideo impij hoſtis ſuggeſtionibus, prauiſq; eius conſilijs monet Auctor quocunque tempore fortiter reſiſtendum, & in bonis vitæ inſtitutis ad finem vſque perſeuerandum, &c.*

Sin autem Senex cogitatione perfectus ſit, eum de loco tranquillitatis non dimouent, &c.] *In duobus alijs mmſſ. Græc. pro* (οὐ μεταφέρουσιν αὐτὸν τοῦ τόπου τῆς ἡσυχίας, *vt hic*) *reperitur:* οὐ μεταφέρουσιν αὐτοῦ τὸν τρόπον τῆς ἡσυχίας, *id eſt, non transferunt atque diſturbant eius modum ac rationem quietis*] *& al.* αὐτὸν τοῦ τρόπου τῆς ἡσυχίας. *non dimouent ipſum à modo quietis.*

PARÆNESIS VIGESIMASEXTA,

De † tranſmutatione loci in locum, &c.

†al. de Fide, Paræneſis 25.

FIDES, mater eſt bnni omnis operis, & per ipſam quis acquirit repromiſſiones
Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. quemadmodum
Heb.11. ſcriptum eſt: ſine fide autem impoſſibile eſt placere Deo.
Fertilis porrò poſſeſſio eſt diabolo infidelitas, quæ operis omnis
mali eſt mater: quippe ex qua duplicitas animi naſcitur, quæ eſt
Iacob.1. inordinatio atque confuſio. Vir autem † duplicis animi, inquit,
†al. duplex animo. inſtabilis eſt in omnibus vijs ſuis. Si ad eremum exierimus, in eremo non quieſcũt
†al. in eremo degunt. pedes noſtri: Et ſi ad loca quæ habitantur; eos qui † eremum ſequuntur, felices prædicamus.
Gal.6. Fratres, niſi ſeminauerimus, quomodo metemus ? Et fructus largitori
fructuum non offerentes, quomodo fructum ferre poterimus ? Tribulationem
non ſuſtinentes, quomodo refrigerium adinueniemus ? In eremo patienter non
perſeuerantes, quo pacto mercedem peregrinationis noſtræ recipiemus? Inopiam
& anguſtias non ſufferentes, quo pacto veras diuitias reperiemus ? In contumelijs,
†al. & triſtitijs atque moleſtijs, & contemptionibus, &c. & † plagis, atque contemptionibus non acquieſcentes: quo pacto veſtigijs
Domini Chriſti inſiſtemus ? Sub obedientia ſeniorum eſſe in Domino non

A non ſuſtinemus: ſed ex loco in locum alium tranſimus. Primùm verò debet quis ex proprijs perdiſcere cogitationibus, cur, & quam ob cauſſam velit proprium deſerere locum in quo habitat; ne forte laborem effugere cupiens, interiorem petat eremum, arbitrans leuiorem ſe in eremo inuenturum locum. ne rurſus ab honeſtatis inimico dæmone, liuore atque inuidia vulneratus angatur; quippè quòd alius frater in ijs rebus quæ cernũtur proficiat, ipſe verò non ſit honoris gradum ac dignitatis adeptus, & huius rei gratia relinquere vult locum. ne † laborem fugiens virtutum, aut ſub obedientia in Chriſto viuere detrectans, ſolitudinem petat. neue terrenam hæreditatem perſequens, ſuum deſerere velit locum: nam cogitationes iſta patefaciunt. Si ergo exquiſiuerimus ac perſcrutati ſimus; B cognouerimusque diuexantem nos perturbationem ac paſſionem animi: eam minimè ſequamur; ne in manus improborum incidamus dæmonum, in locis deſertis & inaquoſis. Examina igitur teipſum ſtrenuè, an planè ſecundùm Deum in veritate accidat res, & non conſilio atque propoſito deprauato: Nam qui non cum conſilio ac deliberatione rem agit, ſimilis eſt talis viro † volucres ſuis pedibus perſequenti, & imprudenter quæ ad ipſum pertinent agens. Conſilium autem bonum, mandata † Domini obſeruat. Et quid ad iſta dicere oportet? Sobrietate ergo & vigilantia opus eſt, chariſſimi. Accidit porrô, vt † & rectè iuſteque factorum prætextu, fratres oppugnet inimicus. Et ſi conſenſerit condeſcenderitque frater, vt à loco ſeparetur; machinatur inimicus ipſum aliquo in loco ſuis laqueis carpere. Sin verò homines vos acerba quadam æmulatione perſequantur, aut communicare operibus cogant alienis, in quibus non ſibi complacet Deus, & ad alium C confugimus locum; fiduciam habeamus ad Deum. cùm Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus dixerit diſcipulis ſuis: Quòd ſi vos perſecuti fuerint, ex hac ciuitate, fugite in aliam. At de non oberrando, ait rurſus Saluator: Nolite tranſire è domo in domum. Et iterum: in quamcumque ciuitatem ingreſſi fueritis, ibi manete. Si porrò noſtram explere voluntatem voluerimus: quæ iſta erit virtus? Sin autem Prǫfecti nos ſepararint, locum prǫbeamus: reſiſtamus autẽ Diabolo magis; Sic enim agebat Dauid alienigenas oppugnans, dũ à facie Saul declinabat. Si ergo rectè in eremo quieſcas, & diuexarit te cogitatio, vt ad loca quæ habitantur te transferas † reſponde ei bellum mundi, & quæ aliquibus ibi degentibus eueniunt. Sin verò bene in cœnobio quieſcis, teque conturbarit cogitatio, vt eremum ingrediaris: † reſponde ipſi bellum atque moleſtiam eius. Quòd ſi ſolitariam vitam probè degas, ac te moleſtarit cogitatio, vt in plurium fratrum conD uentum ac cœtum introeas: reſponde ipſi certamen cœnobiorum, ac præterea retributionem. Et ne imprudenter noſtris abripiamur cogitationibus: non enim nouimus, quid expediat nobis. quemadmodum ait Sapientia: Non te extollas in cogitatione animæ tuæ: ne † abripiatur velut taurus anima tua. Frondes tuæ comedentur & † fructus tuos perdes, & relinques teipſum vt lignum aridum in deſerto. Salus autem eſt in multo conſilio. At ſæpe vis dicere, te propter ſcandala, & obtrectationes, inde fugere velle? feras æquo animo, ac tibi conſilium dabo. Cupis fugere ſcandala, & obtrectationes? obſtrue os tuum in Domino; & auerte oculos tuos ne videant vanitatem: atque ita vtrumque vinces, & detractionem per ſilentium, & ſcandala per cuſtodiam oculorum. Nam ſi iſta non vicerimus: quocumque abierimus, in nobis portabimus à quibus oppugnemur. Hos vince chariſſime, & habebis requiem vbicumque reſederis. Cæterùm freE quens vis dicere: cognita cunctis eſt fratribus mea ad conuerſionem difficultas, atque negligentia, & ideo non amplius habitare queo in loco iſto: Nam quamuis ego virtutem deſiderem, homines tamen quibuſcum habito, ijdem ſunt. Audi ergo chariſſime: tu bonum fac, & videbis quòd Dominus conſcientiam tuam curabit, fratrumque tuorum, in ijs quæ ad te pertineant. Nam ſi diſcedere vis, quia nota eſt fratribus tua ignauia: illud eſt fugere velle dedecus, & eos quærere, quibus non ſint noti praui mores tui, vt apud eos bene audias, nec ſit memoria defectus, & imbecillitatis tuæ prioris. Cùm dicat Propheta Improperium exſpectauit cor meum, & miſeriam. Valdè enim conducit, opprobrium, & deſpectionem ab hominibus ferre, propter Dominum, ad

purga-

†al. pugnam.

†al. volatilia pennata.

†al. Chriſti.

†al. vt etiam per rectè iuſteque facta.

Matth. 10.

Matth. 10. Mar. 6. & Luc. 9. 10.

1. Reg. 18. 19. 20. 21. &c.

†ſ. oppone ei.

† ſ. obijce ipſi.

Cogitationum diſtractio vitanda.

Eccl. 6.

†al. diripiatur.

†al. labores tuos.

Scandala vt vitanda, & obtrectationes.

Pſalm. 68.

Pſalm.35. purgationem peccatorum. Fidemq́ue illius tibi faciat Propheta, dicens: Quoniam
Ibidem. in humilitate noſtra memor fuit noſtri Dominus: & redemit nos ab inimicis
noſtris. Sed vbi te petit, qui ex aduerſo inſurgit, reluctare ac reſiſte inimico; vt quibus
tui defectus & imperfectiones notæ ſunt, ijs quoque tua rectè facta manifeſtentur:
atque in eo magnam à Domino referes gloriam: Ipſo Saluatore noſtro Ieſu
Matt.19.20. Chriſto dicente: Et erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Ex quo enim die,
Ab exemplo, & vſu practico. ſordida veſtis lota eſt, non amplius cum immundis ſeponetur: At ſi quis inuidia
atque æmulatione praua ductus, veſtem mundam appellarit ſordidam, non credetur
Pſalm.50. ei. nam forma atque aſpectus veſtimenti coarguet eum: Lauabis enim me,
(inquit Scriptura) & ſuper niuem dealbabor. In aduerſarios porrò tuos, & qui
mentem ac cogitationem tuam rurſus ad antiqua ſtudent conuertere mala, etiam
Hab.2. ait Scriptura: Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians; vt aſpiciat
nuditatem eius. Velut qui relinquunt iter rectum, vt ambulent per vias tenebroſas:
Prouerb.2. qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis; quorum viæ
peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum: vt longè te faciant à via recta, & alienum
Prou.2. iuxta LXX. à iuſto conſilio. Ideo dicit: non comprehenditur ſub annis vitæ. Nam ſi per ſemitas
ambulaſſent bonas: inueniſſent vtique ſemitas iuſtitiæ planas ac faciles. Boni
erunt habitatores terræ, ſimplices autem relinquentur in ea. Semitæ impiorum,
Pſalm.36. ex terra peribunt: & iniqui expellentur ab ea, Fili, ne mearum obliuiſcaris concionum:
Prouerb.3. verba autem mea retineat cor tuum. Quoniam Deo noſtro gloria: nunc &
ſemper, & ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

HVius quoque Argumenti eſſe videntur, quæ S. Baſilius Magnus tractat contra inſtabilitatem quorundam Monachorum, qui frequentibus locorum demutationibus gaudent, in ſuis Monaſticis conſtitutionibus cap. 10. *quod incipit:* [Atque illi etiam deuitandi ſunt, qui inſtabiles identidem locum demutant, & modò ad hos, modò ad illos fratres ſe conferunt, &c.] *Vbi ſimul & inſtabilitas reprehenditur, & quomodo deuitandi qui tales ſunt, quæque ex eiuſmodi leuitate & inconſtantia gignantur vitia, dilucidè oſtenditur, ſicut & alibi pluribus in locis apud eumdem. De quibus & Caſſianum lege, collatione 19. de fine Cœnob. & Eremit. cap. 3. 10. 11. 13 14. &c. item collatione 24. in Reſponſione de illuſione diaboli, eo quòd vaſtioris ſolitudinis requiem repromittat, capite 19. ac alibi ſæpe. & apud Ephræm in ſuperioribus huius 2. Tom. Parænesib, ac poſtea in Parænese 42. & al. 43; quæ fit ad Monachum qui ſuum deſeruit monaſterium, & de Pœnitent. cuius initium eſt:* [Sub Obedientia ſpiritalis Patris conſtitutis, ſuggerit inimicus dicens: Diſcede hinc, & priuatim habita, vt quieſcas magis, &c.] *ſparſimq́; alibi apud eumdem ſæpè, etiam Tomo 1. & 3.*

Paræneſis 26. de tranſmutatione loci in locum.] *Ita ſe huius Paræneſis habet inſcriptio in Cod. Vatic. & al.* [à mutatione loci in locum.] *vt in MS. Sfortiano. al.* Ad fratres tranſeuntes: atque degenerantes à loco in locum.] *& ſic in Codice Græc. Syrlet. In Candiano autem MS. inſcribitur:* [De Fide, & patientia.] *Et in Cryptæferat.* [De Fide Paręneſis *25.*] *cui reſpondet etiam hic principium:* [Fides, Mater eſt boni omnis operis, &c.] *Sed priores inſcriptiones magis argumento præcipuè hic tractato reſpondent.*

Non te extollas in cogitatione animæ tuæ; ne abripiatur velut taurus anima tua. Frondes tuæ comedentur, & fructus tuos perdes, &c.] *Locus eſt Sapientiæ Syrach. cap. 6. vbi in vulg. paullo aliter ſic legitur:* [Non te extollas in cogitatione animę tuæ, velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam, & folia tua comedat; & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo,] *Auctoris autem noſtri lectio, quaſi per omnia hic concordat cum noua Græca editione 70. niſi quòd ibi eſt:* [Folia tua comedes, & fructus tuos perdes, &c.] *hic autem:* [folia tua ſeu frondes tuæ comedentur, & labores tuos perdes,] *quamquam tamen vtroque modo, & τοὺς κόπους labores, & καρποὺς fructus, hic in alijs atque alijs mmſſ. legatur apud S. Ephræm Quod verò in vulg. legitur:* velut lignum aridum in eremo.] *ſciendum eſt, illud* (in eremo) *nec in noua edit. 70. neque in vllo Græco Codice noſtri Auctoris hic reperiri.*

Ex quo enim die, ſordida veſtis lota, non amplius cum immundis ſeponetur, &c.] *Vbi pro* (ἀφ' ἧς γὰρ, ex quo enim die) *in alio MS. habetur,* ἀφῆς γὰρ τὸ ῥυπωθὲν ἱμάτιον, *ſ.* puluere enim contaminata veſtis, &c.] *vt fort. ſit adluſio ad puluerem, quo paleſtritæ poſt vnctionem inſpergebantur, ſed vt in vt corpora ceromate & ſudore lubrica, mutuas luctantium præhenſiones admitterent, &c. magis*

A *magis euidentibus ac certis verſemur, mihi planè hic videtur legendum, ἀφ' ἧς, à quo die, ſub intelligitur enim τῆς ἡμέρας. cum & hic ſimpliciter de veſte ſordida & lota agatur, qua ſignificetur verus pœnitens recuperare etiam bonam exiſtimationem, &c.*

Ideo dicit ſcriptura: non comprehenditur ſub annis vitæ, &c.] *ac ſic in emendata editione Græc. iuxta LXX. ὑπὸ ἐνιαυτῶν ζωῆς. ſub annis vitæ. q. d. non viuet vita illa ſempiterna & beata. Locus eſt Prouerb. 2. ſecundùm LXX. vbi tamen in vno aut altero Græco exemplari S. Ephræm, hic etiam legitur, ὑπὸ ἐνιαυτὸν ζωῆς, ſub anno vitæ, &c.*] *Quod autem poſtea ex eodem Prouerbiorum capite hic additur:* Boni erunt habitatores terræ, ſimplices autem relinquentur in ea, &c.] *in edit. 70. paullo aliter ſic legitur:* Quoniam recti inhabitabunt terram, & ſancti remanebunt in ea. Viæ impiorum è terra perdentur, & iniqui expellentur ab ea.] *Sed de iſtius lectionis varietate & ordine, plura vide in Scholijs edit. 70.*

B

PARAENESIS VIGESIMASEPTIMA,

Oportere reuertentem fratrem, ſine præteritorum malorum recordatione, & cum gaudio ſuſcipere.

SI contigerit fratrem à cœnobio, quocumque prætextu recedere, éumque acciderit in morbum labi; aut etiam ſponte reſipiſcentem C reuertere: non oportet fratrem deſpicere; ſed potius ipſum in Domino velut proprium membrum conuenerit amplecti, etiam ſi peccârit. attamen tu non id homini præſtas, ſed Domino dicenti: Quod vni horum ex minimis feciſtis, mihi feciſtis. Nam ſui ipſius dumtaxat curam gerere, prohibitum eſt: Saluatore noſtro dicente: Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis. & quæ ſequuntur. †Deinde adiungit: Hæc enim omnia, inquiens, gentes inquirunt. Quare & per Apoſtolum admonet dicens: Nō quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum. Rurſuſque idem ait Apoſtolus: Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam; factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam. Et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum, omnes facultates meas; & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam; charitatem D autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non † eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, ſed congaudet veritati: Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas numquam excidit. Bona igitur oratio cum ieiunio: ſed hæc roborat atque confirmat eleemoſyna. Miſericordiam enim (inquit per Prophetam, Dominus) volo, & non ſacrificium. Cerne porrò Prophetam, quo pacto immiſericordes redarguat: pro eo (inquit) quòd non eſt recordatus facere miſericordiam, & perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare; diſpereat de terra memoria eius. quoniam quem tu percuſſiſti, ipſi perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Propterea bea- E tos prædicat Saluator miſericordes, dicens: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Quid enim Angelus ait ad Cornelium? Non orationes dumtaxat tuæ, ſed etiam eleemoſynæ, inquit, tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Ab errore igitur reuertentem, ac pœnitentem ſuſcipe; à mortuis reſurgentem de profundo priuationis timoris Dei, & negligentia, amplectere. Apoſtolum audi dicentem: Confirmate in illum charitatem; ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. Rurſuſque ait: Rogamus vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini, in inuicem, & in omnes. Etenim Dominus gloriæ non reiecit filium prodigum: ſed amplexus eſt eum tamquam à mortuis reſurgentem, & induit ipſum ſtola prima, ac calceauit, annulumque dedit in ma-

Matth. 25.
Matth. 6.
†al. Ideo infert dicens:
Philip. 2.
1. Cor. 12.
1. Cor. 13.
Ibidem.
†f. non agit indecorè.
Oſeæ. 6. & Matth. 9.
Pſalm. 108.
Pſalm. 68.
Matth. 5.
Actor. 10.
2. Cor. 2.
1. Theſſ. 5.
Ibidem.
Luc. 15.

num eius: & vitulum ſaginatum occidit, vt lætaretur ſuper inuentione filij perditi. de quo cùm alter filius doleret, etiam ipſum pater conſolando curauit, dicens: Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt: epulari autem & gaudere oportebit; quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt. Sic ergo conuenit miſericordes eſſe fraternitatis præfectos. Tu porrò frater, miſericordiam aſſecutus, ne parui pendas: ſed filium illum reſipiſcentem ac reuertentem imitare: quippe qui dum reperit patrem ſuum, non obliuioni peccatum tradidit; ſed etiam in genua ſe prouoluit, confeſſusque eſt in veritate, & non in ſimulatione, dicens: Pater peccaui, in cœlum & coram te: & non ſum amplius dignus vocari filius tuus; fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Vides qualem compunctionem habuerit; qualem dolorem; qualem humilitatem? Quocirca & nos chariſſime de cætero ſobrij ſimus, & vigilemus; vt & turrim negligentia euerſam * reſtauremus. Nam qui ſuam ipſius parui facit negligentiam; planè non ignoſcet, etiam in alterius euerſione. Ad quem Propheta dicit: Væ qui propinat proximo ſuo ſubuerſionem turbidam. Seruiamus igitur Domino in timore, & in humilitate. Prudenter verò ac cautè quæ dicuntur tibi, intellige. Ne ad modicum tibi tempus, ſeruiat humilitas ac ſilentium: & poſt modicum obmurmuratio, & ad miniſterium ac vigiliam pigritia atque negligentia, neque occaſione minus neceſſarij operis & acceſſorij, tuam deſpexeris Synaxim. Quemadmodum enim pluuia auget ſemen: ita & Synaxis ad virtutem incrementum præbet animæ. Ne hodie gratiarum actio pro ijs quæ appoſita ſunt in menſa: & cras aduerſus eum qui cibos coquit, & panes parat, obmurmuremus. Marcidi ſunt panes? Sed Prophetæ meminerimus dicentis: Quia cinerem tamquam panem manducabam. Acerbum, & marcidum eſt vinum? At recordemur, quomodo omnium noſtrum Dominus & Saluator, acetum cum felle propter nos guſtauit. Ne ergo hodie temperantia & abſtinentia: & poſtero die Præfectos ob voluptatem ventris tentemus ac laceſſamus, vt non audiamus: quorum Deus venter eſt, & gloria. Ne hodie quietem ſectemur ac meditationem, & cras è cella in cellam oberremus: vt non dicam, è vico in vicum; & in ciuitate detineamur: neque prætextu miniſtrandi ſenibus acediam tædiumque præ nobis feramus. Quantum enim quis quietem ſectatur, tantum cogitationes eius in puritate verſantur: & quanto quis longius à tranquillitate recedit, tanto craſſior hebetiorque mens eius redditur. Et ſi opificium tibi committitur, quod quoque vtile ſit cœnobio, ne ob illud extollaris. Nam ſi propter hominem id exerceres, rectè quidem diceres: at ſi Deo, ne efferaris aduerſus fratrem tuum, verum Deo relinque: Nam ipſe vnicuique largitur ſecundum opera ſua, quippe qui cernat omnia. Ideoque humiliemus animas noſtras coram Domino: vt nos exaltet. & velut quotidie initia iacientes, cõponamus cogitationes noſtras: ſic enim & robuſtiores atque paratiores erimus. Ne ergo carnalibus abducamur voluptatibus, neque vitam timoris Domini expertem degamus: ſed omnem iuuenilem vitemus concupiſcentiam: ne fortè eiuſmodi concupiſcentia in priorem nos ducat conuerſationem, & in eadem incidamus mala, peius nobis ipſi iudicium iræ præparantes: abſcindamurque putrido membro ſimiles, & in reliquorum corporis membrorum beneficium, amputato. Cùm Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus dicat: Ecce ſanus factus es: iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ipſe porrò Dominus concedat nobis gratiam exhibendi conuerſionem, ac digna pœnitentiæ opera faciendi: vt induti veſte nuptiali, occurramus ei in gloria. Quoniam ipſi gloria, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Ibidem.

Ibidem.

*al. reparemus atque reſtituamus.

Habac.2. Iuxta LXX.

Antitheſes graues, & accommodæ.

Pſalm.101.

Matth.27. Marc.15.

Philip.3.

Matt.16.25. Rom.2.&c.

Ioan.5.

Matth.22.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

VTILIS, & neceſſaria, lectuq; digniſſima hæc eſt Paræneſis, qua monentur potiſſimum Præfecti ac Superiores, vt poſtliminio reuertentes fratres, ſuamq; ſeriò vitam emendare cupientes non deſpiciant neque reijciant: ſed abſque præteritorum malorum recordatione, etiam cum gaudio

A *gaudio tales ſuſcipiant; ac charitatis & miſericordiæ viſceribus eoſdem amplectantur, & tractent, exemplo Domini gloriæ, qui non reiecit à ſe filium prodigum, ſed amplexus eſt eum tamquam à mortuis reſurgentem, induitque eum ſtola prima, &c. vt latius eſt Luc. 15. & hic apud Ephræm in præſenti Parænese.*

Parænesis 27. Oportere reuertentem Fratrem ſine præteritorum malorum recordatione cum gaudio ſuſcipere.] *Inter alias atque alias iſtius Parænesis Inſcriptiones, hæc melius Argumento quadrat, pleniusq; præcipua hic tractata proponit. eſtq; in vno aut altero MS. Cardinal. Syrleti. Loco cuius, in quodam Vatican. reperitur:* [Parænesis, quòd Præfectum oporteat compatientem eſſe, & malitiæ immemorem.] *In Codice autem Cand. eſt:* De compaſſione & indulgentia erga eos, qui pœnitentiam agunt.] *at in mmſſ. Sphortian. & Cryptafer. ſimpliciter hic eſt abſque addit.* Parænesis 26. & al. 27. *& ſic de reliquis.*

Et adhuc excellentiorem vobis viam demonſtro.] *Verba ſunt Apoſtoli 1. Corinth. 12. quibus illud in vulg. concluditur caput: inchoatur autem ibi ſequens 13. verbis hic immediatè ex Apoſtolo ad-* B *ditis:* Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, &c.] *vbi per omnia reſpondet lectio Auctoris cum vulg. licet tamen etiam variet, paulloq; aliter legat idem, in Sermone de Charitate, cuius initium Tom. 1. eſt:* Bene ait Dominus, quia onus meum leue eſt, &c.] *vbi hæc ipſa citantur. Quod verò hic poſtea adijcitur:* Charitas non eſt ambitioſa, &c.] *vt eſt in Latina vulg. in Græco autem* οὐκ ἀσχημονεῖ, *quod etſi propriè magis ſignificare hic videatur, non agit indecorè: à vulgata tamen, in tranſlatione hic non recedo. ſed de hac lectione, vt de alijs huius loci, Chryſoſtomum conſule, Homilia 33. in epiſt. ad Corinth. 1. c. 13. vbi vis iſtius* (οὐκ ἀσχημονεῖ) *ſatis indicatur atque exponitur. quemadmodum & apud Magnum Baſilium in Regulis conciſè diſputat. in Reſponſione ad Interrogat. 246.* Quid eſt, charitas, οὐκ ἀσχημονεῖ, *quod Latinus interpres reddidit,* non eſt ambitioſa? *Reſponſ.* Tantumdem eſt, ac ſi dixiſſet, ab habitu vel forma ſua non diſcedit. Charitatis autem forma, eæ charitatis proprietates ſunt, quę eodem illo in loco enumeratæ ſunt ab Apoſtolo.] *Ita ibi Baſilius.*

C Væ qui propinat proximo ſuo ſubuerſionem turbidam, &c.] *Locus eſt Prophetæ Abac. 2. ſæpeq; alibi ab Auctore noſtro adhibetur, licet non eodem ſemper modo ab illo legatur. hic autem magis cum edit. LXX. concordat, vbi ad verbum ſic eſt:* [O qui propinat proximo ſuo ſubuerſionem turbidam, & inebriat, vt adſpiciat in ſpeluncas eorum, &c.] *quæ aliter atque aliter à diuerſis leguntur, vt in Scholijs eiuſdem capitis 2. editionis nouæ LXX. comperies. In lectione autem vulg. ſic:* [Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians, vt adſpiciat nuditatem eius, &c.] *vſurpaturque hic locus ab Ephræm ſæpius alibi: ac quidem etiam ſuperiori Parænese 26. & Tomo 1. in Tractatu de Vita ſpiritali, cap. 39. & poſtea in Adhortatione de non ſcandalizando proximo, & de recta vitæ ratione, ſtatim in initio.] alijſque in locis plurimis, ſicut legendo comperies; aliter tamen interdum atque aliter.*

Quemadmodum enim pluuia ſemen auget: ita & Synaxis, ad virtutem incrementum præbet animæ.] *vbi alia ſic ſe habet lectio:* [Sicut ſemen creſcere facit pluuia: ita quoque Synaxis D ſubminiſtrat animæ incrementum ad virtutes.] *& al.* [ſic etiam Synaxis ad virtutem prodeſt animę &c.] *Significare autem ſæpe videntur Patres nomine* Synaxis, *diuina officia, vt hoc loco, atque adeò Sacrificium altaris, &c. ſed de eo, ſupra abundè ſatis per nos actum eſt, quò Lectorem remittimus.*

Denique vbi habetur: [abſcindamurque putrido membro ſimiles, & in reliquorum corporis membrorum beneficium amputato.] *in alio MS. legitur:* ſeparemurque putridi inſtar membri, quod pro aliorum corporis membrorum beneficio abſciſſum eſt, &c.] *ſed in ſenſu hic non eſt differentia aut varietas; cum vnum potius declaratiuum ſit alterius.*

E PARAENESIS VIGESIMAOCTAVA,

*De * priuatione timoris Dei, & de negligentia.*

FRater quidam expoſuit mihi, dicens: Patruum habui aurificem, abdicataque vita ſeculari, factus eſt Monachus. Et circa ſenium eius venit ad ipſum ſecularis quidam * Alexandrinus natione, artis cabidiæ, cupiēs fieri Monachus. Admiſitque eum ſenex in monaſterium ſuum: ac poſt aliquod tempus, curauit fratrem Senex ſumere ſanctum habitum, & non amplius ſub obedientia ſenis fuerat. Ipſi autem Senex duas in ſuo monaſterio cellas adſignarat. Inſaniebat porrò frater in opere ſuo, cabidijs relictis. progreſſus enim erat in loco, vt de alia re nulla iam laboraret, neque de ſynaxe, niſi de opere, quippe qui argenti cupiditate te-

*al. Parænesis: & de Palladio. 26. & al. 27.

*al. ab Alexandria.

te teneretur. Quare fratrem pius exhortabatur Senex, dicens: frater Palladi, huc A
age, *rigemus hortum. Cui ille: vade, & venio. & non ibat, ſed negligebat. Rurſus
ad eum Senex: Palladi frater, huc age, faciamus Synaxim. At ille iterum reſpondit:
vade, & venio. & non *abibat, ſed contemnebat. Habebat verò ſecũ Senex tres
fratres, & ex ijs duos cœcos: alius autem ſanus erat, & integer. Quando ergo Senex
exiguum aliquod pulmentum faciebat, Palladius ſibi panem ferens, edebat cum
ipſis: ſicque rurſum ad opus ſuum ibat. Sanctus autem ſenex adhortabatur fratrem,
monens ne ſuam ſalutem ſperneret. At ille non acquieuit bonis ſancti Senis
monitis: ſed relinquens eum, exiuit monaſterio, habitaturus in ſolitudine, expers
timoris Dei. Sic verò dum ſuam ipſe vitam negligeret, cùm neque obedientiam
ferre poſſet, neque vitam agendo ſolitariam, ſalutem curaret ſuam: tandem
mente ſua longius à Dei auxilio ac ſpe ſanctorum remota, ad extremum à malo B
ſuperatus dæmone, mentem perdidit. Cumque non poſſet amplius ori manum
admouere, ab alijs inſtar infantium, cibus illi in os inſerebatur: neque enim hominem
amplius agnoſcebat; & nares ipſius, ac ſaliuæ in barbam ei defluebant.
Vbi verò eius ſorores, quod illi acciderat, acceperunt; ſumpſerunt eum ſecum,
erant autem virgines. Eumque acceptum recluſerunt in *oratorio monaſterij:
ipſe verò ſe in ſua ſedicula trahebat, per totum officium atque ſynaxim. Cumque
iam Presbyter veniret, adducturus ipſas, rogabant eum vt præcaretur pro illo: vt
miſericordiam cum ipſo faceret *Dominus. manenſque in ea diſciplina aliquamdiu,
interea moritur. Ecce quid efficiat nimia audacia? Ecce quid inobedientia,
& negligentia concilient? En quorſum euadat finis inobedientiæ? Quare
non contemnamus timorem Dei, chariſſimi: ſed humiliemur ſub potenti manu
ipſius, ſeruientes inuicem in timore Dei: & ipſe nobis erit murus, & protector à C
facie inimici. Sicut ſcriptum eſt: *Immittet angelus Domini in circuitu timentium
eum, & eripiet eos. Ipſi ſit gloria, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

*al. paremus atque colamus hortum.

*al. & non faciebat.

*al. in loco Synaxis monaſterij, &c.

*al. Deus.

1. Pet. 5.

*al. ϖαρεμβαλεῖ caſtra ponet.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

HIC quoque diuerſitas notanda occurrit Inſcription. nam hic quidem eſt: Parænesis 28. De priuatione timoris Dei, & de negligentia.] *& ſic in Græc. Cod. Syrleti Card. Pro quo, in Vatican. MS. eſt:* De obedientia.] *Al. ſimpliciter ſic:* Parænesis 27. & al. 28. *In Codice autem Cand.* De D inobedientia, & auaritia.] *at in antiquo Græco MS. Bibliothecæ Cryptafer. inſcribitur:* Parænesis 26. de Palladio, &c.] *quod ſcilicet eo appellaretur ille nomine, de quo hic ſit narratio.*

Venit ad ipſum ſecularis quidam Alexandrinus natione, artis cabidię, &c.] *Vbi quid ſibi velint hæ voces, χαβιδὰς, & χαβιδια, incertum eſt mihi: eſſe tamen artis alicuius ſeu opificij nomina certum eſt, cum dicat Alexandrinum illum artis fuiſſe cabidiæ, & in cabidijs ſe exercuiſſe. Voces fortaſſe ſunt Syriacæ, vel à Syris deriuatæ atque inflexæ. & quia illarum prouinciarum iſtud opificium fuit, nobis autem ignotum, neque à Latinis expreſſum, ideo eaſdem etiam voces Latine, (cabidas, & cabidia) illud conſultò hic retinere, in translatione viſum eſt. Veriſimile autem eſt (ſi coniectare hic mihi licet) genus aliquod fuiſſe ſportarum, ita Syris appellatum, quomodo adhuc hodie etiam Belgis ſportæ ſiue ſportulæ illæ quibus cibus, & omne genus obſonij, etiam pyra, poma, &c. deferri ſolent, lingua eorum teutonica (cabas) nuncupantur. fortè ad imitationem & adluſionem vocum Syriacarum, de quibus hic agitur, vt ſi (cabas) per ſyncopam pro (cabidas) dicatur.*

Poſtea vbi circa finem Paræneſ. eſt: & ipſe nobis erit murus & protector, &c.] *in alio hic MS. legitur:* Ipſeque noſter erit murus atque protectio, à facie inimici. Immittet enim Angelus Domini in circuitu timentium eum, *& eripiet (ſiue vt alia habet lectio)* liberabit ipſos] *Verba ſunt Scripturæ Pſalm. 33. &c.*

PARAENESIS VIGESIMANONA,

In illud Dictum: Habenti dabitur, & abundabit.

Matth.13.&25.

Scriptum eſt: Habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Quid ergo dicemus? Numquid iniuſtitia eſt apud Deum? Abſit. Audi porrò & de hoc parabolam: Erat pater familias in regione quadam, qui duos habebat ſeruos, & tria iuga boum; deditque vni duo iuga boum, alteri vnum, & dixit ad ipſos: Euntes operamini donec ad vos venero. abiensq; qui duo iuga boum acceperat, operatus eſt in ijs, & ditatus eſt homo vehementer, bouesque benè atque egregiè nutriuit: qui autem vnum acceperat, abiens ligauit boues ad præſepe, nulli prorſus rei admouens illos, inclinansque ſeipſum obdormiuit. Deinde venit Dominus ſeruorum illorum, vt videret eorum opera; & cernens opus ac lucrum eius qui duo acceperat iuga, benedixit ipſi. Poſtea venit & ad alterum ſeruum, inuenitque ipſum domientem, & boues præſepio alligatos, fame ac ſiti pereuntes. Dixitque intra ſeſe: ſi reliquero boues meos apud pigrum hunc ſeruum, perdet eos, auferam igitur meos ab ipſo boues, & dabo illi qui bene operatus, & diligentem operis ſui curam habuit. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et rurſus Dominus: Ego quidem cùm ſim bonus, vocaui ipſum, & poteſtatem ei dedi, vt bonum operando, vitam æternam poſſideat: ipſe autem ſpreuit, C & propterea deſpicitur, ignominiaque afficietur. † Quia homo cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et quid ita? noluit intelligere vt bene ageret: iniquitatem enim meditatus eſt in cubili ſuo. Aſtitit omni viæ non bonæ: malitiam autem non odiuit. Numquid iniuſtitia eſt apud Deum? abſit. Ideo fratres, demus operam, vt placeamus † Deo: accipiamusque repromiſſiones ipſius, cum omnibus Sanctis eius. Quoniam ipſum decet gloria, in ſeculorum ſecula. Amen.

Matth.13.& 25.

Parabola accōmoda, & elegans.

Matth.13.&25.

†al. Et homo.

Pſalm.48.

Pſalm.108.

Pſalm.35.

†al. vt grati, & accepti ſimus coram ipſo.

D

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

In illud dictum: Habenti dabitur, & abundabit.] *Vt Dictum illud ſcripturæ, quod eſt Matthæi 13.& 25.cap. melius intelligatur ac mente retineatur, Auctor hic noſter Parabolam adhibet, qua illud pulchrè, moraliter, & accommodatè ad ſuum hic inſtitutum explicat. Parabola autem eſt de patrefamilias, habente duos ſeruos, & tria iuga boum, qui concredidit vni duo boum iuga, alteri vnum: quorum qui duo acceperat, operatus eſt & ditatus in illis; qui autem vnum ſolum, ignauiæ ſe dedit, & nihil cum illis egit: vnde Dominus ſuos ab illo boues abſtulit, eiq; qui bene operatus erat & diligentem operis ſui curam habuerat, attribuit. ſecundum illud Scripturæ dictum:* Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo, &c.] *Reſpondet autem hæc Auctoris Parabola, illi potiſſimum quæ apud Matth.25. de talentis variè diſtributis habetur, vbi qui quinque talenta acceperat, operatus eſt in eis, lucratus eſt alia quinque: qui autem duo, lucratus eſt alia duo: at qui vnum ſolum, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam Domini ſui: quare veniens Dominus iuſſit à pigro illo & inutili ſeruo talentum tolli, & dari ſeruo illi fideli qui duplicauerat talenta, & decem habebat. ſecundùm iſtud:* Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere ab eo auferetur, &c.] *Plura porrò in idem illud Euangelij dictum: ex profeſſo tractata atque explanata reperire licebit apud S. Ioannem Chryſoſtomum tribus præſertim in locis: ac primo quidem, in Homilia 46. ex cap.13. Matth. non longè à principio, ibi:* Quicumque autem habet, dabitur ei, & abundabit: quicunque autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.] *Qui locus (vt inquit ibi Chryſoſtomus) non parua caligine obductus eſt, & ineffabilem diuinæ maieſtatis iuſtitiam aperit, ſicut deinceps ibidem oſtendit, latiusq; allegatum locum explicat. Quod idem quoque facit alibi in caput Matthæi 25. Homilia 79. vbi de talentis agitur. nec non in opere imperfect. in Matth. Homilia 31. in caput 13. cuius initium eſt.* Ecce exijt qui ſeminat ſeminare, &c.]

re,&c.] *poſt medium, & non longè à fine, vbi allegatus locus adſertur, & doctè à Chryſoſtomo explicatur.* A

Paræneſis 29. in illud dictum: Habenti dabitur, & abundabit.] *Talis eſt iſtius Paræneſis inſcriptio, & quidem bona & accommoda ſuo Argumento, in MS. Syrlet. Loco cuius, in Codice Cand. reperitur:* Paræneſis eiuſd. De iuſto Dei iudicio.] *In Cryptaſer. autem & Sfort. mmſſ. ſimpliciter:* Eiuſdem Paræneſis 28. & al. 29. &c.] *Sed magis prima à nobis repoſita Inſcriptione, Argumentum hic tractatum refertur, quod eſt, in illud dictum Scripturæ:* Habenti dabitur, & abundabit, &c.] *quod quidem duobus locis, in ſacro reperitur Euangelio, apud Matth. nimirum, cap. 13. vbi ſic legitur:* Qui enim habet dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo.] *& cap. 25. ſic:* Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.] *Atque huic poſteriori loco capitis 21. magis conformis eſt, reſpondetq; hic lectio noſtri Auctoris.*

Aſtitit omni viæ non bonæ: malitiam autem non odiuit, &c.] *Locus eſt Pſalm. 35. vbi alia* B *lectio habet:* non odio habuit.] *& ſic quoque legit S. Ambroſius, & S. Auguſtinus. at Theodoritus,* *προσώχθισε, (vt hic eſt) poſuit, pro, οὐκ ἐβδελύξατο, id eſt,* non eſt abominatus, *Symmachus autem legit, non* reprobauit. *Aqu.* non abiecit. *vt & S. Hieronymus. at Theodotio, οὐκ ἀπώσατο non repulit, & ſic de alijs.*

PARAENESIS TRIGESIMA,

*De * temerario iudicio non ferendo.*

FRATRES, ſi quis ex * ſimplicioribus fratribus in Synaxe conſtitutus, C aut inter deambulandum vertigine ipſi obueniente, repente humi concidat; non in eo admirandum eſt, neque obſtupeſcendum: ſed potius toto corde ac mente orare oportet Deum; vt in omnibus nos protegat atque defendat. Nam ſi veraci corde ſeruierimus ei, non ſinet nos tentari vltra * vires: quin & tentatos liberabit. Sic enim in Pſalmo ſcriptum eſt: Altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam Angelis ſuis * mandabit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus tollent te, ne * fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me ſperauit, D liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. * Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum. Et rurſus: Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Et iterum: Iunior fui, etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panes. Atqui vertigo ex efferueſcentia acutæ choleræ accidit: aut etiam ex abundantiore humore: aliquibus autem & ex corporis debilitate atq; languore: interdum verò aliquid huiuſmodi comparat atque molitur diabolus, cùm nequeat vel opere * vel ſermone fratrem vincere; vt ſaltem hac machinatione confundens eum, repellat * à ſtadio. Cæterùm Dominus non ſinet vltra vires ipſum tentari; ſed citò confirmabit cor eius. At certè non ſimpliciter, neq; caſu impetum facit in fratrem: ſed cùm illius cogitationes, diſtractionibus iracundiæ perturbantur. Alius autem in manus traditur inimici, ex Dei permiſſione; idq; ex elatione quadam, quando ſeipſum fallacibus inimici conſilijs commiſerit, & dicit: Ecce prę omnibus hominibus magis probatus es, & non eſt ex ijs, qui ſimilis ſit tibi ſuper terram, aliaque his ſublimiora, aut potius grauiora. præterea etiam rectè facta ſibi ipſi adſcribens, & non Deo honorem deferens, * tamquam à quo auxilium acceperit. Hic ergo in tentatoris manus traditur; vt correptus, infirmitatem cognoſcat ſuam, & non obliuiſcatur auxilij eius, qui dicit: Quando cuncta feceritis quæ præcepta ſunt, dicite: ſerui inutiles ſumus. Nam qui ſeipſum exaltat, humiliabitur. Fieri enim non poteſt, vt qui in veritate Dominum diligunt, diaboli dominio poteſtatique ſubijciantur. Siquidem diabolus agitare conatur atque conuellere, ſed euellere radicitus non valet.

*al. De vertigine, & tentatione inimici.

*al. ex magis pijs ac religioſis fratribus.

*al ſupra quod poſſumus.
Pſalm. 90.

*vulg. & mandauit.
*al. ne vmquam.

*vulg. Clamauit.

Pſam. 124.

Pſalm. 36.
Eccl. 2.
Vertigo vnde naſcatur.

*al. vel dolo atque verſutia.
*al. perſuadeat fratri vt recedat à ſtadio.

*al. vt qui à Deo ſuccurſum acceperit.
Luc. 17.

Matth. 23. & Luc. 14. 18.

A valet, quemadmodum & in Iob accidit, qui in manus quidem tentatoris erat traditus: ſed non auſus fuit tentator attingere ipſum, propter tutelam Dei: quamuis etiam poteſtatem à Deo accepiſſet, vtendi eo ſicut voluiſſet, ſalua tamen anima iuſti: Nam vicit iuſtus aduerſariũ ſolo amore ac deſiderio, quo verè in Deum ferebatur. Datus porrò & Apoſtolo eſt ſtimulus Angelus Sathanæ: ſed illum deuicit, per eum qui dilexit ipſum, Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, quem mente continebat, in charitate perfecti. Neque enim ægrotare ſecundùm carnem, eſt *delictum; neque in damna, & tribulationes incidere, eſt lapſus atque ruina, ſed in tentationibus non probatum inueniri. Videmus quippe, ne in porcos quidem inimicum poteſtatem habere, citra permiſſionem diuinam. Ego quidem alium, B virtutis amore, in columna conſtitutum adſpexi: putaſne ſi poteſtatem tollendi quos vellet, haberet; talem ipſe è veſtigio vnà cum columna non detraxiſſet? Vnde nouimus contuſam eſſe potentiam eius, per virtutem pretioſę paſſionis, & crucis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ne ergo pertimeſcas ſerue Chriſti, nec conturbentur cogitationes tuæ, neque receſſeris à loco, vbi proficis in Domino. Credimus enim ei, qui dixit: Veſtri autẽ etiam capilli capitis omnes numerati ſunt. Et, Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Sagittæ enim paruulorum, factæ ſunt plagæ eorum; & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum. Quando ergo in varias incideris tribulationes, non te ignauum ac puſillanimum præbueris, cum dicat Propheta: Domine in tribulationibus memores tui fuimus. Et, multæ tribulationes iuſtorum, & ex omnibus hiſce liberabit eos Dominus. Vnde & in C alio loco dicit: Reſpicite in veteres generationes, & videte quis ſperauerit in Domino, qui ſit confuſus? Quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? aut quis inuocauit eum, & deſpexit illum? Quoniam pius & miſericors eſt Dominus, & remittit peccata, ſaluatque in tempore tribulationis. Timor ergo Domini turris fortitudinis eſt à facie inimici. Ne ergo turrim diruas; atque ita non capieris. Verùm ad ſolum benigniſſimum accede Deum, cum Propheta ad ipſius clamans bonitatem: In te Domine ſperaui, ne *confundar in æternum, in iuſtitia tua libera me, & eripe me. Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me. Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluum me facias. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es D protector meus Domine: In manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me Domine Deus veritatis. Vt & ipſe, quod ſcriptum eſt, ad *nos dicat, hoc modo: Ego ero tecum, & non deſeram te, neque deſpiciam te: Viriliter age, & confortare. Rurſusque *ait: Ne timueris à facie eorum, neque paueas coram ipſis. Quoniam ego tecum ſum, inquit Dominus, vt eripiam te. Gratias ergo benignitati eius agens, procide coram eo, dicens: Impulſus euerſus ſum vt caderem, & Dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem. Ipſi gloria, in ſeculorum ſecula. Amen.

Iob 1. 2. &c.
Iob 2.
2. Cor. 12.
* al. eſt ſuccumbere.
Matth. 8. & Lucæ 8.
Exemplum memorabile.
Matth. 10.
Lucæ 16.
Pſalm. 63.
Pſalm. 33.
Eccl. 2.
Pſalm. 30.
*vulg. non confundar.
Ibidem &
* al. ad te dicat.
Ioſue 1.
Pſal. 26. 30. 55.
* al. ait Dominus.
Hierem. 1.
Pſalm. 117.

E SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

Paræneſis trigeſima, De temerario iudicio, &c.] *Pro hac Inſcriptione, in Codice Cryptæfer. ponitur ſimpliciter abſque addit.* Paræneſis vigeſima octaua. *& in Sfort.* Paræneſis 29. *& al. 30.*] *In Candiano autem MS. eſt*: De vertigine, & tentatione inimici.] *At in Vatic. ſic:* Quòd à maligno terreri non oporteat: ſed neque langueſcere atque pigreſcere in tentationibus. quodque poteſtatem nullam inimicus habeat, abſque permiſſione Dei.] *De quibus omnibus ſparſim in præſenti hac Paræneſe agitur.*

Sicut ſcriptum eſt: Altiſſimum poſuiſti refugium tuum, non accedent ad te mala, &c.] *Locus eſt Pſalm. 90. conformiſq; hic eſt lectio Auctoris cum edit. LXX. In vulgata autem Lat. legitur:* non accedet ad te malum, &c.] *Et in ſequent.* Quoniam Angelis ſuis mandauit de te. &c.] *vt eſt hic apud Auctorem, & LXX. at in vulg.* mandauit de te.] *Deinde hic & apud LXX. eſt:* in manibus tollent te. *ſed in vulg.* portabunt te.] *Poſtea, pro* (ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.)

al. eſt: ne quando offendas ad lapidem, &c. *& al.* ne vnquam offendas, vel impingas, &c. *vt eſt* A *apud Baſilium, in hunc Pſalmi locum. Et denique in illa parte eiuſdem Pſalmi*: Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, &c. *vt eſt in tribus Auctoris noſtri mſſ. nam Græcè in illis legitur* κεκράξεται πρός με, *& in alio Ephræm MS.* κράξεται πρός με. *Pro eodem. Pro quibus in edit. LXX. reperitur* ἐπικαλέσεται πρός με, inuocabit me, *vel*, ad me, &c.] *& in vulg. Latin.* clamabit ad me, *at in pluribus reperitur*, κεκράξεται πρός με, clamabit ad me, &c.] *vt hic apud noſtrum Auct. & alios antiquos Patres Græcos, Baſilium, Chryſoſtomum, &c. in expoſitione, vel allegatione, iſtius loci Pſalm. nonageſimi.*

Atqui vertigo ex efferueſcentia acutæ choleræ accidit, aut etiam ex abundantiore humore, &c.] *Vertigo morbus capitis deſcribi ſolet à naturalibus, qui ex frigidis lentiſq; humoribus ſurſum ex ventriculo commeantibus oritur; ita vt ſic affecti parua occaſione ſuccidant. Sic dicta, quoniam ob oculos eorum verticoſa quædam & rotatilia circumagi videantur: vnde &* σκότωμα, *&* σκότωσις *Græc.* B *vt hic apud Auctorem, conſentitq; in naturali hiſtoria ſua Plinius libro ſeptimo, cap. 6. vbi de conceptibus, & ſignis ſexus, quæ in grauidis partum præueniunt, agens, de Vertigine ſic ſequitur: A conceptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines tenebræq;, faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati, &c.] Hinc quoque Cicero 2. Tuſcul.* μεταφορικῶς, *vertices dolorum* (ἰλιγγας) *dixit pro vertigine, rotationeq;, quæ in doloribus circumagit, lancinatq; præcordia. Nunc nunc (inquiens) dolorum anxiferi torquent vertices, &c.] Cæterùm S. Pater Ephræm plures hoc loco vertiginis adducit cauſſas, eamq; aliquando ex efferueſcentia acutæ choleræ affirmat accidere; aut etiam ex abundantiore humore; aliquibus etiam ex nimia corporis debilitate atque languore: interdum verò etiam aliquid (inquit) eiuſmodi comparat, & molitur diabolus; cùm nequeat, vel opere vel ſermone, fraude vel dolo atque verſutia fratrem euincere; vt ſaltem hac machinatione, eum confuſum repellat abſtrahatq; à ſtadio, ſiue, (vt alia ibi habet lectio) ſic fraudulenter perſuadeat fratri, vt recedat* C *à ſtadio, &c.*

Sagittæ enim paruulorum factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.] *Ita hunc locum Pſalmi 63. hic legit Ephræm, conſonatq; vulg. ſed in edit. LXX. paullò aliter ſic*: Sagittę infantium factæ ſunt plagæ eorum: pro nihilo habuerunt eum linguæ eorum, &c.] *nam Græcè ibi eſt*, καὶ ἐξουδένησαν αὐτόν. *at hic apud noſtrum Auctorem* καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτούς, *infirmatæ ſunt contra eos, & ſic vulg, ſicq; paſſim apud alios Patres Græcos, conſentiuntq; cum eadem hac lectione pſalteria. Æthiopicum. & Arabicum, & Metaphraſis Apollinarij, & Pſalterium vetus, & S. Auguſtinus, &c.*] *S. Hilarius autem hic legit.* & nihil habuerunt contra ipſos linguę eorum, &c.] *Hunc porrò locum pulchrè hic Ephræm aduerſus inimicorum, & maximè inuiſibilium inſultus, atque inſidias accommodat, quomodo & S. Baſilius doctè eundem alibi ſuper illud*: Sagittę paruulorum, &c.] *expoſuit dicens*: Veruntamen licet tanta ſint vſi contra me potentia, & verſutia, ſcopum tamen minimè ſunt aſſequuti: ſed perinde, ac ſi ad modum adoleſcentum mittantur iacula, quæ nihil damni inferunt percuſſis: ſic quoque iſtorum linguę illis quidem quos tangunt, nihil lęſionis inferunt: aduerſum eos verò qui ipſas agitant, nocumentum refertur, &c.] D *Ita Baſil. in Scholijs Pſalmi 63. hic citati.*

Vnde & alio in loco dicit: Reſpicite in veteres generationes, & videte, quis ſperauerit in Domino, qui ſit confuſus, &c.] *Locus eſt Eccleſiaſt. ſiue Sapientiæ Sirach 2. cap. vbi verba vertimus ſi cit Auctor ea hic citat: cùm non ſemper ita adamuſſim illa adducat, vt ſunt in Sacr. Cod. ſed interdum ſolum ſenſum referat, vt etiam hoc loco. vbi in vulg. eſt*: Reſpicite filij, nationes hominum, & ſcitote quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt, &c.] *at in edit. LXX. lectio paullò conformior cum illa noſtri Auctoris reperitur, & ſic ſe habet*: Reſpicite in antiquas nationes, & videte, quis confidit in Domino, & confuſus eſt? aut quis permanſit in timore eius, & derelictus eſt, &c.] *quanquam exiguum in his, aut penè nullum videatur eſſe diſcrimen, vt in ſimilibus ſæpe alibi.*

Ad benigniſſimum accede Deum, cum Propheta ad ipſius bonitatem clamans: In te Domine ſperaui, ne confundar, &c.] *Verba iſta ſunt Prophetæ, Pſalm. 30. vbi in vulg. legitur hic*: In te Domine ſperaui, non confundar in æternum, &c.] *at in editione LXX. quæ hic conſentit cum lectione Ephræm habetur* μὴ καταισχυνθείην, ne confundar, &c.] *eſt enim obſecrantis, & ita hic interpungitur*, E In te Domine ſperaui, ne confundar in æternum, &c] *ita etiam in Hebræo. De reliquis, vide in Scholijs edit. LXX.*

Rurſuſque ait: Ne timueris à facie eorum, neque paueas coram ipſis. Quoniam ego tecum ſum, ait Dominus, vt eripiam te.] *In alio Auctoris MS. hic aliter ſic legitur*: vt eruam & liberem te ab omni malo.] *In editione autem LXX. eſt*: Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum, vt eruam te, dicit Dominus.] *abſque addit.* (μηδὲ δειλιάσῃς ἐνώπιον αὐτῶν, *neque expaueſcas coram ipſis*) *vt hic apud Ephræm, quod etiam in vulg. hic deeſt; locus eſt Hieremiæ, 1. cap.*

PARÆNESIS TRIGESIMAPRIMA,

De Humilitate.

CHarissime frater, si promotus fueris, vt in supremo consistas, gradu, caue obliuiscaris humilitatis, ac modestiæ animi: vt si quando tibi è gradu descendere contigerit, viam inuenias; & non inopinato, B grauique casu corruas. Hoc quippe aliquibus ex propria accidit ingratitudine atque inscitia, dum eum non agnoscunt, qui ipsis donauit gratiam. Nam si *benefactorem agnouissent, non eius mandatis inobedientes se præbuissent: & si non inobedientes fuissent, non sanè dilapsi essent. quemadmodum & scriptum habetur: Qui seipsum exaltauerit, humiliabitur: & qui seipsum humiliauerit, exaltabitur. Ideo & in Psalmo ait: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Rursusque dicit: Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et per Apostolum admonet, dicens: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Alibique dicit; Non teipsum exaltes, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem: & reuelet *Dominus absconsa tua. & in medio synagogæ elidat te, quoniam accessisti C malignè, & absque timore ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia. Propterea fratres, studeamus humiliare animas nostras coram Domino, vt nos exaltet in tempore visitationis. Ipse enim est, qui suscitat à terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Quicumque enim seipsum ob pietatem humiliare noluerit sponte, *humiliabitur inuitus. Quoniam & in iusto Iob scriptum reperitur: Apud ipsum est potentia, & fortitudo: ipsi scientia, & intellectus. Qui ducit consiliarios captiuos: iudices autem terræ rapit in stuporem. Qui collocat reges super sedes, & *præcingit baltheo lumbos eorum. Qui sacerdotes captiuos emittit, dynastas autem terræ euertit. Qui commutat labia fidelium: intelligentiam verò senum cognouit. Qui ignominiam effundit super Principes, humiles autem sanitati restituit. Diligamus igitur humilitatem charissimi, quoniam ipse Dominus dixit: Tollite iugum meum super vos, & discite à me: quoniam mitis D sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meũ suaue est, & onus meum leue. Etiam benedicte, etiam glorificate, etiam misericors, etiam amator hominum optime, valde iugum tuum suaue est, & onus tuum leue, in omnibus accedentibus, ad seruiendum tibi in vero corde. Quoniam te decet gloria, & potentia, ac fortitudo, in secula seculorum, Amen.

*al. beneficium.
Matth. 23.
Luc. 14. 18.
Psal. 36.
1. Pet. 5.
Rom. 12.
Ecclis. 1.
* al. Deus.
Ibidem. Eccl. 1.
1. Pet. 5.
Psalm. 112.
* al. inuitus humiliabitur à dæmonibus.
Iob 12.
Iuxta LXX.
* al. circumdedit.
Matth. 11.
Ibidem, &
1. Ioan. 5.
Ididem.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

E *PArænesis ista rectè conformiterq; in omnibus manuscriptis huiusce Auctoris, inscribitur* (De Humilitate.) *quòd totum hic Argumentum in illa celebranda virtute consumatur. De qua & multis alijs in locis sparsim agit Ephræm, tam Tomo primo, quàm hoc secundo, in Superioribus præsertim Parænesibus, sed plenius, & ex professo magis hic postea,* in centum capitibus, de Humilitate; *sub finem huiusce Tom. 2.] De cuius præconijs etiam S. Basilium vide, & primo quidem in Homilia de Humilitate, cuius initium est:* Debebat homo in gloria quam apud Deum habebat manere, &c.] *per tot. ac alibi in Sermone de abdicatione siue renuntiatione seculi, cuius initium est:* Venite ad me omnes qui laboratis, &c.] *vbi non longè à fine, humilitatem virtutum omnium contentricem, & quasi quandam sagenam dicit, &c.] nec non in Respons. ad Interrogationem 198.* Quid est humilitas, aut quomodo hanc assequemur, & legitimè conficiemus?] *item in oratione de Humilitate, & vana gloria, quæ incipit:* Difficilè quidem est, vt is qui nec omnium infimus esse cupit, &c. *est inter posteriùs ibi adiectas. pluribusq; alijs apud eum sparsim locis alibi. Quàm & eandem Virtutem insigniter S. Chrysostomus celebrat, in Homilia 38. ad populum Antioch. cuius principium est:* Ne altum sapiamus

amus ô homines, nec inflemur cùm terra ſimus & cinis, fumus & vmbra, &c. *vbi humilitas radix omnium bonorum oſtenditur, &c. Et in Sermone contra ſuperbiam, etiam Tomo quinto inter didaſtica & parænetica poſterius addita, cuius ibi initium eſt :* Si quis natura in mentis valetudinem inciderit. &c. *Nec non in Homilia quarta, de verbis Eſai. Vidi Dominum, &c Homil. 8. in Pſal. 12. Tomo 1. & Homil. 15. in cap. Matth. 5, & Homil. 59. in cap. 16. Matth. ac Homil 66. in cap. Matt. 20. & 21. item Sermone 5. in Epiſt. ad Philip. cap. 1. vbi omnium bonorum cauſſa oſtenditur humilitas, ac Serm. ibidem 6. in cap 2. ad Philip. multa in laudem τῆς ταπεινοφροσύνης, i. humilitatis, per medium adducuntur : ſicut etiam apud Abbatem Dorotheum in pulcherrimo Serm. 2, De cordis humilitate, & modeſtia, aliosq; alibi.*

Alibiq; dicit : Non teipſum exaltes, ne fortè cadas: & adducas animę tuæ inhonorationem; & reuelet Dominus abſconſa tua, &c.] *Locus eſt Eccleſiaſt. ſiue Sapientia Sirach 1. cap. vbi partim cum vulg. partim cum edit. 70. Auctoris lectio conſentit, & proinde vtriſq; hîc in verſione nos accommodauimus. Legitur autem in vulg. ſic :* Attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem : & reuelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te : quoniam acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.] *at in edit. L X X. ad verbum ſic :* Non exaltes teipſum, ne cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem : & reuelabit Dominus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidet te. Quoniam non acceſſiſti ad timorem Domini, & cor tuum plenum eſt dolo.] *vnde quæ in his lectionis ſit conuenientia, quæq; differentia, quiuis cognoſcere facilè poterit.*

Quoniam & in iuſto Iob ſcriptum reperitur : Apud ipſum potentia & fortitudo : ipſi ſcientia & intellectus. Qui ducit conſiliarios captiuos : iudices autem terræ in ſtuporem rapit, (*& vt alia hic habet lectio*) in pauorem miſit, &c.] *vbi quaſi per omnia, cum lectione LXX. conſentit Ephræm. cum vulgata autem non item, vbi aliter hoc modo legitur :* Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia: ipſe nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem. Baltheum Regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum. Ducit ſacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat. Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens. Effundit deſpectionem ſuper Principes, & eos qui oppreſſi fuerant reuelans, &c.] *In quibus quia magna lectionis differentia eſt à Græco textu Ephræm, neceſſariò hic in translatione editionem ſequuti ſumus L X X. quòd cum illa, conformitas hoc loco ſit maximè, & indifferentia quaſi nulla. quamquam tamen & nonnulla huius loci Iob, aliqui aliter atque aliter etiam legant, veluti illud :* (Qui ducit conſiliarios *ſiue* conſultores captiuos, &c, *vbi Aquila legit :* qui abducit conſiliarios ſpolia. *& Symmachus* adducens eos qui prudenter deliberant, in conſilij inopiam, &c.] *Deinde vbi hic eſt :* & præcingit (*vel vt alia habet lectio*) circumdedit baltheo lumbos eorum. *& al.* baltheum lumbi ipſorum, *vt hic eſt in MS. Cryptafer.*] *Symmachus legit :* & circũcingens eos fune ſuper lumbos, &c.] *Poſtea vbi eſt :* Qui permutat fidelium, &c.] *Symmach. habet :* euertens labia non errantium, *hoc eſt, inquit ibi Sholiaſt. & eorum qui minimè videntur errare, conſilia in contrarium conuertit, ſicut fecit in Balam. Et denique vbi eſt :* Dommutans, *ſiue* permutans corda principum terræ, &c. *Aquila legit,* ἀφιστῶν remouens. *& Theod.* μεθιστῶν transferens, *Symmach.* παρατρέπων euertens. *vbi apud S. Auguſtinum reperitur ac legitur :* reconcilians corda principum populi terræ : eduxit autem eos in viam quam non nouerant, &c.] *Sed de his, plura vide in Scholijs nouæ editionis 70.*

PARAENESIS TRIGESIMASECVNDA,

Quòd Chriſtianum oporteat eſſe longanimem, & immemorem iniuriarum.

SI quæ acerbitas acciderit, non quidem eſt peſſimum id contigiſſe, ſed graue admodum & horrendũ perſiſtere in acerbitate. Frater ſi in tua abſentia, cõtigerit tibi ab aliquo maledici & obtrectari; veneritque alius qui renuntiet tibi, fratrem quendã in te maledicta atq; conuicia contuliſſe : tu vt prudens, agnoſce cuius iſta ſit ſuggeſtio, & ne aduerſus fratrẽ exacerberis. Quin & ei qui te certiorem illius fecit, ſic reſponde : quamuis contumelijs me conſectatus ſit, frater tamen meus eſt; ego * verò conuitijs ſum dignus. veruntamen non ex ſeipſo, contumelia & ignominia me affecit; ſed hoc inimicus machinatus eſt, vt inimicitias inter nos ſpargat : at Dominus malignum deſtruet, fratris autem * miſereatur, & nos non derelinquat. Sin autem & in faciem rurſus dictæ tibi fuerint contumeliæ: ne ſuccenſeas atque indigneris, neque citò mente commouearis. Sin porrò de

Admonitio ſaluberrima.

* al. nam & ego contumelias promerui.

* al. miſerebitur, & non derelinquet.

* malo

A*malo aliquo contigerit in nos conuicia ſpargi: ne ſimus duri corde; ſed * potius lapſum atque erratum corrigamus. At ſi improbi hoſtis ſuggeſtione, hoc acciderit: tu velut conſcius operis, ne indigneris aduerſus fratrem tuum. Nam ſi affectus contumelijs, contumeliam rependas; duplici teipſum contumelia afficis: primùm quidem, quòd contumelioſè tractatus, non patienter ad longanimiter tuleris: deinde verò, quòd impudentur vſus, viciſſim maledixiſti & conuitiatus es. Quando ergo contigerit te conuitijs ab aliquo onerari, ne excandeſcas ira in proximum: ſed mox labijs placidè grauiterque ſubridens, in teipſo iracundiam in pacem conuerte. Cæterùm eſt etiam riſus, qui excitat animum ad iram contra proximum, ſi ad alterum irritandum rideas. Nam ſtultus, inquit Sapiens, in riſu operatur mala. Verùm non de illo hæc dico fratres: ſed vt tanquam bonus & probatus medicus, charitatis admiſceas pharmacum, in vinculo pacis. Ignis enim ignem non extinguit. Alioqui ridendum non eſt: ſed vt charitate, grauitate, ac longanimitate, iracundi dæmonis * impetum reprimas. Nam ſcriptum eſt: Ira viri, iuſtitiam Dei non operatur. Alibique dicit: Momentum enim furoris eius, ruina ipſi. Si porrò & frater tuus dum leniter arrides, non ædificatur: ne vincatur ab ira, adnitamur modis omnibus curare ac conciliare fratrem. Cùm dicat Dominus, & Saluator noſter Ieſus Chriſtus: Si offeras munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quò frater tuus habet aliquod aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade primùm * reconciliare fratri tuo; & tunc veniens offer munus tuum. Et per Apoſtolum admonet, dicens: Pacem ſectamini cum omnibus, & ſanctimoniam: ſine qua, nemo videbit Deum. Et ne te doceat inimicus improbus dicere: Non triſtor de contumelia qua affectus ſum: ſed quòd in præſentia fratrum, me conuitijs exceperit. Hoc te conturbat ſerue Domini Ieſu Chriſti? Sed vbi arma tua reliquiſti, ô miles Chriſti? dico autem de Cruce, quę crux eſt humilitas. ſicut ſcriptum habetur: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Vis oſtendam tibi frater, quòd cum gratiarum actione debemus omnia ſuſtinere, quæcumque pro Chriſto nobis illata ſunt: ſiquidem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti veſtigijs inſiſtere velimus? Chriſtus eſt vita noſtra, & ſalus animarum noſtrarum. Qui ergo pro Chriſto patitur, pro ſui ipſius ſalute & vita patitur. Oſtendam verò, & * per ſimiles nobis paſſibiles homines, quòd per humilitatem grati acceptique Deo fuerint. primūque tibi ab ijs qui ſecundùm carnem ambulant, producam exemplum: deinde ad eos qui ſpiritaliter vitam duxerunt, tranſibimus. Contumelia affectus es? mente pugilum certamen perpende. eoſque qui publicis ſpectaculis * interueniunt: quomodo propter momentaneam gloriam, anxietates & opprobria, ſępe etiam mortes perferant. Verùm omiſſis illis qui ſecūdùm carnem ambulant, veniamus ad eos qui ſecundum ſpiritum. Quando fugit Dauid à facie Abſalon filij ſui; nonne egreſſus Semei, contumelijs excepit Regem Dauid in conſpectu omnium qui comitabantur ipſum? Num ſeorſim maledicebat Regi? vt dicere quis poſſet, quòd ea de cauſſa patienter ac longanimiter contumeliam Rex tulerit? Et non ſolum maledicebat, ſed etiam execrabatur, ac lapides in Regem proijciebat: ità vt quidam ex veris amicis, Regi diceret: Quare maledicit canis hic moriturus, Domino meo Regi? vadam & imputabo caput eius. Rex autem ad eum: Quid mihi & vobis eſt filij Saruiæ? * Sinite eum ſic maledicere: Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid. Et quis eſt qui audeat ei dicere, quare ſic feciſti? Rurſusque ait: Sinite * eum vt maledicat: ſi fortè reſpiciat Dominus humilitatem & afflictionem meam; reddatque mihi bonum pro maledictione eius, in die iſta. Vide chariſſime, quòd in humilitate ſeruierint Sancti & iuſti Domino? Si porrò Rex & Propheta cum eſſet, tantum ſtudium * & humilitatem exhibuerit: quales obſecro eſſe oportebit mendicos, & peccatores? Reuolue ſimul etiam mente, ipſius ſancti Dauid obliuionem iniuriarum, erga Saul. Quare & nos fratres longanimitatem colamus, alter alterius onera portantes. Quis enim eſt miles, qui dum ſuum aſpicit commilitonem ab * aduerſarijs comprehenſum, non decertet ac pugnet cum aduerſarijs, vt * commilitonem ſuum è manu eorum qui captiuum eum ducunt, eximat atque recuperet? Qando autem recuperare eum nequierit, tunc plorat & lamentatur; memor ſodalis atque amici. Nonne

multo

*al. de bono aliquo.
*al. ſed ſolùm corrigamur.
Aduerſus cōtumelioſos, non agendum contumelioſè.
Prouer. 10.
*al. iram.
Iacob 1.
Matth. 5.
*al. reconciliari.
Hebr. 12.
Rom. 12. 14.
Philip. 2.
Heb. 2.
*al. ex ſimilibus noſtri paſſibilibus hominibus.
*al. publicis certaminibus interſunt.
2. Reg. 16. 19.
3. Reg. 2.
Ibidem.
2. Reg. 16.
*al. dimittite eum, vt maledicat mihi.
*vulg. dimitte eum, vt maledicat.
2. Reg. 16.
*al. tantum humilitatis ſtudiū oſtenderit?
*al. à barbaris.
*al. comprehenſum ab aduerſarijs.

Ioan.13.
*al. maior hac (al. eo.) nō eſt charitas, quàm vt, &c.

multo magis debemus nos pro inuicem ponere animas noſtras? Cùm Dominus A & Saluator noſter Ieſus Chriſtus dicat: Maiorem * hac charitatem nemo habet, quàm vt quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis. Ipſi gloria & potentia, in ſeculorum ſecula, Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

CHriſtianum oportere longanimem & iniuriarum immemorem eſſe, varijs rationibus atque exemplis, locisq; ſcripturæ vtriuſque Teſtamenti oſtendit, pulchraq; documenta de non vindicandis iniurijs, ſed illis patienter potius Chriſti & Sanctorum exemplo perferendis, in mediū hac ſua opti- B *ma Parænese adfert; longanimitatemq; vehementer commendat, cuius etiam præconia celebrat, Tom. 1. vbi de Virtutibus & vitijs, per oppoſitionem agit: & in particulari, de Longanimitate, & contra de illis qui longanimitate carent, ſparſimq; alibi ſæpe. Quod etiam Argumentum tractatum inuenies à S. Ioanne Chryſoſt. in Serm. Vt benedicamus maledicentibus, Chriſti & Sanctorum exemplo. cuius initium eſt:* Ingemiſcendi mihi cupido inceſſit, &c.] *Tom. 5. & Homil. 31. ad populum Antioch. quæ eſt: De ira & longanimitate, & manſuetudine. & Homil. 52: ad popul. Quòd in manſuetudine Chriſtum imitari oporteat, & de obliuione malorum. item Homil. 78. ad popul. Antioch. Quòd melius ſit iniuriam pati, quam inferre. cuius initium eſt:* [Nolite errare. &c.] *Nec non in Serm. B. Maximi monachi & confeſſoris ad pietatem exercent. per interrogat. & reſponſ. cuius initium eſt:* Frater interrogauit Senem his verbis, &c.] *quaſi circa medium ibi:* Veruntamen Pater, dic mihi quid ſit longanimiter agere? Senex: Patienter ferre quæ grauia accidunt, nec temere iram emittere, &c.] *De iniuriarū quoq; obliuione,* C *extat Eſaiæ Abbatis oratio, quæ inter alias eſt decimaoctaua in ordine, & incipit:* Sanctus Apoſtolus præcipiebat filijs ſuis, &c.] *in Serm. S. Dorothei Abbat. de ira, & iniuriarum memoria non habenda, qui inter alios eiuſdem Serm. octauo loco poſitus reperitur, incipitq;:* Dicebat Euagrius abſurdum eſſe, & à decoro valde alienū, monachos iraſci, aut quempiam moleſtia iniuriave afficere, &c.] *Sermo ſanè vtilis eſt, & plurimum huc faciens. vbi inter alia oſtendit Dorotheus quid inter ſe differant, μνησικακία, i.* memoria iniuriarum, *& ὀργὴ, i.* ira, *ac θυμός, i.* furor, *ſiue* impetus animi, *& ταραχὴ,* i. perturbatio. *illorumq; nominum (quorum & à noſtro Auctore fit mentio) differentiam pulchris ſimilibus, atque exemplis ibi patefacit colluſtratq;.*

Sin porrò de malo aliquo contigerit in nos conuicia ſpargi, &c.] *In alio MS. hic pro (περὶ κακοῦ,* i. de malo*) reperitur, περὶ καλοῦ,* i. de bono *ſiue* honeſto, *Sed omnino legendum hic eſſe, περὶ κακοῦ, de malo, & non καλοῦ bono, conuincunt, quæ immediatè hic in hæc verba ſubduntur:* ſed potius lapſum atque erratum corrigamus, *ſiue vt alia ibi habet lectio:* ſed ſolùm corrigamur, &c.] *cum & aliâs in hiſce includeretur contradictio, & ſententia vacillaret, quare mendum hic in (καλοῦ) manifeſtum cenſendum eſt, vitioq; Scriptoris (λ) pro κ poſitum. qui ſi rectius ad πρωτότυπον attendiſſet,* D *ſanè περὶ κακοῦ, i. de malo hic legiſſet atque ſcripſiſſet.*

Nam ſi affectus contumelijs, contumeliam rependis, duplici teipſum contumelia afficis, &c.] *Aduerſus contumelioſos, contumelioſè non eſſe agendum, ſeriò grauiterq; hic admonet. quod idem & à Baſilio & Chryſoſtom. in eandem ſententiam eſt traditum: & à Baſilio quidem in Homil. de Ira, cuius principium eſt:* Quemadmodum in medicorum præceptis, &c.] *circa med. ibi:* Quando cōtumelia tentaris illud exiſtima, periculum de te fieri, an Deo per patientiam adhæreas, ſeu per iram in aduerſarij partes inclines, &c.] *vbi conſequenter quo pacto conuicia, & contumelioſi facilius tolerari ſuperariq; poſſint: tum quæ Longanimitatis & patientiæ commoda, quæq; contumelioſorum mala ac damna, copioſè oſtenditur. quemadmodum & apud Chryſoſt. in Act. Apoſt. cap. 24. Homil. 50. luculenter ipſe demonſtrat, illos ipſos contumelijs afficere, qui conuicia rependunt, & cum contumelioſis contumelioſè agunt. poſt med. ibi:* Accuſas quòd contumelia affectus es? quare igitur & ipſe in hoc crimen incidis? Cur te ipſum percutis? mane ſine paſſionibus; mane abſque vulneratione: non E volens vulnerere alium, & teipſum inijcis in malum? *ac paullo poſt:* Et quomodo, inquis, poſſibile eſt; eum qui contumelia afficitur ferre? quomodo autem non poſſibile, dic obſecro? Vulnus ne nobis naſcitur ex verbis? cicatrices in corporibus? quantum igitur nobis erit damnum? atque ita ſi voluerimus, poſſumus ferre. Ponamus nobis legem, ne doleamus: dicamus nobis ipſis, non eſt inimicus, infirmitatis eſt, & verè ex infirmitate eſt,] *& quæ ibi apud Chryſoſt. ſequuntur poſtea, ad finem vſque citatæ iam Homiliæ 50. valde huc facientia, lectuq; in hoc Argumenti genere digniſſima.*

Quando fugit Dauid à facie Abſalon filij ſui, nonne egreſſus Simei, cōtumelijs affecit Regem Dauid, &c.] *Exemplum longanimitatis Regis ac Prophetæ Dauid maximæ ab improbo Semei contumelia affecti, (quàm & patientiſſimè tulit) hic in medium affert. cuius hiſtoria continetur 2. Reg. 16. & 19. & 3. Reg. 2. ſparſimq; refertur & amplificatur ab ipſo Ephræm etiam alibi, ac præſertim Tomo 1. in Tractatu de Morbo linguæ, alijſq; vitijs, vbi Dauid innocentia & patientia commendantur; Semei autem*

tem in illum contumelia, & maledicentia vehementer improbatur, atque damnatur. Conſonantq́; iſtis quæ in Homilia de ira, iam ante citata Magnus adducit Baſilius in hæc verba: Oportet itaque motus animi inſanos ac præcipites exemplo Sanctorum, ac beatorum præceptorum memoria cohibere: quomodo Magnus Dauid, & qua manſuetudine iniquitatem Semei tulerit: non enim iræ locum dedit, in Deum cauſſam transferens; quoniam Dominus (inquit) mandauit Simei vt maledicat Dauid. Cumque audiſſet ſe virum ſanguineum & iniquum vocari, minimè ſuccenſuit: ſed tolerando ſeſe humilem reddidit, ac meritam ſibi infligi contumeliam putauit, &c.] *quæ eadem valde conformiter etiam hic ab Auctore non ſine amplificatione recenſentur, & verbis Scripturæ accommodantur.*

Si porrò Rex & Propheta cùm eſſet, tantum ſtudium exhibuerit & humilitatem, &c.] *vbi alia lectio habet:* Si Rex & Propheta, cùm eſſet tantum ſtudium circa humilitatem demonſtrârit. *& al.* tantum humilitatis ſtudium oſtenderit, *& al.* tantum humilitati detulerit, &c.] *eſt autem Argumentum à maiori, quo omnes ad humilitatis, longanimitatis, & patientiæ ſtudia prouocamur, & excitamur.*

Ipſi gloria & potentia, in ſeculorum ſecula.] *ita in tribus reperitur mmſſ. at in alijs locis duobus ſic legitur atque concluditur:* Ipſi gloria cum Patre & ſanctiſſimo Spiritu, in æterna ſecula, Amen.] *vbi etiam vtraque lectio bona eſt, & Auctori familiaris.*

PARAENESIS TRIGESIMATERTIA,

De Patientia & Compunctione.

CHariſſimi. Præbeamus nos tanquam ſtrenuos milites, pro Rege noſtro Chriſto alacriter mortem oppetentes. Quando enim adhuc in ſeculo eramus, quando in humanis negotijs verſabamur, talia non patiebamur, neque tot ærumnas ſuſtinebamus: Nunc autem cùm acceſſerimus ad Dominum, vt ei maximè placeamus; incurſiones eiuſmodi, tentationes, vexationesq́ue in nos improbi hoſtis excitantur. Vides autem nos hæc Domini cauſſa perpeti: cùm enim nobis inimicus inuideat, nosq́ue à vitæ via conetur abducere, in mollitiem deſidiamq́ue nos inducit, ne Deo complacentes, ſaluemur. Quantum igitur aduerſum nos malignus exſurgit: tantum nos in patientia inueniamur viriles, magnanimi, ſtrenui & alacres, paratos nos prębentes ad ſuſtinendum vſque ad mortem, propter ſpem in Chriſtum, & cunctæ in eius inſidiæ diſſoluentur. Habemus ſiquidem defenſorem & propugnatorem noſtrum Chriſtũ, quiq́ue nobis oppreſſis & ſperantibus in ipſum patiẽtiam præbet, illosq́ue *confundit; nobis interim præmia victoriæ atque laborum, id eſt, Regnum cælorum, propter Dominum, reportantibus. Præbeamus ergo nos velut incudes percuſſi, & nequaquam terga vertentes, neque aliquam notã mollitiei, vel deſpicientiæ, deſidiæve per flagella atque tentationes in nos ipſos admittentes. Cæſi vincamus aduerſarium, per patientiam: Etenim Dominus noſter ſic hanc vitam traduxit, flagellatus, contumelijs affectus, conſputatus, lapidatus, ac deniq; ignominioſa quoque morte crucis, ab impijs affectus: omniaq́ue ſuſtinuit propter noſtram ſalutem, nobis exemplũ vitæ relinquens, vt qua via tribulationum, tentationum, ac mortis ipſe ambulauit, eadem quoque qui in ipſum verè credunt, & cohæredes regni eius fieri deſiderant, iter ſuum inſtituant. Vt quemadmodum ipſe per multas paſſiones, poſtremò autem in Cruce moriens, vicit crucifixus, & moriens ſuperauit, interemit, condemnauitq́ue peccatũ in carne, adigens aduerſarias poteſtates, ſicut ſcriptum eſt: Expolians principatus & poteſtates in cruce, *oſtentauit palam, triumphans illos in ſemetipſo: Ita & nos omnem ipſius inſultationem, anguſtiamq́ue ab hoſte improbo illatam, viriliter alacriterq́ue etiam ad mortem vſque ſi ſuſtinuerimus; tunc aduerſarium ſuperabimus, per fidem & patientiam, ac ſpem firmam in Dominum. Sicq́ue probati inuẽti, & hinc redemptionem merebimur, ſanctiq́ue Spiritus ſanctificatione implebimur, & hæreditatem deinde vitæ æternæ conſequemur. Nam in ſpiritali certamine, victoria contra aduerſarium, per paſſiones & mortem comparatur. Patiendo igitur & moriendo propter Dominũ, promptiſſimè ſuperabimus omnem inimicorum poteſtatem. Neque ergo nobis laborioſum ſit, quamcunque tribulationem ac tentationem perferre: ſed deſiderium

Opponit vitam, quæ agebatur in ſeculo, ei, quæ in ſolitudine, & cœnobio.

*al. dedecorat.

Matth. 26. 27.

Marc. 14. 15.
Lucæ. 22. 23.
Ioan. 18. 19.

1. Pet. 2.
Epheſ. 2.
Phil. 2. 3.
Coloſſ. 1. & Heb. 12.
Coloſſ. 2.

* ἐδειγμάτισε.

Matth.16. ac 20. omne figentes in Dominum, & ob oculos mortem eius ſtatuentes; cum patiẽtia A
Marc.8. quæcunque ſuſtinebimus. Et ſicut dictum eſt à Domino: Quotidie tollentes crucem
Luc.9. & 14. eius, quæ eſt mors, ſequamur ipſum. atque ita facilè quamcumq; afflictionem
tolerabimus, ſiue occultam; ſiue manifeſtam. Si enim mortem à Domino ſuſtinere
exſpectamus, & coram oculis ponentes, ſemper deſideramus: quanto magis
qualeſcunque afflictiones graues, opportunè importuneque cum omni prorſus
gaudio ſuſtinebimus? Propterea graues nobis, moleſtæ, & intolerabiles res aduerſæ
Heb.6. & 12. videntur; cùm mortem Domini continuò ob oculos conſtitutam non
retinemus, ipſumque non ſemper mens concupiſcit. Nam qui Chriſtum poſſidere
deſiderat: etiã pro ipſo pati, optabile omnino illi eſt, & expetendum. Itaque
Chriſti amatores in hoc apparent, quando omnem tribulationem ipſis superuenientem,
generosè alacriterque propter ſpem in Deum ſuſtinent. Quocirca obſecremus B
Coloſſ.1. Dominum, vt intellectum nobis concedat, ad cognoſcendam diuinam
Epheſ.4. eius voluntatem, prompteque pręſtandam eam, in omni patientia & longanimitate,
Heb.6. & 12, cum gaudio & exultatione, quam ipſe largiatur nobis, confirmans nos in
omni beneplacito ſuo: vt probati, digniqué reperti, æterna perfruamur ſalute. In
Chriſto Ieſu Domino noſtro: Cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

HVc pertinent, quæ in opuſc. De inſtitutione vitæ perfectæ alibi adducit S. Baſilius Cæſareæ Epiſc. vbi tractat: Quòd Chriſti omnino exemplum, viro perfecto in cunctis ſit imitandum, &c. Et C *quæ apud ipſum ſunt Ephræm Tom, 1. in Tractat. De Patientia. cuius initium eſt:* Qui Deo placere cupit, &c.] *per tot. ſed maximè circa finem, ac apud alios alibi.*

Quando enim adhuc in ſeculo eramus, talia non patiebamur; nunc autem, &c.] *Opponit vitam quæ agebatur in ſeculo, ei quæ in ſolitudine & cœnobio. & quomodo maior in hac quàm in illa, perfectio requiratur; & in aduerſis pro Chriſto perferendis tolerantia atque patientia. & in bono perſeuerantia, oſtendit. Chriſtiq; paſſiones varias deſcribit, & perfectam imitationem veſtigiorum ac paſſionum ipſius, cunctis proponit, luculenterq; rationem bene imitandi eum, exponit.*

Præbeamus nos velut incudes, percuſſi, & nequaquam terga vertentes, &c.] *Similia ſunt, quæ apud Ephræm alibi adducuntur, Tom. 1. in Tract. de Fide. cuius ibi initium eſt:* Dominus noſter in Euangelio, &c. *ibi:* Et quemadmodum incus aliqua licet ſemper verberetur, non temen dat tergum, &c. ſic & qui ſe verum vult gerere Chriſtianum. *& quæ poſtea conſequuntur ibidem, valde huc pertinentia, ſicut & ea, multoq; magis, quæ circa finem tract. iam allegati de Patientia habentur, Tom.* D *1. ibi:* Simus ergo tanquam iucudes quædam, quamuis cædamur, non tamen cædamus, &c.] *vbi paucis ſolùm verbis immutatis, omnia quaſi cum hiſce ſunt eadem.*

Sicut ſcriptum eſt: Exſpolians principatus ac poteſtates in Cruce, oſtentauit palam, &c.] *ita hunc Apoſtoli locum Coloſſ. 2. hic legit S. Ephræm, vbi & vim verbi (ἐδειγμάτισε) in tranſlatione noſtra expreſſimus, quod idem quoque S. Chryſoſtomi præſtitit Interpres. ſic eundem hunc Pauli locum in Homil. 3 in Epiſt. ad Coloſſ. cap. 2. Latinè conuertens reddenſq;:* Exſpoliatos principatus ac poteſtates, oſtentauit palam, triumphans de illis per ſeipſum, &c.] *at in vulg. paullò aliter, hoc modo:* Exſpolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter palam, triumphás illos in cæleſtibus, &c.] *vbi lectionis cernere clarè licet cõſenſionem & differentiam. citaturq; idem Apoſtoli locus iiſdem vt hic verbis, Tom. 1. in Serm. de Patientia, cuius initium eſt:* Qui Deo placere cupit, eiuſque hæres per fidem euadere, &c.] *non longe à fine eiuſd. aliiſq; in locis alibi.*

Si enim mortem à Domino ſuſtinere exſpectamus: quanto magis, &c.] *Comparatio fit à minori ad maius, q.d. Si vellet nos Dominus mori, ferendum patienter eſſet: quanto magis cætera quæ leuiora ſunt morte, æquanimiter toleranda ſunt, &c. de quibus ibi latius ac planiùs.*

PARAENESIS TRIGESIMAQVARTA,

De Paſsionibus ac perturbationibus animi.

* al. planè non cogitans, &c.

VIr in torpore ac negligentia dies ſuos trãſigens, ſeipſum decipit, prorſuſque * non cogitat de bonis, quæ Dominus Deus iuſtis præparauit, nec ſupplicia peccatoribus parata conſiderat, ſed ſeipſum abſque timore vllo paſcit: in tali autem omnem concupiſcentiam operatur

A carnalem hoſtis improbus; nequitq́; talis intelligere, qua ratione ne portà quidem Vrbis poteſt animaduertere, quinam per eam ingrediantur, & exeant. Nam concupiſcentia in mentem eius ingreſſa, oculos ipſius obuelat. Athletas porrò varijs modis inimicus oppugnat: & ante quidem conſummationem iniquitatis, vehementer eam in oculis ipſorum imminuit; potiſſimum verò concupiſcentiam voluptatis carnalis: tantumq́ue eam in ipſorum oculis,, priuſquam peragatur ſcelus, extenuat improbus; quomodo ſi quis poculum aquæ frigidæ humi effunderet. Conſummato autem iam ſcelere, vſqueadeo illud extollit atque exaggerat malignus in manibus fratris qui in illud incidit, vt nihil ſupra. Quin etiam deſperationis aduerſus eum vndas excitans; ſæpe quoque & per parabolas ſe illi B opponit, talia ipſi ſuggerens, dicensq́ue: Quid feciſti, inanis & inutilis operarie? Nunc patefaciam tibi, cui labor tuus ſit ſimilis: Quemadmodum ſi quis ſibi plantaſſet vineã, quam ſtudioſè coluiſſet atque cuſtodiſſet, donec fructum ferret: deinde illa vindemiata, vini cados impleſſet; tum verò repentè ſurgeret, arreptaq́; ſecuri dolia frangeret, effuſumq́; vinum periret: huic ſimile eſt opificium tuum. Hæc improbus dæmon fratri ſuggerit, volens ipſum in * profundum deſperationis deprimere. Quare haſce inimici machinationes prænoſcẽs, frater chariſſime, fuge peccatum. Et ſi fortè in delicto aliquo pręoccupatus fueris, ne in eodem permaneas errato: verum reſurge, & * conuertere ad Dominum Deum tuum, in toto corde tuo: vt ſaluetur anima tua. Ad improbam porrò cogitationem dicito: Etſi dolia confregi, vinumq́; deperdidi; vinea tamen adhuc ſupereſt, & Dominus longanimis eſt, & miſericors, ac iuſtus: & ſpero bonitate eius mihi cooperante, fore vt iterum ipſius vineam ſtudioſè excolam, atque cuſtodiam; ac dolia ex ipſa C * vt antea compleam. Ait quippe per Prophetam Eſaiam ipſe: Si fuerint peccata veſtra, vt phœniceum, quaſi niuem dealbabo: &, ſi fuerint vt coccinum, velut lanam dealbabo. Et, ſi volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis. Si autẽ nolueritis, neque exaudieritis me, gladius deuorabit vos: os enim Domini locutum eſt iſta. Ipſi gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

A Simili.

Athletæ diuerſimode impugnantur ab hoſte.

A Simili.

* al in foueam ac puteum deſperationis demergere.

* al. & vade.

Allegoricè dicta.

* al. ſicut & prius.

Iſai. 1. iuxta LXX.

Ibidem.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

D IN omnibus manuſcriptis Romanis, *vt & duobus Venetis S. Marci, hæc pariformiter inſcribitur Parænesis,* περὶ παθῶν, *id eſt,* de paſſionibus ac perturbationibus animi. *in ſolo autẽ Cod. Cretenſi ſiue Cand. eſt:* De aſſenſione ſeu approbatioue cogitationum.] *& licet de conſenſione cogitationis, aut potius contra eam, hic quoque agatur; tamen quia generaliter Parænesis aduerſus quaſcunque animi paſſiones, prauosq́; affectus inſtituta videtur, à potiori etiam parte meritò denominanda eſt, inſcribendaq́; vt in pluribus reperitur Græc. manuſcript.* περὶ παθῶν. *id eſt,* de paſſionibus, &c.] *de quibus in genere, plura qui noſſe aut legere voluerit, videat Tom. 1. Ephræm, in Sermone de paſſionibus ſiue perturbationibus animi. per tot. ac noſtris ibi abiectis Scholijs. vbi copioſius de iſtis agitur, Auctoresq́; de iiſdem reprimendis tractantes citantur.*

Nequitq́ue talis intelligere; qua ratione ne porta quidem Vrbis poteſt animaduertere, quinam per eam ingrediantur & exeant, &c.] *Oratio non quidem hoc loco mutila, vt prima fronte apparet, ſed potius ellyptica in Græco eſt, quare vt de ſententiæ proſperitate amplius conſtaret, ita eam hic Latinè ſuppleuimus atque perfecimus. quomodo & al non minus perſpicuè ſic:* Nec poteſt talis conſiderare, E quemadmodum nec porta ciuitatis eos ſcilicet conſiderat, qui intrant & egrediuntur per eam, &c.] *atque hinc ſimilitudo clara eſt, quæ etiam ex antecedentibus, & poſt ſequentibus ſatis innoteſcit,*

Si fuerint peccata veſtra vt phœniceum, quaſi niuem dealbabo: & ſi fuerint vt coccinum, velut lanam dealbabo, &c.] *Hæc & quæ ſequuntur hic Eſaiæ verba, ad verbum tranſtulimus, vt hoc loco ſunt in Græco textu Auctoris, & apud LXX. quibuſcum per omnia ſunt eadem, vt legenti & conferenti vtrobique Græca planè conſtabit. At in Latina vulg. paullo aliter iſta ſic leguntur.* Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum eſt. *Vnde in quibus hic lectionis ſit conuenientia, & in quibus differentia, quiuis legendo & conferendo, facilè decernet. Locus eſt Eſa. 1. etiam alibi ſæpius à noſtro Auctore citatus, atque illuſtratus, tum Primo, tum Tertio Tomo.*

PARAENESIS TRIGESIMAQVINTA,

Quomodo oporteat conſolari puſillanimes.

Vtilis & neceſſaria Adhortatio.

Frater ſuum quærebat fratrem, illoque inuẽto, dixit ad eum: Quò te recipis frater? Ille autem ad eum: Quidam in anguſtijs verſabatur ex fratribus, & abibam conſolaturus eum. Et frater eius ad ipſum: Si propter Dominum abijſti, mercedem habebis. Sunt enim nonnulli, qui videntur conſolari, ac compati; & neſciunt quod potius affligant, & ad nocendum abeant. Frater autem: Et qualis, inquit, ille qui ſic ſuum conſolatur fratrem, ad nocumentũ & damnum? Reſpondit illi frater eius: Si vir ſpiritalis fuerit, qui alterum conſolatur, non ad nocendum, ſed vt multũ proſit, vadit. At qui, quæ carnis ſunt, ſapit; hic nihil proderit. Frater autem ait: Vellem ſcire vtriuſque verba; ne fortè dum prodeſſe cupio fratri, obſim. Et frater ad eum: A Domino miſerationes quæramus ambo, vt gratiã ſuam cordibus noſtris immittat: nã ſine gratia ipſius, homo rectè & cum virtute agere nihil poteſt. Audi ergo gratiam cooperantem. Qui carnalia ſapit, ad fratrũ conſolationem vadens, talia depromit: Quid habes, inquit, mi frater? Ille verò ad ipſum: Rem quandam neceſſariam ab œconomo poſtulaui, nec dedit mihi, vel alium adhibet fratrem, à quo ſit violatus iniuria. His auditis, qui ſcilicet ad cõſolandum venerat, exclamat dicens: Et quãobrem iſte nos vſqueadeò dedecore afficit? Nam & mihi alias idem fecit, ignominiæque notam intulit, & honore à nobis afficitur, & non intelligit, neque vult ſeipſum ferre, putantq; præfecti eorum qui hic ſunt, in hoc ſolum loco licere ſaluari: vel hic tantummodo ſolem oriri, & alibi ſaluari hominem non poſſe. Recedo & ego à loco iſto, & ab iſtis hominibus liberor: magisque in verbis hiſce, fratri nocet. Si porrò & alij reperiantur, eidem obnoxij cogitationi, peius fratris cogitationem diſſoluunt atque euertunt. Sæpe verò contingit & vinũ in medium proferri, & donec inebriati fuerint, non ceſſant potitare, & verbis contendere ad inuicem. accidit autem quòd & manibus ſe inuicem adoriantur: alij verò etiam in ipſo ioco, ex nimia compotatione obdormiſcũt. Frater autem ait: Cuperem, ſpiritalium quoq; noſſe verba, vt optima ex ijs mihi ipſe deligam. Ille verò reſpondit: Spiritalis, quando ad fratris conceſſurus eſt adhortationem, in primis etiam priuſquam ſua egrediatur cella, in oratione conſiſtit, vt Dominus viam ſuam proſperet, veniensque ad ianuã fratris, & pulſans, *pœnitentiam agit admiſſusque ingreditur, ac ſe ad orationem componit. Poſtea verò, ſimul in ſilentio ſedent. Deinde ad fratrem, Dominus cellæ: Bene, inquit, veniſti frater: aduenisti enim benedicturus nobis. Frater reſpondit: A pietate & reuerentia tua, ego benedicar. Obſecro igitur te, benedicte à Domino, quid eſt quod habes? At frater, * cogitationes ſuas profert, ac fratrem quendam eſſe qui ipſi moleſtiam exhibuerat. Quibus auditis, frater ait: Domine adiuua me. nõ enim ſinit inimicus quemquam quieſcere. Rurſus autem ſermonem ſubiungens, dicit: * Verùm tamen chariſſime, & vbi non eſt tribulatio? vbi non eſt labor? Mundani, nonne laborant? Nautæ, per maria diſcurrentes, nonne *periclitantur? Milites in bello, nonne pericula ſubeunt? & quo pacto nos ſic puſillanimes ſumus, tanquam ſoli anguſtijs ac tribulationibus preſſi? Mundani in mundanis laborant, & fatigantur; ſpiritales in operibus ſpiritualibus afflictãtur, ad mũdi triſtitia mortem operatur: qui aũt ſecundum Deum eſt dolor pœnitentiam in vitam æternam. Et nos ergo tribulati, ne puſillanimes ſimus. Scriptum eſt enim: * Triſtitia veſtra conuertetur in gaudiũ. Et tu quidem iſta ſuſtinuiſti, nunc autem carne conſummaris? Recordare, quòd mundo renuntiaſti, ac propriæ voluntati, & verbum non ſuſtines? Num noſtro ventri ſeruimus, propriæque voluntati? & verbum non toleras? propter quod etiam à manſione vis abſcedere. Iſtane noſtra laus eſt? Itane inimicus cogitationem humilitatis deprædatus eſt, & ea de cauſſa perturbationes vehementer in nos inſurgunt? Ne mihi res veras ad te referenti, iraſcaris: hæc enim pro te tolerans, loquor. Nam vnde cauſſa prouenit? planè vel ob cibum, aut ob potum: aut quod verbum tolerare nolueris,

tantis

Differentia inter Conſolatorem ſpiritalem, & ſenſualem.

*Græc. βάλλει μετάνοιαν.

*al. ante dicta recenſet.

*al. Sed dic quæſo chariſſime, vbi, &c.

*al. naufragia patiuntur.

Ioan.16.

*al. tribulatio veſtra, &c.

A tantis affectus es damnis. Et reputaſti omnia velut ſtercora, vt Chriſtum lucrifa- Philip.3.
ceres: & iterum antiquis mentem pateris demergi paſſionibus? Nam niſi conti-
nentiam diligamus, niſi tribulationem feramus, niſi noſtram volũtatem abſcin-
damus, non eſt nobis libertas dicendi: Ecce nos relinquimus omnia, & ſecuti ſu- Matth.19.
mus te. Perpende mente, qualis eras, dum primum ad ianuam monaſterij adueni- Marc.10. &
ſti, ſpiritu feruens in timore Domini? At fortè cupis dicere: homines iſti cogita- Lucæ 18.
tionem meam peruerterunt. Ergo noſtri ventris mancipia facti ſumus, & pro-
priæ voluntatis? Vis oſtendam tibi chariſſime, ex noſtra ignauia id ortum eſſe? Geneſ.13.19.
Lot in Sodomis habitabat, & non cum * ijs perijt. Giezi, Prophetæ Eliſæo ſeruie- Lucæ 17. * al. cum eorum
bat, & peccauit. Similiterque Samuel apud Heli permanebat, & ſimul cum filijs malitia perijt. 4.Reg.5.
B ipſius verſatus eſt: & illi ceciderunt, hic autem ſaluatus eſt; quia in veritate dile- 1.Reg.2. 3.
xit Dominum. Iudas porrò Iſcariotes, cum diſcipulis ſequebatur Dominum: & Matth.26.27.
tradidit magiſtrum ac Dominũ gloriæ in manus impiorum. Ne igitur cedamus Marc.14. &c.
inimici conſilio ſuggerentis, videlicet honeſtas prima fronte cauſſas, ad animas
noſtras euertendas. Ex diuinis enim Scripturis exempla habemus, quomodo
vnuſquiſque ſibi ipſi attendere debeat; ſiue cum iuſtis connerſetur, ſiue cum pec-
catoribus. Inter iuſtos ergo ac bonos dum cõmoramur, iuſtè & ſanctè viuamus:
at ſi peccatoribus cohabitemus, demus operam, vt à nobis illi ad viam pertrahan-
tur ſalutis, diuina adiuuante gratia. Quod ſi vis dicere, debilem te eſſe & puſilla-
nimem? Audiamus ſacras Scripturas, & Sanctorum Patrum viuendi normã imi-
C temur, vt ſanetur anima noſtra: & non ſolùm dum audimus, compungamur, &
Paullò poſt deteriora agamus. Nam qui ita ſermonem accipit, nũquam fructum
referet: cùm radicem tales in ſeipſis non habeant. omnis autem arbor, quæ non Matth.3.
facit fructum bonum, * excidetur, & in ignem mittetur. Tanquam infirmi, au- *al. exciditur
ſcultemus admonitiones virorum timentium Dominum, qui ad ſanitatem de- & in ignem mit-
ducant animam: & ne ſimiles efficiamur illis, qui, quæ voluntatis ſunt propriæ, titur.
audire ſolùm volunt: vt ne miſere, inſanis ac temerarijs cogitationibus adhære-
amus. Dixit enim quidam ſanctorum Senum: Si conſpexeris adoleſcentem pro- Dictum memo-
pria voluntate in cælum aſcendentem, tene ipſum: expedit enim ipſi. Id verò de rabile.
illo quoq; intellige, qui cùm ætate ſit ſenex, mente tamen eſt iunior: Dicit * enim Prouer.12. *al. Dicit porrò
in Prouerbijs Sapiens: Viæ inſipientium rectæ coram ipſis: qui autem ſapiens eſt, & in Prouerb.
amplectetur conſilia. Audiamus porrò & eum qui dicit: Adoleſcentes, ſubditi 1.Pet.5.
D eſtote ſenioribus. omnes autem * inuicem humilitatem inſinuate: quia Deus ſu- *al. ad inuicem.
perbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Sunt enim nonnulli, qui ſibi viden- Iacob.4.
tur ſapientes eſſe, & non dignantur obedire ijs qui verè ſapientes ſunt, ac cogniti-
onem Dei habent. Quos etiam iure Apoſtolus vaniloquos, & ſeductores * deno- Tit.1.
minant, dicens: Sunt multi vaniloqui, inobedientes, & ſeductores. Alteri porrò * al. nuncupa- uit.
ſæpe cogitatio ſuggerit, & ait: Iunior * adhuc es, circa ſenectutem tuam pœniten- * al. Quid? iu-
tiam ages. Et ſi ad ſenium peruenerit, iterum cogitatio ipſi obijcit: Nunc conſe- uenis es, vbi cõ-
nuiſti, & requie indiges. Vnde neceſſarium chariſſime, cum timore & tremore ſenueris reſipi- ſces.
Domino quotidie inſeruire. Quis enim nobis dixerit, certioreſque fecerit, fore
vt conſeneſcamus? * & ſi conſenuerimus, quod bonam cogitationem inuenire- *al. & quod co-
mus? ſiquidem vel iam hinc ſalutem noſtram neglexerimus. Audiamus dicẽtem gitationem ali-
* Dominum: Vigilate & orate, quia neſcitis diem, neque horam. At nos ob no- quando bonam inueniemus?
ſtrum torporem atque ſegnitiem, graue reputamus ſuaue iugum Domini. Quot *al. Saluatorem dicentem.
E putas chariſſime, in mundo diuerſimodè conflictari atque vexari, eorumque fili- Matth.24. &
os pro pignore poni? aliorum verò etiam optimatum * filios in captiuitatem de- Marc.13.
labi, & in ſeruitutem diuendi? ſeruientes vilioribus ac miſerabilioribus homini- * al. potentiorũ filios.
bus, quàm ſint ipſi, in terra aliena? Alij verò inopes atque mendici, in plateas &
vicos ciuitatis proiecti iacent nudi, frigore æſtuque afflicti: nobis verò non ſatis
eſt habere tectum hoc, quod nobis largitus eſt Dominus, & mundanarum rerum
cura vacuos eſſe atque ſolutos. Hęc recolamus memoria, & non aſpernemur gra-
tiam Dei, & beneficia eius: * quia dignatus nos eſt ſuaui iugo ſuo. Immò & quæ- *f. qui dignatus eſt.
ſiuimus, inquit, & non dedit nobis. Et quis * ſcit, non ad cõmodum & vtilitatem * al. & quis
noſtram, id accidiſſe? Dicamus autem & iſtud: Nonne nouit quiſpiam noſtrum, ignorat.
ſeſe inobedientem fuiſſe Domino: & tamen id videns Dominus, patienter ac
longanimiter tulit? De Præfectis porrò noſtris, relinquamus Domino. Omnes

enim aſtabimus coram tribunali Chriſti. Nam Deus perſonam hominis non accipit. A Exurge igitur, & præcinge teipſum. Et ne ſuccumbas cogitationibus. Audi dicentem: Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Hei mihi peccatori, chariſſime. Tot ac tanta Dominus gloriæ pro nobis pertulit: quid poterimus ei, æquiualens paſſionibus * proferre, quas propter nos ſuſtinuit? Procidamus ergo coram ipſo, tota mente ac viribus; patientiam à bonitate ipſius depoſcentes. Per multas enim tribulationes, oportet nos inttare in regnum cælorum. Dixit quippe Saluator ſuis diſcipulis: Vos tribulationem habebitis in mundo, mundus autem gaudebit. vos verò contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam nō meminit horæ illius propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur * tribulationes hîc habebitis: iterum autem videbo vos, & gaudebit B cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Et ſic confirmans fratrem verbo veritatis, ſecundùm donum gratiæ, vterque gratias agit Domino. Si porrò etiam guſtare inter ſe cibū contigerit, omni cum honeſtate ac verecundia comedunt & bibunt, * ob ſuſtentationem corporis: & ne inebrientur vino, in quo eſt luxuria. Faciens ergo opus Domini, reuertitur ad cellam ſuam, glorificans Deum ſuper mutatione atque conuerſione fratris. Quoniam * ipſius eſt potentia & gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

Rom. 14.
2. Cor. 5.
Lucæ 20.
Galat. 2.
Rom. 12.
* al. retribuere.
Actor. 14.
Ioan. 16.
Ibidem.
* al. triſtitiā nūc quidem habetis. vt in vulg.
Ioan. 18.
* al. ob macerationem carnis.
* al. Quoniam Deo noſtro gloria. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES. C

NEceſſarius hic Sermo eſt, ſiue Parænesis ad conſolationem afflictorum & puſillanimitate laborantium, ac in anguſtijs conſtitutorū. proponiturq; primùm modus ac ratio conſolandi, & finis; tum per quos vtilius ac ſalutarius conſolationes eiuſmodi adhiberi oporteat: & quantum qui carnaliter alios conſolantur, differāt ab illis qui ſpiritaliter; quantumq; illi noceant, hi autem proſint, oſtenditur. & res tota exēplis, narrationibuſq; aptiſſimis declaratur: remediaq; non parui momenti aduerſus puſillanimitatem, & tentationes varias ingruentes, animamq; perturbātes adferuntur; Sanctorumq; exempla ad mentē in bonis inſtitutis confirmandam producuntur, aliaq; ſalutaria tractantur, ſicut plenius ex hac ipſa conſtabit Parænese, ad quam in alijs Lectorem hic remittimus.

Spiritalis, ad fratris conceſſurus adhortationem, priuſquam ſua egrediatur cella, in oratione conſiſtit, veniensque ad ianuam fratris & pulſans, pœnitentiam agit, &c.] *Obſcuritatem ac difficultatem aliquā parit, quod hic dicitur,* καὶ κρούσας βάλλει μετάνοιαν, i. & pulſans pœnitētiam agit.] D *vt hic Latinè reddidimus, ſicut & alibi illud* (βάλλει μετάνοιαν, *pro,* pœnitentiam agit) *apud Ephræm accipitur, vti ſuis conſtabit locis. An enim aliquem pœnitentiæ actum antiquitus Monachi exhibere ſolebant priuſquam alienas ingrederentur cellas, tractaturi ſua cum illis qui ibi degebant; hinc dubitari poteſt: an verò communis dicendi vſus obtinuerit, vt ſic loquerentur, eoq; vterentur etiam pro breui precatione genuumq; flexione, quæ ante ingreſſum fiebat ad alios, vt valde veriſimile eſt quomodo & Magnus Baſil ad Ephræm noſtro viſitatus, & vt loqui poſſet Græcè rogatus, reſpondiſſe ei dicitur,* δεηθῶμεν τοῦ κυρίου. i. rogemus Dominum: *ac poſtea ibid.* ποιήσωμεν τὴν μετάνοιαν, i. faciamus pœnitentiam, *pro eo quod eſt,* flectemus genua. *vt habetur in comparatione S. Amphilochio adſcripta, quæ fit inter Ephræm & S. Baſilium, quam primo Auctoris noſtri Tomo præmiſimus. vbi in maiorem huius confirmationem, etiam immediatè additur:* & cùm humi iam eſſent proſtrati, impoſuit manus beato Ephræm Magnus pontifex, &c. *quomodo & hoc loco* (agit pœnitentiam, *pro,* genu flectit, & orat) *planè accipi videtur. aliâs enim valde obſcurus hic eſt locus.*

Poſtea vbi habetur: Et tu quidem iſta ſuſtinuiſti nunc autem carne conſummaris.] *in alio* E *MS. eſt:* & tu eadem toleraſti, nunc verò carne conſummaris.] *at in alio explicatius, & ad Scripturæ locum accommodatius ſic:* ne fortè illud audiamus: Qui ſpiritu cœpiſtis, nunc verò carne conſummamini.] *vt eſt Galat. 3.*

Si peccatoribus cohabitemus: demus operam, vt à nobis illi ad viam pertrahantur ſalutis, &c. *vbi al. ſic eſt:* adnitamur, non vt nos illorum imitemur opera: verùm vt illi à nobis ad viam ſalutis adducantur, &c.] *oſtendit autem hic quomodo inter iuſtos, & quomodo cum peccatoribus conuerſandum ſit.*

Dicit enim in Prouerbijs Sapiens, *& al.* Dicit autem & in Prouerbijs: Viæ inſipentium rectæ coram ipſis: qui autem ſapiens eſt,, amplectetur conſilia.] *ita hic in Græco textu apud Ephræm. vbi in MS. Cryptafer. hic pro* (ὁδοὶ ἀφρόνων ὀρθαὶ, *i. viæ inſipientum rectæ) legitur* ὁδοὶ ἀφρόνων νωθραὶ, *hoc eſt, viæ inſipientum pigræ ac lentæ, &c.] In editione autem Septuaginta hic ad verbum eſt.* Viæ inſipientum, rectæ coram ipſis; exaudit autem conſilia ſapiens.] *at in Latina vulg. habetur:*

habetur: Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt, audit conſilia, &c.] *Locus eſt Prouerb.12.*

Deinde vbi paullo poſt hic habetur: Omnes inuicem humilitatem inſinuate, &c.] *vt eſt 1.Petri 5. in duobus alijs Auctoris noſtri Græcis exemplaribus hic pro* (ἐγκολπώσασθε, *inſinuate, vt etiam eſt in Latina vulg.*) *reperitur* ἐγκομβώσασθε, *ſ. adornate, decorate, excolite, &c. legiturq́; al. ibi:* Omnes autem in inuicem, humilitatem adornate atque excolite, &c. *ſed prior lectio magis quadrare videtur.*

Denique in fine ſic concluditur: Faciens ergo opus Domini, reuertitur ad ſuam cellam glorificans Deum, &c.] *al. ſic:* Facto autem atque completo iam opere Domini, redit ad cellam ſuam, laudans & glorificans Deum ſuper conuerſione fratris. Quoniam Deo noſtro gloria, in ſempiterna ſecula. Amen.] *vbi vtraque concludendi ratio bona eſt & accommoda, noſtroq́; Auctori familiaris.*

PARAENESIS TRIGESIMASEXTA,

*Oportet * fratrem cùm legit, aduertere; & ſtudioſè legere, in præſentia Dei.*

*al. Decere monachum dum legit, ſtudioſè legere.

FRater Chariſſime, ſi onus legendi mandatum tibi fuerit coram * fratribus; aduerte diligẽter, vbi qui auſpicatus eſt, finiuit: & reſumptis verbis, lectionem incipe; vt ſit lectio tua inſtar catenæ ex auro contextæ. Nam qui verbum vnum contemnit, & verſus * tranſilit; hic neque diſcere vult ſicut oportet, neque eos edocere, qui attendunt: ſolum enim finem Sermonis expetit; & quando * abſoluatur liber: Tu autem chariſſime, ſobrius eſto, ac vigilans; vt & tibi ipſi proſis per lectionem tuam, ac ijs qui te auſcultant. Quòd ſi repentè imperetur tibi vt legas: ex ſiniſtra parte, * lectionem aggredere. Si autem initium Sermonis ſit; dic titulum atque inſcriptionem: (ſic enim quod legitur, intelligetur. Sin verò librum bene compunctum, recteque deſcriptum habes: poſſide ac tene eum, ne in ipſo offendiculum legenti reperiatur, aut exſcribenti.

*al. in auribus fratrum. vel, fratribus audientibus.

*al. perdit. al. & verſum non reddit.

al. ad finem perducatur liber. Vide Schol.

*al. librum auſpicare.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

OPortere fratrem cum legit, aduertere & ſtudioſè legere, velut in præſentia Dei, &c.] *Pro iſta Inſcriptione ac titulo, in alio Græco MS. eſt eiuſmodi:* Decere Monachum dum legit coram fratribus, diligenter & cum attentione legere. &c.] *Vtraque Inſcriptio bona eſt, & contenta huius Parænesis breuiter proponit. Pro quibus, in Græco MS. Cretenſi ſiue Cand. ſic:* De bono ſeruando ordine in Lectionibus.] *quod etiam rectè hic quadrat, ac placet.*

Frater ſi onus legendi mandatum tibi fuerit coram fratribus, aduerte diligenter, &c.] *Al. ſic:* Si legendi onus à Superiore tibi impoſitum fuerit, in auribus fratrum, *vel* fratribus audientibus. *ſiue,* in auditorio, vel audientia fratrum, *&c: nam Græcè eſt,* ἐν τοῖς ὠσὶν ἀδελφῶν. *quo omnia iſta æquè ſignificantur, parumq́; ideo refert quomodo Latinè hic, ſiue hoc, ſiue illo modo, legatur.*

Reſumptis verbis incipe lectionem, vt ſit lectio tua inſtar catenæ ex auro contextæ, &c.] *Rectum legendi modum coram fratribus in menſa atque conuentu, ſeruandum, breuibus verbis hic ponit, & demonſtrat: aduertendumq́; Lectori inter alia dicit, vt videat, vbi qui ante eum auſpicatus eſt, finiuit: reſumptiſq́; verbis Lectionem inchoet; & ſic debito modo ac ordine deinceps abſque aliqua interruptione atque omiſſione dictionis vel verſus alicuius, Lectio continuetur. Et hoc eſt quod his ſubdit:* vt ſit Lectio inſtar catenæ ex auro connexæ *ſiue* contextæ.] *Additq́; immediate conſequenter ibid.* Nam qui verbum vnum aliquod prætereundo contemnit, & verſus tranſilit. *(ſiue, vt alia habet Lectio:* & verſum non reddit. *& al.* ἀππολλύων, *id eſt,* perdit, *&c.)* hic neque diſcere vult vt oportet, neque eos docere qui attendunt: ſolùm enim finem expectat ſermonis, & quando ad finẽ perducatur liber, &c.] *Tales autem hic notat & taxat Auctor, ac quæ legendi coram alijs tenenda ſit ratio, breuiter quidem, ſed accurratè efficaciterq́; præſcribit & inculcat. Alibiq́; idem oſtendit, in* Sermone De patiẽtia, *& conſummatione ſeculi. To.1. poſt med. ibi:* Porrò cùm leges, ſtudioſè & accuratè legas, magna cum tranquillitate atque induſtria percurrens verſum, &c.] *De quo etiam vide* A *Baſilium in Reſpon. ad Interrogat. 180. in Regul. breu. & Caſſian. libro 4. de Inſtitut. Renuntiantium cap. 17. &c.*

Quòd ſi repentè imperetur tibi vt legas; ex ſiniſtra parte lectionem aggredere, &c.] *Hic oritur Quæſtio & dubitatio non exigua, cur dicat à ſiniſtra parte lectionem inchoandam eſſe, dum repentè legendum eſt? Ad quod vt aliquid reſpondeatur, dicam quod dicẽdum hic mihi occurrit; iſtud ſcilicet ab Auctore noſtro præcipi, fort. vt indicet librum ab initio auſpicandum ei, qui neſciat locum vbi alter ſteterit atque deſierit qui poſtremò recitauit. Siniſtra quippe pars libri aperti eſt ex principio propior, in Græcis & Latinis: At in Hebraicis, Chaldaicis, & Syriacis, contra. Quare ſi libri erant (vt eſt veriſimile) Syriaci, fortè ſignificatur non legendum eſſe librum verſus initium; ne eadem legantur quæ alias lecta ſunt; ſed verſus finem, vbi probabile ſit ea eſſe, quæ nondum lecta ſunt vel audita, &c.* B

---

*al. Adhortatio De pudicitia.

PARÆNESIS* TRIGESIMA SEPTIMA,

Non debere nos huc illucq́; retorquere oculos: ſed potius deorſum aſpectum habere, ſurſum verò animam ad Dominum.

INTERROGATIO.

In quonam, fornicationis Dæmon funditus profligatur?

RESPONSIO.

NOn ſolum per abſtinentiam à cibis: verùm etiam vt oculos auertamus, C ne videant vanitatem. Nam in oculo vago atque diſtracto adulterium conſiſtit, quod & Dominus teſtificabatur, dicens: Amen dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Hanc fornicationem eradicat, atque euellit, qui oculos deorſum deprimit, ſurſum autem mentem ad Dominum attollit. & qui ventrem domat, aſpectum quoque cohibet. Grauis enim ac vehemens eſt proditor, oculus vagus atque diſtractus. Nam cæteræ affectiones atque perturbationes animi, recentem habent tentationis ardorem: Bellum autem oculorum, & præſens, & abſens, dolore affligit animam, praua concupiſcentia inflammans mentem. Exempli gratia, chariſſimi: Audiuit quis ſuauem muſicorum concentum, & præterijt: poſtea luctus vocem audiuit, & planctus dulcem muſicorum concentum depulit. Similiter, guſtauit quis mel, poſtea verò aliquid etiam acerbiſſimarum deguſtauit ſpecierum: & acerbitas mellis dulcedinem ex gutture reiecit. Item, odoratus eſt quis ſuauiſſimum aliquid, deinde etiam * malum aliquem olfecit odorem; & grauis odor ſuauitatem odoratus exſtinxit. Et rurſus, tetigit quis aquam frigidam, ac poſtea ebullientem attigit; & feruor calidæ, frigiditatem aquæ repreſſit. Cæterùm vagi atque diſtracti oculi bellum, & præſente & abſente materia comburit mentem, per concupiſentiam. Quin etiam in ſomnis corda ſimplicium, imaginationibus illudit: Nam dæmones tentationem in † animo deſcribunt, mentemq́ue exercent, efformantes tentationem in oculis hominis. pro quo & Propheta obſecrat, dicens: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Effrœnata quippe concupiſcentiæ cogitatio, mentem etiam puram ac ſimplicem transfert atque immutat: Nam in oculorum conflictu, dæmonum inſidiæ latent, niſi præciderit qui aſpectu ſuperatus eſt. Quando ergo efformare tentationem dæmon inceperit, & in mente tua ac cogitatione depingere pulchritudinem mulieris, quam aliquando conſpexiſti, vel quid ſimillium: in medium tibi adducito timorem Dei; & memineris illorum qui in ſepulchris dormiunt. cogita diem tui hinc exitus, quando anima tua ſeparanda erit à corpore. conſidera formidandam atque tremendam vocem, quam audituri ſunt, qui iuſtitiam neglexerint, & Chriſti præcepta non ſeruauerint: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: vbi erit fletus, & ſtridor dentium.

Pſalm. 118.
Matth. 5.
Ab Exemplis.
*al. aliquid peſſimi odoris olfecit, & fœtor gratum olfactus odorem expulit.
*al. in mentem atque cogitationem inducunt.
Pſalm. 118.
Videntur iſta eſſe verba Sapientiæ Salomonis.
Remedium cõtra ingruentes carnis tentationes.
Matth. 25.
Luc. 13.

A dentium. In tenebris exterioribus; conſidera vermem non quieſcentem, & tormentum
non ceſſaturum. Horum reminiſcaris. iſta animo tecum perpende: &
exterminabitur è mente tua concupiſcentia voluptatis carnalis; ſicut diſſoluitur
cera à facie ignis: non enim † reſiſtere poterunt timori Dei. Quicumque enim
prauæ concupiſcentiæ non reſiſtit, ſed euacillat, laſciuè oculos ſuos dimittens:
prorſus & mentem ad paſſiones eiuſmodi inclinauit; & niſi ob verecundiam omiſiſſet
humanam, ſæpe etiam corpus corrupiſſet. Si ergo non ſe ſobrium ac vigilantem
talis præbuerit, timoremque Domini præ oculis ſuis conſtituerit; non
tardabit etiam corpus † corrumpere. Nam iſtum dæmonem, qui oculorum euagationem
atque diſtractionem ſuggerit, alius dæmon ſubſequitur, qui † naturaliter
B in carne operatur peccatum. Si enim ſecundus priorem viderit potuiſſe animam
ad diſtractiones eleuare: continuò conſilium ſuggerere incipit, peccatum
carnaliter perficiendi. Incipit enim aliquid eiuſmodi ſuggerere, & ad eum, qui oculorum
aſpectu victus eſt, dicere: Ecce, ſtudio & inſtituto proprio peccaſti, inquiens,
& corde iam mœchatus es. deinde etiam, præcepto excidiſti; & peccatum
tranſgreſſionis mandati, modò reputatum eſt tibi: nunc ergo tuam perfice concupiſcentiam;
cùm idem ſit † agere, & in animo habere: fruere igitur ipſe tua concupiſcentia.
At tu chariſſime, ne acquieſcas conſilijs ipſius: non enim (vt ait Apoſtolus)
eius cogitationes ignoramus. nam in iſtis animam tuam ipſe venari cupit.
Audi porrò & de eo Parabolam: Adoleſcens quidam erat in regione quadam, & ſibi
ipſe tres virgines † deſponſauit; peregreque in regionem longinquam eſt profectus,
vbi cùm diutiùs moraretur, vna virgo ſibi virum accepit: ſecunda autem
C elapſa, ſimiliter ſcortationi ſe dedit, & vterum tulit. At tertia virgo, ſecum dixit:
Niſi humanus me cohiberet pudor, ego quoque mihi virum caperem. & incepit
virgo in eiuſmodi verſari cogitationibus: ac poſtea recordata eſt adoleſcentis peregrè
profecti, à quo & arrabonem acceperat poſt reliquas virgines: pœnitentiaque
ducta, defleuit quòd etiam omninò permiſiſſet cogitationem improbam in
in ſuo corde ſuccreſcere. Quando ergo iam reuerſus eſt adoleſcens, qualem putas
ex tribus iſtis virginibus ipſi fuiſſe magis acceptam? nonne poſtremam, quæ † cogitauit
ſolùm, & non opere perfecit? immò verò & de praua cogitatione pœnituit,
ac fleuit. Quapropter neceſſarium fuerit dicere ſolicitanti dæmoni ad actionem
iniqui peccati: Tametſi oculis impegerim, & corde mœchatus ſim: ipſum tamen
cor meum adulterio obnoxium, gemitibus inenarrabilibus conteram; & oculum
D collapſum, lachrymis abluam. Quoniam cor contritum, & humilitatum
Deus non deſpiciet. Ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

†al. non enim accelerant, vt reſiſtant timori Domini. &c.

†al. demergere.

†al. qui carnaliter peccatum operatur.

†al. perficere, & mente cogitare.

2. Cor. 2.

Parabola notanda.

†al. connubio ſibi iunxerat. al. in animum ſibi induxerat, connubio iungendi.

†al. quæ cogatione ſolùm, & non opere peccauit.

Pſalm 50.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

H*Vius Argumenti ſunt, quæ Magnus Baſilius in medium producit in Homilia ſuper illud:* Attende tibi. *vbi inter alia habet:* Prouidè obſerua, ne quando verbum occultum in corde tuo efficiatur delictum. Qui enim in mulierem oculum defixerit ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo, &c.] *alijſq; apud eum locis plurimis. ac Chryſoſtomus* E *in Homilia 3. de verbis Eſaiæ:* Vidi Dominum, &c. *poſt medium. vbi pulchra homœoſi ac ſimilitudine oſtendit probatq; à ſpecie mulierum auertendos eſſe oculos. adhibetq; exemplum de Cerua iaculo confixa, quæ etiamſi venatorum effugiat manus; nihil tamen inde fert lucri: quomodo etiam ſit de anima concupiſcentiæ iaculo læſa ex laſciuo curioſoq; aſpectu, &c. quod idem etiam producit noſter Auctor exemplum Tomo primo in Sermone primo, de Iudicio & retributione, cuius initium eſt:* Adeſte fratres mei omnes, &c. *poſt medium ibi:* Sæpenumerò quis veſtrum laſciuè nemine prohibente mulerem adſpexit, & cogitationem ſceleris admiſit, præterijtque illicò. Similis eſt ille capreæ ſpiculo transfixæ, quę cùm venatorum manus euaſerit ſagittam tamen ſecum in iecore geſtans abijt, &c.] *Hinc quoque ad oculorum cuſtodiam habendam, hortatur in tractatu de Vita ſpirituali cap. 74. & 75. Tomo primo. ac eodem Tom. in Sermone De Patientia, & compunct. qui incipit:* Creator noſter Deus, &c.] *circa medium ibi:* Quando enim oculis noſtris liberè in contemplandis quæ non oportet vtimur, (cùm ne proprium quidem corpus, fas eſt eum, qui in virtute exercetur, inſpicere) quomodo non ipſi nobis damna conciliamus? &c.] *de quibus apud eumdem ſæpiſſimè*

piſſimè etiam alibi. Quòd verò ipſi corporales oculi ſint occaſiones peccandi, immò primæ ſagitta carnalis A *illecebræ, diſertis verbis docet S. Ambroſius in libro de Ioſeph, capite quinto, ibi:* & cùm eſſet decorus aſpectu & ſpecioſus facie valde, &c. *ac non longè poſtea, vbi eſt:* Diſcant tamen etiam viri cauere oculos fœminarum, &c.] *Probatq; hoc idem clarè exemplo Dauid, libro ſecundo de Apologia Dauid. & libro primo de Pœnitentia. & libro, ſuper* Beati immaculati. *& libro primo de officijs, capite vltimo.*

Non debere nos huc illucque retorquere oculos: ſed potius deorſum aſpectum habere, ſurſum verò animam ad Dominum. Parænesis 37]. *Talis in Vatican. eſt Inſcriptio iſtius Paræneſis, per interrog. & reſponſ. vt hic habes. Loco cuius, in alijs Romanis mmſſ. vt etiam in vno Veneto S. Marci, hic eſt:* Non decere nos huc illucque oculos circumuertere: ſed deorſum potius aſpectum tenere, ſurſum autem animam ad Dominum. Et, in quonam fornicationis dæmon deſtruitur?] *pro quo, in Codice Cryptafer. & in altero MS. S. Marci Venet. eſt:* Non debere nos huc illucque reflectere oculos: at potius deorſum obtutum oculorum habere, ſurſum autem animam ad Dominum. B & Interrogatio, in quonam fornicationis dæmon (*& al.* cogitatio) profligatur; per abſtinentiam à cibis, an non? *Reſponſ.* non ſolùm per abſtinentiam à cibis: ſed etiam vt oculos auertamus, ne videant vanitatem, &c.] *vt hic textus inchoatur. Al. ſimpliciter inſcribitur hæc Paræneſis,* de Pudicitia.] *Et in Codice Cret. ſeu Cand.* Parænesis 38. in quonam deſtruitur atque deletur fornicationis dæmon? *nec aliud ibi additur.*] *& in tanta Inſcriptionum varietate, Lector quam ex illis maluerit ſibi deligere poterit: mihi quidem omnes probantur, cùm & ſingulæ rem hac Paræneſe tractatam proponant, magis tamen aut minus.*

Non ſolùm per abſtinentiam à cibis, verùm etiam vt oculos auertamus, &c.] *Sic à Reſponſione hic inchoatur Paræneſis. vbi tamen al. ab ipſa etiam Interrogatione ducitur illius principium, incipitq; hoc modo:* In quonam profligatur fornicationis dæmon? *Reſponſio:* Non ſolùm per abſtinentiam à cibis: ſed etiam per oculorum auerſionem atque cuſtodiam, ne videant vanitatem, &c.] *quæ etiam exordiendi ratio ſatis hic commoda videtur atque probata, ſed altera Auctori noſtro magis* C *frequens & vſitata, vt ſcilicet prius interroget, & poſtea a Reſponſione principium ducat. ſicut fit etiam hoc loco.*

Quando ergo efformare tentationem dæmon incœperit, & in tua mente ac cogitatione depingere pulchritudinem mulieris: in medium tibi adducito timorem Dei, &c.] *Remedium efficax ac ſalutare hic proponit aduerſus tentationes Diaboli, dum ſuggerit ac ſuadet peccatum carnis. Cui aliud planè ſimile etiam ab Auctore adducitur Tom. 1. in Antirrhetico de Virginitate & continentia, vbi quo pacto reſiſtendum ſit Diabolo ſuadenti peccatum carnis, pulchrè ac copioſè docet: & inter alia, quomodo dum à fornicationis impugnatur quis dæmone, debeat ſe contra munire, ſibiq; gehennæ timorem, ac æterni ſupplicij amaritudinem proponere, ne verſutia, doloq; eius malo circumueniatur, &c. De quo etiam alibi eodem Tomo 1. apud eumd. in tract. aduerſus improbas mulieres, & in Sermone 1. de Iudicio & retributione, cuius initium eſt:* Adeſte fratres mei omnes, &c.] *vbi iſtis, & hic ſequentibus ſi*- D *millima adferuntur, ſicut & ſæpiſſimè alibi.*

PARAENESIS TRIGESIMAOCTAVA,

De Manſuetudine.

ITa ne ô Monache, profeſſus es te Chriſto placere velle; vt tentationes ac tribulationes quæ ingeruntur ab aduerſarijs, non fortiter ſufferres? neque correctiones & admonitiones à tuo Præfecto ſuſciperes? cùm Apoſtolus dicat: Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulterini & non filij eſtis. E Cæſus es? gaude te cæſum eſſe verberibus: verùm, erratum corrige. Iniuſtè verberatus es? gaude, quoniam merces tua magna. Nam & Apoſtoli, qui ſalutem mundo nuntiabant, oppidatim velut facinoroſi atque malefici cædebantur, & non iraſcebantur, neque ægrè ferebant: ſed gaudebant, quòd digni haberentur, pro nomine Ieſu contumeliam pati. Quare tu quoque gaude, quòd dignus ſis habitus, qui pro nomine ipſius, ignominia afficiaris. At fortè quis ex negligentioribus dicet: Doleo hoc mihi accidiſſe, & quidem poſt tantos labores. Iſtud de angit ſerue † Chriſti? hinc ergo teipſum cognoſce; num reuera poſt tot annos, paſſiones & affectiones tuas viceris? num ſuperueniente aliqua ignominia gauiſus ſis? & non potius ſuperbieris de gloria quæ obtigit? Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Experimentum enim gubernatoris, in tempore fluctuationis ac tempeſtatis † apparet. Nam qui ſe iactitat, & dicit

Heb. 12.

Actor. 5.

†al. ſerue Domihi.

Galat. 6.

†al. capitur. al. oſtenditur.

A & dicit: Tot iam annos in vita ſolitaria ago: promiſſi autem ſui effectum non o-
ſtendit, neque rationes caſtæ ac religioſæ vitæ ſuſcipit; inſtrumenta hic circum-
†al. opificium.
fert, quorum † artificium nondum didicit Conſenuiſti in habitu? tamquam ex-
perientiam prædictæ vitæ habens, forma eſto iuuenibus & inexpertis. Si verò ad
A Minore ad Maius.
huc es nouitius: ſenioribus morem gerito. Etenim terreni regis milites, ducibus
atque principibus ſuis ſubijciuntur, parentque. Nonne multò nos magis decet o-
bedire; non ſolùm ob timorem, ſed etiam propter conſcientiam? Nam ſi illi, qui
ſecundùm carnem militant, omni ſtudio contendunt curare ſubditos ſuos: quo-
modo tu, qui & vitam ipſam abnegaſti pateris te ab eiuſmodi diſtrahi paſſionibus,
effrœnis, atque inobediens, & Chriſti diſciplinam † propulſans? Laudem quidem
†al. excutiens atque abijciens?
B & gloriam perfectorum Anachoretarum expetimus: verùm labores, quibus ac-
quiruntur honores, ſubterfugimus. Cur tantam tibi quietem & laborem, ob diem
horamve vnicam perire pateris? Si teipſum peremeris, quis miſerebitur tui? Hęc-
ne tua laus? iſta ne probatio tua? vt vel modica tibi obueniente tribulatione, &
habitum † & vitam abneges? ac contra te, inimicum propria negligentia armes?
†al. & habitum repudies, & vitam abneges?
Ne frater, ne quæſo aduerſarijs des terga: verùm reſiſte, atque oppugna eos, & à te
profugient. Exiſtimo enim eum qui tui curam ſuſcepit ac pręfecturam, non in
tuo gaudere vituperio, quippe cui incumbat rationem pro te reddere Domino:
ſed gaudio afficitur, ſi te perfectum Chriſto Domino ſiſtat. Ingredere igitur in te-
ipſum chariſſime, & reuertere in requiem tuam. Induere thoracem fidei, & tibi
Eſaiæ 59.
Epheſ. 6.
galeam ſalutis impone. Aſſume gladium Spiritus ſancti, quod eſt verbum Dei.
Eſto forma & exemplum manſuetudinis fratribus concordibus. Admirentur et-
C iam Superiores patientiam tuam. Gaudeat & Spiritus ſanctus in te inhabitans de
fortitudine tua. Si autem exiguam non feras tentationem, quomodo magnam
A Minore ad Maius.
ſufferes? Et ſi puerum vincere nequeas, virum perfectum in lucta quo pacto ſupe-
rabis? Et ſi verbum non toleres, verbera quomodo perferes? Et ſi alapas ac verbera
Gradatio efficacíſsima.
non ſufferas, crucem tuam quomodo portabis? Et ſi crucem portare nequieris,
quo pacto gloriæ conſors in cælis eris, cum ijs qui dicunt: Hæc omnia venerunt
Pſalm. 43.
ſuper nos, nec obliti ſumus te, & iniquè non egimus in teſtamento tuo. Et rurſus:
Ibidem & Rom. 8.
Quoniam propter te mortificamur tota die, ęſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.
Volebam mihi ſilentium imponere frater dilecte, ob confuſionem faciei meæ,
ſed dolor cordis mei, † vt loquar perurget. Ita frater chariſſime, obliti ſumus eo-
†al. in verba me compellit.
rum, quæ propter nos omnium noſtrum ſuſtinuit Dominus? quippe qui noſtra
D cauſſa contumelijs affectus eſt, & contemptui habitus. Audiuit, dæmonium ha-
bes, & non eſt ira commotus. audiuit, ſeductor es, & non eſt vltus. alapis percuſſus
Matth. 26. 27.
eſt. pugnis cæſus, & cruci affixus. acetum cum felle guſtauit, lanceam in latere ac-
Ioan. 7. 8. 19.
cepit. hæc cuncta propter noſtram ſalutem ſuſtinuit. Hei hei miſero mihi. hei hei
Marc. 14. 15.
infelici mihi, & peccatori: quia inexcuſabilis ſum. Quid dicam, aut quid eloquar
Luc. 22. 23.
coram te Domine, qui occulta noſti cordis mei? Propitius eſto mihi indigno
peccatori Deus, qui planè nullam iniuriam, aut verbum contumelioſum, propter
te qui tanta propter nos pertuliſti, audire volo. Quis ſuper me non plangat, qui
religionem ac pietatem mihi pro operimento malitię vindico? Nam verbis mo-
nachatum profiteor: operibus autem ad iracundiam Dominum prouoco. Verè
Matth. 24.
quia abundauit iniquitas, refrixit multarum animarum charitas. Reſipiſcamus,
& ad Dominum reuertamur, obſecro chariſſimi: non enim quemquam ſaluari
E cupientem reijcit Dominus, ſed † etiam ſaluti cooperatur. Dicamus & nos cum
Propheta: Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit ti-
†al. ſed & adiuuat.
bi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, & pedes meos
Pſalm. 114.
à lapſu. Placebo in conſpectu Domini, in regione viuorum. Vt nos quoque
Ibidem.
illud audire mereamur dictum: Hic filius meus, mortuus erat, & re-
uixit, perierat, & inuentus eſt. Quia Deo noſtro gloria,
nunc & ſemper, & in ſecula ſecu-
lorum. Amen.
Luc. 15.

⁂

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

Manſuetudinis laudes copioſè etiam alibi deſcribit Ephræm, & præſertim primo Tomo, in tractatu de virtutibus & vitijs per oppoſitionem, vbi de Manſuetudine agit, & ſic incipit: Beatus ac felicisſimus verè eſt vir ille, qui manſuetus eſt, &c.] *Quam etiam virtutem Magnus celebrat Baſilius, eamq; maximam omnium virtutum appellat, Homilia in Pſalmum 33. ſuper illa verba:* Audiant manſueti & lætentur, &c.] *vbi multas huius laudes enarrat, & quis verè manſuetus ſit, eleganter oſtendit. ſicut etiam in ſuis Conſtitutionibus monaſticis, cap. 14. quod incipit:* Manſuetudine autem cum primis plenus eſſe monachus debet, quandoquidem ſpiritus manſuetudinis, &c.] *caput ſanè præſenti inſtituto accommodum eſt, lectuq; dignum. De quo & Gregorius Nazianzenus, in carmine ſuo iamb. aduerſus iram. quod ſic apud eum incipit:* Iraſcor iræ, dæmoni intus condito, &c.] *vbi inter alia & nobis multa Sanctorum exempla proponuntur, qui manſuetudinis laude claruerunt. Quod etiam & argumentum Chryſoſtomus multis in locis tractat, ac præſertim Tomo 5. in Sermone de Manſuetudine, & inter didactica ac parænet. & Homilia 31. ad Populum Antiochenum, quæ eſt, de ira, longanimitate, & manſuetudine. nec non Homilia 52. ad Populum. De eo, quòd in manſuetudine Chriſtum imitari oporteat. & Homilia prima, de incomprehenſibili Dei natura, poſt med. ibi:* Nihil enim manſuetudine validus, nihil modeſtia efficacius. Quamobrem Paulus rem huiuſcemodi ſeruari accuratiſſimè monet, dum dicit: Seruum Domini non oportet pugnare, ſed manſuetum eſſe erga omnes, &c.] *alijſq; plurimis alibi locis apud eumdem: De qua virtute etiam S. Ambroſius agit, Tomo 4. in tractatu ſuper Pſalmum 36. in illud:* Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis, &c.] *vbi manſuetorum deſcribit proprietates, & meritum ſiue præmium. & S. Auguſtinus, de Sermone Domini, in monte. & lib. 2. de Doctrina Chriſtiana. alibiq; ſæpiſſimè. item S. Bernardus, Sermone 2. de conuerſ. S. Pauli: vbi oſtendit manſuetudinem probari in tribus, nimirum in verborum iniurijs, rerum damnis, & corporis læſione. nec non ſuper Cantica, Sermone 22, vbi oſtenditur, quomodo manſuetudo Chriſti poſt eum meritò nos currere faciat. & Sermone 70. ſuper Cantica, vbi manſuetudinis virtus pulchrè celebratur, & lilij nomine deſignatur. de qua, & pluribus apud eum locis alibi. ſed iſta hîc ſuffecerint.*

Ita ne ô Monache profeſſus es te Chriſto placere velle, vt tentationes ac tribulationes non fortiter ſufferres, &c.] *ita in pleriſq; ac quidem potioribus mmſſ. hic ducitur iſtius Paræneſis principium. quæ tamen & al. ſic inchoatur:* Numquid ô Monache, promiſiſti te Chriſto placere velle? Tentationes ergo & tribulationes, quæ tibi ab aduerſarijs inferuntur, cur viriliter non ſuſtines, &c. *ac al.* cur igitur tentationes ac tribulationes quæ ingeruntur ab aduerſarijs non fortiter ſuffers! neque correctiones & admonitiones à tuo Præfecto ſuſcipis? &c.] *ſicq; ferè in Codice Cryptæfer. & altero Veneto Bibliothec S. Marci.*

Dicamus & nos cum Propheta: Conuertere anima mea in requiem tuam, &c.] *ac poſtea:* Placebo in conſpectu Domini, in regione viuorum.] *vbi Græcus textus Ephræm, cum edit. 70. concordat, & per omnia conſonatq; S. Auguſtinus, etiam* (in conſpectu Domini) *hic legens. quomodo & omnes quaſi Patres Græci* (ἐνώπιον κυρίȣ, *id eſt, in conſpectu Domini*) *cum Auctore noſtro conformiter legere hic ſolent. quamquam tamen S. Hieronymus ad Suniam, id velit eſſe ſuperuacaneum, probetq; quod eſt in vulg.* placebo Domino in regione viuorum, &c.] *Locus eſt Pſalm. 114. de quo etiam ſi placet, vide Scholia nouæ Rom. editionis LXX.*

PARÆNESIS TRIGESIMANONA,

De Inobedientibus, & de ſtatu, ac timore Dei. Et, de futuro Iudicio.

Vtilis & neceſſaria iſta Paræneſis.

Fratria.

CHariſſime, ſi frater aliquis aduentans, cohortetur te, dicens: Veni nobiſcum, velut ſanguine iuncti communicemus conſilia noſtra. in phratria ac factione coniuncti ſimus: Contradicentes verò reprimamus. Senioribus reſiſtamus, & nõ reuereamur caniciem. percutiamus œconomos. ſubſannemus quietis ac ſilẽtij cultores. religioſos ac pios ludibrio excipiamus. Cũctos nobis ipſi ſubijciamus: erimuſq; nominati ac celèbres. Reprehenſi, ne præbeamus ſilentiũ. vnà pariter vociferemur, ne noſtrũ appareat mẽdacium. Admoniti, faſtum retineamus ac tumorẽ. adhortationibus interpellati, efferamur. Sit noſtra vis, lex iuſtitiæ: nã quod

A quod infirmum eſt, velut inutile reprehenditur. Tu ergo chariſſime, ne cum ijs in via ambulaueris: verùm ab ipſis declina, & te expedi. non enim conquieſcent, niſi malè egerint. Reſponde autem ei, qui iſta dicit: Nihil mihi tecum eſt negotij. iſta omnia † effugi: & rurſus iiſdem ſeruire † volo? Quæ vtilitas detonſi capilli? aut cuiuſmodi vtilitatem ac fructum ex ijs rebus quis capiat? Mente retineamus, quòd mundum deſeruerimus, vt Monachi eſſemus: & quo pacto tu animas vis fratrum turbare? Audiens autem iſta veridica verba, ne ſuccenſeas: nam communis eſt adhortationis vtilitas. Et cur non agnoſcimus, quæ pſallimus? Nonne iſta canimus: Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte? Et rurſum ait: Quoniam nouit Dominus B viam iuſtorum; & iter impiorum peribit. Et in alio iterum Pſalmo dicit: Quia ecce, qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti † omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino ſpem meam. Rurſuſque ait: Inimici verò Domini, mox vt honorificati fuerint & exaltati; deficientes quemadmodum fumus deficient: Manſueti autem hæreditabunt terram; & delectabuntur in multitudine pacis. Dicit porrò & in alio Pſalmo; Quid † gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate, tota die? Et in alio ait: Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. Multos quippe cogitatio decepit ſuperbiæ, inania ſpirans. Nam ſcriptum habetur: Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Quieſce igitur obſecro: ne fortè dum ad tempus voluntati tuæ indulges, nouiſſima tua in dolore peragas. An potius inſidias ſtruere conaris aduerſus locum hunc ſanctum? ſecundum eum qui dicit: Qui edebat panes meos, C magnificauit ſuper me ſupplantationem. Concedamus ergo ad cellas noſtras. Defleamus peccata noſtra, vt Deum placatum reddamus: propter quem, etiam ex vano hoc ſeculo egreſſi ſumus: ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat. Conſideremus hæc clarè atque perſpicuè: quoniam & ſi mille nunc ſimus, in die tamen mortis, ſinguli hinc ſoli abibimus. ſolùm opera quemque ſequentur ſua, quæcumque hîc egerit, ſiue mala ſiue bona. Hæc meditare, de iſtis cogita, vt à ventura fugere poſſis ira. Non enim nobis eſt poſſibile, manus effugere Creatoris noſtri, ſecundùm Pſalmiſtam dicentem: Quò ibo à ſpiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Nemo ergo ſeipſum decipiat. nam coram tribunali Chriſti oportet nos omnes præſentari: vbi cuncta erunt nuda & aperta oculis ipſius. vbi millia millium, & decies centena millia Sanctorum Angelorum & Archangelorum aſſiſtent coram eo, & omnes cælorum Virtutes mouebuntur. Et vbi tunc erit ſuperbia atque inflatio? vbi tunc temulentia & excandeſcentia? vbi tunc luxus atque laſciuia, minæ, & iactantia vana? Quis horribiles Angelorum Dei minas ſuſtinebit? Cogitemus fore, vt qui Chriſtum Dominum exſpectârunt, & ei accepti fuerunt, ipſi tunc nos iudicent. ſicut ſcriptum eſt: An neſcitis, quòd Sancti † hunc mundum iudicabunt? Ipſi enim cùm ſimiles noſtri paſſibiles fuerint homines, in mundo gratos atque acceptos ſe Deo præbuerunt: Nos verò malis operibus Deum exacerbamus. Sed fortè dixerit quis duplicis animi homo: Nouit, inquiens, Dominus quæ meæ ſunt imbecillitatis, & compatitur infirmitati meæ. Hei mihi, hei mihi. quis hos non deploret? quoniam in opere Domini infirmitatem præteximus: ad pugnas autem, & fratrias † ſeu factiones, ac contradictiones, faciendaqùe mala, potentes ſumus. Cur teipſum decipis; Deum irridere putans? Ne ſemines mala, & mala non metes. Audi eum qui dicit: Quis durus factus, & ante eum permanſit? Qui in vetuſtatem perducit montes, & neſciunt: qui ſubuertit eos in ira. Aut potius cor noſtrum in crapula & ebrietate, curiſque ſecularibus incraſſatum eſt ac impinguatum: vt ordinem noſtrum atque inſtitutum intelligere nequeamus. Nam pro eo, quod vnumquemque noſtrum cogitare ſecum oporteret, & dicere ad animam ſuam: Non reperio quò me benè vertam; quin potius omni vento circumferor. Et, quorſum ego aliorum animas, in meam damnationem conturbo? Et, nonne magis mihi conueniebat,

† al. effugiſti.
† al. vis, cupis?
Pſalm. 1.
Ibidem.
Pſalm. 72.
† al. omnem fornicantem.
Ibidem.
Pſam. 51.
† al. gloriatur.
Pſalm. 100.
Rom. 12.
Pſalm. 40.
Pſalm. 49.
2. Cor. 5.
Apoc. 14.
Pſalm. 138.
Rom. 14.
2. Cor. 5.
Heb. 4.
Dan. 7. & Apoc. 5.
Matth. 24. & Luc. 21.
1. Cor. 6.
† al. de hoc mũdo. al. de mundo iudicabunt, vt in vulg.
† φϱατϱίαι.
Eccleſ. 7. 2.
Galat. 6.
Iob. 9. iuxta LXX.

etiam tale quid conantes, aliqua commonitione & adhortatione ad modeſtiam reuocare, & in officio continere; ne adoptione excidam? Scriptum eſt enim: Beati pacifici: quoniam ipſi filij Dei vocabuntur. At nunc quid agam negligens? Quid in die iudicij coram horribili tribunali, non ſolùm pro anima mea: ſed etiam pro illis, quibus ſcandalo fui, & à via veritatis auerti, reſpondebo? Nam cùm alius patrem reliquiſſet & matrem: alius vxorem & filios, fratres & amicos, vniuerſamque ſubſtantiam, propter ſpem in Chriſtum; quietamque vitam elegiſſent: Ego miſer non ceſſaui eos diuexare, atque affligere. Et dum per quietem atque tranquillitatem contendunt placere hominum amatori Deo: tu hiſce contraria agis, & tua non conquieſcis in cella; verùm monachorum cellas obis, peruertens fratrum animas, & fratres inter ſeſe traducens, ac calumnijs premens, ſuſpicioneſque improbas ipſis proferens, & cogitationum pulueres ijs excitans, ac † pugnas fraternitati conſlans. Nam quia te malæ concupiſcentiæ emancipaſti: ſtulta atqùe inepta iſta didiciſti. Quid ita crudeliter tua ipſius † vita abuteris? Cur damnum animæ tuæ, velut lucrum reputas? Cur in te, aliena attrahis mala? Niſi deinceps temperatè ac modeſtè te geſſeris, vitæque tranquillæ te dederis: etiam ab ijs coargueris atque damnaberis. Cumque penitus in profundum collapſus fueris malorum; tunc etiam tu veritatis inimicos accuſabis. Non enim ſubſiſtet impiorum conſilium. ſecundùm eum qui dicit: Dominus diſſipat conſilia gentium. & quæ ſequuntur: Conſilium autem Domini † in æternum manet. Aut adhuc magis ex duritie cordis noſtri, & ob corporis noſtri vires efferimur? neſcientes dictum illud: Quoniam gigas non ſaluabitur, in multitudine virtutis ſuæ. Et paulò poſt: Ecce occuli Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. † Ne recuſes, admonitus. Video enim inclinationes tuas, ambitionem, dominandique libidinem ſpirantes. Noli ſuſpicere humanam gloriam: ſed in conſequens periculum reſpice. Siquidem potentes potenter tormenta patientur. Nam ſi animam vnicam, quam nobis credidit Dominus, neglexerimus; permiſerimuſque eam deſolari ac deuaſtari, & ſpinis impleri, tamquam vineam in ſepimento neglectam: quomodo totius paradiſi nobis † curam Dominus committet? Qui enim in paucis, inquit, fidelis eſt, etiam in multis fidelis erit: & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Oremus igitur pro anima nobis à Deo concredita: vt de ea rationem reddere poſſimus, quando Dominus vniuerſum mundum diſcutiet. Non enim exiguum ſequetur eos periculum, quibus gregis ouium fuerit cura commiſſa: ſi præter voluntatem Principis paſtorum, ouibus abuſi fuerint. Nam potentes, ſicut iam dictum eſt, potenter tormenta patientur. Quare reſipiſcamus ante finem vitæ, priuſquam hinc nobis emigrandum ſit, ac moriendum: vbi non erit, qui pro nobis aduocati ac patroni partes ſuſcipiat. Ibi conſpiciemus mites, & humiles corde, in magna gloria: nos verò, qui inobedientes ac contumaces ſumus, in anguſtijs & ſuſpirijs. Nihil enim propter † Deum facimus, nihil ob † charitatem ipſius, nihil cum humilitate: ſed omnia in faſtu ac ſuperbia, omnia ſtudio complacendi hominibus, & ob † perditam inanem gloriam. Omnes ſuperbi ſumus, omnes iracundi, & excandeſcentes: inuicem enim nobis inuidemus, inuicem æmuli ſumus, inuicem nos mordemus, & deuoramus. Citò anticipent nos miſericordiæ tuæ Domine: quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter. Dicentem audi: Qui non eſt mecum, contra me eſt; & qui non colligit † mecum, diſpergit. An oblitus es frater lapidis molaris, in ſupplicium definiti aduerſus eos qui ſcandala committunt? Ne decipiaris ô homo: Impoſſibile enim eſt, ſine timore Dei, magnaque humilitate, proficere. Nam quæ abſque ijs commoda accidunt, damna conciliant. Scriptum quippe eſt: Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo. Diuerte ergo à malo, & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eam. vt aſſequaris, quoniam oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum: vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Ne ſimulachris, & opinionibus huius ſeculi abſtrahamur: nihil enim ab vmbra † differt. Nam multi cum obdormiſſent opulenti, ſurre-

Matth. 5.

†al. ac perturbationes atque tumultus fraternitati concilians.

†al. anima.

Pſalm. 32.

†al. manet in ſecula.

Pſalm. 32.

†al. Cur renuit admonitus?

Sap. 6.

†al. præfecturam.

Luc. 16.

Sap. 6.

Reſipiſcendum ante finem vitę.

†al. Dominum.

†al. amorem.

†al. pernicioſam.

Pſalm. 78.

Matth. 12.

†al. congregat.

Luc. 17.

Matth. 18. & Marc. 9.

Heb. 5.

Pſalm. 33.

Ibidem. & Eccleſ. 15.

Heb. 4.

†f. differunt.

A ſurrexerunt pauperes. Et qui hodie princeps, cras magiſtratu priuatur. Et qui ho-
die Rex, cras morietur. Beati autem qui ſuſtinent Dominum, & fallaciam ſeculi
huius abominantur: nam reuera gloriam futuram hæreditate poſſidebunt. Ille
enim diues induebatur byſſo, & purpura, & quotidie epulabatur ſplendidè; ipſum-
que felicem prædicabant filij iſtius ſeculi: at non Angeli Dei. Lazarus verò men-
dicus, vlceribus plenus iacebat ad ianuam diuitis, cupiens ſaturari de micis
quæ cadebant de menſa diuitis: ſed & canes aduentantes lingebant vlcera eius.
Lazarus ergo non cupiebat aliud ab ipſo diuite, neque ex ferculis menſæ ipſius;
ſed neque ex quibus comedebat diues: verùm tenuia ſaltem atque abiecta petebat,
ex quibus veſcebantur canes. Et quantum quidem diues ſuſcipiebatur ac magnifi-
B cabatur ab hoc ſeculo, propter gloriam de ipſo conceptam: tantum ab ijs mendi-
cus ſpernebatur, ac reſpuebatur: Angeli verò Dei, patientiam ipſius admiraban-
tur. Quando ergo vtriuſque iam aduenit finis, factum eſt vt deportaretur mendi-
cus ab Angelis in ſinum Abrahæ; diues autem in ſupplicium iniectus eſt: & in in-
ferno ſuos eleuans oculos, cùm eſſet in tormentis videt Abraham à longè, & La-
zarum in ſinu eius. Et ipſe clamans dixit: Pater Abraham miſerere mei,
& mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret lin-
guam meam, quia crucior in hac flamma. Dixit autem Abraham: Fili, recordare
quia tu bona tua recepiſti in tua vita, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic
conſolatur, tu verò cruciaris. Et in omnibus his, inter nos & vos chaos magnum
firmatum eſt: vt qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint; neque inde ad nos
tranſmeare. Dixit autem: Rogo ergo te pater, vt mittas ipſum in domum patris
mei: habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in † hunc lo-
C cum tormenti. Et ait illi Abraham: Habent Moyſen & Prophetas, audiant illos.
At ille dixit: Non pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis reſurgens, ad eos ierit, †
fidem ei adhibebunt. Ait autem illi: Si Moyſen & Prophetas non audiunt, neque
ſi quis ex mortuis † reſurrexerit, credent. Quid profuerunt diuiti illi, in hora il-
la, diuitiæ quas habuit; & oblectatio qua exhilarabatur quotidie ſplendidè? Co-
nemur igitur, fratres chariſſimi, effugere ſupplicia, contemptoribus & peccatori-
bus parata: antequam nos in illum tormenti locum † tradamur. Et tunc plange-
mus amarè, cùm non ſit qui pro nobis ibi interpellet, aut nos conſoletur: audien-
tes ſimul & ab ijs qui tormenta inferunt, quòd peiora his ſupplicia promeriti †
ſitis; nam ipſi vobis hęc feciſtis. Cùm enim per modicum tempus præteriti ſeculi,
D iudicium hoc per pœnitentiam effugere poſſetis, neglexiſtis: delicijſque indulſi-
ſtis, ac corda veſtra nutriuiſtis, velut in die occiſionis. Vbi ſunt oblectamenta
temporis præteriti? Vbi fallacia eius, & riſus? Nonne ecce illa, vmbræ inſtar præ-
terierunt? & tamquam nebula gracilis, quæ à procella † impellitur, & tam-
quam fumus qui à vento diffuſus eſt? Nunc ergo quantum tulit deſiderium,
præmijs iſtis ac ſupplicijs voluptatum præteritarum perfruimini. Non enim
iſtis contenti eratis: quoniam non ſolum in tantorum malorum foueam vos
ipſos conieciſtis, verùm & alios vobiſcum pertraxiſtis. Nec eo contenti fuiſtis
quòd propriam neglexeritis animam: ſed aliorum quoque animas peruertiſtis.
Quæ igitur virtus, ac quale pręceptum, reddet Deum † vobis placatum? Animæ e-
nim veſtræ, amarulenta æmulatione, & contentione, inuidia, atque omni mali-
tia repletæ erant. Excandeſcentiam ſæuarum beſtiarum dilexiſtis: nunc verò vni-
E uerſa mala quæ præterito tempore operati eſtis, circumdederunt vos. Deum lo-
quentem vobis quotidiè per Prophetas, & ſacras Scripturas, ſpreuiſtis, irriſiſtis, &
in ſublime vagati eſtis. Et quantum in vos, benigniſſimi Dei longanimitas inten-
debatur: tantùm & veſtra peccata redundabant. Domino autem dicente: Nolite
diligere mundum, neque quæ in mundo ſunt: vos de gloria, & auaritia atque am-
bitione contendiſtis. Domino dicente: Beati qui lugent nunc: quoniam ipſi con-
ſolabuntur. &, Beati pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum:
vos ſuperbi & arrogantes euaſiſtis, & riſui atque fallacijs dediti. Cùm Dominus
diceret: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram: vos immanes & immites
facti eſtis. Cùm Dominus diceret: Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam; quoni-
am ipſi ſaturabuntur: vos iuſtitiam odiſtis; & qui eam colebant eos perſecuti eſtis.
Cùm diceret Dominus: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſe-

Antitheſis grauis non minus quàm vtilis.

Luc. 16.

Ibidem.

Pulchra de Lazaro, & diuite conſideratio.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

† al. in hanc flāmam.

† al. pœnitentiā agent.

† al. ex mortuis reſurgens ad eos iuerit, pœnitentiam agent.

† al. tranſmittamur.

† f. ſimus.

Iacob. 5.

Sap. 5.

† al. diſpergitur.

εἰρωνικῶς dicta.

† al. nobis.

Ioan. 2.

Matth. 5. Luc. 6.

Ibidem.

Matth. 5. & Luc. 6.

Ibidem.

quentur: vos abſque miſericordia & compaſſione, cum eiuſdem condetionis atque naturæ hominibus verſati eſtis. Cum Dominus diceret: Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt: veſtra corda auaritiam, & concupiſcentiam prauam meditata ſunt. Domino dicente: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum: vos & iuſtos afflixiſtis, & veritatem non cuſtodiſtis. Nunc ergo quid clamatis? Tempus pœnitentiæ veſtræ præterijt. Illic virtutum opus exerceri poterat: at hic compenſationum retributio eſt. Nunc coronam acceperunt iuſti: vos autem peccatores, in confuſione conſtituti eſtis. Nunc iuſti lætantur: at vos peccatores † gehennæ ignis traditi eſtis. Nunc iuſti, inſtar lucis reſplendent in regno cælorum: vos verò peccatores, in tenebras † miſſi eſtis exteriores. Nunc iuſti, cum Angelis collaudant Deum: vos autem peccatores cum dæmonibus ploratis è tormentis, dentibuſque ſtridetis, pœnitentes, & nihil proficientes: quoniam pœnitentiæ veſtræ tempus, in negligentia perdidiſtis. Nonne vos eſtis, qui à iuſtis vos îpſos ſegregaſtis: & peccatorum atque impiorum opera imitati eſtis? Nunc autem & † vos cum ipſis traditi eſtis in ſupplicium. Deplorate igitur tomenta & ſupplicia vtriſque illata. Tunc quoque nos valdè ingemiſcentes, fletu exclamabimus amaro, dicentes: Iuſtus es Domine, & iudicia tua recta. Quando enim in præterito adhuc eramus ſeculo, iſta nobis per ſanctas aperuiſti Scripturas, & non credebamus; ſed dubitabat cor noſtrum: at nunc manifeſtè cuncta oculis noſtris cernimus. Væ nobis: quoniam dies noſtros in multa perdidimus negligentia. Hæc ergo præcognoſcentes chariſſimi fratres, ſtudeamus effugere confuſionem illam, & ſupplicium æternum: vt digni † gaudio reddamur iuſtorum. Quouſq; tandem veteris hominis concupiſcentias circumferimus? Quouſque mentem noſtram in vanis ſeculi huius voluptatibus ſinimus? † Reſipiſcamus igitur; & euigilemus tamquam ex † ſomno, ex memoria inanis vitæ iſtius. Surſum mentem & cor habeamus: vbi permanentia, vbi pulcherrima ſunt bona, vbi vera vita, & lux vera. Deteſtemur mundum, & quæ in ipſo ſunt. Corruptibilia propter incorruptibilia, & terrena propter cæleſtia cõtemnamus. Dominum qui fecit & creauit nos totis viribus diligamus; ſolùm bonum & benigniſſimum Dominum. Diligamus & nos inuicem, propter Dominum. Cerne enim Domini benignitatem & amorem erga homines: quippe qui ita ſuos allocutus eſt diſcipulos: In hoc, inquiens, cognoſcẽt omnes quòd mei diſcipuli eſtis, ſi † dilectionem habueritis ad inuicem. Non dixit: Si vitulos, & hircos mihi obtuleritis. ſed dixit: ſi dilectionem ad inuicem habueritis. Seruemus ergo charitatem fratres, caſtitatem, pietatem atque religionem, quietem ac tranquillitatem, humilitatem, & quæcumque decent ſanctos. Deteſtemur autem impudentiam, & multiloquium. Nam ſcriptum habetur: Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram: virum iniuſtum mala † venabuntur, in interitum. Cognoui quòd faciet Dominus iudicium inopum, & † cauſſam pauperum. Verumtamen iuſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo. Rurſuſque ait: Super quem reſpiciam: niſi ſuper manſuetum, & humilem, & tranquillum, ac trementem ſermones meos? Ipſe porrò Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui habet poteſtatem vitæ & mortis illuminet † oculos mentis veſtræ; ad rectè pieque ſeruiendum ipſi, omnibus diebus † noſtris: & ad miſericordiam inueniendam coram ipſo, in die illa. Recordamini & mei peccatoris Ephræm, qui iſta conſcripſi, in precibus veſtris, obſecro: & miſericordia in me indignum moueatur omnium Dominus. Quoniam ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Ibidem.

Ibidem.

† al. in gehennam ignis, &c.

† al. traditi eſtis.

† al. & ipſi cum illis.

Tob. 3.

† al. gratia.

† al. Renuamus al. Renouemus igitur, &c.

† al. ex vino.

Ad Dei, & proximi dilectionẽ nos cohortatur.

Ioan. 13.

† al. ſi diligatis inuicem.

Ioan. 13. 15.

Pſalm. 139.

† vulg. capient.

† vulg. vindictam.

Eſaiæ 66.

† al. noſtros mẽtis oculos.

† al. veſtris.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

VTILIS valdè ac neceſſaria eſt iſta Auctoris Paræneſis, quæ contra immorigeros & refractarios, improborumq́; in fratria conſpirationes, ac quietis cõmunis perturbatores grauiter efficaciterq́; agit. Timorem Dei commendat; & peccata vitanda, emendandamq́; in melius vitam docet. Futurum

turum iudicium cunctis proponit: & quæ poſt hanc vitam ſolatia ac præmia iuſtis propoſita ſint; quæque impios ſupplicia æterna maneant, luculenter demonſtrat: vt à peccatis vnumquemque auocet atque deterreat, & in viam ſalutis inclinet ac dirigat. Exemplum, pulchramq; conſiderationem de Lazaro & Diuite epulone, poſtea adducit: ne nimium quis in diuitijs ac facultatibus mundi confidat, & delicijs oblectamentisq; iſtius ſeculi ſe dedat, ſui ac propriæ ſalutis immemor, &c. In fine autem, ad Dei & proximi dilectionem ſuos cohortatur; & vt ipſius quoque in ſuis recordetur orationibus, interpellat.

In fratria coniuncti ſimus, &c.] *Et ſi nomen Fratria, ſecundùm quoſdam nunc fraternitatem ac ſodalitatem; nunc conſortium, conuenticulum, contubernium, ſectam, ac curiam, tribumq;, denotet: (Vnde Athenenſis populus dicitur fuiſſe diuiſus in duodecim tribus, & ſingulæ rurſus tribus in tres φρατρίας.) hoc tamen loco, ab Ephræm vſurpari illud videtur vocabulum pro factione ſeditione inter fratres excitata. ſicut & nõ multo poſt, in hac eadem Parænes. vbi habetur:* Ad pugnas autem & fratrias ſiue factiones, ac contradictiones, potentes ſumus, &c.] *alibiq; ſimiliter ſæpius.*

Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate, tota die?] *vbi vulg. cum alia interpunct. ſic:* Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, &c.] *eodemq; modo interpunguntur verba, etiam in noua editione 70. At Hilarius cum Ephræm conſonat, eandemq; interpungendi rationem hic ſeruat, & ſic legit:* Quid gloriatur in malitia, potens iniquitate, tota die? iniuſtitiam, &c.] *Vbi tamen S. Auguſtinus, paullò aliter ſic:* Quid gloriatur in malitia, qui potens eſt? in iniquitate tota die iniuſtitiam cogitauit, &c.] *Locus eſt Pſalm. 51.*

Quis durus factus, ante eum permanſit? qui in vetuſtatem perducit montes, & ignorant. qui euertit eos in ira, &c.] *Ita ad verbum hîc apud S. Ephræm Græc. & in editione 70. At in vulg. paullò aliter, ſic:* Quis reſtitit ei; & pacem habuit? Qui tranſtulit montes, & neſcierunt hi quos ſubuertit in furore ſuo. &c.] *Locus eſt Iob 9. vbi etiam Aquila, pro* (ὑπέμεινεν, permanſit, ſuſtinuit) *legit* εἰρήνευσεν, pacem habuit. *& Complut.* καὶ εἰρήνευσεν, & pacem habuit. *vt in vulg. At Symmachus* διετέλεσεν, perſtitit, *ac deinde pro* [ὁ παλαιῶν ὄρη, qui in vetuſtatem perducit montes.] *habet:* ὁ ἐξαίρων ὄρη, καὶ ἀδηλοποιῶν αὐτά. *id eſt,* Qui aufert montes, & è conſpectu remouet eos.] *nos autem hic in tranſlat. Græcum Codicem S. Ephræm, qui cum edit. 70. conſonat, ſecuti ſumus.*

Niſi deinceps temperatè ac modeſtè te geſſeris; etiam ab ijs coargueris, &c.] *Pro hoc, in alio MS. Græco, ſic reperitur:* Et ſi ad breue tempus quieſcas, iterum ad inſtitutum prius reuerteris. Cumque penitus in profundum collapſus malorum fueris, tunc etiam tu, &c.] *al.* tunc reuera & tu inimicos veritatis coargues atque increpabis, &c.

Aut adhuc magis ex duritie cordis noſtri, & ob corporis noſtri vires efferimur, &c.] *In alio Codic. ſic:* Aut cum duritie cordis noſtri amplius, ac corporis noſtri viribus freti magis inflamur & ſuperbimus? neſcientes quod dictum eſt: Quoniam gigas, &c.

Deinde, vbi poſtea eſt: quomodo totius nobis paradiſi curam Dominus committet?] *In alio MS. pro* (ἐπιμέλειαν, *curam*) *legitur,* ἐπιστασίαν παρέξει, *id eſt,* præfecturã nobis Dominus præbebit?] *quæ etiam hic lectio quadrat, & cum immediatè ſequentibus conſonat, vbi de præfectura ac cura animarum agit, de qua & paullò antea, ibi:* Nam ſi animam vnicam nobis à Domino concreditam neglexerimus, &c. quomodo totius paradiſi, &c.] *Eſt autem iſtud Argumentum à minori ad maius, & à contrario, quo hic non obſcurè Auctor vtitur.*

An oblitus es frater lapidis molaris, in ſupplicium definiti aduerſus eos qui ſcandala committunt?] *Alia hic lectio ſic habet:* An lapidis molaris oblitus es frater, cuius comminatio in ſupplicium intenta eſt, aduerſus eos qui ſcandala faciunt, &c.] *Adludit autem ad illud Luc. 17.* Væ illi, per quem ſcandala veniunt: vtilius eſt illi ſi lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis, &c. *de quo habes & Matthæi 18. ac Marci 9. quamquam ibi pro* (lapis molaris) *legatur,* mola aſinaria, &c.

Diuerte ergo à malo, & fac bonum, inquire pacem, & perſequere eam: vt aſſequaris quoniam oculi Domini ſuper iuſtos, &c.] *Adluſio manifeſta eſt ad verba Pſalmi 33. quæ eadem in Græco, & hic repetuntur omnia, & inſtituto Auctoris optimè accommodantur, ſed cum additione* (ὅπως καταλάβῃς, vt aſſequaris) quoniam oculi Domini ſuper iuſtos, &c.] *per omnia poſtea, vt in Pſalmo citato. Quemquam tamen in alio etiam Ephræm MS. legatur hic breuius ſic:* quoniam oculi Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.] *& al. vt exterminet è terra, vel, è medio tollat, &c.*

Nam multi cùm opulenti obdormiſſent, ſurrexerunt pauperes. & qui hodie Princeps, cras magiſtratu priuatur. & qui hodie Rex, cras morietur.] *Antitheſis grauis, & ſalutaris, qua, ſumma rerum humanarum inſtabilitas, fugacitas, & incertitudo oſtenditur. de qua etiam alibi apud eundem noſtrum Auctorem plenius inuenies Tom. 1. in Orat. de Morte. & in Oratione altera etiam de Morte, ſub nomine S. Patris Baſilij, ibi addita, vbi in multa in hanc rem lectu notatuq; digniſſima adducuntur, quibus hic locus non parum illuſtratur.*

Ille enim diues induebatur byſſo & purpura, & quotidie epulabatur ſplendidè, &c.] *Pulchram hic de Lazaro & diuite epulone, ex Euangelio Lucæ 16. narrationem, conſiderationemque* (*occaſione ante dictorum: ne ſcilicet ſimulachris & opinionibus vanis huius ſeculi abſtrahamur, diuitijsq; terrenis ne nimium innitamur, &c.*) *adducit, & pleraq; textus Euangel. morali expoſitione, tranſcurrendo declarat atque amplificat, alia tranſponit, nonnullaq; etiam paullò aliter atque in vulg. legere hic videtur. cuiuſmodi inter alia ſunt:* [ſed ſi quis ex mortuis reſurgens, ad eos ierit, credent.] *pro quo, in vulgata Lucæ 16. eſt:* Sed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent,] *vbi etiam pro* πεισθήσονται, *credent, ſeu fidem ei adhibebunt; in alio Ephræm MS. Græc. reperitur,* μετανοήσουσιν, *pœnitentiam agent. vt in vulg. Deinde vbi poſtea habetur:* neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.] *alia lectio apud Ephræm hic habet:* neque ſi quis ex mortuis reſurgens, ad eos iuerit, pœnitentiam agent, &c.] *Sed altera lectio magis hic probatur, quæ & in ſacro eſt Cod. Luc. 16. & in pluribus manuſcript. Auctoris noſtri reperitur. quam & ideo ſecuti hic ſumus.*

Nonne ecce illa, vmbræ inſtar præterierunt, & tamquam nebula gracilis, quæ à procella impellitur: & tamquam fumus, &c.] *Reſpicit ad locum Sap. 5. vbi iſta, licet ſparſim habentur, & hic inde tranſpoſitis mutatisq; aliquibus adducuntur: Eſt enim ibi iuxta edit. 70. Tranſierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuntius præcurrens, &c.*] *multisq; interiectis, poſtea ibi ſequitur:* Quoniam ſpes impij tamquam puluis eſt, quæ à vento tollitur, & tamquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tamquam fumus qui à vento diffuſus eſt, &c.] *Vbi in alio Cod. Ephræm pro* (ὡς ὁμίχλη, *tamquam nebula*) *legitur,* ὡς πάχνη, *id eſt, tamquam pruina, vel ſpuma, &c. vt in edit. 70. ac deinde pro* (διωχθεῖσα, *id eſt, quæ impellitur*) *eſt diſpergitur, &c. vt etiam in vulg. ſed de hoc loco, & alibi apud noſtrum Auctorem.*

Nec eo contenti fuiſtis, quòd propriam neglexeritis animam; ſed aliorum quoque animas peruertiſtis, &c.] *In alio MS. ſic legitur: Et non ſatis erat vobis propriarum animarum perditio, quin & cæterorum animas peruertere ac perdere voluiſtis, &c. vtraque lectio bona eſt, & propoſito ſeruit.*

PARAENESIS QVADRAGESIMA,

De Pietate, † & abſtinentia ab illicitis, ac de timore Dei.

†al. De pietate & timore Dei.

† al. In via tenebrarum. Prouer. 2. iuxta 70.

CHARISSIME frater, attende vehementer, ne deperdas viam rectam, vt ambules in † vijs tenebroſis: ne quando in nouiſſimis tuis, apud Deum & homines inueniaris peruerſus & obliquus. Væ enim, inquit Sapiens, ijs qui derelinquūt vias rectas, vt ambulent in vijs tenebrarum. Væ his, qui lætantur in malis, & gaudent in conſuetudine mala: quorum ſemitæ obliquæ ac prauæ, & flexuoſi curſus eorum: vt longè abſtraharis à via recta, & alieneris à ſententia iuſta. Ideo addit, & dicit: Non enim apprehenduntur † ſub anno vitæ. Nam ſi per ſemitas bonas ambulaſſent, etiam ſemitas † iuſtitiæ planas ac faciles inueniſſent. Qui recti ſunt & boni, inhabitatores erunt terræ; & † ſimplices atque innocentes remanebunt in ea. Viæ autem impiorum è terra perdentur, & iniqui expellentur ab ea. Neceſſarium ergo eſt, incedere per viam rectam, ſecundùm eum qui dicit: Ne declines ad dexteram neque ad ſiniſtram: auerte pedem tuum à via mala: vias enim quæ à dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſæ autem ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt. Deum time, & timor eius cuſtodiet te. Serua mandata ipſius, & mandata eius in veritate deducent te. Contumacia verò, aut peſtilentia, aut inuidia, aut ſuperbia, & his ſimilia, non commorentut in ſinu tuo; neque ingluuies, vel turpitudo, vel ſtultiloquium, vel ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent. Omnis enim qui in hiſce ambulat, à via veritatis aberrat, ſeipſum per loca inuia terendo. Qui autem in via ambulat recta, ipſe ſe in manſionem vitæ prouehet atque deducet. Ne ergo religionem ac pietatem veram, & ab omni ſimulatione alienam deperdas frater chariſſime. Pietas porrò eſt, abſtinere ab omni ſpecie mala. Si verò acciderit, nos de opere bono contumeliam pati: ne erubeſcamus opprobrium nobis iniuſtè ab hominibus illatum, & faciamus quæ non oportet. Scriptum eſt enim: Populus meus, cuius † nomen meum in cordibus veſtris? nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum inueteraſcet tempore, & ſicut lana comedetur à tinea: ita deſtruentur obuentura mihi mala. Iuſtitia autem † tua in ſeculum manebit; & ſalus † tua in gene-

Aliter hic, quã in vulg.

†al. ſub annis vitæ

†al. iuſtorum.

†al. & ſancti.

Prouerb. 4.

Epheſ. 5.

Eſaiæ 51.

†al. lex mea.

†al. mea.

†al. mea.

A generationum generationes. Rurſusque ait: Dominus Deus aperuit mihi aurem; Eſa.50.iuxta 70.
ego autem inobedientem me non præbeo, nec contradico. Dorſum meum
dedi in flagella, & maxillas meas in colaphos: faciem autem meam non auerti
à confuſione ſputorum. & Dominus factus eſt mihi adiutor, ideo non ſum confuſus,
ſed poſui faciem meam vt petram duriſſimam, & ſcio quòd non cõfundar.
Propterea, licet videatur ex ſeipſa comprehendiſſe ac ſuperaſſe, non reformidemus,
neque viam rectam deſeramus, ſecundum eum qui dicit: Si conſiſtant aduerſum Pſalm.26.
me caſtra, non timebit cor meum. Et denuò ait: Viriliter agite, & confortetur Pſal.eod.&30.
cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino. Et noli æmulari gloriæ
peccatoris: non enim noſti, quid de exitu ipſius erit. Melius eſt enim cuncta ſe-
B cundùm Deum agere, & laudari ac probari in Domino, quàm conuerſari malè,
& turpem famam habere. Cùm Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus dicat:
Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Matth.5.
Patrem veſtrum qui in cælis eſt. Ne ergo à via recta diuertas in loca inuia: ne
fortè in præcipitia & deſerta loca incidas, & ferarum agreſtium multitudo * circumdet te, * al. circundabit.
* congregatioque aquarum multarum, & tunc pœnitentia ducaris, * al. conturbatioque.
dolore afflictus. Quis enim dolet, niſi quem mala detinent? Deus quippe benignus
ac bonus cum ſit, malum non vult plaſmati atque figmento ſuo. ſecundùm
eum qui dicit: Non .n. delectatur in perditione viuorũ. Iuſtitia enim perpetua eſt Sap.1. & Tob.3.
& immortalis, Alioque in loco refertur: Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Sap.1.
Deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt: Ipſe autem neminem Iacob.1.
tentat. Vnuſquiſque verò tentatur à cõcupiſcentia propria abſtractus & illectus.
Deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum Ibidem.
C conſummatum fuerit, generat mortem. Concupiſcentia, mater eſt peccati. Hæc, Concupiſcẽtiæ mala, ac dãna.
Euam ex paradiſo eiecit. Hæc, Caim fratricidam effecit. Hæc, Aegyptiam aduerſus Geneſ.3. 4.
caſtum Ioſeph, in rabiem adegit: Iuuenis autem Deum timens, hanc deiecit. Geneſ.39.
Hæc, populum in eremo proſtrauit. Hæc, gentes ſeptem in terra Chanaan deſtruxit; Actor.13.
per quam Creatorem ſuum exacerbauerant, quare & exterminati ſunt. Hæc,
corda filiorum Iſrael, à *Deo altiſſimo declinare fecit. quemadmodum ſcriptum *al. à lege altiſſima. al. à lege excelſi Dei.
habetur: Equi furentes in fœminas, & emiſſarij facti ſunt: vnuſquiſque ad vxorem
proximi ſui hinniebat. Hæc, iudices populi in Babylone decepit. Concupiſcentia Ierem.5.
enim praua, mater verè eſt peccati. Hæc, bella & tumultus in terra excitat. Ezech.22.
Hæc, Herodiadem, ad petendum caput præcurſoris Baptiſtæ ſubornauit. Dan.13. 14. Iacob.4.
Hanc Iudas amans, Dominum gloriæ in manus impiorum tradidit: nam aurum Marc.6.
D appetens, vitam perdidit. Propterea omnem concupiſcentiam malam fugiamus Matth.26.
fratres chariſſimi, eamque à corde noſtro depellamus. Non * ignoſcamus ei: * al. parcamus.
non enim eſt fructifera, ſed diaboli germen exiſtit. non eſt morbus carnis, non
vulnus, nec cicatrix, neque percuſſio tumens atque inflammans. non eſt cui malagma
imponatur, nec oleum infundatur, neque vincula adhibeantur, ſed vulnus
eſt animæ, & percuſſio cordis. Hæc, nos à Sanctorum comitatu atque conuerſatione
ſeparat. Hæc, nos à cæleſtibus diuellit, & terrenis coniungit. Arbor
eſt, folia habens, fructum verò planè nullum: folia habet & quidem denſa, & in
denſitate eius genimina viperarum demorantur. Arborem malitiæ excinde, &
pro ea arborem vitæ in anima tua planta; pretioſam inquam crucem, ſpem &
exſpectationem Saluatoris, paſſionesque mortis ipſius. Dilectio eius ſit in corde
E tuo: quemadmodum ſcopulus in mari propoſitus, & nauigia in pelago tempeſtatibus
expoſita ad vitæ portum inuitans. Certa tamquam bonus miles, vt
coronas aſſequaris. Dicentem audi: Cautos atque abſtinentes facite filios Iſrael. Adluſio ad Leuit.15.cap.
Quando legitimè certaueris, tunc *perſpicuè & Regis dona cognoſces. Tunc * al. clarè atque ſecurè.
intelliges bonum & vtile eſſe, agnoſcere & ſuſtinere Dominum. eiusque mandata
ſeruare. Tunc ſenties labores, velut per ſomnium præterijſſe, cum remuneratione
hic facta. Quemadmodum diadema in capite Regis ſedentis in ſuo
*regno, gaudium tibi erit & exultatio: & gaudium tuum nemo à te tollet. Concedat *al. throno.
porrò nobis Dominus, vt miſericordiam inueniamus coram bonitate
ipſius, & in præſenti ſeculo, & in futuro. * Ipſi gloria & imperium, cum Patre *al. Quoniam ipſi gloria in ſecula ſeculorum; Amen:
initij experte, & ſancto ac adorando Spiritu, nunc & ſemper, & in infinita ſeculorum, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

HAC ſua Paræneſe Auctor admonet per vias rectas incedendum eſſe, & à vijs tenebroſis locisq; inuijs declinandum. ſemitas vitæ rectæ, per quas iuſti ambulant, apprehendendas; vias autem impiorum peruerſus atque obliquas deuitandas: & ob id etiam, quæ viæ ſint rectæ ac planæ, & quæ peruerſæ ac inuiæ; quiq; per has incedant, & qui illas ſequantur pulchrè copioſeq; demonſtrat. Deinde etiam pietatem & timorem Dei commendat. hominumq; prauorum opprobria atque ludibria, dum benè agimus ac ſecundùm Deum viuimus, nequaquam curanda: ſed in bonis ſemper inſtitutis atq; operibus conſtanter perſiſtendum, docet. Poſtea concupiſcentiæ improbæ mala ac damna plurima recenſet, exemplaq; varia in illius deteſtationem ex diuerſis Scripturæ locis adducit: vt vel hinc concupiſcentiam, matrem peccati fugere, & ex cordibus noſtris depellere diſcamus, &c.

De pietate & abſtinentia ab illicitis, ac de Timore Dei.] *Pro hac inſcriptione, in alio MS. ſic:* De pietate & Timore Dei.] *al.* De via recta, ſeu de ambulando per viam rectam, & de Timore Dei.] *vbi ſingulæ quidem probantur Inſcriptiones, ſed tertia rem hîc præcipuè tractatam magis ſpecificè attingit proponitq;.*

Væ ijs qui derelinquunt vias rectas, vt ambulent in vijs tenebrarum. Væ his, qui lætantur in malis, & gaudent in conſuetudine mala, &c.] *Vbi abſque* (Væ) *ſic aliter legitur in vulg.* Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas, qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis: quorum viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum, &c.] *at in edit. LXX.* (*quibuſcum hic Ephræm magis conſentit*) *ac verbum ſic eſt:* O qui dereliquiſtis vias rectas abeundo in vias tenebrarum. qui lętamini in malis, & gaudetis in euerſione mala: quorum ſemitæ prauæ, & flexuoſi curſus eorum, &c.] *Nec diſſimilis apud S. Ambroſium eſt lectio in Pſal. 36. licet hic aliter etiam ab alijs legatur: Aq.* καὶ θρυλλοῦσιν ἐν καμπαῖς αὐτῶν. *i. & iactant, ſeu turbant ac commouent ſe in flexuris ſuis.*] *Th.* καὶ μυκτηρίζουσιν ἐν τοῖς ἐπικυλισμοῖς αὐτῶν, *i. & ſubſannant in inuolutionibus ſuis, &c.*] *Sequitur poſtea in ſacro Cod. & ſic apud Ephræm:* Non enim apprehendunt ſemitas vitæ, &c.] *Vbi rurſus alia atque alia reperitur lectio: nam iuxta edit. LXX. ad verbum eſſet:* non enim apprehenduntur ab annis vitæ.] *pro quo, al.* ſub anno vitæ. *vt hic etiam Ephræm. In edit. Vatic.* ἐνιαυτῶν, ſub annis, &c.] *Sequitur deinde ibid.* nam ſi per ſemitas bonas ambulaſſent, etiam ſemitas iuſtitiæ planas ac faciles inueniſſent.] *Vbi ad verbum in edit. LXX. ſic:* Nam ſi ambularent ſemitas bonas; inueniſſent vtique ſemitas iuſtitiæ leues.] *& ſic S. Auguſtin. in lib. de natura & gratia, cap. 69. Alij etiam hic variant, & pro* (ſemitas iuſtitiæ) ſemitas iuſtorum, *legunt. In exemplaribus Ephræm Græc. vtroque hic modo legitur,* τῶν δικαίων iuſtorum, & τῆς δικαιοσύνης, iuſtitiæ.] *reperiturq; vtraque lectio etiã apud alios Patres. Sequitur poſtea in ſacro Cod. & apud Auctorem hic:* Qui recti ſunt & boni, inhabitatores erunt terræ; & ſimplices remanebunt in ea: Impij verò de terra perdentur, & iniqui auferentur ex ea.] *Vbi ad verbum ſic in edition. 70.* Quoniam recti inhabitabunt terram, & ſancti remanebunt in ea. Viæ impiorum è terra perdẽtur, & iniqui expellentur ab ea.] *vbi etiã pro* (inhabitabunt) *alia lectio hic habet* (κατακληρονομήσουσιν, *i.* hæreditabunt) *ſicut & iſtum locum affert S. Baſilius, & alij. ac pro* (iniqui) *etiam quidam legunt hic,* ἀσεβεῖς, *i.* impij, *vt Aq. Sym. Th. &c. De quibus plura vide in Schol. edit. LXX. Prouerb. 2. Nos autẽ in hiſce, partim ſecuti interpretando ſumus vulg. partim etiam edit. LXX. maximè in locis quibus differẽtia eſt à vulg. & partim Græca exemplaria Ephræm, vbi præſertim ab vtriſque diſſidere comperimus. vt fida vbique ſeruetur translatio.*

Subijcitur poſtea locus Eſa 51. Populus meus, cuius nomen meum in cordibus veſtris, &c.] *vt hic eſt apud Ephræm. at in edit. LXX. ad verbum ſic:* Populus, cuius lex mea in corde veſtro, nolite timere opprobrium hominum, & contemptu eorum ne vincamini. Sicut enim veſtimentum, comedentur à tempore: & ſicut lanæ, comedentur à tinea. Iuſtitia autem mea in æternum erit; & ſalus mea in generationes generationem.] *Cæterùm in vulg.* Populus meus, lex mea in corda eorum; nolite timere, &c. *ac poſtea:* Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea. ſalus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea in generationes generationum.] *vbi quæ varietas ſit lectionis, quæq; conſenſio, Lector videat atque conciliet.*

Melius eſt enim cuncta ſecundùm Deum agere, & laudari ac probari in Domino, &c.] *Alia Auctoris lectio (quæ explicatiua videtur huius) ſic habet:* Satius eſt omnia ſecundùm Deum agere, & laudari ac probari ab hominibus, ſed in Domino, *id eſt, propter Dominum; ita ſcilicet, vt Dominus agnoſcatur Auctor omnium bonorum, ſicq; Dominus potiſſimum laudetur, &c. vel,* laudari in Domino, *hoc eſt,* probari Domino, *vel* placare Domino, &c. *ſed præcedens lectio atque expoſitio hic menti Auctoris videtur conformior.*

Dicentem audi: Cautos & abſtinentes facite filios Iſrael.] *Alluſio euidenter fit ad verba Leuit. 15. in fine. vbi ſic eſt in vulg.* Docebitis ergo filios Iſrael, vt caueant immunditias, & non moriantur in ſor-

A *in ſordibus ſuis, &c.] vbi Græcè eodem modo hîc eſt apud Ephræm, & in edit. LXX. vbi tamen ad longum ponuntur, quæ apud Auctorem noſtrum hoc loco ſolùm inchoantur. nimirum: ἐυλαβεῖς ποιήσατε τοὺς υἱοὺς ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν αὐτῶν, ϗ οὐκ ἀποθανοῦνται διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτῶν, &c. id eſt, Cautos & abſtinentes facite (ſiue potius, facietis) filios Iſrael ab immunditijs ſuis; & non morientur propter immunditiam ſuam, &c. atque huc planè reſpexiſſe Auctorem, ex adductis euadit clariſſimum.*

PARAENESIS QVADRAGESIMA PRIMA,

B *De his qui propria * cadunt negligentia, excuſationesq́; in peccatis * prætexunt.*

*al. excidunt.
*al. ponunt.

Frater, ſolitariam deſideraſti vitam; bonum appetijſti opus, ſi ad finem vſq; ſeruaueris. Aduigila igitur, & tibi ipſi attende, vt ſapiēs & non tanquam inſipiens: vt Monachus, & non quaſi à monaſtico ritu ac more vitam alienam degeres. Non eſt enim colluctatio nobis aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mūdi rectores tenebrarum huius ſeculi, contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. Sobrium ergo & vigilantem te præbe vſque in finem; ne fortè propria ſuperatus negligentia atque ſegnitie, ſtultè dicas & inſipienter: Ad monachatum acceſſi, & nec ibi viam ſalutis inueni. C Cur igitur frater, gratiam aſpernamur Domini? & cur vitam ſolitariam calumniaris: cùm volis ipſe iuuari, neque pro tua anima adlaborare? quin potius tuis te abripi ſinis concupiſcentijs, ac cogitationum voluptatibus: & vitam adhuc ſolitariam accuſas? Si enim præcepta Domini cuſtodiſſes, non ſanè excidiſſes; & ſi timorem Domini dilexiſſes, etiam tuam animam conſeruaſſes. Primùm quidem, ſolitarię vitæ canonem non ſeruaſti, ſynaxim tuam neglexiſti, obliquè atque doloſè incedere amaſti, & ſuperbiam potius delegiſti. Superiores * tuos non honoraſti, inferiores autem contempſiſti, temperantiam non dilexiſti, inexplebilem magis edendi voracitatem amaſti, vigilias non es complexus, inſatiabilem autem ſomnum potius amplexus es. Caſtitatem non probaſti, ſed pollutionē potius amaſti. Manſuetudinem & humilitatem non coluiſti, inſolentiam autem ac faſtū potius D dilexiſti. Subiectionem atque obedientiam non es facturus, inobedientiam verò potius es amplexus. furorem & iracundiam non odiſti, contentionem autem & iniuriarū memoriam magis probaſti. Quinetiam & orationem reſpuiſti; clamores verò & iuramēta, atque maledictiones potius coluiſti. Grauitatem & iracundiam non ſeruaſti, ſcurrilitatem autem cum cachinnis magis comprobaſti. Taciturnitatem & rectitudinem ſpreuiſti, multiloquium verò & detractionem maluiſti. Cùm cordis compunctione in precibus conſiſtere non probaſti: ac euagari potius, ac mente diſtrahi amaſti. Paupertatem non coluiſti, auaritiam verò magis amplexatus es. Exercitatione monaſtica & labore voluntario non es delectatus: at delitijs & oblectamētis potius gauiſus es. Proprijs operari manibus, tibi diſplicuit: quies autem & otium magis placuit. Fraternitatem non amaſti: peruerſitate verò improba gaudere, potius probaſti. Compati tribulatis noluiſti; durus autem & cōmiſerationis expers eſſe maluiſti. Tribulationes & improperia propter Dominum perferre detrectaſti: primam * verò cathedram, laudesque vanas potius affectaſti. Timorem Dei, & dilectionem ipſius non ſeruaſti: contemptum autem in eum, & odium in proximū magis amaſti. Quid multa? Cæleſtia odiſti, & terrena dilexiſti; & adhuc vitam ſolitariam calumniaris? Non noſti quia ſcriptum eſt: Perdet Dominus omnes qui loquuntur mendacium? Et rurſus: Nolite aduerſus Deum loqui iniquitatem: quoniam Deus iudex eſt. Vides frater, cauſſam ex nobis eſſe, & non ex alijs? In teipſum ergo deſcende, & ad Dominū in toto corde tuo conuertere: non enim vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur ipſe, & viuat. Cupit enim Dominus omnes homines ſaluos fieri: nam bonus eſt. Vulneratus es? ſed curari poteris. Cecidiſti? at reſurge dumtaxat. Ne teipſum in finem perditioni tradas. Ipſe enim Saluator dixit: Non indigēt qui ſani ſunt medico,

Epheſ.6.

*al. Superiores tuos deſpexiſti; ſobrietatem nō coluiſti, &c.

Antitheſes variæ, eæque efficaces, & accommodæ.

*al. Primos autem accubitus.

Pſalm.5.
Pſalm.74.
Pſam.49.

Ezech.18. 33.

Matth.9.
Marc.2. &
Lucæ 5.

ſed qui malè habent. Et, non veni * ſaluare iuſtos, verùm peccatores. Ideo frater chariſſime, patere, & conſilium tibi dabo: In quiete ac ſilentio reſide, & præoculis tuis timorem Domini gerito, colligensque cogitationes tuas, pręſide illis vt Iudex; & inſtitutum vitæ temporis præteriti perdiſce, ex quo ſolitariam aggreſſus es vitam: vt quænam ſtatus huiuſmodi cauſſa tibi fuerit, intelligas; notesque in corde tuo damnum ac cauſſam, & vnde talis damni * prouenerit cauſſa. Nam ſi mercator in piratas atque latrones inciderit, ſiue etiam ſubmerſa fuerit nauis, & onera perdiderit, non obliuiſcitur loci vbi eorum iacturam fecit: ſi autem poſt multum temporis acciderit ipſi locum eundem adire, magna cum * ſuſpicione per illum tranſit. Quare & nos illorum imitatores ſimus, aut potius ijs prudentiores. Illi corruptibilibus deperditis diuitijs, non obliuiſcuntur loci: at nos etiam incorruptibilia negligimus bona. In quiete igitur & ſilentio reſide, ſicut iam dictum eſt; tuasque cogitationes recollige, ac ſpiritum diu noctuque ſcalpe atque ſcarifica: vt eiuſmodi damni & ſubuerſionis * cauſſam agnoſcas. ne fortè ab initio vanam libertatem habueris, quæpiam ac religioſam cogitationem tuã inuerterit, moresque corruperit, ac te inuerecundum impudentemque reddiderit. ne fortè damnum ex multiloquio * prouenerit. ne fortè cauſſa, ex gula & crapula exſtiterit. ne fortè ex inobedientia damnum emanarit. ne fortè ex deſiderio & appetitione diuerſorum locorum, ne fortè ex miniſterij atque diſtractionum occaſione, maximũ ſibi malum pararit: & vbi agnoueris, abſcinde libertatem, atque impudentiam pietate. Ne verearis ab hominibus præcepta Domini aſpernantibus, appellari hypocrita. Perſpicuum eſt enim, illos non ad fratris correctionem hypocriſis mẽtionem facere: ſed vt pudore ſuffundatur fratris cauſſa, impudensque efficiatur, & abhorreat à recta ſententia. nam pios ac religioſos, hypocritas nuncupant. Ad quos ait Dominus: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. Ne igitur verearis improperia frater chariſſime, & * verbo indiſciplinato ne capiaris: nam indiſciplinatos mors comitatur, ſecundùm Scripturam. quemadmodum & alio in loco dicit: Si enim cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. Alibique ait: Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris ac gloriæ, & Dei Spiritus ſuper vos requieſcet. Nemo autem veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, ſed glorificet Deum in iſto nomine. Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Fuge ergo impunitatem, & riſum; non enim conducunt animæ tuæ. Nam quæ pars fideli, cum infideli? Similiter autem & gulam, per temperantiam vince; auaritiam, per exercitationem & inopiam voluntariam, multiloquium, per taciturnitatem, * acediam, per cellæ * patientiam, negligentiam, per futurorum bonorum memoriam, & inobedientiam, per humilitatem. Sin verò, & ſub prætextu deteſtationis * malorum, tibi quid mali pararit inimicus: mundum ac caſtum deinceps teipſum ſerua, & non communices peccatis alienis. Mea autem ſententia, arbitror initium tibi exſtitiſſe malorum, impunitatem atque licentiam, quæ & te impudentem effecit. Iccirco ait Scriptura: Beatus vir, qui ſemper eſt pauidus propter pietatem. Quid porrò lucri habet mũdus, frater? aut quod bonum diligentibus ipſum præbebit? Accepit quis vxorem, initium curarum. genuit filium: ſolitudo altera. naſcitur alius; cura abundantior. moritur filius vnus; luctum parentibus ſuis relinquit. Si porrò etiam viuens, improbus euaſerit atque peruerſus: magis de eo quàm de mortuo dolent. At quando iam viro, mortis obuenerit hora; grauiorẽ propria ducit morte afflictionem ſuæ coniugis, eo quòd vxorem relinquat viduam, & filios ſuos orphanos. Ab ijs autem omnibus, liberum te reddidit ſuaue iugum Domini, ô monache: & quomodo rurſus ad antiqua * vis reuerti? Ne ergo tuam ipſe ſalutem deſperes, neque dixeris amplius te ſaluari non poſſe: immò ſaluari te poſſe confide; ſed Dei timorem tota anima tua cole, & ipſe tua ſanabit vulnera, teque abſque vulneribus deinceps conſeruabit. Quàm diu enim diuinum colit timorem anima tua, in laqueum diaboli non incides, ſed erit velut aquila in ſublimia volitans. Sin autem poſtea, anima torpore correpta, contempſerit mandata ac timorem Dei; tunc ab excelſis deturbata, irridetur ab * infimis: qui etiam obuelatis eius oculis, agunt ipſam

*al. vocare.
Matth. 9.
Conſilium bonum. ac ſalutare.
*al. extiterit al. occaſio.
A ſimili.
*al. ſecuritate, cautela.
*al. operationẽ atq; effectum.
*al. emerſerit, euenerit.
Matth. 7.
Lucæ 6.
*al. & diſciplinę ne te ſubtraxeris.
Eccl. 5.
1. Ioan. 3.
1. Pet. 4.
Ibidem.
1. Pet. 4.
2. Cor. 6.
*al. immunditiam.
*al. tolerantiã.
*malitiæ.
Prouer. 28.
Similis ſunt apud Auct. Tom. 1. in Oration. de morte, & alibi.
*al. rediturus es, vel cogites reuerti?
*ab infimis, id eſt, a dæmonibus malis.

A ipſam in paſſiones ignominiæ, tanquam bouem iugo conſtrictum. Ideo fratres
dilectiſſimi, demus operam veritati. curemus ſalutem noſtram. meditemur ho-
ram mortis. Odio proſequamur res mundanas: iſtæ enim omnes hic manent.
iſtæ nos non eximent ac liberabunt in hora neceſſitatis noſtræ, quando pœniten-
tes nihil proficiemus, quando pro remiſſione deprecabimur, & nullus erit qui ab-
ſoluat. Hei mihi, heu mihi, quàm tremenda erit mortis hora, quando anima ſe-
parabitur à corpore. Tunc non comitabitur filium pater, non filiam mater, non
vxor maritum, non fratrem frater: ſed ſolùm opera quæ quiſque egit, ſiue bona,
ſiue mala. Præmittamus igitur nobis ipſi opera bona, vt cū hinc abierimus, * ad *al. recipiant.
mittant nos in ciuitatem Sanctorum. Quòd ſi progreſſum facere velis, Regem ip-
B ſum ab hinc amicum tibi para. qualē verò putas inuenies gloriam frater chariſ-
ſime, ſi amicum Regem gloriæ poſt hac tibi vindicaueris? Nam ſicut hic ipſum
honoras, talem ipſe trāſitum præbebit tibi. & quantum ei hic inſeruis, tantùm & 1.Reg.2.
ipſe honorabit te ibi. *Scriptum* eſt enim: *Sed* tantùm glorificantes me, glorifi- Iuxta LXX.
cabo: & qui contemnunt me, ignominia * afficientur. Honora igitur ipſum tota *vulg. erunt
mente & anima tua, vt te honore dignetur Sanctorū. At in quo ipſum vendicare ignobiles
ac poſſidere oportet? Dicam: offer illi aurum & argentum. & ſi nudum videris,
cooperi eum. Quòd ſi nihil horum ſuppetat tibi; alia ipſi genera auro & argento
pretioſiora offer: Fidem ſcilicet, & charitatem, continētiam, patientiam, humi-
litatem, ac longanimitatem. Abſtine à detractionibus. Serua oculos, ne aſpiciāt
vanitatem, & manus, ne faciant iniuſtitiam. Auerte pedes tuos ab omnia via ma- Pſalm.118.
la, conſolare puſillanimes, compatere infirmis. Da calicem aquæ frigidæ ſitienti, Ibidem. Matth.10. &
da fragmentum panis eſurienti. *Ex* quibus habes, ex quibus inquam, ipſe tibi lar- Marc.9.
C gitus eſt Dominus, offer ei. Etenim duo æra minuta viduæ non repudiauit Chri- Matth.12.
ſtus Saluator noſter. Quid porrò etiam Elias poſtulauit à vidua? nōne modicum Lucæ 21.
aquæ in vaſe; & bucellam panis? Surgens enim, inquit Scriptura. Elias, abijt in Sa- 3.Reg.17.
repta * Sidoniæ. cumque appropinquaſſet portę ciuitatis, ecce apparuit ei mulier *. al. Sidoniorū.
vidua, colligens ligna. Et clamauit poſt eam Elias, & dixit ei: Cape nūc mihi paul-
lulum aquæ in vaſe, vt bibam. Illaque pergente vt acciperet, clamauit poſt eam
Elias, & dixit: Cape nunc mihi obſecro, & buccellam panis in manu tua. Vides *al. ſuſtenta-
chariſſime, quibus * alebantur Prophetæ? modica nimirum aqua, & buccella * pa- bantur. * al. & modico
nis; & quidem cum anguſtia: omne quippe ſtudium ponebant in bonis, quæ ipſis pane.
in cælo repoſita erant. Diligamus igitur & nos viam Sanctorum, fratres chariſſi-
mi. Dum tempus adhuc nobis ſuppetit; præſtemus in eo fructum pœnitentiæ
bonum. Ne tempus pœnitentiæ idoneum deperdamus, nec imaginibus atque ſi-
D mulachris huius ſeculi diſtrahamur. neque cum viris opera ſua abſque timore
Dei peragentibus nos ipſos coniungamus. neque eorum imitemur opera, qui
propriam ſalutem deſpiciunt, ſecundùm illud oraculum Apoſtoli: Corrumpunt 1.Cor.15.
mores bonos colloquia mala. Alioque in loco dicit Scriptura: Fili, apprehende Prouer.4. Iuxta LXX.
diſciplinam meam; ne dimittas eam, ſed cuſtodi eam tibi ad vitam tuā. Vias im-
piorum non ingrediaris, neque zelaueris vias iniquorum, In quocunque loco ca-
ſtrametati fuerint, ne tranſeas illac: verùm declina ab eis, & * abſcede: non enim *al. & tranſi.
ſomnum capient, niſi malefecerint: ablatus eſt enim ſomnus * eorum, & non al. aut deuita. *al. ab eis.
dormiunt. Comedunt enim eſcas impietatis, & vino iniquo inebriantur. Iuſto- Prouer.22.
rum autem viæ inſtar lucis fulgent, procedunt, & illuminant, donec * illuceſcat *al. donec diri-
E iam dies. Et rurſus ait: Noli eſſe ſodalis viro furioſo, neque cum amico iracundo gat ſe dies.
cohabites: ne fortè diſcas vias eius, ſumaſque laqueos animæ tuæ. Alioque in lo- 2.Pet.2. & Iudæ 1.
co iterum: Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulę turbinibus exagitatæ, quibus caligo
tenebrarum in æternum reſeruata eſt. * Superba enim vanitatis loquentes, ineſ- *al. Superbi.
cant in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paullulum effugiunt, qui in errore con-
uerſantur, libertatem illis promittentes; cùm ipſi ſint ſerui corruptionis. A quo 2.Pet.2. &
enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim refugientes coinquinationes Ioan.8. Rom.6.
mundi iſtius, in cognitione Domini noſtri * Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſu- *vulg. Domini
perantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora primis. Rurſuſque alibi: Rogamus noſtri & Salua-
autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter do- toris Ieſu Chri-
ctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt; & declinate ab illis. Huiuſmodi enim ſti, &c Rom.16.
Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermo-

nes

Matth.7.
*al. quæ ad vitam inducit æternam.

Prouer. 4. in fine.

*al. liberemur ab æterno ploratu, &c.

Matth.5.

*Græc. θαλασσομαχοῦντες

Adluſio fit ad Rom.11

Iacob.1.2.

nes & benedictiones, ſeducunt corda innocentium. Fugiamus ergo latam viam A quæ abducit in perditionem: appetamus autem arctam & anguſtã, quæ in *æternum diducit regnum. Laboremus hîc bono & alacri animo, antequam coactè nobis laborandum ſit, ac laſſeſcendum. Mundũ perturbationibus ac paſſionibus obnoxium, vitamque malè affectã oderimus. Rectos nobis ipſi curſus faciamus. Studium ac diligentiam amemus, feruentes ſpiritu erga Dominum. Ploremus hîc ſpontè atque libenter, vt Deum placatum reddentes, *eripiat nos ab æterno ploratu, & ſtridore dentium. Diligamus luctum, quoniam Chriſti pręceptum eſt. Ipſe enim dixit: Beati qui lugent nunc, quia ipſi conſolabuntur. Conſideremus fratres chariſſimi, eos qui per mare nauigant, qualia ſubeant pericula cum *fluctibus decertantes, & amplitudinem pelagorum tranſmeantes. Quando autem B quis tempus conductionis ſuæ impleuerit, non reputat pericula quæ in mari decertans ſuſtinuit, propter gaudium: quia plenam mercedem ſuam accepit, quin & alacrior ad nauigandum in mari, hinc redditur. Illi quidem quando finiunt, tunc incipiunt: At nos, fratres chariſſimi, ſi aſſequamur, vt bene finiamus propoſitum nobis certamen; non amplius nobis neceſſitas incumbet iterum eundem curſum inſtituendi; cùm id ſit impoſſibile. Exiguum certamen eſt fratres, & mercedis retributio ineffabilis. Vigilemus igitur, & diligentes ſimus in opere Domini, chariſſimi, toto corde ac viribus, donec tempus habemus. Quemadmodum enim dona Dei, & promiſſa bonis non reuocantur præmia: ita nec malis intentata ſupplicia. Iccirco beatus vir qui timet Dominum: quoniam ab ipſo coronam gloriæ accipiet, quam præparauit diligentibus ipſum. Ipſi gloria, in C ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

PAræneſis ſiue adhortatio 41. De his qui propria cadunt negligentia, excuſationeſque in peccatis prætexunt.] *Loco cuius Inſcriptionis, alia reperitur eiuſmodi:* De ijs qui ſua cadunt negligentia, & prætextus in peccatis adducunt.] *quæ tamen ſenſu, à præcedente non differt. In MS. Cret. ſeu. Cand. ſimpliciter inſcribitur hæc Pareneſis.* De illis qui propria cadunt negligẽtia.] *nec aliud ibi additur. At in reliquis MMSS. tam Romanis quàm Venetis, hic pro* (τῶν πιπτόντων, *qui cadunt) legitur conformiter,* περὶ τῶν ἐκπιπτόντων, *i. de his qui excidunt, &c. vt in proximè hic* D *ſequente Paræn. 42* πρὸς μοναχὸν ἐκπεσόντα, *i. ad Monachum qui excidit &c. alibiq; ſimiliter ſæpius.*

Tribulationes & improperia propter Dominum perferre detrectaſti: primã verò cathedram potius, &c.] *Inſiſtit propoſitæ antitheſi, legiturq; hæc pars. al. ſic:* Tribulationes & contumelias ſuſtinere Domini cauſſa, noluiſti. *& al.* non amaſti: primos autem accubitus, laudeſque inanes magis appetijſti. *& al.* potius amaſti. *Deinde pro eo quod immediatè ſequitur:* Timorem Dei, & dilectionem ipſius non ſeruaſti: contemptum autem in eum, & odium in proximum magis amaſti.] *in alio MS ſic iſtius antitheſis verba redduntur atque leguntur:* Diuinum timorem atque amorem non cuſtodiſti: abſque autem Dei timore viuere, & fratrem odiſſe potius deſideraſti atque amaſti.] *& ſic de reliquis.*

Ideo frater chariſsime, patere; & conſilium tibi dabo, &c.] *Vbi ad verbum magis, al. ſic:* propterea dilecte frater, patienter fero, & verbum tibi conſulam.] *eſt enim ibi Græc.* καὶ συμβουλεύσω σοι ῥῆμα, *ſignificans id quod iam poſuimus, vel etiam f.* ἐλλειπτικῶς *illud accipiendo, pro eò quod eſt:* & vno verbo conſilium tibi dabo, *vel,* ſolo verbo conſilium bonum tibi impertiar, &c.] *eſt autem Phraſis iſta puto Syriaca, etiam Hebraiſmum redolens: cuiuſmodi & aliæ apud Ephræm alibi inueniuntur haud infrequentes.*

Perſpicuum eſt enim illos non ad fratris correctionem, hypocriſis mentionem facere: ſed vt pudore ſuffundatur fratris cauſſa, &c.] *vbi in alio MS.* ἀλλ᾽ ἵνα ἐκτραπεὶς, &c. ſed vt euerſus, ac de ſtatu mentis deturbatus frater, efficiatur impudens, & alienetur à recta mente atque ſententia, &c.] *quæ lectio, & ſi non diſpliceat, altera tamen magis hîc probanda, & rei, de qua agitur, accommodatior videtur. agit autem hoc loco aduerſus improbos quoſdam diuinorum præceptorum contemptores, qui pios ac religioſos viros ſubſannant; eoſq; Hypocritas impudenter appellant, videntes pudore eos ſuffundere, & à recta mente atque ſententia alienare, ſuiq; ſimiles impudentes reddere, &c. in quos illud Euangelij meritò retorquetur dictum:* Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo, &c. *ſed eſt Matth.7. & Luc.6. qui locus etiam opportunè atque accommodè hic ab Auctore citatur, & in improbum illud hominum genus aptè retorquetur.*

Alibi

A *Alibiq; ait Scriptura:* Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis; quoniam quod eſt honoris ac gloriæ, & Dei Spiritus ſuper vos requieſcet, &c.] *Locus ſcripturæ eſt 1.Pet.4. quem hic citans Ephræm ſuo inſtituto accommodat, nonnullaq; immutat, ac quædam breuitatis cauſſa prætermittit; paulloq; aliter legit atque in vulg. vbi ſic eſt:* quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius Spiritus, ſuper vos requieſcet, &c.] *vbi, ſicut & in ſequentibus quædam aliter ab Auctore leguntur, & nonnulla ſtudio ac data opera ab illo omittuntur, ſicut hic legenti & conferenti patebit, alibiq; ſæpe.*

Quòd ſi proficere velis; Regem ipſum abhinc amicum tibi para: qualem verò putas inueniri gloriam, ſi amicum Regem gloriæ poſthac tibi vindicaueris?] *Alia hîc lectio ſic ſe habet:* Si ipſum volueris poſſidere Regem, iam hinc qualem tibi gloriam conſequeris? Si autem gloriam inuenire putas; abhinc Regem gloriæ amicum tibi para ac vindica, &c.] *vbi etſi vtraque quidem* B *lectio clara ſit, prior tamen inſtituto Auctoris magis hîc quadrare videtur, ſententiaq; vim atq; connexionem melius reddere, atque accommodare.*

Scriptum eſt enim: Sed tantùm glorificantes me glorificabo: & qui contemnunt me, ignominia afficientur.] *vbi alius quoque Græcus Codex Ephræm, in ſingulari habet:* & qui ſpernit me honore priuabitur.] *quomodo etiam legit noua editio LXX. ſed in eo ab Auctoris noſtri lectione hic differens, quòd ibi præponatur (ὅτι quoniam,) hîc verò non item. legiturq; ibid.* ὅτι ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, *&c.* quoniam tantùm glorificantes me glorificebo, & qui ſpernit me honore priuabitur.] *pro quibus in vulg. 1.Reg.2. ſic legitur:* Sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.] *vnde in quibus conuenientia lectionum ſit, & vbi diſcrepantia, cuiuis legenti atque conferenti facilè patebit. De alijs varietatibus inuenies in Scholijs nouæ Rom. edit. LXX. ſic Reg.2.cap. ac apud Auctorem noſtrum alibi.*

Surgens enim (inquit Scriptura) Elias, abijt in Sarepta Sidoniæ, &c.] *Locus Scripturæ eſt 3.* C *Reg.17. vbi ad verbum magis in edit. LXX. ſic:* Et ſurrexit, & iuit in Sarepta: & venit ad portam Ciuitatis, & ecce ibi mulier vidua colligebat ligna. Et clamauit poſt eam Eliu. & dixit ad eam: Cape nunc mihi puſillam aquam in vaſe, & bibam. Et abijt capere. Et clamauit poſt eam Eliu, & dixit: Cape nunc mihi buccellam panis, qui in manu tua, &c.] *at in vulg. paullò aliter ipſa leguntur, hoc modo.* Surrexit, & abijt in Sareptha. Cumq; veniſſet ad portam Ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam. Cumq; illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius dicens: Affer mihi obſecro & buccellam panis in manu tua, &c.] *vbi Auctoris lectio in pluribus cum LXX. & in aliquibus cum vulg. conſentit: quare & vtriſque hic etiam pro rei exigentia magis vel minus noſtram translationem accommodauimus. Locus porrò iſte de Helia & vidua illa, egregiè à S.Chryſoſtom. Tomo primo, in Serm. in Heliam Prophetam, qui incipit:* Glorioſus olim Prophetarum poſſeſſione, &c.] *tractatur & illuſtratur. ſicut & in alio ibi ſequente Serm. etiam de Helia, cuius initum eſt:* Cùm geſta D peccata recenſemus, &c.]

Fili apprehende diſciplinam meam: ne demittas eam, ſed ſerua eam tibi ad vitam tuam, &c. *Alius hic Scripturæ locus adfertur ex Prouerb.cap.4. vbi etiam non parua lectionis occurrit varietas, & præſertim cum vulg. vbi hunc in modum iſta citantur atque leguntur:* Tene diſciplinam, ne dimittas eam; cuſtodi illam, quia ipſa eſt via tua, ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec tranſeas per illam; declina & deſere eam. non enim dormiũt, niſi malefecerint: & non rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint. Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem.] *Cæterùm nos hic in traſlatione, Græcum textum Auctoris ſequuti ſumus, & lectioni ferè LXX. inſiſtimus, quòd per omnia quaſi hic cum illis conſentiat, paucis ſolùm demptis, quorum varietatem ad marginem appoſuimus. De alijs plura vide in Scholijs nouæ editionis LXX. in hunc Prouerb. locum.*

Et rurſus ait: Noli eſſe ſodalis viro furioſo, neque cum amico iracundo cohabites, ne fortè E diſcas vias eius, &c.] *Verba ſunt Sapientis, Prouerb.22. vbi Auctor per omnia cum LXX. concordat, recedit autem à vulg. vbi ſic eſt:* Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo: ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.] *Quin & Symmachus hic pro* (noli eſſe ſodalis) *legit,* ne amicitiam contraxeris, *& pro* (accipias laqueos) *Aq.* offendiculum, *& Symmach.* ſcandalum, *vt hic eſt in vulg. &c.*

◆

PARAENESIS QVADRAGES. SECVNDA,

Ad Fratrem qui excidit. & de Pœnitentia.*

SVb obedientia Patris ſpiritalis conſtitutis ſuggerit inimicus, dicẽs: Diſcede hinc, & priuatim habita, vt quieſcas magis. Et ſi cogitationibus eiuſmodi frater cenſenſerit, à fraternitate recedit. Sin autem viderit inimicus cogitationem fratris paullulum attendere ſibi; tunc ſuggerit ipſi, dicens: Ingredere in interiorem eremum. Deinde confidente fratre per aliquod tempus in eremo: tunc affert ei honeſtatis inimicus dæmon cogitationem tædij, temporiſque productionem, ac rerum neceſſarium penuriam, ſenectutis imbecillitatem & ſolitudinis laſſitudinem atque moleſtiam. Et ſi inimicus fratrem commouere potuerit; etiam inde ipſum extrahit, transportatque prope caſtellum, aut ciuitatem. Et tunc fornicationem molitur atque intentat ei dæmon. quare frater ſe continet ac cohibet ab acceſſu ad ciuitatem, neque caſtellis ac vicis appropinquat. Tunc cernens inimicus propoſitum fratris, incitamenta ac machinamenta excogitat, quibus fratrem deijciat, ex quibus vnum eſt iſtud: Vna dierum, dum frater in cella quieſcit, mulierem ſubornat, quæ ianuam eius pulſet, prætextu quòd à via aberrarit, & metu perculſa ſit, vel quòd pro eleemoſyna venerit: aut etiam prætexit ſe Monachum aliquem notum atque inſignem inquirere. Frater itaque oſtium aperiens ſuum, videt mulierem in ſua conſiſtentem cella. Quæ ait ad illum: Domine Abba, vbi certus quidam moratur * Monachus? & quia inclinata iam eſt dies, fac charitatem ac gratiam ſuſcipiendi*nos, intra fores tuas iſta nocte: ne fortè oberrantibus * nobis, comedant nos feræ ſylueſtres. Sæpe enim etiam aliam ſecum adducit deceptricem mulier. fortè etiam expenſas deferunt, & res neceſſarias, quibus * fratrem ineſcare volunt. Tunc * frater cum vtriſque pugnat cogitationibus, metuitque ne velut immitis atque immiſericors, præcepto excidat, & ne fortè etiam boni occaſione capiatur eius anima. Sed ne in longum protrahamus ſermonem; ſi concupiſcentia victus fuerit Monachus, & poſt conſummatum ſcelus ſi emittere eam voluerit, reſpondet illi, dicens: quando me * humiliaſti ac compreſſiſti, à te dimittis; vt quò velim abeam? At quo pacto ante conſpectum parentum meorum comparebo? An poterit amodò res cælari? Certò igitur ſcias Monache, non amplius me à te abſceſſurum: quin etiam tecum in tua cella conquieſcam; & vnde voles me * ſuſtentes. Tunc ſeipſum Monachus deflere incipit, quòd prorſus ianuam ſuæ cellæ aperuiſſet. Iſta igitur ſciens Monache, teipſum cuſtodi. Nam ſi in * eius laqueos incideris, difficulter te explicare poteris. Laqueis enim, inquit, quæ à * labijs ſunt, pertraxit eum. Quare prænoſcens quæ peccati futura ſint nouiſſima, qualemque committentibus illud infamiam poſtea conciliet: fuge voluptatem carnalem: quippe cuius fructus, pudoris atque infamiæ fructus exiſtunt. Et ante voluptatem quidem concupiſcentia, poſt voluptatem autem dolor. Perpende animo, quòd voluptatem dolor conſequatur, & fuge peccatum: mente complectens humanum dedecus, atque adeò timorem Dei. Repelle igitur abs te Dæmonem volentem te decipere, & labores tuos abripere: vt abſque triſtitia permaneas. Nouit quippe cordium ſcrutator, Dominus, quòd non malitiæ cauſſa, aut humano aliquo odio, mulierem reſpuas: verùm vt non per bonum, tibi opereris malum. Si autem quis dicat, rem bonam eſſe hoſpitalitatem, conſentio & ego: At hoſpitalis vir imitari debet eum, qui aurũ in fornace probat, purumque ſibi accipit, * improbatum verò deſpicit. hoc eſt, mandatum obſerua, à peccato autem velut ab ore * ſerpentis fuge. Nam qui dixit, hoſpes eram, & colligiſtis me: dixit etiam, non fornicaberis. Sobrium igitur ac caſtum te præbe in iuuentute tua. Vigilanter attẽde, ne fortè otio atque torpori indulgens, inueniaris prauis affectionibus ſeruiens à iuuentute vſque ad ſenectutem. Nam qui in mari naufragium facit, forſitan & vigilauit & decertauit: * verùm magna inũdationum inſultatio ipſum obruit. Qui autem in portu naufragatur, ſimilis eſt illi, qui mera ſua negligentia nauem Domi[illegible] ſui in profun-

dum

*al. Ad Monachum, qui deſeruit monaſteriũ & de Pœnitentia.

Ab Exemplo.

*al. Frater.

*ſ. me.

*al. oberrante me, &c.

*al. monachũ.

*al. Tunc monachus vtrimq; impugnatur à cogitationibus.

*ἐταπείνωσας.

*al. ſuſtentabis.

*al. in eos laqueos.

Prouerb.7.

*vulg. Blãditijs labiorum protraxit eum, &c.

*al. vitiatum, & corruptum.

*al. ſerpentium.

Matth.25.

Matth.5.19.

Exod.20.

*al. at multæ fluctuum inundationes in eum pręualuerunt.

A dum dedúcit ac perdit. Tu ergo in portu verſaris Monache, ſiquidem tibi ipſi attendas.
Propterea neque nobis in vicis ac caſtellis conuerſari expedit: ſin autem
te * illuc vſque properādi vrſerit neceſſitas, ne colloquijs diſtraharis mulierum.
Quemadmodum enim qui hamum deglutit, ita tua abripietur anima. Sobrium
igitur ac vigilantem te præbe, quia non procul abeſt prolapſio. Cùm modeſtia
igitur ac timore Dei aduerſus tentationem decreta: nam fornicationis mater eſt
impudentia. Quòd ſi te liberius * loquentem, & accedentem ad ipſas viderint,
ad peius incitantes, deijcient te. Verùm etiam ſi verecundus ſis ac modeſtus, non
confidas tibi: ſed aduigila, ne fortè compunctionis & pietatis prætextu, mentem
tuam verbis blandiloquis corrumpant ac deſtruant. Dixit enim quidam Sanctorum:
B Sermones proferunt, affectum animi emollire conantes. At certè quemadmodū
dixit Saluator: Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote
ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices vt columbæ. Admonet autem & per
Apoſtolum, dicens: Nolite fieri imprudentes, ſed * intelligentes quæ ſit voluntas
Domini. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Certò igitur ſcias chariſſime,
quòd ſi fueris vt aurum purum in mundo, & ad inſtitutum profectus monaſticum,
neglexeris te ipſum: non tardabis fieri ſicut plumbum. Et ſi iterum ad
monaſticum vitæ genus veniens, Dominum in veritate dilexeris: non tardabis
fieri vt margarita, non habens maculam, aut rugam, vel quid eiuſmodi: ſed eris
immaculatus omni ex parte. Et iſtud te rurſus noſſe volo, quòd qui committit
peccatum, grauius bellum habet eo qui ſe continet. Nam ſicut qui lutum in aliquem
locum infundit, fœtorem reddit abundantiorem: ita & qui non ſe continet,
C paſſionem auget. Intellige, quòd ſi te ipſum neglexeris, in fine te pœnitebit.
Cùm dicat Apoſtolus: Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo
placeat * Domino. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi,
quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Tu verò Monache, non mundanam elegiſti
ſolicitudinem: ſed quo pacto placeas Deo; vnde teipſum caſtraſti propter
regnum cælorum. Rurſusque dico, ſi non continueris, nouiſſimè multis modis
dolebis. ſecundum Apoſtolum dicentem: Tribulationem verò carnis habebunt
huiuſmodi. Nam qui vxorem duxit, inopia * virtutis laborat, curis domus,
& vxoris, educationiſque liberorum diſtractus. Qui autem abſque vxore
eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt Domini, quomodo placet Domino. Teipſum propter
regnum cælorum caſtraſti; non ferro ſeminaria * vaſa amputans, quippe
quod à virtute eſt alienum: ſed pia cogitatione voluptates comprimens. Quare
D ijſdem terminis, viuendiq́ue inſtitutis inſiſte. quia ſcriptum eſt: Melius erat te
non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere. Teipſum igitur ad continentiam
compelle: & mundas cogitationes tuas, mentemq́ue inuenies, tanquam
portum * ſerenum tranquillitate plenum. Et futurorum bonorum ſpes, vires
animæ tuę pinguefaciet, quaſi adipe & pinguedine repletas: quibus nos Dominus
dignetur iuſtus iudex. Amen. Neque alio * modo templum corrumpas Dei, obſecro,
& non contriſtes inhabitantem in nobis Dei ſpiritum; nec ſanctos Angelos
noſtræ deputatos cuſtodiæ, die noctuq́ue, qui & dæmones à nobis repellunt
* inuiſibiles, dentibus aduerſum nos ſtridentes, ne fortè ipſi accuſatores noſtri, in
die euadant iudicij, ſubijciamurque euerſioni Sodomorum. Nam etſi nos, parietes
ac muri circumdederint; & licet nos * tectum contexerit, & fores occluſæ
E ſint, ac tenebræ exiſtant: attamen cogitemus nihil eorum quæ ad nos pertinent,
latere eum qui tenebras à luce ſeparauit. Fidemq́ue tibi Propheta faciat, dicens:
Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem
non audit? aut qui finxit oculum non conſiderat? Qui corripit gentes non arguet,
qui docet hominem ſcientiam? Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam
vanæ ſunt. Vides * frater chariſſime, quod non ſolùm hominum actiones
intueatur Deus, verùm etiam cogitationes. Quòd ſi tibi ſuggerat inimicus, dicēs:
Reſtat pœnitentia, ideo iam voluntate tua perfruere. Dic ad eum: Quæ vtilitas
eſt diabole, domum bene exſtructam diruere, ac de integro rurſus ædificare? Cùm
dicat Apoſtolus: Cum metu ac tremore veſtram ſalutem operamini. Vbi verò
metus eſt & tremor, perſpicuum eſt nullam adeſſe voluptatem. Da ergo operam
ſaluti tuæ, dilectiſſime frater, ac mentem ad tranquillitatem traducens, recolli-

*al. te ad oppidum ſeu caſtellum abeūdi vrſerit neceſſitas: ne cū mulieribus colloquaris.

*al. procacius agentem, vel garriētem cum ipſis.

Matth.10.
Lucæ 10.
Epheſ.5.

*al. ſed intelligite quæ ſit voluntas Dei.

1.Cor.7.

*al. Deo.

1.Cor.7.

*f. de virtute minus laborat.

* τούς διδύμους.

Eccl.5.

*al. tranquillū ſerenitate plenum.

*al. alio in loco

1.Cor.3.6.
Epheſ.4.

*al. inuiſibiliter.

*al. terra occultauerit.

Geneſ.1.
Pſalm.93.

*al. Vide chariſſime.

Philip.2.

Quomodo quis ad ſeipſum redire debeat.

ge cogitationes tuas, & dic intra teipſum: Tanto iam tempore tuas voluntates & A
carnis cupiditates exples, & cogitationibus ſatisfacis tuis? Quod lucrum his
perficiendis retuliſti? Numquid ad ſtaturam tuam adieciſti cubitum vnum? At
craſſus ac pinguis factus es? aliud igitur tibi ipſe nihil, præter eſcam vermium collegiſti.
Quid ergo inde tibi vtilitatis acceſſit? Cæleſtem ne theſaurum bonis compleſti,
dum ita ſine metu vitam degis? Quid igitur tibi profuerit, reliquiſſe mundum?
Heu mihi, ô anima, quod ad talem vitæ conditionem, aut potius euerſionem
*al. deuenerim.
* deueneris? Ecce fratres mei virtutibus exornati ſunt, Deumq́ue in veritate
timent: ego autem in tenebris ambulo. Mane reſipiſco propter ea quæ ago, ac
*al. fortitudinē, & ſanitatem.
die conſequenti deteriora perficio. Et cum mihi Dominus * vitam & ſanitatem
donauerit, his ego confiſus Creatorem meum exacerbo. Quare negligens es, ô B
anima mea? Cur pro nihilo ducis? Non enim te pellet atque abijcet Creator,
qui te ex non eſſe ad eſſe produxit. Ipſe mittit Angelum ſuum: tu hinc diſcedes?
Agnoſce infirmitatem tuam ô anima mea. quamdiu factori tuo ac mandatis ipſius
*al. obediensq́; factus ſum conſilio tuo impio.
reluctaberis? Opprobriū me feciſti, ô diabole & Angelis & hominibus, * morigerumq́ue
impijs tuis reddidiſti conſilijs. Suggeris enim mihi, dicens: Semel exple
concupiſcentiam tuam, & non amplius indulgebis ei, neque cognoſcetur
peccatum tuum. Et ecce paruum illud, magnus mihi factus eſt hiatus: nec poſſum
improbis, varijſq́ue concupiſcentijs tuis reſiſtere. Nam exiguum foramen
Prouerbium accommodatum.
aqua inuenit, hiatumq́ue magnum ac omnibus manifeſtum effecit. Verè enim
*al. obſcurauit, & in lacum peccati me impulit.
peccatorum conſuetudo in deterius agit eum qui lapſus eſt. Mentem quippe meam
immundis * obſcuraſti cogitationibus, & in peccati foueam impuliſti me.
Cui dicam, vt ſuper me plangat miſero peccatore? Nudum enim me inimicus C
reddidit ob meam pigritiam: verùm ſpe in Deum reſpiciens, non deſpero ſalutem
meam in finem; quoniam clementiſſimus eſt, & optimus Dominus. Quid
*al. quippe qui.
porrò & ad fraudulentum deceptorem imimicum? * quia continentiam meam
ob ſtomachi infirmitatem euertit, & me à vigilia in orationibus alienum fecit.
auaritiam in me, prætextu longioris ſenectutis plantauit, lachrymas meas exſiccauit,
cor meum craſſum ac ſtupidum reddidit. Ab obedientia in Chriſto me ſegregauit;
*al. defixum tenet.
& in diſtractionibus me * ſuffixit, inobedientem, ac otioſum me reddidit,
ne quid agerem: & vt curioſè ac fruſtra laborarem effecit. Inuidiam & detractationem
Matth. 7. Lucæ 6.
me docuit. Trabem, quæ in oculo meo eſt, non permittit mihi vt conſiderem:
feſtucam autem quæ in oculo fratris mei eſt, oculis meis obijcit. Quæ
in corde meo ſunt, occultare ſuadet: ſin autem in aliquod impegerit frater meus D
*al. vt apud alios garriam, mihi Auctor eſt.
delictum, de eo vt * garriam efficit. Superbiam, & iracundiam atque excandeſcentiam
me edocuit. Ventri & ebrietati, ac voluptatibus me deditum eſſe fecit.
Damna animæ meæ, tanquam lucra comparauit mihi. Pigrum, & murmuratorem,
atque multiloquum me eſſe docuit. Verſutum, & ſuſurronem, ac immorigerum
me effecit. In lectione, & pſelmodia, diſtractum eſſe alijs, me docuit. Oro,
& non attendo, captiuum me ducit, & non conſidero. Admonitus frequenter à
viris Deum timentibus, bonæ ipſorum adhortationi non parebam: nam ſicut iacula
illorum verba excipiebam, & commonitus irraſcebar. Satis ſit tibi tantus interitus
Diabole. Agedum in teipſam ô anima mea reuertere. Qua potiſſimum refreta,
tuum Creatorem exacerbas? Quamdiu in ijſdem verſaris malis? Noli aſpernari
gratiam eius qui te protegit atque conſeruat: ne fortè abs te recedat, & in
manus tuorum tradaris inimicorum. Fuge diabolum ô anima mea, & opera eius: E
Ioan. 8.
nam odium erga homines gerit, & homicida eſt ab initio. Si ad eum acceſſeris,
non parcet perditioni tuæ. Relinque hoſtem malignum, & Deo benigniſſimo
adhære. Erubeſce igitur ô anima, & in viam ſalutis reuertere. Vulnerata autem,
ne teipſam deſperes. nam ſæpè licet pugil ceciderit, tandem adhuc coronam refert.
Cecidiſti? reſurge. Viriliter age, & dic: nunc incepi. Et ne perſeueres in lapſu
*al. apponaris. Pſalm. 73.
tuo: ne fortè vt cadauer in auium & beſtiarum cibum * tradaris. Cùm Propheta
clamet: Ne tradideris animam confitentem tibi. Animas pauperum tuorum ne
obliuiſcaris in finem. Procide & tu Regi gloriæ, confitens peccata tua: nam multitudinem
miſerationum continet. Qui terrenum adire Regem volunt, à janitoribus
*al. reijciuntur. *al. adducunt.
prohibentur, à militibus & miniſtris * expelluntur; dona Principibus * afferunt,
vt voti compotes fiant. Tu autem ad Regem accedēs vniuerſorum, nihil

horum

A horum ſuſpiceris. Non dona requirit: nullus enim eſt qui accipiat, neque qui impediat: quoniam ſtatim Rex inuenitur, & admittit te. Malitiæ eſt immemor, & benignus, & de hominum vitijs dolet. Accede igitur ad ipſum, non in ſimulatione, neque corde duplici: verùm in conſcientia pura. Nam priuſquam tu exiguum aut magnū quid loquaris, præuidet de quibus locuturus ſis: & antequam tuū aperturus ſis os, quæ in tuo ſunt corde præcognoſcit. Ne ergo vacilles, neque morbum tuum occultes: non enim durus eſt medicus, ſed * indulgens ſolo verbo curat. Dixit, & facta ſunt. hocque ex ipſis crede rebus. Dixit paralytico: Tibi dico ſurge, tolle grabatum tuum, & vade in domū tuam: & è veſtigio ſanus factus eſt homo, & baiulans ſuum quo portabatur lectum, ambulabat ſanus. B Dixit & leproſo, volo, mundare: & ilicò mundata eſt eius lepra. Quin & Lazarum quoque quatriduanum ſolo verbo à mortuis excitauit Dominus. Et ne ſigillatim recenſentes, videamur in longum protrahere ſermonem; nam * opera ipſius innumerabilia ſunt: Illius etiam (quæ pedes eius lachrymis irrigauit, & capillis ſuis abſterſit) peccata verbo diluit, atque dimiſit, dicens: Confide filia, fides tua te ſaluā fecit. Nam fons eſt indeficiens, medicamenta ſalutis hominibus producens. Ne ergo hęſites. non enim te ſaluari volentem reijciet, qui ait: Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis Pater veſter qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe? Accede igitur ad Patrem miſericordiarum, & confitere peccata tua, cum lachrymis dicens:

In conſcientia pura ad Deum recurrendum.

*al. compatiēs.

Marc.2. & Luc.5. Ioan.5.

Matth 8. Mar.1. Luc.5. Ioan.11.

*al. opera Dei infinita ſunt.

Matth.9.

Matth.7.

Peccaui in cælum, & coram te Domine Deus omnipotens, & non ſum amplius dignus vocari filius tuus, neque ſurſum aſpectum tollere, & cernere altitudinem C cælorum prę multitudine iniquitatum mearum, neque nomen tuum glorioſum nuncupare labijs mei peccatoris. Nam cælo & terra indignum * me reddidi: quia te optimum Dominum exacerbaui. Precor obteſtorque Domine, ne me à facie tua abijcias, neque recedas à me, ne miſer peream. Niſi enim me tua gratia protexiſſet, iam ego perijſſem, & eſſem inſtar pulueris ante faciem venti, & quaſi nunquam in hac vita apparuiſſem. Nam ex quo viam tuuam dereliqui, nullus hîc mihi bonus occurrit dies. Qui enim in peccatis melior viſus eſt dies, acerbiſſimorū exſtitit acerbiſſimus. Verùm deinceps ſpero fore, vt gratia tua, quæ me confortat, conſulat ſaluti meæ. Nuncque ad te ſupplex recurro, obſecrans, vt me à iuſtitiæ aberrantem via, ſuſcipias. Effunde in me miſerationem tuarum multitudinem, ſicut in filium olim effudiſti prodigum, quia vitam meam dedecoraui, diſſipatis diuitijs gratiæ tuæ. Miſerere mei Deus, & ne vitæ memineris meæ, quæ ad extre D mam redacta eſt vilitatem. Miſerere mei, ſicut olim peccatricis, & publicani es miſertus. Miſerere mei, ſicut commiſeratione ductus es latronis. Nam is in terra cùm eſſet, ab omnibus reprobatus eſt: at tu eum ſuſcepiſti, & delitiarum paradiſi incolam feciſti. Quare & meam inutilis tui ſerui pœnitentiam ſuſcipe: nam & ego à cunctis ſpretus ſum, atque reiectus. Aduenisti enim Domine, non vt * iuſtos, ſed peccatores vocares ad pœnitentiam. Deprecare chariſſime, & confitere: verùm actio orationi cooperetur, atque cōfeſſioni, vt oratio tua ſicut incenſum dirigatur in conſpectu Dei. audiaſque ô homo, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Ipſe * autem Deus, qui aberrantium dux eſt, & collapſorum atque debilium erector, donet nobis vt vitam peragamus irreprehenſibilem: ſtatuatq; nos à dextris ſuis in illa die iuſtus iudex. Quoniam ipſi conuenit omnis * gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: nunc & ſemper, & in omnes ſeculorum generationes. Amen.

Oratio Pœnitēti neceſſaria.

Lucæ 15.

Lucæ 18.

* al. indignū mē reddidi, te benigniſſimū Dominum exacerbans. Precor obteſtorque.

Pſal.1. 17.34. Iob 26.30.

Lucæ 15.

Lucæ 7.

Matth.9. Marc.2.

Lucæ 5.

Lucæ 23.

* al. non vt iuſtos ſaluares, ſed, &c.

Lucæ 5. Matth.15.

*al. Deus autem qui. &c. abſque (Ipſe)

Matth.25.

*al. omnis gloria, in ſecula ſeculorum. Amē.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

GRauis iſta eſt Paræneſes, vtilis, & neceſſaria, non ſolùm Monachis ac Religioſis qui exciderunt; vt lapſum reparent, ac vitā emendent: verùm & cunctis in peccata collapſis; vt cùm cæciderint, mox per Pœnitentiam ad meliorem vitam reſurgere, & ad Deum in conſcientia pura recurrere diſcant: neq; vmquam in peccatorum ſordibus volutantes perſeuerēt, vt non illis immoriantur, ſalutiſq;

ſuæ naufragium (quod abſit) faciant. Huc autem pertinent, quæ ab eodem noſtro tractantur Auctore, Tomo primò, in Tractat. De abſtinendo à cupiditatibus carnalibus, & de certamine, ad Fratrem qui excidit.] *per totum. & poſtea in Tractat.* De abſtinendo ab omni conſuetudine pernicioſa, &c.] *quæque à Baſilio Magno grauiter ac copioſè adferantur in duabus Epiſtolis, altera ad Monachum, qui caſtitate exciderat, quæ reprehenſionem & caſtigationem eius continet; ac ad reſipiſcendum, adhortationem grauem. cuius principium ibi eſt,:* Salutis gaudium, &c.] *altera apud eum Epiſtola eſt ad alium Monachum etiam elapſum. cuius initium eſt:* Duplici timore mens mea percellitur tui cauſſa, &c.] *Vtraque Epiſtola grauis & inſignis eſt, ac digna quæ legatur, & cum hiſce Ephræm conferatur, quibuſcum etiam eiuſdem quaſi ſunt Argumenti. Quo etiam ſpectat duplex apud Chryſoſtomum Parænesis, ad Theodorum lapſum, ſiue de reparatione lapſi. in Epiſtola 5, & 6. Tomo 5. &c.*

Parænesis 42. ad Fratrem qui excidit, & de Pœnitentia.] *Variat hæc Inſcriptio in alijs atque alijs mmſſ. nam alibi eſt:* Parænesis ſeu adhortatio 42. ad Monachum qui deſeruit Monaſterium, & B de Pœnitentia.] *al.* ad Fratrem quendam, & de Pœnitentia.] *al* ad Fratrem, qui impegit atque prolapſus eſt in peccatum. & de reſipiſcentia.] *al.* Eiuſdem, ad Monachum elapſum, & de Pœnitentia.] *al ſimpliciter.* Parænesis de Pœnitentia.] *& ſic in alijs atque alijs Codic. ex quibus ea à me hic repoſita eſt Inſcriptio, quæ inſtituto magis ſeruit, & in pluribus exemplaribus reperitur.*

Vbi poſtea in textu Auctoris Græc. eſt: ὅτε με ἐταπείνωσας, ἐξαπωσέθλεις ἀπὸ σου, *&c. Verba ſunt mulieris ad Fratrem, blanditijs eius deceptum, quæ nos ita hic Latinè reddidimus:* quando me humiliaſti ac compreſſiſti, à te dimttis, &c.] *nam humiliare, pro (comprimere(Phraſis habetur Hebraica, vnde fortè & ad Syros manauit. alibiq; in eadem etiam reperitur acceptione apud Auctorem noſtrum Syrum, ſicut ſuis conſtabit locis: quare & à nobis hic ſimiliter vſurpata, cùm & Scriptura iſta locutio in ea ſignificatione dicatur familiaris, &c.*

An poteſt amodò res cęlari? Certo igitur ſcias Monache, non amplius me à te abſceſſuram, &c.] *In alio MS. cum tali appendice, ſic iſta leguntur: Non poterit amplius res ea calari, quare in occulto potius me teneas ad menſem dierum, vel vt diutiſſimè ad menſes tres. Certò igitur ſcias, &c.]* C *Sed melior clariorq; prior eſt lectio abſque eiuſmodi appendice, quæ etiam vix cohæret, neque eſt vllius momenti, immò & contradictionem implicat, cùm dicat: in occulto me teneas ad menſem dierum, aut amplius ad menſes tres ſubdatq;. Certò igitur ſcias. me non amplius à te abſceſſuram, &c] quomodo enim cupit ad vnum ſaltem menſem, aut vt diutiſſimè ad tres menſes apud eum remanere; & iterum dicit ſe non amplius ab eo diſceſſuram? &c. quare nullo modo inſerenda hic iſta appendix videtur, ſed retinenda lectio quæ in pluribus reperitur mmſſ. quæq; à nobis hic repoſita eſt.*

Cùm dicat Apoſtolus: Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſint, quomodo placeat Deo: Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, &c.] *Ex quo Apoſtoli loco (qui eſt 1. Corinth. 7.) non obſcurè hic Auctor differentiam deducit, explicatq; Secularium, & eorum qui ſeculo renuntiarunt, coniugatorum & eorum qui abſque vxore viuunt, ſolutorum & regularium, ac continentiæ voto ligatorum, &c.* De quibus tamen plenius, & ex profeſſo magis Tom. 1. apud eundem in tractat. *ſuper illud:* Melius eſt nubere, quàm vri.] *ac in noſtris ibi Scholijs, vbi multa huc facientia in mediū* D *adducuntur, quibus non parum præſens hic Auctoris locus illuſtratur. ſicut & hoc ipſo Tom. 2. ſuprà, in illud:* Attende tibi ipſi, cap. 9. *alibiq; ſparſim ſæpius. Quò etiam pertinent, quæ S. Hieronymus copioſè libro primo contra Iouinianum tractat, & Chryſoſtomus in Epiſt. 5. ad Theodorum Monachum elapſum, & 6. ad eund. cuius Epiſtolæ etiam Sozomenus meminit lib. 8. cap. 2. Eccleſ. hiſtor. &c. vbi non pauca, cum hiſce Ephræm communia, de Monachorum inſtituto, eorumq; continentiæ voto adferuntur lectu ſanè digniſſima.*

Ipſe mittit Angelum ſuum; tu hinc diſcedes?] *Iſta licet al. ſine interrogatione quoque reperiantur, tamen melius accommodatiuſq;, vt eſt in pluribus MM. SS. cum interrogatione leguntur, vt hic tranſtulimus ac repoſuimus. Eſt autem percontatio cum admiratione, q. d. fieri ne poteſt, vt hinc hoc, eſt, ex religioſa vita, vel Monaſterio diſcedere velis, quò Angelum ſuum Dominus mittere ſolet? &c.*

Peccaui in cælum, & coram te Domine Deus omnipotens, &c.] *Oratio ad Deum efficax hæc eſt, & Pœnitentiam agere volenti non ſolùm vtilis, ſed & neceſſaria, valdeq; pathetica, atque ex varijs* E *Scripturæ locis exempliſq; contexta, &c. Quæ etſi alibi apud Auctorem etiam per ſe poſita reperiatur ſeorſim, hic tamen admodum appoſitè conuenienterq; ſuperiori Parænesi (quacum cohæret, & vnde dependet) ſubijcitur connectiturq;, quomodo etiam in omnibus antiquis MM. SS. coniunctim inuenitur. Quod porrò in fine huius:* Quoniam ipſi conuenit omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. &c.] *al. pro eo legitur:* Quoniam ipſum decet omnis gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.] *& al.* Quoniam te decet gloria, in ſecula, Amen.

A

PARAENESIS QVADRAGESIMA TERTIA,

**Quod non oporteat iurare, neque blaſphemare.*

CVM dicat Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus: Iterum audiſtis, quia dictum eſt antiquis: non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omninò, neque per cælum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Hieruſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: B quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. Et quomodo nos præcepta Creatoris noſtri tranſgredi audemus? ſecundùm eum qui dicit: Et poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum pertranſiuit in terra. Et audes aperire audacter os tuum, & in cælum verba emittere; iuramenta, atque blaſphemias? & non times, ne fortè falx ignea, quam Propheta vidit, demoretur in domo tua, donec ex ea quæ ſub cælo eſt, te excidat ac deleat: dum ſic audes os aperire aduerſus Deum omnipotentẽ? in quem Angeli, Archangeli, Cherubim, & Seraphim, non audent oculos conijcere: ſed cum timore ac tremore aſſiſtunt collaudantes formidabile, & glorioſum, atque honorabile nomen eius. Et ſicut ſcriptum eſt: Audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere, blaphemantes. Vbi Angeli, fortitudine & virtute cùm ſint maiores, non portant aduerſum ſe execrabile iudicium. Hi verò C velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem, in his quæ ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ. At tu homo cùm ſis, non agnoſcis teipſum? An putas? quòd probitatem præbeat res iſta? non inquam: verum in perniciem atque exitium ea tibi res accidet: quia & aliorum animas coinquinas, Satanæ adminiſter effectus. Cùm dicat Apoſtolus: docentes & commonentes voſmetipſos in pſalmis, & hymnis, ac canticis ſpiritualibus, cantantes in cordibus veſtris Domino. Tu verò, pro hiſce contraria doces, blaſphemias & iuramenta, teque ipſum vnà cum imitatoribus inſipientiæ tuæ, filios gehennæ efficis: quoniam os quod ad glorificationem ſuã procreauit Deus, illud tu amaritudine imples. Deſine igitur ô homo: ne fortè idem ſermo quem contemnis, flamma fiat in ore tuo; & tuam linguam comburat. Nam ſi homo homini pugnam ſuſcitans, etiam pace iam facta, in conſpectum D eius prodire erubeſcit: quomodo tu hodie in mundo conſtitutus, & cras tribunali ipſius præſentandus, audes talia eloqui? & non metuis, ne fortè ignis è cælo deſcendat, & deuoret te: dum tu ſic os aduerſus omnipotentem aperis? neque vereris, ne fortè terra ſub te repente diſrumpatur, & te abſorbeat? Ne decipiaris ô homo: impoſſibile eſt enim manus effugere Creatoris noſtri. Audi eum qui dicit: Blaſphemantes: qui rationem reddent Deo, qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos. Quouſque tandem exacerbamus eum, qui tanta nobis bona donauit? qui puluerem è terra capiens, formauit hominem; & inſpirauit in eum ſpiritum vitæ. qui cuncta ſubiecit ſub pedibus ſuis, & nos dormientes cuſtodit, & excitatos protegit, & eſurientes nutrit, ac nudos veſtit. puſillanimes conſolatur: corripit, & E miſeretur. qui etiam Filium ſuum vnigenitum, pro omnium vita tradidit: Nos autem pro beneficijs eius, ſpinas & tribulos proferimus, quorum conſummatio in combuſtionem. Accede ergo ad benigniſſimum, & malorum atque iniuriarum planè immemorem Deum: petens ab eo cuſtodiam ori tuo, & oſtiam circumſtantiæ labijs tuis. Cernis enim Prophetam, quomodo tremore ac metu perculſus, & per puram cum Deo precationem ſermocinans, exclamabat dicens: Domine audiui auditionem tuam, & timui. Domine conſideraui opera tua, & expaui. Ac rurſus: Obſeruaui, & conturbatum eſt cor † meum, à voce precationis labiorum meorum. Et ingreſſus eſt tremor in oſſibus meis, & † in me conturbata eſt † virtus mea. Quòd ſi adhuc pergimus iuſtum contemnere Iudicem; audiamus Apoſtolum dicentem: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis: ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam

*al. Eiuſdem de non iurando, nec blaſphemando.
Matth. 5.
Ibidem. & Iacob. 5.
Matth. 5. & Iacob. 5.
Pſalm. 72.
Ioel. 2. 3.
Apoc. 14.
1. Pet. 1.
Philip. 2.
2. Pet. 2.
Ibidem.
Ibidem. & Iud. 1.
Coloſſ. 3.
Contra blaſphemantes, atque iurante
A Simili; & à minori.
Blaſphemi taxantur.
1. Pet. 4.
Gen. 2.
Sap. 15.
Rom. 8.
Heb. 6.
Pſalm. 140.
Habac. 3.
Ibidem iuxtà LXX.
†al. venter meus.
†al. ſubter me.
†al. habitudo.
Rom. 2.

te adpucit? Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor; theſaurizas A
*al.& reuelationis iuſti iudicij. tibi iram in die iræ,& reuelationis, *& iuſti iudicij Dei: qui reddet vnicuique ſe-
cundùm opera eius. Propterea & alibi dicit Scriptura: Si peccans peccauerit ho-
1.Reg.2. *al.vir in virum, &c. mo *in hominem, etiam orabunt pro eo ad Dominum: Si autem in *Dominum
peccauerit; quis orabit pro eo? Iccirco pœnitentiam agamus Fratres: quouſque
*al.in Deum. Creatorem noſtrum exacerbamus? Si portum perdiderimus: vbi tempeſtatis ac
perturbationis tempore ſaluabimur? Quòd ſi Dominum exacerbauerimus: ad
*al.virtutem. quem tribulationis tempore, & in hora neceſſitatis confugiemus? Ego quidem
Pſalm. 93. dilectiſſimi, non tamquam opere *veritatem demonſtrans, iſta vobis conſcri-
pſi: verum vti frater, conſilium præbens. Niſi quia Dominus adiuuit me, paul-
lò minùs in inferno habitaſſet anima mea. Quocirca & vos ego miſerrimus ho-
Pſalm.50. minum, obſecro: precemini pro me apud Dominum, vt multitudo peccatorum B
meorum ante finem meum deleatur, ne confundar ab exſpectatione mea. Et in
hora mortis, me reſpiciat ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum. &
A minore ad maius. tunc per fideles, illuminatoſque Angelos, animam meam peccatricem cum ve-
ſtris animabus ad requiem iuſtorum deducat. Qualem enim putatis, terrorem at-
que tremorem habet anima, in hora illa? Nam ſi is, qui in regionem proficiſcitur
longinquam, ſubſiſtit & admiratur, populum cernens peregrinum, & terram al-
terius linguæ, quam numquam vidit: quo putatis timore percelli animam, quādo
ex hoc ſeculo ad futurum emigrarit; dum cernit tunc quę numquam aſpexit? Sa-
†al.Domino. tagamus igitur eorum, quæ ibi contingent, chariſſimi, tota mente & corde. Serui-
amus †Deo, totis viribus noſtris. Cuſtodiamus mandata eius omni contentione.
Matth. 19.22. Diligamus formidabile, & omni honore digniſſimum nomen ſanctum eius; &
& Marc.12. proximum, ſicut noſipſos: vt audire promereamur benedictam illam vocem. Ve-
Matth. 25. nite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum, à conſtitutione mun- C
di Benedictus Deus, qui nos ſua implet benedictione: quoniam in omnia ſecula,
miſericordia eius. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LEctiones.

VT PLENIVS cognoſcatur, contra quod hic Iuramentum Auctor agat, & quodnam illici-
tum ſit ac prohibitum, & quod non: ſciendum eſt, duplex eſſe iuramentum; aliud neceſſarium &
non prohibitum; aliud temerarium, vanum, & non neceſſarium, illudq́; illicitum ac prohibitum, D
contra quod ab Auctore hic agitur. Neceſſarium eſt, quoties vel ad Dei gloriam, vel ad proximi vtili-
tatem in veritate, iudicio & iuſtitia iuſiurandum præſtatur. veluti Deuteron.6. Deum tuum timebis, &
illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis, &c. ac Eſaiæ 65. Et qui iurat in terra, iurabit in Deo. Amen.
& Ieremiæ 4. Et iurabis, viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia. Et Hebræo.6. Abraha
namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum
& ibidem: Homines enim per maiorem ſui iurant; & omnis controuerſiæ eorum finis, ad confirmatio-
nem, eſt iuramentum, &c. Vannum porrò ac temerarium, illicitum & non neceſſarium, eſt om-
ne iuſiurandum, quod non vel Dei gloria, vel fratrum vtilitas, ſingularisq́; alicuius boni neceſſitas ne-
ceſſariò poſtulat, &c. Quomodo etiam prohibetur (Exodi vigeſimo) aſſumi nomen Domini Dei in va-
num, &c. ac Deuteronom. 5. Non vſurpabis nomen Dei tui fruſtra: quia non erit impunitus, qui ſuper
re vana nomen eius aſſumpſerit. & Zachariæ octauo: Iuramentum mendax ne diligatis, &c. necnon E
Leuit. 19. Non periurabis in nomine meo, nec polluesnomen Dei tui, ego Dominus. & Eccl.23. Iuratio-
ni non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa, &c. Ibidemq́; poſtea ſic: Vir multum iurans, imple-
bitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga, &c. & Eccleſ. 27. Sermo crebrò iurantis, horro-
rem incutit, &c.] Et vt ad noui quoque Teſtamenti veniamus teſtimonia; primò ſe offert illud
Matthæi 5. hic ab Auctore etiam citatum: Audiſtis quia dictum eſt antiquis; non periura-
bis: reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cælum,
neque per terram, &c. Cui & iſta conſonant Iacobi quinto: Ante omnia autem fratres mei, nolite
iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem ſermo ve-
ſter, eſt, eſt, non, non: vt non ſub iudicio decidatis, &c. Contra quod iuramenti genus, etiam cum S.
noſtro Patre Ephræm, agunt tractantque S. Baſilius Magnus, & S. Chryſoſtomus ſuper allegatum
locum Matthæi 5. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, &c. vbi in Homilia 12. inter alia ſic ha-
bet: Ne

A *bet: Nemo eſt, qui frequenter iurat, quin aliquando non periuret, ſicut qui conſueuit multa loqui, aliquando loquitur importuna, &c. vbi conſequenter multa aduerſus iuramenta & periuria, idem Auctor in medium adfert. ſicut etiam ſæpe alibi, velut in Acta Apoſt. cap. 3. Homilia 9 poſt med. vbi quid ſit iuramentũ, & vnde natum, quæq; eius incommoda, percenſentur. & in Epiſt. ad Rom. cap. 7. Homilia 12. vbi inter alia dicit, multò difficilius eſſe iurantem non peierare, quam prorſus à iureiurando abſtinere, &c. Ac in varijs ad populum Antiochenum Homilijs, Tomo 5. vbi ſparſim & incidenter non pauca de iuramentis vitandis, in medium adducit: nimirum Homil. 4.5.6.7.8.9.10.11.12.14. vbi de iuramentorum abſtinentia pulchra ponitur admonitio, oſtenditurq; quomodo ex vno iuramento multa ſæpe fiant periuria, &c. ac Homilia 15.16.19.26. & Homilia 27. quæ tota eſt, de iuramentorum abſtinentia. ac Homilia 28. ſuper Matth. ex cap. 5. de fugiendis iuramentis, &c. Quibus & aliqua S. Auguſtini loca in eamdem rem adijciam, ex libro primo de Sermone Domini in monte, capite decimo quinto, vbi ſic eſt: Sicut falſum loqui non poteſt, qui non loquitur: ita peierare non poteſt, qui non iurat, &c. Vnde timore periurij* B *prohibetur iuratio, ibidem, & ponitur in Dec. 22. quæſtione prima. Idem ſuper Epiſt. ad Galat. in expoſitione capitis primi Tomo quarto, poniturq; in Decret. ibidem. & lib. de mendacio, cap. 15. Tomo quarto, vbi multa huc pertinent, ſeruiuntq; & libro contra Fortunatum Manichæum, diſputatione 2. in medio, & infra. Tomo. 6. Item libro de verbis Apoſtoli, Sermone 28. Tomo 10. & in Serm. de decollat. S. Ioannis Baptiſtæ. plurimiſq; alijs apud eumdem Auguſtinum locis, quæ recenſere hic foret longum, cùm & iam adducta abundè ſufficiant. Contra Blaſphemiam porrò ac Blaſphemantes, quia etiam hic noſter tractat Auctor, ſuffecerit in idem Argumentum plura videre cupienti, legiſſe ac cum his contuliſſe, quæ ab eodem S. Patre, de his plenius adducuntur Tomo primo in Reſponſ. ad Interrogat.* Quando blaſphematur Deus? &c. *noſtriſq; ibidem Scholijs. nec non in Reſponſ. ad Interrog.* Quid ſibi vult dictum illud Apoſtoli: Per præuaricationem legis, Deum inhonoras?] *quò in reliquis, diligentem Lectorem remittimus. vt etiam ad ea, quæ in principio huius 2. Tomi, in Cantico eiuſdem ſpiritali, ad Iuuentutem Chriſtianam, habentur, ibi:* Coerce linguam tuam à iuramentis, blaſphemijs, atque conui- C tijs, &c.

Poſtea in Auctore noſtro allegantur verba 2. Pet. 2. Audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere, blaſphemantes, &c.] *Vbi in Græco eſt, δόξας οὐ τρέμουσι: fort.* magiſtratus non metuunt. *Hic enim per (δόξας) non tam videntur ſignificari opiniones ac ſectæ, quàm illi potius qui ſunt in magiſtratu ac principatu, quos ferè ſolet δόξα, id eſt, honor & gloria comitari, vt ſit Synechdoche: nam ſcripta illa 2. videtur epiſtola à S. Petro, vt etiam illa à S. Iuda, potiſſimum contra hæreticos, qui magiſtratus & principes docebant eſſe contemnendos, multas contumelias in Deum & homines iacentes, libidini ac ventri ſuo dediti, &c. Biblia quoque Gothica hic habent,* maieſtatem non metuunt, *vt etiam in Epiſtola B. Iudæ. al.* maieſtates non metuunt, *&c. pro quo, in vulg. 2. Pet. 2.* ſectas non metuunt, &c.

Domine audiui auditionem tuam, & timui. Domine conſideraui opera tua, & expaui.] *Locus eſt Habac. 3. conſentitq; per omnia hic lectio Ephræm cum edit. 70. niſi quòd ibi vt hic geminando* D *non ponatur,* Domine conſideraui, &c.] *In multis autem hic eſt,* (κύριε κατενόησα, Domine conſideraui) *vt hoc loco apud noſtrum Auctorem & apud S. Hieronymum, qui etiam putat,* conſideraui & obſtupui, *ſiue* expaui, *quæ in Hebræo non habentur, addita eſſe in LXX. cæteros autem interpretes dicit, cum ſua verſione conuenire. In vulg. verò aliter, ſic habetur:* Domine audiui auditionem tuam & timui: Domine opus tuum in medio annorum, viuifica illud, &c.] *Quod porrò poſtea in ſacro Codic. vt etiam hic apud Ephræm additur:* Obſeruaui, & conturbatum eſt cor meum, &c.] *in edit. 70. eſt:* extimuit venter meus, &c.] *ſic quoque in Comm. apud S. Hieronymum, at in cæteris ferè,* (ἡ κοιλία μου, venter meus) *legitur. vt & hic apud Auctorem. In vulgata autem:* Audiui, & conturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, &c.] *vbi varietatem conſidera, & concilia.*

Alibi dicit Scriptura: Si peccans peccauerit homo in hominem, etiam orabunt pro eo ad Dominum, &c.] *Verba Scripturæ ſunt 1. Reg. 2. conſentitq; hic lectio Auctoris Græc. cum LXX. at in vulgata:* Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: Si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? &c.] *ſunt autem iſta ibi verba Heli ad ſuos filios, quæ hic ſuo accommodat inſtituto Auctor.*

Denique in fine huius Parænesſ. pro eo quod ibi eſt: Quoniam in omnia ſecula, miſericordia eius. Amen.] *in alio MS, ſic concluditur:* Quoniam ipſius eſt regnum, & potentia, ac gloria: nunc & ſemper, & in ſempiterna ſecula ſeculorum. Amen.] *Vtraque concludendi ratio, tamquam bona & Auctori vſitata probatur.*

PARAE-

PARAENESIS QVADRAGESIMA QVARTA,

*De * Timore Dei.*

*al. Eiuſdem paræneſis, de Timore Dei.
Matth.21.
Marc.12.
†al. Attendamus his, quæ dicuntur à Domino & al. per Dominum, &c.

ATTENDE tibi ipſi Chariſſime, ne fortè in negligentia atque diſtractione perdas tempus tuum. Attende † ijs quæ dicta ſunt à Domino: Vineam plantaſti tibi; circumda illi maceriam. Amœnum hortum comparaſti tibi; fructus eius ſerua: vt lęteris in nouiſſimis tuis. Et non dimittas porcos tuos, in labores tuos; ne deuaſtenteos. Quid enim prodeſt fratres, ſi hodie vitam quietam in cella degamus: cras autem in ciuitate ac vicis remoremur, ea agentes, quæ non placent Deo? Quid prodeſt fratres, ſi vno die ædificemus, duobus autem deſtruamus? B Quomodo enim ſic operantibus nobis, perfici poterit opus? Quid nobis, & ſeculo? Quid nobis, & negotiationibus * huius vitæ; qui mortui ſumus mundo? At de alimentis fit ſermo? manus ad carnis miniſterium ſufficiunt, maximè adiuuante nos Domino. Nemo enim militans Deo, vt ait Apoſtolus, implicat ſe negotijs ſecularibus, vt ei placeat qui ipſum ad militiam elegit. Ac rurſus: Nocte & die operātes proprijs manibus, ne quem veſtrum grauaremus. Quid nobis cum vicorum vijs, ô monache? Si enim dum in noſtra reſidemus atque quieſcimus cella, vitiorum cogitationibus, rerumq́ue adumbrationibus obſiſtere nequimus: quomodo non magis faciliuſq́ue capiemur; ſi in alienigenarum manubias noſipſos coniecerimus? At frequenter vis dicere, ex Pręfectorum commiſſione, te neceſſariò vicos C adire. Quòd ſi eorum permiſſu, & propter obedientiam id agas; extra culpam es, dummodò quod tibi mandatum eſt, cum timore Dei egeris: at ſunt nonnulli, qui prætextu obedientiæ, propriam quoque perficere concupiſcentiam quærunt, ſecundum hominem veterem. Vide igitur vt prudens; ne pro auro & argēto, teſtam ac lutum inferas: & pro obedientia, inobedientiam opereris. Quid enim profecerunt, qui cum Ieſu Filio Naue, & Chaleb profecti ſunt, ad explorandam terram? quippe qui prætextu obedientiæ, inobedientiā exercuerunt, veritatem deſerētes, & à Domino recedentes, atque ab ipſo corda filiorum Iſrael peruertentes. Quocirca ſiquando in miniſterium mittaris; cum timore Dei cuncta gerito, tamquam Deo præſente & * iugiter opera tua ſpectante. Si enim miſſus, vadis miniſtraturus Sanctis, ipſoq́ue miniſterio ſpreto contraria agas, ac Deo contempto delitias quę- D ras, concupiſcentiasve expleas: nequaquam obedientiæ opus impleuiſti, ſed inobedientiæ crimen commiſiſti. Scire autem te volo, quòd quemadmodum hi qui te in monaſterio, quietè ac tranquillè viuentem, & Domino Chriſto ſeruientem vident, in te Deum glorificant: ita qui te in ciuitate aut caſtello facientem quæ diſplicent Deo adſpexerint, in te ſcandalizabuntur. Atqui obſecro quæ tibi merces debetur, ſi conſcientiam proximi vulneres? Quòd ſi conſilio acquieſcas meo, vt Deum timeas, & quietam vitam ducas: in te glorificabitur Dominus, eritq́ue tibi ad omnem virtutem capeſſendam, robur. Cæterùm ſuggerit tibi crebrò inimicus, dicens: Interea dum iuuenis es, tuis fruere concupiſcētijs. quot enim putas in ſeculo delitijs deditos, & tamen cæleſti regno non priuatos? Tu ergo dum iunior adhuc es, comede, bibe, ſeculiq́ue voluptatibus perfruere: quando autem ad ſenium perueneris, tum demum pœnitentiam agas. Quid enim ab eiuſmodi ætatis flore, corpus tuum affligere quæris? vide ne fortè in ægritudinem incidas. Dicergo tu illi, talia tibi ſuggerenti. Quòd ſi in iuuentute deprehenſus fuero, & ad ſenectutem non peruenero: quidnam ante Tribunal Chriſti reſpondebo? Videmus enim iuuenes quamplurimos in ætate iuuenili morientes, ſenes verò longæuos: ſunt enim imperueſtigabilia opera Domini. Et quomodo tu me decipere tentas, admonens vt ſenectutis tempore pœnitentiam agam? Dicere ne tunc mihi licebit ad Iudicem: Iunior deprehenſus, ex hac vita exceſſi: quare dimitte me modò vt pœnitentiam agam? Nonne planè tunc quoque ipſe mihi reſpondebit: Per tot iam annos dimiſi te, ſæpiuſq́ue peccantem in me, patienter tuli, neque confeſtim † te occidi; concedens tempora, loca, & momēta, quibus pœnitentiæ ſemina iactare poſſes. At tu, tēpus quod tibi ad pœnitentiā permiſi, in peccatis cōſumpſiſti, ac

*al. & curis huius mundi, qui mortui ſumus vanæ vitæ iſtius ſeculi?
2.Tim.2.
1.Theſſ.2.

Num.13.14.
Ioſue.2.3.
Eccleſ.46.

*al. & omnes tuos curſus atq; veſtigia conſiderante.

Suggeſtio atque tentatio cacodæmonis.

Suggeſtioni improbæ vt occurrendum.

Rom.11.

†al. neque confeſtim malum pro malo reddidi tibi.

A ſti,ac voluptatibus. Certò igitur noueris frater,quòd ſi timorem Dei ſpreueris, &
peccatis teipſum dederis,æterno ſupplicio condemnaberis. Nam qui delicijs ac
voluptatibus ſua membra tradidit,non in futuro dumtaxat ſeculo , dolore afficietur:
verùm etiam in præſenti, niſi citò pœnitentiam Chriſto egerit. Similis
enim vili atq; abiecto erit panno,quo vbi omnes abuſi fuerint , ad extremum abijciunt,
atque proculcant. Cæterùm tu ſi ab hiſce te omnibus exemeris, & Chriſto
Domino placere volueris,tuam ſeruans caſtitatem corporis in charitate Dei
quę virtutum omnium†columna eſt:ſimilis eris purpuræ regiæ,&fulgebis inſtar, †al. finis eſt.
luminaris magni,in medio fratrum; inſurgenteſq; in te auertet atque proſternet
Dominus. nam timor Dei, quem amaſti, loco muri erit tibi,inueniesque gratiam
B †coram Deo & hominibus. Aduigila igitur, & attende tibi ipſi, hoc ſciens, †al. apud Deum, & homines.
quòd non ignorat inimicus etiam intra clauſtra atque repagula captare animas
corpori & negligentiæ deditas. Sed dicet fortaſſe inſipientium aliquis : non ſum
idoneus ad reſiſtendum obrepentibus vitijs, verùm ſtatim perturbatione abducor,
& in aſſenſum trahor. Ne in eo glorieris : non enim eſt iſta religio , ſed ignauia
atque dementia. Cùm dicat Sapientia : Ne acceptor ſis perſonæ contra animam Sap. Sirach, cap. 4.
tuam,neque confundaris in caſu tuo. Numquid obſecro, ſi furem ſenſeris
effringentem domus tuæ parietem ſeu murum , iacere te ſuſtinebis, & * domum *al. & furto auferri quæ intus ſunt, &c.
abeo ſpoliari? nonne ſurgens,latronem perſequeris? Et quomodo non eſt tibi
curæ,caſtitas corporis tui : ſed Dei prodis templum , illudque corruptelæ exponis?
Cernimus quippe,quanto eos dignetur honore Deus, qui à diebus iuuentutis
ſuæ vſque †ad ſenectutem ſeruiunt ei. Ait enim ad Hieremiam Prophetam : Memoratus †al. vſque ad finem vitæ.
C ſum miſericordiæ iuuentutis tuæ, & charitatis perfectionis tuæ , vt ſequereris Hierem. 2.
poſt ſanctum Iſrael. Illos porrò qui à iuuentute vſque ad ſenectutem, †al. cogitationem.
†ſenſum ſequuntur erroris,ita reprehendit Propheta,dicens : Inueterate dierum
malorum,nunc venerunt peccata tua,quę feciſti prius. Ideoque beatificat eos Spiritus Dan. 13. Thren. 3.
ſanctus,qui iugum Chriſti ſuper ſe tulerunt à iuuentute ſua, dum dicit : Bonum
eſt viro,cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Euigilemus & reſipiſcamus
igitur chariſſimi , ne fortè ſumma Dei longanimitas nobis in iudicium
ſit, dum agere pœnitentiam nolumus : ſed ſingulis diebus peccata peccatis accumulamus.
Quis putas diem iudicij mente reuoluit, & non perhorreſcit? Perpendamus
quæ dicuntur dilectiſſimi. Cùm venerit æſtas, & calores incaluerint, dicere
ſolemus : Duo alij ſuperſunt menſes, & æſtas † præterierit. Quid agemus †al. & æſtus ceſſauerit.
D chariſſimi,ſi æterno ignis ſupplicio poſt mortem damnemur? Et dum rurſus hiems
obuenerit,dicimus : Alij duo,aut tres reſtant menſes, & magna comminatio
ac vis frigoris ſe remiſerit. Quid agemus fratres dilectiſſimi,ſi in inferioribus partibus
terræ,poſt mortem damnati fuerimus? Quòd ſi quis etiam in aduerſam inciderit
valetudinem,& nocturno ſomno priuatus fuerit; crebrò † oculos in fores †al. continenter & aſſiduè.
atq; feneſtras domus defigit,lucem diei videre deſiderans: Nos autem quid faciemus
fratres,ſi in exterioribus condemnemur tenebris,vbi fletus eſt,& ſtridor dentium: Matth. 8. 25. & Luc. 13.
vbi nulla ſpes eſt aſpiciendę vmquam lucis,in ſempiterna ſecula? Similiter
autem & qui in exilium eiectus eſt,dies, & menſes , & annos enumerat, quotidie
præfiniti temporis finem exſpectans:at qui in futuro ſeculo condemnatus fuerit;
neque dies numerare poterit,neque noctes,neque menſes,neque temporum momenta.
Sunt enim infinita & ſempiterna ſecula;in quibus,qui nunc lugent ac plorant,
E tunc conſolabuntur:qui verò nunc negligentes , vaniſque ſeculi rebus diſtracti
ſunt,tunc condemnabuntur. Nam quæ in delitijs eſt vidua, inquit Apoſtolus, Matth. 5. 1. Tim. 5.
viuens mortua eſt. Et rurſus Saluator; Væ qui ridetis nunc; quoniam lugebitis Luc. 6.
& flebitis. Euigilemus ergo † ab hac vita dilectiſſimi. Lugeamus modò , vt tunc †al. à diſtractionibus vanæ huius vitæ.
conſolemur. Vitam quietam atque tranquillam,cum humilitate in cellis noſtris
degamus: vt reſpiciat humilitatem noſtram, & laborem Dominus ; remittatque Pſalm. 9. 24. Pſalm. 135.
nobis cuncta peccata noſtra. Scriptum eſt enim : Quia in humilitate noſtra memor Pſalm. 102.
fuit noſtri Dominus. Et iterum: Quemadmodum miſeretur pater filiorum;
miſertus eſt Dominus timentium ſe. Det porrò nobis Dominus, irreprehenſibilem
peragere vitam,& cum Sanctis ſuis glorificari. Quoniam †ipſum decet gloria,
in ſecula ſeculorum. Amen; †al. Quia ipſi gloria,in ſecula. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

PAræneſis 44. de Timore Dei.] *Inuenitur & huius, alia atque alia inſcriptio. nam al. eſt:* Eiuſdem de Timore Dei, Paræneſis.] *al.* De obedientia bene compuncta.] *al.* Paræneſis in illud: Attende tibi.] *al.* De Timore, Paræneſis.] *al.* Parȩneſis ſeu adhortatio de Timore Dei, 46.] *qui etiam numerus hic quadrat competitq́; nam inter hanc, & ſuperiorem Paræneſin (quæ eſt de non iurando, nec blaſphemando,) duæ aliæ in omnibus quaſi manuſcriptis Græcis interſeruntur Paræneſes, altera in illud Apoſtoli:* Melius eſt nubere, quàm vri. *Altera, apologiam continet de Heli ſacerdote, eiuſque filijs.] quarum vtramque in primum Tomum retulimus, & cum alijs eiuſdem Argumenti conſilio ibi repoſuimus. Vnde duabus illis hic connumeratis, recto ordine ac numero hæc eſſet Paræneſis 46. ſiue quibus, quadrageſima quarta in ordine hic ponenda atque habenda erit, vti poſuimus.*

Attende tibi ipſi chariſſime; ne fortè in negligentia, &c.] *Locus cuius exordij, al. eiuſmodi ducitur principium:* Attende tibi ipſi, ô iuuentus; nequando in torpore atque ignauia, & diſtractione tuum tempus deperdas. Attendamus his quę dicuntur à Domino, *&c. ac al.* Intendamus ergo animum his quæ dicuntur per Dominum. Plantaſti tibi vineam, circumda illi ſepem, &c.] *adluſio autem hic clara eſt, ad verba Matthæi 21. & Marc. 12. vbi iſta adducuntur.*

Quid nobis, & negotiationibus huius vitȩ; qui mortui ſumus mundo? &c.] *Vbi alia lectio habet:* Quid ad nos, negotia iſtius ſeculi? *& al.* Quid nobis, cum rebus ac negotijs ſecularibus: qui mortui ſumus vanæ vitæ huius mundi? Quòd ſi de victu atque alimentis agitur: ſufficiunt nobis manus, ad corporis obſequium, &c.] *Confirmat autem hic vtrumqne, ſubiectis Apoſtoli verbis:* Nemo enim militans Deo (*inquit*) implicat ſe negotijs ſecularibus, vt ei placeat cui ſe probauit, *ſicut eſt 2. Tim. 2. Dicitq́; iterum:* Nocte & die operantes proprijs manibus, ne quem grauaremus, &c. *vt eſt 1 Theſſ. 2. ac 1. Corint. 4. & Act. 20.] Quibus Apoſtoli locis ac verbis, ſuum hic probat inſtitutum Auctor, Monachum ſcilicet à rebus ſecularibus alienum eſſe debere, & victui neceſſaria laborè manuum comparare, &c. de quo & alibi ſæpè.*

Cùm dicat Sapientia: Ne acceptor ſis perſonæ contra animam tuam, &c.] *Locus eſt Sapientiæ Syrach, capite quarto, vbi in noua editione 70. ad verbum magis ſic eſt:* Ne accipias faciem aduerſus animam tuam, & ne reuerearis in caſum tuum, &c.] *at in vulgata reperitur:* Ne accipias faciem aduerſus faciem tuam. nec aduerſus animam tuam mendacium, &c. *De quo etiam loco, eiuſque varia lectione, habes apud Ephræm, Tomo 1. in Tractat. De abſtinendo à cupiditatibus carnalibus, &c. ad Fratrem qui excidit. ac in noſtris ibi Scholijs, pagina 116. ac 117. & alibi.*

PARAENESIS QVADRAGESIMA QVINTA,

*De Charitate * ſiue dilectione.*

*al. Eiuſdem adhortatio, de Charitate.

Matth. 25.
Matt. 7. 25.
Matth. 7.
*al. omnes qui.
1. Ioan. 4.
*al. vidit.
Luc. 12.
1 Cor. 12. & 13.

SI tibi Chariſſime, donum ſcientiæ & diſcretionis, ſiue gratiarum, & curationum, conceſſum ſit: vide ne fortè his confiſus muneribus, permaneas infructuoſus. Vt non dicas tunc: Domine, miſerere. Et reſponſum audias cum his qui à ſiniſtris erunt, quando magnus ille Rex iuſtos ſeparabit à peccatoribus: non noui vos. Scriptum quippe eſt: Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt. Multi enim dicent mihi in illa die: Domine, Domine. nonne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus; & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: diſcedite à me, * qui operamini iniquitatem. Cur ita? quia charitatem non ſeruârunt. Nam quemadmodum ſcriptum reperitur: qui fratrem ſuum quem * videt, non diligit; Deum quem non vidit, quomodo poteſt diligere? Scriptumq́ue eſt: Seruus ille qui nouit voluntatem Domini ſui, & non fecit, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Aitq́ue Apoſtolus: Et adhuc excellentiorem vobis viam demonſtro: Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam; factus ſum velut æs ſonans, & cymbalum tinniens. Et ſi-

A Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes tranferam; charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi † diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum. non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas numquam excidit. Ecce, audiſti chariſſime, vim charitatis. Hanc tibi in cunctis tuis operibus vindica: vt quantum duce gratia fieri poteſt, laudem à Deo referas. Obteſtor autem vos fratres chariſſimi; vt mei ſerui inutilis, in precibus veſtris apud Deum B gratiſſimis, memineritis: ne ſermones mei ſint otioſi atque inutiles; neque contra me faciant coram Iudice, in die atque aduentu Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nihil mihi conſcius ſum: at iudicij ſucceſſus terribilis, & ignis zelus, qui aduerſarios conſumpturus eſt, horrorem mihi incutiunt. Cæterum Deus, per ſuam miſericordiam, mihi quoque quamuis indigno introitum vobiſcum, & cum alijs electis ſuis, in ſuum regnum concedat. Diffundatq; Dominus Ieſus charitatem ſuam in cordibus noſtris. Quia † ipſi gloria, & potentia, in ſeculorum ſecula. Amen.

† al. & ſi impendam in alimoniam, &c.

1. Cor. 13.

Heb. 10.

† al. Quia ipſum decet gloria, in ſecula. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

C *In laudem & commendationem Charitatis, plura qui volet; apud eumdem hunc Auctorem noſtrum inueniet Tomo primo, in Sermone de Charitate ſiue dilectione. cuius ibi initium eſt* : Bene ait Dominus, quoniam onus meum leue eſt, &c. *noſtriſq; ibi Scholijs. ac eodem Tom. poſtea in Tractatu de Virtutibus & vitijs ex oppoſit. vbi de Charitate & non habentibus charitatem, agitur. & non longè à fine eiuſdem Tom. 1. in Sermone de Iudicio extremo, & de Compunctione, cuius principium iſthic eſt*: Venite vniuerſi fratres, conſilium à me peccatore & imperito Ephræm accipite, &c.] *vbi poſt med. inſigne amplumq; charitatis encomium ponitur. ſicut & alibi ſparſim apud Ephræm, varijs in locis. Quæ etiam virtus mirificè pleniſſimeq; à Theodorito Cyri Epiſcopo celebratur, in Oratione verè aurea De Charitate ſiue dilectione, non ita pridem à nobis è Græco Latinè reddita, Scholijſq; illuſtrata, ac in vtraque lingua Romæ edita. cuius principium eſt*: Quanti quidem ſint, ac qualibus coronis fulgeant virtutis athletæ, &c.] *vbi præter ampliſſimas Charitatis laudes, etiam pœnæ ac damna non habentium charitatem continentur ac percenſentur. Alia eiuſdem Argumenti, vide apud S. Ambroſium ſuper Epiſtol. ad Romanos cap. 8. & ſuper primam ad Corinth. cap. 13. &c. ac S. Auguſtin. in Tractatu de laudibus Charitatis. Tom. 9. & in Tract. de 4. Virtutibus charitatis, eodem Tom. 9. alibiq; apud eum ſæpiſſimè. Quin & S. Leo Charitatem omnium virtutum appellat matrem, in Sermone 8. de Epiph. Domini.*

Si tibi chariſsime donum ſcientiæ, & diſcretionis, ſiue gratiarum, & curationum conceſſum ſit; vide ne fortè, &c.] *ita conformiter in pluribus legitur Græc. mmſſ. Cuius tamen loco, etiam alia talis reperitur hic lectio*: Si frater chariſsime, ea facultas ac gratia tibi conceſſa ſit, vt linguis omnibus loquaris, & ſpiritus noueris diſtinguere, & cunctas infirmitates curare: caue, ne charitatis fructu deſtitutus, illiſque muneribus elatus deſinas diuinam miſericordiam implorare. & cùm Rex ille magnus iuſtos à peccatoribus ſegregabit, tunc à ſiniſtris conſtitutus, audias verba illa formidabiliſsima: Diſcedite à me maledicti, in ignem æternum. Scriptum eſt enim: non omnis E qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit, &c.] *probatur autem hic vtraque lectio.*

Poſtea, ſub finem Parænesis, vbi legitur: Nihil mihi conſcius ſum: at iudicij ſucceſſus terribilis, & ignis zelus horrorem mihi incutiunt, &c.] *alia lectio habet*: nihil quidem mihi conſcius ſum: ſed horribilis quędam me mouet ac terret iudicij exſpectatio, & ignis æmulatio, quæ deuoratura eſt aduerſarios, &c.] *vbi etiam vtraque lectio clara ac bona eſt.*

PARAENESIS QVADRAGESIMA SEXTA,

*Ad * Eulogium.*

AD FRVCTVM obedientiæ reſpiciens, Frater chariſſime, tibi de quibus mihi imperaueras, perſcribere ſtudui. Principium optimũ eſt timere Dominum. Senectus verò honorabilis, in anima Chriſto deuota. Qui ſibi ipſi attendit, in omni loco ſalutẽ aſſequi poterit. Qui conuerſationibus gaudet mundanis, ſeculum nondum ſe odiſſe oſtendit. Nam ſicut qui ignem excitat, flammam ſuſcitat: ita & mundana colloquia, paſſiones atque affectiones prauas in corde monachi commouent. Vtinam frater, aduentantes colloquendi cauſſa, nihil tibi nocerent. Qui mulierum familiaritatem amat: aduerſus ſeipſum, fornicationis dæmonem excitat. Cùm bonam de te famam acceperint parentes tui, plus quàm vino & epulis lætabuntur. Qui delectatur ebrietate, multis damnis afficietur. Dicit enim & agit, quæ non decent, deprædaturq; proprias diuitias, & velut alienas diſtribuit etiam inimicis: nam ebrietas mentem atque intellectum ipſius excœcauit. Modeſtum ac grauem te gere frater: modeſtia enim & grauitas pacificum ac tranquillum vitæ ſtatum parit; porrò tranquillus vitæ ſtatus, vitam perturbationibus liberam efficit. Sit tua modeſtia cum humilitate coniuncta: vt verus monachus reddaris, & charitatem atque temperantiam poſſideas. Multiloquium frater, mentem ſenſumque obtenebrat: mens autem tenebris obducta, ad impudentiam trahit: impudentia verò fornicationis eſt mater. Qui ſilentio gaudet, abſque perturbationibus viuit: quin etiam ne proximum quidem irritat. Riſus porrò & impunitas, inſtar veneni nouitio obeſt; ac monacho quoque inutilis. Nam illos, qui nunc lugent ac plorant, beatificat † Dominus. Iactura eſt monacho, multiloquium. In menſa maximè tacendum. Ama ſilentium frater, vt tecum grauitas atque modeſtia maneat. Conſerua modeſtiam & maturitatem, vt te à fornicatione cuſtodiat. Qui contradicit, & immorigerus cum ſuo eſt Præfecto, non tardabit prolabi in mala: at qui morem Superiori gerit, cum iuſtis gaudebit. Qui in proprijs gloriatur viribus, ipſe à ſe diuinum auxilium repellit: qui verò gloriatur, in Domino glorietur. Qui diſtractiones amat, & quietem odit, ſæpè multumq; tribulabitur: at qui in humilitate quietem ſectatur, in Domino lætabitur. Qui patienter in Synaxe conſiſtere recuſat, haud leue damnum ſubibit: at qui cum reuerentia & patientia perſtiterit, exaudietur. Qui tempore Synaxis, verbis intentus eſt otioſis; in duplicem reprehenſionem incurret: propterea quòd à precatione atque pſalmodia eum retrahit quo cum loquitur: tum etiam quòd ſibi ipſe damnum conciliet, ac ſimul ijs qui proximè adſtant. Qui exercitationem diligit, robuſtior euadet. Qui verò ebrietatem amat, in nullo ſibi temperabit. Cui operari moleſtum eſt, in curioſitatem incidet: multa quippe mala otium docuit. at cui operari iucundum eſt, ſine moleſtia erit. Qui in ſplendido parentum gloriatur amictu, probatus non erit: non enim in acie belli proderunt ipſi. Honora frater paruos & magnos; vt te exaltet Dominus: qui enim ſeipſum humiliat, exaltabitur. Humilia caput Superiori tuo, & Præfectis † fratrum in Domino, ſubiectus eſto. nam in eo, fructus timoris Dei exiſtit. Humilitas porrò non ſolum in ſubmiſſione erga maiores exhibetur, ſed etiam in attributione honoris erga minores atque inferiores. Scriptum quippe eſt: quicunque honorificauerint me, glorificabo èos: qui autem contemnunt me, ignominia afficientur. Nos ergo glorificemus Deum, vt & ipſe nos glorificet, cùm omnibus Sanctis ſuis. At in quo glorificabimus ipſum? in obſeruatione legum, ac mandatorum eius. Nam ſcriptum habetur: Non in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. Et rurſus: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt. Ante omnia frater, Deum in veritate time; & timor eius illuminabit oculos mentis tuę. Dilige autem humilitatem: nam quæ ſecundùm Deum eſt humilitas, murus firmus & inexpugnabilis eſt à facie inimici: ac petra ex oppoſito percu-

tiens

*al. Paræneſis 48. ad Eulogium monachum.

Contra Ebrietatem.

Gradatio efficax, & accommoda.

Matth. 5.

†al. beatos prædicauit Dominus.

Antitheta pulchrè accommodata.

Contra garrientes, tempore Diuini officij.

Luc. 14.18.

†al. fraternitatis in Domino, &c.

1. Reg. 2. juxta 70.

1. Cor. 4.

Matth. 7.

A tiens atque confringens machinas Sathanæ, & tela nequiſſimi ignea. Si tecum
mente conſtitueris, quaſuis contumelias, damna, atque contemptiones propter
Dominum ſufferre; eris tamquam generoſus ac ſtrenuus bellator, contra aduer-
ſarios ſemper armatus: tuncque inimici viſo tanto tuo ſtudio, concident à facie
tua. Si velis inconſideratè currere, & nihil fatigari; quæ obſecro vtilitas? Caſti-
tatem corporis tui, vnà cum charitate cuſtodi: nam charitas mater virtutum
eſt: caſtitas autem lucerna ac firmamentum: † lumen porrò iſtorum, quies eſt †al. lucerna.
atque tranquillitas: murus verò eorum, timor Domini. Seruemus fratres caſti-
tatem corporis noſtri, in charitate Dei: vt cum ſanctis ſuis Angelis nos Dominus
connumeret. Nam his qui caſtitatem diligunt, delectatur Spiritus ſanctus, & pa-
tientiam ipſis donat. Quare perfectè exercetur caſtitas, per temperantiam, man-
B ſuetudinem, & tranquillitatem, quæ eſt cum charitate coniuncta. Quocirca ſub-
trahere nos debemus ab omni fratre ambulante inordinatè: ne fortè ſuſpicio- 2.Theſſ.3.
nem demus his qui nos vident. Ait enim Apoſtolus: Prouidentes bona non Rom.12.
tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Si quis autem contentioſus 1.Cor.11.
eſt, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ † Dei. Rurſuſque †al. Eccleſia.
eum dicentem audi. Tu quidem rectè gratias agis, ſed alius non ędificatur. Vt quid 1.Cor.10.
enim libertas mea iudicatur ab † alia conſcientia? Quamobrem neceſſarium eſt †al. ab aliena.
adhortationes hominum timentium Dominum ſuſcipere, & non ſibi ipſis pla-
cere, ſecundum eum qui dicit: Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bo-
num, ad ædificationem. Et iterum: Vt is qui ex aduerſo eſt vereatur, nihil habens Rom.15.
malum dicere de vobis. Ait enim Dominus gloriæ: Sic luceat lux veſtra coram Tit.2.
C hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in Matth.5.
cælis eſt. Cauendum eſt, ne occaſione communicationis, ſanctificationem per-
damus: vſitatum quippe inimico eſt per bonum, operari malum. Nam qui pec-
cat, & ſibi occultare videtur, decipitur: nihil enim occultum, quod non reuela- Matth.10.& Luc.8.
bitur. Si tibi inimicus concupiſcentiam carnalem ſuggeſſerit; reſponde ipſi: Ab- Epheſ.4.
ſit à me, vt amplius contriſtem Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignatus ſum, in † di- †al. in die.
em redemptionis: ſufficit enim mihi tempus præteritum. Nam ſcriptum eſt: 1 Cor.10.
Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornica-
tur, in corpus ſuum peccat. De pugna autem mentis ac cogitationis, ex parte di-
dici: Nam frater ab alio interrogatus fratre, dicente: Cogitationes ſordidæ con-
turbant me. Ille reſpondit: Sancti ſenes quibuſdam permittebant, vt intus ſine-
D rent cogitationes ingredi, & tunc bellum cum ijs gererent: imbecillioribus au- Ab exemplis.
tem ne vllo quidem modo cum ijs agerent, interdicebant; ne fortè dum mens at-
que memoria ijs immoratur, morbus incurabilior reddatur. Tunc frater: Et Quid ſit permittere cogitationes intus ingredi?
quid eſt, inquit, permittere cogitationes intus ingredi, & tunc bellum cum ijs ge
rere? Cui ille. audi inquit: Quando inimicus cogitationem alicui turpem: conſi-
derationeſque impuras adduxerit; mox formoſi aſpectus mulierem menti eius
obijcit, aut quid ſimilium, ad corruptionem † occurrentium. Quæ dum cer †al. ſeducentium, ſeu pellicientium.
nit coram ſe conſtituta, qui mente pugnat, non terretur cogitationibus eiuſmo-
di: ſed fortiter ſe opponit, impugnatque vehementer ac ſapienter eas. Deinde a-
perit ipſis, & occludit eas. Et vbi iam ipſæ intus fuerint, ſimul cum materia per
quam pugnabant; dicit ad eas: hæc eſt quæ vobiſcum conſiſtit, cuius cauſſa me tur-
batis ac moleſtatis quotidie, mentemque meam informatis? Cupio igitur perfe-
ctè noſſe, quis ipſius ſit vſus? Imperatque enſem ſibi deferri, cogitatione ac men-
te; quo accepto aperit † eam in ventre, imaginatione mentis. & dicit: Volo cog-
noſcere, quid tandem in ipſa reperiam; pulchritudinemne an putredinem? aper- †al. aperit ipſius ventrem, imaginatione mentis.
toque ventre eius, inuenit intus quæ omnes nouimus. manifeſtatur enim ex parte
turpitudo concupiſcentiæ. Quare aduerſariæ cogitationes cernentes cladem ſibi
illatam, tumultuaris incipiunt; volentes fratris cogitationem diripere, atque † re- †al. reijcere.
probare; vt mente ab alijs cogitationibus turbata, deſtruant præſens certamen;
metuentes ne fortè prorſus ipſarum appareat turpitudo atque confuſio. Qui au-
tem ex aduerſo cum ijs pugnabat, ait: Cur alia pro alijs adducere vultis? non enim
vos egredi ſinam, donec accuratè quidquid eſt in hac re, penitus indagauero, & v-
trum reuera ſit amore dignum quod vos laudatis. Tunc frater, ad tres vel quatu-
tuor vſque dies, in interiore cubiculo cadauer recludit; ac poſtea aperit, cupiens

cadauer videre. Et priuſquam ipſe intus ingrediatur, occurit ei intolerabilis ille A fœtor, manuque os ſibi cum naribus obſtruens, nutu demonſtrat aduerſarijs cogitationibus, ac ſocijs cooperatricibus peccati, finem rei. Deinde ait ad ipſas: Quid reſpondetis ad iſta? Illæ autem rubore ſuffuſæ, inſtar fumi † abibant in aerem. Sicque frater morbidas perturbationes diuina auxiliante gratia ſuperauit: vnde etiam confitens Domino, dicebat: Gratias ago tibi Domine Deus meus, quòd non tradidiſti me in manus inimicorum meorum: ſed ſaluaſti me de laqueo venātium; & gratia tua Domine illuminauit mentem meam ad intelligendum iſta: nō enim per meam ſapientiam, ab earum liberatus ſum laqueo. Semper ergo fratres, timorem † Dei ante oculos habeamus; vt ipſe nos protegat: nam abſque eius protectione, homo nihil eſt. Magna quippe inimicorum noſtrorum eſt fraudulentia B atque malignitas; ſed diuinum auxilium circumdans hominem, longè præſtat ac ſuperat: verùm oculis noſtris illud cernere † non permittitur. Diligamus ergo Deum auxiliantem nobis, & ſaluantem, totis viribus: & proximum, ſicut nos ipſos. Perpende mente, diem obitus tui, frater chariſſime, quando obrigeſcens in tua iacebis tegeticula ſeu ſtorea. Heu mihi, heu mihi. qualis animam meam detinebit timor ac tremor in hora illa, frater chariſſime? Si quid igitur boni fecerit in vita iſta, dū in ea inſtar aduenæ & peregrini habitarit ſi tribulationes & opprobria propter Dominum ſuſtinuerit, ac optima † coram ipſo fecerit: magno cum gaudio in cælos † ſuſtolletur, à ſanctis Angelis deducta. Quemadmodum enim operator laborum, ac per totum laborans diem, exſpectat duodecimam horam; vt poſt laborem, accepta ſua mercede reſpiret: Sic & iuſtorum animæ, illam præſtolantur diem: peccatorum autem, timore atque tremore in illa die ac hora corri- C pientur. Et ſicut reus quiſpiam à miniſtris comprehenſus, & ab ipſis ad iudicij locum deductus: ita quoque in illa contremiſcent hora iniuſtorum animæ, in ſempiterna tormenta æternæ caliginis reſpicientes. Quod ſi quis dixerit: permitte me in illum proficiſci mundum, vt deinceps pœnitentiam agam: non erit qui † dimittat. Audiet enim talis: quando ſuppetebat tempus, non egiſti pœnitentiam; & nunc vis ire ad agendam pœnitentiam, quando omnibus iam ſtadium eſt apertum? Non decertaſti; & modò decertare cupis, quando cunctæ fores clauſæ ſunt, tempuſque certaminis præterijt? Nonne dicentem audiſti: Vigilate, quia neſcitis diem neque horam? Iſta autem præſcientes † fratres chariſſimi, dum tempus habemus, pœnitentiam agamus: vt eruat nos Deus ab ira ſuper filios diffidentiæ ventura: noſque in partem ſanctorum aſcribere dignetur. Ora etiam pro me † peccatore, dicente & non faciente. Nam ſcriptum eſt: Confitemini alterutrum D peccata veſtra, & orate pro inuicem; vt ſanemini in nomine Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Cui gloria † & potentia, cum Patre initij experte, & ſanctiſſimo atque optimo & viuifico Spiritu: nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

De imaginario cadauere, iſta ſunt ſumenda.

† al. diſſoluebantur per aera.

Precatiuncula.

† al. Domini.

† al. finimur.

Matth. 22. Marc. 12.

De Storea, vide in Schol.

† al. optimè.

† al. transferetur

Matth. 20.

A Simili.

† al. qui permittat.

Prouerb. Matth. 24. 25.

† al. præcognoſcens frater chariſſime.

† al. pro me peccatore Ephræm, qui iſta conſcripſi, &c.

Iacob. 5.

† al. Cui gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

AD Eulogium Monachum hanc ſuam Auctor Parænesin ſiue adhortationem dirigit, quæ tota eſt E *parænetica, aſcetica, & ethica. Hortatur autem cum primis eum ad Timorem Domini, & ad optima religioſæ vitæ inſtituta capeſſenda: dehortatur autem à vitijs, & commercijs atque colloquijs prauis, concupiſcentijſq; improbis. Ad pietatis ac virtutis ſtudia Monachum excitat, eumq; in religionis ſtadio atque palæſtra exercet, & quæ potiſſimum ipſi agenda ſint, quæq; vitanda docet; certaminiſq; rationem aduerſus hoſtes inuiſibiles, ac cogitationes improbæ concupiſcentiæ præſcribit, & quomodo facilius ijs reſiſtendum ſit demonſtrat. Moralia non pauca in medium adducit, & quibus Chriſti athletas deceat ornatos eſſe virtutibus, quibuſq; conſpicuos moribus, luculenter patefacit: & vt magis abducamur à vitijs, nouiſſima ſæpe memoranda, mortemq; frequenti cogitatione ante oculos ponendam oſtendit, &c.*

Modeſtum ac grauem te gere Frater: modeſtia enim & grauitas pacificum ac tranquillum vitæ ſtatum parit, &c.] *vbi in Græco eſt* εὐλαβὴς, *&* εὐλάβεια, *redduntq; iſtud Latinè*

alij

A aliâs ſic: Pium ac religioſum te gere frater: pietas enim atque religio tranquillum, pacificumque vitæ ſtatum generat. *& al.* pacificam tranquillitatem producit, &c.] *At prior lectio, hoc ſaltem loco magis probatur: cùm hic εὐλάβεια, non tam pro pietate ac religione (vt aliâs ſæpe) accipiatur, quàm potius pro modeſtia & verecundia, ab εὐλαβοῦμαι, id eſt, vereor. quod & Itali dicunt, hauer riſpetto, & il riſpetto, &c. quomodo & εὐλάβεια, hic erit illa moderatio ac grauitas morum, & maturitas, qua quis alios veretur offendere, atque in primis Deum, &c. ſic demonſtrant etiam hic ſequentia.*

In menſa maximè tacendum.] *Quia multiloquium reprehenditur, & ſilentium in Monachis commendatur, monet hic potiſſimum in menſa Religioſis ſilentium ſeruandum interea dum comeditur, & à ſuperfluis otioſiſq; confabulationibus, ac contentionibus cum primis abſtinendum, tum etiam (ſicut alibi habet) vt Sacris lectionibus, quæ inter edendum recitari coram fratribus ſolent, melius attendatur. Quas etiam cum alijs, cauſſas ſilentij in menſa ſeruandi, adſert alibi Caſſianus; narratq; apud Monachos Ægyptios, vel maximè Tabennenſiotas, tantum ab omnibus ſilentium exhiberi ſolitum,* B *vt cùm in vnum tanta fratrum numeroſitas refectionis obtentu conſederit, nullus nec mutire quidem audeat, præter eum qui ſuæ Decaniæ præeſt. Qui tamen ſi quid menſæ ſuper inferri vel auferri neceſſarium eſſe peruiderit, ſonitu potius quam voce ſignificat. Tantaq; (inquit) veſcentibus illis ſilentij huius diſciplina ſeruatur, vt cucullis vltra oculorum palpebras demiſſis, ne ſcilicet liber aſpectus habeat curioſius copiam euagandi, nihil amplius intueantur quàm menſam, & appoſitos in ea, vel quos ex ea capiunt cibos; ita vt quemadmodum, vel quantum reficiat alius, nullus inuicem notet. Vide apud Caſſianum libro 4. de Inſtitut. renunt cap. 17. &c.*

Qui tempore Synaxis, verbis intentus eſt otioſis; in duplicem reprehenſionem incurret, &c.] *Hic Synaxis nomine ſignificari conuentum ſiue congregationem fratrum in vnum, ad orandum, diuinaſq; laudes celebrandas, &c. clarum eſt ex ipſius Auctoris verbis. dicit enim eos qui verbis intenti ſunt otioſis, ac confabulationibus cum alijs tempore Synaxis atque diuini officij, duplicem mereri reprehenſionem:* C *tum quod à precatione atque pſalmodia eos retrahant quibuſcum loquuntur; tum etiam quod ſibi ipſi damnum concilient, ac ſimul ijs qui proximè adſtant, &c. De alijs porrò huius vocabuli ſignificationibus, actum eſt pluribus ſupra, hoc eodem Tomo 2. in Tract. de virtute, cap. 5. cuius initium eſt:* Si ante cunctos in Synaxim prodeas, &c.] *ac in noſtris ibidem Scholijs copioſius. ſicut & poſtea Paræneſ. 19. 20. & 21. noſtriſq; illic etiam Scholijs, vbi & plures Auctores de ratione & frequentatione atque obſeruatione Synaxis, citauimus. quo ideo Lectorem, in reliquis quæ hic dici potuiſſent, remittimus.*

Quare aduerſariæ cogitationes cernentes cladem ſibi illatam, tumultuari incipiunt, volentes fratris cogitationem diripere, &c.] *vbi alia lectio ſic:* atqui contrariȩ cogitationes, videntes damnum ſibi factam, tumultuantur; metuentes fratris cogitationem reprobare, atque in nihilum redigere, &c.] *at præcedens lectio magis probatur. legendumq; hic videtur σκυλεῦσαι, ſpoliare, diripere, &c. non autem σκυβαλεῦσαι, cùm neque ſit verbum hic accommodatum, neque vſitatum, ſed potius σκυβαλίζειν. neque etiam hoc loco ſignificatio illius ad rem facere videtur.*

D Tunc frater ad tres vel quatuor dies in interiore cubiculo cadauer recludit; ac poſtea aperit, cupiens cadauer videre. &c.] *Vbi Græcè eſt πτῶμα, quod etſi inter alia etiam caſum, ruinam, ac lapſum ſignificet; hic tamen illo vocabulo cadauer ſignificari, ſatis clarum eſt. à cadendo Latinè dictum, ſicut ἀπὸ τοῦ πίπτειν, πτῶμα, Græce. Neque poteſt hoc loco quid aliud ſignificare, cùm hic manifeſtè de illius mulieris loquatur cadauere, quam paullò antè imaginario enſe fingebat aperiri, &c. vel certè, de vero aliquo morticino alicuius animalis, ad reprimendam libidinem illud intelligit, &c. Cæterùm prior ſenſus de imaginario cadauere, magis placet: cùm & hic omnia imaginaria fingantur agi, contra illas imaginarias cogitationes turpes, &c. de quibus hic, & pluribus antea.*

Perpende mente, diem obitus tui chariſſime, quando obrigeſcens in tua iacebis tegeticula ſeu ſtorea.] *Hic non, ἐν τῷ ψιανδίῳ, vt in vno aut altero mendosè reperitur MS. ſed ἐν τῷ ψιαθίῳ, id eſt, in tegeticula ſeu ſtorea, legendum omninò. Per hunc autem modum loquendi, Auctorem voluiſſe mortem atque emigrationem ex hac vita denotare, quando exhalato nimirum ſpiritu cadauera in Storea reponi ſolent, vel hinc clariſſimum eſt. Cuius maiorem mihi fidem fecit, confirmationemq; notandam addidit, quòd in longè antiquiſſima & nobiliſſima orientali pictura, mihi ipſius S. Patris Ephræm vt iam mortui & ſuper Stoream repoſiti atque extenſi effigies, aliquando Romæ oſtenſa ſit à Cardinale Cremonenſi, poſtea Gregorio XIIII. in libro quodam venerandæ antiquitatis, quem ipſe à Maioribus ſuis acceptum, magni theſauri loco adſeruabat: ſicut ipſe mihi adhuc Cardinalis referre ſolebat.*

Pro fine: Cui gloria & potentia cum Patre initij experte, &c.] *al. breuius ſic concluditur:* Cui gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.] *at al. cum eiuſmodi interpunct.* Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſanemini. Quoniam Deo conuenit gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.] *& al.* vt ſanemini in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui gloria, in ſecula. Amen.

PARAENESIS QVADRAGESIMA SEPTIMA,

*Ad Monachum acediæ deditum, *qui tentabatur vt rediret ad ſeculum.*

DIXIT Dominus gloriæ: Intrate per anguſtam portam: quoniam lata & ſpatioſa eſt via quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui *inueniunt eam. Quid ſibi vult anguſta, & arcta via, quæ ducit in vitam æternam; & pauci ſunt qui inueniunt eam? Et quis eſt qui inuenit ipſam, pronuntiatque nobis vitam ipſius? *Sancti* omnes: per quam, vas electionis Paulus cucurrit; & conſummans curſum, B coronã reportauit. Ideoque viam eius adnuntiat nobis, dicens: In omnibus exhibentes noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſciẽtia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu Sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt ſeductores & veraces, ſicut qui ignoti & cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus: vt caſtigati, & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Et ſpes *noſtra firma eſt pro vobis: ſcientes quòd ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. Quare & nos fratres, debitores ſumus, vt eamdem teneamus viam vſque ad finem; in qua, etiam *ſtipendia fecimus. Vitam C quietam in ſolitudine agis? recordare eorum qui in carceribus concluſi *detinentur; qui non ſolum ibi incluſi ſunt, ſed etiam ferro circumdatum eſt ipſis collum: alij verò etiam in compedes coniecti ſunt. Eremiticam vitam degis? cogita paſtores ouium, qualia in ſolitudinibus & montibus pericula ſubeant: & quidem hyeme frigore obrigeſcunt, æſtate verò ſolis radijs exardeſcunt. In cœnobio viuis? cogita id quod ſcriptum eſt: multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum qui poſſidebat aliquid, ſuum eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia. Funiculos efficis? in mente habeto illos qui per mare nauigant: nam hi, cùm mari pugnantes, eamdem artem tractant. *Sportulas exiguas operaris*, quæ dicuntur *malacia? cogita *D brencarios. Pulchrè *& eleganter ſcribis? ædium fabricatores, & operis teſſellati atque exquiſiti effectores cogita: verumtamen diuinos ſermones in fide & veritate conſcriptos, ne deprauaueris. Quid enim eo maius peccatum eſt; reddere id quod eſt dulce, amarum; & quod amarum, dulce; lucem tenebras, & tenebras lucẽ, in ſubuerſionem *audientium? Væ facienti iſta: nam animarum ſcandala *ponit. Punctis diſtinctum opus efficis? caligarios & coriarios cogita. *Storeas* operaris? cogita eos, qui marmora ſecant. Chartam coccineam operaris? *coriarios cogita. Thecas ac peras operaris? canabarios cogita. Caniſtra operaris? cogita mundanos eãdem artem tractantes. Vermiculata *opera, antennaſve facis? ſcrinifices & vaſcularios cogita. Linum operaris? linifices cogita. *Lintea facis? ſericarios cogita. In piſtrino te conſtituerunt? lictores atque tortores cogita. In hortum te redegerunt? fullones cogita; qui hyemem æquè atq; æſtatem peragunt, in aquis ſuũ E opus facientes. In culina te poſuerũt? tinctores, *fabroſue ærarios cogita: qui quidem die noctuq; laborant, cum igne pugnantes; & alienæ poteſtati ſubiecti, turbatique ſuſtinent; & à principibus frequenter coacti * atque anguſtiati, ſuum opus non negligunt. Ianitorem te ſtatuerunt? ſeruos terrenorum principum cogita. Miniſtrum, ſiuẽ œconomum, vel præfectum aliorum te conſtituerunt? dicentem cogita: *Seniores ergo qui in vobis ſunt, obſecro, conſenior & teſtis Chriſti paſſionum qui & eius, quæ in futuro reuelanda eſt, gloriæ communicator: paſcite qui in vobis eſt, gregem Dei; prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deũ: neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè: neque vt dominantes in clero; ſed forma facti *gregis. Et cùm apparuerit Princeps paſtorum Chriſtus, percipietis im-*

marceſſi-

*al. qui dicebat: hinc recedo, & ad mundum reuertor.

Matth. 7. & Lucæ 13.

*al. qui intrant per eam.

2.Cor. 6.

2.Cor. 6.

2.Cor. 1.

*al. veſtra.

al. vt ſpes noſtra firma ſit, &c.

*al. militamus.

*al recluſi ſunt.

Actor. 4.

*μαλάκια.

*Βρεγχάριοι.

*al. Bibrarium agis? cogita clauſtrarios, & lapicidas.

*al. legentium.

*al. ſtatuit.

*al. caligarios

*al. calcearios.

*al. Scolacim aut antennam facis?

*al. Veſtes lineas facis?

*al. fabrilemve artem exercentes cogita.

*al. tormentis ſubiecti ac excruciati.

1.Pet. 5.

*al. ſed forma facti gregi, ex animo. ita vulg.

1.Pet. 5.

A marceſſibilem gloriæ coronam. Et ne cuncta ſigillatim recenſentes, in longum
protrahere videamur ſermonem: omne quod operatus fueris, & tedij atq; pigritiæ
tibi ſpiritum * inimicus in opere intulerit, ad ſimile aliquod opificium referas
animum, vt contradicas aduerſario. Quodcunque verò feceris, ſiue in opere, ſiue
in ſermone: teſtem tibi propriam adhibe conſcientiam, illud nimirum ſecūdùm
Deum eſſe, quod efficitur, & ſaluaberis. Dic autem & ipſe mihi, obſecro: Quòd ſi
abnegaueris gratiam eius, qui te in æternum ſuum vocauit regnum ac gloriam, &
ad ſeculū redieris; quid * facturus eris, vt putat cogitatio tua? aut potius quid tibi
ſuggerit hoſtis animarum noſtrarum? nempe, ſi datam tibi gratiam reieceris, te
eſſe regnaturum? Et ſi verò regnaueris, nonne & mors te excipiet? Si porrò etiam
facultates multas poſſederis, diuitiaſque in copia congregaueris; nonne alijs eas
relinquens, nudus hinc abibis? Secundùm dictum illud Apoſtoli: Nihil enim, inquit,
B intulimus in mundum, nec quid etiam auferre poterimus. Qui autem ſeminat
in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Secundùm hominem loquor:
Fratres * quòd ſi abnegaueris gratiam Domini, non erit apud alios ea de te quæ
fuit opinio prius, quàm vitam monaſticam inſtitueres: ſed apud amicos familiares,
ac propinquos, tanquam tranſgreſſor habeberis, & negator. Sed quis te auſpicari
coegit opus, quod implere nequires? an non & lex iſtud dicit? Scriptum
quippe habetur in lege: *Si quis eſt vir, & formidoloſus, ac meticuloſus corde, non
egrediatur ad bellum, ſed reuertatur in domum ſuam: ne pauere faciat cor fratris
ſui.* Nunc igitur quod exorſus es, etiam perficito. Quòd ſi etiam in peccato
aliquo præuentus fueris, ne in eo permaneas: ſed ad Dominum in veritate conuertaris.
C eſt enim in cælo, qui peccata eorum qui conuertuntur ad ipſum, delet.
Solùm cogitationibus temerarijs ne conſenſeris: neque enim leones, neque
dracones, nec barbari tantum nocere poterunt: quantum temeritas, morem ipſi
gerentibus. Nam multi initio hanc propulſantes, ſententijſque eius communicare
nolentes, etiam à barbaris in pretio ſunt habiti, leoneſque cum draconibus,
hos veriti ſunt. Flamma ignis non valuit capillos capitis eorum exurere:
neque enim inuenta in ipſis eſt materia malitiæ, ſed bonitatis. Temeritas verò
ſuos crudeliter cædit amatores: non enim eſt malitia, cuius non ſit mater temeritas.
Nam palam eſt, auaritiam omnium malorum eſſe radicem. Secundùm illud
Apoſtoli dictum: Radix omnium malorum eſt cupiditas. ab * ipſa verò radix
germinauit: nam ipſa malitiæ caudicibus ac ramis nutrimentum, incrementumque
præbet. Quid ea in mundo ſæuius atque atrocius? quippe quæ ſuos amatores
D hoſtibus tradit, & profugos reddit. Fugit enim impius, nemine perſequente:
Iuſtus autem tanquam leo confidit, in magna ſua libertate atque fiducia. A
temeritate porrò qui detentus eſt, non barbarorum cruciabitur manibus, non in
regione externa: verùm intus gignitur, intus alitur, & à proprijs cōtribulibus verberatur;
nulluſque pro eo qui roget, inuenitur. quamuis non occultè, ſed apertè
tormenta ipſi inferantur, non * ob actiones bonas, verùm propter temeritatem.
Cuncti eos, qui labuntur per illam, condemnant: cuncti iſtos accuſant. Nullus eſt
qui ſuccurrat, nullus qui liberet atque defendat. Si temeritatem ſecutus fueris, in
mortis penuaria deducet te. Hæc, etiam potentatus ſubuertit, & familias deſolauit,
Reges concuſſit, & in ruinam tradidit. Recede * igitur ab ea, frater chariſſime,
ne cōſtringaris vinculis eius; nam vincula ipſius ſunt ferrea, & * pedicæ eius æneę.
E Hæc ſuos amatores funditus euertit. & in hac vita ruinam ijs infauſtam parit, &
poſt mortem exitium. Et quod ipſius eſt nomen, niſi temeritas? odit veritatem,
mendacium diligit, diſciplinam nō admittit, admonitiones auerſatur ac reijcit.
Inſolentia & cōtumacia gaudet, reprehenſiones non ſuſcipit, voluptates nutrit:
Deum contemnit, non reueretur, non erubeſcit homines. Initium eius, priuatio
diuini timoris; finis verò ipſius pernicies, & * exitij hæreditas. Domine Domine,
qui oculos cæci à natiuitate aperuiſti, oculos quoque mentis noſtræ reſera; ne
in laqueos eius incidamus. Ne ergo diuinam repellamus gratiam, chariſſime. an
ignoras, quod gaudium in cælo erit maius ſuper vno homine peccatore pœnitentiam
agente, quàm ſuper nonaginta nouem, qui non errauerunt, & pœnitentia
non indigent? Quid porrò eſt tribulatio huius ſeculi, pariter & gaudiū in hoc
mundo chariſſime? Melius igitur eſt, tribulationes occurrentes ferre, quàm de-

* al. tentator.

*al. quid te facturū cogitas?

1. Timoth. 6.

Galat. 6.

* al. Frater, ſi reliqueris gratiam Domini, &c.

Deut. 20. iuxta LXX.

1. Timoth. 6.

* al. in ipſa.

Prouer. 28.

*al. non ob facinus egregium. ſed, &c. al. non ob factū otioſum.

*al. Recede ergò recede ab ea;

* al. pedes.

*al. & perditio ſeu exitium hæreditas,

Ioan. 9.

Matth. 18.

ceptiones. Nam ſimilis eſt gloria mundi huius, atque fallacia eius, flammę ignis, quæ appoſita ligna deuorauit, & mox exſtincta eſt, taliſque flamma in cinerem ac puluerem abijt. Qui verò tribulationes propter Dominum ſuſtinet, ſimilis eſt ei, qui domum ſuam ſuper petram Chriſtum ædificat.

*al reſipiſce, ad Chriſtū conuerſus abſcuro.

Recordare iudicij futuri, &c.

Conſideratio pulcherrima.

Propterea frater, *reſipiſcamus, & ad Chriſtum Dominum redeamus, obſecro. Meminerimus ineuitabilis tribunalis Dei, & iudicij æterni, infirmitatiſque naturæ noſtræ, oro. Quid culice minus ac vilius? & huius minas ſufferre nequimus. Quid ergo aduerſus venenatum & non quieſcentem vermem faciemus? Veſpera porrò facta, dicet quiſpiam; Lucernam accende, quia tenebræ ſunt: ad quid agemus in tenebris iſtis caliginoſis atque obſcuris? Quod ſi quis à ſolaribus vritur radijs, ad vmbram confugit: & quid contra inexſtinguibilem flammam *ignis, præſtabimus?

*al. gehennam.

Ab Exemplis.

Sumamus exemplum chariſſimi, à rebus quæ videntur, de iudicio futuro: In hoc ſeculo, ſi malum quis egerit, & ſciatur, & in cuſtodiam à mundi huius principibus miſſus fuerit; in qua putas anxietate atque pudore, erit in eo anima ipſius? Et licet ſæpè à domeſticis atq; familiaribus ei obſequia præſtentur, & à conſanguineis curetur, & ab amicis conſoletur, atq; à ſibi notis ac charis aſſiduè viſitetur; hiſceq; omnibus ſic perfruatur, non tamen ab ipſo dolor recedit. Denique verò poſt multa verba, ſiue per amicorum conſolationem, circumcurſationem, atque obſecrationem: ſiue etiam per pecuniarū donationem, fortè ſpem concipit, ſi ſuo aliquando tempore è cuſtodia libertatum iri. At ibi, qui à proproprijs condemnatus eſt operibus, non habet conſolatores atq; interceſſores? non circumcurſat pater, nō *aſſidens conſolatur mater. non ibi vxoris, & amicorum condolentia. non ibi adnuntiatio bona, non fama atq; auditio pacis, nec lux, nec ſonorus auium concentus, non ſolſtitiorum viciſſitudo, temporumque permutationes, non *muſicorum ſonus atque lætitia: nam cuncta iſta ab impijs ſublata ſunt; pars aūt eorum contraria. Sicut ſcriptum eſt: Pluit ſuper peccatores laqueos, ignis & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit *vultus eius. Deprecemur igitur Dominū ex tota anima, vt nos in tremenda illa hora protegat atque defendat. Nam in ijs qui ſaluantur, gaudet: quippe quibus præparauit, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt.

*al. adſiſtens.

*al neq; vocis Muſicorum ac gaudij.

Pſalm.10.

Ibidem.

*a. facies.

Eſa.64. & 1.Cor.2.

Hæc mente reuolue, & ad Dominum conuertere. Noli eſſe inſtar ſecuris in manu diaboli, quæ plātas excindit fructiferas: neque ſicut ventus exæſtuans, ac fructus bonos corrumpens. Non noſti chariſſime, quòd ſi vir quiſpiam in acie belli vulneratus *ex caſtris ceciderit, eum timiditatis materiam ſuis commilitionibus præbiturum? At tu quid dicatur, intellige: Si quis autem ſeipſum viriliter contra aduerſarios armauerit, etiam ſegniores atq; ignauiores corde, ſua excitabit alacritate.

*al. vulneratus ſit, & ab acie defecerit.

Non recordaris chariſſime, quali prius fueris compunctione præditus, quando ſolitariam vitam exorſus es? Vbi igitur illa compunctio, lachrymarum plena? Vbi cæleſte deſiderium, & non ſimulata modeſtia, morumque maturitas? Vbi, quæ ad cælum ſuſtulit humilitas? Vbi ſilentium, plenum intus orationibus? Vbi oculorum cuſtodia, cogitationes *purgans? Vbi charitas, Deum flectens? His porrò ſpretis etque remotis, quidnam tibi comparaſti? Iracundiam, excandeſcentiam, clamorem & blaſphemiam, intemperantiam, & impudentiam, & os effrænatum? Hei mihi, quomodo fructifera terra conuerſa eſt in ſalſuginem, à malitia habitantium in ea? Hæccine ſunt verba, quibus pactus es ſeruire Deo, & *exſpectare ſalutare eius? Iſtæ ſunt orationes, quibus precatus es Deum in tribulationibus tuis?

*al. quæ puras cogitationes parit?

Pſalm.106.

Hierem.12.

*al. & ſufferre crucem ipſius vſq; in finem?

Caueto chariſſime, ne fortè qui moleſtia te afficit, ſtudetque à fraternitate te abrumpere, ipſe mortem tibi accerbam turpemque conciliet. Vera *narro: Noui ego vnum atque alterum, ac tertium fratrem, à vita *ſolitaria receſſiſſe, & ad vitam ſecularem rediſſe, qui non durarunt in vita: ſed amara atque indecenti morte ſuam vitam finierunt. Quare ijs vt reſiſtas, te rogo frater, concupiſcentiamque reprimas: & non conſentias illis, qui te captiuare volunt. At ſurſum mentem frater chariſſime habeamus. ſurſum manus cum Moyſe tendamus, & Dominus cęcitate ipſos pro *nobis oppugnabit. Ne ergo timeas à facie eorum: nam ſæpe tibi ſuggerunt infirmitatem carnis, inappetentiam ſtomachi, ſuſpicionem Superioris, timorem Præfecti, prolixitatem temporis, ac priorem viuendi rationem, & carnalium paren-

*al. rem veram enarrabo.

*al. à monaſtica defeciſſe.

Exod.17.

*al. pro noſtra infirmitate.

A parentum memoriam: cunctaque iſta excitant, vt animam tuam obſideant, &
circumueniant. Non animo verſas, quòd ſi quis filium facinoroſum habeat, eum
leges in conſpectu parentum punire; & non eſt qui ipſum ex tortorum manibus
eripere poſſit? Quanto ergo magis, putas timore omnia plena erunt in iudico illo
futuro: vbi Reges atque tyranni, diuites & pauperes, graui tremore * detenti
adſiſtent. Deſcende ergo in teipſum frater chariſſime, & ne contemnas iuſtum
atque infallibilem iudicem, neque inexſtinguibilem vnquam flammam. Quòd
ſi paruipendas, vel hinc experire, an ignis aſperitatem, & tormentum ſuſtinere
poſſis: Lucernam accende, & extremitatem ſaltem digiti impone; & ſi ferre * queas
dolores, fortaſſe poteris teipſum etiam ibi iuuare. Sin autem totum corpus
tuum extra ignem ſit, & exigui huius membri dolores perferre nequeas: quid obſecro
B faciemus, quādo totum corpus cum anima in gehennam ignis proijcietur?
Sed dicet fortaſſe inſipientium aliquis: Ego quoque ſuſtinere vellem: verùm
quid agam? infirmus enim ſum, & negligens. nam ſi me ſaluari vellet Deus, etiam
patientiam mihi præberet. Venite, videte fratres animam captam, non à barbaris,
& gladio, verùm à temeritate atque malitia. Deum, cupientem omnem hominem
ſaluari, & ad veritatis agnitionem venire, accuſas & culpas: qui propter
nos peccatores, etiam Crucem ſuſtinuit? Ipſe inuitat, & dicit: Venite ad me omnes
qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper
vos, & diſcite à me, quoniam mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem
animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Rurſusque
ait: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.
Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Quo
igitur pacto dicis: ſi me Deus ſaluari vellet, patientiam mihi tribueret? cur ſic te
C fallit inimicus, vt eius acquieſcas conſilijs? cur tantum tibi conſciſcis damnum:
vt exuta ſtola gloriæ, teipſum ab Angelorum conuerſatione ſegreges, voluteriſque
in paſſionibus ignominiæ? Quorſum tibi, quorſum tibi hoc probrum, vt
audias dici te apoſtatam? Dicaturque * de te: Ecce qui Domini ſui ac Dei gratiam
adſpernatur? Cur hac te enecas morte, vt * videas te proijci in tenebras exteriores,
poſſidens fructum ignominiæ: alios verò fratres qui exſpectant ſalutare Domini,
videas coronari, & in gaudium Domini ſui introduci? At quò fugere poteris;
aut quis te locus excipiet fugientem à conſpectu Domini, quem repellere
cupis? Propterea ſuſtineamus obſecro, ne fortè in te veniat, quod ſcriptum eſt:
Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitæ, quàm poſt agnitionem retrorſum
conuerti ab eo, quod traditum eſt illis ſancto mandato. Contigit enim
D eis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro
luti. Alioque in loco ait Scriptura: Sed æſtimauerunt luſum eſſe vitam * noſtram,
& conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum. Cogitemus frater chariſſime,
nos peregrinos & aduenas eſſe in hoc ſeculo: nam multi qui manè ſurrexerunt,
* non peruenerunt ad veſperam: alij autem qui cubitum veſperi conceſſerunt,
non peruenerunt ad tempus * matutinum. Dicentem audi: Homo vanitati
ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prætereunt. Adhuc modicum præſtolare,
ac ſuſtine, oro frater dilectiſſime: nam qui perſeuerauerit vſque in finem,
hic ſaluus erit. Nemo enim nouit, an fortaſſe tempus reſolutionis noſtræ immineat:
& hanc ob cauſſam noſtræ inſoleſcunt & abundant tentationes. Ne ergo
puſillanimes ſimus, neque conuertamur retrorſum: at potius retroactorum obliti,
E ad ea quæ ante ſunt extendamut: vt ſimul cum ſponſo ingrediamur, priuſquam
fores occludantur. Ait enim Saluator: Vigilate & orate, quia neſcitis diem
neque horam. Et rurſus: ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit in aduentu filij
hominis. Sicut enim erat in diebus ante diluuium, comedentes & bibentes,
nubentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam,
& venit deluuium, & perdidit omnes. Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth:
Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant: qua die
autem exijt Loth à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit:
ſecundùm hæc erit, qua die filius hominis veniet. Quare noſtram ſalutem non
negligamus chariſſimi. Ecce enim diuinæ nobis Scripturę diem illum indicant:
vt per pœnitentiam: à ventura ſaluemur ira: vitamque poſſideamus æternam,

grata

A minore ad maius.

* al. correpti atque perculſi.

* al. & ſi ferre dolores nequeas, citò teipſum iuuare ibi poteris, &c.

1.Tim.6.

Matth.11.
Hierem.6.

Matth.7.21.
Marc.11.
Lucæ 11.

* al. in te.

* al. vt ſciens volens proijciaris &c.

2.Pet.2.

Prouerb.26.

Sapien.15.

* al. animam noſtram.

* al. ſurgant, nō perueniunt.

* al. ad diluculum.

Pſal.143.

Matth.10. & 24.

Philip.3.

Matth.25.

Matth.24.
Lucæ 17.
Geneſ.7.

Lucæ 17.

Geneſ.19.

A

grata & accepta operantes Domino. Si autem in priori tua perſeueres inobedientia, & in cogitatione turpis ſecuritatis atque ignauiæ verſeris: ſcias non ita multo poſt fore, vt excindaris. Verax quippe eſt, qui ait: Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum, exciditur, & in ignem mittitur. Audi porrò & fici parabolam: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in ea, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt, ex * quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram * occupat? At ille reſpondens, dicit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora, & ſiquidem fecerit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides eam. Vide igitur chariſſime, ne fortè præſcriptum tempus impleatur, aliudque tempus non inueniamus. Venite ergo adoremus, ac procidamus ipſi, & ploremus coram Domino qui fecit nos. Manus ad eum tuas attolle toto corde, lachrymansque ad ipſum accede, clamans ad eum cum Propheta: * Salua me de luto fecis, vt non infigar: libera me ab ijs qui oderunt me, & de profundis aquarum. Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum; neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me. Et ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ, & libera eam propter inimicos meos eripe me. Vt & ipſe viciſſim ad te dicat, quod ſcriptum eſt: Viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Tuque gratias bonitati eius agens, dicas: Exſpectans exſpectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit deprecationem meam. Et eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis: & ſtatuit ſuper petram pedes meos, & direxit greſſus meos. Et immiſit in os meum canticum nouum, carmen Deo noſtro. Videbunt multi, & timebunt, & ſperabunt in Domino. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Benedictus Dominus, qui virtutem ac potentiam dat populo ſuo: & benedictus Deus noſter in ſecula ſeculorum. Amen. Deus propitius eſto peccatis noſtris: quia tua eſt gloria, in ſeculorum ſecula, Amen.

Matth.3.
Ibidem.
Luc.13.
Matth.21.
Marc.11.
*al. ex quibus.
*al. locum abſq; fructu occupat?
B
Pſalm 94.
Pſalm.68.
*al. Eripe me.
Pſal.26.30.
Pſalm.39.
C

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

D

CVM Monacho acediæ dedito hìc tractat, qui tædij atque pigritiæ ſpiritu ductus, tentabatur, vt relicta vita Eremitica ac cœnobitica, rediret ad ſeculum. quẽ ideo hac ſua confirmare ſtudet Parænesi, eiq; perſuadere, vt in bono vitæ inſtituto perſeueret, nec ſe à via recta ſeduci abripiq; vllo modo ſinat: quare etiam quæ grauia atque difficilia ei videri poterant, ex collatione grauiorum atque difficiliorum, quæ ab alijs etiam ſecularibus patienter feruntur, ei leuiora atque faciliora reddit. cuiuſmodi inter alia quoque ſunt, varia ſecularũ hominum opificia, eaq; ſatis moleſta ac grauia, quorum comparationi, manualia Monachorum artificia, aliaq; eorum exercitia leuiora videbantur & faciliora. Ex quibus hìc aliquot opificiorum genera recenſet Auctor, quorum nomina partim apparent Syriaca, & partim à Syris deriuata ac Græcè inflexa. Latinis autem fortè minùs nota. quare etiam pleraq; ex illis in Latina noſtra tranſlatione hìc retinere, & vſurpare prorſus fuit neceſſe. Poſt multa verò Parænetica & aſcetica poſterius adiecta, & huc vtiliter relata, tandem ſub finem Parænesis, Parabolam fici ex Euangelio in medium adfert, ſuoq; inſtituto accommodat: & quomodo interea dum tempus ſuppetit. bene operandum ſit, ac ad Deum toto corde recurrendum, docet, &c. Parænesis ſanè vtilis eſt, & quæ legatur digna.

E

Parænesis 47. ad Monachum acediæ deditum, qui tentabatur vt rediret ad ſeculum.] *Cuius Inſcriptionis loco, alia reperitur eiuſmodi:* Parænesis ad Fratrem tædio vitæ Monaſticæ affectum, qui dicebat: Monachatum relinquo, & ad ſeculum reuertor.] *& al. ſic:* Ad Monachum tædij atque pigritiæ ſpiritu tentatum, & dicentem: hinc recedo, & in mundum abeo.] *al.* monaſterium deſero, & ad ſeculum me confero.] *& al.* Parænesis 48. ad Monachum quendam negligentię atque pigritiæ deditum, qui aiebat: dimitto eremum, ac vitam cœnobiticam, & mundum repeto. Domine benedic.] *& ſic de cæteris. Ponitur autem & al. iſta Parænesis, quadrageſima nona in ordine reliquarum.: & quidem rectè, connumeratis nimirum alijs duabus ſublatis, de quibus ſupra.*

Sportulas exiguas operaris quæ dicũtur malacia? cogita brencarios, &c.] *Vbi illud (μαλάκια) apparit*

A paret fuiſſe nomen tamquam proprium illius generis ſportularum, de quibus hîc agit: ſed quid, vel quales hoc loco per (τοὺς βρεγκαρίους) intelligat, quis diuinet? erat fortaſſe vox Syriaca, vel à Syris inflexa Græcè, ſicut pleræq; ſunt voces aliæ etiam hîc poſitæ, atque ad certa opificia illis in locis vſitata, in noſtris autem prouincijs minus nota (atque ideo etiam Latinis nominibus non expreſſa) denotanda, adhibitæ, quas poſt diligentem indaginem, vt melius potuimus probabilibus ſaltem coniecturis etiam περιφραστικῶς explicare hîc conati ſumus; & vbi prorſus exoticæ ſunt atque obſcuræ, neque vllam cum Græca aut Latina lingua affinitatem habent, eaſdem etiam in Latina noſtra traductione retinuimus, quomodo & hîc (Brencarios) conuertimus, quo vocabulo veriſimiliter ſignificantur opifices aliqui effectoribus ſportularum ſimiles, quod vel ex adiunctis hîc aliquo modo colligitur. & ſic de alijs nonnullis opificiorum nominibus hîc ſequentibus, quæ cùm planè Græca non videantur, à Syris fortaſſe mutuata ſunt, &c. quorum iccirco exactior vis & ſignificatio, ab externis, quibus iſta opificia & illorum nomina magis explorata ſunt, peti addiſciq; poterunt.

B Fugit enim impius nemine perſequente: iuſtus autem tanquam leo confidit, in magna ſua libertate atque fiducia.] *Locus eſt Prouerb. 28. vbi in vulg. ſic eſt:* Fugit impius nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit. *ſed ab edit. LXX. abeſt illud vlt.* in magna ſua libertate atque fiducia) *quod eſt apud Ephræm.* & (abſque terrore erit.) *ſicut eſt in vulg. atque iſtud de varia huius lectione. Quomodo porrò impius fugiat, nemine ipſum perſequente. S. Chryſoſtomus hunc ipſum Prouerb. locum alibi adducens, optimè oſtendit atque declarat:* Fugit (*inquit*) impius nemine perſequente: nam intus habet agentem conſcientiæ accuſatorem, & hunc vndiq; circumfert. & ſicut ſeipſum non poteſt fugere; ſic nec intrinſecus ipſum agentem: ſed quocunque abeat, flagellatur, & vulnus habet immedicabile. Sed non talis iuſtus, at qualis? audi: Iuſtus tanquam leo (*inquit*) confidit, &c.] *atque ita Chryſoſtomus, obiter hunc Prouerbiorum locum allegans & exponens, Tomo 5. in Homil. 8. ad popul. Antioch. cuius initium ibi eſt:* Audiſtis antea, quomodo omnis Scriptura conſolationem affert & refrigerium, &c.]

C *Nec diſſimilia ſunt, quæ nomine* (*τῆς κακοφροσύνης, id eſt, temeritatis*) *hîc in medium adfert Auctor, impium notans, qui nemine perſequente fugit, ſed intus affligitur & cruciatur.* A temeritate enim (*inquit*) & improbitate qui detentus eſt, non barbarorũ cruciabitur manibus, non in regione externa: verùm intus gignitur, intus alitur, & à proprijs contribulibus verberatur, &c.] *intelligens ſcilicet propria ipſum angi atque torqueri conſcientia, quæ continuè eum accuſat, reprehendit, & corripit, ſicut eſt in iam citato loco Chryſoſtomi, & deinceps hîc apud noſtrum Auctorem latius.*

Subijcit poſtea: Recede igitur ab ea frater chariſſime, ne conſtringaris vinculis ipſius, &c.] *In duplici alio MS. iſta cum geminatione ſic leguntur:* Recede ergo, recede ab ea chariſſime; ne colligeris vinculis ipſius. *Sequiturq;:* nam vincula ipſius ſunt ferrea & pedicæ eius æneæ.] *vbi prò* (*αἱ πέδαι αὐτῆς*, i. pedicæ eius) *al. hîc reperitur, οἱ πόδες αὐτῆς,* i. pedes eius ænei. *at melius & accommodatius hîc legitur, αἱ πέδαι αὐτῆς,* pedicæ eius.] *monet enim apertè, recedendum à temeritate & cupiditate, ne conſtringamur earum vinculis ferreis, &c. quorſum enim hîc pedum mentionem faceret, & qua occaſione, non ſatis perſpicio.*

D Lucernam accende, & extremitatem digiti impone: & ſi ferre queas dolores, fortaſſe poteris teipſum etiam ibi iuuare. Sin autem, &c.] *pro quo, al.* & ſi fortè dolores lucernæ ferre nequieris, citò teipſum iuuare ibi poteris, &c.] *ac præcedens lectio magis hîc inſtituto Auctoris ſeruit, membraq; orationis connectit, & ſententiam abſolutiorem reddit. Vtitur autem hîc παρομολογία, ſiue conceſſione figura oratoria, cum quadam ironia ſatis aperta. q. d. Quis dubitat fore, vt nequeas perferre lumen lucernæ? quanto minus igitur ignem illum æternum, &c. ſed iſta magis ex immediatè ibi ſubiectis confirmantur, patentq;.*

Nam multi qui manè ſurrexerunt, non peruenerunt ad veſperam, &c.] *Vbi alia lectio per præſens, iſta ſic reddit:* Multi enim qui manè ſurgunt, non peruenerunt vſque ad veſperam: alij verò qui cubitum veſperi concedunt, non peruenerunt vſque ad horam matutinam, & *al.* vſque ad diluculum, &c.] *vbi etſi vtraque quidem lectio bona ſit, poſterior tamen magis probatur placetq;: indicatur autem hîc miſeria, breuitas, & incertitudo vitæ humanæ. de qua pluribus apud Ephræm., Tom. 1. in duplici Oratione, de Morte, alibiq; ſparſim apud eum ſæpiſſimè.*

PARAENESIS QVADRAGES. OCTAVA,

De morum peruerſitate ac diſſolutione, & negligentia.

Quemadmodum gladius neruos incidit equo, & equitem deijcit: ita verſuta ac peruerſa mẽs vigorem animæ ſuccidit, & triſtitiam affert, triſtitia verò ſibi obuios deſtruit ac perimit. Quis enim cupidus adeundi ciuitatem *triginta ſtadijs diſtantem: & vbi viginti *nouem confecerit, vno adhuc reſtante & non confecto, dicet ſe eò perueniſſe?

*al. quadraginta ſtadijs. al. quinquaginta.
*al. 49. ſtadijs.

niſſe? hic quippe ex proprijs exijt, & ad ciuitatem quo pergebat non *peruenit. A Nam ſicut qui ad vndecimam horam venit, plenam mercedem accepit, velut cetiam cæteri qui pondus diei portârunt: ita & qui ad vndecimam vſque horam operatus eſt. Circa porrò * vndecimam horam, ſi inceperit euertere, & quæ plantata ſunt euellere: mercedem nullam percipiet. Cùm Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus dicat: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et iterum: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Nam vxor Lot, quòd retro reſpexerit, in ſtatuam ſalis verſa eſt. Quare etiam Apoſtolus, eorum quidem quæ retro ſunt obliuiſcens; at ea verò quæ ſunt priora ſeipſum extendens, ad deſtinatum perſequebatur. Et tu ergo chariſſime, ſuſtine, ac perſeuera. Nam mundus iſte tranſit, & concipiſcentia eius: B qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Peregrini enim ſumus, & aduenæ in hoc ſeculo. Si autem dum tempus habuerimus, in illo grata & accepta Domino operati fuerimus, mercedem referemus. Patientiam igitur poſſide frater dilecte. nam ſcriptum eſt: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Enoch ducentis * annis placuit Deo, poſtquam ipſe genuit Mathuſalem: & nos in breui hoc vitæ tempore negligentes ſumus? Reſiſte chariſſime cogitationibus noxijs, & dic cum eo, qui ait ac clamat: Chriſto confixus ſum cruci; viuo autem, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Quid enim proderit homini, ſi mundum lucretur vniuerſum, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Eccleſiaſte quoque proclamante: Vanitas vanitatum, & omnia C vanitas. Poſt tantam opulentiam ac gloriam, non amplius vanitati labores meos offeram, ne eas alij poſt meum hinc exitũ poſſideant, & ego interim pœnas pendam: verùm optimo & miſericordiſſimo Deo labores meos * offeram, præbenti poſt mortem vitam æternam, & paranti diligentibus ipſum, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcenderunt. Etiam chariſſime, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum, eritque in pace exitus tuus. Ibi iuſtos gaudentes videbis ob ſalutem tuam. Ibi, in ſinu Abrahæ, cum Lazaro demoraberis: paupertatem enim & inopiam elegiſti, tribulationem & anguſtiam ſuſtinuiſti, contumelias paſſus es, contemptiones non es auerſatus. Propterea cum lætitia in æterna tabernacula ſuſcipient te, vbi exulat luctus atque triſtitia, ac gemitus: Ibi vitam cernes & lucem veram, ac ſpem omnis creaturæ redemptorem animarum noſtrarum Ieſum Chriſtum regem gloriæ: & gaudebit cor tuum, & gaudium tuum nemo tollet à te. Ipſe porrò Dominus & Deus noD ſter, irreprehenſibiles nos tueatur atque cuſtodiat. Quoniam * ipſum decet gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

*al. non eſt ingreſſus.
Matth.20.
*al. duodecimã.
Matt 10.& 24.
Lucæ 9.
Geneſ. 19.
Lucæ 17.
Philip.3.
1.Iohan.2.
Heb.11. & 1.Pet.2.
Lucæ 21.
Ibidem.
Geneſ.5.
*al. 300.annis.
Galat.2.
Matth.16.
Marc.8.
Pſalm.118.
Eccl.12.
*al. producam.
Eſa.64.
1.Cor.2.
Pſalm.26.
Lucæ 16.
*al. Quia ipſius eſt potentia, & gloria, &c.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

PArenesis 48. De morum peruerſitate ac diſſolutione, & negligentia.] *Hunc nobis Titulum atque inſcriptionem ex pleriſq; hic delegimus. Loco cuius al. ſimpliciter eſt:* Parænesis περὶ κακοηθείας, *al.* Eiuſdem admonitio, de cacoethia, & negligentia. *In alijs autem atque alijs codicibus, iſta Parænesis nunc in ordine reliquarũ ponitur quadrageſima ſeptima, nunc 48. vt hîc, nunc etiam* B *49. & 50.] Ad nomina porrò* (κακοήθης, & κακοήθεια,) *quod attinet, licet illa aliam atque aliam admittant ſignificationem, &* κακοήθης, *apud Deum, ſic* ἀντίθετον τοῦ εὐήθης, *qui dicitur ſimplex, fatuus, & c.* κακοήθης, *verò aſtutus, verſutus, veterator, malignus, &c. hoc tamen loco videtur potius Auctor morum peruerſitatem quandam ac diſſolutionem nomine* (τῆς κακοηθείας *ſignificare, &c.*

Quis enim cupidus adeundi ciuitatem triginta ſtadijs diſtantem, & vbi viginti nouem confecerit, &c.] *vbi in alijs atque alijs mmſſ. pro* (στάδια τριάκοντα. *i. ſtad. triginta) vt hic eſt, reperitur poſitum* (στάδια πεντήκοντα, *i.* ſtad. quinquaginta, *ac poſtea pro* (εἴκοσι ἐννέα, *i.* viginti nouem,) *eſt* τεσσαράκοντα ἐννέα, *i.* quadraginta nouem. *legiturq; ibi hoc modo:* Quis enim aliquando volens abire ad ciuitatem ſtadijs quinquaginta diſtantem, & ſi quadtaginta nouem perfecerit, vnum verò non confecerit, hic ex proprijs exiuit, & in ciuitatem quo tendebat, non eſt ingreſſus, &c.

Enoch ducentis annis placuit Deo, poſtquam ipſe genuit Mathuſalem, &c.] *vbi editio 70. in numero annorum 200. cum Auctore noſtro concordat: ſed diſcordat vulg. vbi trecenti anni recenſentur.*

legiturq;

A *legiturq; ibi ſic:* Et ambulauit Enoch cum Deo: & vixit Enoch poſtquam genuit Mathuſalem, trecentis annis, &c.] *ita Geneſ. 5.*

Poſt tantam opulentiam ac gloriam, non amplius vanitati labores meos offeram, &c.] *Ne cui hic ſcrupulus oriatur atque dubitatio, ſub cuius perſona, iſta proferantur; ipſius Ephræm, an Salomonis? Dicimus breuiter, planè iſta verba videri dicta ſub perſona Salomonis, qui opibus ac gloria in mundo claruit, (Ephræm autem non item) cuiuſque immediatè hic præcedentia erant verba:* Vanitas vanitatum, &c. *quorum occaſione etiam iſta eum depromentem verba prèfingit Auctor, idq; ad contemptum gloriæ ac vanitatis mundanæ: & vt hinc diſcamus, labores noſtros ſemper ad Deum referre, ſi certa præmia conſequi voluerimus.*

B PARAENESIS QVADRAGESIMA NONA,

*De * Differentia, atque præſtantia vitæ Monaſticæ, ſupra vitam ſecularem.*

*al. De differentia vitæ Monaſticæ, & vitæ ſecularis.

FRater chariſſime, ſi abdicata vita ſeculari factus ſis Monaches, ſobrium ac vigilantem te præbe, quia multæ ſunt inſidiæ inimici: ne fortè locum ac ſpacium inueniens, tibi ſuggerat res huiuſmodi: Ecce, * inquiens, renuntiaſti ſeculo, ac proprijs; quid inde tibi lucri acceſſit? Nunquid * ecce etiã feræ in ſuis conquieſcunt antris? Tu ergo increpa eum, dicens: Dominus delebit, profligabitque diabole, quia hominem quem ad propriam imaginem ac ſimilitudinem fecit, tu feris ratione carentibus comparas, non deſenis ſubuertere vias Domini rectas ac C planas? De differentia verò huius, & illius audi: Primum quidem, qui cupit fieri Monachus, renuntiat ſeculo, renuntiat propriæ voluntati, accipitque crucem ſuam, & Saluatorem noſtrum Chriſtum ſequitur, non contentioſè agit, non maledicit, non peierat, non diffamat, non meditatur verba * mẽdacia, per loquacem & nugacem philoſophiam. temperans eſt, non deliciatur. cunctos Dei Angelos ſibi amicos habet, inimicum autem diabolum, non affligit agricolam, non violat viduam, non rapit quæ inopis ſunt, non ſæuit in orphanos, non furit in diuitijs: contentus viuit præſentibus, nõ eſt ſolicitus de familia, aut quomodo vxori placeat. non cogitat ſtipendia facere ſuiſmet filijs, aut quo pacto filias nuptiui tradat. non eſt conſtrictus diſtractionum vinculis, verùm dat ſuæ operam ſaluti, non eſt elatus: verùm humiliter ſentit & agit, verùm benignus eſt & manſuetus. pſallit, & non tragædias excitat. precatur, & non mente vagatur. non fluctibus & vndis D negotiorum huius vitæ agitatur. nõ curat quomodo gloriam atq; exiſtimationẽ ſibi terrenam comparet. Pro tibijs ac tympanis, alijsque inſtrumentis muſicis, Domino pſallit & orat. Plangit & lachrymatur in intimis * penetralibus, & domus, & animę, remiſſionem peccatorũ depoſcens. Dum orat, etiam pro vniuerſo etiam precatur mundo. Non ad vana accedit ſpectacula, ſed ad viros ſanctos. pro aula, ſolitudinem conſectatur. Declinat periuria, & animas eorum qui illis delectantur. Manus extẽdit ad res vtiles, & opificia, ad lectionem diuinarum Scripturarum. Non eſt ſollicitus de parentibus, neque de rebus terrenis. Promiſſiones Saluatoris mente perpendit, & in eo recreatur ſpiritus eius, doloremque curat ac fugat. Corporalis occurrit infirmitas, gaudet quia prope eſt corona. Tædium atq; pigritia ingruit; * exſpectat à Domino patientiam. Damnum aliquod terrenum emergit, diem ſui obitus mente recolit, quia omnia hic remanent. A voluptate vexatur carnali, acerbitatem tormẽtorum animo verſat. Accidit in eum calumnia; patienter fert, quia prope eſt qui iuſtificet ipſum. Infertur ei iniuria & cruciatus, paſſiones Saluatoris noſtri cogitat. Contingit ſuperbia: recordatur quòd per * ignem tranſiturus ſit. Iſta gratiarum ſunt dona, rectè Domino ſeruiẽtibus conceſſa, & quæcunque decent ſanctos. Te porrò diabolum, re infecta auertet Dominus ab inſtitutis tuis peſſimis. Etiã chariſſime, dicentem audi: Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis: appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. ſimul & pro me miſero deprecans, quia iniquitates meæ caput meum ſupergreſſæ ſunt: vt bonus Dominus * miſericordia ductus, cuſtodit & ſaluet nos in ſuo regno ac gloria, qui deſperatorũ ſpes eſt. Quoniam ipſi gloria, & fortitudo atq; potentia, & regnum, * Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

*al. & dicat: Ecce renuntiaſti.

*al. Ecce etiam feræ, &c. abſque interrog.

Differentia vitæ Monaſticæ & ſecularis.

*al. verba mendacij.

Vitæ monaſticę inſtituta & commoda.

*al. in intimis penetralibus ædium animæ.

*al. ſuccedit à Domino patientia.

*De Purgatorij igne, hic locus intelligendus.

Iacob. 4.

Pſal. 37.

*al. vt bonus & miſericors Dominus.

*al. & regnum Patri initij experti, & cõſubſtantiali Filio, & ſancto ac viuifico Spiritui. &c.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

DE differentia vitæ Monaſticæ & ſecularis, plurimi ex veteribus Græcis atque Latinis egerunt, vt hoc loco S. Ephræm, & ſuprà poſt Serm. aſcet. in illud: Attende tibi, cap. 9. vbi inter alia, elegantem comparationem & differentiam ponit vitæ ſæcularis & monaſticæ. poſt med. hoc eodē Tomo 2. & alibi ſparſim & incidenter pluribus in locis. S. Chryſoſt. in cap. Matth. 21 Homil. 69 ante med. Tom. 2. item in libello de comparatione Regis & Monachi, Tomo 5. vbi confert eum qui in veriſſima ac Chriſtiana philoſophia vitam degit monaſticam cum ſummo quoque huius mundi Principe; multaq; in hanc rem lectu digna ibi affert. Et lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſt. ibi: Hæc ferè ſola eſt in vtroq; genere vitæ differentia, quòd illi quidem ſe matrimonij vinculis conſtringunt: hi verò liberi perdurant, &c.] *De quibus ibid. plura in ſequentibus eod. lib. ac Tomo 5. Plura de his quoque apud alios Patres inuenies ſupra citatos in noſtris Schol. hoc eodem Tom. 2. in cap. 9. de Virtut. quod ſic apud Ephræm incipit:* Conſidera habitum quo indutus es. ô Monache, &c.

De differentia, atque præſtantia vitæ Monaſticæ ſupra vitam ſecularem.] *Pro iſta inſcriptione, in nonnullis mmſſ. Cod. ſic legitur:* De differentia vitæ monaſticæ, & vitæ ſecularis.] *alias verò ſic:* De vitæ ſolitariæ præſtantia ſupra vitam ſecularem.] *al.* Quantum à ſecularibus differat vita Monachorum.] *At parum refert quomodo hic legatur, cùm quaſi in idem omnes iſti tituli ſeu inſcriptiones coincidant, & de omnibus hic æquè agatur.*

Nunquid ecce etiam feræ in ſuis conquieſcunt antris? *Aliâs, ſine Interrogatione leguntur iſta ſic:* Ecce etiam ferę in ſuis conquieſcunt latitantque antris.] *Sunt autem illuſoria, & deceptoria hæc verba inimici, q. d. reliquiſti ſeculum & cōmunem vitam hominum, ſuſcepiſti autem iam vitam ferarum, & quid inde tibi lucri, &c. Cui improbæ ſuggeſtioni, vt occurrendum ſit & reſiſtendum. Auctor pulchrè hic oſtendit, & differentiam atque præſtantiam vitæ Monaſticæ ſupra vitam ſecularem deinceps ponit, luculenterq; declarat, ac laudes plures Monaſtici inſtituti in medium adducit.*

Contingit ſuperbia: recordatur quod per ignem tranſiturus ſit, &c.] *De Purgatorij igne, hic Auctoris locus intelligendus eſt. reſpicit enim ad illud Apoſt. 1. Cor. 3.* Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamē quaſi per ignem, &c.] *Quem etiam Pauli locum S. Auguſtin. in tractatu ſuper Pſalmum trigeſimum ſecundum, de igne Purgatorij intelligens atque declarans, ſic loquitur: Quia (inquit) dicitur, ſaluus erit, contemnitur ille ignis: ita planè, quamuis ſalui per ignem; grauior tamen erit ille ignis, quam quidquid poteſt homo pati in hac vita, &c. Rurſusq; in libro de vera & falſa pœnitentia, cap. 18. hæc adducit: Prius purgādus eſt igne purgationis, qui in aliud ſeculum diſtulit fructum conuerſionis. Hic autem ignis etſi æternus non ſit, miro tamen modo eſt grauis, &c. ac paullò ibidem poſtea: Studeat ergo quilibet ſic delicta corrigere, vt poſt mortem non oporteat talem pœnam tolerare, &c. Idemq; in Serm. 41. de Sanctis (qui eſt quartus in commemoratione animarum) affirmans, dicit: Ita peccata in hoc ſeculo purgentur, vt in futuro ille ignis purgatorius aut non inueniat, aut certè parum inueniat quod exurat, &c. Quin & illius S. Gregor. clariſſimè meminit, vt quarto libro ſuorum Dialog. cap 39. vbi dicit: Qualis hinc quiſque egreditur, talis in iudicio præſentatur: ſed tamē de quibuſdam leuibus culpis, eſſe ante iudicium Purgatorij ignem, credendum eſt. &c. Alibiq; aſperitatem ac rigorem illius ignis declarans, dicit: ſcio futurum eſſe, vt poſt huius vitæ exitum, alij flammis expientur purgatorijs, alij ſententiam æternæ ſubeant damnationis. Sed quia illum tranſitorium ignem omni tribulatione æſtimo præſenti intolerabiliorem, non ſolùm in furore æternæ damnationis opto non argui, ſed etiam in ira tranſeuntis timeo correptionis purgari, &c, ita S Gregorius in explanatione primi verſiculi, ſuper tertium Pſalmum pœnitentialem:* Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.] *Et ante Magnum hunc Gregorium, etiam alius Gregorius dictus Nyſſenus, magni Baſilij frater, in Oratione non eſſe dolendum ob eorum obitum, qui in fide obdormierunt, &c. ſic apertis verbis de Purgatorij igne inter alia loquitur: Quare vt ſimul etiam humanæ naturæ relinqueretur dignitas liberæ voluntatis, & ipſum auferretur malum; hanc diuina ſapientia rationem excogitauit, vt in ijs hominem eſſe ſineret, quæ ſibi ipſe elegiſſet, quo guſtatis malis, quæ concupiuerat, experiendoq; diſcens, quibus commutaſſet, ea cupiditate rurſum incenderetur, vt vitiorum perturbationumq;, quæ rationi inimicæ ſunt, onere depoſito; & vel in præſenti vita precibus ſapientiæq; ſtudio purgatus, vel poſt obitum per expurgantis ignis fornacem expiatus, ad priſtinam vellet redire felicitatem, &c. At non longè ibidem poſtea, ſic: Si autem quò perturbationum impetus ducet, inclinabit, beſtiarumq; pellem ad vitia miniſtram & adiutricem adhibebit; aliud ei deinde ineundum erit conſilium, vt ad bonum perueniat: cum è corpore egreſſus, cognita, quæ inter virtutem & vitium eſt differentia, non poterit diuinitatis particeps fieri, niſi maculas animo immixtas purgatorius ignis abſtulerit, &c.] Paucisq; interiectis, ibidem additur: Alijs autem poſt hanc vitam purgatorio igne, materiæ labes, & propenſionem ad malum abſtergentibus, & ad gratiam initio naturæ conceſſam voluntaria bonorum cupiditate redeuntibus, &c. Ecce igitur Purgatorij ignem, tot SS. Patrum Auctoritatibus ac locis contra hæreticos noſtri temporis demonſtratum atque probatum. De quo, & alibi ſparſim ſæpius apud Ephræm,*

Vt bonus

Vt bonus Dominus miſericordia ductus, cuſtodiat & ſaluet nos in ſuo regno, ac gloria, qui deſperatorum ſpes eſt.] *Vbi alia ſic habet lectio:* Vt bonus & miſericors Deus, nos in ſuiipſius conſeruet, ſaluetque regnum ac gloriam, qui deſperantium ſpes eſt.] *At in vno aut altero MS. al. hic reperitur (ἡ τῶν ἀπεγνωσμένων ἐλπὶς, i. quæ deſperatorum ſpes eſt) vt illud (quæ) ad τὴν δόξαν, i. gloriam referatur; ſed quàm rectè, iudicat eruditi: mihi quidem omnino hic legendum videtur* (qui deſperantium, ſeu deſperatorum ſpes eſt) *vt alia habet lectio. nam planè referendum videtur illud (ἡ ἐλπὶς) ad ipſum Dominum, & non ad gloriam. cùm & aliâs ſubeſſet ſolœciſmus in (τὴν δόξαν ἡ ἐλπὶς,.) & hic non obſcurè repugnet, vt ſit gloria & ſpes deſperatorum, &c. Cui accedit quod (ὁ κύριος, i. Dominus) ſit rectus caſus, & ſententia eſt optima, ac modus loquendi vſitatus, vt dicatur Dominus ſpes deſperatorũ, i. qui nullam habent aliam ſpem in alijs rebus, &c, vt frequenter & alibi loquitur Auctor.*

Quoniam ipſi gloria, & fortitudo atque potentia, & regnum, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, nunc & ſemper, &c.] *. Pro iſtis poſtremis Epilogi verbis, in alio Græco MS. ſic habettr:* Quoniam ipſi gloria, fortitudo & potentia, & regnum Patri initij experti, & conſubſtantiali Filio, & Sancto ac viuifico Spiritui nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.] *& al.* Ipſi omnis honor & gloria, imperium atque potentia, in ſecula ſeculorum. Amen.] *Quas ex diuerſis Codic. lectiones hic adduxi, vt quam ex ijs maluerit Lector, ſibi eligat & ſequatur.*

EIVSDEM

PARAENESIS QVINQAGESIMA,

*Quæ * commonitoria eſt, & catechetica ad Monachos.*

*al. Adhortatio, ſiue Catecheſis ad Monachos.

VEnite dilecti mei, venite patres fratreſque mei, grex Saluatoris electe; operemur bonum donec hæc duret celebritas. Oculos veſtros adimplete lachrymis, & confeſtim oculi cordis veſtri aperientur. Verba vitæ loquimini ad inuicem: & è veſtigio, cordis compunctionem ſentietis. Bene ſentite de regno ac paradiſo: & mox res terrenas contemnetis. Nullus per ſocordiam atque negligentiam animo percellatur: neque in puſillanimitatem veniat, neque pauore quis perfundatur, aut ſopore obruatur. Sed* audacter Deum imploremus, & Saluatori noſtro deſeruiamus. Corda quoque noſtra ſtudioſè Spiritus ſancti ope emundemus. Ignoſcamus nobis mutuo, ex toto corde: ſiquidem ſerui ſumus Dei, omnis mendacij expertis. qui dixit: Amen amen dico vobis, niſi ex toto corde remiſeritis peccata veſtra alterutrum: nec Parer veſter cæleſtis remittet vobis peccata veſtra. Quin & per ſanctos ſuos Apoſtolos deſignauit nobis, quoties fratri ignoſcēdum ſit. Dicente enim Petro: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties? Ait illi Dominus: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. At nos ſubinde ne tertiò quidem, in die nobis mutuo ignoſcimus. Quamobrem vos obſecro chariſſimi mei, ſupplexque oro ô amici mei: ſobrij eſtote ac vigilate hoc tempore exiguo, & ad vndecimam hanc horam contendite. Appropinquauit iam veſpera, & retributor mercedis cum gloria aduenit, redditurus vnicuique ſecundùm opera ſua. Attendite vobis ipſis; ne quis veſtrum, honeſtè atque ex virtute viuens, nimium de ſe præſumat: negligenſque immenſam eius remunerationem deperdat. Similis enim eſt Monaches agro ſeminato, qui pluuia ac rore rigatus incrementum capit, lętitiæque fructum fructificat: ſed cùm iam ad ipſum fructum peruenerit, maiorem ſollicitudinem bono agricolæ ingerit: ſollicitus namque peruigilat, timēs ne vel repentina grandine, vel à peccatoribus campi, ſua ſata deſtruantur. Sic & Monachus donec in hoc corpore vitam duxerit, quotidie de immortali vita curet ſollicituſque ſit, neceſſe eſt: ne per ſegnitiem, in vanum cucurriſſe reperiatur. Gloriatur exultatque agricola, quando ſuam meſſem iam congregarit, & compenſationem laborum receperit: eundem in modum gaudebunt exultabuntque Angeli Dei in cælis, quando quis timens Deum, conſummauerit curſum ſuum. Agricola, horreis ſuis repletis, & in ſecuritate iam poſitus, genio indulget, & gloriatur: Monachus quoque in ſuo conſtitutus horreo, hoc eſt, in*monumento; confeſtimque diuitijs eius in cælum

Negotiandũ bene, quandiũ præſentis lucis nũdinæ celebrantur.

*al. ſed proni, Dominum noſtrũ inuocemus.

Matth. 18.

Matth. 6. 18. Lucæ 17.

Matth. 20.

Matth. 16 20. Rom. 2. & 2. Tim. 4. Apoc. 22. &c.

Agro ſeminato vt comparetur Monachus.

Agricolæ boni commendatio.

*al. in mãſione vitæ æternæ.

perlatis, exultat. Sobrii igitur ſimus & vigilemus chariſſimi; vigilemus inquam, quamdiu in prœlio aduerſus hoſtem cõſtituti erimus. Illius quidem pugna ſemper eſt præſto: ſed ipſe debilis eſt atque infirmus. Noſter verò Dominus fortis præliator, his qui alacriter certauerint, virtutem largitur, & coronam immarceſſibilem. *Sicut enim à vehementi vento puluis impellitur, & ſubmouetur: ita etiam aduerſarius noſter diabolus impugnatur fugaturque, quando noſtris vocibus diuinas laudes perſonamus, ac preces lachrymasque Deo exhibemus.* Quocirca nemo hic ſit ſegnis, metuve * frangatur: ſed qui fortem ſe ſentit, infirmiorem ſuſcipiat. qui alacritate valet, puſillanimem conſoletur. Qui vigil eſt, ſomno * grauatum excitet. Qui per ſe modeſtus eſt, immodeſtum admoneat. Qui continens eſt, inordinatum increpet. Hoc namque modo ſimul conſpirantes, pariterque victoriam de aduerſario noſtro reportantes, eum confundimus, & Deum noſtrum glorioſa celebratione colimus. *Sancti quoque ſuper nos gaudebunt Angeli*, & qui nos vident, audiuntque de nobis, ædificabuntur. Paradiſus refertus fructibus lætitiæ, & floribus diuerſi generis, eſt multitudo Monachorũ, in idipſum in charitate Dei exornata atque ordinata. Fons pulcher, & aquis ſcatens, quibus multitudo irrigatur plantarum, eſt multitudo Monachorum, ſuam pſalmodiam in lachrymis irrigantium. Ciuitas muris circundata atque munita, eſt multitudo Monachorum, in * idipſum inuicem * conſpirantes in charitate Chriſti. Diadema pretioſum ex pretioſis lapillis, ſpecioſiſque margaritis contextum, eſt Monachorum multitudo, in idipſum ad omne opus bonũ pulchrumque adornata. Nauis plena regalibus diuitijs, eſt Monachorum multitudo, in idipſum Chriſti dilectione, referta. Oliua * ſplendida atq; frugifera, eſt multitudo Monachorũ in idipſum circũornata, & confirmata in dilectione Chriſti. Imago regalis, admirabilem adſpectum quorumcunq; ſelectiſſimorum colorum ac florũ continens, eſt multitudo Monachorum, in idipſum varietate virtutũ decorata. Caſtra ſanctorum Angelorum, multitudo eſt Monachorum in idipſum bene ordinata, mentem ſuam ad Deum ſemper eleuatam habentium. *Sicut mel & fauus in ore, ita reſponſio fratris ad proximum ſuum, cum dilectione & humilitate.* Quemadmodum aqua frigida, æſtu * nimio eſt ſitienti: ita conſolationis verbum eſt fratri in tribulatione ipſius. Quemadmodum qui cadenti manum dat, erigit illum: ita & animam ſegnem atque puſillanimem excitat verbum vitę & conſolationis. Quemadmodum ſemen bonum atque electum in terra * bona & optima: ita bonæ cogitationes, in mente monachi. Quemadmodum lucida lampas in obſcuro loco relucens: ita Monachus ſobrietati mentis & cordis vacans, tempore ſuæ pſalmodiæ. Quemadmodam connexio bona ac * fortis in ædificio: ita longanimitas in corde Monachi. Quemadmodum onus * intolerabile, viro debili atque infirmo: ita & monachi ſomnus, tempore ſuæ pſalmodiæ. Quemadmodũ * vincula & catenæ, aquilæ: ita & Monacho, ſollicitudines mundi. Quemadmodum ſpinæ, & tribuli inter ſata optima: ita malæ & ſordidæ cogitationes, in anima monachi. Quemadmodum cancer, dum curatur, & putreſcit, & numquam curationem abſolutam admittens: ita iniuriarum memoria, in anima monachi. Quemadmodum à verme corrumpitur lignum: ita & ab inimicitia labefactatur * animus monachi. Quemadmodum à tinea corrumpitur veſtimentum: ita à detractione mens monachi. Quemadmodum * lignum altum ac ſpecioſum, ſed infructuoſum: ita ſuperbus & inſolens Monachus. Quemadmodum fructus pulcher quidem & delectabilis exterius, putridus autem interius: ita Monachus inuidus ac æmulus. Quemadmodum quis lapidem iactans in limpidiſſimũ fontem, conturbat eum: ita * iracundi monachi reſponſio commouet mentem proximi ſui. Quemadmodum quis coram Rege aſtans, & cum eo colloquens, à conſeruo autem ſuo vocatus, Rege relicto, cum illo ſermones miſcet: ita Monachus, qui in ſua pſalmodia cum Deo colloquitur, intentione interim mentis ſuæ alio reflexa. Intelligamus igitur ac conſideremus dilectiſſimi, coram quo conſtituti ſimus. Quemadmodum enim Angeli Dei, cum timore & tremore collaudantes Dominum, coram eo adſiſtunt: ita & nos puro corde, & cum reuerentia atq; timore coram Deo conſiſtere oportet, vt in die iudicij miſericordiam conſequamur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: Cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

1.Pet.5.
Epheſ.6.
Cõſolatio piorum maxima.
1.Pet.5.
* al. aut tẽtationibus terreatur.
* al. correptum, & oppreſſum.
Lucæ 15.
Multitudo ac congregatio Monachorum, quid?
* ἐπὶ τὸ αὐτό.
* συγκροτοῦντες.
* al. Olea ſpecioſa ac fertilis.
Multitudo Monachorum, vt Caſtra Angelorum.
* al. nimio ęſtuante calore.
Matth. 13.
* al. in terra pingui, & culta.
* al. firma.
* al. põdus ſalis.
* al. Quod aquilę nexus, & catenæ: id Monacho eſt ſeculi cura.
* γάγγραινα.
* al. cor.
Prouer. 25.
* al. arbor alta.
* al. cum ira.
Mẽtis euagatio atque diſtractio in orationibus ac Diuinis officijs, reprehenditur.
Debere pſallentes, corpore & mente Deo adſiſtere.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

HAC Paræneſe (quæ & νουθεσία, id eſt, admonitio, & κατήχησις, i. inſtructio ad Monachos, al. inſcribitur) Auctor multa in medium pulchra, vtilia, ac lectu digna, Religioſorumq́; inſtitutis plurimum ſeruientia adducit. Negotiandum bene hic docet, quàm diu præſentis lucis nundinæ à Deo celebrantur: quare etiam ad bonorum operum negotiationes, emendationemq́; vitæ, ac ad purius diligentiuſq́; omni excuſſo torpore atque ſegnitie Deo inſeruiendum, cunctos hortatur & excitat. Agro ſeminato vt rectè comparentur Monachi, oſtendit; & comparationis rationem reddit. multaſq́; notandas Similitudines adfert, quibus pulchrè & accommodatè varia cum Monachorum inſtitutis confert; & in quibus, Monachi boni à malis atque irregulatis differant, plenè perſpicueq́ue ex varijs illorum conditionibus per ſimilitudines demonſtrat. Et denique quomodo Diuinorum officiorum, ac pſalmodiæ & orationis temporibus, oporteat citra omnem mentis euagationem atque diſtractionem, corpore & mente Deo diligenter & reuerenter adſiſtere, patefecit, &c. Reperitur autem iſta Auctoris noſtri Admonitio ac catecheſis Græcè, in quodam longè antiquiſſimo MS. Cryptafer. vt hic eſt Latinè à nobis reddita.

Quocirca nemo hic ſit ſegnis, metuve frangatur; ſed qui fortem ſe ſentit, infirmiorem ſuſcipiat, &c.] *Vbi in alio ſic reperitur Cod.* Nemo igitur negligat, nullus reformidet: verùm qui viribus valet, infirmos adiuuet atque ſuſtentet. qui alacritate ac promptitudine pollet, puſillanimes conſuletur, qui vigil eſt & experrectus, ſomno oppreſſos excitet, qui conſtans eſt, inconſtantes corripiat: & qui continentiam colit, incontinentes coarguat, &c.] *alia verò lectio ſic ſe habet:* Nullus ergo ſegnem ac meticuloſum hic ſe gerat: ſed qui fortis eſt, infirmiorem adiunare ſtudeat. & qui alacer eſt, puſillanimi ſolatium præbeat. qui vigilat, ſomnolentum ſuſcitet. qui firmus eſt ac ſtabilis, infirmum commoneat atque confirmet. qui temperans & modeſtus eſt, inordinatum obiurget, &c.] *ſed quomodo hic legatur, parum referre videtur, cùm iſtæ lectiones ſenſu quaſi per omnia coincidant æquipolleantq́;. Atque hinc, deinceps ſequentia ferè omnia licet verbis nonnihil mutatis reperiuntur etiam in Serm. longo Tertij tom. qui apud Ephræm ibi incipit:* ὁ πόνος τὸν λέγειν ἀναγκάζει με, *id eſt, Dolor me in verba compellit, &c. non longe à fine Serm. vbi poſtea & plura alia huc etiam facientia adduntur.*

Paradiſus refertus fructibus lætitiæ, & floribus diuerſi generis, eſt multitudo Monachorum in idipſum in charitate Dei exornatorum.] *vbi & al. ſic:* Paradiſus, lætitiæ fructibus, varijſque floribus plenus, eſt Monachorum multitudo in idipſum in dilectione Dei adornata.] *at al. hoc modo:* Paradiſus eſt plenus iuſtitiæ fructibus, varijſque virtutibus, multitudo Monachorum vnanimis, charitatis ornamento lucentium, &c.] *vbi nota, non tantùm hic dici multitudinem, ſed vnanimem, ſed charitate reſplendentium, &c. quòd hiſce virtutibus cœtum Monachorum cum primis decorari oporteat, ſicut non ſemel repetit alibi.*

Quemadmodum qui cadenti manum porrigit, erigit illum: ita & animam ſegnem excitat verbum vitæ & conſolationis, &c.] *Vbi alia quoque lectio eſt eiuſmodi:* Quemadmodum ſi quis manum lapſo præbeat, erigatque illum: ita quoque adhortationis ſermo & veritatis, animam negligentem ac torpeſcentem excitat.] *& al.* Quaſi qui manum cadenti porrigens, erigit eum: ſic & vitæ, conſolationiſq; ſermo animum pigritia torpentem excitat ſubleuatque.] *vbi Similitudinis vis æquè clara eſt in ſingulis, & proinde parum refert quomodo legatur.*

Quemadmodum cancer dum curatur & putreſcit, & numquam curationem abſolutam admittens: ita iniuriarum memoria, in anima Monachi.] *Quæ ſimilitudo ſic in alio reperitur Codic.* Sicut cancer ſerpens, & carnes putrefaciens, neque finem ſanitatis recipiens: ita memoria malitiæ in anima Monachi.] *at in alio, paullò aliter ſic:* Quemadmodum gutta quæ ſpargitur atque inundat: neque finem vllum ſumit: ſic & iniuriarum memoria, in anima Monachi, &c.] *vbi prima lectio à nobis repoſita, inuenitur in antiquiſſimo Græco MS. Cryptafer. magiſque hoc loco probatur.*

Alia atque alia etiam lectio occurrit in ſequentibus: Quemadmodum quis coram Rege adſtans, & cum eo colloquens; à conſeruo autem ſuo vocatus, relicto Rege, cum illo ſermones miſcet: ita Monachus, &c.] *vbi al. ſic:* Quemadmodum quis coram Rege conſtitutus, & cum eo verba faciens, ab alio autem ſeruo vocatus, illicò relinquit Regem, & ſe ad confabulationes cum ſeruo conuertat: ita & Monachus in pſalmodia ſua, ſi intentione mentis ſuæ à Deo reflexa, diſtractus extrauagetur, &c.] *Alia verò lectio hic ita ſe habet:* Sicut quiſpiam ante Regem conſiſtens, & cum ipſo loquens; vocatus autem à conſeruo, mirificum & honorificum Regis colloquium relinquat, & ſeruo confabuletur: ita qui loquitur tempore pſalmodiæ, &c.] *ac al. ſic:* quoque Monachus, qui in pſalmodia mentem euagari, nugaſque meditari permittit, &c.] *Facit autem hic locus contra diſtractiones & euagationes mentis, tempore Diuini officij, atque pſalmo-*

diæ: vbi vult pſallentes atque orantes, corpore & mente Deo adſiſtere; ſerioq́; ſecum cogitare, coram quo ibi conſtituti ſint. quod & immediatè ſequenti Similitudine longe pulcherrima (quæ inter alias hic poſtrema eſt) abundè clarum facit, dicens: Quemadmodum Angeli Dei, cum timore & tremore collaudantes Deum, coram eo adſiſtunt: ita & nos puro corde ac cum tremore coram Deo adſtare oportet.] *vel vt alia ibi habet lectio:* Sicut Angeli cum timore & tremore laudant Dominum; ita & nos debemus dilectiſſimi, puro ac caſto corde cum reuerentia & timore adſtare, dum pſallimus orationis noſtræ tempore, &c.] *ac al.* ſic & nos oportet cum corde puro atque timore, in pſalmodijs, diuiniſque officijs, tempore orationis conſiſtere: ne corpore quidem videamur adſtare, ſenſu autem ac mente terrenis rebus occupari, &c.] *quomodo etiam habetur in Sermon. eiuſdem antea ex Tomo 9. citato:* Dolor me in verba compellit, &c.] *De quo, & primo Tomo in tract. De vera atque perfecta renuntiatione: & quo pacto anima Deum inueniet, circa med. ibi:* Quando igitur coram Deo in oratione conſiſtis, &c.] *ac in noſtris ibidem Scholijs, vbi plures in hanc materiam Auctores à nobis citatos inuenies.*

Finiunt Quinquaginta Parænefes S. Patris Ephræm, variorum Argumentorum, ad diuerſos Monachos.

Sequuntur alia Capita Centum, quæ & narrationes, ac ſcitè dicta, Doctrinamq́ue variam, cum adhortat. continent, &c.

EIVSDEM

* al. Eiuſd. Capita Cētum, quomodo quis humilitatem ſibi comparet.

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, CAPITA CENTVM:

Quæ & narrationes, & Apophthegmata ac ſcitè dicta, Doctrinamq́ue variam, cum admonition. continent. Et, De Ratione ac modo acquirendæ Humilitatis.

Eodem Gerardo Voſſio Interprete, & Scholiaſte.

CAP. I.
Gradatio perelegans.

INITIVM fructificationis, eſt flos: & principium humilitatis, eſt obedientia in Domino. Fructus verò obedientiæ, eſt longanimitas: Longanimitas autem, charitatis fructus eſt. at charitas, perfectionis vinculum exiſtit. Perfectio autem, obſeruatio mandatorum * Dei. Præceptum porrò * Domini lucidum, illuminans oculos. Cæterùm oculi illuminati, iniquorum vias effugiunt. Sit ergo tibi humilitas, ſedes reſponſionis, & loquelæ pallium. Loquela autem clara ſit in ſalutatione, in charitate Chriſti. ait enim Saluator: Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Vnde enim clara eſſe queat ſuperbia, quæ eſt ex * inobedientia, nec vult eſſe in poteſtate cuiuſquam, neque obtemperare: ſed ſuo ſeuſu duci? Humilitas verò obediens eſt, tractabilis, ac perſuaſu facilis, mitis, honorem paruis æquè ac magnis deferens. Quam qui poſſiderit, credo eum à Domino mercedem accepturum, ſimul cum vita æterna.

* al. Chriſti.
Pſalm. 81. 118.
*. al. Chriſti.

Matth. 5.

* al. quæ eſt inobediēs, & proprio ſenſu ducitur.

CAP. II.
Matth. 28.

Si bini vnam eandemq́ue cellam inhabitaueritis, diligenter vobis ipſis attendite, ſcientes Dominum eſſe in medio veſtrum. Ipſe enim dixit: Vbicunque fuerint congregati duo aut tres in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Et ſi verò nos velut indigni, non videmus ipſum: ipſe tamen, quia * Deus, etiam cogitationes ac opus cuiuſque nouit, & intuetur. Cui gloria in ſecula, Amen.

* al. vt Deus.
pſalm. 43. &
Hebr. 4.

CAP. III.
Sap. Sirach 23.
iuxta LXX.

Audimus loquentē Sapientiā: Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur tranſgrediens vſq; ad finem; Homo qui tranſgreditur lectū ſuum, dicēs in animo

animo ſuo: quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me; & nemo circumſpicit me, quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus. At contra, hominis oculos timet: nec intelligit infinitis partibus oculos Domini lucidiores eſſe ſole, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes, in abſconditas partes: Domino enim Deo antequam crearentur, omnia ſunt agnita: qui etiam poſtquam ſunt procreata, intuetur omnia. atque iſte in plateis ciuitatis vindicabitur, & vbi non putauit, apprehendetur.

Leuit. 20. Deut. 22.

CAP. IV.

Dilecte frater, ſi pietatis ac religionis tibi ſtudium delegeris; attende, ne fortè malignus ſub pietatis prætextu, alienam tibi cogitationem ſuggerat atque inducat; id eſt, inanis gloriæ, atque ſuperbiæ: vt dum non vis cum fratribus laborare, & exerceri. Operare igitur ſicut & cæteri confratres tui concorditer, pietatemque ſerua: nam pigritia pietatem euertit, nomenque contumelioſum ſuo Domino affert. Coniunge ergo † pietati diſciplinam cum ſcientia; & verus religioſus eris.

† al. ſtudio pietatem adhibe atq; ſcientiam.

CAP. V.

Chariſſime, ſi tibi humilitatem comparaueris; diligenter attende, ne fortè per inſidias, in viam te alienam tranſmutet inimicus, dum aliquid ſuorum ipſe ſuggerit. ſicut ait Sapientia: Non dicas; à Deo abſcondar, & ex ſummo, quis mei memorabitur? In populo magno non ero in memoria: quæ eſt enim anima mea, in tam immenſa creatura? Is verò adiungit, cùm dicat: Ecce cælum cæli Domino, abyſſus, & vniuerſa terra, in † viſitatione eius commouebuntur, montes ſimul & colles, & fundamenta terræ; cùm conſpexerit illa, tremore concutientur. Oportet ergo humilitati fidem coniungere, vt humilitatis ſulcos rectos efficere poſſis.

Sap. Syrach cap. 16.

† al. in conſpectu ipſius.

CAP. VI. NARRATIVE.

Frater quidam ingreſſus eſt cœnobium, cupiens fieri Monachus; traditusque eidem eſt cellæ, cum Seniore. Et poſt aliquot dies, à cogitationibus impugnatus, dixit: nequeo cum hoc fratre manere. Alius ergo frater admonebat eum, dicens. an ſi incidiſſes in barbaros, traditusque alicui barbaro eſſes, dicere poſſes: nolo cum illo verſari? Et hæc audiens frater, compunctusque verbis iſtis, pœnitentiam egit, dicens: Ignoſce obſecro.

CAP. VII. Scitè dictum.

Dixit rurſus: Qui cupit fieri Monachus, nec poteſt contumelias, ac contumptiones, & pœnas ſufferre; nequit eſſe Monachus.

CAP. VIII.

Si quis ſolitariam vitam amplexus ſit, cogitatione ſimpliciori, conatur ei inimicus libertatem & impudentiam adiungere. At ſi pio ac religioſo animo ad Monachatum venerit, ſuggerit etiam huic, & ſiquidem ſit iuuenis, per ſpeciem pietatis ſuppeditat ſtudium & alacritatem, ad ea exercenda quæ prȩſtare non poſſit. Qui autem verè timet Deum, neque à prima cogitatione, neque à ſecunda ſe abripi patietur. Si verò etiam Dæmonum fraude præoccupatus fuerit, timor Domini, quem in veritate dilexit, cor eius illuminabit, vt ambulet per viam rectam. At † qui impudens eſt, nondum credit fore iudicim: ſicut neque ſuperbia elatus & arrogans, & non propter Deum pietatem ac religionem colens, magnum quippe ſeipſum exiſtimat. Si ergo te turbet ægritudo propriȩ exiſtimationis, dic ad impugnantem te: longè recede à me, cogitatio nequam. Quis ego ſum, aut quam virtutem excolenti mihi, eiuſmodi ſuggeris? Sanctorum alij lapidati ſunt, alij ſecti ſunt, alij tentati ſunt, alij in occiſione gladij mortui ſunt. Sed quid dico de hominibus, iiſdem affectibus obnoxiis: quando ipſe vniuerſorum Dominus Crucem propter nos ſubijt, confuſione contempta? Ego autem qui ætatem omnem in peccatis traduxi, quid in die iudicij reſpondebo? Et ſic à te ſuperbiam fugabis. Si autem & benè egeris, hoc non proprijs adſcribendum viribus puta. ſecundùm illius dictum: Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. Si porrò etiam impudentia te vexet; opera tua atque peccata tecum expendens, dicito: Tantis ego malis ſum obnoxius, & quo pacto audebo aperire os meum: Domino dicente, quòd etiam de verbo otioſo, reddituri ſint rationem homines in die iudicij? Conuenit

† al. Qui enim:

Heb. 11.

1. Cor. 15.

Matth. 12.

Precatio ſalutaris, & efficax.

DEPRECATORIA VALDE, EX SCRIPTVRIS.

igitur procidere Domino, ſecundùm eum qui ait : Domine omnipotens, Deus Patrum noſtrorum, Abraham, Iſaac, & Iacob, iuſtique ſeminis eorum. Qui feciſti cælum & terram cum vniuerſo ornatu eorum. qui calcaſti mare, verbo iuſſionis tuæ. qui claudens abyſſum, ſigillaſti eam terribili & glorioſo nomine tuo. quem cuncta reformidant ac tremunt, à facie virtutis tuę: quia immenſa eſt magnificentia gloriæ tuæ, & ingens ira comminationum tuarum ſuper peccatores; immenſaque ac imperueſtigabilis promiſſionum tuarum miſericordia. Tu enim es Dominus ſolus altiſſimus, miſericors, longanimis, & multæ miſericordiæ, ac ſuper hominum malitia dolens. Et tu Domine Deus, iuſtus cum ſis; non poſuiſti pœnitentiam iuſtis. Abraham, Iſaac, & Iacob, qui non peccauerunt tibi, ſed ſuper me peccatorem, pœnitentiam poſuiſti; qui peccaui ſuper numerum arenę maris. Multiplicatæ ſunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, & non ſum dignus, fixis oculis intueri atque conſpicere altitudinem cælorum, & quæ ſequuntur. vt & timor ipſe, atque obſeruatio repellant à te impudentiam.

CAP. IX.

Daniel. 3.

†al. & ſic tecum ratiocinans, ſuperbię cogitationem ſuperabis.

Frater quidam vanis impugnabatur cogitationibus, quaſi iam aliquem in virtute feciſſet progreſſum. Qui cum vellet ſuperbię cogitationem ſuperare, ſub lebetem ſuccenſam ſubijciebat manum, ſic ſecum loquens: Ecce ardes, noli amplius ſuperbire. Videmus enim quòd cùm Tres pueri in medio ardentis flammæ conſiſterent, nullus eorum elato corde fuerit, ſed multa cum humilitate Deum collaudantes, glorificârunt in medio fornacis, dicentes: In ſpiritu humilitatis, & animo contrito ſuſcipiamur à te Domine. tu autem in relaxatione ac remiſſione ſuperbis & extolleris? † atque ita ſuperbiæ cogitationem ac dæmonem ſuperabat.

CAP. X.

DOCTRINALE.

1. Reg. 17.

Actor. 27.

Si inuentus fuerit homo frater ſpiritalis, & laborioſus, atque abundantius ac diligentius virtutes excolens; nemo ipſum contemnat : ſed tales complecti oportet : quoniam & Deo accepti ſunt, & colloquio vtiles. perſuadeantque id vobis duo illa caſtra, Hebręorũ nimirum & alienigenarum; ac Dauid cum Goliath in ſingulare certamen deſcendens. ſimulque qui naufragio maris perierunt, & qui ſaluati ſunt, propter iuſtum inter eos repertum. ſicut ſcriptum eſt : Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſſiſtere: & ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.

CAP. XI.

†al. ex ſulco.

Frater quidam, dum de exeundo cœnobio impugnaretur, cum is ſanctum habitum accepiſſet; adducebant ei cogitationes exemplum eiuſmodi: Conſidera, inquiunt, horti holera, & vide quòd niſi ex † areola plantas extraxerit, qui hunc excolit, alioque in loco inſeruerit; in altum non excreſcet. Frater ergo cogitationi reſponſum dabat tale: Numquid penitus euellit hortulanus ex area; quæ in ea ſata ſunt? Nonne ſinit in area reſpondebat, quæ nutrire potuerit? Verumtamen quæ euelluntur, non ita ſunt in tuto, vt ea quæ in loco remanent. Eſto igitur & tu vnus ex ijs, qui non euelluntur. atque ita cooperante gratia, vincebat cogitationem.

CAP. XII.

Luc. 12.

Luc. 13.

Chariſſime, ſi in cœnobio vitam quietam delegeris: vide ne fortè inijciat tibi cogitatio verſutiam, quæ amaritudinem augeat, dum tecum cogitas & dicis; multa quidem mercede hîc dego, at cibus meus nullus eſt. Ne igitur propter eſcam relinquas opus Dei. Nam ſi eiuſmodi cogitas, non amplius ſecundum charitatem ambulas: quin potius ſalutarem audiamus vocem, quæ dicit : Quis putas, eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus eius ſupra familiam ſuam; vt det illis in tempore tritici menſuram? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus ipſius, inuenerit ita facientem. Verè dico vobis, quoniam ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet illum. Quòd ſi dixerit piger ſeruus ille in corde ſuo; moram facit Dominus meus venire : & cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere & bibere, & inebriari : veniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partemque eius cum hypocritis infidelibus ponet. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Relinquamus igitur Domi-

A Domino cuncta, & non iudicemus; neque acerbius exigamus à conſeruo noſtro, quem communis Dominus conſtituit diſpenſatorem. Omnes enim ei rationem reddituri ſumus; reddetque ſingulis ſecundùm opera ſua.

Matth. 16. 25.
Rom. 2.

CAP. XIII.

Frater quidam dixit: Precabar Deum, vt gratiam largiretur operi manuum mearum, totumque ex eo cœnobium ſiue monaſterium nutriebatur. Nonne gaudium mihi in hoc erat?

CAP. XIIII.

Oeconome, Apoſtolum dicentem audiſti: qui præes in ſolicitudine. Et nemo adoleſcentiam tuam contemnat. Vide ergo ne fortè ſenſualiter adhortationibus vtaris. Ait enim alibi: neque vt dominantes in clero, ſed formæ † facti gregis, B & cum apparuerit Princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam. Rurſuſque dicit: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Superbia enim fidelibus eſt inimica, ſecundùm illud: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Rom. 12.
1. Tim. 4.
1. Pet. 5.
† al. ſed forma facti gregi, ex animo.
1. Cor. 11.
Iacob. 4.

CAP. XV.

Chariſſime, ſi ſpiritus acediæ moleſtus tibi fuerit; ne te abſtrahat acediæ tædijque cogitatio: ſed in loco, quo te conſtituit Deus, perſiſte; memor deſiderij quod erga Deum habebas, quando ab initio ad ianuam Monaſterij aduениſti: idemque deſiderium vſque ad finem retineamus; ne fortè ſuperueniat nobis, quod dictum eſt: Et comedit Iacob, & ſaturatus eſt; recalcitrauitque dilectus, incraſſatus, impinguatus, dilatatus: & dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Suſtine igitur Dominum interea, quemadmodum pugil vincens C percutientes ipſum, per patientiam. Qui enim ſuſtinuerit vſque in finem, hic ſaluabitur.

Deut. 32.
Ibidem.
Matth. 10. 24.

CAP. XVI.

Frater quidam erat principia iaciens in cœnobio, & ſemper tacebat, loquendi libertatem ſic ſibi adimens. Dicebantque de eo commilitones atq; connouitij: videndum ne fortè non ex religione atque modeſtia taceat; aut potius, quia loqui neſciat. alij verò dicebant, minimè; ſed Dæmonem habet. Quę cùm audiret frater non reſpondit ijs: ſed gloriam in corde ſuo dabat Deo.

CAP. XVII.

Frater quidam dixit: Hanc † rationem cogitandi petij à Domino: vt cùm frater meus rem egerit, tacita mecum cogitatione dicam: hic eſt Dominus tuus, illum auſculta. Et ſi alius frater, dicam iterum: hic Domini tui frater eſt. Sin alius, denuò dicam: audi filium Domini tui. Sicque cogitationibus † inimicis reſiſtens, D quietè faciebat opus ſuum, gratia cooperante.

† al. hanc humilitatis rationem.
† al. alienis.

CAP. XVIII.

Facientibus aliquando fratribus de nocte acceſſorium quoddam opus; quidam eorum frigore vexatus, redijt ad cellam ſuam: alius autem obmurmurauit ei. miſerunt ergo fratrem qui accerſeret illum: abienſque frater ab ijs miſſus, reperit eum grauiter laborantem. Cui ipſe: Sciſcitantur fratres, quo pacto valeas; & de opere tuo ne ſis ſollicitus, nos pro te laboramus. At ille: admoneatur charitas veſtra, quòd & ego vnà vobiſcum cupiebam laborare, ſed infirmitate mea impedior. Reuerſuſque ad eos, qui miſerant ipſum, retulit ijs † contento & graui morbo laborare fratrem, dixiſſeque ſibi, quod & ipſe vnà cuperet intendere E operi.

† Græc. τόνῳ.

CAP. XIX.

Frater quidam iactis principijs in cœnobio, impugnabatur à cogitationibus, cauſſa laboris. Reſponditque dicens: Serue † nequam, venditus es; & quid poteris efficere amplius? Et præbebat ipſi conſolationem Dominus.

† q. d. Iam ſeruus es venditus alteri, ſ. Deo, non potes recuſare ſeruitutem; &c.

CAP. XX.

Comedentibus aliquando fratribus, ſurrexit frater qui * vas vinarium daret; in quo aqua nimis calida cum vino permiſta † manum Senis aduſſit. Dixitque Senex: Combuſſiſti me, fili. Vt ergo ad cellam ſuam frater abijt, ſeipſum verberauit, dicens: Nonne, ſi viri alicuius auſteri ſeruus eſſes, & hoc feciſſes; non è veſtigio ille carnes tuas plagis excepiſſet? Ne igitur teipſum neglexeris, vſque in finem.

* χαυχάλιον & al. βαυχάλιον.
† al. os Senis.

CAP. XXI.

Beatus ille Monachus, qui ſeruat mandata Dei, & trium iſtorum ſatagit: vt ſci-

Pſalm. 45.
Pſalm. 87.
Pſalm. 1.

vt ſcilicet, vacet orationi, operi, & meditationi. Scriptum enim eſt: Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. Et alibi: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. ac rurſus: Et in lege eius meditabitur die ac nocte.

†al. quomodo miſericordiam inuenire volumus coram Domino?

CAP. XXII. Si videris fratrem, ſuam negligentem ſalutem; ne ſcandalizeris ſuper fratris ſocordia: ſed neque imiteris ipſius ignauiam. Teipſum caſtum cuſtodi. Si verò alter alterius onera non portamus; quo pacto † gratiam inueniemus coram Domino? Hoc ſtudeamus, ne offendiculum fratri ponamus ac ſcandalum: Verè enim qui in nulla re fratrem ſuum ſcandalizauerit, magnus vocabitur in regno cælorum.

Exod. 21.
Deut. 15. iuxta LXX.
al. cap. 23.

CAP. XXIII. In quocunque tandem loco reſederis, vide ne ſalutem tuam neglexeris. Scriptum quippe eſt in lege Moyſis: Si venundatus tibi fuerit frater tuus Hebręus aut Hebræa; ſeruiet tibi ſex annis: & ſeptimo, dimittes eum liberum abs te. Si autem dicat ad te: Non exibo à te; quoniam dilexi te, & vxorem tuam: quoniam bene ipſi eſt apud te. aſſumes ſubulam, & perforabis aurem eius; & erit tibi ſeruus in æternum: & ancillæ tuæ ſimiliter facies. Monache renuntiaſti vitæ mundanæ; emiſſus es liber, Chriſtus te libertate donauit: noli amplius diligere ſeruitutem vaniſſimi ſæculi, vt non fiant nouiſſima tua peiora primis. Verùm ſeruiamus ei, qui libertate nos donauit, Chriſto. Quoniam ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

†al. habentes.
†al. Domino.
† al. potentia.

CAP. XXIIII. Chariſſime, ſi in loco celebri reſederis, vide ne cogitationibus vincaris ſuperbiæ: neque mente ſpernas fratres, tamquam ex miſerando cœtu conſtarent. Solus enim Dominus nouit occulta cordis. ne tu quidem in folijs arboris elatus inueniaris, illi autem fructus † tenentes. Quin potius, quanto pluris es; eò magis te ipſum humilia: & inuenies gratiam coram † Deo. Quoniam magna eſt † gloria Domini, & ab humilibus glorificatur.

†al. præpoſito reſiſtamus, in eius dico ordinatione.

CA. XXV. Chariſſime, ſi ſub obedientia Patris alicuius ſpiritalis ſederis, caue tibi ipſi terminum imponas, dicens: Impoſſibile eſt hoc, vel illud agere. Nam ſi non feceris, rurſusque ſi coactus egeris, inobedientiæ notam atque iudicium non effugies. Quare diuinę teipſum gubernationi relinquas oportet. non enim eædem in anima cogitationes perſeuerant. Sin autem acciderit imperari quid nobis vltra vires, non iracundè † Præfecti reſiſtamus imperatis: ſed deprecatione atque obteſtatione, ſubmiſſa voce, Præfecto, quòd ſupra vires ſit, denuntiemus. Reſiſtamus autem peccato viriliter vſque ad ſanguinem.

Matth. 13.
†al. centum, alios ſexaginta, alios triginta, &c.

CAP. XXVI. Oportet autem Præfectos diligenter conſiderare ſingulorum ſubditorum menſuras, memores Domini dicentis: In fructificando alios dare fructum † centeſimum alios ſexageſimum, alios autem triceſimum: vt vnuſquiſque in ſuo ordine placeat Deo.

† al. ſed familiarem tibi humilitatem redde, & inuenies gratiam.

CAP. XXVII. Frater, ſi egreſſus cœnobio, ſolitariam manſionem elegeris, & poſt multum temporis reuertaris vnde exieris: ſic cogitationem & animum demitte, quaſi nunc primum monaſticam vitam ducere incipias, & obtinebis requiem. Et non ad diem dumtaxat pietatem colas, & poſtea abſque ea viuas, ſed omni tempore † humilitatem tibi ſociam adhibe, & inuenies requiem.

†κατατοξεύεσθαι.
Pſalm. 17.
Eccleſ. 8.
†al. abduci iniquitate

CAP. XXVIII. Tale quid inter fratres accidit: ſi pietate frater profecerit, alium fratrem ex negligentioribus qui moleſtet eum, parat inimicus: ſubornat autem & quieti vacantem, vt ei pro illius ſtultitia reſpondeat. Quæ dum ſic geruntur, clamat alter, & ait: Ecce pium & religioſum. Et exacerbatione ceſſante, incipit pius aduerſis cogitationibus tamquam † iaculis peti, & dicit: perdidiſti pietatem. Ecce turpiter ac præter decorem egeſti coram fratribus: & nunc cur ita negligentem te præbes? vide ne velut infirmum atque abiectum opprimant te. Scriptum eſt enim: Et cum peruerſo peruerteris. ac rurſus: Ne ſubijcias te viro fatuo. Ne frater chariſſime, ne quæſo huiuſmodi cogitationi auditum præbueris: nam † accōmodare ſe iniquitati, in eo peruerſitas cenſenda eſt. Vnde quoque admonet Apoſtolus, dicēs

A Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum. Ipſeque Dominus præcepit: Si quis (inquit) te percuſſerit in maxillam dexteram, præbe ei & alteram. Sic cum peruerſo oportet †peruerti: & pedibus peccati nequaquam ſubijci. Scriptum eſt enim: Amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et niſi in talibus cogitationibus, oppoſuerit ſe frater aduerſarijs; nequaquam in virtutis eum tramite ſinent: ſed continuò iracundum atque pugnacem, ac percuſſorem, moribuſque durum atque agreſtem reddent; neque ſeipſum ædificantem, ſed & aliorum animas peruertentem. Sin autem pœnitentia ductus, †religioſam vitam amplexus fuerit; prudentior ad luctam efficietur: vt qui iam ipſa detrimenti experientia, didicerit.

Rom.12.
Matth.5. & Luc.6.
†al. conuerſari.
Ioan. 8.
Rom.6.
†al. grauem atque honeſtam.

CAP. XXIX.

B Duo fratres, in quadam vigilia linum abſcindebant ſectile; vnaque mox chorda abſciſſa, cœperunt cogitationes alterius ſecum trahentis, commouere eum aduerſus fratrem ſuum. At hic volens ſuperare iracundiam, & non contriſtare fratrem ſuum; quando vidit abruptam fratris ſui chordam, ipſe propriam quoque abſcidit: & ſic inter ſe ambo concordes permanſerunt, ſurrexeruntque abſque offenſione mutua. & non cognouit frater, quid alter frater egiſſet.

CAP. XXX.

Frater quadam vigilia lectitabat, volenſque finire caput, protraxit aliquantulum. Vnde alius monachus contra eum murmurare cœpit, dicens: Audiuit ſurgendum eſſe, & non ſurgit. Et alius ad eum: Nonne ſi prandium paratum eſſet, mandaſſetque nobis Præfectus, largius ad bibendum eſſe; voluptatem inde caperemus? C Quo audito, pœnitentia ductus frater, ignoſce mihi, dixit.

CAP. XXXI.

Frater fratri dicebat: Cur ita citò lancem aufers, nec ſinis nos comedere? Ad quem, frater: Ego ſeruus ſum, & quod mihi maiores mei faciendum mandant, facio. Et hoc audito, frater dixit, ignoſce mihi.

CAP. XXXII.

Exiſtimo expedire fratribus, Præfectum in ſe curam omnem ſubditorum ſuſcipere, ac fratres curis & diſtractionibus vacuos reddere in cunctis; maximè verò ab ingruentibus mundanis: vt ſoli orationi mens fratris vacare poſſit. & vt inſtar palmæ arboris tonſæ, ſtudioſè ad ſublimitatem conſurgat virtutum. Corrumpunt enim (inquit Apoſtolus) mores bonos, colloquia praua. Magnum quippe animarum naufragium, in quo regulæ† & rectæ vitæ inſtitutiones non vigent.

1.Cor.15.
†κάνονες, ϗ κυβερνήσεις.

CAP. XXXIII.

D Monache, ſi acceſſerit ad te monachus, ſiue ſecularis quiſpiam; noli ſupra vires †offerre te ei: ne poſt fratris diſceſſum doleas de bonis inſumptis apud fratres tuos: ſed appone quod tibi Dominus largitur. Melius eſt enim apponere olera cum charitate, quàm victimas cum triſtitia: hilarem quippe datorem diligit Deus. Hæc autem dico frater, non vt vobis præcidam hoſpitalitatem: ſed vt accepta & immaculata ſit oblatio veſtra. ſecundùm eum qui dicit: Hoſpitales inuicem, ſine murmuratione. De hoſpitalite autem, non opus habetis vt quid ſcribatur vobis: noſtis enim hanc multis virtutibus eſſe maiorem. Etenim hac, Patriarcha Abraham Angelos hoſpitio ſuſcepit. Per eam, Loth iuſtus in ſubuerſione Sodomæ non perijt. Per hoſpitalitatem ſimiliter, Rahab meretrix non interijt cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Ait enim Dominus: Hoſpes eram, & collegiſtis me. Et, Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

†al. occurrere ei.
2. Cor. 9.
1.Pet. 4.
Gen.18.19.
Heb.13.
Heb.11.
Ioſ.2.& 6.
Matth. 25.
Matth.5.

CAP. XXXIIII.

Chariſſime frater, ſi ad te venerit frater quiſpiam, amboque pariter velitis perſoluere regulam †Synaxis; & hortatus fueris fratrem dicere: abſiſte parumper à pectore. ipſeque ſemel iterum, & tertio recuſauerit; noli eum cogere: ſunt enim multi, qui non nouerunt verbo prædicare virtutes, ſed operibus veritatem †declarant. Et ſic cor fratris exhilarabis. nam contentio virtuti non eſt conueniens; quin potius ad iram excitat.

†al. canonem conuentus.
†al. celebrant.

CAP. XXXV.

Si ægrotum viſitas; vide ne inimicus inter vos ocioſiloquium ſuggerat, aut detractiones: ne tuæ mercedis iacturam patiaris cũ moris ſit diabolo, nocere vni per auditum; alteri verò per linguam. Sed ex ſacris Scripturis cõſolari potius oportet laboran-

NOTA.

laborantem, & paſſione Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Cui ſit gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

CAP. XXXVI.
†f. diriget ſecundabitque.

Frater chariſſime, ſi hoſpes acceſſerit ad fratrem tuum; quantum vires ferunt, congredere ei; vt hoſpitalitatem adiuues: & Dominus † dirigat, ſecundetque vias tuas.

CAP. XXXVII.
εἰς παρέργιον.

Chariſſime, ſi egreſſus fueris cum fratribus ad † opus aliquod extraordinarium: auxiliare infirmiori, pro viribus quas largitus eſt tibi Dominus. ſciens quòd à Domino accepturus ſis laboris & compaſſionis mercedem. Sin imbecillus ac debilis exſtiteris; noli multa dicere atque imperare, & inſolenter agere ſed tace potius atque quieſce. Et Dominus humilitatem tuam conſiderans, certiores † reddet fratres tuos, ne amplius te grauent.

†al. fidem faciet pectoribus fratrum tuorum.

CAP. XXXVIII.

Qui in ſolitudine vitam quietam degunt, eos qui in cœnobijs commorantur, tamquam ab omni externa diſtractione immunes, beatos prædicant. Deinde ſi remiſerit ſe charitas apud fratres: tunc qui in conuentibus, ſolitarios felices indicat, maximè autem ignauiæ, & acediæ dediti. At qui cogitatione perfectus eſt, inimici laqueos facile ſuperat.

CAP. XXXIX.
†al. in quo.

Prorſus ſanè grauis eſt morbus auaritia, vt omnium ſit malorum radix. Noſſe igitur cupimus, quo† pacto vitium iſtud eradicetur? in firma ſpe figenda in Deum, ex toto corde & anima.

CAP. XL.
2. Cor. 10.

Frater, ſi opere manuum tuarum velox exſtiteris, magna & multa, ac opulenta operando: noli in hoc efferri, neque imbecilliores fratres ſpernas; non enim ſic virtutem perfeciſti: quin potius Deum honora, ac time; vt ad finem vſque fortitudinem tibi largiatur Quoniam vani ac ſtulti ſunt, qui proprijs confidunt viribus. Sed qui gloriatur, in Domino glorietur.

CAP. XLI.

Super felici ſucceſſu proximi, non decet nos inuidia tangi: membra enim corporis Chriſti ſumus.

CAP. XLII.

Monache, ſi Præfectus tuus reprehenderit te, ſiue operis monitor de elegantia operis: ne ægrè feras reprehenſionem, magiſque bonam habere conſcientiam ſtudeamus, vt & emptor, & venditor vtrimque gratias agant Domino. atque etiam cogitatione dicamus: nonne ſi ad veſtimenta, vel vaſa coemenda abijſſemus; de pulchritudine etiam laboraremus? Quare nos quoque honeſtatis ſtudioſi ſimus propter conſcientiam.

CAP. XLIII.
Matth. 9.
Marc 2 &
Luc. 5.

Nos verò chariſſimi, tamquam quibus œconomia concredita eſt, infirmitates imbecilliorum feramus. Ait enim Saluator: Non opus habent qui bene valent, medico: ſed qui malè habent.

CAP. XLIIII.

Chariſſime, ſi fortè etiam Præfecti noſtri iniquiores in nos fuerint, quod abſit: nos tamen bona conſcientia ijs tamquam Domino, & non quaſi hominibus placere ſtudeamus; ſcientes, quod mercedem à Domino Deo accepturi ſimus.

CAP. XLV.
†Adluſio ad Col. 4.

Prudentem atque ſincerum oportet eſſe Monachum, vt quæ ab aduerſario in eum ſtruuntur mala, cognoſcat: vt alia quidem tamquam ridicula prætereat, alia verò per humilitatem, alia autem ſale † conditis verbis euertat.

CAP. XLVI.

Chariſſime frater ſi quem inimicus excitauerit, qui conuitijs & maledictis te inceſſat, dicatque: peruerſe Senex, aut extremè improbe: patienter illatam feras contumeliam. Sin autem cogitatione, pacis gratia ſuſtinuerimus; loco (peruerſe ſenex) dicetur, bone ſenex: & pro (extremè improbe) probiſſime. Seruum verò Domini non oportet contentioſum eſſe: ſed blandum ac manſuetum erga omnes.

CAP. XLVII.

Fratri cuidam ſuggerebant cogitationes, tempore vigiliæ, dicentes: Requieſce hodie, & noli ad vigilias ſurgere. At ille: Cogita te heri non ſurrexiſſe, & hodie

die tibi ſurgendum eſſe. Et de opere aggrediendo, rurſus ei ſuggerebant: Quieſce hodie, & cras operaberis. Illeque iterum reſpondit: Nequaquam, ſed hodie operare; & de craſtino Domino curæ erit.

CAP. XLVIII.
Matth. 7. & Luc. 6.

Chariſſime, ſi tibi amicitia cum aliquo fuerit, certoque conſtiterit eum verè timere Dominum: ſicut ait in Euangelio; A fructibus eorum cognoſcetis eos.) ne de illo malè ſuſpicatus fueris. Omni autem tempore ſobrium ac vigilantem eſſe, bonum eſt. Si quis verò tecum amicitiam fraudulentam inire voluerit, cum libertate Deo non grata: ab eiuſmodi teipſum valde cuſtodi, neque illo prorſus confidenter vtaris. Si autem occultum ſuum vitium riſu aliquo cœperit prodere; ſimulanſq; obedientiam, voluerit te decipere: caue ne cogitationem ad illius immodeſtiam laxaueris, ſed toruo eum aſpectu intuere, vt bonum in te fundamentum † iactum intelligat: ſicque aut improbam ſuam mentum mutet, aut à te recedat.

† ἐγχείρημα.

CAP. XLIX.

Chariſſimè, vide ne fortè dum virum te præbere vis aduerſus eos qui opificij tui labores rapere conantur, aliquis te ex inſidijs aſtutè decipiat atque ſupplantet. Para animum tuum, vt ventum † proſpicias, ac inſtrumentum nauigiumque adornes: vt ſaluetur nauis in portu vitæ.

† προοράς.

CAP. L.

Quis † ficulneam plantat ſibi ipſi, & non ſeruat fructum eius? quanto magis caſtitatem, & temperantiam ſeruare oportet: odit namque Dominus libidinoſorum hominum congreſſum. ac propterea ſcriptum eſt: Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Aut quis aliquando ab aſpide ictus, & non cuſtodit ſe à † vicinitate linguæ eius? Si autem poſt ictum, antro ipſius manum admouerit, plagamque iterauerit: quis iam cauſſa erit mortis? venenata beſtia, aut qui ſeipſum non cuſtodiuit? Tu autem intellige, quod dictum eſt.

† συκήλατον.
Heb. 10.
† al. à vicinitate atque acceſſu cauernę ipſius?

CAP. LI.

Spiritus ſanctus patefacit homini, quænam ſit via bona, & quæ non bona: rurſusque indicat ei, quid in bona via paratum ſit, & quid in mala occultatum: vt homo cognita vtriuſque remuneratione, pernitiem euitet. Sin autem poſt boni & mali cognitionem, ſibi hic non cauerit: quam ſecum excuſationem afferre in die iudicij poterit?

Superfluus veſtium ornatus, & oculus ſublimis ac vagus, & collum † extenſum, humerique retecti atque nudati, & pedes laſciuè induti ac vitioſè directi, mortem conciliant.

† al. inordinatum.

CAP. LII.

Beatus, cui aliorum ædificatio & ſalus curæ eſt; & nequaquam ſegregari ſe patitur à regno cælesti, cum hominibus ſcandaloſis: quare habitatio eius cum iis erit, qui Chriſto Domino grati & accepti ſunt. Cui gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

CAP. LIII.
† al. quæ ad te non pertinent loquuntur.

Admone parentes atque conſanguineos tuos carnales, ne te frequentent: dum enim illi coram te † de tuis loquuntur, diſtrahunt mentis in te officium: ſimul verò te etiam incontinentem ſua doctrina vel exemplo reddent. verùm ſatis eſt, ſemel vel bis in anno ab ijs viſitari. Si porrò inutilem illorum conuerſationem penitus præſcideris, melius ages.

CAP. LIIII.
† al. triſtitiam.
† al. inflammationem.

Immodica potatio, atque edacitas, pro temporis præſentia voluptatem continent: at die proximè ſequenti, † iniucunditatem, & † diſſolutionem, ac diſtractionem mentis afferunt.

CAP. LV.

Si contigerit vt in morbum incidas; ne continenter parentibus tuis carnalibus perſcripſeris: neque ad auxilium mortale, ac protectionem humanam confugeris: quin potius patienter feramus, exſpectantes miſericordiam à Domino, vt ipſe nos gubernet per omnia. Eſt enim & tempus, quando caro opus habet diſciplina. In cunctis autem, Domino placeamus: quoniam ipſi curæ eſt de nobis.

1. Pet. 5.

CAP. LVI.

Frater quidam ægrotauit aliquando, ſibique vim inferens operabatur: flens autem aſſidue in cella ſua inuocabat Dominum, vt ſanitatem ipſi donaret. Deinde

Precatio.
† al. non ſubſiſtet homo.
† al. omnem bonitatem tuam.
* ὑπερεκπερισσοῦ.
Iob 2.
Iob 1.

rurſus intra ſe dicebat: Hei mihi negligenti; anima mea in horas infirmatur, & A non eſt mihi curæ: & vbi corpus exiguo morbo affligitur, mox cum lachrymis ſanitatem à Domino depoſco. Dicebatq́ue deprecans: Domine Ieſu Chriſte, ſana animam meam & corpus meum; vt ne ſim oneri fratribus: non enim ſolum proprijs viribus homo ſuſtentatur. Et niſi tu Domine neceſſaria ſuppeditaueris atque ſufficientia, nihil † erit homo. Cæterùm Domine, etiam ſanitatem mihi inutili ſeruo tuo concede: quoniam tu pœnitentium Deus es, & in me † magnificentiam tuam oſtẽdas. Et cùm adhuc inſtaret operi, ſanatus eſt: & dixit illud Apoſtoli: Cùm infirmor, tũc potens ſum. quod in me quoq; impletum eſt: In veritate enim, quando homo infirmatur, tunc & anima eius ſupra * modum quærit Dominum. Bona ergo diſciplina eſt, ſi quis eam accipiens, gratias agat Deo. dicatq́ue talis: Si bona de manu Domini ſuſcepimus; mala cur non ſuſtineamus? Sit nomen Domini B benedictum, in ſecula. Amen.

CAP. LVII.
† al. Monchi.
* ὑποπιάζεσθαι.
† al. ad finem vſque hebdomadæ.

Chariſſime, ſi ſub regula vias; non te vincat ſocordia, vt ſecunda vel tertia hebdomadæ otieris feria: ne per totam ſeptimanam tribulent te cogitationes. Sic enim nonnullis contingit, qui in cœnobijs viuunt. Suggerit namque cogitationi † fratris, ſecunda ac tertia feria hebdomadæ indulgendum eſſe otio: finitq́ue eum reliquis diebus * opprimi cogitationibus, vſque ad † tempus reddendi operis. Tu autem ſobrius & vigilans eſto in omnibus, chariſſime: vt nihil aduerſarius inueniat, quo te capiat. Enitere igitur, vt quotidie aliquid agas, dieiq́ue opus ad diem adiungas: & mens tua non illaqueata curis atque moleſtijs, liberius vacet orationi.

CAP. LVIII.
† al. ad cœnobium plurium fratrum.
* κατὰ μικρόν.
* περιασῶς.

Quando quis vitæ renuntians, egreſſus fuerit ad † fratres; ipſo adhuc in primordijs C religionis conſtituto, ſuggerit ei deſiderium improbus, ad habitum accipiendum intempeſtiuè; vt frater nimiam cupiditatem ſancti habitus perferre nequiens, fugiat ſtadium: ſin autem ſuſtinuerit, donec habitum arripuerit; tunc vrget ipſum exire cœnobium, & vitam in ſolitudine degere. quare huiuſmodi quædam menti eius ſubijcit: Exi hinc, & vitam ſolitariam amplectere, ac * modicum ſenſimque operare: infirmus enim es, inquit, & moleſtias operis iſtius perferre non poteris. Et ſi egreſſus frater, labores exercitationis monaſticæ fortiter non pertulerit; plus * æquo inde, vehementiusq́ue torquetur: Sin autem & infirmitas ipſi ſuperuenerit; adhuc magis magisq́ue eum, quòd proprium locum reliquerit, pœnitebit. D

CAP. LIX.
† al. protractionem laboris.
† al. ſaluari cupit.
† al. qui inter ſe conſentiunt.
† al. otioſè degat.
* al. quod vtinam non contingat.
Hier 8.
Ezech. 18. 33.
Philip. 2.

Alteri porrò fratri præbet tentator alacritatem ad exercitationem, & auſteritatem diſciplinæ, vſque ad arctiſſimam & ſeueriſſimam viuendi rationem: & poſt modicum temporis, ſiue paucos poſt annos: incipit tentator ipſi Monacho † longitudinem temporis ob oculos ponere, quodq́; grauis & lõgus eum maneat ſufferendus labor, inquiens, ad finem vſque, in ea vitæ auſteritate: ne & tandem ipſius corpus nimium viribus deficiat. Si autem anima fratris † ſuam ſitit ſalutem; non ſe tradat fraudulentis eiuſmodi cogitationibus: ſed admonitionibus atque conſilijs virorum exercitatorum, ac timentium Deum obediat; aut mox à ſe ſimilium cogitationum repellat inſultus. Qui verò non ſic virtutem colens, ſuum occultat morbum; & remittere exercitationem nolens, ne offendat fratres, qui † alioquin concordes in labore ſunt & impigri: recedit è loco, vt pro libitu † ſuum deſiderium expleat: quin & propriam ſibi ruinam tales conflant, quòd ſtudio placendi hominibus, virtutem exerceant: non enim ſupra firmam petram fundamentum eorum ædificatum erat, ſed ſuper arenam: vnde pluuia deſcendente, fluuijſq́ue ac ventis ſpirantibus, & in eam per cogitationes irrumpentibus, corruit. Nam dum videbantur virtutem poſſidere, multa ſuperbia inflati erant: quando autem defecerunt, deſperationi ſeſe tradiderunt, quod * non debuerunt. Scriptum enim eſt: Nunquid qui cadit, non reſuget? dicit Dominus. Et, nolo mortem peccatoris: ſed magis vt conuertatur, & viuat. Qui autem ſecundùm Deum viuit, etiamſi omni virtutis genere excultus ſit, nõ tamen inflatur neq; extollitur: diuinam ſecum magnificentiam perpendens, & quo pacto ſemetipſum humiliauit, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: quin & ſeipſum deſpiciet

A ſpiciet præ Dei metu, ſecundùm eum, qui dicit: Exiſtimaui memetipſum terram
ac cinerem. Virtus verò regali purpuræ eſt ſimilis, quippe cui nihil alienum attexi
poteſt. Qui ergo ſecundùm Deum piè ac religioſè viuere cupit: nequaquam in grauiſſimam
ruinam incidet. Et ſi etiam vt homo pręter rationem commotus fuerit:
Dominus tamen, qui nouit eius animum malitiæ & calliditatis expertem, cohortatione
miniſtrorum ſuorum confirmabit ſpiritum ipſius. Admonitus autem &
repugnans, ſimilis eſt equo ore indurato, ac frænum non reformidanti; donec
ſeſſorem ſuum præcipitet. Nam qui durus eſt corde, miſerè corruet.

Gen.3. & 18.
Virtus regali purpuræ ſimilis.
A Simili.
Eccleſ.3.

CAP. LX.

Qui ſuam ſalutem, & opus in cœnobio negligit; ſeipſum exemplum inertiæ
præbet plurimis fratribus: qui autem ſalutem curat, magnam gloriam promerebitur
B in cælis: quoniam forma religioſæ vitæ fuit, & negligentiorum fratrum
promptitudinem ad virtutes perfectas aſſequendas excitauit. Quemadmodum enim
in acie belli, qui primus init certamen, † apud omnes honoratur: ita etiam in
honore erit apud Deum: omnis qui vigilanter opus Domini perfecerit. Cui gloria,
in ſecula ſeculorum. Amen.

†al. præ omnibus.

CAP. LXI.

Non decipiaris cogitatione Monache, dum peccas, & agis quæ non licet; gloriandoque
dicis, quòd quæcumque mala egerit Monachus, melior adhuc ſit homine
ſeculari. Non enim (vt ſcriptum habemus) qui ſeipſum commendat, ille
probatus eſt: ſed quem † Deus commendat. Tu verò primùm tuas actiones examina:
an reuera vitam ſub obedientia perfecta degas, dum ita teipſum effers; an concupiſcentiam
C viceris, paupertatem diligas, detractionem oderis, & inanis gloriæ
non ſis cupidus: an peccatum auerſeris, & voluptatem abomineris: vtrum nullum
violaueris; an paſſiones ſuperaueris; an contumelia affectus, non iraſcaris; &
laudatus, non extollaris: an Dominum toto corde ac viribus diligas; & proximum
tuum, ſicut te ipſum. Quòd ſi nondum hæc † ſeruauerimus: quare ita magnificè
de nobis ipſi ſentimus? quod coram eius bonitate deplorandum eſt: vt duritiem
ſanet cordis noſtri, dignoſque nos reddat cæleſti vita atque beata.

2.Cor.10.
†al. Dominus.
†al. Quæ ſi non cauerimus.

CAP. LXII.

Væ monacho illi, qui pietate deperdita, vino ſe corroborat: nam ſi ſobrietatem hic non coluerit, oportebit in nouiſſimis eum amarè deplangere: Qui autem conſeruat vias ſuas in Domino, gloriam conſequetur.

CAP. LXIII.

Non oportet etiam † modum ſtrictè nimis ponere aduerſus recenter inſtructos:
ne à Seniore, ipſi ad alium deficiant. Et licet quidem id cenſeatur æquum, támen
D non ſine periculo tumoris & inuerſionis animæ: nam varię ſunt inſidiæ Diaboli.

†al. terminum conſtituere.

CAP. LXIV.

Non decet indulgere pueris, vt liberius agant cum fratribus: quin potius modeſtos & obedientes, tales præbere ſe conuenit, in Domino.

CAP. LXV.

Nefas eſt, Maiores ſcandalo eſſe inferioribus, ipſiſque exemplo eſſe improbæ conuerſationis. Quoniam ſcriptum eſt: Væ qui potat proximum ſuum ſubuerſione turbida: ſed magis ipſi forma & exemplum eſſe debent fidelibus.

Habac.2.

CAP. LXVI.

Non oportet eum, qui ſaluari deſiderat, attendere erroribus aliorum: ſed ſibi ipſi. Nam ſcriptum eſt: ideo contendimus ſiue præſentes, ſiue abſentes placere illi: Omnes enim nos manifeſtari oportes ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum.

2.Cor.5.
Rom.14.

CAP. LXVII.

Si quis, ſicut oportet, non obedit Superiori: ſufferat infirmitatem nouitij ſubditi, vt hac moleſtia vitam reſtituat laboribus præteriti temporis: Apoſtolo dicente: Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſque † noſtrum proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem.

Rom.15.
†al. veſtrum.

CAP. LXVIII

Non poterit diu eſſe in vno loco Monachus, neque requiem inueniet, niſi primùm ſilentium & continentiam diligat. Silentium enim quietem parit, & aſſiduitatem orationis. Continentia verò cogitationem ab omni diſtractione liberam reddit. Demum pacificà † conſtitutio, horum poſſeſſorem excipit.

† κατάστασις.

CAP. LXIX.

Ioan.1.cap.iuxta LXX.

*al.ad proximum ſuum.

Ioan.2. iuxta LXX.

Pſalm.17.80.117. 119.135. &c.

*πηδάλεον.

Tentationis tempore apparet probatio viri fidelis, cæterùm tentationis tem- A pore non oportet deficere; at potius orationibus recteque factis intendere. quemadmodum qui per mare nauigant, vehementibus procellis expoſiti, ſuam oſtendunt diligentiam, magnamque vigilantiam, Dominum inuocantes: ſicut etiam in Propheta Iona ſcriptum habemus: Et facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nautæ, & clamauerunt vnuſquiſque ad *Deum ſuum: & iactum fecerunt vaſorum, quæ erant in naui, in mare; vt alleuiaretur ab eis. Quod quidem loco exempli ſit, facientis ad abdicationem rerum terrenarum. Nam quibuſcumque ſpretis ſecularibus, pro ſola vita æterna concertandum eſt: & nequaquam ingruente nobis calamitate aliqua, deſperare oportet. Videmus etenim Prophetam, cùm in ventre etiam Balenæ eſſet, ſuam haudquaquam ſalutem deſperaſſe, ſed precando dixiſſe: Clamaui in tribulatione mea ad B Dominum Deum meum; & exaudiuit me: de ventre inferi clamoris mei audiſti vocem meam. Non enim deſpicit eos Deus, qui in veritate inuocant eum. Vnde & nos, tribulatione aliqua ingruente confugiamus ad Dominum, ſecundùm eum qui ait: Domine in tribulatione recordati ſumus tui. Neque enim ſemper tranquillum eſt mare: fierique non poteſt, vt abſque tentatione perficiamus inſtitutæ vitæ curſum. Si verò fidem Domini, tamquam *temonem ac clauum apprehendamus: in vitę portum introducet nos, depulſisque moleſtijs, vitam & immortalitatem induemus.

CAP. LXX.

Pſalm.41.42. iuxta LXX.

Pſalm.38. †vulg.apud te, &c.

Pſalm. 41.

Ibidem.

Luc. 2.

Philip.1.

Chariſſime, ſi ſpiritus acediæ conturbet te; ne animo conſterneris, ſed deprecare Dominum, & præbebit tibi patientiam: factaque oratione ſedens recollige cogitationes tuas, & conſolare animam tuam. ſecundum eum qui dicit: Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo: quoniam confitebor illi, C ſalutare vultus mei, & Deus meus. Et dicito: Quid pigritaris ô anima mea? non enim ſemper eſt nobis in hac vita commorandum. Audi Prophetam dicentem: Aduena ego ſum *in terra, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Reuolue animo eos, qui anteactis temporibus in eodem vixerunt monaſterio, quod iam tu inhabitas; & noſce atque conſidera, quòd quemadmodum illi ex hoc ſeculo tranſierunt: ita & nos tamquam aduenas & peregrinos oportebit, quando Deo placuerit, hinc emigrare: cæterùm vita iuſtorum, poſt obitum incipit. Vnde Propheta futuram vitam deſiderans, exclamabat dicens: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. ac rurſus: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Tamquam enim carcerem aliquem, reputabant præſentem vitam Sancti. Vnde & alibi dicit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domi- D ne, ſecundùm verbum tuum in pace. Sic etiam Apoſtolus deſiderium habuit diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

CAP. LXXI.

*συκάμινα.

*al.& facta coram eo pœnitentia.

Duo fratres ſenes, ſibi mutuò graues & moleſti erant. Contigit autem vnum ex ijs ægrotare: ad quem viſitandum, dum quidam frater accederet, rogabat eum Senex dicens: Simultates & inimicitias hic inter nos gerimus, & velim vt illum ad reconciliationem hortareris. vtinam autem & ego bonum qui alicui poſſem præſtare. Ad quem frater: Iuſſu tuo, inquit, ô Abba, adhortabor. Egreſſuſque frater, ſecum cogitabat: fortè non ſufferet adhortationem meam Senex, magiſque exacerbabitur fortaſſe. Deoque ſic diſponente, quidam ex fratribus affert ei quinque ficus, & paucula *mora. Eligenſque frater ficum vnam, & paucula ex alijs, detulit Seni in cellam ſuam, dicens: Fortè quidam Seni attulit, dixitque mihi: acci- E pe, & da illi tali Seni. Illiſque auditis, Senex obſtupuit, dicens: Iſtane ad me miſit? Ad quem frater: Etiam pater. Iiſque acceptis, dixit Senex: Bene veniſti. diſcedenſque frater à Sene, ad cellam ſuam redijt. deſumptiſque duabus ficubus, cum pauculis moris, etiam ad alium Senem detulit: exhibitaque *ipſi pœnitentia, dixit: Sume iſta pater, quia mittit tibi ille talis Senex: Cui ille: Vt puto, reconciliati ſumus? At frater: Ita Abba, tuis orationibus. Dixitque Senex: Gloria & honor Deo. diuinaque gratia reconciliati ſunt Senes. Contracta autem inter eos pax eſt, tribus ficubus, pauculiſque moris: & non cognouerant Senes, quid egiſſet frater.

CAP. LXXII.

NARRATIO, AB EXEMPLO.

In cœnobio, exigente neceſſitate, vt frater in diſpenſatoris munere conſtitueretur; Præfectus fratrem ad id elegit, pro voluntate ſua: qui iam relicturus cellam ſuam, commendauit ſuppellectilem ſuam alteri fratri, dicens: Si contigerit me deſtitui diſpenſatoris munere, conſignes mihi eadem. At ille recepit ſe redditurum: & non poſt multum temporis reliquit frater œconomiam, dicens ſe in tranquillitate cellæ ſuæ quieſcere malle. aitque ad fratrem: Redde mihi quæ tibi concredidi: at ille noluit præbere. Cumque videret eum iraſci, neque velle quidquam præbere, tacuit: alius autem frater hortabatur illum ad pacem; & ſi quid ipſi concrediſſet frater, ne eum ſuo priuaret: ne te fortè Dei iudicium, aiebat, è monaſterio eijciat. Ad quem ille: Nihil, inquit, quod eius ſit teneo. & poſt dies † quinque B vel decem, admiſſa tentatione, qui vaſa acceperat frater cum magna † vexatione cœnobio exceſſit. Præfectum verò ſe hortantem ne diſcederet, contumelijs affectum reliquit. Vnde œconomus, permiſſu Præfecti, aperta ipſius cella, reperta vaſa diuiſit fratribus. Paucis autem poſt diebus, pœnitentia ductus frater, redijt ad locum ſuum, vbi apertam ſuam cellam reperit, vaſaque ſua diuerſis fratibus diſtributa: quare vehementer doluit, nec diutius diſtulit ea recuperare, quæ ſibi ab illo fratre fuerant commodata, eidemque reſtituit.

† al. fort. quindecim.

† al. tribulatione.

CAP. LXXIII.

Frater interrogauit fratrem quemdam, dicens: Abbas iuſſit me ad piſtrinum egredi, cauſa pinſendi fratribus panem; cumque operarij (inquit) ſeculares ſint, loquuntur indecentia, & non mihi expedit audire eiuſmodi, quid igitur faciam? Cui ille reſpondit: Nonne vidiſti pueros literas diſcentes * gregatim; & quomodo C ſinguli eorum proprijs lectionibus ſtudeant, & non aliorum: ſcientes quòd ſuas ipſi magiſtro recitaturi ſint, & non alienas? Quòd ſi à perturbationibus ſuperaris; audi eum qui dicit: Omnia probate, quod bonum eſt tenete.

* ἐπὶ τὸ πλῆθος.

1. Theſſ. 5.

CAP. LXXIV.

Qui ſermones multiplicat inter fratres, multiplicabit pugnas & odia ſibi: at qui linguæ temperat, diligetur. Magnum quippe lumen animæ eſt, timor Domini; ex ea tenebras depellens ipſamque mundam ac puram reddens.

CAP. LXXV.

Fratres etiam præuia oratione noſtrum opus amplectamur: quoniam merces propoſita eſt ijs, qui ſine fuco † & fallacia opus ſuum pertractant. Nam qui ex contentione, aut ſui ipſius amore, vel auaritia opus negligit; illud Scripturæ audiet: Reddet vnicuique ſecundùm meritum operum ſuorum. Qui autem bona operatur conſcientia, vt Deo & non hominibus placeat; benedictam illam vocem audire merebitur: Euge ſerue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa D te conſtituam; intra in gaudium Domini tui. Cui gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

† Græc. ἀδόλως.

Pſalm. 27. & Matth. 16. 25. & Rom. 2. Matth. 25.

CAP. LXXVI.

Si ſeculo renuntians, exieris de terra tua, & de cognatione tua, & quieſcere te fecerit Dominus Deus tuus in loco, in quo deinceps tranquillè ac pacatè victurus es: vide ne illo in loco nomen tuum extollas, quamuis etiam princeps, ac valdè magnus ſis in terra tua. ſed ſic cum Propheta, intra te ratiocinare: Mendicus ſum ego & pauper, Domine † adiuua me: vt Deus ſuſcipiat te, atque exaltet.

Pſalm. 39.

† vulg. Dominus ſolicitus eſt mei.

INTERROGATIO.

E Cur Frater negligentem ſe præbet, in cella ſua?

RESPONSIO.

CAP. LXXVII.

Quàm diu anima rebus inhæret terrenis; variæ cupiditates huius ſeculi, & inanes voluptates, quæ in animum per cogitationes importantur, eius † firmitatem conſtantiamque labefactant atque diſſoluunt: vnde fit, vt frater in cella deſidens, negligentior fiat. Si verò hunc mundum oderit cum fallacijs eius, & ſeipſum ſeruum Domino præſtiterit in toto corde & anima: nequaquam prɇualebit aduerſus eum negligentia; facietque deinceps opus ſuum cum * animi iucunditate. Quòd ſi ipſi cum inanis gloriæ cogitatione luctandum ſit: & hanc ſeruus Domini expellet, propriam naturæ infirmitatem expendens, & cuius donum ſit, reputans,

† τὸν τόνον.

* ἐν ἀνέσει.

1.Cor. 4. Rom. 8. Pſalm. 43. Rom. 8.

ſecundùm eum qui dicit: Quid enim habes, quod non accepiſti? Sin autem accepiſti, A quid gloriaris, quaſi non acceperis? Quòd ſi certamen ei cum carnis infirmitate fuerit: non pauebit ſeruus Domini, neque ſeipſum à charitate Dei ſeparabit, ſecundùm eum qui ait: Quis nos ſeparabit à charitate Dei? tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? ſicut ſcriptum eſt: Quoniam propter te mortificamur tota die; æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque Virtutes, neque Angeli, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Cunctas porrò paſſiones ac perturbationes, ſpiritus fornicationis comitatur atque proſequitur: & ideo fuge turpiloquia, & † vitabis B cogitationes immundas.

† al. & fugies cogitationes improbas.

CAP. LXXVIII. † παρέργιον.

Si iuſſerint Præfecti, nos cum fratribus noſtris ad † extraordinarium aliquod opus egredi: prompti atque alacres accurramus, non contendentes cum negligentioribus. Nam qui potens eſt viribus, & non cooperatur, multis modis ſibi ipſi damno eſt: primò quidem mercede ſeipſum priuat: ſecundò occaſionem murmurationi præbet atque detractioni, dum cœco ſui ipſius amori nimis operando indulget. Non oportet autem induſtrium cogitationibus ſegnioribus intentum eſſe. Nullus quippe meſſis tempore dicere ſolet, quia † propinquus meus ſibi frumentum non colligit, ideo nec ego mihi colligam: ſed vnuſquiſque dum tempus ſuppetit, alimenta ſibi atque pecoribus ſuis colligit, vt ab egeſtate ſe liberum immunemque conſeruet. Et ſi in temporalibus tanta adhibeatur diligentia: nonne C multò magis ea opus erit in ſpiritualibus?

† al. vicinus.

CAP. LXXIX. Senes decet honore cæteris anteire: & infirmis compati bonum eſt. Senes porrò ſapientes, vnguentum fratrum ſunt ad ſtabilitatem animæ.

CAP. LXXX. Principium ſuperbiæ eſt, † non adiuuare fratres pro viribus: conuenientibus verò nobis ad opus, non multum eſt loquendum: ſed opus vrgendum, ad quod egreſſi ſumus.

† al. nolle cooperari fratribus.

CAP. LXXXI. * ἀφοβία.

Inanis * animi ſecuritas generat ſuperbiam: ſuperbia autem mater eſt inobedientiæ. Cæterùm humilitas & manſuetudo ſuum poſſeſſorem in timore configunt Domini, tamquam columnam aliquam in templo Domini collocatam.

CAP. LXXXII. * Ἀσύμφωρον τῷ Μοναχῷ. Conuerſatio cũ fœminis, perículoſiſſima.

Non * decet Monachum, vllam habere cum fœmina ſocietatem: ad eam verò quæ virginitatem profitetur, prorſus ne acceſſeris; ſiquidem vllus in te carnalis D ſenſus viget. Nam Monachum inter epulas cum fœminis verſari, idem eſt ac ſe in ignem proijcere. Qui autem earum fugit conſuetudinem; fugiat tamquam damma ex retibus, & velut auis ex laqueo.

CAP. LXXXIII. Frater, ſobrium te præbe ac vigilantem à iuuentute tua: ne te pœniteat in nouiſſimis tuis. Vide ergo, ne cor tuum homines zelauerit peccatores. Scriptum quippe habetur: Noli æmulari in malignantibus; neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tamquam fœnum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarum, citò decident. Spera in Domino, & fac bonitatem.

Pſalm. 36. Ibidem. Ibidem.

CAP. LXXXIV. COMMONITORIA.

Chariſſime frater, ſi malæ conuerſationis ſit frater tuus, admone illum dicens: E Finem impone frater; non enim tibi vtilis eſt iſta conuerſatio. Affer illi exemplum aliquod eorum qui lapſi ſunt: hoc autem modo, non quaſi eius qui cecidit, errorem atque peccatum commemorans, ſed vt præſentem iuues; vtque reſpiciens ad pericula conſequentia, fugiat lapſum. Propone quoque ei memoriam electorum Dei: & diſcerne ipſi vtrorumque retributionem: & ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Sin autem in eadem voluntate atque opinione perſeuerauerit, & ab alijs admonitus non paruerit, ea † peragendo quibus contemnere ſe indicet admonitores: ſubtrahe te illi, fuſis pro eo precibus ad Dominum, ſecundùm notare dictum illius: Quòd ſi quis non obedit verbo noſtro, per Epiſtolam hunc notate. Et ne commiſceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.

Matth. 18. † τὰ τῆς καταφρονήσεως ἔργα. 2. Theſſ. 3.

Quis

Quis aliquando conſpicatus alterum in ſemitam aliquam ingreſſum, & in illa periiſſe; non ſemitam illam fugit, ne in eandem incidat calamitatem?

CA. LXXXV.

Ne decipiaris frater, ſaturitate ventris, & noli inebriari vino, in quo eſt luxuria: non enim tibi lucrum eſt, niſi in perficienda voluntate Domini.

CA. LXXXVI.
Epheſ. 5.

Serua frater caſtitatem corporis tui: quam ſi in charitate Chriſti cuſtodieris; omnem facilè virtutem perfectè exercere & aſſequi poteris. Nam qui in te inhabitat Spiritus ſanctus, ſuper te gaudebit, quòd templum Domini, puritate ac recta voluntate *adoleas; ideoque confortabit te ad omne opus bonum. Hæc porrò tria inſtrumenta ſunt excolendis virtutibus, ac cæleſti puritati perquàm accommoda: temperantia ventris, moderatio linguæ, & oculorum frænum. Si ergo duo ſeruaueris, oculos verò non cuſtodieris, ne diſtrahantur: firmam caſtitatem tenere nequibis. Quemadmodum enim aquæductus confractus deperdit aquas: ita & oculorum diſtractio mentem caſtam deſtruit. Si quando autem edēdi *auiditas te inuaſerit; dic cogitationi: puta, ſi heri hoc te cibo refeceris, nonne hodie ieiunus ſurrexiſti? Quòd ſi porrò tibi ſuggeſſerit, vt res inutiles ab alijs ſciſciteris; dic cogitationi tuæ; puta iam te interrogaſſe, quodque proximus tibi reſponderit, & ſile. Quòd ſi euagationes *mentis atque diſtractiones tibi ſuggeſſerit; dic cogitationi: propterea hic es, non vt alienam pulchritudinem perdiſcas. quare tibi ipſi attende, & negligentiam fuge, vt mens tua confixa cohæreat in timore Domini iuxta illud Prophetæ: Configе clauis à timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.

CA. LXXXVII.
*Grȩc. θυμιᾷς.
*al. τυμᾶς. i. honoras.
A Simili.
*al. appetitus, ſeu cupiditas.
*μετεωρισμοὺς.
Pſalm. 118. iuxta LXX.

Arbitror conducere Monacho maximè nouitio, non exire cella, ſine *ſuperhumerali; indecens enim eſſet abſque pallio prodire: ſiquidem nudo aliquo amictu, ſiue cum ſolo colobrio nouitiũ incedere, monacho turpe eſt & indecorum. Scriptum quippe habetur: Præcingere, & calcea te caligas tuas, & circunda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. *Non decet quoque Monachum, nimio affectu atque inordinatè corpus lauare, vel pedes, inſtar voluptatis *amatorum: nam per corporis elegantiam, veſtiumque ornatum, ſibi voluptates *conciliant. ſicque pietatis ſtudioſus, per contraria reſiſtit contrarijs.

CA. LXXXVIII
*ἄτερ κατανωτίου.
κολόβιον.
Actor. 12.
*al. cap. 89.
*φιλήδονοι.
*al. venantur.

Non oportet ad oſtentationem hominum quidquam agere: ſed cuncta puro agenda ſunt corde, tanquam Deo latentium & occultorum conſcio, à quo etiam ſolo remunerationem ſperemus. *Non licet etiam Monacho peregrina proferre colloquia, præſertim tempore Synaxis: ne impedimentum detur cæteris. Ecce fratres noſtri laborant, & nos diſturbamus illos. Ipſi ſacras audientes Scripturas *combibunt eas, inſtar terræ pluuiam ſitientis: nos autem & intus verſantes, extra cogitationibus diſtrahimur. Ipſi diligentes ſunt & attenti: nos autem negligentes. ipſi vigilant in orationibus: nos autem ſomno & inertiæ noſipſos obſtringimus. ipſi coronam accipiunt: nos autem in noſtra permanemus ignauia. ipſi Deo placere ſtudent, nos autem mundo. Quare & nos euigilemus, vt accipiamus. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Quoniam ſuauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Ipſi gloria, in ſecula, Amen.

CA. LXXXIX.
*al. cap. 90. &
*al. cap 91.
*συμπίνουσιν.
Lucæ 11. & Matth. 7.
Pſalm. 144.

Deum time chariſſime, & mandata eius obſerua, & citò videbis longè poſt te relictos eos qui te contemnunt atque deſpiciunt, ſi minus hic, at certè ibi. Serua igitur charitatem, & pupillam oculorum. Lux & vita in ea ſunt, ſerua eam. Gaudium eſt omnibus adhærentibus ei: Diuina eſt *poſſeſſio, angelique dignitas, tene eam. Si dilexeris eam, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Si ſeruaueris eam, erit tibi exultatio coram Angelis Dei. Si eam dilexeris, proſperaberis in cunctis operibus tuis. Si dilexeris eam, inhabitabit in te gratia Dei; eritque gratia inſtar fontis diſtillantis medicamenta hominibus, bonusque odor eius cor tuum exhilarabit. Columna hæc omnium virtutum. Nullus in ea reperitur dolor mortis. Iuſtitiam & fortitudinem, patientiam ac pacem edocet: domus Dei eſt, eam ſerua: donabit autem nobis eam cum fructibus eius, ipſe Dominus. Cui gloria in ſecula, Amen.

CAP. XC.
*Grȩc. κτῆμα
*al. κτίσμα.
Pſalm. 102.
Charitas, colũna omniũ virtutum.

CAP. XCI. Chariſſimi, diligamus, inuicem: & confundetur inimicus, qui non ceſſat aduerſus
ſeruos Dei æmulationem excitare atque inuidiam. Nam qui inimici ſequuntur
conſilium, videntes inter ſe fratrem ex animo placidè ſeruientem Domino,
*ὑποπτεύοντες. non probant: ſed machinationes excitant, volentes eum perſequi, *veriti
ne vera pietate atque religione proficiens, fortior ipſis euadat. Et hic quidem
perſecutionem patiens, innocens recedit ex cauſſa ſeparationis: ſed auctores
culpa non vacant. Sic Ioſeph pro ſeruo venundatus eſt Aegyptijs: verùm
Geneſ.39. 40. 41. 42. 43.& Pſalm. 104. Deus, quem mente tenebat, ipſum non deſpexit; immò gratiam ac ſapientiam,
coram Pharaone Aegyptiorum Rege donauit. Principemque eum ſuper Aegyptum
*οἱ ἀπογνόντες & vniuerſam domum ſuam conſtituit: & qui *reprobauerant eum, ibant &
adoraturi eum cum muneribus, non ſolùm vt fratrem, ſed tanquam Regem &
Pſalm.32. Dominum vniuerſæ terræ Aegypti. Nam ſcriptum eſt: Dominus diſſipat conſilia
gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.
Pſalm.117. Conſilium autem Domini in æternum manet. Rurſusque ait: Dominus
Hebr.13. mihi adiutor, non timebo quid faciet mihi homo. Seruemus igitur nos ipſos
chariſſimi, ne quem ex puſillis iſtis ſcandalizemus, Domino & Saluatore noſtro
Matth.18.& Ieſu Chriſto affirmante, expedire tali magis, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo
Marc.9. eius, & demergatur in profundum maris: quàm vt vnum ſcandalizet de puſillis
Ibidem. iſtis, qui in me credunt. Et iterum: Videte, ne contemnatis vnum ex his puſillis;
dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris
Pſalm.33. mei qui in cælis eſt. Propterea diligamus inuicem fratres, vt cum viderit Dominus
*al. ob timorē. fidem & vnionem ad inuicem, quam habemus cum *timore eius, in nobis
Pſalm.103. lætetur, ſicut ſcriptum eſt: Lætabitur Dominus in operibus ſuis. Cui gloria, in
ſecula ſeculorum, Amen.

CAP. XCII. Cautè age frater, & attende tibi ipſi: multæ enim ſunt inſidiæ inimici. Si enim
fratrem ſobrietati ac vigilijs deditum conſpexerit inimicus; alium mox ex ſegnioribus
aduerſus eum excitat, vt ſæpe etiam manus inter ſe conſerant. Deinde
conciliata amicitia, eandem confidenter inter illos auget fraudulentus; non quidem
virtutis gratia: ſed vt eiuſmodi amicitia: turbatis illorum mentibus, voluptates
Concordia diſcors. inter eos admiſceat, fiatque ingens malum. Quare etiam poſteaquam ſuam
ipſi improbitatem damnauerint, tantùm ſæpe odium auget; vt abijciant breuem
illam diſcordemque concordiam. Qui verò Deum timet, nunquam ſine ſuperna
Iacob.3. ſapientia diliget. Nam ſcriptum eſt: quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, primum
quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, & quæ ſequuntur.

CAP. XCIII. Si inter fratris commoreris, ne aſſueſcas præcipere, ſed exemplum te potius
ijs præbe bonorum operum: obediens in ijs quæ ab alio dicentur tibi: ſin autem
DOCTRINALIA. exigente neceſſitate loquaris, tanquam conſiliarium te gere. Quod ſi alius frater
dicta tua refellerit; ne mouearis mente, ſed voluntatem tuam, charitatis paciſque
gratia, reprime. Si enim iram ercandeſcentis Dæmonis, per manſuetudinem
*al. aduerſariū tuum. reſpuis, nihil aduerſum te poterit. Vnde ſic *tibi repugnantem alloquere:
Ego quidem benedicte, tanquam idiota aliquis locutus ſum, ſic conſiderans,
da veniam ignorantiæ meæ: ſit autem quemadmodum ipſe dixiſti; & in hoc retrocedet
à te, re infecta, atque confuſus, turbarum excitator diabolus. Nam
*al.& perturbationes in nos incurabiles. contendere, ac propriam voluntatem oſtendere, turbas excitat, & *iracundiam
inſanabilem: ira aũt in ſinu quieſcit impiorum: & vis iræ eius, ruina eſt ipſi. Vnde
2.Tim.2. & Apoſtolus admonet dicens: Seruum Domini non oportet contentioſum eſſe.

CAP. XCIV. 1.Theſſ.4. Apoſtolo dicente: Hæc eſt enim volũtas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis
vos à fornicatione. Certamen verò non exiguum eſt inter ſanctificationem &
immunditiam, dum impudicitæ cooperatores ſuggerunt eiuſmodi, dicuntque:
Ecce nullus te videt, & quem vereris? Quibus cooperatores ſanctificationis
*al. intuentur. reſpondent: Deus videt, & Angeli eius *adſunt; & quo pacto tu ais, nemo te
videt? At tentator: hucuſque, inquit, neminem aſpicimus. Quem interrumpentes
*al. ſanctimoniæ cultores. *puritatis ſtudioſi: Bene, inquiunt, dixiſti, quòd nihil videmus. Nam ſcriptum
Sap.2. eſt: Excœcauit eos malitia eorum, & neſcierunt ſacramenta Dei. Propheta
Pſalm.95. quoque clamante atque dicente: Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando

A quando ſapite. Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat? Et alio in Pſalmo ait: Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Tu intelleſtiſti cogitationes meas de longè: ſemitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti. Et omnes vias meas præuidiſti: quia non eſt * dolus in lingua mea. Ecce Domine, tu cognouiſti omnia nouiſſima, & antiqua: tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: * confortata eſt, & non potero ad eam. Quò ibi à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in * extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi, forſitan tenebrę cõculcabunt me, & nox illuminatio in delicijs meis. B Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & mox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Et alibi: In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus. Et quo pacto tu audes dicere, quòd nullus te videt? cùm & ſæpe olim Dominus dixerit: Amen dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Hæc igitur tecum ipſe reputa, & peccatum nequaquam dominabitur * tibi, neque dolor peccati occupabit te: ſed gaudium & pax tibi erit in Spiritu ſancto. Nam peccatum tenebricoſus atque caliginoſus conſequitur & comitatur dolor, qui illius auctores & effectores inuadit: Sanctificationem verò, gaudium & pax conſequitur. Qui itaque quietus in cella ſua degit: exultat in Spiritu ſancto, inſtar infantis ſub mammilla matris. Deinde iterum reuerſa gratia, facit eum lugere ac flere, in memoriam ipſi peccata præterita reducens: ne nimio elatus gaudio, offendat. C Quin & lachrymis ſplendeſcit anima, cæleſtia diuino munere contemplans. Magnum quippe beneficium eſt, Sanctificatio in dilectione Chriſti. Ipſo Domino affirmante: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Ipſe autem Dominus, qui fragiles excitat, & eos * qui animo ſunt demiſſo atque abiecto ſaluat; & membra in peccatis inueterata, per pœnitentiam reparat: immaculatum corpus noſtrum, cum anima ac ſpiritu tueatur atque cuſtodiat. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſalm. 138.

* vulg. non eſt ſermo in lingua mea.

* al. inualuit.

Ibidem. & Amos 9.

* al. in directũ.

Actor. 17.

Lucæ 19.

* al. in te.

Comparatio pulcherrima.

Matth. 5.

* τοὺς ἀπεγνωσμένους.

CAP. XCV.

Si quietus vixerit Monachus in ſua cella, à multis turbis liberabitur. Qui autem * vecors eſt mente, ſi ad turbas acceſſerit, non referet æmolumentum: at qui cogitatione perfectus eſt, vtilitatem percipiet. Cæterùm quietam ac ſolitariam vitam degere, præſtantius eſt. Exempli gratia chariſſime: Fratri per ciuitatem obambulanti occurrit tumultus * humanæ conditionis, dum hunc quidem D ridentem videt, iſtum verò plorantem, illum dirè iurantem, alium etiam blaſphemantem. Et eiuſmodi conſpiciens frater; ſi mente ſit infirmus, ſubitò illud Phariſæi dictum in mente habebit: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum. aut frequens etiam ijſdem affectionibus cõmotus, diſcedet: quare ſolitudo quieta maximè infirmioribus eſt vtilis. At qui mente perfectus eſt, iam dicta intuens, obſtupeſcit ſuper longanimitate Dei, ſecum ita loquens: Vides quanta ſit diuina patientia: quandoquidem dum à nobis maledicitur * & blaſphematur, fert patienter, & non iraſcitur; deſpectus ſuſtinet, & non reminiſcitur iniuriæ. Cæterùm cuncta noſtris vſibus ſuppeditat abundanter: erudiens & miſericordiam exhibens, omneſque ex multa benignitate ſua ad pœnitẽtiam reducere cupiens. Ego verò quid faciam peccator? quia cùm terra ſim & cinis, contumeliam ſufferre nequeo: immò nec verbum quidem à fratre aſperius: Nam E ſi contumelia mihi aſpergitur, iraſcor. Si conſolatio mihi adhibetur, animo efferor. Hei mihi peccatori: hei mihi. Et his compunctus frater, abit glorificans Deum, ac dicens: Gloria tibi Deus, gloria tibi. Iterumque dico: Gloria tibi, qui ſolus bonus es.

* al. Puer eſt ſenſu.

* θόρυβος τῆς ἀνθρωπότητος.

Lucæ 18.

* βλασφημούμενος.

CAP. XCVI. CONTRA IMPVRAS COGITATIONES.

Chariſſimi, ſi quando impuræ mentem noſtram perturbent cogitationes, non deſpondeamus animum, ſed meminerimus miſerationum Dei. Nunquam enim cui nauigium commiſſum eſt, reprehendetur à Domino, vel poſſeſſore, vt dicat: Cur paſſus es meam nauem fluctibus appelli? Sed cur neglexiſti, nec fluctibus obſtitiſti? Cur verò & in portum propoſitum, id eſt, ad diuinam miſerationem non confugiſti? Nam quando in nos inſultus immundarum cogitationum ſuſcitat

inimicus, quas hominum aures ferre non poſſent: conuerſus, viciſſim dicit: Periiſti,
non eſt tibi ſpes vlla ſalutis, volens vndis eum deſperationis demergere.
Tu itaque caue fidas dictis eius, ne mentem propriam deſperatione deterreas: ſed
quantum illi, deſperationis timore, animam grauant: tantum nos ſpe futurorum
*ἐπὶ πλεῖον. bonorum ſubleuemus eam, diuinæ commiſerationis memores: ne *nimium
onerantes aduerſarij, etiam animam cogitationibus demergant. Illiſque ad nos
dicentibus; perditus es, nec amplius ſaluari poteris. dicamus eis: nos cum Deum
habeamus miſericordem atque longanimem, non deſperamus de noſtra ſalute.
Qui enim dixit, non ſepties ſolùm dimittendum eſſe proximo, ſed vſque ſeptuagies
Matth.18. ſepties: multo magis peccata dimittit *exſpectantibus ſalutare ipſius. Pulſis
*al. ſperantibus *f. in aliud. igitur hinc ipſis, in *alio incurſionem faciunt, dicentes: Cùm Deum habeatis
miſericordem atque longanimem, & peccata dimittentem: cur non magis indulgetis
voluptatibus ſeculi, & poſtea pœnitentiam agite? Ad quos tunc nos reſpondeamus:
1.Ioan.2. Quæ fecimus, fecimus, & infecta reddere nequimus: nunc autem
Scriptura atteſtāte, quòd nouiſſima hora ſit, in quam horam, vel in quod tempus
reſpicientes, noſtram ſalutem negligemus? malumque in conſpectu Domini
A Simili. Dei noſtri agere, pro nihilo ducemus? Similis es enim frater chariſſime, viro ſub
arbore confidenti, qui proſpiciens immanes beſtias gregatim aduentare, ſeſe in
altum abripit, ita vt feræ ipſi nocere non valeant. Exiſtima autem arborem, timorem
Dei; eritque tibi gratia cooperatrix, in omnibus vbicunque ambulaueris,
& inimicos tuos ſubſternes tibi.

CAP. XCVII. Sic in præſenti vita incedere oportet fideles: Si gaudium nobis acciderit, ſiue
ex felicitate aliqua, ſiue ex beneficijs acceptis, vereamur non longè abeſſe triſtitiam:
ſin autem triſtitia ſuperuenerit nobis, ſperemus gaudium propinquum.
Ab exemplo. Exemplum ab ijs qui per mare nauigant capiamus: nam hi, inſurgente in eos vento,
ac tempeſtate aliqua vehementiore, non illicò deſperant ſuam ſalutem, ſed
reſiſtunt fluctibus, tranquillitatem exſpectantes, qua obtenta, iterum procellas
metuunt; vnde etiam aſſiduè aduigilant, ne repentina aliqua vis ventorum inſurgat,
quæ eos imparatos in mare deturbet: ſic & nos vtrimque circumſpectos eſſe
*al. neque vt peregrinus oportet. Qui enim exſpectatur, ſi venerit, non vt nouus *atque hoſpes recipitur:
neque enim illum imparatũ offendit. Cùm igitur tribulatio aliqua vel anguſtia
nobis acciderit; liberationem ab ijs, & auxilium à Domino exſpectemus: ne fortè
dum longior eſt ac diuturnior tribulatio, ſi nulla ſpes nobis ſalutis ſuperſit,
mortem afferat. Similiter dum gaudium obuenerit, anguſtias exſpectātes: ne ob
nimium gaudium, obliuiſcamur luctus.

CAp. XCVIII. Si compaſſionis *affectu permotus, fratrem adhortaturus abieris, priuſquam
*Ἐὰν συμπαθῶν. tractes cum eo, quem cohortari ſtatutum eſt, ſic tecum cogita: Si te non audierit,
noli iraſci, neque perturbari: ne nocumento ſit vexatio tua, & fratrem accuſes.
Si te auſcultauerit, gratia Deo: Sin autẽ adduci non poſſit, vt dictis tuis obediat;
*ὡς διὰ τὸ αὐτοῦ ὄνομα. ne iraſcaris. Nam compaſſionis mercedem, repreſſioniſque iræ, incunctanter à
Deo accipies: quippe *qui ob illius nomen id feceris.

CAP. XCIX. Chariſſime, cæleſtem theſaurum deſideras, dignuſque Domino fieri cæleſti,
Matth.19. dicentem audi: Si vis perfectus eſſe, vade & vende quæ habes, & da pauperibus,
Matth.10. & Lucæ 14. & habebis theſaurum in cælis: & veni, ſequere me. Et rurſum: qui amat patrem
aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam,
Marc.10. 16. & Lucæ 14. & ſequitur poſt me, non eſt me dignus. Itaque niſi quis crucem baiulet, non
*al. adiunxit. poterit ſequi Dominum. Poſtquam enim dixit: vade, vende quæ habes, & da
pauperibus, & habebis theſaurum in cælis. *ſubintulit dicens: & veni, ſequere
NOTA. me. Non enim dixit: & habebis theſaurum in cælis. & deinceps dormi, ac requieſce:
ſed dixit, & habebis theſaurus in cælis, & veni, ſequere me. Non ergo
ſolum renuntiationem, ſed & probationem, quæ in eiuſmodi ſuccedere ſolet
*al. dimouere. laboribus, præbe. Tunc enim præſtantium certamen & lucta ſuſcipietur cum aduerſario:
qui ſi poſtea cogitationem *transferre valuerit à cognitione rerum cæleſtium,
nouiſſima peiora reddet primis. Sicque Monachum inimicus tentat,
vt qui largè ac liberaliter ſuas opes in pauperes diſperſerit; viliſſima deinde
quæque

A quæque egeſtatis prætextu auidus atque * iniuſtè perſequatur; & qui nuptias legitimas recuſauit, fornicationis hunc & laſciuiæ amatorum efficiat. Vndè ſanè multa opus eſt ſobrietate & vigilantia, donec ex hoc corpore ſiue carcere * ac ſepto exceſſerimus.

*al. audacius.

*ἐκ σκάμματος.

CAP. C.

Chariſſime, ſi in * congregationem fratrum, ſe in pietate ac religione exercentium, incideris; voluerisque verſari inter eos, vt ſeruias Domino: vide, in omnibus modeſtum ac humilem te præbeas; vt alios quoque qui ex miſeranda ſeculari vita aderunt & aduentabunt, tua honeſta conuerſatio erudiat, ſuasque ipſi animas ad virtutum perfectionem excitent. * Quando ergo Præfecti, nos vnà cum alijs fratribus iuſſerint ad opus egredi, alacres * contendamus. Si porrò reſponderis, corpus tuum non ſufferre labores, ſicut ruſticorum, perſpicuum B iſtud eſt: non enim omnes æqualiter poſſunt onera ferre; cæterùm obedientem & promptæ voluntatis eſſe, conceſſum eſt omnibus. Oſtende igitur * inſtitutum atque alacritatem tuam in veritate: & omnes te onere leuabunt, videntes te illi ferendo parem non eſſe. Sed vide, ne * omnino te illo ſubleuari patiaris temerè: verùm interpella eos, dicens: Ego quoque vobiſcum partem habere cupio: & cooptare ijs pro viribus, quas tibi largitus eſt Dominus. Nam ſcrutator cordium, qui nos creauit, nobiſque vitæ ſpiritum dedit, nouit quas ſingulis vires attribuerit. Si enim poſt arreptam ſolitudinem, contraria diuinis mandatis egerimus: in vanitatem res tota reſoluitur. Quòd ſi ſubrepens inimicus, concupiſcentiam rerum præteritarum, in mente tua ſeminauerit: vide ne vlla quidem C ratione patiaris cum huiuſmodi cogitationibus verſari ac colloqui: nam præteritarum memoria rerum, ſuperbiam ijs parit, qui temerè ac ſine ratione eas * mente pertractant. Quando porrò ſpatium ac locum, ſuperbiæ operibus perficiendis opportunum, propter inſtitutum vitæ repugnans, non obtinuerit: tunc carnali affectioni, & voluptatum concupiſcentiæ mentem ipſius tradere nititur: mala autem affectio, noſti quid ſit? paſſio ea eſt improba, Deum irritans, & homines exacerbans, quam deſtruet Dominus. Ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

*Σύστημα τῶν ἀδελφῶν.

*al. cap. 101.

*προδράμωμεν.

*τὴν πρόθεσιν.

*εἰς τέλος.

NOTA.

*al. in earum cogitatione hærent.

κακοήθεια πάθος πονηρόν.

D

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

CEntum iſta Auctoris noſtri Capita lectu ſanè digniſſima, multiplicem in ſe Doctrinam continent, variarumq; rerũ narrationes: nec non Apophthegmata ac ſcitè & argutè lepideq; dicta plurima, præter comparationes atque ſimilitudines hinc inde petitas, & exempla aliquot accommodatiſſima: modum autem ac rationem inter alia potiſſimum acquirendæ humilitatis tradunt: & ſunt veluti Compendium quoddam ſi non omnium, ſaltem plurimorum hoc ſecundo Tomo antea tractatorum, è quibus non pauca conciſè in hiſce capitibus adducta ac repetita inuenias. cuiuſmodi etiam ferè ſunt in primo Tomo eius Beatitudines ac ſpiritalis vitæ regulæ plurimæ: nec non Capita XCI. De recta viuendi ratione. & de Vita ſpiritali ad monach. Capita XCVI. &c. Quibuſcum etiam aliorum Patrum in multis conferri poſſunt capita ac Regulæ monaſticæ, Pachomij, Macarij, Magni Baſilij, Gregorij Nazianzeni, Chryſoſtomi: item Caſſiani. Nili Archimandritæ Conſtantinop. ac Marci, Eſaiæ, & Dorothei Abbat. &c. e quibus licet multa reperiantur typis mandata, ſunt tamen non pauca adhuc in antiquis Vaticanis membranis Græc. latentia (quæ ibi aliquando vidi) & nondum in lucem edita, præcipuè autem veterum iſtorum Abbatum Græcorum, quorum iam memini.

Eiuſdem S. P. Ephræm Capita Centum: quæ & narrationes, & Apophthegmata ac ſcitè dicta, doctrinamque variam continent, & de ratione acquirendæ humilitatis, &c.] *Hanc omnium iſtorum Capitum inſcriptionum anteponere hic viſum potius fuit, quòd magis ipſum Argumentum, præcipuéq; in illis contenta per partes quaſdam denotet atque proponat. vbi tamen in alijs atque alijs Exemplaribus mſſ. abſque eiuſmodi partium expreſſione, breuius etiam ſic reperitur:* Eiuſd. Capita cẽtum, quomodo quis humilitatem ſibi comparet.] *& al.* Eiuſd. S. Patris Ephræm, de modo ac ratione acquirendæ humilitatis, Capita centum.] *qui Titulus etiam commodus eſt, & inſtituto quadrat, ac placet, cùm à potiori fiat denominatio, potiſſimumq; de rectè comparanda humilitate, in hiſce agatur. Ad numerũ porrò Capitum, quod hic attinet, licet in pleriſq; MM.SS. diſtinctio illorum atque diſtributio in plura fiat quàm centum: tamen quia in omnibus Græc. exemplaribus quæ videre licuit, præmittitur in Inſcription. numerus ſolum centenarius, & non vltra; factum eſt quòd in nonnullis capitibus*

magis

magis conciſis, & à ſeinuicem quaſi dependentibus, duo in vnum contraxerimus, coniunxerimusq; vt præmiſſo Titulo, capitum quoque numerus in corpore Textus reſponderet, & nec plura nec pauciora quàm centum, hic à nobis nollo prætermiſſo, reponerentur.

Ex cap.3. Audimus loquentem Sapientiam: Homini fornicario omnis panis dulcis: non fatigabitur tranſgrediens vſque ad finem, &c.] *Verba iſta allegantur ex Sapientia Sirach, ſiue ex Eccleſiaſtico cap. 23. concordatq; in plerisq; hic lectio noſtri Auctoris cum edit. L X X. at in vulg. paullo aliter ſequentia ſic leguntur:* Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum, cõtemnens in animam ſuam, & dicens: Quis me videt? tenebræ circundant me, &c.] *In reliquis verò poſt ſequẽtibus, partim cum vulg. & partim cum L X X. verba hic conſonant, quare & vtriſque nos in tranſlatione pro exigentia rei accõmodauimus: & in aliquibus verba etiam quædam Scripturæ aliter ab Auctore lecta atq; accommodata, prout ſunt apud ipſum reddidimus, cuiuſmodi hic ſunt iſta:* At contra hominis oculos timet: nec intelligit infinitis partibus oculos Domini lucidiores eſſe ſole, circumſpicientes, &c.] *hæc quæ per adluſionem ex iam citato Sapientiæ cap 23. videntur dicta, & ſic applicata. vbi in edit. LXX. hic eſt:* Et oculi hominum timor eius: & non cognouit, quoniam oculi Domini decies millies lucidiores ſole, inſpicientes omnes vias hominum, & intuentes in abſcõditas partes &c. *in vulg. autem ſic:* & non intelligit, quoniam omnia videt oculus illius; quoniam expellit à ſe timorem Dei huiuſmodi hominis timor. & oculi hominum timentes illum: & non cognouit, quoniam oculi Domini multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes viam hominum, &c.] *vnde quæ in his lectionis ſit conuenientia, & quæ differentia Lector conſideret. Conſtat autem totum hoc Tertium Auctoris caput, ex verbis Sapientiæ Sirach, cap. 23.*

Ex cap. 5. Non dicas: à Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur? In populo magno non ero in memoria, &c.] *Ex capite 16. Sapientiæ Sirach; citantur iſta: vbi etiam alia atq; alia notanda erit lectio, ſiquidem in vulg. hic inter alia ſic eſt:* In populo magno non agnoſcar: quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce, cælum, & cæli cælorum, abyſſus & vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commouebuntur, &c.] *at in editio. L X X. ad verbum, ſic:* Non dicas, à Domino abſcondar: numquid ex ſummo quis mei memorabitur? In populo magno non ero in memoria: quæ eſt enim anima mea in immenſa creatura? Ecce cælum, & cælum cæli: Dei abyſſus, & terra commouebuntur in viſitatione eius. montes ſimul, & fundamenta terræ, cùm conſpexerit illa, tremore concutiuntur.] *Cuius loci verba, quouſque ab Auctore extenduntur, etiam hic producere ex edit. L X X. viſum eſt: vt quilibet conuenientiam atque differentiam lectionis videat decernatq;, vbi partim S. Ephræm cum LXX. & partim cum vulg. conſentit, partim etiam ab vtriſque diſſentit, aliterq; nonnulla légit. ſicut rectè examinanti ac conferenti patebit.*

Ex cap. 15. Et comedit Iacob, & ſaturatus eſt, recalcitrauitque dilectus. incraſſatus, impinguatus, dilatatus, &c.] *Locus eſt Deut. 32. vbi in vulg. illud:* & comedit Iacob, & ſaturatus eſt, recalcitrauitque, &c] *eo in loco deeſt, ſed ponitur in edit. L X X. vbi ad verbum ſic eſt:* Et comedit Iacob, & ſaturatus eſt: recalcitrauit dilectus. Impinguatus eſt, incraſſatus eſt, dilatatus eſt: & dereliquit Deum qui fecit eum: & receſſit à Deo Saluatore ſuo.] *concordat autẽ hic in aliquibus partim cum vulg. & partim cum L X X. noſtri Auctoris lectio; quam & alibi aliquoties ab eodem citatam & pulchrè applicatam vt hic inuenies, etiam hoc eod. tomo 2. poſtea, vbi in tract. de Panoplia ſeu armatura ſpiritali, locus ille ſic citatur:* Comedit Iſrael, & ſatiatus eſt, & recalcitrauit dilectus, incraſſatus eſt, impinguatus eſt, dilatatus eſt, & dereliquit Deum factorem ſuum, &c.] *vbi quaſi eodem modo eſt per omnia, vt hic & apud LXX. niſi quòd pro (*Comedit Iacob*) vt hic habetur, & in edit. LXX. illic (*Comedit Iſrael*) legatur, ſicut & quandoque alibi.*

Ex cap. 23. Scriptum eſt in lege Moyſis: Si venundatus tibi fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa, ſeruiet tibi ſex annis, & ſeptimo dimittes, &c] *Quæ Moyſis verba habentur Exod. 21. & Deuteronom. 15. vnde ea hic mutuatus eſt Auctor, quamquam tamen (vt apparet) magis ex loco Deuteronomij, quocum etiam verbatim hæc lectio concordare videtur per omnia, præſertim iuxta L X X. at in vulg. paullò aliter ibi ſic reperitur:* Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebręus, aut Hebræa, & ſex annis ſeruierit tibi; in ſeptimo anno dimittes eum liberum.] *& paucis ibidem interiectis, poſtea:* Sin autem dixerit: Nolo egredi, eo quod diligat te, & domum tuam. & bene ſibi apud te eſſe ſentiat: Aſſumes ſubulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & ſeruiet tibi vſque in æternum: ancillæ quoque ſimiliter facies.] *Et vt te differentia & conuenientia iſtorum cum citato loco Exodi conſtet, etiam inde verba adducam, quæ ibi ſecundùm LXX. ſunt eiuſmodi:* Si acquiſieris ſeruum Hebræum; ſex annos ſeruiet tibi: ſeptimo autem anno abibit liber gratis, &c] *ac paullò ibidem poſtea:* Sin autem reſpondens ſeruus dixerit: Dilexi Dominũ meum, & vxorem & paruulos, non abeo liber: adducet eum Dominus eius ad Tribunal Dei. & tunc adducet eum ad oſtium ad poſtem & perforabit Dominus eius aurem fabula, & ſeruiet ei in ſeculum, &c] *at in vulg. Exod. 21 ſic:* Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egredietur liber gratis, &c.] *ac quibuſdam interiectis, poſtea:* Quòd ſi dixerit ſeruus: Diligo Dominum meum, & vxorem ac liberos, non egrediar liber. offeret eum Dominus dijs, & applicabitur ad oſtium, & poſtes; perforabitque aurem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſeculum.] *Ex quibus, lectionis varietatem*

diligent

A *diligenti Lectori expendendam conciliandamq́; relinquimus; nobis verba hinc inde adduxiſſe, & cum citatis hic ab Auctore contuliſſe ſat ſit: quæ quidem hoc loco & alibi conuenientiſſimè ab Ephræm adducuntur & applicantur. myſticeq́; ac ſpiritualiter eadem per S. Hieronym. lib. 2. aduerſus Iouinian. exponuntur, vbi inter alia, quid ſit ſeptimo anno egredi ſeruum liberum, & perforari eius agricolam, ac cum vxore & liberis ſeruire, &c. optimè explicatur & accommodatur, ſicut & alibi apud eundem.*

Ex cap. 28. Sic cum peruerſo oportet peruerti, & pedibus peccati nequaquam ſubijci, &c.] *In Græco hic eſt:* οὕτω δεῖ διαστρέφειν μετὰ στρεβλοῦ, *&c. quod, etſi aliter quoque ita transferri poſſet:* Sic cum peruerſo oportet conuerſari, &c. *(nam & illud verbum* διστρέφειν *ſignificat) tamen hoc loco vertendū potius videtur vt poſuimus, conſiſtendumq́; in acceptione vocis illius præmiſſa: reſpicit enim, apparet, ad ſuperiorem locum, vbi eſt:* καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις, *i. & cum peruerſo peruerteris, &c. vt eſt Pſalm. 17. additurq́; hic poſtea,* τοῦτο διαστροφὴν ἡγητέον, *&c. quamquam tamen illud* (διαστρέφειν) *bonam potius partem hic accipi colligitur ex loco Matth. 5. adiuncto:* Si quis te percuſſerit in maxillam dexteram, *(ſequiturq́; ibi in Græco)* στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, i. verte illi & alteram.] *ſubditurq́; immediatè:* οὕτω δεῖ διαστρέφειν μετὰ στρεβλοῦ, *&c. i. ſic cum peruerſo oportet peruerti, & pedibus peccati nequaquam ſubijci. q.d. ſi cum peruerſis peruerti oporteat: ita peruertamur, vt ſub pedibus peccati nullatenus verſemur, aut (ſicut ante dicitur) vt iniquitati naquaquam nos accommodemus, in quo peruerſitas cenſenda eſt, &c. ac ſicut Chriſtus monet, vt ſi quis nos percuſſerit in maxillam dexteram, vertamus illi & alteram. & ſicut Apoſtolus cohortatur, vt non vincamur à malo, ſed in bono malum vincamus, &c.*

Ex cap. 35. Si ægrotum viſitas, vide ne inimicus inter vos otioſiloquium ſuggerat, aut detractiones, &c.] *In viſitatione ac conſolatione infirmorum, quæ vitanda ſint, & quæ potiſſimum agenda atque ægrotantibus proponenda, breuiter hic tangit & comprehendit. Vitandos autem ibi dicit ſermones vanos & otioſos, ac detractorios, ex quibus tam auſcultantes quàm loquentes, damnum percipiunt; cum moris ſit (vt rectè hic ait) Diabolo, nocere vni quidem per linguam, alteri autem per auditum, &c. Conſolandos porrò ægrotos admonet ex ſacris Scripturis, adducendo inde ſalutaria, quibus mente ac ſpiritu (vt alibi dicit) infirmi reficiantur, & ædificentur: tum etiam proponendo ijs paſſionem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: atque iſta cum ſaluberrima ſit doctrina, meritò retinenda eſt, & ad praxim atque effectum tempore & loco ſuo à viſitantibus reducenda. Quo etiam faciunt, quæ hoc Tomo ſupra à noſtro adducta ſunt Auctore in Paræneſe 33. quæ eſt de Patientia, & compunctione. cuius ibi initium eſt:* Chariſſimi, præbeamus nos tanquam ſtrenuos milites, pro Rege noſtro Chriſto, &c.] *ac poſtea Paræneſe 35. quomodo conſolari oporteat puſillanimes: vbi de duplici Conſolatione agitur: & differentia inter Conſolatorem ſpiritalem, & ſenſualem adducitur, copioſeq́; explicatur. De quo plura vide apud S. Hieronymum, in Epiſtola 27. quæ eſt ad Euſtochium virginem, ſuper Epitaphio Paulæ matris: vbi inter alia multa, etiam agitur de ſolamine, quo ægritudo alleuanda eſt, & de Paula matre, quomodo ægrotantes moniales tractare ſolebat; & Paulam matrem, Euſtochium filia; & monachos, alij, &c.] item S. Bernardus in Sermone 86. ſuper Cantica, cuius principium eſt:* Non eſt quod ex me iam quæratur, cur quærat anima verbum, &c.] *Vbi inter alia oſtenditur infirmitatum & neceſſitatum omnium, verbum Dei remedium optimum eſſe, &c. De quo & alibi apud eum, alioſq́; Patres, quorum hic loca citare foret prolixum.*

Ex cap. 45. Prudentem atque ſincerum oportet eſſe Monachum, vt alia quidem tanquam ridicula prætereat, alia per humilitatem, alia autem ſale conditis verbis, &c.] *Vbi alia lectio ſic habet:* Prudentem & ſimplicem conenit eſſe Monachum: vt mala quæ contra ipſum ab aduerſario adferuntur, cognoſcat; & alia partim velut ridiculoſa pertranſeat, alia cum humilitate, & alia per ſermonem ſale conditum, &c.] *Reſpicitq́; non obſcurè ad illa verba Apoſtoli Coloſſ. 4.* ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, *i. Sermo veſter ſemper in gratia, ſale ſit conditus, &c. nam & hic Græcè eſt,* ἐν τῷ ἠρτυμένῳ λόγῳ, *i. in verbis ſale conditis, vel in ſermone ſale condito, ſiue oratione ſalibus quibuſdam aſperſa, &c.*

Ex Cap. 57. Vbi reperitur: Suggerit namque cogitationi fratris, ſecunda ac tertia feria hebdomadæ indulgendum eſſe otio; ſinitque eum reliquis diebus opprimi cogitationibus, vſque ad tempus reddendi operis, &c.] *alia ſic habet lectio:* Suggerit enim ſpiritus acediæ Monacho, &c.] *& al.* Suggerit enim cogitationi Monachi, duobus aut tribus diebus in hebdomada feriandum eſſe: permittitque ipſum reliquis diebus hebdomadæ diuexari cogitationibus, vſque ad finem hebdomadæ, &c.] *vbi in Græco eſt,* μέχρι τῆς ἑβδομάδον τὸ τέλος. *quæ etiam lectio hic ſatis quadrat placetq́;, ſicut & altera, quæ habet:* ἄχρι τῆς ἀποδόσεως τοῦ ἔργου. i. vſque ad tempus retributionis operis, *aut ſi mauis,* vſque ad tempus reddendi operis, *ſicut hic vertimus. puto autem vtrobique extremū omnino hebdomadæ diem intelligi, quo ab illis penſum exigebatur, &c.] Poſtea in fine eiuſdem cap. 57. vbi habetur:* Enitere igitur, vt quotidie aliquid agas, deique opus ad diem adiungas; & mens tua non illaqueata curis, liberius vacet orationi, &c.] *In alio MS. ſic legitur:* Da operam ergo, vt diei opus ad alterius diei laborem adiungas, & mens tua curis atque moleſtijs obuincta non detineatur; ſed orationi potius & exercitationi, & manuali operi tuo aſſiduè vaca, &c.] *vbi Græcè eſt,* ἀλλὰ σχόλαζον τῇ προσευχῇ, *&c.] at præcedens lectio, quia plenior videtur & inſtituto accommodatior, magis etiam ob perſpicuitatem hic quadrat, probaturq́;.*

Ex cap.58. Quando quis vitæ renuntians, egreſſus fuerit ad fratres, ipſo adhuc in primordijs A
religionis conſtituto: ſuggerit ei deſiderium improbus, ad habitum accipiendum intempeſtiuè,
&c.] *Vbi in alio MS. ſic continetur:* Quando aliquis abdicata vita ſeculari, exierit ad cœnobium
plurium fratrum: ſuggerit ipſi adhuc in primordijs verſanti inimicus deſiderium accipiendi
habitus ante tempus, &c.] *vtraque autem lectio bona eſt, & perſpicua: daturq́; vtrobiq; hic intelligi,*
τὸ ἅγιον σχῆμα, *i. habitum ſanctum non ſtatim Nouitijs monachis, etiam antiquitus concedi ſolere:*
nam antequam eo induebantur, aliquamdiu exercebantur & probabantur, & quidem in exteriore Tho-
lo, vt conſtat ex ſupra adductis in Parænefe 17. quæ incipit: Frater dignus es habitus ſancto indumen-
to monaſtico, ne extollaris aduerſus exſpectantes in futurum annum, &c.] *de quo & in noſtris*
ibi Scholijs plenius.

Ex cap.69. Et facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri: & timuerunt
nautæ, & clamauerunt vnuſquiſque ad Deum ſuum, *(ac al. ad proximum ſuum)* & iactum fece- B
runt vaſorum, &c.] *Verba ſunt Ionæ 1.cap. quæ hic vt ſunt in Græco textu Ephræm, & apud LXX.*
tranſtulimus. vbi in vulg. paullò aliter nonnulla ſic leguntur: Et timuerunt nautæ, & clamauerunt
viri ad Deum ſuum: & miſerunt vaſa quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis, &c.] *Se-*
quentia autem hic poſtea Ionæ verba: Clamaui in tribulatione mea ad Dominum Deum meum,
&c] *ſunt apud eum ſecundo cap. concordatq́; in ijs hic quoque Auctor cum LXX. quæ tamen in vulg.*
paullò etiam aliter ſic ſe habent: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de
ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam, &c] *Adhibet autem iſta Propheta hic verba*
loco exempli, vt illis doceamur, & nos inter tentationum ac tribulationum procellas, non deficere aut
deſperare: ſed confidenter potius ad Deum ſemper recurrere, eiusq; auxilium implorare, &c. Per vaſa
porrò in mare proiecta, abdicationem rerum terrenarum indicat, quodq́; quibuſcunque rebus ſecularibus
ſpretis, ad ſolam vitam æternam anhelandum ſit; & nequaquam obueniente nobis calamitate aliqua de- C
ſperandum, &c.

Ex cap. 70. Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam confi-
tebor illi, ſalutare vultus mei, & Deus meus.] *Verba iſta ex Pſalmo 71, hic ad recolligendas cogita-*
tiones, conſolondamq́; propriam animam inter anguſtias, accõmodata ſunt. diſcordiantq; in hoc ſolum
à lectione vulg. quòd ibi adhibito (adhuc) *legatur:* quoniam adhuc confitebor illi, &c. *hic autem non*
item: at in edit. LXX. in eo duntaxat eſt differentia, quòd ibi ſit, σωτηρία τοῦ προσώπου μου, *i. ſalus*
vultus mei: *hic autem apud Ephræm legatur,* σωτήριον τοῦ προσώπου μου, ϗ ὁ θεός μου. i. ſalutare vul-
tus mei, & Deus meus. *quomodo etiam eſt in vulg. & in multis libris Græcis.*

Ex cap. 71. Vbi eſt: deſumptiſque duabus ficubus, cum pauculis moris, etiam ad alium Senem
detulit: exhibitaque ipſi pœnitentia, dixit: Sume iſta pater, quia mittit tibi ille talis Senex, &c.]
Officium charitatis ac pacis per Fratrem illum largitione atque diſtributione eiuſmodi fructuum fuiſſe
demonſtratum, ſatis hinc palam eſt: ſed dubium hoc loco moueri poteſt de pœnitentia, quam dicit Seni
fuiſſe exhibitam, &c. Circa quod, vt certius quid conſtet, notanda eſt triplex, quæ hic occurrit, varia
lectio: eſt enim in vno MS. Græc. καὶ μετανοήσας αὐτῷ. *& in alio,* ϗ ποιήσας αὐτῷ μετάνοιαν. i. & fa-
ciens ipſi, ſeu coram ipſo pœnitentiam, &c.] *& al.* καὶ βαλὼν αὐτῷ μετάνοιαν, εἶπεν, *&c.] quæ tria* D
pro iiſdem hic ſumi, ſatis clarum eſt, fortè pro (genua flexit, vel ingenua coram eo procidit, aut quid ſi-
mile) quo denotetur aliquis pœnitentiæ illius actus, qui in acceſſu ad Seniores ac ſuperiores, cum reue-
rentia exhiberi ſolebat, vel etiam ante colloquium cum Sene, in genibus precatiunculam aliquam ſub
ſilentio ad Deum præmittendo, &c.] quomodo etiam ſupra demonſtratum eſt in Parænefe 35. vbi de
quodam Fratre ad alium viſitandi ac conſolandi gratia accedente, ſic narratur: veniensque ad ianuā
fratris, & pulſans, pœnitentiam agit admiſſuſque ingreditur, ac ſe ad orationem componit, &c.
vbi etiam Græcè eſt: ϗ βάλλει μετάνοιαν, *vt hic. De quo modo loquendi atque agendi, ibi plura in noſtris*
reperies Scholijs, pag. 398.

Ex cap 82. Non decet Monachum, vllam cum fœmina habere ſocietatem, &c.] *Alia hic le-*
ctio pro ἀσύμφωνον. *i. non decet, ſiue diſſonat, aut diſcordat, habet* ἀσύμφορον τῷ μοναχῷ. *i. non expe-*
dit, vel damnoſum eſt Monacho conuerſari cum fœminis, &c.] indicatur autem vtrobique magnum
periculum ac damnum, quod ex eiuſmodi commertijs atque colloquijs prouenire ſolet, & ſi in alijs, ma-
ximè inter Regulares. ſicut pluribus etiam albi ab Auctore noſtro oſtenditur, ac præſertim Tomo 1. in E
Tractat. de abſtinendo ab omni conſuetudine pernicioſa *& in noſtris ibidem Scholijs, vbi in hanc*
rem, aliorum quoque auctoritates adduximus. Quò etiam faciunt, quæ Magnus adducit Baſilius in
ſuis conſtitutionibus Monaſtic. cap. 4. per tot. vbi viuis rationibus atque exemplis clarè oſtendit, quòd
nequaquam temerè cum mulieribus conuerſari, & colloquia texere conueniat. idemq; de virginibus tra-
dit, in longo Sermone quem de Virginitate conſcripſit, ad Letoium Melitenſem Epiſcopum, vbi non
pauca huc facientia adducuntur. ſicut etiam apud Chryſoſtomum in prolixa longeq́; pulcherrima Ora-
tione, quàm conſcripſit. Περὶ τοῦ, μὴ τὰς κανονικὰς συνοικεῖν τοῖς ἀνδράσιν. Quòd regulares fœminæ vi-
ris non cohabitent, *cuius initium eſt:* οἴμοι, οἴμοι ψυχή. i. Hei mihi, hei mihi ô anima, &c.] *vbi*
pro Titulo admodũ vitioſè in Latinis Chryſoſt. exẽplaribus etiam poſtrem. edit. reperitur: Quòd regula-
res fœminæ viris cohabitent. *abſque (*οὐκ, *non) quæ quàm deprauata ſit lectio atque illius Sermonis*
Inſcriptio, non ſolùm ex manuſcriptis Græcis (in quibus conformiter legitur, οὐκ συνοικῶσιν. *& al.* μὴ συνοι-

A *συνοικεῖν) ſed etiam ex ipſo Argumento, & contentis atque tractatis in illa oratione colligitur. Quibus accedit, quod non ſolùm cum ipſius Chryſoſtomi, ſed etiam hic & alibi cum Patris noſtri Ephræm, ac Baſilij, & Nazianzeni, omniumq; aliorum Sanctorum Patrum doctrina pugnet illa talis ἐπιγραφὴ atque inſcriptio. quare & in Indice Sermonum Chryſoſt. quinti Tomi, & in Titulo ac frontiſpicio ipſius Serm. omnino corrigendum, legendumq;:* Quòd regulares fœminæ viris non cohabitent, *Serm.] ideoq; aduertant impreſſores, & lectores.*

Ex cap. 88. Arbitror conducere Monacho, non exire cella ſine humerali ac pallio: ſiquidem nudo alique amictu ſiue cum ſolo colobio prodire, monacho turpe eſt, &c.] *vbi alia lectio habet:* Expedire conſidero Monacho præſertim iuueni, non prodire extra cellam abſque pallio, aut alio indumento: nam honeſtatem atque decentiam, amictus ille ipſi præbet: nudo autem lebitonario ſiue colobio iuniorem monachum ambulare, monacho turpe eſt, &c] *vbi hîc habes εὐσχημοσύνην παρέχει. i. honeſtatem atque decentiam præbet: at ibi, ἀσχημοσύνης. i. indecentiam præbet.* B *ſiue indecorum eſt, &c. quæ etiam hic lectio magis quadrare videtur.] Cæterùm quod attinet ad vocabulũ Colobium, & lebitonarium, &c. quid ea ſint, & olim denotauerint. pro Lectoris ſatisfactione ac commodo exponam. Fuit autem Colobium, curta & truncata veſtis abſque manicis, quemadmodum etiam hic ac alibi illud nomen noſter vſurpat Auctor, ſed apertius Dorotheus Abbas in Serm. de obedientia & ſubmiſſione propriæ voluntatis, poſt med. ibi:* Habitus ſiue veſtitus noſter is eſt: Colobium, id eſt, curta, & truncata veſtis abſque manicis, &c.] *vbi etiam quid innuat Colobij forma, & cur ipſi ſoliti ſint Colobium geſtare abſque manicis, cùm alij manicas geſtarent, pluribus perſequitur explicatq;. Vnde etiam Sozomenus lib. 3. cap. 13. ſcribit monachos Ægypti χειτῶνας ἀχειροδότους, id eſt, tunicas abſque manicis habuiſſe: vt eo nimirum ſigno oſtenderent ſe manus ab iniuria & contumelia facienda habere penitus alienas, &c. quibuſcum etiam conueniunt quæ à Dorotheo, loco iam citato adducuntur. Quin & Caſſianus lib. 1. de Habitu monachorum cap. 5. de Colobijs Ægyptiorum, ſic ſcribit:* Colobijs quoque lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus, C vt amputatos habere eos actus & opera mũdi huius ſuggerat abſciſſio manicarum: & ab omni conuerſatione terrena mortificatos eos, velaminis linei doceat indumentum. audiantque per hoc Apoſtolum quotidie dicentem ſibi: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. &c.] *quamquam tamen Caſſiani Colobia, vt alia manicis non omnino carebant, ſed eæ (ſicut apertè ex hiſce eius verbis colligitur) citra cubitum deſinebant. cuiuſmodi etiam hodie ferè in veſtibus ſacris Dalmaticas, ſeu tunicellas cernimus, &c.] Dicitur porrò Colobium etiam lebitonarium, ſicut tradit Iſidor. lib. 19. Etymol. cap 22 dicens:* Lebitonarium eſt colobium ſine manicis, quali monachi Aegypti vtuntur, &c.] *quomodo etiã quaſi pro iiſdem hæc duo vſurpare hic noſter videtur Auctor, dum dicit: γυμνῷ τῷ λεβιτῶνι εἴτε τῷ κολοβίῳ. i. nudo lebitone ſiue colobio, &c.] licetq; iſta Græca ſint nomina (κολόβιον λεβιτών) à Latinis tamen etiam vt Latina (colobium, & lebitonarium) inueniuntur vſurpata. Quòd porrò hic dicitur, non licere Monacho prodire extra cellam, ἄτερ κατανωτίου. i. ſine ſuperhumerali, &c. videtur vocabulum κατανώτιον, hic quoque pro analabo, id eſt, ſcapulari accipi, quod ab humeris dependet, crucemq; deſignat, &c. vt in Sermone iam ante allegato eſt apud Dorotheum, vbi ſymbolum & for-* D *ma analobi deſcribitur. de quo & Caſſan. lib. 1. de Habitu Monach. cap. 6. & apud alios alibi. Accipitur autem propriè κατανώτιον, pro ſuperhumerali, & amictu qui humeris ac dorſo fertur, hinc κατανωτίζομαι, id eſt, dorſo fero: vnde & ſcapulare, quaſi quod ſcapulis geſtatur, vel amictus quo ſcapulæ potiſſimum teguntur, &c. vt hoc loco, & alibi.*

Ex cap. 92. vbi habetur: Tantùm ſæpè odium inter illos inimicus auget, vt abijciant breuem illam diſcordemque concordiam.] *In alio MS. pro ἀσύμφωνον. i. diſcordem) legitur, ὥστε ἀσύμφορον φιλίαν αὐτῶν ἀποβάλλειν. i. vt inutilem ac damnoſam ſuam amicitiam abijciant, &c.] redditurq; vtrobique optima ſententia: quamquam per ἀσύμφωνον φιλίαν. i. concordiam diſcordem, ſcitè & eleganter magis exprimatur Prouerbium, quo indicatur inter improbos veram ac firmam diuturnamq; amicitiam eſſe non poſſe: ſed eam vt ſyncera ac diuturna reddatur, virtute & timore Dei coroborari ac ſtabiliri debere. quod etiam hic vult Auctor, dicens:* Qui verò Deum timet, numquam ſine ſuperna ſapientia diliget, &c.] E *nam abſque diuini timoris vinculo, amicitia ficta & ſimulata eſt, & concordia diſcors: qualis inter vitioſè viuentes regnare ſolet.*

Ex cap. 94. vbi inter alia illud Pſalmi adducitur: Et omnes vias meas præuidiſti, quia non eſt dolus in lingua mea, &c.] *in vulg. iuxta Hebr. legitur:* non eſt ſermo in lingua mea, &c.] *at in edition. LXX.* non eſt ſermo iniuſtus in lingua mea, &c.] *quemadmodum etiam legitur in pſalterio Æthiopico, quocum & in hoc Metaphraſis conſentit Apollinaris, &c. Cæterùm in alijs ſacris Codic. Græcis ferè legitur vt hic apud S. Ephram, οὐκ ἔστι δόλος. i.* non eſt dolus in lingua mea, &c.] *ita quoque apud Sanctos Hilarium, & Auguſtinum: & paſſim apud Patres Græcos, Baſilium, Chryſoſtomum, & alios. De reliquis lectionum varietatibus, ad ſequentia eiuſdem Pſalmi verba hic producta ſpectantibus, plura qui volet in Scholijs nouæ Romanæ edit. LXX. reperiet, quò Lectorem varietatis lectionum ſtudioſum, in cæteris hic remittimus.*

Ex cap. Centeſimo, vbi ſub fin. ſic habetur: Si ergo ſubrepens inimicus, concupiſcentiam rerum præteritarum in mente tua ſeminauerit: vide ne vlla quidem ratione patiaris cum eiuſmodi cogitationibus verſari, &c.] *in alio MS. paullo aliter ſic:* Caue ergo patiaris obrepentem inimicum ſeminare in mente tua concupiſcentiam eorum quæ præterierunt: neq; prorſus apud te patiaris commercium atque colloquium cum cogitationibus iſtiuſmodi, &c.] *quod idem & alibi ſæpe Auctor inculcat ac repetit, & à malis concupiſcentijs vnumquamque ſeriò dehortatur ac reuocat, &c.* Nam mala, *inquit*, conſuetudo atque affectio, paſſio eſt improba, Deum ad iracundiam prouocans, & homines exacerbans, quam Dominus deſtruet. Cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.] *& vt alia ibi habet lectio:* Praua autem affectio atque conſuetudo, noſti quid ſit? paſſio ea eſt peruerſa ac improba, quam Dominus exterminabit & deſtruet: Ipſi gloria in ſecula, Amen.

FINIS CENTVM CAPITVM.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Monachis, ac de Turture.

Monachus aptè comparatur Turturi.
*δεγάμȣσα. i. bis nubens.
Pſalm. 54.
Lucæ 9.
Matth. 6. & Lucæ 16.
*εὐποιΐα.
* al. obſequia.
*γηροκομίαν.
* al. ſicut etiam facere decreuiſtis, & promiſiſti.

TVRTVRI viduato comparauit te ſeculo abdicatum Propheta ô Monache: quoniam turtur auis eſt caſta, nunquam * ſecundis nuptijs gaudens, neque in ramis humidis conſidens: potius autem inhabitabiles conſectatur ſolitudines, ibique dies ſuos perficit. Quàm ob cauſſam te Propheta turturi viduato comparauit: ne & tu ad mundum conuerſus, ea quæ retrò ſunt reſpicias: neque in ciuitatibus, & caſtellis, vicisque conuerſeris, neque cum mundanis demoreris: neque vias eorum addiſcas; recedatque anima tua à Domino Deo ſuo, verò animarum noſtrarum ſponſo, laqueoſque in anima tua accipias, neque ad diuitias & voluptates ſeculi reuertaris: non enim & Angelus, & homo eſſe potes, nec Deo ſeruire potes, & mammonæ. Neque prætexueritis ô Monachi, errore ducti, mandata & * beneficia; curam * ſenum, & hoſpitalitatem: non enim ab Angelis talia requirit Deus: ſed tantummodo vt ſemper laudetur, glorificetur, & honorificetur ab ipſis, ſicut * conſtitutum eſt vobis.

PARABOLÆ ENARRATIO ET DECLARATIO.
Matth. 6. & Lucæ 16.
Matt. 19 Mar. 10. Lucæ 9. 18.

Hanc porrò parabolam ſuppeditabo vobis: Monachus auarus, & diues, mundanus eſt profeſſor; at pauper Monachus, cæleſtis eſt ciuis. Quicunque Monachi in diuitijs & delitijs degunt, nihil differunt ab ijs, qui in vita monaſtica ſecularibus rebus vacant, & delitijs atque voluptatibus indulgent; adhuc enim ab Angelico viuendi inſtituto peregrini ſunt ac alieni; quin & mendaces deprehenduntur; & nunc quidem mundo ſe abdicant; nunc rurſus in ſeculo ac diuitijs, ſuoſque inter affines ac cognatos verſantur. Neque monaſticum amplius habitum ferre poſſunt, qui ſecularibus diuitijs ſunt dediti. Non enim poſſibile eſt Deo ſeruire, & mammonæ, inquit Dominus. Et ipſi quidem Apoſtoli, cùm interrogaſſent Magiſtrum ſuum, dicentes: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te; non amplius ipſo relicto abierunt in mundum, neque conuerſi ſunt retrorſum, videlicet ad ſeculi diuitias.

*al. temporales.
NOTA.
*al. prætextum.
*al. mundanas.
Lucæ 9.
* vul. regno Dei.
*al. congregas.
Contra diuites auaros.

Si igitur videris Monachum diuitem, & voluptatibus deditũ, auarum, & compaſſionis atque miſericordiæ expertem, opes * caducas ſectantem, delitiaſque ac lucra mundana amantem; poſtpoſitis tuis, deplange illum, quoniam in nocte ac tenebris talis ambulat. Neque enim vult Deus Monachum, exempli gratia, relictis ſpiritalibus curare ſecularia, quamuis etiam iuſtã aliquam * cauſſam habere videatur. illuſio enim hæc eſt diaboli, qui tentat eum perdere. Nam qui propter res corporales ac * ſenſuales, negligunt omittuntque bona ſpiritalia, magnum aſſiduè damnum patiuntur, non conſiderantes, neque mente complecti valentes diuinam illam vocem: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno * cælorum. Cur igitur lætiferas tibi diuitias * conſciſcis, ô Monache, ſuperbas atque arrogantes, miſericordiæ & compaſſionis omnis expertes, atque inſatiabiles? Quanto enim quis amplius ditatur, tanto magis immiſericors & inhumanus redditur, ampliuſque ſuas manus contrahit, ne eleemoſynam indigenti tribuant. Tu verò, ô Monache, haſce diuitias ne appetas, nec poſſideas;

ſideas, neque congreges: nam Monachi primum, & magnum mandatum, quæ ſecundùm Deum eſt paupertas. Potius igitur Chriſto citra vllam diſtractionem adhæreas, reſidens in loco, in quo & mundo renuntiaſti, & te Deo coniunxiſti, viuenti in ſecula, Amen.

Admonitio ſaluberrima ad Monachos.

SCHOLIA.

Turturi viduato comparauit te ſeculo abdicatum Propheta, ô Monache, &c.] *Adludere hic haud obſcurè videtur Auctor ad illud Regij Prophetæ dictum:* Et dixi, quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine, &c.] *vt habetur in Pſal.54. Quòd porrò dicit Turturem autem eſſe caſtam, & nunquam ſecundis nuptijs gaudentem, &c. idem à Magno etiam confirmatur Baſilio, qui de hac aue ſic alibi conſcribit:* Turturem *(inquit)* aſſerunt ſeiugatam à coniuge, nunquam ſocietatem inire cum alio: ſed ſine coniuge vitam cælibem degere, recordatione àmiſſi conſortis coniugium alterius abnuentem. Audiant hæc ipſæ mulieres, vt etiam apud animalia rationis expertia, viduitatis honeſtas indecoro iterati connubij anteponatur, &c.] *ita S. Baſilius in Hexameron diuini opificij homilia octaua. De qua eadem aue, eiuſq; caſtimonia idem Baſilius agit in Orat. 8. de Temperantia & incontinentia ſub finem. Cuius quoque auis pulchram conditionem S. Gregorius Nazianzenus ſuaui verſuum modulamine deſcribit, dicens:*

Vt ſemel eſt dulci turtur viduata marito,
Extinctum gemit aſſiduè, luctuque requirit.
O verè ſapiens volucris. Mortalibus autem
Quantò Virginitas tandem præſtare putanda eſt?

Ita Nazianzenus in ſuis præceptis ad Virgines. De qua aue eſt S. Gregorius Papa cognomento Magnus, alibi exponens illud: [Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis] *ſic enarrat:* Turtur poſtquam parem ſuum perdiderit ſemel, nunquam alteri ſe iungit, ſed ſemper ſolitariè habitans in gemitu perſeuerat: quia quem diligebat, non inueniens quærit: ſic ſancta quæque anima, dum à ſponſo ſuo abſens eſt, ab eius amore non recedit, ſed in eius deſiderium ſemper anhelat, & gemit: & dum illum, quem valde diligit, non inuenit, quia ab omni alieno amore ſe retrahit. quaſi in genarum verecundia caſtitatem cordis ipſo habitu & actu exteriore oſtendit, &c.] *ita S. Gregorius in expoſitione ſuper Cantica Canticorum, ac alibi.*

Cur igitur lœtiferas tibi diuitias conſciſſis ô Monache, &c.] *Quàm turpe in Monacho vitium ſit, terrenis diuitijs atque auaritiæ ſtudere, quantumquè id eius profeſſioni ac ſaluti animæ ſit contrarium, vel hinc cunctis redditur clariſſimum. Quod etiam in Monachis vitium haud leuiter alibi reprehendit S. Pater noſter Ephræm, in Parænesi 23. Tom. 2. vbi inter alia dicit:* Alteri porrò Fratri malignus promptitudinem ad opus præbet, vltra quàm oportet: vnde auaritię morbus generatur, &c.] *ac Parænes. 28. vbi Palladius quidam Monachus taxatur, quòd nimium in ſuo exercitio argenti cupiditate teneretur, vnde & in plura alia mala poſtea collapſus eſt, ſicut ibidem etiam fuſius recenſetur. Vt non ſine cauſſa, hoc eodem Tom. 2. inter centum capita, quæ de Humilitate idem noſter Ephræm poſterius adducit, inter alia, cap. 39. de illo vitio ſic dixerit:* Prorſus ſanè grauis eſt morbus auaritiæ, vt omnium ſit malorum radix, &c.] *De quo malo, plura qui volet, videat ac legat diligenter quæ ab eodem noſtro adducuntur Ephræm, in Sermone ſiue tractat. de Recordatione Mortis, & de Virtute, ac de Diuitijs, Tomo primo ſuorum Operum. Contra quod etiam vitium pluribus agit Ioannes Caſſianus Monachus lib. 7. de Spiritu Philargyriæ, per capita 31. ſed præcipuè cap. 7. vbi quantorum malorum Philargyria, ſiue ſtudium auaritiæ ſit cauſſa, ac præſertim in Monacho, ad proprium commodum inſcio ſuo Abbate opus peculiare exercente, illudq; diuendente, enarratur. Contra quod etiam genus hominum, pluribus agit S. Baſilius Magnus in ſuis Conſtitutionibus Monaſt. cap. 35. cuius initium eſt:* Debet autem pietatis cultor ab omni priuata rerum, quæ in materia conſiſtunt, poſſeſſioni liber eſſe, &c.] *vbi grauiter aduerſus proprietarios Monachos ſcribit Sanctus Baſilius, & cur proprietas Monachis vitanda ſit, optimè demonſtrat.*

⁂

EIVSDEM

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRÆM SYRI,

De Perfectione, qua præditum eſſe decet Monachum.

Vtilis planeque neceſſarius hic eſt ſermo.

Eodem Gerardo Voßio Interprete, & Scholiaſte.

ANno * præterito ad me acceſsêre quidam, poſtulantes vtilia nonnulla ſuis Monaſterijs: ſed tunc mihi cum ijs loqui non vacabat, quòd infirmitate corporis detinerer. Vnde me tacentem, dolor excuſauit: conſpicientes enim vehementiam dolorum, ſilentij cauſſam agnouerunt. Admonitus ſum ergo paullò ante, quòd & ab alijs monaſterijs miſſi ob id ipſi adueniſſēt. Quid igitur agendū? priuatim cum his, & ex alia parte cum illis ſermonē inſtituam? aut vno eodemq; colloquio, vtriſque ſatisfaciam. Cæterùm vereor pertranſire, quæ egregiè apud eos paullò ante geſta ſunt, ne meipſum condemnē. Abſurdū quippe eſt, hominē rudem inſtituere ſapientes, ſicut etiā pauperem, opulentos ad conuiuiū inuitare. Senſu * enim ego puer ſum: at illi profectu admirabiles euaſerunt. Neque verò C verba veritatem conſtituūt: ſed ipſa veritas verbis fidem addere ſolet. Noui componere verba, non inficior, at variæ virtutis exhibere modos, nō eſt datum mihi. Opus, eſt imago virtutis: Sermo autem imaginis adumbratio eſt: in adumbratione verò nullus character, ſed ſolùm eſt characteris & figuræ * cōmentum. Quid ergo? rogati recuſabimus? poſtulati non præbeamus? Quis porrò nobis obedientiæ foret fructus? cùm & multi obedientiam, ad virtutem * parandā aſſumpſerint. Si porrò res * ipſas intueamur, inueniemus ſeruos proprijs Dominis mutuum dantes, & iuuenes ſenibus conſilia impertientes, indignoſq; maximis viris in aliquibus rebus adiutores & ſocios. Ex varijs populus conſtat, vnaq; gloria reſultat: at maior eſt cui gloria defertur, quā qui glorificat, ac gloriā defert: & quæ eſt mediatrix & cōciliatrix, inter ambos quos cōciliauit, cohoneſtatur. Exerceamus nos D in verbis atq; colloquijs, ſicut miles ſub duce ſuo. * Intelligāt fratres, nos verba facere poſſe, cùm opera non habeamus: vnū hoc agnoſcite in nobis vtile, quòd veritatē adamātes, nos ipſos accuſamus. Doleo me nō agere opus, de quo vt loquar obſecratus ſum: & vereor, ne qui reipſa agit quod ego doceo, me vt indignū repudiet. At iccirco ne imperium detrectabo? non poteſt ſubditus dijudicantibus aduerſari. Plura vos noſtis fratres, qui factis ipſis docetis: breuibuſque addiſcere deſideratis, qui ex oratione voluptatē capitis. Dicam etiam vobis, fructū eſſe verùm cibum: at frondibus, fructū adumbrari. Verba ſe in modū habent foliorum: opus autē inſtar fructus. Vultis noſſe virtutem arboris? ex fructu ac eſu cognoſcetis illam: nam folia per ſimilitudinem fallunt. Satisfaciam vobis, conſcius humilitatis veſtræ. Noui paruitatē meā, & modeſtiā veſtrā ſuſpicio. Dicam veſtrū eſſe * fluentū, quod apud vos eniteſcit. Pauperes ij ſunt, qui purpuram Regis geſtant; tametſi ipſi habitu vili vtantur ac humili. Qui Regale diadema faciunt, indigniores ſunt qui illo vtantur: ſed tamen faciunt quod iubentur. Noui quo pacto agricolę terrā arratris ac bobus proſcindūt: ſed ad opus ego * ineptiſſimus ſum. Multi ſunt qui ex cōſuetudine, quæ ad artē aliquam pertinēt penitus norūt: ſed de illis rationem reddere nequeunt. Alij, vſu ac cōſuetudine proficientes, excogitarunt artes, aut ab alijs inuentas concinniores reddiderūnt atq; ornarunt. Sic & ego vobis, de noſtri tēporis moribus verba faciā: alia quidē ex more dicēdi ſciens: alia etiā ex ijs præbēs quæ vſu & laborū experiētia didici. Vita Monachorū Angelis ſimilis, eorumq; inſtitutum diuino * miniſterio plenū eſt. Cōtinet enim vitam, quæ in præſenti Deo inſeruit: & ante, hanc fœnori dat, vt pro vſura vitam ęternam accipiat.

Præbet

* al. Nuper ad me quidam venerunt, &c.

Nota ſummam S. Ephræm modeſtiam.

* al. Νηπιάζω γάρ.

Notanda.

* φαντασία.

* f. ad virtutis effectum.

* al. ad mandata atque iuſſiones reſpiciamus.

* al. Diſcant nos dicere poſſe, &c.

Magna modeſtiæ, & humilitatis animi verba.

Allegorię ſimilitudinibus elegāter admixtæ.

* fort. pro ῥεῦμα, legendū eſt, εὕρημα inuentum.

Ab exemplis.

* al. tardior ſum

Dicendorum propoſitio.

* al. diuinis officijs.

Vitæ Monaſti-

A Præbet ipſi beneuolentiam, & particeps gloriæ cęleſtis efficitur. Loco præſentium laborum, ſperat fruitionem æternorum bonorum. Mutuo dat terrena, & recipit cæleſtia. Soli monachi, *ſuper terram diuini certaminis conditionem atque conſtitutionem norunt. Nautę in mari nauigantes, moleſtias perferunt: at ipſi in quiete vitam agentes, pericula experiuntur. Sicut illis mare: ita his *aërea efficacitas & poteſtas. Sicut illos venti prohibent vlterius procedere: ita hi in aëre contra aduerſarios ſpiritus pugnant. Dixit Apoſtolus de hac concertatione: & ſpiritalia nequitiæ nominauit. Circummuniuit locum optimis * vnguentis: & aggredientes accuratè inſtituit, vt inſidias latentes non ignorarent. Monachis cum hoſtibus certamen eſt, quos non vident: quales ergo eos eſſe oporteat, non recuſabo dicere quod ſentio. B Nam & † Prophetæ ſunt, qui artem ſpiritalem tractant, cuius expers eſt caro: opus faciunt incognitum, quod neque ipſi qui faciunt, cernunt. negotiãtur non in ijs ex quibus fructum capiunt: ſed in ea quæ ſperant, laborem intendũt. Via ipſis eſt intelligentia: terminus autem aſſenſio *& comprobatio. Animo proficiſcuntur in cælum: & mentem ſexcentis meditationibus ac lectionibus *paſcũt oblectantque. Multi occultati inſidias effugerunt: alij non reſiſtentes, vicerunt: aliqui etiam ob metum receſſerunt: nonnulli quoque captiui, illuſi ſunt; multi etiam occiſi: pauci omninò traiecerunt, & rari mercatores ſuas merces ſalutis aduexerunt. Quemadmodum qui ad barbaros iter ſuſcipiunt: ſic etiam eſt † vita monachorum. In duabus rebus negotium tractant: aut cum exſpectatione magni lucri, ſi rem benè geſſerint; aut etiam metu ſubſtantiam quam habebant amittendi. Vidi per ciuitates in ſpectaculis & ludis quæ dicuntur, quoſdam cum feris atque leonibus decertantes: nihil planè minus opus aggrediuntur Monachi; aut enim C ditantur repentè, aut etiam vita ſpoliantur. Quin & Apoſtolus Paulus, ſuam vitam, ſpectaculum appellauit: vt confirmetur oratio noſtra, quòd in agone certatis. Idem etiam ſtadium † illam nuncupauit, & pugnare ſeipſum affirmat: vnde ex pugna ſtadium, & ex lucta certamen intellige; quæque ibi agantur, à ſpectantibus animaduerte. Angeli & homines ſpeculantur: vt non immeritò dixerimus, Monachorum vitam Angelis eſſe perſimilem. Sed cuiuſmodi ſunt quæ vident Angeli niſi operationes occultas, laqueos in cauea conſtitutos, mores fraudulentos, inuaſiones ex inſidijs, machinationes dæmonum miro modo contextas & implicatas, quo pacto eas tranſiliant atque euadant. Spectant, quomodo ferarum * inſtar vincant; quomodo aduerſarios in fugam vertant; quo pacto alios redarguant; quo pacto fucatos amicos de medio tollant: hæc ſunt quæ aſpiciunt Angeli. D Quæ porrò cernunt homines, prorſus res humanæ ſunt: excitantur enim aduerſus eos, perſecutiones, cogitationes, inopiæ, anxietates & inquietudines, morbi, ſeditiones & inſtabilitates, accuſationes, calumniæ, reiectamenta, & his ſimilia. Multis difficultatibus eſt expoſita monachorum vita: nam ſi remiſſior ſit, decipitur. ſi minus ſyncera ſit, citò inſtar vini aqua † mixti peruertitur; & aceſcens, non amplius in pretio eſt, ſed vileſcit; non amplius vſui, ſed damno; nec oblectamento, ſed nauſeæ. Inſtar vini, debet vita noſtra conſeruari. Non quæcumque fors tulerit, admittenda. Non ridiculis vacandum. non verborum quamuis ſanorum multiplicitate gaudendum. non tropis figuriſque verborum frequentibus, quamuis ſyncerę ſint. non diuerſis aſpectibus, licet etiam voluptatem minimè ſuggerentibus. non etiam multiloquio indulgendum, etiamſi aſtantes rogent: nam licet non noceant qui in his verſantur, lucro tamen frui non poſſunt. E Pigros noui multos in ęgritudines incidiſſe: alios autem † ęgrotantes, ſibi requiem comparaſſe. Alij aduerſis preſſi, etſi infirmantur propter labores: valetudine tamen recuperata, & lucrum & laudem referunt. Non recuſauit carnis infirmitatem Paulus: & tamen ipſe repoſitam ſibi coronam confeſſus eſt. Qui ad labores ſe ſegnem prębet, ſtupidus eſt, & in omne vitium præceps, ac inter fortes gregarius* atque plebeius. Hic eſt, qui non eſt profeſſus ſolitariam vitam, ideo neque aliquid poſſidet, neque exprobratur ei non poſſidenti: at * qui profeſſus eſt, ſi labores detrectet, caſtigatur; & ſeruitutis ab eo opus exigitur. An ignoratis, quid miles piger ſuſtineat? Repetitur ab eo diligenter armorum, telorumque geſtatio, equi vſus, ac totius operis militaris. exigitur ab eo meditatio, exercitatio, obedientia, & ſtrenuitas in rebus agendis. Non erit iuſta monacho negli-

cæ fructus, & commoda.

Vide Schol.

A Similibus.

*ἀερικὴ ἐνέργεια.

Epheſ.6.

*ἀλείμμασι.

†al. artifices.

A vario effectu.

*συγκατάθεσις.

*μυρίαις ἱστορίαις περιπίπτουσιν.

†al. via.

Similia à ſpectaculis ducta.

1. Cor.4.

†al. illud.

1. Cor.9.

Monachorum vita vt Angelis ſit ſimilis.

Ab Angelis quęnam ſpectentur.

*ὡς θῆρες.

Ab hominibus quæ ſpectentur.

Difficultates vitæ monaſticę.

†ὑδρομιγής.

A quibus monachum abſtinere conueniat.

†al. laborantes.

2.Cor.11.12.

2.Tim.3.& 4.

*ἰδιώτης.

*ὁ ἐπαγγελλόμενος.

A milite ſegnè quænam requirantur.

Contra Monachos deſidioſos.

genti excuſatiò: ſicut neque agricolę terram pręclarè non colenti. Carnem tu- A am monache † edomans, ac reprimens, euangelici fructus delitias in teipſo ſemina. Ne ſinas corpus otioſum, ſicuti egit qui vnum talentum accepit: remiſſionem quippe cum gratia nactus, & otio indulgens, condemnatuſque vt reus, Chriſti miles euaſit: & cùm iam frueretur regiæ militiæ prærogatiua, in opere negligens extitit. Quòd ſi negligenti illi atque torpenti pepercit: ſanè & monacho parcet. Si inutili parcit ſeruo Dominus, etiam illi parcet. Agricola ob negligentiam ſeminis flagellatur, miles ob inſordeſcentia arma, curator † atque œconomus propter malam adminiſtrationem: & quomodo non multo magis etiam monachi, ſi negligentiores exſtiterint? Vinum deterius euaſit: in cauſſa vas fuit, vel locus, aut vnguentum: Inquirit cauſſam illius Dominus, eaque cognita, non ſinit vlterius corrumpi. Poteſt & culex minimus ſaporem corrumpere: & in hoc, ſolùm culex B accuſatur, quo minus vino poſſimus vti. Res nullius momenti ſæpe magnorum malorum cauſſa efficitur; & ex parua negligentia, ingentia atque incurabilia fiunt vulnera. Sciant & intelligant monachi, ſe velut ſeruos & agricolas, atque milites eſſe Chriſti; quodque in cunctis dictis locis parati eſſe debeant. Omneſque homines ſerui ſunt: ſed alij quidem fugitiui, & alijs ſeruiunt, id eſt, dæmonibus: alij verò exiguis officijs ſe emancipârunt. nonnulli etiam tamquam ſerui ſeruorum facti, hominum ſeſe obſequijs tradiderunt: Cæterùm monachi, domeſtici ſunt † ac familiares. Attendite ad promiſſiones veſtras, & intelligetis quòd non mentior. Audite Apoſtolum, & apertè iam dicta cognoſcetis. ait enim: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Et carnis curam ne feceritis. Et, induite vos armaturam Dei. Et, ſic curro, non quaſi in incertum, &c. Primum fe- C cit, & ita docuit. Hæc eſt armatura Dei, vt quis & ſibi, & multis proſit. Si paratus ſit Monachus, etiam in paratum in impulſu Draconis, eximat ac liberet. Agriculturam hic exercere oportet monachos, & belligerare. Ad multo * plura poteſt animus applicari, quàm corpus. Noui pleroſque operi intentos, & interim bellica meditantes. Eſdræ quoque tempore, ſe tales præbuerunt, ædificabant templum, & dexteras præparabant aduerſus hoſtes. Et tribus Beniamin, iaculandi peritia, vtraque manu haſtam contorquebat: multò ſanè amplius mens ſcitè & expeditè in varijs ſpiritalibus operibus ſuffecerit. Quòd ſi hæc paullulum ſunt perſequenda: ego vobis quæ ad ſementis comparationem pertinent, explicabo. Dicamus ergo nouale eſſe, cognitionem animæ, quàm à Deo, mediante gratia accepit: ſemen autem Euangelicum, mandatorum obedientiam. Tu modò obedientiam tibi para, & de pluuia qua ſemen creſcit, noli eſſe D ſollicitus. Si pro præſenti, incrementum concedere voluerit Deus: etiam alios diuina gratia paſcas. Sin in futurum diſtulerit: tunc metet, & perennes diuitias conſequeris. Excole quæ in te eſt, gratiam; & in excolenda ea, caue quod irrepit in detrimentum agriculturæ. Nam & formicæ nobis non ſentientibus, ſemen capiunt; & corui, te dormiente diripiunt. Adhibe ergo ſimul cum ruſticis inſtrumentis, etiam bellica: & ligone ſpinas euelle: funda autem rapaces repelle. Acciditque draconem agriculturæ tuæ imminere: verùm tu intrepidè accedens fuga, & perſequere eum; vt ne apud te permaneat. Si Draconem reliqueris; etiam reliquæ feræ per eum introibunt: & pigritante te circa multitudinem, ſilueſtrem quoque reddent agriculturam tuam, vt nequeas fructum laborum tuorum percipere: quoniam ſyluam ſibi ac domicilium * conſtituit Draco. Multæ enim regiones ſic deſolatæ factæ ſunt, varijque agri eo modo à feris penitus vaſtati ſunt. Legislator quoque ait, quòd * paullatim delendus ſit Chananæus: ne in te irruant cunctæ beſtiæ terræ. Si inertes ac pigri fueritis fratres: iam cauſſam vaſtationis vos præbetis. Si in vobis aſſueuerit ſerpens: multiplicabit prolem, multaſque latebras faciet, ac terram tuam occupabit; quæ cùm perforata, & peruia longè lateque fuerit anguibus alijſque reptibilibus; ſeminari nequit, sataque damno obnoxia erit, quia à ſerpentibus fructuum prouentus vaſtatur atque deijcitur. Niſi citiùs paſſiones quę in te cernuntur ſuſtuleris, hulcus efficiunt; niſiq; paruā putredinem curaueris, in infinitū excreſcet: omnemq; ſubſtantiam tuā corrūpet. Hinc illincq; obturas vnū antrum: & ſerpens (quem diximus eſſe paſſionem) aliunde aperturam facit. Vnum aditum tu recludis: ille autem exitus varios patefacit. Ideo

†νεώσας.
Matth. 25.
A pari, & ſimili.
†ἐπιμελής.
A minori ad maius.
Ab exemplis.
Græca obſcura.
Ex minimis, ſæpe maxima.
Comparatio inter ſeruos & monachos.
†θεράποντες.
Promiſſa attendenda.
1. Cor. 9.
Rom. 13.
Epheſ. 6.
1. Cor. 9.
*πολυμεριστέρα
1. Eſdr. 1 3. 5.
3. Eſd. 1. 5. 6.
Ab Exemplis.
Sementis comparatio, vis, atq; potentia.
Gratia excolenda in nobis.
Allegoricè dicta, non ſine acrimonia.
*ἵδρυσεν.
*κατὰ βραχύ.
Deut. 7.
Exod. 23. 33.
Contra ignauos & incautos.
Paſſiones animi cito euellendæ.

A non poteſtis præualere paſſionibus, vbi diuturnum callum obduxerint. Propterea
ne credite agriculturam noſtram eſſe fertilem: quia vaſtationi eam præfidenter
expoſuiſtis. Diffluxit agricolatio veſtra, & talem humanam exiſtimatis naturam.
De puritate ac caſtitate loquitur Scriptura, & aliò illius putatis ſpectare verba. Te-
ſtatur rectè factis, & non creditis: admiramini verba, ſed opere non declaratis; ea-
que vt Deus † vobis in admiratione ſit, dumtaxat ſcripta arbitramini, & non pro-
pter ſuſcepta certamina. Ita ſunt ſegnes huiuſmodi homines: hoſtium enim ad-
iutores euadunt, & peiores ijs ſunt, qui nihil agunt & ceſſant. Aduertite quid ini-
micus fecerit ipſi Iob, ô Monachi: & intelligetis, quantis certaminibus inſtrueba-
tur. Poſtquam enim exploratam ſibi habet beſtiarum atque ſerpentum obſer-
B uationem, ſimile aduerſus ſimile concitat, vt religioſæ colluctationi tenebras of-
fundat. Quoſdam è monachis corrumpit, alioſque nondum corruptos violat. Si
ſimile ceciderit: ingenuus atque ſyncerus multitudinis reprehenſionem non ſu-
bibit. Niſi de medio ſuſtulerit; perpetuum bellum habebit. Si lepram contraxerit;
etiam fœtorem participabit. Si repulerit, ſcandalum multorum peius ipſi erit.
Iſtæ præcipuæ, ac maximæ hoſtis ſunt inſidiæ, quando ſuſceptam ſecum concerta-
tionem confundere nititur: hacque calliditate, duo ſibi † machinatur ac parat:
nimirum, vt & ſecurum hominem atque imparatum reddat; & vt, cùm verè ſit
hoſtis, non tamen eſſe appareat: tertiumque graue ac intollerandum efficere in
omnibus conatur, vt bona malis quàm ſimillima exiſtimentur: huiuſmodi au-
tem rationibus, aduerſatur veritati. Sic Adamum ſupplantauit: eodemque modo
C Caim euertit; illum, per mulierem; hunc, per fratrem. Non habeo, quomodo lu-
pi fraudem † & calliditatem inuadendi exponam. Perterrefacio vos ô Monachi,
quo pacto ſuſtineris? & dum conſidero quæ vos patemini in acie diſpoſiti, obſtu-
peſco. Rectè dixit Dominus, arctam eſſe viam, quæ ducit ad vitam. Nam ecce, an-
guſtia tamquam in ſpeculo per orationem apparet. Acerba ſunt præſentia Mona-
chis, poſſeſſio † inimica, voluntaria paupertas luctuoſa, & bonorum abrenuntia-
tio grauis: continentia laborioſa, periculoſa nimis accurata diligentia, & ſilenti-
um mœrore plenum. Si † reprehenderit, debitor euadit. Si tacuerit, flacceſcit in
eo zelus Dei. Si loquatur, contra: & cùm non loquitur, noxium. Nequit loqui ve-
ritatem: & cùm non loquitur, non ſuſtinet. Simile opponit in omnibus Draco: in
inopia, mercaturæ † vtilitatem; in vigilia, calumniam; in exercitijs, interemptio-
nem: in oratione, accuſationem otij: in veritate, obtrectationem; in charitate,
maledicentiam; in hoſpitalitate, obſeruantiæ regularis negligentiam & contem-
D ptionem: in artificio ac verſutia, illius eſt virtus poſita, & in habitu pietatem ac
religionem ſimulat. Periclitatur Monachorum vita, ne diſſoluatur: capita cum
pedibus ſubſidũt, oculi cum manibus imbecilles ſunt, poſſeſſio fidem † exſtinguit,
vniuſque à monaſtica exercitatione alienat. humilitatem propria auctoritas vio-
lat: diuertitque ſpem ſollicitudo † temporaliũ. Quid in tanta ſimilitudine, vos ve-
ri ac germani monachi, agetis? vbi effigiem eiuſmodi effugietis? numquid in ſoli-
tudinibus? Et quo pacto? num & ibi confuſio dominatur. Præfecti, conſanguineo-
rum inſtar, ſequuntur affectionem, nec quicquam fugiunt, aut in vllo mutantur;
non enim ſyluam habent ſibi ſociam: addite quæ intus ſunt, & cognoſcetis ſimili-
tudinem in omnibus. Reijci non poteſt, quòd eſt ſecundum virtutem; quamuis
vulgus aliam inire viam iubeat. Corporis actio, animæ opus obſcurat; & carnis
E cura, mentis examen obtundit. Non vacat conſcientiæ, mentem compungere, nõ
properant cogitationes ad pœnitentiam, ad multa deploranda; ideo & ego ipſe,
qui vos legitimos veroſque Monachos rego, aberro. Forma & imago captiuita-
tis, eſt præſens vitæ ſtatus. Si cuncta typum & veritatem continent: etiam bella, &
quæ ex ijs proficiſcuntur, ad vmbram & veritatem referenda ſunt Si Elias dicebat
ſe ſolùm relictum eſſe: verùm Deus multitudinem ipſi adeſſe indicabat. Et * Hie-
remiæ tempore, ita intelligere debemus, quòd non erat ſolus: nam & alij multi
cum eo erant. Sic etiam de vobis credere oportet, ſerui Dei; eſſe nimirum vos,
licet id non appareat. Nam erant, quamuis non apparerent, in Iſrael, Eliæ ſimiles,
qui apparebat. Perſpicuum autẽ eſt illos & re ipſa fuiſſe, ac vos quoque tametſi nõ
appareatis: at pro viribus certè conanimi. Noui aliquos eiuſmodi, ſed planè pau-

cos:

†al. non creditis.

†al. nobis.

†al. putamus.

Exemplum Iob.

Diaboli concitationes, & inſidiæ variæ.

Similia ſimilibus coniuncta.

Machinamenta Cacodæmonis.

†πραγματεύεται.

Ab Exemplis. Gen. 2. 3. 4.

†τὴν ἐπίθεσιν.

Matt. 7. & Luc. 2.

†al. inſidiatrix.

†al. Si reprehẽderis, ſi tacueris, &c.

Similia ſimilibus vt decipiantur.

†Χριστεμπορίαν.

†al. obſcurat.

†al. temporum.

Contra malas quorũdam præfectorum affectiones.

Antitheſes ſententioſæ.

Ephræm de ſe:

3. Reg. 18.

*al. Et de Hieremia ſic intelligendum eſt.

Hierem. 15:

Ibidem:

cos. Credo multos eſſe, ſed non omninò † ad laborantes. Lugebat Hieremias Iſrael, propter obſidionem: & vos ſimiliter agentes, pro nobis intercedite. Confundimini paſſionibus veſtris, ſed noſtram infirmitatem curatis. Noui me à principio dixiſſe, animam facilè in actiones diſtrahi diuerſas. Bonum quidem ac malum ſimul agere nequit: ſed malum, boni ſpecie exercet. Per ieiunium inaniter gloriatur, & per continentiam ſuperbit: velle autem ac ſectari pariter humilitatem & ſuperbiam nequit. Dixitque iſta Dominus: Non poteſtis duobus dominis ſeruire, &c: De ijs autem qui ſub prætextu boni, malum agunt: Lupi, inquit, ſunt in pelle ouium prodeuntes. Atque in illud reſpiciens, vt arbitror, ac vitæ ſuæ conſulens, fugit Elias in terram alienigenarum, ibique mente quieſcens, in virtute ſolus perſeuerauit, neque confuſus, neque vile quid pertractans, neque contemptibilem vitam degens, hoſpitis ac aduenæ inſtar; neque tamquam ignotus eſſet, continentiæ duritiem emolliuit. Beati enim perfecti: quoniam velut margaritæ, incontaminati quocumque in loco permanent. Beati † mundi corde: quoniam inſtar Solis etiam in tenebris reſplendent. Non conſpurcauit Hieremiam cœnum lacus. Non nocuerunt Danieli leones. Non detrimentum Tribus pueris intulit ignis Babylonicus. Ex ſenſibilibus declaratur, lædere non poſſe aduerſarios ſpiritus. Si in Babylone ſitis, etiam detentores ac dominos erudite. Si in Iſrael occultati, & profugi: impietati deditos coarguite. Intelligite cur in Hieruſalem abſcondi debeatis, & in Babylone liberius loqui. Docebit vos regius Propheta Dauid, quippe qui cum Goliath hoſtiliter, cum Saule verò humiliter egit. Dic cauſſam, cur ille vnctus Domini factus ſit: Goliath autem tamquam veræ religionis expertem, occidit palam? alios quoque adnuntiantes mortem Chriſti Domini peremit: aliquibus verò etiam, quibus mors debebatur, pepercit? An oportet vobis diſſoluere ænigmata; aut potius vobis ipſis ea relinquere? Sed quid ſimpliciores facient, quibus illorum ignota vis eſt? Vos, vt dixi, etiam experientia & vſu ipſo noſtis plura: at qui vobis ſuccedent, explicatione indigebunt. In † Eccleſia: ſicut Prophetæ in Hieruſalem, tacere oportet: Inter nos autem, quibus id onus imponitur, veritatem eloqui profuerit. Inter Sacerdotes, vel ſapientes, piosve atque religioſos, humiliter ſentire oportet, vti fecerunt Prophetæ: apud eos verò, qui reprehenſione indigent, diſſimulandum non eſt. Si delecti & comprobati magiſtratus à Domino, nos perſequuntur; fugiamus: Sin autem tyranni huius ſeculi; cum Daniele, liberius alloquamur eos. Si quis pietatis cultoribus detrectauerit: pro mortuis tales ducamus, propter eum qui ſuos miniſtros elegit. Siq; in rudium hominum peccata, quoſdam ſe inimicos præbere contigerit; parcamus illis, propter ingenuitatem. Nos ipſos penitus non vlciſcamur: ſed inſtar Dauidis Regis, ſpernamus damnum. De pauperum miniſterio diligenter exploremus, cum Apoſtolis. De ſplendida menſa minus ſimus ſolliciti. De * ſancta oblatione, cum Moyſe ſollicitè cogitemus. Eos qui ventrem ſolùm curant, aſpernemur. De hoſpitum ac peregrinorum ſaturitate, cum Abrahamo diligens ſtudium adhibeamus. De ratione indulgendi & compatiendi fratribus, ſedulò indagemus: Indulgere autem infirmis, nõ recuſemus; ſicut Apoſtolus cum Corinthijs egit. Si ex neceſſitate, viuendi rationẽ mutare oporteat: par † erit ac rationi conſentaneum, id agere. De nobis autem ipſis, nimis anxiè cogitare, non expedit. Immò quando oportet, ne nobis quidẽ parcamus: ſi fortè nos ipſi ac valetudinem noſtram curamus, vt indigentes. Si quando autem infirmitate † vincamur, ne deſpondeamus animum. Si verò rectè egerimus, ne efferamur: in vtraque enim † mutatione ſperandum eſt. Fratres inſtituamus, tamquam condiſcipulos: delinquentes verò dirigamus †, quaſi illorum doctores. Mundo deditis ne obſimus, contemnendo eos: opinionem verò ſententiamque pietatis, re ipſa doceamus. Cum hilaritate alios adhortemur; & decentibus moribus vnà cum ijs vitam agamus. Non abſcondamus gloriam Dei, neq; vitæ noſtræ rationem oſtentemus. Non agamus tamquam ſimplices, ſed loquamur velut ſimpliciores. Non ſtudeamus apparere callidi atque arguti: ſed quaſi prudẽtes, diſcendi cupidi ſimus. Non præbeamus nos curioſos in conuerſationibus: ſed neque ſtultos in reſponſionibus. Non † ſimus induſtrij nimis in proprijs: quin magis nõ diuinis cõformemus. † neq; tamen, ſi per otium liceat, omittamus Dei mi-

niſte-

† al. huic rei deditos.

Animæ diſtractiones variæ.

Matt. 6. & Luc. 16.
Matth. 7.
3. Reg. 19.
Elias ad alienigenas fugit.

† al. mundo.

Hierem. 37.

Dan. 3. 6.

In iſtis imitandus Daniel.

1. Reg. 17.

Ab Exemplis.

1. Reg. 17.

Ratio huius ex ſequentibus colligitur.

Inter Sacerdotes & ſapientes, humiliter ſentiendum.

Parænetica ſimul & didactica.

*al. De ſanctorum oblatione.

Gen. 18.

1. Cor. 9.

† ἀκόλουθον.

† al. grauemur.

† τροπὴν.

Notanda.

† al. corrigamus.

Exhortatoria præcepta acrimoniæ plena.

† φιλοπόνως.

† Hic in Græco aliquid deeſſe videtur.

niſterium. Si vtrumque honeſtè ac rectè præſtare poſſimus: nè vnum pro duobus ſtatuamus. Si bono aliquo impediatur melius: non colamus id quod minus eſt. Loquamur quando oportet, vt cognoſcamus loquentes dum non oportet. Silentium ſeruemus cùm oportet: vt quietis intelligamus vtilitatem. Opus laboribus metiamur; & quis eius ſit fructus, diſcernemus. Lucrum quod ſatis ſit, honeſtè amplectamur: & quod ſit exercitationis commodum, cognoſcemus. Si nimium laboremus, cauſſas inſatiabilitati præbebimus. Si abundantia delectamur; in egeſtate facilè capiemur. Si deſideramus accipere; non recuſemus etiam dare. Si ad munera libenter reſpicimus; ad iuſtitiam non libenter reſpiciemus. Quando quiſpiam aliquid tibi propter Deum dederit; accipe quaſi acceptum Deo referens. Quando quis pietatis obſequium tibi præſtiterit; paria præſtans, ad reddendam rationem non teneberis. Si quid ab alio acceperis, palam accipitio: auaritiamque effugeris. Si quid dederis, occultè dato: & inanem gloriam euitabis. Si non paſſus fueris te induci ac capi adulationibus: nec conuitijs quidem turbaberis. Si affectu inordinato, non præbeas: ne inordinata quidem affectione recipies. Si ad famam captandam, in alios beneficia non contuleris: neque laudatus extolleris. Quos honore afficis; non compenſationem ab ijs exſpectes, neque honorem repetas. Quos obſeruas, non propter diuitias reuerearis: & aſſentatorem non ages. Quos amas; non vtilitatis alicuius cauſſa amorem oſtentaueris: & nihil fucatum erit. Quos tibi vindicaueris; non tui gratia eos tibi quæſieris: & proprij amoris venenum euitabis. Si propter Deum benefeceris: noueris ſingulos, quibus digni ſint. Si legitimè ambulaueris: noueris impoſtores, ac viæ occupatores. Si ex affectu, par pari reddideris: etiam pietatem ſicut oportet, coles. Si peccando laboraueris; cognoſces † quietem, bene operando. Quòd ſi reprehenſionem lubens acceperis: amanter etiam alios reprehendes. Si conuitia ſuſtinueris; viam longanimitatis atque patientiæ noſti. Si malitiam aliorum pertuleris; benignitatis libertatem agnoſces. Si imprudentem ſupportaueris; prudentem quoque eum reddere poteris. Niſi verbis inanibus commouearis: ne opera quidem inania facies. Niſi ſtultorum † inſipientiam oderis; non corriges animam. Si proximum non amaueris; nec quomodo te ipſum diligas, noſti. Si iuſtum non honoraueris; nec diuinum cultum intelliges. Si non dederis indigenti; nec hominem te eſſe agnoſces. Quando mortuum luxeris; tuæ naturæ recordare. Quando de peccatoribus gaudes; perfectionem meditare. Quando virtutem aliquam addiſcere eniteris: tunc intellectus tui atque ingenij tenuitatem conſidera. A Sanctis diſcito: & diuinam gratiam ad † executionem efflagita. Conſidera naturam vitij: & Deum in adiutorium require. Intellige naturam tuam: & noli à Diuina gratia ſeparari. Per ignorantiam in aliquo erraſti? noli conflictari mœrore, quippe homo. Rectè aliquid egiſti? ſuprà quàm hominem decet, ne te iactes. In proſperis ſucceſſibus ne glorieris; neque de erratis deſperes. Propter diuinam gratiam ne efferaris: & ad impietatem non deturbaberis. In gloria non extollaris: & in deſperationem non incides. Mendacium, vt draconem fugito: & in paradiſum introibis. Noli citò ijs quæ dicuntur fidem habere, neque cuiuis dicenti aſſentiri. Tardius promitte; & citò promiſſa perage. Tardè crede; & celeriter vera loquere. Contende, vt apertè rem percipias; non vt iudices, ſed vt ne damnes: potius autem tardior, ad iudicium eſto. Si enim aſſenſum & iudicium cohibes, te ipſe miſeraberis. Noli contendere iudicijs, & eum qui in iudicio laborat, ne repudies. Si iudicis perſonam geſſeris: velut conſiliarium te præbe. Si ad conſilia hortator extiteris: tamquam pater beneuolentiam * præſta. In conſilio tuo, ſententiam ne tuleris ignorans arcana Dei. Dum quidpiam enarras, noli multum adſeuerare: ſed potius dubitationem ſignifica, ne facilè in verbis reprehendi poteris. Doce vt didiciſti: & auditoribus eris vtilis. Quæ ignoras, eadem pro dubijs enarra. Et ſi cecideris, ſaluus atque incolumis reſurgas. Mori potius elige, quàm inuidiæ te † ſeruum reddere. Damnumque iuri iurando præponendum puta: non enim inulta relinquetur impietas. Strenuè atque * efficaciter bonum amplectere, & ſimiliter malum deteſtare. Si neceſſitate coactus iuraueris, firma ac certa tibi erit excuſatio. Si ex neceſſitate iudex

Ethica, & parænetica, atque didactica omnia.

NOTANDA.

† al. benè agendo, requiem explorabis.

† ἄφρονας.

† εἰς διάπραξιν.

Notanda & obſeruāda omnia.

* εὐνόησον.

Sententioſè dicta plurima.

† al. emancipare.

* ἐνεργῶς.

iudex euaſeris; iudicij condemnationem effugies. Si † corripiaris, defende te A vt homo. Si mente concideris, naturæ afferes excuſationem. Præſtat vt inſipientem iudicari, quàm vt ſapientem condemnari. ſatiuſque vt inexpertum repudiari, quàm vt expertum ſæpe † cauſſas agere. Si mentitus fueris, confitere. Si paſſione commotus fueris, ne cælaueris eos qui te audiunt. Si tibi alicuius rei conſcius es, ne degas abſque ſollicitudine. Si non adſit laborum ſocius, tamquam ſolus plura elaborato. Quod duo vel tres debebant facere, tu grauatim & ægrè ne feceris. Noli hominibus occultare delicta, quibus es obnoxius. Te ipſe verò, hoc eſt, quæ ad laudem tuam pertinent, occulta vt oportet. Ne Deum cælaueris errata tua: ne & ipſe abſcondatur à te, tempore neceſſitatis. Noli gloriari de iuſtitia: ne de perfectione eius condemneris. Non glorieris de prudentia: ne ſuper præſumptione examineris, Opta potius inua- B di gladio: quàm iracundia corripi. Magiſque elige, animi iracundiam comprimere: quam illam oſtendere. Præſtat ſupplantari, quàm ſupplantare. Si verò diuina munitus fueris gratia, nihil patieris. Proſpice futura, quippe qui rationem ſequaris: & præſentia obſerua, vt mortalis. Amicos proba, & inimicos concilia. Modeſtè reprehende: & piè ſimul cum alijs † res contrahe, atque verſare. Nec malos prorſus reijcias: neque bonos ſemper collaudes. Noli eſſe conſpicuus * & inſignis in vtramque partem, laudandi ſcilicet bonos, & reijciendi improbos: ſed neque ſententiæ ipſorum neſcius. Inordinato atque * immoderato affectu ne diligas: atque ita fiet, vt non ſis exoſus. Non ſis curioſus indagator: & nemo te ſuſpicabitur inimicum. Non ſtudeas cunctorum res noſſe: atque ita teipſum nemini † venditabis. Noli omnium negotia intelligere: ne * detrimentum accipias. Non incumbas plus æquo in cognitionem myſteriorum: & C proditor non exiſtimaberis. Si tui cauſſa ſit pugna: noli ſollicitè inquirere rationes. Si quis inter repugnandum tibi quid † affinxerit: noli illum irritare. Si quis te amicus roget de vindicta: ne illi præſto ſis. Si inimicus comminetur tibi, ne concidas animo. Si dolum conſideraueris: non protinus reprehendas. Si multorum intellexeris inſidias: ne per aſperam occurras eis viam. Si turba in te inſurrexerit; ne confidas verbis tuis. Si in malignos incideris: ne viribus tuis fretus, reſiſtas. In turbæ diuiſione, ab initio te mediatorem non conſtituas. In pugna potentiorum, ne ſis inter eos. Iuniorum immodeſtiam ne * luſtres remiſsè, ſed ſeuere. Ad verba otioſa, noli relaxari: & ad narrationem inordinatas affectiones continentem, ne conſederis. Ex riſu, delectationem non ca- D pias: ne in te ſegnitiem ſeminaueris. Scurrilibus non oblecteris: ne in mentis diſtractionem digrediaris. In plateis ciuitatis, non inueniaris frequens: ne animo * deprauatè affecto abſcedas. Multorum congreſſus oderis: quia confuſionem animæ pariunt. Silentium ama: vt in te, magiſtri inſtar, ſit conſcientia. Fuge multiloquium; ne reddaris obliuioſus. Fuge conuiuia: ne fornicator etiam ſine fœminis euadas. Superfluas conuerſationes reijce: ne Iudex efficiaris iniquus, citra auctoritatem eius. Deuita mulierum colloquia: ne etiam † polluantur ſomnia. Ventrem continenter non cures: ne hinc mentem tuam obtenebres. Non multa edendo ſumas: ne carnem tuam citò in limum conuertas. A recordatione ciborum, & epularum exquiſitarum cum hoſpitibus, abſtine: ne impuris affectibus perturberis. A menſarum oblectatione, abſtine: ne & laſciuiæ efficiaris paraſitus. Secretum † pete plerumque: vt dum fuerit cum alijs congrediendum, atque verſandum; vtriuſque rei, hoc eſt, ſolitudinis & humanæ conſuetudinis vtilitatem intelligas. Non quibuſuis fidas: ſed cum omnibus, qui velint, congredere, & conuerſare. † Conuerſationem non protrahas ne quietis obliuiſcaris. Collocutiones & congreſſus non extendas: ne interea diuini colloquij detrimentum patiaris. Dum non oras Deum, in quietis ſilentio aliquid lege. Dum autem diuinam Scripturam aggrederis: tamquam qui relaturus ſis quæ audieris, meditare. Quando Deo te ſiſtis; cogita eos qui Principibus terrenis miniſtrant: atque ex ſeruis & Dominis, tuam illam præſentationem conſidera. Ex diſcipulis & magiſtris, ea quæ Deo conueniũt, addiſce. & ab amicis terrenis edocearis, quo pacto te debeas exhibere ipſi. Ex neceſſitate † carnali, etiam animæ indigentiam æſtima. Quale cernis in neceſſitate corpus: idem de mente intellige ac anima

†al. abripiaris.

*δίκας λέγειν. f. iudicia ferre, vel, pœnas ſtatuere, &c.

Commonitoria præcepta, eaque ſalutaria.

Contra iracundiam.

†συνδιατίθου.

*κατάδηλος.

*ἐμπαθῶς.

†emancipabis.

*μὴ συαυθῆς. al. μὴ συθῆς.

†al. aliquid adſcripſerit.

*al. περιέλθῃς id eſt, obeas.

*ἐμπαθῆς.

†al. ne hinc ſomnum minus purum habeas.

Contra guloſos.

†ἰδιάζετὰ πόλλα.

†al. Colloquia.

Contra multiloquium.

Coram Deo, vt verſandum.

†al. corporali.

A ac anima ſuo nutrimento deſtituta. Sicut ad infirmitatem, fieri mutationem cō-
ſideras: etiam menti ſuam menſam appone. Sicut es diligens cultor agri: ita eſto &
animæ. Vt naturalium es debitor: ita ſis & pietatis. Velut œconomus es ſanitatis:
ſis quoque animæ. Tamquam filiorum curator: etiam bonorum ſatage operum.
Vt ſeruorum præfectus; ita eſto & † nothorum atque degenerum. Vt ſpectator ci-
uitatis: virtutis quoque curam gere. Sicut volucrum gubernator: etiam perturba-
tiones contuere. Tamquam * moderator efferatarum belluarum: eſto quoque
ferocientibus paſſionibus. Inſtar Paſtoris; carnem tuam, rerum neceſſariarum
vſu curato. Vt theſauri cuſtos: ita eſto & in fide. Vt prudens Dux exercitus: ſic eti-
B am aduerſus hoſtilia decerta. Sicut pugil celebris: ita & certa, ne inglorius diſce-
das ex pugna. Inſtar ſapientis magiſtri: à † ſuperueniente non improberis. Inſtar
boni militis: in certamen cum aduerſario prodi. Vt prudens architectus: vires tu-
as experire. Sicut ſagax œconomus: intellige fructuum tuorum copiam atque
præſtantiam. Inſtar veri mercatoris, conſidera negotiationem tuam. Tamquam
beneuolus famulus: cura quæ debentur. Carnis refrænationi attende: ne ſeſſorem
ſuum, mentem in periculum præcipitet. Ad membra tua, † vt reprehenſor reſpi-
ce: ne virtutis pulchritudo marceſcat atque depereat. Fac vt præſis tuis ſenſibus:
ne inſtar armorum belli, rubiginem in corruptionem admittant. Animam dili-
genter conſidera: ne ex inſidijs proditionem ſuſtineas.

† τῶν νόθων.

* ὡς παιδευτής.

† al. ab aduentantibus.

† al. aduerſus inimicum paratus & inſtructus eſto.

† De hoc, vide in Schol.

C

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

SANCTVS Pater Ephræm de perfectione Monachi hoc ſuo tractans potiſſimum Scripto: etiam
perfectionem delineat, qua præditum eſſe decet vnumquemque in hoc mundo bonum Chriſtianum.
Magnū humilitatis ſuæ, ac ſingularis modeſtiæ documentū atq; exemplum in alijs admonendis, &
ſalutaribus rectæ vitæ præceptis inſtruendis oſtendit, ſicut & in principio ſui diſcurſus, reliquaq; ſermonis
parte patebit. Vitam monaſticam varijs encomijs celebrat, eiuſq; vtilitates ac commoda plurima pro-
ponit. Deſidioſos & negligentes monachos, ſuiq; inſtituti immemores notat & taxat: eoſq; ad reli-
gionis feruorem, & pietatis ſtudium excitat, & animat. Dolos & inſidias multiplices cacodæmonis pa-
tefacit, ac quibus cautelis atque virtutibus aduerſus eum armandus ſit monachus, & quicumque verus
Chriſtianus, demonſtrat. & in ſumma, quæ vitare, quæq; ſequi & amplecti in virtutis ſtadio oporteat,
D *copioſè docet atque inculcat. Eſt autem hic Sermo, aut ſi malis tractatus, planè didacticus, & parænetī-*
cus, exemplis optimis, ſimitudinibuſq; ac comparationibus aptiſſimis, ſciteq; dictis plurimis abun-
dans, &c.

Eiuſdem, de perfectione, qua præditum eſſe decet Monachum.] *Ita huius ſe habet Sermonis inſcriptio, quam & nos hic in tranſlatione ſequimus. Pro qua, aliâs ſic:* De perfectione Monachi.] *Aliâs autem:* De eo, quomodo perfectum eſſe oporteat Monachum ſiue religioſum.] *Quamquam etiam parum hic referat quomodo legatur, cùm in ſenſu lectiones iſtæ coincidant, nec inter ſe diſcrepent.*

Maior eſt cui gloria defertur, quàm qui glorificat, &c.] *Sententia in Græco intricatior apparet, minuſq; rectè diſtincta, quam ideo ſic interpunximus, clarioremq; ſupplendo ita Latinè reddidimus, vt de cohærentia ac ſenſu minus laborandum ſit. Indicat autem hiſce verbis ſuam, vt videtur, modeſtiam S. Ephræm, quòd inter alia, maiores dicat eos ad quos ſcribit, quibuſq; gloriam & honorem concedit ac defert: ſeq; ab ijs cœnobijs atque conuentibus cohoneſtari fateatur, inter quos erat tamquam mediator, &c.*

Intelligant fratres nos verba facere poſſe, cùm opera non habeamus, &c.] *Iſta mendoſè in textu Græco inueniuntur, quæ ideo ſic, vt poſumus, legere & interpungere, atque transferre viſum eſt: vt bona ſit cohærentia, & aperta ſententia, quæ ab omnibus intelligi poſſit. Inſinuat autem & hic magnam ſuam modeſtiam Ephræm, ſicut & in conſequentibus, ac nuſquam ferè non alibi.*

Soli Monachi ſuper terram, diuini certaminis conditionem nôrunt, &c.] *Hic ne quis hæreticus, aut cauillandi anſam arripiat, quia ait Auctor* (Soli monachi, &c.] *dicimus illud eius dictum, τῆς ἐξοχῆς, id eſt, per eminentiam & excellentiam quandam rectè ac ſanè intelligendum, quaſi diceret: Soli veri & perfecti monachi, diuini certaminis conditionem atque conſtitutionem excellenter nôrunt, quòd ſcilicet ipſi à cunctis rebus terrenis, atque caducis mentem auocarint, & in cæleſtibus ſuas planè defixas cogitationes habeant, eminenterq; ſe pugiles, inuictoſq; athletas in diuino certamine præbeant, nullos labores, nullaq; incommoda ac vitæ pericula reformidantes, vt Chriſto Domino, cuius ſe adſcripſerunt militiæ, placeant, & ab eo poſt huius vitæ ſtadium, coronam gloriæ immarceſſibilem referant. Cæterùm de his latius conſequenter hic apud Ephræm, & alibi: vt dubitandum* *non ſit, quin iſte verborum eius legitimus ſit ſenſus. Pro quorum confirmatione, plura lectu digniſſima etiam inuenies apud alios antiquos Patres, Dionyſium Areopagitam in lib. Eccleſ. Hierarch. cap. 6. vbi inter alia dicit monachos appellari, quòd rebus diuiſibilibus relictis, Monadi, id eſt, diuinitati ſoli placere contenderent, &c. ac apud S. Baſilium, de inſtitut. monach. & in Serm. de laudibus ſolitariæ vitæ, cuius initium eſt: Libet de ſingularis vitæ meritis pauca perſtringere, &c.] vbi non pauca in hanc rem adducuntur, ſicut & in alijs locis apud eum plurimis. Nec non apud S. Chryſoſt. lib. 3. contra vituperatores vitæ monaſt. item Hom. 8. in Matth. ac Hom. 14. in priorem ad Timoth. ſimilia ab eodem adducuntur. Et apud Nazianzen. in Apologia, pro fuga ſua. ac in epiſtola ad Hellenium, &c. Et apud S. Auguſtinum in lib. 1. de moribus Eccl. cap. 31. ac alibi S. Hierony. in epiſtola 4. ad Ruſticum. epiſt. prima ad Heliodorum. & epiſt. ad Euſtochium. & in vita Pauli Eremitæ & Hilarionis. ac alibi.*

Eſdræ quoque tempore tales ſe præbuerunt, ædificabant templum & dextras contra hoſtes præparabant, &c.] *Alia lectio ad verbum magis ſic ſe habet:* In Eſdra, vel ſub Eſdra etiam tales extiterunt, &c.] *Niſi per ſub auditionem fortè (libri, ſiue hiſtoriæ ſic malis:* In Eſdræ libro ſiue hiſtoria etiam leguntur ædificaſſe templum, & dextras aduerſus hoſtes præparaſſe, &c.] *Ex quibus omnibus etſi commodus erui poſſit ſenſus, tamen prima ad mentem hic Auctoris accommodatior clariorq; videtur lectio. Reſpicere autem hic videtur, partim ad 1 Eſd. 1 3. 5. 7. 8. & partim ad 3. Eſdræ 1. 5. 6. Nam & Eſdras poſt captiuitatem (vt ibi eſt) legem a gentibus incenſam renouauit: Iſrael reduxit: & in Hieruſalem, templum reædificandum curauit, &c.*

Legiſlator quoque ait, paullatim delendum eſſe Chananæum, &c.] *Locus Scripturæ, ad quem adludit, manifeſtè videtur eſſe Deuter. 7. vbi in principio ſic eſt:* Cùm introduxerit te Dominus Deus tuus, in terram quam poſſeſſurus ingredieris; & deleuerit gentes multas coram te, Hethæum, & Gergezæum, & Amorrhæum, & Chananæum, &c. tradideritque eas Dominus Deus tibi, percuties eas vſque ad internecionem, &c. *Idemq; ferè eſt Exodi 23. ibi:* Præcedet te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Chananæum, & Heuæum, & Iebuſæum, quos ego conteram, &c.] *idem quoque poſtea Exodi 33.* Et mittam præcurſorem tui Angelum, vt eijciam Chananæum, & Amorrhæum, &c.] *Ac Ioſue 3.* In hoc, *inquit,* ſcietis quòd Dominus Deus viuens in medio veſtri eſt, & diſperdet in conſpectu Chananæum, & Hethæum, &c.] *Ita quoque poſtea Ioſu. 11. & 24. vbi iſta apertè recenſentur.*

Si fortè nos ipſi ac valetudinem noſtram curamus, vt indigentes, &c.] *Alia hic lectio ſic habet:* Dum verò nos ipſos curamus, tamquam indigentes; ſi fortè ſuccubuerimus, ne deſpondeamus animum: ſin verò rem bene & ex animi ſententia geſſerimus, non ſuperbiamus, cùm in vtraque mutatione ſperandum ſit.] *Aut aliâs ſane illud (ὡς χρήζοντες) hic cum interpunct. legendum hoc modo:* [Si nos ipſi curamus, non niſi ex neceſſitate id agamus. Si verò vt infirmi, tentationibus ſuperemur: ne deſperemus. Si autem rectè egerimus, ne efferamur: in vtraque enim mutatione ſperandum eſt.] *Vbi etiam pro (τὴν τροπὴν, id eſt, mutatione) alia lectio habet (ῥοπὴν) pro momento vel tempore: vt reddatur Lat. vtroque enim tempore ſperandum eſt, &c.*

Non ſimus induſtrij nimis in proprijs: quin magis nos diuinis conformemus, &c.] *Locus in Græco, de mendo ſuſpectus, quem tamen ad mentem Auctoris reddidimus, non malè vt confidimus, niſi fortè ad verbum magis ſic iuxta aliam lectionem interpretemur:* Non curioſè quidem, ſed tamen ad ſimilia (ſcilicet pietatis & miſericordię opera) pluſquam ad res diuinas incumbamus. neque tamen ſi per otium licuerit, omittamus Dei miniſterium, ſi vtrumque rectè præſtare poſſumus, &c.] *Vtrumque in alio eſt MS.*

Noli omnium negotia intelligere, ne detrimentum accipias, &c] *Vbi al. ſic:* Ne omnia curioſius conſideres, vt non damnum inde percipias, &c.] *Variant autem hic Græca exemplaria potiſſimum in illo: (καὶ οὐ μὴ συναχθῆς) ſicut eſt in vno aut altero MS. pro quo, fortè rectius legitur, καὶ οὐ μὴ συαχθῆς, ἀ συαίνω. Vnde συανία, id eſt, conuitium & conſertio manuum, vt ſit: atque ita conuitia, concertationesq; vitabis, &c.] vel vt eſt alibi: καὶ οὐ μὴ συθῆς, ἀ σύνομαι, id eſt, noceo. vt ſit ſenſus, quem poſuimus: [ne detrimentum accipias, &c.] σύναχθῆς autem videtur hic durius. verumtamen iſta penitius examinent, concilientq; peritiores.*

Vt ſeruorum præfectus: ita eſto & nothorum atque degenerum, &c.] *Vbi διὰ τῶν Νόθων, fortè intelligit quoſcunque filios, qui quamuis ſint illegitimi, tamen præponuntur ſeruis. & per illigitimos filios, fortaſſe intelligit opera ſpiritalia, vel potentias animæ, quæ quamuis minus legitimæ, hoc eſt, minus perfectæ adhuc ſint, tamen anteponendæ ſunt corporalibus, &c. Aut ſane per Nothos atque degeneres, hic eos intelligit, qui à Seniorum atque maiorum ſuorum veſtigijs, rectisq; vitæ inſtitutis degenerârunt: quos ideo vult debitè in officio à ſuis Præfectis contineri, ſicut ſerui à ſuis Dominis, &c.*

Ad membra tua, vt reprehenſor reſpice, &c.] *Videndi curioſitas notatur, & reprehenditur etiam in proprio corpore. Sicut & Baſilius habet in libro de vera Virginitate, docens quòd Virgo etiam ſola non ſe nudare debeat, ibi:* [Verùm ſola quoque nullo huminum teſte, nihil quod ſponſo ſuo indignum ſit, agere vlla ratione patietur. Etſi enim adſit nemo, ipſa tamen ſibi virgo adeſt, debetque præ omnibus ſeipſam reuereri. neque enim quę reueretur cæteros, ſeipſam reuerentia indignam

dignam iudicabit: ſed (vt diximus) ſeipſam primùm, conſcientiamque ſuam reuerebitur: etiamſi valdè ſit ſola: deinde aſtantem ſibi cuſtodem Angelum, &c.] *In quam etiam ſententiam, aliunde verba ipſius Ephræm depromere viſum eſt, ſic in Sermone de Patientia & compunctione. Tomo primo, dicentis:* [Quando enim oculis noſtris liberè in contemplandis quæ non oportet vtimur: cùm ne proprium quidem corpus fas eſt eum ſecurè qui in virtute exercetur, contueri; hinc nobis damnum conciliamus, &c. *vel, vt in alio ibi eſt. Cod. per interrog.* Quomodo non ipſi nobis damna ſic conciliamus? &c.

Animam conſidera: ne ex inſidijs proditionem ſuſtineas, &c.] *Hoc dicto concluditur Sermo in exemplari Græco; vbi tamen probabile videtur aliquid deſiderari, cùm & iſta ſit inſolita concludendi ratio apud S. Ephræm, & in vno manuſcripto exemplari Græco argumentum de Diuina gratia, coniunctim adiungitur, diuiſim tamen à nobis Tomo. 1. poſitum: prout in pluribus mmſſ. Græc. reperitur, diuiſimq; antea etiam fuit excuſum: ideoq; nihil hic immutauimus.*

EIVSDEM

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRÆM SYRI.

De Panoplia, ſiue Armatura ſpiritali.

Ad Religioſos, ac Monachos.

PANOPLIAM ſiue armaturam eiuſmodi poſſidere debet, qui viriliter pro Chriſto decertare conſtituit: vt ea munitus, poſſit & aduerſario noſtro Diabolo reſiſtere, & in conſpectu Dei Saluatoris noſtri placere. Quæ autem talis ſit armatura, auſculta Monache, & dicam. Pro thorace, fidem aſſume, vt granum ſinapis; credens in conſubſtantialem atque indiuiduam Trinitatem: nam Sinapis granum leue prorſus, ac rotundum eſt, nullam habens ſciſſuram, nullum angulum: ſed (vt iam diximus) omninò rotundum eſt, contritumque feruorem habet inſignem. Ea fretus Princeps Apoſtolici ordinis Petrus, cùm Filium Dei viui eſſe Chriſtum Ieſum confeſſus eſſet; claues regni cæleſtis accepit, poteſtatemque cæleſtium, ac terrenorum omnium obtinuit. Hanc igitur perfectam Panopliam atque armaturam tibi vindica, frater: vt & tu gratiam à Deo acccipias. Qui enim eiuſmodi fidem perfectam, conſummatamque charitatem habet, planè aliquam gratiam promerebitur. Quod etiam Dominus inſinuans, dicebat: Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis; dicetis monti huic: Tollere, & mittere in mare: & fiet vobis. Vides, quòd gratiam promereatur fides? Datur ei ſpiritus intelligentiæ, munus profectò ſingulare: cùm enim quis credit, tunc etiam intelligit. Datur ei, vt non iudicet proximum; deinde ſermo Sapientiæ, poſtea gratia curationum: curat enim infirmos fide, & erigit lapſos corde: hæc enim omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus. Cæterùm ſunt plerique fidem habentes, operibus deſtituti: ſed iſta non eſt fides, mortua eſt enim: fides enim ſine operibus mortua eſt. Qui ergo fidem habet, & operatur opera ipſius: ipſe fidem habet, & vt granum ſinapis, feruentem. Hanc tu poſſide, mi frater: & eſto ſanus, ac integer fide, feruenſque propoſito ad mandata Saluatoris noſtri exequenda; vt & tu ab illo vocem illam audire merearis: Euge ſerue bone, & fidelis: intra in gaudium Domini tui. Bonum quippe propter opera: fidelem autem propter fidem, Dominus appellat. Aſſume quoque pro galea, ſpem futurorum bonorum, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt: in quæ deſiderant Angeli proſpicere. Hæc enim ſpes, potentiſſima conſolatio eſt animæ, inter afflictionum, & moleſtiarum ſuarum aculeos: eiuſque memoria te lætitia implebit. Huic intenti † beatiſſimi Martyres Chriſti, inter aculeos, & horrenda variaque tormenta, inter ignium globos, promptè omnia ac libentiſſimè tolerabant, ſumma ſpei virtute corrobo-

Fides, vt grano ſinapis comparetur.

Matth. 16.

Fidei commoda, & encomia.

Matth. 17. & Luc. 17.

1. Cor. 12.

Ibidem.

Iacob. 2.

Matth. 25. & Luc. 9.

De Spe, & vt illa ſit galeę ſimilis.

† al. Sanctiſsimi.

rati. Hanc ſibi Moyſes remunerationem ante oculos conſtituens, renuit ſe A Reginæ filium dici; cunctis illam Aegyptiorum theſauris præferens, & præſtantiorem eſſe decernens: quare etiam affligi maluit cum populo Dei, quàm temporalem peccati perfruitionem habere. Hanc tibi ſpem, mi frater, aſſiduè ante oculos pone: vt illius affectus, nihil te † labentium rerum quidquam exiſtimare permittat: neque id ſolum, ſed & promptiorem ad omne opus bonum aſſurgere faciat. Balthei porrò vice, accingere perfecta in Deum charitate, atque in proximum: hæc enim te abſque vllo impedimento currere faciet. Nam qui baltheo accinctus eſt, omnia facile, & abſque vllo impedimento tranſiliet: quanto autem magis qui ſe Diuina charitate præcinxit, cuncta ingenti felicitate ſuperabit? Charitas enim omnia tolerat, omnia ſuſtinet. Ideo plenitudo legis, eſt charitas. Hanc quippe beatiſſimus poſſidens Paulus, dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis B ſcandalizatur, & ego non vror? Vidiſti indulgentiam atque compaſſionem charitatis? Vidiſti miſerationis affectum? O beate Paule, cur obſecro, ita propter me angeris? numquid tu † pro me ſupplicia paſſurus es? Tu ſemel curſum conſummaſti, fidem ſeruaſti: tibique repoſita eſt iuſtitiæ corona: quid amplius quæris? cur teipſum affligis? & propter me cur infirmaris? Ita ſanè, inquit, vrget me charitas. Vidiſti ergo charitatis eminentiam? Is, qui per eam impleuerat legem, mortali adhuc & corruptibili indutus † corpore, vſque ad tertium cælum aſcendere meruit, & audire verba, quæ non licet homini loqui. Iam pro calceamento, ſume tibi humilitatem. nam quemadmodum calceamentum calcatur continuè: ita & quem ſancta repleuerit humilitas, ſtudet ab omnibus conculcari. Et tu igitur frater, humilitatem poſſide: hæc ſiquidem calceamentum eſt, non carnale, ſed ſpiritale: cuſtodietque te, ne vmquam offendas ad lapidem pedem tuum: lapis enim C Chriſtus eſt: humilitas tua cuſtodiet te, ne offendas Chriſtum. Nempe enim & beatus hanc Dauid poſſidebat, cùm diceret: Ego ſum vermis, & non homo. Vides Regis, ac Prophetæ regiam ſanè humilitatem. aſpiciebat coram ſe Dominum ſemper: quoniam à dextris eius erat, cuſtodiens eum; ne commoueretur, hoc eſt, ne in peccatum laberetur. Vides hinc dilectiſſime, quantum Deus humilitatem diligat, qui ſic appropinquat poſſidenti illam, ſemperque in illam contuetur. ſicut ſcriptum eſt: Qui in altis habitat, & humilia reſpicit. Et rurſus: Oculi eius in pauperem reſpiciunt. Pauperem verò dum audis chariſſime, noli pecunijs pauperem intelligere: nam & Reges plurimi placuerunt Deo, ac multi pauperes perierunt: Sed inopem hic dicit ſpiritu pauperem. ſecundùm quod ſcriptum eſt: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Ita dilectiſſime, D humiliare ſub potenti manu Dei: vt te exaltet in regno cælorum, quòd Saluator noſter repromiſit humilibus. Cæterùm vice ſecuti, crucis, ſigno teipſum muni: ſignans eo membra tua omnia, & cor tuum. neque verò ſola manu te ſignes: ſed etiam animo; & ſtudia tua, & ingreſſum tuum, & exitum tuum, in omni tempore: ſeſſionem quoque tuam, & reſurrectionem tuam, & lectulum tuum, & quæcumque pertranſis, ſigna primùm in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Validiſſima quippe eiuſmodi armatura eſt: nullusque tibi vmquam nocere poterit, ſi ea munitus fueris. Nam ſi quis terreni Regis ſignaculum defert, cum lædere nullus audeat: quanto magis nos, qui tale cæleſtis Imperatoris ſignum ferimus, neminem metuere † poſſumus? Hiſce ergo armis, mi frater, affatim vtere: ſunt enim vehementer contraria telis inimici; immò & ipſius gladio amariſ- E ſimæ ſcilicet, grauiſſimæque iracundiæ. Huiuſmodi quippe, velut anceps gladius, vno momento perimit eum, quem percutit. ſicut ſcriptum eſt: Momentum enim furoris, ruina illius. Ideo mi frater, numquam ſignari negligas: & laqueos deſtrues, quos tibi tendit Diabolus. Scriptum quippe eſt: In via hac, qua ambulabam abſconderunt laqueum mihi. Hoc igitur te ſigno aſſiduè munias: & malum non appropinquabit ſpiritui tuo. Pro arcu, ad orationem manus tuas extende. ſicut ſcriptum eſt: Et poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. Verè enim arcus æreus eſt contra inimicos, expanſæ in oratione manus in ſcientia orantis; ſicut etiam ſagitta directè emiſſa ab eo qui arcum vibrat. Nam ſi inter orandum animum vagari permittas: eris velut qui tenet quidem arcum:

verum

Exod.2.& Heb.11.

†al. fluxarum ac caducarum rerum.

De Charitate, quæ baltheo comparatur.

1.Cor.13.
Rom.13.

2.Cor.11.

†al. propter me.

2.Tim.4.

2.Cor.5.

†al.carne.
2.Cor.12.

De Humilitate, quæ calceamento comparatur.

Pſalm.90.

Pſalm.21.

Pſalm.15.

Humilitas Deo gratiſſima.

Pſalm.112.
Pſalm.10.

Pauper reuera quiſnam.

Matth.5.

1.Pet.5.
Matth.18.

Crux, vt ſcuto ſimilis.

NOTA.

†al.debemus.

Gladius inimici, iracundia.

Eccleſ.1.
Pſalm.139.

Arcui, vt Oratio ſimilis.
Pſalm.17.

A verùm ſagittam contra aduerſarium dirigere nequit , illam in vanum nullà certa intentione emittens. Atque interdum quidem hoſti terrorem incutit huiuſmodi vulneris metus,dum te arcum vibrare conſiderat:cæterum ſaggitta non aduerſus eum , ſed infinitum emittitur. Eiuſmodi quoque eſt quod dico fratres, cùm quis in ſcientia orat,nec ſinit euagari cogitationes ſuas:ſed intelligit, quem interpellet,quem alloquatur: & tunc oratio illius Deo appropinquat. Et tunc vehementer contriſtatur inimicus , veluti acerrimo ſpiculo in corde percuſſus. Nam quanto per gratiam anima amplius proficit: tanto ipſe , tamquam puluis ante faciem venti effectus, magis profugit:perſequitur enim illum Angelus Dei. Ecce,qua in re illum acriter vulnerat: quia ſcilicet orat in ſcientia, roboraturque quia cogitationem captiuat,nec euagari permittit, Et tu ergo,mi frater, etiam in B ſcientia orationes funde. Quòd ſi dum oras,mens tua diſtrahatur,ſiue per oculos, ſiue per aures , ſiue per cogitationes,aut per quamcunque aliam cauſſam : ſcito hoc ipſius inimici eſſe opus. Neque nimium etiam feſtines tuam implere orationem : cæterùm teipſum paullulum coargue, rurſuſque animum tuum collige; atque ita demum in ſcientia ora , vt ſcias pro quibus Deum poſtules,& cur ipſum ores:ne perperam ſuperflua,ac multa verba effundas. Etenim illud Sathanæ opus eſt, vt cogitationem in infinita iaculetur,nec ſinat hominem in ea perſiſtere poſtulatione,quam impetrare contendit. Nouit quippe , quòd ſi perſeueret homo deprecans;exaudiet eum qui fecit illum , etiam ſi innumerabilia peccata commiſerit. Propterea ergo multiloquium , verbaque otioſa ac ſuperflua ſuggerit:vt mens ab intentione repulſa,per infinita diſtrahatur ac euagetur. Sic enim iam alia C reſpicimus, atque cogitamus , & loquimur in mente noſtra,expanſis manibus †carnis. Quapropter mi frater,quod vrget magis,quæque in omni tempore tibi magis neceſſaria ſunt , ea à Deo poſtula. Conſidera enim duos illos cœcos ad eum accedentes,atque clamantes: Miſerere noſtri, fili Dauid. Et quid ad illos Dominus? Quid vultis(inquit) vt vobis faciam? At illi, ſecundùm dolorem & affectum cordis ſui, petierunt vt aperirentur ipſis oculi. Numquid petierunt ſibi donari aliquid etiam earum rerum , quibus reuera indigebant? Numquid dixerunt: Da nobis veſtimentum : quoniam pauperes ſumus? Minimè verò: ſed illud poſtulârunt potius,quod magis vrgebat. Reſpice & Chananæam,poſt illum clamantem, atque dicentem; Miſerere mei Domine : filia mea malè à dæmonio vexatur. nihilque aliud protulit, quàm dolorem , & affectum cordis ſui. Similiter & omnes quicumque ad eum acceſſerunt; quid aliud , quàm ſui cordis D angores ei exponebant? Illa quoque hæmorroiſſa, ſiue quæ ſanguinis fluxum patiebatur; nonne ſiſtendi maxime fluxus ipſius cauſſa , illum adijt? Quis obſecro infirmus accedit ad medicum,& non vulnus ſuum mox illi aperit? Et tu igitur mi frater,offer illi dolorem animæ tuæ , ac intuere illum †intellectualibus fidei oculis.ſecundùm quòd ſcriptum eſt:Sedentem ſuper thronum excelſum , & eleuatum;exercituſque Angelorum,& Archangelorum illi in circuitu aſſiſtentes:& proijciens teipſum ante conſpectum bonitatis ipſius, effunde coram illo preces tuas,primùm peccata tua confitens,& ſic iam in conſpectu eius verba tua enuntians,ſiue etiam tribulationem tuam:vt in †bonitate ſua miſereatur tui, effundatque ſuper te miſerationes ſuas dicens: O anima, magna eſt fides tua: fiat tibi,ſicut vis. Audi mi frater: etiam ſi tardauerit largiri tibi petitionem tuam , noli deſiſtere clamare ad ipſum : neque etiam quaſi non exauditus , languore at- E que torpore deficias. Memento Chananææ, & imitare perſeuerantiam illius: nam ipſa dilationem paſſa eſt , ne citò ſua potiretur petitione: ita vt & Diſcipuli ad Dominum accaderent, & pro illa interpellantes, dicerent: Dimitte illam,quia clamat poſt nos. Numquid abiecit illam, in finem? Nonne paullulum diſtulit eam , & dedit illi poſtea petitiones ſuas? Illius ergo & nos exemplo diſcamus, niſi citò accipiamus , in precatione perſiſtere. Et ſi enim peccatores ſumus, planè tamen accipiemus : etenim hæc mulier alienigena, Chananæa erat. Sicque Dominus mandauit, dicens: Quis ex vobis habebit amicum; & ibit ad eum media nocte, & dicet illi : Amice, commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit ex via ad me,& non habeo quod ponam ante

Pſalm.34.

1.Cor.14.

Oratio non accceleranda nimium.

† al.corporis.

Quæ magis expediunt, ea à Deo poſtulãda.

Matth.9.20. Mar.10.& Luc.18.

Matth.15.& Marc.7.

Matth.9. Marc.5.& Luc.8.

†al. ſpiritalibus

Eſa.6.

†al.clementia.

Adludit ad Matth.15.

Matth.15. & Marc. 7.

Ibidem.

Luc.11.

illum? Et ille interius reſpondens, dicat: Noli mihi moleſtus eſſe: iam enim oſtium A
clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili; non poſſum ſurgere, & dare
tibi. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens, eo
quòd amicus eius ſit: propter † improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot
habet neceſſarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis. Ita quoque
in Pſalmo dicitur: Exſpectans exſpectaui Dominum, & † attendit mihi: & exaudiuit
preces meas. Quocirca mi frater, noli flacceſcere atque obtorpeſcere: ſed
expecta, poſtula, pulſa: & accipies quantum opus habes. Auſculta mi frater, &
amplectere conſilium meum. Si à Domino aliquid poſtulaueris; noli abruptè
ac diffinitè, vt accipias petere: ſed totum ipſi relinque, atque ipſius voluntati.
Exempli gratia: Sæpe diuexant te turpes cogitationes, contriſtariſque propterea:
pergis deprecari Deum, vt eiuſmodi eximaris pugna. At ſæpè mi frater, B
id expedit tibi. Sæpe tibi hoc accidit: ne extollaris, ſed humiliter ſentias. Intuere
autem columnam Apoſtolorum, adeò inſignem: quomodo pro vtilitate ſua datus
eſt ei ſtimulus carnis, angelus Sathanæ, qui eum colaphis cæderet, vt non extolleretur.
Si ergo, qui talibus conſpicuus erat meritis, eam accepit diſciplinã, ne
extolleretur: quanto magis nos imbecilles, qui eſſe noſmetipſos aliquid exiſtimamus,
opus habemus colaphizari, ne mente extollamur? Quòd ſi rurſus etiam tribulatio
aliqua tibi ſuperuenerit atque anguſtia: ne ab his quidem pręciſè ac diffinitè
liberari poſtules. Sæpè enim & illud, mi frater, ſic expedit tibi: nam fit ſæpe
dum oras, vt tuam parui pendas ſalutem, ſicut & Iſrael paſſus eſt. Comedit enim
(inquit) Iſrael, & ſatiatus eſt, & recalcitrauit dilectus, incraſſatus eſt, impinguatus
eſt, dilatatus eſt, & dereliquit Deum factorem ſuum. Si verò rurſus, vt rem C
aliquam obtineas, oraueris: ne hanc quidem præciſè accipere petieris. Fit
enim plerumque, vt tu homo cùm ſis, aliquid tibi expedire exiſtimes, quod
frequenter non expedit. Si porrò relicta voluntate tua, † voluntati ipſius morem
gerere malueris, & ſecundùm eam pergere; ſecurus eris. Ipſe enim, qui omnia
præſciuit antequam fierent, pro benignitate ſua ac manſuetudine nos diſponit
& dirigit. Latet enim nos, an expediat nobis quod poſtulamus: nam ſæpe
plurimi, cùm iam conſecuti eſſent quæ petierant, poſtea doluerunt, crebroque
in clades plurimas, & maxima mala inciderunt; cum non quæſiſſent ſedulò,
an ſecundùm voluntatem Dei eſſet quòd poſtulabant: ſed id bonum eſſe
arbitrantes, ſæpe à Diabolo illuſi ſunt ſub iuſtitiæ cuiuſdam ſpecie atque prætextu
ſeducti, & in pericula ingentia præcipitati. Atque eiuſmodi plerumque
rebus etiam pœnitentia adiuncta eſt ac dolor: dum quiſque ira cordis ſui concupiſcentiam D
atque deſiderium ſequitur. Audi denique & Apoſtolum dicentem:
Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus. Et rurſus: Omnia mihi licent, ſed
non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Quid igitur
nobis expediat, & vnumquemque noſtrum ædificet, ipſe nouit. Hoc autem
ideo voluntati eius relinquendum committendumque ſtatuo, non vt te poſtulare
ab eo prohibeam, quæ cupias; immò precor, commoneoque, vt à minimis vſque
ad maxima à Deo poſtules: verùm vt cùm oraueris, & coram eo quæ ſunt
in corde tuo expoſueris, dicas ei: Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. Si
quod peto expedit, fac ſicut ipſe noſti. Sic enim nos Scriptura admonet: Reuela,
inquit, Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Aſpicite autem & Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum, ſub diſpenſatione aſſumptę carnis orantem, & dicentem:
Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: verumtamen non ſicut
ego volo, ſed ſicut tu. Iccirco, mi frater, ſi ab eo aliquid depoſcas; perſiſte in petitione
tua, reuelans ipſi, ac dicens: Domine, ſi voluntas tua eſt, vt fiat hoc quod
peto; tu illud fieri, ac proſperari permitte: ſin autem tua non eſt voluntas, ne fieri
permittas Deus meus. Ne, quæſo, propriæ me tradas concupiſcentiæ meæ. Tu
enim ſcis inſipientiam meam: verùm ſicut tu optimè noſti, ſub tua me protectione
cuſtodi: & pro manſuetudine tua, me rege ac dirige Deus meus. Si autem pro
tribulatione, & pro cogitationibus oraueris; dicito cum Propheta: Domine ne
in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine, quoniam
infirmus ſum. Cæterùm reſpice Domine, & vide: quia terra ſum ac puluis, & cinis,

†al. importunitatem.

Pſalm.39.

†al. intendit.

Oratio noſtra, vt diuinæ volũtati ſubijcienda.

1.Cor.12.

Galat.6.

Deut.32.

†al. te totum ipſius voluntati ſubmiſeris, &c.

Rom.8.

1.Cor.6.10.

Ibidem.

Matth.26.

Pſalm.36.

Matth.26.

Precatiuncula pro ſalutaribus impetrandis.

Pſalm.68.

Eccleſ.23.

Pſalm.6.

Gen.3.18.

A cinis, nihilque ſuſtinere valeo. Ne tradas me Domine peccatis meis, & ne ſileas Pſalm.27. à me, & aſſimulabor deſcendentibus in lacum. Pſalm.78. Sed da gloriam nomini tuo, im Pſalm.80. memor malorum; & ne obſecro memineris peccatorum meorum: at tuarum recordare Pſalm.24. miſerationum, & exaudi me. Et ſi poſſibile eſt, tranſeat à me tribulatio iſta: veruntamen non ſicut ego volo Domine, ſed ſicut tu vis. Matt.26. Tantūmodo confirma animam meam, atque tuere, vt ſuſtinere queam, gratiamque coram te inueniam, & in præſenti, & in futuro ſeculo. Et iacta ſuper ipſum curam tuam, & Pſalm.54. ipſe faciet quod expedit tibi. Hoc enim ſcito, quia bonus benignusque cùm ſit, omnia vult quæ ſunt ſalutis noſtræ. Idem quippe animam ſuam poſuit Paſtor bonus Ioan.10. pro nobis ouibus ſuis. Ipſi gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

B

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

PANOPLIAM, ſiue quamcūque penè armaturam ſpiritualem hic proponit: qua non ſolùm Monachos, ſed & omnes Chriſtianos ſeriò de ſua ſalute ſollicitos, decet in militia vitæ huius omni tempore eſſe inſtructos, atq; munitos. Varia ſecularis militiæ arma adducit, quibus diuerſa ſpiritalis armaturæ genera optimè & accommodatiſſimè comparat: Pro thorace, fidem cum primis aſſumendam dicens: pro galea, futurorum bonorum ſpem: pro baltheo, perfectum in Deum & in proximum charitatem: pro calceamento, humilitatem: pro ſcuto, ſignum ſanctiſſimæ Crucis: & pro arcu, orationem, &c.] De quibus ſigillatim Auctor hac ſua copioſè tractat oratione lectu ſanè digniſſima, & omnibus vtiliſſima

C *Poſt cuius ſenem, quæ de gladio & timore Dei, alijsq; nonnullis ſuperadduntur in exemplari quodā aliàs impreſſo, hic in noſtris Græc. mmſſ. non ponuntur, ſed plenè reperiuntur omnia, Tom. 1. in Tract. de Patientia, & conſummatione ſeculi. cuius principium eſt:* Illuſtris eſt vita Sanctorum, &c.] *vbi conformiter ſunt in omnibus antiquis Græc. mmſſ. quæ videre atque conferre mihi Romæ licuit.*

Sicut ſcriptum eſt: Momentū enim furoris, ruina illius.] *Locus Scripturæ eſt Sapientiæ Sirach, ſiue Eccleſ. 1. vbi in edit. LXX. ad verbum eſt:* Impetus enim iræ eius, ſubuerſio eſt ipſi.] *& in vulg.* iracundia enim animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt, &c.] at hic apud Auctorem ἡ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ, πτῶσις αὐτοῦ. i. momentum enim furoris, ruina ipſius.] *quem hic locum, cum varia eius lectione adducere viſum eſt, quòd alibi ſæpius occurrat.*

D

EIVSDEM S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De Agone, ſiue luctamine ſpiritali.

IN luctaminibus huius ſeculi, nullus ſine agone atque certamine coronatur: & in ſpiritali conuerſatione ac propoſito ſancto, nemo ſine luctamine poteſt immarceſſibilem coronam accipere; vitæque æternæ hæres euadere. Nam ſcammati atque paleſtræ ſimilis eſt mundus iſte. Semper ergo perfecti quique ac robuſti athletæ cum ſumma alacritate, & ſine aliquo metu inueniuntur in ſcammate: timidi verò ac puſillanimes antequam decertare incipiunt, diffugiūt; & propter ſuam ſegnitiem atque ignauiam immenſam, nullatenus in ſcammate colluctari ac deſudare contendunt. Scamma autem, fratres dilectiſſimi, medius SCAMMA. eſt locus, in quo Athletæ luctantur. Sic igitur perfecti luctatores & continentiſſimi Monachi decertant, habentes ſemper præ oculis amœnitatem paradiſi, & expectantes bonis atque delitijs ipſius omnibus perfrui, in immortali ſeculo, ac lumine ſempiterno.

Cupis in agone ac luctamine decertare & victor euadere? Indue te armatura Dei, ſicut veſtimento. Indue te virtutibus animæ: quibus indutus, eas caue exuas, ſed ijs munitus aſſiduè in certamen prodi. Fuge vinum quaſi venenum, ne ebrietate vincaris, & virtutibus nuderis: ſicut antiquus ille vir iuſtus ſuis nudatus eſt Ebrietas vt fugienda. veſtibus. Noſti ne potentiam vini? minus noſti, auſculta, & ego tibi indicabo:

Geneſ.6. Noè vir iuſtus, ſanctus, atque perfectus in generatione illa, quæ ſibi ipſi pernicies A
extitit, qui & à Deo meruit de pietate ſua commendari atque laudari, dum ad
eum dixit: Te ſolum vidi iuſtum in hac generatione corrupta. Iuſtus igitur hic
Geneſ.7. qui inundationes aquarum vicerat tempore diluuij, à modico poſtea vino deuictus
Geneſ.9. eſt dormiens. A quæ infinitæ non potuerant vincere ipſum: vinum autem
vile inter dormiendum iuſti viri corpus nudauit, qui poſtea pater ac princeps generationum
fuit. Vis rurſum vini etiam Loth iuſtum in ſomno virtute cõtinentiæ
Geneſ.19. ſpoliauit, vt contra naturam cum ſuis filialibus ſe turpiter fœtideque miſceret:
atque adeò eneruatione atque inebriatione vini in profundiſſimũ demerſus
eſt ſomnum, ac penè in eo ſepultus: vt quid feciſſet, poſtea euigilans ignoraret. Si
ergo ſanctis & magnis iuſtiſque viris vini potentia non pepercit: quanto magis B
Vini immodicè ſumpti damna. te vilem atque imbecillum, ſi ebrietati te dederis, ſuperabit? Semper adoleſcentia
& iuuentus ſibi timeat à vino: quoniam ex vino ſpiritalis oculus excœcatur, iniquitas
multiplicatur, ignisque prauæ concupiſcentiæ continuo in ipſo accenditur:
molleſcit virtus animæ, cogitatio vitæ æternæ aboletur; vincitur anima inuiſibiliter,
delinquitque facillimè: fugatur ab ea cæleſtis gratia; ſanctimoniam dico,
NOTA. atque virginitatem animæ. Quanto enim tempore fuerit templum corporis
noſtri ſanctum ac mundum, Deus excelſus in eo habitat: ſi autem corruptum
fuerit atque pollutum, illicò ſanctus & immaculatus Dominus templum illud
deſerit: & pro ineffabili lumine cæleſti, habitare in eo incipit obſcuritas impuriſſimi
dæmonis, ſubintrantque concupiſcentiæ prauæ ac ſordidæ, quæ miſeram
animam crebrò inſanire faciunt, & peccare in ſermone. Quis igitur hæc audiens,
non ſubitò in lachrymis reſoluatur, ac præſertim ſi in corde ſecũ meditatus fuerit, C
quòd Deus ſanctus ſuum templum repulerit, & concupiſcentiæ malæ, ac paſſiones
ignominioſæ iam habitent in eo? intellexeritq́; quiſnam illud deſeruerit,
& quis ſucceſſerit; vnde ceciderit, & quò deuenerit, à quo ſeparatus ſit, & cui coniunctus?
quomodo non illicò talis replebitur lachrymis, & plorans ac lugens
intra ſemetipſum dicet: Cur ſic vnico temporis momento ab improba cogitatione
victus atque proſtratus ſum, & agonem ac certamen glorioſum effugi, nec victoriæ
triumphum merui? Sic & in die retributionis erit: cùm enim illic molles
& diſſoluti, peccatores & impij conſpexerint ſanctos ac iuſtos in gaudio magno
& lætitia ſempiterna conſtitutos; & alios quidem in paradiſo delitiarum, alios
in regno degentes: ſe verò viderint igni inextinguibili ac tenebris exterioribus
adiudicatos: tunc fortiter ingemiſcent, & ſuperfluis lachrymis plorabunt amarè, D
quia detinet ipſos pœnitentia ac dolor inutilis, & neceſſitas pœnarum immenſa.
ADHORTATIO GRAVIS. Quapropter hortor & obſecro vos, fratres mei dilectiſſimi, vt ſemper imitari
ſatagatis ſanctos illos atque perfectos, & inculpatæ vitæ Patres noſtros, qui optimè
viuendo ſancta puraque ſemper templa immaculatiſſimi Domini fuerunt.
Horum conuerſationem diligite: horũ exempla ſectamini. Deſiderate ieiunium
animæ dico puritatem ac caſtitatem. deſiderate orationes, quæ ſunt familiaria
Oratio, vt cum Deo ſit confabulatio. cum Deo colloquia. Omnis quippe ſancta & pura Oratio, confabulatio cum Deo
eſt. Orationes porrò perfectè deſiderantium ac diligentium Deum, cum magna
exultatione atque fiducia in cælum aſcendunt. Angeli etiam & Archangeli cum
gaudio occurrunt eis, & ſuſcipientes eas, vſque ad thronum gloriȩ ſancti Dei perducunt.
Tunc enim maximè gloriantur atque lætantur Angeli, cùm puriſſimas
Sanctorum orationes coram Deo obtulerunt. Studeamus igitur fratres imitatores E
inſtitutionis vitæ ſanctorum Patrum fieri. Ambula frater in vijs illorum, &
viue ſicut illi vixerunt. Continentiȩ virtutem excole, ſicut & illi, mente, ſpiritu,
& corpore. Continens ac temperans eſto in habitu, in cibo, in potu. Continentia
tibi ſit in lingua, in aſpectu, in cogitatione, ac riſu: vt athleta pietatis perfectus in
omnibus demonſtreris. Attende tibi ipſi frater chariſſime, ne in tuis orationibus
extollaris, & huc illucque mente euageris: ſed cùm precaturus ad Deum acceſſeris,
In Oratione, vt quis ſe componere debeat. magno cum timore ac deſiderio coram ipſo conſiſtas. Diſrumpe atque euelle
ex corde tuo cuncta vincula cogitationum terrenæ ſollicitudinis. Eſto per
omnia velut cæleſtis Angelus in Oratione; & viriliter in agone decerta, vt oratio
tua ſit ſancta ac munda, impolluta & immaculata: vt cum illam ſurſum aſcendere,
Eccleſ.35. ſibique appropinquare viderint portæ cæleſtes, vltrò confeſtim aperiantur
ei, &

A ei, & Angeli cum lætitia occurrant, & ad thronum vſque benedicti Patris eam
perducant. Sic ergo ſemper chariſſime, eſto orationis tempore Deo coniunctus,
vt Cherubim ac Seraphim, qui permanent in miniſterio Dei.

Meditare mi frater hæc verba, eaque iugiter cum timore ac gaudio ex affectu
cordis dulciter decanta: quia cibum ſpiritualem animæ ſubminiſtrant, & ab amaritudine
eam ſua ſemper dulcedine liberant, ponderibuſque ſollicitudinum rerum
terrenarum exonerant. Omnia quæ audiſti, mente ſollicita ſeruare contende,
vt in ſenſibus ac cogitationibus tuis requieſcat Deus, inueniaſque fiduciam in
hora illa terribili atque tremenda, quando venerit Dominus reddere vnicuique Rom.2. & Apoc.22.
ſecundùm opera ſua.

Indulgere modicum infirmitati meæ, fratres chariſſimi: nam velut infirmiſſimum
me æſtimo, quòd in die ac hora illa omnis ſpiritus contremiſcat. Cæterùm
B gratia Saluatoris confortat ac lætificat corda Sanctorum, cùm rapiuntur in nubibus 1.Theſſ.4.
obuiam Chriſto Domino in aëra. Ego verò & qui mei ſunt ſimiles, deſidioſi
ac pigri, remanebimus ſuper terram, & non facilè ad cæleſtia cõſcendemus. Quid
poterit nobis prodeſſe mundus fratres mei dilectiſſimi, quòd eius curis atque ſollicitudinibus
adeò ligamur? aut quid lucri conſequemur ex nimio cultu veſtimentorum, NOTA;
& pompoſo elationis amictu; niſi ignem inextinguibilem? aut quid
acquiremus ex nimio ſtudio eſcarũ ac cura ventris, niſi ſupplicia æterna? Agnoſcite
igitur, agnoſcite fratres, quia niſi hic * totis viribus agonizantes atq; certantes, *al. per gratiam Dei totis virib⁹ agonizãtes, &c.
victoriæ triumphũ promeruerimus; pœnitentiam ibi in ſecula ſeculorũ agemus.
Cur ergo fratres mei, hîc iam negligimus? cur deſidia occupamur? Cur nos
C ipſos in occurſum Domini non præparamus? Ecce enim dies appropinquat: ecce
mundus vniuerſus ad occaſum iam properat. Cur non cunctas concupiſcentiarũ
illecebras, & graues peccatorum ſarcinas à nobis reijcimus? Neſcitis quia arcta eſt Matth.7.
via, & porta anguſta, quæ ducit ad vitam, & peccatorum ac diuitiarũ ſarcinis prægrauatos
non ſinit * intrare per eam? Illos enim porta illa diligit atque amplectitur, *al. tranſire.
qui diuitijs extenuati ſunt, & voluntaria paupertate afflicti, ſemper in vigilijs
& ieiunijs, atque humilitate per omne tempus vitæ ſuæ cõuerſati ſunt, ac ſeipſos
præparârunt, vt immortalem videant ſponſum, & poſſideant regna cælorum.
Ecce chariſſimi, iam oſtium paradiſi nos vocat: iam crebro nos ſono hortatur, ac
dicit: Priuſquam claudar, vnuſquiſque veſtrum velociter properet, atque ingrediens,
in æternũ cum Chriſto Domino regnet. Ecce mater noſtra Hieruſalem cum
magno affectu ad nos clamat, & dicit: Venite filij mei dilectiſſimi, venite ad me. Galat.4.
D Dilatetur numerus veſter in me, & in thalamo immortalis ſponſi magnificentur
chori veſtri cum angelis ſanctis. Videam vos in gloria & pulchritudine, ac decore:
videã vos in lætitia & exultatione, & gaudio. Diligite me filij mei, ſicut & ego
vos diligo. Nihil poſſideatis in terra, nihil ſoliciti ſitis. Ecce iam ſpoſus veſter Matth.6. Matth.25.
paratus eſt, vt procedat, & veniat in nubibus cæli, & in gloria Patris ſui benedicti.
Tunc vnumquemque veſtrum ſigillatim ſuo vocabit nomine, & ordinabit eum
in officio ſuo, quo pro ſuis meritis atq; laboribus dignus extiterit. Nam in ſtudio
veſtro atque vigilantia, Angeli & Archangeli, omneſque virtutes cælorum exultant:
ſicut & in negligentia veſtra atque torpore inimicus cum ſatellitibus ſuis
tripudiat. Feſtinate ergo filij mei, feſtinate, vt ego de vobis, voſque de me gaudeatis
in ſecula ſeculorum. Procidens adoro, & obſecro te Chriſte fili Dei viui: præſta Precatio.
mihi, & omnibus diligentibus te, vt videre mereamur regnum tuum cæleſte,
E poſſideamuſque illud cum omnibus Sanctis tuis. Nam ſi in hoc breui vitæ tempore
neglexerimus, nullam omnino excuſationẽ habebimus, quam pro noſtris
erratis atque offenſionibus obtendere poterimus. Dominus noſter de cælo in Rom.8.
terram deſcendens, omnia condonauit nobis; debita noſtra dimittens, & vitam Matth.5.
æternam nobis contribuens. Nam cùm inimici eſſemus, reconciliauit nos Deo Rom.5.
per mortẽ ſuam. Terreni eramus, & cæleſtes effecti ſumus: mortales, & immortalitatem Epheſ.5.
accepimus: filij tenebrarũ, & filij lucis facti ſumus: captiui, & redempti
ſumus: perditi, & inuenit nos: ſerui peccati, & liberauit nos; pauperes, & diuites
effecti: infirmi, & ſanati ſumus: odibiles, & dilecti ſumus: iniuſti, & iuſtificati ſumus:
non miſericordiam conſecuti, & miſericordiam conſecuti ſumus: peccatores, Oſeæ 6. Rom.9.
& ſaluauit nos: diſperſi, & congregauit nos: nudi, & cooperuit nos: filij hominum,

Rom.8. minum, & facti ſumus filij Dei: hæredes, & cohæredes vnigeniti Filij eius. Ecce
omnia iſta nobis Deus donauit, priuſquam quæreremus aut inueniremus eum.
Irriſionem ergo malam, aut exprobrationem frater, ne cor tuum aliquando
ſuſcipiat: neque eum, qui pro peccatis pœnitentiam agit, deſpicias. Ne irrideas
fratrem tuum ieiunantem: & eum, qui ieiunare non poteſt, ne confundas. Alijs
importunum ne te præbeas: & ſic omnibus opportunus & vtilis eſſe poteris. Increpa,
ſed in manſuetudine perſeuera. propter penuriam verò, ne deſpicabilem
TIMOR DEI. nimium te reddas. Timenti Deum, reuela myſteria eius: ab eo autem qui timorem
Dei non habet, ſed ſuperbiæ atque elationi ſeipſum ſubiecerit, prorſus caueto.
Aduerſus abſtinentem ne dixeris aliquid mali, nec audieris: neque aduerſus
eum, qui tuus eſſe putatur inimicus. Hoc porrò præ omnibus ſtude, vt nullum
habeas inimicum niſi diabolum, eiuſq́ue miniſtros. Cum homine iniquo &
doloſo ne habitaueris, & cum maledico ne colloquaris, ne det inhonorationem
animæ tuæ. A detractione & ſupplantatione fratris te abſtine: & ab eo qui
ſupplantare alterum conatur, attende. Hæc Monachi attendant, qui pia cæleſti
iugo colla ſubmiſerunt. Hæc diſcipuli Chriſti cuſtodiant: his monitis ſine
intermiſſione intendant. Decet enim eos Magiſtri ſui Chriſti imitatores exiſtere.
*al. exempla. * Exemplar inſtitutionis noſtræ, chariſſimi, ſumamus à Chriſto: qui cùm
2.Cor.8. diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt: excelſus & æqualis Patri, ſemetipſum humiliauit:
Philip.2. Matth.8. & ſuper cælos habitans, in terris non habebat vbi vel caput ſuum reclinaret.
Iohan.14. Factus es mihi, Chriſte Saluator, dux viæ & vitæ, quæ ducit ad Patrem.
Manſiones eius gratiæ ſunt, fines autem eius, regna cælorum ſunt. Factus es mihi
ô dominator Domine, Fili Dei viui, fons vitæ, ex quo dona tua hauriam, & te
ſine intermiſſione diligens collaudem. Facta eſt gratia tua in corde famuli tui
lumen & gaudium, & dulcis ori meo ſuper mel & fauum. Facta eſt gratia tua in
anima ſerui tui, quaſi theſaurus, ineffabiles mihi diuitias tribuens, & paupertatem
Pſalm.18. & atque miſeriam à me longè expellẽs. Facta eſt gratia tua ſeruo tuo refugium
Ecclſ.24. & virtus, gloriatio & protectio, & eſca ſpiritalis ſuauitate & lumine plena. Quomodo
poſſum ſilere, ô Domine, de illa multitudine dulcedinis charitatis tuæ, &
gratiæ; quæ os meũ licet indigniſſimi hominis & peccatoris aperuit? Aut quo pacto
ſuſtinebit lingua mea, vt non te ſingulis horis atque momentis datorem vitæ
Inundationes gratiæ. glorificet? Aut quomodo rurſus potero inundationes gratiæ tuæ excludere, quæ
iugiter fluunt in pectore humilitatis meæ, plenæ dulcedine & omni gratia ſpiritali?
Pſallam glorioſo nomini tuo Domine Rex cælorum, qui mihi tribuiſti dona
tua cæleſtia. Magnifico gratiam tuam, Chriſte redemptor meus. Cùm enim
*al. magnifico. te *glorifico, ego ipſe magnificor abs te. Non ceſſabit lingua mea collaudare
virtutem atque potentiam tuam. Non ceſſabit cithara mea perſonare ſpiritalia
cantica tua. Deſiderium tuum attraxit me poſt te Chriſte, gloriatio vitæ meæ.
Gratia tua dulcedinem mihi præſtitit, ad ſequendum te, ſpes mea. Efficiatur cor
Matth.13. meum terra bona ad ſuſcipiendum ſanctum ſemen tuum. Irroret illud gratia
tua rore vitæ æternæ. Demetat bonitas tua manipulum bonum de agro pectoris
mei, vel compunctionem, adorationem, vel ſanctificationem: cuiuſmodi ſemper
Matth.18. tibi ſunt gratiſſima. Conuertere animam meam in requiem delitiarum paradiſi.
Lucæ 15. Tu ouem illam errantem requiſiuiſti, & inuentam tuis humeris ſuſtuliſti:
& hanc indigniſſimam animam meam ad te manibus tuis pertrahe, eamq́ue offer
benedicto & immortali Patri tuo, coram Angelis & Archangelis, Cherubim &
Seraphim: vt delitijs paradiſi perfruens, cum omnibus Sanctis dicam:

Gloria Patri immortali. Gloria Filio immortali. Gloria
Spiritui ſancto immmortali, in omnia
ſecula ſeculorum,
AMEN.

* * *

EIVSDEM

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRÆM SYRI.

Sermo Aſceticus, & exhortatorius ad Fratres.

Eiuſdem adhortationes, ad Fratres. Benedic Pater.

Eodem Gerardo Voſsio Interprete, & Scholiaſte.

FRatres, adſueſcamus benedictionibus, vt benedictiones poſſideamus. Iudæi à gente peruerſa procedentes, * Deicidæ euaſerunt: Et nos ſi fuerimus maledici, erimus quoque diffamatores. Non ſubitò morbi redduntur incurabiles: ſed malū capientes principium, ex negligentia, etiam ad infinitam miſeriam proſerpunt. Et paſſiones in anima, ex minima cauſſa generantur, & non exterminatę, infinitam quandam pariunt rerum diuinarum proprięque ſalutis deſpicientiam. Cernis in ære næuum * viridem, rubiginēque quemadmodum in profundum deprimatur, atque altius penetret? Intelligis quid efficiat in anima paſſio neglecta? Niſi eraſeris rubiginem, non auferes maculam: Et niſi carnis naturam attriueris, fugare paſſiones non poteris. Quemadmodum æri cognata eſt rubigo: ita etiam paſſiones roborantur aduerſus naturā. Si quis ferrū tergat * ac poliat, antequam rubiginem contrahat, nihil eſt deinde cur metuat. Et ſi quis virtutibus animam veſtiat ac ornet: non ſe inani labore franget, neq; occultam iniuriam ſuſtinebit. Poterit quiſpiam etiam poſt rubiginem, vas æneū curare: ſed tamen non abſque labore ac detrimento. Nam quo tempore ſe ad copias & opes parandas exercere potuiſſet, in curando peccato, cogitur occupari. Et anima retardatur, ac * ducitur, vt ęgritudinem auferat, quę res maximas lucrari potuiſſet. Si æs negligatur, etiam ſerius expurgabitur, & iam rubiginem contrahet. & poſteaquam rubigine amiſſa reſplenduerit, periculum furū exponetur: anima quoque ſi ſe ipſa in virturis exercitio negligat, facilè capietur. Ferrum operimenti inſtar obſcurat ſplendorem & ſi viuo candentiq; adijciatur ęri, plurimum ad vſum valebit: ſi autē bene iunctū non fuerit, quia debile efficitur inſtrumētum, citius à iam corrupto * diſſoluitur, Sic quoq; anima, ſi corruptæ nunc virtuti inhæreat, confuſionē ſuſtinebit, & corruptionē à confuſione. Aeris inſtar eſt natura humana, multa cura indigēs. Eam ſi illuſtrare nolueris; hoc age, ne ſaltem * deſpicias temperamētum. Quòd ſi ferrum humidū ac molle reliqueris, detrimētum patietur. Naturamq; ſi humidam reddideris, iam locum corruptioni paraſti. Quin & Saluator affirmat, ſpiritus immundos humiditatem requirere. Et Apoſtolus: Carnis, inquit, curam ne feceritis in deſiderijs. Vnde ſcilicet palam fit, humiditatē animæ cauſſam exiſtere deſideriorum carnis. Ipſumq; Euangeliū interpretatur dictū Apoſtoli: Veniens, inquit, ſpiritus immundus, inuenit hominem mundatū, & ſcopis purgatū. Nonne mundities corporis, deſideria ipſi animæ conciliat? Perambulauit per loca inaquoſa immúndus ſpiritus; & quia cognouit ſemen ſuum deficere, niſi funderetur in humidum locū, veniens in eo ſeminauit, & poſtremò veniēs in ipſo permanſit: cùm ſcilicet poſt ſedem mutatam rediens, inuenit ſemen protuliſſe * fructum. Si enim fructū non feciſſet mollis homo, vt qui non haberet quid comederet, in ipſo non commoraretur. Quomodo autē comedat, & nutriatur immundus ſpiritus, diſcere debemus. Dicit Dominus ſuum cibum eſſe, facere voluntatem Patris ſui. Ita & inimicus, à faciente voluntatem ipſius, nutritur. Voluntas Dei, eſt fides * quæ ad bona opera perducit. Igitur imimici voluntas eſt infidelitas. Dei volūtas, virtutes ſunt * bonarum actionum, at Diaboli contraria omnia. Si quis ergo voluntatem eius fecerit, cibat ipſum. Sed amplius adhuc vobis quod dico clarum reddam, de vtriuſque voluntate. Quomodo Chriſtus cibus fiat ob ſalutem Samaritanæ, ipſe

dixit

Sermo vtilis, & doctrina plenus

* θεοκτόνοι.

Paſſiones in anima citò euellēdæ.

*ὕλην χλωρὰν

Comparat ferri rubiginem, cum animi paſſione.

* γανώσῃ.

* in gr. ἄγεται

*al. ἄχθεται, i. triſtatur, dolet, &c.

Græca hic intricata ſunt, & obſcura.

* al. deſtruitur.

Aeri cōparatur natura humana

* μὴ περιορᾷν τῆς μίξεως.

Matth. 12.

Lucæ 11.

Rom 13.

Galat. 5. & 1. Pet. 2. &

Matth. 12.

Lucæ 11.

Ibidem.

Gręca hic intricata ſunt, & mutila, ſentētiam tamen reddidimus.

* καρποφορήσαντα.

Iohan. 4.

*εἰς τὸ ἀγαθὸν πίστις.

* al. ſunt bonę operationes.

Iohan.4.
dixit Diſcipulis, quòd comederit, & voluntatem Patris ſui perfecerit. Si quis igitur A
ſaluet animam, cibat Deum. Sic ſi quis animam perdat, paſcit diabolum. Quæ
ergo ſit ſatio inimici, & quæ eius peregrinatio, & acceſſus, perſpiciamus; & cur
*al. cur primum ſeminans receſſit, poſtremò autem remanſerit.
* primùm repulſus, nouiſſimè remanſerit. Rurſus ex ſacris Scripturis hoc vobis
prouerbium demonſtrabitur, ad confirmandam * fidem. Si quis perfectus fuerit
*ἂς πίστωσιν.
in ſanctitate, templum Dei eſt, ſicut ait Apoſtolus: Ita quoque in impietate, ſi perfectus
quiſpiam exiſtat, domus diaboli efficitur, qui in eo requieſcit. Igitur ſeminat
primùm in imperfectis, & recedit; ac poſt tempus videt, nunquid perfecti euaſerint:
& ſic in ijs remanet. Porrò differentia perfectionis, rurſus ex pia comparabitur
doctrina. Nam quemadmodum qui animas ſaluant, perfecti ſunt apud Deũ:
ſic & qui deperdunt eas, apud diabolum. Dicit Euangelium, ſecundùm quam ſimilitudinem
perfecti ſint. ſiquidem ad Diſcipulos: Eſtote perfecti, inquit, ſicut B
Matth.5.
& Pater veſter cæleſtis perfectus eſt: quoniam animas ſaluat & corpora. Supra
Ibidem.
corpora quidem oriri facit ſolem, & dat pluuiam: Animabus autem legem tribuit,
& ſcientiam, tolerans vt corrigantur. Numquid de inimico reperimus dictum
Iohan.8.
in ſcripturis Prouerbium? Immò ipſum de eo affirmat Euangelium, quòd
ab initio diabolus homicida erat. Si quis ergo occidit animas: iam perfectus euaſit,
ſecundùm diabolum. Sed conſentaneum fuerit iam dicere, quinam in eo perfecti
Ibidem.
euaſerint? Phariſæi videlicet. Ipſe enim de ijs aſſerit Chriſtus, quòd patrem
habeant diabolum. Multas quippe illi occiderunt animas, perfidiam in Deum &
ὅτι καὶ ὑπερέβαλον.
Chriſtum docentes. Ego verò oſtendam, etiam * ab eis ipſum fuiſſe diabolum ſuperatum:
nam non ſolùm docuerunt, ſed etiam coegerunt facere malum. Si quis
Locus mutilus, & perobſcurus in Græco. Vide Scholia.
enim crediſſet in Chriſtum, extra Synagogam pellebatur, vt inimici perfectionem C
tollerent ſuperarentque. Ille enim per timorem cogit recedere à Deo: nam
mortem cõminatur, multoſque à pietate diuellit. Seminat & Deus, verùm in aridis
deſertiſque corporibus: quoniam cæleſtia per incorruptionem augent. Non
primum corrumpit, & corrumpitur ſemen Dei, ſed in ariditate imminutũ creſcit.
*ἀφθαρσία.
Igitur quis ſit locus aridus, nouimus: quid enim eſt, niſi * incorruptio, ſeu pudicitia.
In caſtis ac continentibus corporibus, augetur ſemen eius: eò quod in carne
*οὐχ ἀεί, pro οὐδέποτε.
* nunquam coniunctionem agat, ſed in anima. At quomodo iſtud? rurſus expendamus
Euangelium: Animam enim, inquit, nemo occidere poteſt. Quare huius
Matth.10.
ſeculi bonis non indiget: verùm poteſt cum non egeat, incorrupta permanere.
*al. pro ὑπόστασιν, i. ſubſiſtentiam, ſeu ſuſtentationẽ) hic eſt, χρείαν, i. neceſſitatem.
cibum enim ad corporis duntaxat ſubſiſtentiam atque * ſuſtentationem capit.
Quando igitur non ſe ipſa ſubmiſerit corpori, ſed ipſum ſibi ſubiecerit, incorruptum
ſemen Dei ſuſcipiens: etiam corpus efficit, vt quaſi lumine, reddatur incorruptionis D
particeps, efficiaturque aridum in augmentum gracilitatis. Nam ſicut
*προσθῆκαι.
* acceſſiones rerum corporearum, craſſitudinem augent: ita craſſitudinis imminutio,
augmentum fit extenuationis; eademque attenuatio ſi creſcat etiam atque
etiam, carnem tandem efficit quodammodo atque transformat in ſpiritũ, atque
ita caro cum ſpiritu copulatur & vnitur, incorruptionis fructum proferens, perfectaque
redditur ad ſuſpiciendum Deum. Dicit quoque Euangelium, de manſione
Iohan.14.15
Chriſti in perfectis loquens: Ego, inquit, & Pater meus veniemus, & manſionem
*ἀλλὰ τάχα.
apud eum faciemus. Sed * fortaſſe adhuc idem probari vobis, & confirmari
cupitis; an corruptibilis caro incorruptioni commiſceri queat: oportebitq; nos
iſta rurſum breuiter concurrere, nec grauatè id fecero. Si enim oſtenſum eſt, animam
eſſe immortalem: perſpicuum eſt, eandem quoq; incorruptibilem eſſe. At
Anima quo pacto carnalis reddatur, & ſpiritalis.
quemadmodum humidorũ corporum permixtione, redditur carnalis: ſic etiam
corpus per incorruptibilitatem animæ, diuino vnitum ſemini efficitur ſpiritale. E
Iccircò & Paulus internoſcebat ſpiritales, & carnales homines. Nouerat etiam
1.Cor.2,15.
quòd carnales animã haberent, & corpora ſpiritales. Verùm per * temperamentum
*al. commixtionem.
atq; imperium plurium, nomina præſtantiorũ vniuerſo attribuit homini:
ἐὰν κρατήσῃ.
adeò vt ſi caro * ſuperauerit, carnalis ſit homo ille: ſin vicerit anima, ſpiritalis. Et
NOTA.
Galat.5.
alibi hæc ipſa demonſtrans: Caro, inquit, reſiſtit ſpiritui, & ſpiritus carni: vt non
quæ velint, faciant. Cæterùm Euangelium quęſtionem dirimit, affirmans violentorum
Matth.11.
eſſe regnum cæleſte. Cogit enim ſpiritus naturam in diuiniora: * quando
*al. & natura animam trahit ad terrena.
à carne natura trahitur ad terrena. Violentia, eius eſt bellũ. Nam duobus accidit
modis: In incipientibus quidem, vt non commiſceantur carni: in perfectis verò,
vt &

A vt & carnem ipſam efficiant ſpiritalem. Propterea in principio dat ſemen, & in fine, poſt augmentum, vinum & eſcam perfectos efficit, quemadmodũ de contrarijs diximus. Quo pacto autem cibus & potus Dei efficiamur, ipſe dicit: Ego, inquiens, ſum vitis, & vos palmites. Apoſtolus quoque ad Corinthios ait: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Et hoc dixit ad incipientes: ad perfectos verò quid? Cuius, inquit, domus ſumus nos. Si initium igitur * ſubſiſtentiæ, ſtabile ad extremum vſque ſeruauerimus: in aridis ſanè corporibus, etiam ſemen incorruptibilitatis coaleſcet. Non enim iccirco caro ſpiritui reſiſtit, quòd natura ſubijci & parere non poſſit, ſed ex concupiſcentia, & impetu voluntatis. Nam ſi caput in homine, eſt anima immortalis: non facit iniuriam homini Deus, cùm ad incorruptionem adhortatur illum. nullamque vim affert mixtæ naturæ: ſed ad B incorruptionem ac pudicitiam colendam hortatur, qua caro tanquam ancilla, quæ per peccatum corrumpitur, præſeruatur. Quemadmodum enim in fornace ignis, æs figuram ignis capit & formam: ita etiam corpus ſpiritui efficitur ſimile, & cum illo quodammodo conformatur, ſi cum pudicitia atque incorruptione iungatur. Idemque æs cùm funditur, fimo ſimile redditur; & terræ, cùm cinere aſpergitur, rubiginique cum ſitu carieque corrumpitur: Ita quoque caro ſi perturbationibus demergatur. Volo autem vobis de violentia Sanctorum commemorare: quomodo per eam, Regnum cælorum percipiant. Carnis natura quietem poſtulat. Ipſi verò contritionem potius ſibi * aſſumunt vendicantque afflicti, lætantur: & cùm minus valent corpore, ſe ipſi non curant. Natura delectatur gloria: at ipſi gaudent, maledictis laceſſiti. Cumque ipſi alijs benignè fecerint, id cælant; pietatemque exercentes latere ſtudent. Natura carnis comedere optat: C ipſi autem ieiunijs eam conſumunt, exercitijsque pijs tabefaciunt. Natura placidè ad nuptias fertur: at ipſi continentiæ fræno eam cohibent, ac cauſſas occaſionesque peccatorum remouent. Facultates ac opes conſectatur natura: ac Sancti etiam iniuria affecti, patientes ſunt atque longanimes. Omnem igitur propè dicam, carnis vitam reſpuunt. hoc enim eſt: Tolle crucem tuam, & ſequere me. Ob id etiam ſcribit Apoſtolus: Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, quoniã per piam ac religioſam iſta fieri queunt violentiam. Nemo occidit quenquam cum miſericordia: ſed qui vult mortificare carnalia, vim ſibi affert, inquit. Verùm quænam ſunt membra ſuper terram? Non enim diuinum arguit opificiũ. Neque dixit, mortificate membra corporis, ſed quę ſunt ſuper terram. cuiuſmodi ſunt, fornicatio, inuidia, fraus, malitia, auaritia, & eiuſmodi. Omnia enim iam D dicta, per ea quæ ſunt ſuper terram, fiunt. quòd in ijs quandam caro affinitatem habeat: propter diuitias enim, iniuriæ: propter gloriam, inuidiæ: propter amorem ſui ipſius, dolus: propter delitias, fornicatio. Quare in huiuſmodi rebus deprehẽditur, & agnoſcitur homo carnalis, qui in rebus naturalibus, ad ea quæ ſunt præter naturam progreditur. Cumque ad peccatum natura ſit procliuis, rapitur ipſa à rerum ſufficientia ad inſatiabilitatem, à potatione ad ebrietatem, à nuptijs ad fornicationem, à iuſto ad iniquum, & à charitate ad * confuſam quandam vilemque familiaritatem, & ad hoſpitalitatem repellendam ac violandam. Huic igitur naturæ vis afferenda: vt rectè inſtituta, pluſquam par eſt, ſibi vſurpare non poſſit. Oportet mortificare naturam, ne terrenis inſtitutis ac legibus obſequi valeat. Quoniam & Saluator ait: melius eſſe vno pede aut vna manu certãtem, E peruenire ad cæleſte regnum, quam duas manus aut duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Non quidem omnino membra quæ fecit ipſe, abſcindenda mandauit, verùm vt diſcamus naturam non habere cauſſam peccati. Mortificetur manus, & excæcetur * oculus tuus: vt cùm ad cædem nequeat cooperari manus, non faciat aliud malum. Facilè peuſuadere lecet amicis non inſidiantibus, niſi cõgrediamur cum inſidiatoribus. Non prohibuit Scriptura liberos legitimè * gignere, atque ſuſcipere, ſed eos * occidere. Aſſidua enim copula omnem mentis tranquillitatem impedit, bella ſuſcitat, cædes docet, dolos & * indignationes ſuggerit. Intelligite quæ dico, ne multis digreſſionibus vtamur, ipſe quod ſatis ſit, præcepit. At dixit: quòd vidua quæ in delitijs eſt, viuens mortua ſit. Ipſe docuit cum externis honeſtè verſandum, ſed carnis prudẽtiam facere vetuit, ad mundi complacentiam. Non aduerſatur neceſſario rerum vſui, voluntaria paupertas: ſufficit

Alluſio ad 1.Cor 3.

Ioan.15.
1.Cor.3.
Ibidem.

* al. Dei.
* τῆς ὑποςάσεως.

Iſtud piè intelligẽdum de conſenſu in peccatum, qui pendet ἐκ τῆς προαιρέσεως καὶ αὐτεξουσίου, id eſt, ex voluntate libera, &c.

Sanctorũ exercitia, labores, vigiliæ, atque preſſurę.

† ἀντιλαμβάνονται.

* al. προκατατήκουσιν, conſumunt, eſt καταλείνουσιν premũt, atterũt: ſed prior hic lectio accommodatior.

Matth 10. 16.
Marc.8.15.
Luc.9.14.23.
Coloſſ.3.

Mortificanda membra, quæ ſunt ſuper terrã.

Exemplis probantur dicta.

Natura ad peccatũ procliuis.

πρὸ τὸ χυδαῖον

Natura vt mortificanda.

Matth.18.
Marc.9.

* al. mens tua.

* τεκνογονῆσαι.
* τεκνοχλονῆσαι
* al. æmulationes.

1.Tim.5.6.
Ibidem.

Matth.6. enim diei malitia ſua. Nec contrariatur crux cibo, quòd qui in agone contendit, A
1.Cor.9. ab omnibus ſe abſtineat. Non aduerſatur nuptijs, violentia & mortificatio naturæ,
quoniam mortem ex fornicatione manantem tollit. Nuptię officina ſunt vitæ,
at fornicatio mortis, quòd filiorum propagationem corrumpat. Mortuum
igitur peccatum efficere, quod occidit; non eſt cuiuſcunque violentiæ, ſed ſufficientis
& exquiſitæ. Intelligite virtutem Euangelij: quo pacto in homine mortuo,
velit vincere ac mortificare peccatum, & in morte carnis, perimere mortē animę.
Studet in corpore infirmo paſſionum impetum euertere. Hortatur vim inferre
naturæ, ne mortalitatis violentiam ſuſtineat. Docet mortis partem cōtemnere,
*al. quod corrumpitur, vt ſit adluſio ad Eph. 4. & 2.Cor.4. ne immortalitatis caput deperdat. Ex ſentētia virorum ſapientum, nos agere admonet:
vt quod *corumpit, nos deſtruamus. Dumque ab alijs non ſuſtinemus;
voluntarijs nos pœnis carnem edomare cupit, eamque per ieiunia corrumpere: B
*al. vt ſanitatē recipiat. ne peccando, ipſam perdamus, in corruptione. Carnem noſtram atteramus: *vt
*σήπουσιν. in ſe voluntatem Dei admittit. Nam & medici, aſperioribus locis atque rumoribus
laborantes, vel exſiccant, vel *ſupputant, aut adurunt, & ſic curant. Corruptio
peccati, in perditionem vergit, cum occultè in profundum prorepens, incurabilem
*τὴν σῆψιν. reddit *ſupputationem naturæ. Parua eſſe videtur, & fit infinita: quoniam
*μονοειδὴς. inſtar fermenti, à calce ad caput vſque ſe diffundit. Vnius *generis ac formę,
Corruptionis vis multiplex. corruptio putatur: ſed vim continet multiplicem. In eſcis corrumpit, dum corpus
impinguat. Nam ſicut infirmitas immutat corpus: ita quoque non ſinunt delitiæ
eum qui ipſis indulget, agnoſcere naturæ legem violari delitijs. Curruptio
eſt quoque gracilitas, quæ ex delitijs naſcitur: quoniam carnes corruptibiles addit. C
*al. in auaritia. Corrumpit quoque per *cupiditatem peccatum: quia in mortem ſollicitum
eſſe docet; corpus conficit domatque laboribus, & animam malitia contaminat.
Corrumpit quoque *ambitione: quoniam inuidiam & odium in proximos ſuadet.
*al. pro φιλοδοξίας eſt, κινοδοξίας, i. inani gloria. Corrumpit etiam in virtute: quoniam per eam vane gloriari docet. Corrumpit
& in occultantibus virtutem: quoniam ad contemptum incitat: & ex præclaris
virtutibus introducit, quæ in morbis animi videntur minima, quibus totam
poſtea eorū naturam labefactat. Laqueos in ijs quæ à nobis geruntur conſtituit:
*al. quo alas deſtruit, virtutes inquā, per modicas aſſuefactiones, in morbis animi, &c. quoniam ex conſuetudine habitum nobis generat peſtiferum, quo *alas configimus,
virtutes dico, in paſſione licet exigua, per aſſuefactionem: neque ſolum alas
ac pennas, ſed & corpus ac animam damno ignominiaque afficimus. Acriter attendamus
ad aſtutiam eius: ne tanquam inſipientibus nobis illudat. Caueamus
Variæ dæmonū inſidiæ, atque præſtigiæ, & fallaciæ. eius inſidias, quoniam per eas aduerſum nos decertat: ne dum nos velut ex omni
parte ſecuros ducimus, ipſe ſibi ingrediendi locum inueniat. Si enim tanquam D
leonem firma murorum cōmunitione ipſum arceamus: tanquam canis efficitur;
Ab Exemplis. vt propter vilitatem, eum minimè deuitemus. Si vt canem excludamus, volucris
inſtar per feneſtram ingreditur. Metuimus eum, dum aquilam ſe exhibet: & mox
*al & velut apis apparet, atque ingreditur. paſſerculus apparet. Eijcimus vt coruum: & velut *apis inſilit. Cumq; in omnibus
cognouerimus eum: tunc in culicem ſeſe transformans, non exigua nos iniuria
afficit. Culices recentia vina, muſtumq; corrumpunt: quoniam illorū multitudo
ſterquilinio cōmiſcetur, ſicut cum farina fermentū; & ſæpe mortiferum,
vel certè morbidū vinum reddunt, ſi vel morticinijs inſederint, aut venenata guſtauerint.
A Simili. Talis quoque eſt quæ in paruis præualet conſuetudo: nam animæ detrimentum
affert, ad omnem draconis diſpoſitionem. Talis eſt ſubtilitas inimici,
Eccleſ.10. inducens etiā ijs qui ſibi videbantur ſecuri, perniciem. Dicitque Eccleſiaſtes, muſcas
morientes perdere ſuauitatem vnguenti, vt Sancti quidem ipſius intelligant E
vilitatem, & impuritatem: negligentes autem, inſidias ipſius atque ſubtilitates.
4.Reg.1. iuxta LXX. In Regum quoque libris, Elias Deum Accaron, muſcam Baal appellauit: Inſidet
enim in mentibus impiorum, tanquam in rufis & candentibus paſcuis, hoc eſt,
marceſcentibus: exprimitque immundam actionem ipſorum, & vt ebulitionibus
temulentiæ eorum delectetur. Patitur ſe Draco in muſcam transformari: vt
impietatis ſanie miſericors oblectet. Inter improbos verſatur vt draco: at inter
luxu diffluentes, vt muſca. Perſpicuum eſt igitur, cum inter ſecuros culicem fieri,
NOTA. vt noceat. Vaſa quidem communire, ne à muſcis alludantur: animam verò non
munitam relinquere, abſurdū eſt. ſicut & pręter rationem exiſtit, de rebus quę ſub
ſenſus cadunt tuendis, ſollicitos nos eſſe: at de mente munienda atque ſeruanda,
non

non laborare. Iubet in Prouerbijs Sapientia, pigrum ad formicas ire: & ab ijs ſapientiam addiſcere. Monet & Euangelium, nos prudentes fieri ſicut ſerpentes: neque enim illi captu ſunt faciles, licet miſerrimi. Pro colũba Euangelica, apem nobis Prouerbium proponit, & pro Serpente, formicam. Videamus ergo vtilitatis gratia, ipſam ſimilitudinem: Serpens ſerpit, & inſidiatur multis: ſed prouerbia, quia etiam ſubtilis Draco efficitur in perditionem, formicam eum appellant. Quando vt formica viſus fuerit, ac vicerit: tunc Draconis audaciã aſſumit. quando verò vt ſerpens, & victus: formicæ humilitatem induit, ne ipſi noceatur. Sic quoque nos decet transfigurari: ne damnum ab inſidijs eius patiamur. Serpit formica ſicut ſerpens, ſed pedes ipſius non ferũt corpus: verùm terram progreſſus directione apprehendunt. Eſcas terrę recondit, ne ab hyeme detrimentũ accipiant. Semina recludit, quibus perſiſtat, ne tempore neceſſitatis ſua eſca deſtituatur: atq; hæc omnia etiam Serpens agit. Orandum quoque præcipit Euangelium, vt non fiat fuga noſtra in hyeme vel Sabbatho. per hyemem, tempus neceſſitatis ſignificans: per Sabbatum autem, ætatem ſenilem, quando vita noſtra propter otium atque ſegnitiem, ſabbathum efficitur. Operemur ergo æſtate, quamdiu non vrget neceſſitas, vt habeamus quo viuere liceat in Sabbathum. Idemque, ad labores in diebus iuuentutis perferendos hortatur Salomon: antequam veniat tempus, de quo dicas: non mihi placet. Quæ eſt igitur neceſſitas, aut tentatio illa mutabilis, quæ ignorantiam prætexit? Eſt autem tentatio, de qua ait Dominus: Orate ne intretis in tentationem. Affirmatque Paulus, Dominum non paſſurum vos tentari ſupra id quod poteſtis. oſtendens non ad malum, ſed ad bonum, Deum permittere tentationes, ſciens nos eas ſuperaturos. Permittit autem ad coronam: in ſuccumbentibus verò non ipſe tanquam Auctor concedit, ſed vniuſcuiuſque voluntas & actio, cauſſa conſtituitur. Neq; nouit inimicus, Sanctos victuros: nam cùm ſit peruerſæ * voluntatis, non moliretur certamen victoriam reportaturis. Bonũ * enim ſpectaret: ſi ſciret, & ſi * bonum ſpectat, cur cadentes euertit? neq; erigit, ab actione peruerſa deſiſtens? Per illud ergo quo dicitur, orandum eſſe ne fiat fuga noſtra hyeme: intelligimus duplicem contineri tentationem: vnam, quæ fit inquirendo & examinando: alteram verò, ex propoſito ac voluntate perſecutionis. Simileque eſt iſtud de Sabbatho: quoniam acerbum continet finem fugæ laborũ, quos aut vltra vires ſubeundo, vehementer torquemur; aut non ſufferendo, * errantes atque offendentes, magnum animæ detrimentum inferimus. Alterum ergo finem dicit infructuoſum: quoniam in fuga circa fructum moriendo, mercedem æternam deperdimus. Videamus deinceps de Ape & columba, an in ijs quoque inuenire liceat ſimilitudinem, ſicut in ſerpente & formica. Magna quippe, illis propter hyemem, eſt diligentia. Apis labores fertilitatis tempore fiunt. Columba cõmunitatem amat, ſimiliter & apes. Labor apis, cunctis eſt vtilis: & ſpecies columbæ, omnibus valde amabilis. Sicut apes, ita & columba abſque dolo. Captu facilis eſt ſpecies columbæ ſerpentibus: ſimiliterque apis, reptilibus. Illis ſunt ſimiles, qui cum ſimulatione viuunt: & iſtis qui in ſimplicitate. Ideoque Eccleſiaſt. dicit: In die bono, aſpice bonum: & cuſtodi innocentiam, vt videas æquitatem. Sed primùm dicit Dominus: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ: nam ſequitur poſt tentationem requies. Hinc quoque Dauid: Tranſiuimus, inquit, per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium. quin & poſt formicam, apis. Dicit etiam Paulus, primùm quidem carnalia, ſicque deinde iungit ſpiritalia. Poſt labores enim procreatur gloria. Dicitque de ape, quòd cunctis ſit expetibilis, & in æſtimatione. Videtis ergo, quòd in laboribus primùm exercitari oporteat, & per certamen coronari: vt ſic diuina detur gratia perfrui? Acerbitatem laboris, dulcedo quietis excipit; & aſperitatem vitæ, gaudium. Niſi odio habiti fuerimus ſicut ſerpentes: quaſi columbæ non reddemur amabiles. Niſi viles atque abiecti, formicarum inſtar exſtiterimus: vt apes non erimus induſtrij. Primùm paſſus eſt Chriſtus, ac velut ſerpens Moyſis in ligno ſuſpenſus: & ſic poſtea tanquam columba, è mortuis reſurgens, euolauit ad cæleſtia. Primùm comedit lactucas agreſtes paſchæ: ſicq; reſurgens, fauis ſe mellis refecit. Intelligite quæ dico fratres: quoniam ſi quis ſecurus reddi velit, laborare debet; & poſtea fructum laborum percipiet. Si * ex paruis aberrare nolueritis, per labores diſcite

Prouer.6.
Matth.10.

Similitudo elegans, & appoſita.

Matth.24.
Marc.13.

Per hyemem, & Sabbathum, quidnam?

Alluſio ad verba Eccleſ. cap. 12. in initio.

Matth.26.
Lucæ 22.
1.Cor.10.

* κακοθελὴς.

* καλοθελὴς.

Matth.24.

Tentatio duplex.

* σφαλλόμενοι.

Apis, & colũbæ ſimilitudo.

Eccleſ.7.
Pſalm.36.
Matth.10.
Pſalm.65.

Coloſſ.3.
Epheſ.4.

Ioan.3.
Num.21.
Exod.12.
Lucæ 24.

* al. à minoribus reſilire.

à Patribus noſtris. Eſtote filij obedientiæ, laborando, vt patres euadatis, in requie. A Laboribus intenti, ab improborum conſuetudine non decipiemini; quoniam labor ægram peruerſamque conſuetudinem fugat. Dixi * ergo vobis: Nolite malis aſſuefieri moribus, ne in profundum malitiæ decidatis. Dixi etiam, quo pacto iſtud obtinere queatis, ne me vt medicum de morbis differentem, & decorum cura experientiam non habentem, reprehendatis. Facite ergo, quæ decent promiſſiones veſtras: vt Dei quoque promiſſionibus potiamini. In Chriſto Ieſu Domino noſtro, in ſecula ſeculorum. Amen.

*al. Dixi vobis, abſque (itaque ſeu ergo,) &c. ac fortè hic aptius.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

B

SErmo hic planè Aſceticus eſt, & dedacticus; ethicus quoque, ac paræneticus: Exercet enim Chriſti milites ad bellum cum inuiſibili hoſte viriliter ſuſcipiendum, eumq; armis ſpiritalibus debellandum, profligandum, ac ſuperandum. Docet idem multa homini Chriſtiani ad ſalutem neceſſaria. Exemplis, & comparationibus ac ſimilitudinibus pulcherrimis accommodatè vtitur. Loca Scripturæ plura ad rem facientia incidenter adducit, quæ & breuiter docteq; explanat. Multa quæ ad corruptos hominum mores corrigendos & emendandos faciunt proponit, moraliaq; non pauca in medium hic affert. Hortatur ad ſtudium & exercitium virtutum, bonorumq; operum: vtq; detectis ac cognitis varijs diaboli dolis atque inſidijs, fortiter ſtudeamus ipſi reſiſtere, & nulla eius tela nequiſſima reformidantes, nulliſq; pompis ac blandimentis Sathanicis vnquam aſſentire, &c.

Paſſiones in anima, ex minima cauſſa generantur, &c.] *Docet paſſiones & affectiones prauas* C *in anima facilè oboriri; & niſi citò exterminentur, infinitam quandam rerum Diuinarum, propriæq; ſalutis contemptionem parere: idq; ipſa demonſtrat experientia, exempliſq; ac comparationibus conſequenter hic adiectis res tota clareſcit. Plura in eandem ſententiam ſparſim ſæpe alibi apud Ephræm inuenies: ex profeſſo autem, Tom. 1. in Serm. de Paſſionibus ſiue perturbationibus animi. cuius initium eſt:* Cupio exponere omnem meam acerbitatem, &c.] *ac in noſtris ibidem Scholijs. nec non apud Dorotheum Abbat. in Serm.* Vt paſſiones & morboſos affectus excidere oporteat, antequam in malum animæ habitum tranſeant, &c.]

Ferrum, operimenti inſtar obſcurat ſplendorem, &c.] *Græca in his, & nonnullis alijs poſtea ſequentibus valde intricata ſunt, & obſcura, vt commoda apertaq; ſententia elici nequeat: in quibus tamen quantumuis intricatis & dubijs, ne dicam mutilis; vt Lectori quoquo modo ſatisfiat, ſententiam vt potuimus magis menti Auctoris accõmodatam reddidimus, meliora & clariora libenter daturi, quando alterius emendatioris Græci exemplaris copia nobis ſuppetet.*

Saluator affirmat, Spiritus immundos humiditatem inquirere, &c.] *Auctor hic volens oſten-* D *dere humiditatem (ſicut paullò poſt dicit) animæ cauſſam exiſtere deſideriorum carnis, adducit doctrinam Chriſti ex Euangelio Matth. 12. ſed magis Lucæ 11. vbi habetur:* Perambulauit loca inaquoſa immundus Spiritus, &c.] *in quibus & alluſio & ſententia hic Auctoris expendenda, & ex ipſiuſmet verbis etiam ſumenda atque intelligenda videtur. Vbi etiam ad rem faciunt, quæ alij ſancti Patres in eundem Euangelij locum Lucæ 11. iam citatum, adducunt atque percenſent, Ambroſius, Auguſtinus, Cyrillus, Beda, & alij, ad quos Lectorem remittimus.*

Seminat & Deus, verùm in aridis deſertiſque corporibus: quoniam cæleſtia per incorruptionem augent, &c.] *Vult dicere, quòd corpora arida, hoc eſt, pura ac caſta, res cæleſtes augeant, &c. Nam ἀφθαρσία, incorruptionem & pudicitiam ſignificat hoc loco, vt ex ſubiectis ac non multo poſt hic ſequentibus patet, præſertim vbi dicit, corpus ſpiritui reddi ſimile, & cum illo quodammodo conformari, ſi cum pudicitia atque incorruptione iungatur, &c.*]

Mortuum igitur peccatum efficere quod occidit, non eſt cuiuſcunque violentiæ, &c.] *Alia lectio ſic habet:* Non dixit Apoſtolus corpus eſſe necandum, ſed peccatum; quod de medio tollere; non eſt cuiuſcunque violentiæ, ſed ingentis & exquiſitæ, &c.] *Fit autem hic alluſio ad verba Apoſtoli, Coloſſ. 3.* Mortificate membra veſtra, &c.] *Iſtud autem per piam ac religioſam fieri poſſe violentiam, antea efficaciter & copioſè atque accommodatè ſatis demonſtrauit Auctor.*

Quin & poſt formicam, Apis.] *Prouerbium elegans eſt & accommodum, quo inter alia etiam ſignificare hic videtur Auctor explicationem illius verſiculi ex Pſal. 65, à ſe adducti:* Tranſiuimus per ignem & aquam, &c.] *Nam ſicut poſt tribulationes, refrigerium ſequitur: ita poſt formicam laborioſam, apis vtilis ac dulcis, &c.] ita quoque poſt labores vitæ, corona & gloria. Sicut pulchrè Ephræm hoc ipſum hic oſtendit, & amplificat. De Formica porrò ſolertia, Apumq; natura admiranda, habes apud Baſilium in Hexam. Diuini opific. homil. 8. & 9. item Homil. in Pſalm. 14. &c. Plin. natur. hiſt. lib. 11. cap. 5. 6. 10. 16. 18. & 30. vbi agit de vtriſque.*

EIVS

EIVSDEM

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRÆM SYRI,

SERMO PARAENETICVS, DE SECVNDO ADVENTV DOMINI.

Eſt in Græco Vatic. MS. numer. 587.

Et, De Pœnitentia, ac Reſipiſcentia, Ad* Fratres quoſcunque.

*al. Ad Fratres in Eremo degẽtes.

Eodem Interprete & Scholiaſte G. Voſsio.

Reſipiſcamus, ac pœnitentiam agamus Fratres: vt Deum peccatis noſtris propitium reddamus. Imploremus ipſũ, quia ex acerbauimus eum. Humiliemur coram ipſo, vt nos exaltet. Ploremus, vt lætitia nos afficiat. Lugeamus, vt conſoletur nos. Proijciamus à nobis malam viuendi conſuetudinem; & virtute induamur tamquam veſtimento: maximè autem *nos, qui Angelico vitæ inſtituto digni habiti* ſumus. Sumamus chariſſimi, pro menſura bonũ certamen, etiam Patrũ, qui ante nos vita defuncti ſunt. Noli frater hodie à temperantia commendari, & cras in conuiuijs verſari. Noli hodie aquam bibere, & cras vini potationi te dare. Ne hodie nudis pedibus incedas, & cras calceamentorum varietate gaudeas. Ne hodie aſperam ducas vitam, & cras mollem ac delicatam. Ne hodie vilibus vtaris veſtibus, & cras ornatus incedas. Caue, hodie manſuetus ſis ac humilis, & cras arrogans atque ſuperbus. Caue, hodie obediẽtem te præbeas, & cras diſſolutum, atque inobedientem. Vide, ne hodie in te audiatur ploratus ac eiulatus, & cras riſus, atque contemptio. Vide, ne hodie humi cubes: & cras molliter in lecto dormias. Ne hodie pœnitentiam agas; & cras negligentiæ te tradas. Sed canonem vnum retine, ſicut etiam ſancti fecerunt Patres, qui ad quinquaginta & vltra annos, ſuum non mutarunt canonem ac regulam. Cur mundo renuntiaſti chariſſime: ſi mundana adhuc oblectamenta quæris? Ad tribulationem vocatus es, & tu requiem inquiris? Ad nuditatem atque inopiam: & tu veſtium ornatum ſectaris? Ad ſitim perferendam: & tu vinum potitas? Ad bellum: & tu ſine armis, in cæleſte regnum ingredi cupis? Ad vigilias: & tu ſomno altiore obdormiſcis? Ad gemitum atque ploratum: & tu rides? Ad charitatem: & tu fratrem tuum odiſti? Ad ſubiectionem, atque obedientiam: & tu contradicis atque repugnas? Ad manſuetudinem & humilitatem: & tu ſuperbis? Ad hæreditatem regni eius: & tu terrena ſapis? Videte fratres, ne poſt renuntiationem ſeculi, quæ ſunt mundi ſapiamus. Nolite iterum conuerti retrorſum, & res mundanas ſapere, vel agere, aut loqui. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala. At ſicut Propheta Dauid ait: In lege Domini meditare die, ac nocte, vt cum ipſo confidenter dicas: Ego verò legem tuam meditatus ſum. Et rurſus: Scrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. Et denuò: Meditabor legem tuam ſemper. Et iterum: Bona mihi lex oris tui, ſuper millia auri & argenti. Et rurſus: Exultabo ego ſuper eloquia tua. Et tu frater, ne ſecularia loquaris, ſed ſpiritalia: neque de terrenis, verùm de cæleſtibus. Surſum cor tuum ad Saluatorem Chriſtum habe, & cum Dauide dicito: Domine non eſt exaltatum cor meum. Ad ipſum reſpice ſemper, dicens: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Produc là-

Sermo perutilis ac neceſſarius omnibus.

*al. vos.

*al. eſtis.

Antitheta valde pulchra, & accommoda.

Antithetis inſiſtit, & hortatur.

Regula certa eligenda ac retinenda exemplo SS. & antiquorũ Patrum.

Adhortationes graues, & ſalutares.

1. Cor. 15.

Pſalm. 118.

Ibidem.

Ibid. at in vulg: Bonũ mihi lex oris tui, &c.

Ibidem.

Pſal. 130.

Pſalm. 122.

Pſalm.125. chrymas: quoniam qui ſeminant in lachrymis, in exultatione mentent. Noctu, A
Deus omni temporelaudandus. dieque ad nouiſſimam horam reſpice. Pſalmus aſſiduè ſit in ore tuo: Nam Deus
cùm nominatur, dæmones fugat. Cùm Deo multis, & cum hominibus, loquere
paucis. Semper Dei memineris: & cælum mens tua euadet. Ne quæras delitias:
Conſilium ſalutare. ſed voluptatum fuge illecebras. Omne ſeculi iſtius gaudium deteſtare. Humicubationem
ne abijcias: quoniam requiem æternam conciliat. Ne tibi graue appareat
ieiunium: quoniam in lætitiam ſempiternam te tranſmittet. Chriſti factus
es miles? ne rebus huius vitæ impliceris: vt ei, qui ſuæ te adſcripſit militiæ, placeas.
Renuntiaſti ſeculo? ne igitur ſeculum diligas; neque quæ in eo ſunt. Adiecisti
Lucæ 9. manum tuam ad aratrum? ne reſpicias ad ea quæ retro ſunt. Deſponſaſti te Chriſto?
eum ergo aduentantem exſpecta. Singulis verò diebus, ac horis, momentiſque,
ipſius recordare: ſicut ſponſa ſui ipſius ſponſi. Semper in eum mentem defixam B
Exemplum pulchrum à Simili. habe. Quemadmodum vxor maritum amans, virum ſuum licet procul abſentem
ac peregrinantem in memoria apud ſe habet; & cùm in multis conſtituta
ſit ſollicitudinibus atque anguſtijs, nō ceſſat explorare vias, & interrogare prætereuntes,
quonam abijſſe potuerit? de ipſo loquitur, & dormiens eum exſpectat,
& auſcultat: non fruitur quiete, neque ridet cum quoquam, non lætatur; non deſinit
Rom.14. 2.Cor.5. lachrymari, donec ſuſceperit reſideratum. Sic igitur & tu Chriſtiane, ac præcipuè
Commonitiones ſaluberrimæ. qui vaniſſimo ſeculo abrenuntiaſti. Et quid dico, qui abrenuntiaſti? Omnes
enim ſtabimus ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſquiſque propria corporis
prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Quocirca deinceps frater, ne nimium momentanea
alimenta appetas. non corporalem requiem quæras. non des ſomnum C
oculis tuis. neque vitam curæ ac ſollicitudinis expertem degas: ſed Deum præoculis
Pſalm.15.& Actor.2. tuis ſemper habe; vt cum S. Propheta Dauid dicere queas: Prouidebam Dominū
NOTANDA. in conſpectu meo ſemper. Non ceſſes diuinas perſcrutari Scripturas. Non
ceſſes ſanctam matrem tuam interrogare Eccleſiam: quando veniet deſideratus
ſponſus? Et ſignum aduentus eius perquire, ac diſce: quia Iudex non tardabit. Non
Abac.2 & 2.Pet.3. deſinas interrogare, donec planè certior factus ſis. Non deſinas de hoc interpellare
eos, qui exactè norunt. Cupis porrò noſſe, quinam illi ſint, qui accuratè magnum
iſtud ac formidabile myſterium ſciant? Prophetæ, Apoſtoli, & Euāgeliſtæ:
hi plenè de horribili aduentu Chriſti, ac Sponſi, inſtructi ſunt: hos frater interroga?
Ibidem. & audies, quòd veniet, & non tardabit. Interroga magnum Prophetam
Eſa.40.62. Eſaiam? reſpondebitque tibi dicens: Ecce, Dominus veniet, & merces eius cum
Iudith 10. ipſo. Et iterum: Dominus Sabaoth egredietur, ad conterendum bella. Aliuſque D
Abac.2. Propheta ait: Veniens veniet, & non tardabit. Viciſſimque tibi Propheta reſpondebit
Malac.3.& Ioel.2. Malachias, dicens: Ecce veniet, & quis ſuſtinebit diem introitus eius? aut
Pſalm.49.71. Pſalm.9.97. quis ſtabit in conſpectu ipſius? Docebit quoque te Propheta Dauid, cùm dicit: Quia
Deus manifeſtè veniet: & adorabunt eum omnes Reges terræ. Et denuò: &
2.Pet.3. veniet, vt iudicet terram. Quòd ſi Petrum quoque interroges Corypheum?
*al. non tardabit Dominus. ipſe tibi viciſſim reſpondebit, ac dicet: Non * tardat Dominus promiſſionem,
ſicut quidam tarditatem exiſtimant: ſed patienter agit, nolens quemquam perire;
1.Theſſ.5.& 2 Pet.3. ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Et rurſus: Dies Domini, ſicut fur in nocte,
Iacob.5. ita veniet. Reſpondetque tibi viciſſim Iacobus, dicens: Ecce, iudex ante ianuam
1.Ioan.2. aſſiſtit. Quin & Ioannes te admonebit Theologus, dicens: Vt cùm apparuerit,
fiduciam habeamus; & non confundamur ab eo, in aduētu eius. Interroga etiam
chariſſime, S. Matthæum Euangeliſtam? & ipſe tibi clarius de aduentu Sponſi dicet, E
Matth 24.25. Lucæ 12. quæ ab ipſomet audiuit. Ait autem: Dixit Dominus: Vigilate, quia neſcitis
horam, neque diem, in qua Chriſtus Dominus veniet. Ac iterum: Eſtote parati,
*vulg. Filius hominis veniet. quia qua hora non putatis, *Dominus veniet. Et rurſus: Beatus ille ſeruus, quem
cùm venerit Dominus ipſius, inueniet vigilantem. Rurſusque ait: Videbunt Filium
Matth.24.25. hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute & maieſtate magna. Tunc
Lucæ 12. ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ; & congregabuntur coram ipſo omnes gentes,
Ibidem. Matth.25. & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, & quæ ſequuntur.
Marc.13. Reliquoſq; ſi interroges Euangeliſtas, ac cunctos Sanctos? ſimilia ab eis
Luc.12.21.& Iacob.5.&c. de aduentu Domini audies, quòd prope ſit in ianuis. Non igitur amplius excuſationem
habes. Ecce, à beatiſſimis Prophetis, & Apoſtolis omnem veritatem
audiſti. Modo ergo quæ tuæ ſunt ſaluris, para. Et quid, inquies, agam; vt ſaluer?

miſeri

A miſericordiamque inueniam, ac fiduciam in die defenſionis? Ego tibi dicam, ſo-
lum ſerua. Quòd ſi Dominum audieris; & ipſe te exaudiet. Nã ita dixit Dominus:
Si dimiſeritis hominibus errata ipſorum; & Pater veſter cæleſtis dimittet peccata
veſtra. Ecce, audiſti tãdem vnum præceptum magnum, & leue. Dixit enim benig-
niſſimus Deus: Onus meum leue eſt. Nam ꝙ, ac quale onus eſt, dimittere fratri of-
fenſas? & indulgentiam, atque remiſſionem à Deo propriorum accipere delicto-
rum? vt cum fiducia dicere poſſis. Dimitte mihi offenſiones meas Domine: ego
enim fratri meo remiſi. Hoc ſerua præceptum. Ne inimicitias aduerſus aliquẽ ha-
beas. Neque quemquam vmquam odio perſequaris. Ne ludicris rebus vaces. Ne
verba otioſa proferas. Ne alijs detrahas, atque obloquaris. Ne vllos maledictis in-
ceſſas. Ne mundanis hominibus nimium adhæſeris, ac conuerſeris. Ne fabulis ac
B nugis te dedas. Ne res terrenæ te occupent. Qui vniuerſo renuntiaſti mundo: nè
aliam admittas ſollicitudinem, neque aliud certamen, aut cogitationem, præter-
quam diei illius horribilis. Semperq; cor & lingua tua de extremo iudicio medi-
tentur. Siue igitur operi, ſiue orationi intentus ſis: ſiue ambules, ſiue ſedeas; ſiue co-
medas, ſiue ieiunes, ſiue in cubili tuo vigil iaceas, ſiue quid aliud agas: non deſiſtat
mens tua cogitare, & os tuum loqui de iudicio. Corde porrò ſic tecum cogita: At
quomodo reſpondere potero Iudici? Numquid reperietur peccator alius, vt ego?
Quo pacto peccata mea delebo? Quo pacto ego dicere potero; ſicut fecit, & docuit
Dauid, dicens: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtra-
tum meum rigabo? Sic plora, & cogita, dicens: Sed qualia ſunt horrenda illa tor-
menta, quæ dicit Scriptura? Qualis eſt fluuius ille igneus? qualis ignis ille inexſtin-
guibilis? Cuiuſmodi tandem tenebræ illæ exteriores? Cuiuſmodi ſtridores illi
C dentium? Cuiuſmodi gehenna illa ignis? Qualis erit vermis ille numquam mo-
riens? Qualis caminus ille ignis? Et cui tandem ex iſtis loco, ego peccator deſti-
nandus ero? Hæc tecum meditare, ô fili, ſingulis diebus, noctibus, ac horis: & ſtu-
dioſè in ieiunijs, vigilijs, & orationibus, ac lachrymis perſiſte; ſemperque in cella
ſub ſilentio verſare: & non contemnas, neque relaxeris mi frater. Et ſi aliqui tibi
detrahant, aut te derideant, vel ſpernant, aut deprimant: tu noli attendere ijs, ſed
ob oculos tibi conſtitue deſideratum Sponſum tuum, & dicito: Dignus ſum qui
illudar: nam & Dominus meus illuſus eſt, ac contumelijs affectus, conſputatus, &
crucifixus, odioque à Diaboli diſcipulis habitus. Atque etiam nos docet Domi-
nus, vt nos iniuria affecti ſufferamus; conuitijs ac maledictis excepti, benedica-
mus; & perſecutionibus exagitati, ſuſtineamus. Rurſuſque memineris frater, Do-
D mini ad ſuos Diſcipulos dicentis; Si mundus vos odit: ſcitote quia me priorem
vobis odio habuit. Sed quoniam ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mũ-
dus. Et iterum: Beati eſtis cum maledixerint vobis homines; & perſecuti vos fue-
rint, ac vos oderint. Quin & cuncti per anguſtam hanc viam ambularunt Sancti,
ſicut ait Apoſtolus: quoniam ludibria & verbera experti ſunt, lapidati ſunt, ſecti
ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt: circuierunt in melotis, in pelli-
bus caprinis: egentes, anguſtiati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, in montibus &
ſpeluncis, & in cauernis terræ. Et tu frater, ſi ſuſtinueris, & modicum † canonẽ tu-
um diligenter curaueris; vnà cum ipſis reperieris. Nolite ergo obtorpeſcere, quia
odit vos mundus. Qui enim alios oderunt, infeliciſſimi ſunt: at qui propter Chri-
ſtum odio habentur, feliciſſimi. Veniet enim, & reddet vnicuiq; ſecundùm opera
ſua. Ait quippe Propheta: Veniet, & quis ſuſtinebit diẽ introitus ipſius? Verè enim,
E verè formidabilis eſt dies aduẽtus ei⁹. Audi quoq; haud diſſimile huic. Dicit enim
Propheta Daniel: Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Veſtimentum eius
candidum ſicut nix, & capillus capitis eius quaſi lana munda. Thronus ei⁹ flamma
ignis. mille millia adſiſtebant ei, & decies millies centena millia miniſtrabant ei:
Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Quis non reformidet diem illum? Quis horam
illam non pertimeſcat? Hic crebrò, ſi clarius Tonitruum reſonet, non ſufferimus:
at cuncti in terrã præ horrore inclinamur atq; deprimimur. Quis igitur tunc per-
feret: quando ſigna illa admirabilia, & obſtupeſcenda contuebitur? quando vir-
tutes cælorum commoueri adſpicies. quando elementa diſſolui videbis. quando
cernes cælum vt librum conuolui: ſolem obſcurari, lunam in ſanguinem cõmu-
tari; aſtra ex cęlo decidentia, ſicut folia è ficu: terram comburi; & quæcumque in

Matth. 6. & Marc. 11.

Matth. 11. & 1. Ioan. 5.

Matth. 6. & Marc. 11.

PRÆCEPTA SALVTARIA.

De Iudicio vniuerſali, ſemper meditandum.

Pſalm. 6.

Dan. 7. & Apoc. 5. Matth. 8. 22. 25. Marc. 9. 13. Matth. 13.

Perpendenda ſedulò ſemper.

Matth. 16. Marc. 14. & Luc. 22. 23. Ioan. 18. 19.

Matth. 5. & Luc. 6.

Ioan. 15.

Matth. 5.

Heb. 11.

Ibidem.

† al. & modicõ tempore canonem ſollicite curaueris.

Matth. 5.

Matth. 16. & Rom. 2.

Malach. 3. & Ioel. 2.

Daniel. 7. In vulg. & edit. 70. paullò aliter.

De Tonitruo vehementiore.

Matth. 24. & Luc. 21.

Apoc. 6. &c.

Ibidem.

ea ſunt opera. Quando tubam ex cælo horribilem reſonantem, & eos qui à ſeculo A
obdormierunt, excitantem audieris. quando cælos diſcindi, & Deũ magno cum
furore ſuper peccatores reuelari contemplatus fueris. quando Angelos emiſſos,
& circumcurſantes, congregantesque electos ex quattuor ventis, à ſummis cælis,
vſque ad extremitatem eorum, conſpexeris. quando thronum horribilem paratum,
iuſtumque Iudicem ſedentem contuitus eris. quando omnem humanam naturam
coram ipſo, magno timore atq; tremore congregatã videris. Mihi credite,
fratres mei chariſſimi; multis digna eſt lachrymis, varijſq́; ſuſpirijs dies illa: quãdo
commiſerandam & lugubrem horam illam contuebimur. quando nos ab inuicem
Iudex ſeparabit, ſicut paſtor oues ſegregat ab hœdis. Tunc parentes ſegregabuntur
à filijs, & filij à parentibus. Tunc fratres ſeparabantur à fratribus, & amici
ab amicis, conſanguineique à familiaribus. Tunc Clerici ab alijs diuidentur clericis, B
Epiſcopi à Coepiſcopis, Diaconi ab alijs Diaconis: & Subdiaconi, Cantores atque
Lectores, à ſe inuicem. Tunc quoque coniuges à ſe mutuo ſeparabuntur cum
lachrymis. Tunc Reges plorabunt & Principes, magna hic factitantes, & vitam cũ
iniuſtitia & aliorum iniuria degentes, proprioſq́; ac eiuſdẽ fidei fratres opprimentes.
Tunc ſanguis eorum, qui ex Epiſcoporum, & paſtorum, ac Presbyterorum negligentia
perierũt, ex eorum manibus requiretur. Tunc quod quiſq; talentum accepit,
& appoſuit, repetetur. Et omnis quidem Chriſtianus, de ijs quæ audiuit atque
accepit, exquiretur: præcipuè autem Pontifices, Sacerdotes, & Leuitæ: nam potentes
potenter tormenta patientur. Tunc quiſq; cum timore atq; tremore conſiſtet,
caput demittens, & ſententiam aduerſus ipſum proditurã exſpectans. Tunc adſpiciet,
quomodo honorabuntur, qui in ieiunijs, & vigilijs, lachrymis atq; orationibus
decertauerint: tum etiam qualia à Rege oblectamenta atq; ſolatia accipiẽt. C
Et ſuſpirans, dentibuſq́; ſtridens, dicet: Quomodo ego miſer nõ decertaui exiguo
illo vitæ meæ tempore: at in negligentia pertranſiui dies meos? nunc autẽ quò me
ire deceat, ignoro; anne ad ſupplicium? Hæc porrò ipſo ſecum cogitante, à Rege
prodit ſententia, dicens: Quod quiſq; ſeminauerit, hoc & metet. Tunc qui hic ſeminauerint
in lachrymis, in exultatione illic metent. Tunc quiſq; abibit, quò &
opera eius. Conſtituta quippe vniuſcuiuſq; coram ipſo erunt opera, ſic ad eum dicẽtia:
Tu nos feciſti, ô miſer. Debuiſſes tuis nos deleuiſſe lachrymis. Scripturã audiſti
dicentem: Veniet hora, vt reddat vnicuiq; ſecundũ opera ſua. & irriſiſti eiuſmodi
dicentes. Age nunc igitur, & fructus laborum tuorum percipe. Tunc abibit
vnuſquiſq; ad locum proprium, quem ſibi ipſi pręparauit. implebiturq́; Scriptura, D
dicens: Tunc loquetur ad eos in ira ſua; & in furore ſuo conturbabit eos. Qui verò
præparati fuerint, non conturbabuntur; ſed cum fiducia clamabunt: Paratus ſum,
& nõ ſum turbatus. At qui imparati exſtiterint, horrore turbabuntur terribili, dũ
illud audient: Diſcedite à me maledicti, in ignem æternum. Tunc abibunt, hi quidem
in tenebras exteriores: alij autẽ in gehennam ignis: alij verò in ſtridorẽ dentium,
& in reliqua ſupplicia; propellentibus eos cũ diligentia ac feſtinatione Angelis,
& ad eos dicẽtibus: Sicut oues, facti eſtis inferni: mors depaſcet vos. Alij porrò
abibunt dentibus ſtridentes; & poſt tergum crebrò reſpicientes. cernẽteſq́; quo
pacto ſeparati ſint, abducentur: nulluſq́; qui auxiliari ibi poſſit, reperietur. Vbi cũctæ
tunc mundi opes? Vbi potentia Regum? Vbi Principum temeritas? Quomodo
nuſquã tunc apparebit, qui adiuuare poſſit dilectos? Vbi tunc qui genuit, pater? Vbi
quæ peperit, mater? Vbi germani fratres? Vbi amici? Vbi conſanguinei? Vbi turbæ? E
Vbi, qui in diuitijs gloriantur? O quantis digna erit lachrymis, atque ſuſpirijs hora
illa. Propter iſtam horam, dicebat Dominus; Beati qui nunc lugent ac plorant.
Tunc fratres, qui fiduciam inuenerit, verè beatus erit. Tunc beati Apoſtoli, ſuper
ſolem reſplendebunt: Prophetæ exhilarabuntur, & Martyres coronabuntur.
Tunc apparebunt, etiam qui hic in montibus ac ſpeluncis, cauerniſq́; terræ occultati
fuerunt. Greges † beatorum Monachorum, qui mundo renuntiarunt, in exultatione
cum Angelis choros ducent. Similiter qui in ſpeluncis ſe ipſi per lachrymas,
& vigilias, atque orationes, confecerunt. Qui hic viles fuerunt, & obſcuri: ibi
clari comparebunt, & cum fiducia. Qui hic inglorij & contemptibiles: ibi cum
gloria erunt atq; honore. Qui hic pauperes & mendici: ibi diuites atque dilecti.
Qui hic patriam reliquerunt, & cognationem, ac fratres, & delicias: ibi regno cælorum

1.Cor.15. & 1.Theſſ.4.
Matth.24. Luc.21.
Dan.7.& Ioel.2.3.
Apoc.20.
Matth.25. Ibidem.
Separatio funeſtiſſima.
NOTENT PASTORES ET EPISCOPI.
Matth.25.
Sap.6.
Notanda, ſæpeque penſanda.
Galat. 9.
Pſalm.125.
Matth.25.
Apoc.14.20.
Matth.16.24.25. & Rom.2.
Pſalm.2.
Pſalm. 118.
Matth.25.
Tormentorum genera, ac loca varia Inferni.
Pſalm.48.
Obſeruent hæc diuites, atque potentes.
Pathetica valde ac luctuoſa.
Matth.5.& Luc.6.
† al. Conuentus ſanctorum Monachorum.
Antitheſes graues, & conſolatoriæ.

lorum perfruentur. O quam felices, immò feliciſſimi ſunt Monachi, qui hic affliguntur: & illic regnum rapiunt. Nam hic in ſpeluncis, & cellis, ac montibus ſine intermiſſione Deum glorificaſtis, eique deſeruiſtis non ſolùm viri; ſed etiam mulieres, genus fragile & imbecillum: illic verò, cum Angelorum choris eum rurſus collaudare promeriti eſtis. Chriſtum deſideraſtis, ſeculo vos abdicaſtis, receſſiſtis ex mundo, habetis Chriſtum. Nemo enim eſt, inquit, qui reliquerit domum vel fratres, aut filios propter me, qui non centuplum in præſenti ſeculo accipiet: & in futuro vitam æternam poſſidebit; ſicut ait Dominus. Ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Felicitas illorũ, qui abdicato ſeculo, Deo hic inſeruiunt.

Matt. 19. & Marc. 10.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

RESIPISCENDUM *à peccatis, vitamq́; noſtram dum tempus ſuppetit, ſeriò emendandam, ac Deum nobis recõciliandum docet, modumq́; reconciliandi proponit. Et vt terrorem cunctis incutiat peccatoribus, eoſq́; à peccando deterreat, ac reuocet, formidabilem illum extremi Iudicij diem oculis omnium ſubijcit, illiuſq́; certitudinem plurimis irrefragabilibus Scripturæ vtriuſq́; Teſtamenti auctoritatibus plenè probat atque demonſtrat: Ac quantam ibi quilibet, præſertim verò qui hic alijs præfuerunt, & animarum curam ſuſtinuerunt, rationem reddituri ſint, euidenter atque efficaciter oſtendit; ſeparationiſq́; illius luctuoſiſſimæ poſtremæ, non ſine commiſeratione, affectuſq́; commotione lamentabiliter meminit. Et denique varia Tormentorum inferni genera, ac loca peccatoribus reſeruata percenſet; felicitatemq́; illorum qui ſeriò in hac vita Deo inſeruierunt, exponit. De quibus, plura apud noſtrũ Auctorem reperies ſimilia Tomo primo, præſertim in Tract. De abrenuntiatione in ſacro Baptiſmo facta, & quo pacto ea à nobis requiretur in die Iudicij, &c. vbi etiam prolixè agitur de varijs Tormentorum locis, atque generibus inferni: ac deinde de præmijs iuſtorum, poſt hanc vitam, &c. Necnon in Sermonibus de Iudicio extremo noſtriſq́; ibi Scholijs, quo in cæteris ſtudioſum Lectorem remittimus. Reperitur autem iſte ſermo Græcè in antiquo MS. Codice Vatican. ſub num. 587. poſt Paræneſes in fine: quare & hic poſt omnes Paræneſes (quibus præſens liber plenus eſt) eumdem reponere, Tomumq́; hunc noſtrum ſecundum illo ipſo concludere viſum eſt: quamquam tamen & locus ipſi non minus proprius, habita ratione Argumenti (quod eſt de extremo Iudicio) aſſignari poſt alios Sermones etiam de futuro Iudicio, immediatè potuiſſet; qui ſunt ſub finem Tomi primi.*

Canonem vnum retine, ſicut etiam Sancti fecerunt Patres, qui ad quinquaginta, & vltra annos ſuum non mutârunt canonem ac regulam, &c.] *Feruorem & perſeuerantiam antiquorum Patrum, in bonis vitæ inſtitutis, reguliſq́; monaſticis rectè, debiteq́; ſeruandis proponit, eorumdemq́; veſtigijs ſeriò inſiſtendum monet, ac vias capeſſendæ ſalutis magis opportunas oſtendit, patefacitq́;. Quibus ſimillima ab eodem adducuntur in longiſſimo pulcherrimoq́; aſcetico Sermone Tomo 3. cuius initium eſt.* Ὁ πόνος ἀναγκάζει με λαλεῖν, *&c. id eſt,* Dolor me in verba compellit, &c. *vbi mox in initio, Patrum antiquorum rectæ vitæ inſtituta commemorat ac celebrat, dicens*: Siquidem inſtitutionem illam ſanctam, quæ in diebus Patrum noſtrorum vigebat, quis pro rei dignitate recenſere poſſet? qui vniuerſam terram ſicut luminaria quædam reſplenduerunt, &c. *Magiſq́; huc faciunt, ac quadrant, poſtea ibidem adducta, in hæc verba:* Eia ergo chariſſimi, inter multitudinem tepore atque ignauia obtorpeſcentium, menſuram amplectamur; ac canonem, ſeu regulam illam bonam, ſanctam, atque perfectam antiquorum noſtrorum Patrum. Ne hodie abſtinentiam ſecteris, & cras conuiuia celebres, atque frequentes, &c. *Quibuſcum per omnia quaſi conſonant, quæ non multò poſt ibidem conſequuntur ſub tenore verborum eiuſmodi*: Propterea enim perfecti Patres, fundantes ſemetipſos per vnam regulam in omnibus, perfecti inuenti ſunt. Quidquid à principio aſſumpſerunt, ad finem vſque vitæ nullis externis diſtracti rebus integrum, ac ſanctum propoſitum ſeruare conati ſunt. Vſq; ad quinquaginta enim annorum, & amplius numerum excedentes, in nullo aſſumptã ſemel regulam mutauerunt, &c. *In quibus autem illa conſiſtebat regula, ipſe conſequenter ibidem declarat, ac docet. De cuius etiam Regulæ obſeruatione, Patrumq́; antiquorum imitatione, longè poſtea ibi ſic habetur*: Sed eſto (inquit) obediens, & imitator perfectorum ac ſpiritalium Patrum, & regulam illorum ſedulò exquire, &c.] *Pro quorum omnium illuſtratione, ac confirmatione maiore faciunt, quæ ab eodem alibi in medium adferuntur, ac potiſſimum in Sermone de Sanctis quibuſdam Patribus, qui eius temporibus in Domino obdormierunt cuius principium eſt:* Cor mihi dolet: compatimini mihi fratres benedicti, &c. *quo Sermone, Patrum antiquorum vitam perfectam in exemplum proponens, ſeculi præſentis malitiam vehementer deplorat, remediaq́; optima quibus cum Deo in gratiam homines redire poſſint, demonſtrat, &c. Sicut etiam hoc ipſo præſenti loco, cui in plurimis hactenus hinc inde ex eiuſdem doctrina à nobis producta longè ſimillima ſunt: vt vel ex ijs ſatis liqueat, quã ſibi in eadem doctrina vbique Auctor ſit ſimilis, vti etiam ſæpe in ijſdem quaſi verbis adducendis, præſertim dum res atque ſententias eaſdem alijs, atque alijs locis repetit.*

Ecce veniet, & quis ſuſtinebit diem introitus eius? aut quis ſtabit in conſpectu ipſius?] *Verba ſunt Prophetæ Malachiæ cap. 3. quibus extremi iudicij denuntiatur dies. Leguntúrq́; illa in* *edit.70.ad verbum magis ſic:* Ecce venit, dicit Dominus omnipotens: & quis ſuſtinebit diem introitus eius? aut quis ferre poterit, vt aſpiciat eum,&c.] *at in vulg. paullo aliter, hoc modo:* Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis ſtabit ad videndum eum? &c.] *Quem hic locum tranſtulimus, vt eſt in Græco textu Auctoris, licet & ab illo idem alibi, etiam aliter legatur atque aliter, ſicut ſuis conſtare poterit locis.*

Non tardat Dominus promiſsionem, ſicut quidam tarditatem exiſtimant: ſed patienter agit, nolens quemquam perire; ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.] *Locus citatus eſt 2. Pet. 3. vbi in vulg paullo aliter ſic reperitur:* Non tardat Dominus promiſsionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, &c.] *Vbi inter alia, nota nomen illud* τὴν βραδυτῆτα, *id eſt, tarditatem) in vulg. Lat. non adhiberi, quod tamen etiam reperitur poſitum in Sacro Cod. Græc. 2. Pet. 3. ſicut & hoc loco apud S. Ephræm, & non ſemel alibi apud eumdem: ac paſsim apud alios SS. Patres præſertim Græcos, vt mirum ſit ibi Latinè appoſitum non eſſe, verumtamen, &c.*

Dicit enim Propheta Daniel: Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, &c.] *Locus qui citatur, eſt Prophetæ Daniel. cap. 7. vbi inter lectionem Auctoris, & edit. 70. ac vulg. Lat. aliqua in ſequentibus notanda occurrit varietas. veluti ibi:* Thronus eius flamma ignis. mille millia adſiſtebant ei, &c.] *Vbi in edit. 70. ſic legitur:* Thronus eius, flamma ignis: rotæ eius, ignis flagrans: flumen ignis trahebat in conſpectu eius. mille millia deſeruiebant ei: & dena millia denorum millium aſſiſtebant ei, &c.] *Ac in vulg. hoc modo:* Thronus eius, flammæ ignis: rotæ eius, ignis accenſus. Fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius: millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei, &c.] *Vbi etiam (*Dena millia &c.*) vt eſt hic apud 70. legit. S. Auguſtinus. necnon Iuſtinus aduerſus Tryphonem & Dionyſ. Areopag. de cæleſti Hierarch. cap. 18. & Tertullian. aduerſus Praxeam. habet:* Millies centies centena millia aſſiſtebant ei, & millies centena millia apparebant ei, &c.] *Quas hic lectionum varietates, vel ideo adducere viſum fuit, quod iſte locus Danielis ſæpius ab Auctore alibi citetur, interdum quidem plenè, & interdum etiam breuitatis cauſſa, quibuſdam prætermiſsis, vt etiam hoc loco.*

Hic crebrò, ſi clarius tonitruum reſonet, non ſufferimus: at cuncti in terram præ horrore inclinamur, &c.] *Argumentum eſt à minori ad* ***Maius.*** *q.d. Si vehementiorem aliquem Tonitrui ſonum atque fragorem ſufferre nequimus; ſed eo deterriti in terram inflectimur atque deprimimur: quanto magis exhorreſcemus ad ſigna illa admirabilia & expaueſcenda, quando virtutes cælorum commouebuntur, & elementa diſſoluentur. quando Tuba illa, ex cælo horribilis reſonabit, & omnes ad diſtrictum illud Iudicium vltimum vocabit, &c. Quibuſcum etiam planè conſonant, quæ idem habet Auctor Tomo 1. in Serm. de iis quæ poſt Crucem reuelanda ſunt, in formidabili illo ſecundo Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti. ibi:* Et nunc quidem ſæpe ſi coruſcatio, ſeu fulgur aliquod oriatur, aut Tonitruus clarior, ac vaſtior audiatur; omnem mox timore percellit hominem, cunctique in terram procumbimus. Et ſi tantilla nos adeò exterrent: quomodo obſecro tunc ſuſtinebimus, quando Tubæ illius clangorem ex cælis audiemus, ſuper omnem corruſcum atque Tonitruum horribiliter reſonantem, cunctosque qui à ſeculo obdormierunt excitantem, &c.] *vbi plura hiſce ſimilia, valdeq; ad rem præſentem facientia inuenies.*

Tunc abibunt, hi quidem in tenebras exteriores: alij autem in gehennam ignis: alij verò in ſtridorem dentium, &c.] *Varia Tormentorum Inferni genera ac loca inſinuat Auctor, de quibus apertè magis, ac plenè per eum tractatur Tomo 1. in Reſponſ. ad Interrogationem: An plura ſint Tormenta, ſuppliciorumq́; inferni loca, ac genera? ibi:* Varia eſſe Tormentorum loca, ex Euangelio nouimus: Sunt enim tenebræ exteriores: vnde liquet etiam alias eſſe interiores. Gehenna ignis, locus alius: ſtridor dentium, locus proprius, &c.] *vbi abundè de his agitur, ſicut & in noſtris ibi Scholiis, præſertim in illum locum:* Quemadmodum peccatorum ſunt differentiæ: ita & Tormentorum varietates, &c.] *vbi plures Auctoritates huc facientes, ad longum produximus. quibus etiam valde conformia ſunt, quæ S. Baſilius Magnus adducit in Sermone de Futuro Iudicio, qui in fine Tomi primi Operum S. Ephræm à nobis adiunctus eſt: necnon Chryſoſtomus in caput Matth. 22. Homil. 42. circa finem, ac ſæpè alibi. quibus omnibus valdè confirmatur doctrina noſtri Auctoris, qui hic, vt etiam alibi, poſtquam de impiorum egit pœnis; etiam in fine de piorum atque iuſtorum tractat meritis, ac præmiis: quibus perfrui, nobis omnibus, meritis atque interceſſione S. Patris Ephræm, & omnium Sanctorum concedat Altiſſimus.*

TOMI SECVNDI, ET SCHOLIORVM
In Illvm, Finis.

SANCTI
ABBATIS * AMMONAE
CAPITA PARÆNETICA
DECEM ET NOVEM.

*al. Ammonis.

Eodem Gerardo Voßio Interprete, & Scholiaſte.

CAP. I.

OBSERVA teipſum diligenter Chariſſime, tamquam confidens & credens, quòd Dominus noſter Ieſus, cùm eſſet Deus, ineffabilemque haberet gloriam atque magnificentiam, typus nobis factus ſit ac forma, vt inſiſtamus veſtigijs eius: vehementer * ac ſupra modum ſeipſum propter nos humilians, dum fomam ſerui aſſumpſit: paupertatemque haud immodicam, ac verecundiam pro nihilo ducens; varias quoque contumelias, atque confuſiones ſuſtinuit. Et ſicut ſcriptum eſt: Tamquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic non apperuit os ſuum. In humilitate eius iudicium ſublatum eſt. Mortemque propter nos ſubijt, multis cum opprobrijs: vt & nos ob mandatum eius, ac pro peccatis proprijs alacriter ſufferamus, ſi quis nos quicumque † is tandem ſit, iuſtè ſiue iniuſtè contumelijs ignominiaue afficiat; aut in egeſtatem redigat, aut vituperet, aut ad mortem vſque verberet. Vtque inſtar ouis ad occiſionem ductæ, & vt iumentum * mutum, omnino non contradicamus: ſed potius ſi fieri poſſit obſecremus; ſin minus, ſaltem multa cum humilitate taceamus.

*ὑπερβαλλόντως.
Philip. 2.
Eſa. 53. & Actor. 8.
†ὅιος δὴ ποτε.
*κτῆνος ἄλαλον.

CAP. II.

DILIGENTER teipſum cuſtodi: magnum lucrum, atque ſalutem animæ tuæ credens eſſe, opprobria atque ignominias, humiliationesque propter Dominum illatas perferre. quare promptè, conſtanterque eas tolera, cogitans, te etiam plura meruiſſe pati, propter peccata tua: beneficijque planè loco reputata, quòd habitus ſis dignus, qui aliquid patiaris, ac ſufferas propter Dominum. fortaſſe * enim per multas tribulationes, & ignominias, etiam vnico temporis momento, imitator fies paſſionis Domini Dei tui. Et quoties memineris eorum qui afflixerunt te: tamquam à quibus magna tibi lucra ſint parta, pro ijs omnibus tota mente tua, & in veritate, intercede; & omnino ne quid cogites aduerſus quempiam. Si quis porrò te honore affecerit, atque laudauerit: dole & ora, vt ab onere iſto protegaris. Sicque in quacunque re gloriam, aut eminentiam aliquam, quamuis * minimam continente, Deum aſſiduè ex animo precare, & in veritate: vt longè à te faciat res eiuſmodi, indignum te eſſe, atque infirmum reputans. Semperque modeſtiores mores, viuendique * rationes ſedulò ſcrutare: ac in ijs teipſum accuſa dolenter, atque humiliter, & ſine ſuperbia, tamquam morti proximus, & mundo huic iam mortuus; & quaſi cunctis abiectior, peccatiſque magis obnoxius eſſes. Hæc enim magna animæ tuæ lucra erunt.

*τάχα γὰρ διά, &c.
NOTA.
*ἕως λεπτοῦ τινος.
*τὰς ἀγωγάς.

CAP. III.

SOLLICITE teipſum conſidera: vt quemadmodum magnam mortem ac perditionem animæ tuæ, ſuppliciumque æternum: ita quamcumque ambitionem, & inanem gloriæ cupiditatem oderis, faſtidiaſque: vt & gloriam ac honorem, aut laudes ab hominibus affectare, aut teipſum exiſtimare aliquid eſſe, aut quod benè viuas, aut aliquo ſis melior, aut etiam par. Omnemque turpem concupiſcentiam, ac voluptatem carnalem etiam minimam, deteſtare; caueaſquè aſpectum hominis, niſi neceſſe ſit: vt verè teipſum obſeruans, & in minimis temu-

temute muniens, in grauiores moleſtias non incidas, neque prorſus tentationibus vincaris, & parua non deſpiciens, paruis ſuccumbas.

CAP. IV. Teipſum diligenter ſerua: vt pro peccatis tuis, tamquam verè lucrum magnum, ſalutem animæ, ac regnum cælorum omnibus modis exquiras. Cunctiſque viribus coneris, vt mente, ſermone, & opere, indumento ac habitu, teipſum humilies, imminuaſque veluti ſtercus, terramque ac cinerem; omniumque poſtremum, ac cunctis ſeruum: atque ita teipſum ſemper ex animo ac verè quouis Chriſtiano ducas abiectiorem, & peccatorem magis, longeque à qualibet virtute diſtantem. tecumque ſic cogita ac loquere: Ego in comparatione cum Eſa. 4. alijs Chriſtianis, ſum puluis; & velut pannus vilis mulieris menſtruatæ, omnis iuſtitia mea: & niſi magna commiſeratione ac gratia, miſericordiam à Deo conſecutus fuero; æterno potius ſupplicio, quàm vita dignus ero. Si enim iudicium mecum inire voluerit, ſurſum aſpectum tollere non potero: nam ignominia plenus ſum. Sicque animam dolentem atque humiliatam retinens, quotidieque mortem exſpectans, aſſiduè clama ad Dominum: vt multa ſua miſericordia animam tuam rectè inſtituat, faciatque tecum miſericordiam: vt ſic teipſum ſentias doloris atque ſuſpirij moleſtia confici, & numquam exhilarari, atque ridere. Ceterùm vt riſus tuus ſemper in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem: ſemper * *σκυθρωπάζων.* ſubtriſti atque demiſſo vultu incedito, dicens: Anima mea impleta eſt illuſionibus. Pſalm. 37.

CAP. V. Obſerva teipſum accuratè: vt teipſum quocunque Chriſtiano contemptibiliorem: peccatiſque magis obnoxium ducas; & animam ſemper lugentem atque humiliatam, plurimumque ſuſpirantem habeas. vt ſemper ſileas, & non loquaris: tenebraſque æternas, ac ijs adiudicatos, ibidemque plorantes; teque quaſi illis deſtinatum magis, quàm vitæ cogites, tamquam tanti ſupplicij reus eſſes. Deinde donec tempus eſt pœnitentiæ, quo adhuc liberari liceat à tremendis magniſque illis tormentis: quaſi iam moriens, & ibi mente exiſtens, aſſiduum illum luctum ac planctum, multamque illam triſtitiam atque mœrorem anticipare contende. Et in te ſecundum voluntatem Dei, labores atque defatigationes animæ & corporis exquire; & in ijs aſſiduè pro peccatis tuis operare: ac corpus quidem pro viribus, indeſinenter manuum operibus ieiunijſque ac multis alijs, ſecundum Deum ſubmiſſionibus occupatum retine, ad-Marc. 9. implenſque illud: erit omnium nouiſſimus, & omnium ſeruus. Animam verò, quantum tibi ſuppetunt vires, ſemper & aſſiduè in meditatione Scripturarum exerce: & inter meditandum, ex interuallo ingemiſce, ac prolixius precare. *σύναξιν ποιῶν. Eſto quoque ita ſemper collectus, ac ſi Sacroſanctis * Euchariſtiæ myſterijs intereſſes: ne dæmones locum inueniant, immittendi cogitationes nequam, in cor tuum.

CAP. VI. *ἀνέζησεν. Teipſum diligenter ſerua: tamquam credens, quòd Dominus noſter pro nobis ſit mortuus, ac * reuixerit, & ſanguine ſuo nos redemerit: vt & nos non amplius nobis ipſis viuamus; ſed Domino, qui pro nobis mortuus eſt, ac reſurrexit. & *τῇ συνειδήσει. quaſi confidens ac credens, te ſemper in conſpectu eius verſari: * conſcientia verò quaſi mortuus eſſes, & ex hoc ſeculo migraſſes, & tamquam coram illo maneres, & aſſiſteres ſemper.

CAP. VII. Cuſtodi teipſum ſedulò: vt quemadmodum ſeruus cum timore atque tremore, & multa humilitate ſuum ſequitur Dominum; & non ſe mouet ab ipſo, ſed ſe promptum præbet, ad parendum eius voluntati: ſic quoque tu ſiue ſtes, ſiue ſedeas, ſiue ſolus ſis, ſiue cum aliquo; te componas ſemper quaſi in conſpectu Dei verſeris, magno cum timore atque tremore corporis & animæ: vt omni tempore, corpus & animam in timore ac tremore poſſideas. Quantum autem ferent vires, mentem puram ſerua à cogitationibus improbis, & omni vituperatione; omnique cum humilitate animi, ac manſuetudine, reuerentia atque ſcientia, & ſubmiſſione te geras in oculis contemplantis te: & nullam omninò fiduciam tibi arroges, propter peccata tua, ſurſum aſpiciendi.

CAP. VIII. Diuinæ voluntati noſtra conformanda.

SEDVLO teipſum obſerua: vt, tamquam in conſpectu eius manens atque aſſiſtens, ſemper promptus ſis ad obediendum ipſius voluntati, ſiue in vita, ſiue in morte, ſiue in quacumque tandem tribulatione; multa cum animi alacritate atq; propenſione, ac fide. quaſi ſemper magnas formidabileſque tentationes inuadentes te exſpectares, vſque ad magnas atque horribiles etiam anguſtias, tormenta, mortemque tremendam.

CAP. IX.

ACCVRRATE te cuſtodi: vt ſi quæ tibi res fortè contigerit, ſiue verbo, ſiue opere, ſiue cogitatione ac mente, omnino propriam voluntatem non quæras, neque quietem: ſed Dei voluntatem diligenter ſcrutare, eamque perfectè deſidera & perficere; licet tribulationem, vel etiam mortem continere videatur: Nam mandatum eius, vitæ æterna eſt. Ioan.12.

CAP. X.

DILIGENTER te cuſtodi: vt, tamquam coram Deo ſemper conſtitutus, nihil abſque ipſius voluntate atque ſententia agas. Verùm ſiue comedere, ſiue bibere, ſiue dormire, ſiue aliquid *aggredi, ſiue quamcumque tandem rem facere velis; probes primùm, numquid ſecundùm Deum ſit. Sicque in cunctis ſermonibus tuis atque operibus confeſſionem ipſi faciens; per hoc, multam ergà ipſum affectionem, aſſiduitatemque † habeas.

* παραβάλλειν τινί.

† al. habebis.

CAP. XI. Luc.17.

SERVA teipſum accurratè, tamquam ſciens ſcriptum eſſe: Serui inutiles ſumus; quod debuimus facere, fecimus. Vt ſi quid in Diuinis operibus egeris, non quaſi propoſito ſtipendio, agas: ſed magna cum animi ſubmiſſione, tamquam verè ſeruus inutilis, ac multorum debitor. Et ſi quid fortè egeris: teipſum ſemper tamquam longè * abſis ab officio perſoluendo, reputa: quaſi ferè quotidie propria negligentia adijcientem peccatis tuis. Nam ſcienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Et quamdiu in mandatis Dei deficies, omni tempore ingemiſce: Deumque intentè & aſſiduè precare; vt magna ſua miſericordia atque benignitate, indulgeat tibi peccata tuam: faciatque tecum ſecundùm miſericordiam ſuam.

* πολὺ ἀποδέοντα ὧν ὠφείλεις.

Iacob.4.

CAP. XII.

DILIGENTER teipſum obſerua: vt quacumque in re affligaris, inuaſeritque te dolor vel iracundia, ſileas; & prorſus præter decorum non loquaris quidquam, donec primum aſſidua deprecatione mitigetur cor tuum: atque ſic deinceps interpellabis fratrem. Si autem neceſſe tibi fuerit corripere fratrem; eumque ira, ſiue * perturbatione concitatum videris: nihil ei loquaris, vt ne cum iracundia vehementius perturbetur. Quando porrò conſtitutum & te, & illum in magna tranquillitate ac manſuetudine adſpexeris: tunc demum loquere, non quaſi reprehendens; ſed in memoriam, omni cum humilitate ac lenitate animi ei reducens: vt non loquaris verbum in iracundia oris tui. Certa ſemper, tamquam confidens, credenſque te coram oculis Dei verſari, & quaſi ſemper ipſum intuens: Sic eum treme ac time; cùm ſcias te, ſi conferaris cum illius inexplicabili gloria & magnificentia, ſic fore, quaſi non eſſes, terram nimirum, ac cinerem, ſterquilinium, & vermem.

* ἀκαταστασίᾳ

CAP. XIII.

SERVA teipſum ſedulò, tamquam credens Dominum propter nos, cùm eſſet diues, mortuum eſſe, atque * reuixiſſe, ac pretioſo ſuo nos ſanguine redemiſſe. Et tu quaſi pretio emptus, non amplius tibi viuas, ſed Domino. ſiſque ſeruus eius perfectus in omnibus: vt perfectam aſſequaris in * perturbationes poteſtatem & auctoritatem; ac tamquam iumentum mitiſſimum, quod ſine vlla contradictione ac reſiſtentia ſuo ſubijcitur Domino. Sic enim ſemper oportet nos eſſe in conſpectu Dei, ac perfectè humanis mori paſſionibus; omnique carnali voluptati: nec penitus ſubſeruire voluntati, ſiue concupiſcentiæ, ſed voluntati Dei, eamque cum primis exequi. vt hoc te modo cogites numquam eſſe liberum, aut tuæ ipſius poteſtatis: ſed quòd Dei ſis ſeruus, eiuſque te oportere ſubdere, ac ſubſeruire voluntati. Serua te quoque ac ſi quotidie & in horas exſpectanda foret tibi ſuperuentura aliqua tentatio, ſiue mors; ſiue tribulatio, ſiue magnum quodcumque periculum: promptè atque intrepidè in ſimilibus te

* ἀνέζησε.

* τὴν ἀπάθειαν

OBSERVATIO SALVTARIS.

Actor.14.

gerens, cogitanſque per multas tribulationes nos oportere in regnum intrare cęlorum. A

CAP.XIIII.

DILIGENTER teipſum cuſtodi, quaſi ſemper in oculis Dei verſareris: vt ſi quid tibi fortè acciderit, ſiue opere, ſiue ſermone, ſiue cogitatione; omninò propriæ voluntati, atque quieti indulgere non ſtudeas: ſed Dei potius voluntatem ſedulò integreque perficere contendas, quamuis etiam laborem continere videatur: eamque tamquam verè regnum cęlorum, ac coronam vitæ, perfectè deſidera quouis tempore perficere; credens toto corde, illud omnem prudentiam humanam vtilitate ſuperare. Nam mandatum Domini, vita æterna eſt: & qui diligunt B ipſum, non minuentur omni bono.

Ioan.12.
Pſalm. 33.

CAP. XV.
OBSERVA.

SERVA teipſum ſedulò, tamquam in conſpectu Dei continuò eſſes, vt nihil abſque eius ſententia agas: ſed ſi quid fortè facere volueris, ſiue operando, ſiue loquendo, etiam quodcumque minimum: ſiue in aggrediendo, ſiue conuerſando cum aliquo, ſiue etiam dormiendo, ſiue quodcunque tandem aliud agendo; primùm probes oportet, an iuſta ſit neceſſitas, aut Dei voluntas iſta. Sicque tua coram Deo, magno cum timore atque tremore confitere, atque communica: vt eo modo veram erga Deum affectionem, & cum eo conſuetudinem habeas. in omnibuſque ſermonibus tuis, atque operibus, confeſſionem eiuſmodi facito. Et ſi cognoueris te in agendo, iſtos prætergreſſum eſſe fines: mox pœnitentiam agere atque dolere, & precari Deum contende; vt corrigaris. atque ita te diſcutiens, non citò † pecces.

† al. peccabis.

CAP.XVI.
NOTA.

ACCVRATE te ſerua, tamquam perpetuò in oculis Dei conſtitutus: vt à ne- C mine quidquam ſperes, niſi ab ipſo ſolo, cum fide. Et ſi quid fortè volueris, Deum roga: vt contingat quod deſideras, iuxta ipſius voluntatem. Et in quibus reperis, hoc eſt, vbi aliquid aſſequeris boni, ſemper Deo gratias age: quippe qui id tibi ſit largitus. Et ſi aliquo indigeas, omnem tuam ſpem in hominem ne collocaueris, neque omnino contriſteris, aut alicui obmurmures: ſed alacriter, conſtanterque perferas; hoc tecum reputans, quod propter peccata tua, multis tribulationibus atque anguſtijs dignus ſis. Verumtamen ſi tui Deus miſereri voluerit: poterit & * in exiguo, & in magno omnem indigentiam ac neceſſitatem tuam adimplere.

*ϗ ἐν ὀλίγῳ, ϗ ἐν μείζονι.

CAP. XVII.

DILIGENTEM te præbe, atque obſerua: ne quid accipias, de quo non certus ſis, quòd Deus illud dederit tibi. Et quæ conſideras, ex fructu iuſtitiæ, & cum omni D charitate, ac pace emanare; illa ſuſcipe: quæ autem ex iniquitate, atque cum pugna ac dolo, & † ſimulatione fieri cerni; repelle & proijce abs te huiuſmodi; cogitans melius eſſe exiguam partem cum timore Domini, quam multa † germina cum iniquitate poſſidere.

† hypocriſi.
† al. multos fructus iniquos.

CAP. XVIII.

TEIPSVM fideliter ſerua, & tamquam magnum tibi certamen negotiumque reputa, ſemper tacere, tibique per omnia ſilentium imponere, in quacumque vel * minima re: etiamſi dicendum dumtaxat eſſet, vbi eſt hoc? vel quid eſt iſtud? At ſi neceſſarium tibi fuerit aliquid loqui: vbi tecum primum perpenderis, an rei neceſſitas, an ratio, an Dei voluntas id poſtulet, tum demum loquere: id enim tunc melius eſt, quam tacere. Atque ita prius confitere atq; communica cum Deo, loquendi cauſſam: ſicque deinde loquere, tamquam Dei voluntati deſeruiens atque obſequens. Aperi os tuum ad verbum Dei, & loquere ſiue paruo cum viro, ſiue magno, omni cum humilitate ac manſuetudine. Et in loquendo, adhibe vultum & cogitationem, cum ſermone † venerando atque modeſto: vt ſi alicui reddaris obuiam, vno aut altero cum alloquaris verbo cum charitate, ac de cætero taceas. Et ſi quid ex neceſſitate rogeris: auſculta, & nihil amplius.

* ἕως λεπτοῦ τινός.
Tacendum & loquendum quando, & vbi.
† graui, eoque modeſto.

CAP. XIX.

SERVA teipſum diligenter: vt ſicut abſtines à fornicatione, ita quoque te contineas à concupiſcentia oculorum, auditus, & oris: vt oculos quidem operi tuo ſolum intentos retineas; neque attollas ſuſpiciaſve, niſi vbi iuſta tibi adfuerit nerit neceſſitas: In fœminam verò, vel marem formoſum; prorſus ne defiges oculos, ſine magna neceſſitate. Aures noli præbere detrahenti de alicuius fama; vt neque inutilibus colloquijs. Ore autem continuum ſilentium ſerua: vt ita agens, miſericordiam à Domino Deo tuo conſequaris. Cui gloria atque potentia, in ſecula ſeculorum. Amen.

Oculorum cuſtodia qualis.

SCHOLIA.

SANCTI Abbatis Ammonæ, &c.] *Nota Auctorem præcedentium Pareneticorum capitum fuiſſe Ammonam ſiue Ammonem egregiæ ſanctitatis Monachum atque Abbatem, qui tempore Conſtantini Magni vixit: cuius animam in cælum deferri conſpexit S. Antonius; vt grauis de eo teſtatur Auctor Athanaſius, in vita Sancti Antonij. De hoc porrò Ammone Ægyptio in montibus Nitriæ quieſcente, admirabile illud inter alia adfertur atque narratur, quod inter eos, quorum eximia continentiæ laus etiam poſt contractum Matrimonium ſcriptis Sanctorum & antiquorum Patrum celebratur, principem quemdam locum ille obtineat: quippe qui prima nuptiarum nocte, propoſitis Sponſæ virginitatis commodis, meritis ac præmijs; tantum & tam admirabilem continentiæ ardorem atque amorem in animo menteq; eius accendit; vt nec ea nocte, neque vllo vmquam per totam vitam tempore, liberis procreandis operam dederit: ſed totos decem & octo annos in ijſdem commorantes ædibus, virgines in ſumma caſtitate permanſerint: quibus iam tranſactis, illa conſentiente, ille eremum petijt, vbi ſanctiſſimè vixit, vitæq; curſum tandem feliciter perſoluit: cuius animam in cælum ferri (vt iam dictum eſt) conſpexit S. Antonius. De quo plura vide apud Palladium in hiſtoria Lauſiaca, cap. 8. &c. ac apud Socratem lib. 4. cap. 18. vbi de mira Ammonis, eiuſq; coniugis continentia agitur, ſicut etiam apud Sozomenum libro 1. c. 14. &c. Cæterùm quia rara lectuq; digniſſima ſunt, quæ de illo S. Athanaſius in vita S. Antonij conſcripſit, viſum eſt ipſiuſmet hic verba referre, quæ ſunt talia:* Alio rurſus tempore, cum S. Antonius ſederet in monte & oculos in cælum tetendiſſet; vidit neſcio quam animam, collętantibus in eius occurſum Angelis, ad cælum pergere, cuius ſpectaculi nouitate ſtupefactus, beatum dixit Sanctorum chorum, orauitque vt ſibi rei præſentis agnitio panderetur: & ſtatim ad eum vox cęlitus facta eſt, dicens, illam eſſe Ammonis Monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Erat autem Ammon vir grandæuus, qui perſeueranter à pueritia vſque ad ſenectutem in ſanctitate vixerat. Itinere quoque dierum tredecim ſpatio à Nitria locus, in quo reſidebat Antonius, diuidebatur. Aſpicientes autem eum Monachi admirantem, qui venerant deprecati ſunt, vt cauſſam hilaritatis referret. Quibus ait, modò Ammonem quieuiſſe; quem ob frequentem eius ad Antonium commeatum, ac propter celebritatem indultorum ei à Domino ſignorum, optimè nouerant, &c.] *ac paullo ibidem poſt:* Monachi verò, quibus dixerat Antonius de morte Ammonis, notârũt diem: & venientibus è Nitria fratribus poſt dies triginta, ſciſcitantes, repererunt illo die illaque hora obdormiſſe Ammonem, qua animam eius in cælum ferri Senex conſpexerat, &c.] *Hæc de illo, in vita S. Antonij Athanaſius, qui & de eodem Ammone præclarum illud enarrat miraculum, quòd ab altera fluminis ripa, in alteram abſque nauigio, vel fluctuum calcatione diuinitus eodem momento tranſlatus ſit. &c.]*

Capita parænetica decem & nouem.] *Parænetica, ſiue admonitoria ac cohortatoria iſta Præcepta decem & nouem, in duobus antiq. mmſſ. Græc. altero Vatican. & altero Cardin. Sirleti reperimus, ac quidem S. Patris noſtri Ephræm operibus inſerta, & S. Abbati Ammoni Ægyptio (qui ſub Conſtantino Magno fuit) adſcripta: Sicut & quæ poſtea adiunguntur Sanctorum & antiquorum Patrum Apophthegmata Græc. in alio antiq. MS. Cod. Bibliothecæ Cryptæferraten. etiam S. Patris Ephræm Operibus in calce eiuſdem libri adiecta: quæ ideo ne planè intercidant, nobiſq; depereant; hic quoque ad calcem Secundi huius Tomi Operum S. Ephræm, per modum τῆς προσθήκης, id eſt, appendicis, è Græco Latinè per nos iam primùm reddita, adiungere, & publicæ vtilitati, grataq; poſteritati prodere atque relinquere, & quidem vtiliter (vti confidimus) viſum fuit. Dicuntur autem illa Abbatis Ammonæ ſiue Ammonis (nam vtroque modo ac nomine antiquitus ille appellatus reperitur) capita hic Parænetica, ſiue admonitoria, & cohortatoria: quòd quæ pro ſalute animæ agenda ſunt, ſeriò præcipiant, moneant, & ad illa adhortentur: ſicut contra, ab ijs etiam quæ vitanda ſunt, & omittenda, dehortantur. à Græco verbo παραινέω, quod ſignificat præcipio, commonefacio, adhortor, iubeo, inſtruo, doceo, &c. Hinc & Parænesis (παραίνεσις) idem quod præceptio, adhortatio, commonitio, inſtructio, &c. vnde nomina hic aptè rebus (de quibus agitur) conuenire, recteq; illa decem & nouem Capita parænetica dici, vnicuique ex hic contentis liquidò conſtabit: ad quæ legenda atque obſeruanda (quia pulchra & vtilia ſunt ſunt, lectuq; digna) pios hic Lectores remittimus, inuitamus, & commonefacimus.*

Sunt in Græco antiq. MS Cryptafer. ſub litt TT.

APOPHTHEGMATA
ATQVE ENARRATIONES
SS. ET ANTIQVORVM
PATRVM,

Quę plurimum ſaluti † conducunt animę.

* ψυχοφελῆ

Eodem Interprete & Scholiaſte G. Voſſio.

I
Eadem ſunt in vita S. Antonij, apud Athanaſ.

SANCTVS Antonius olim in Eremo conſtitutus, ac torpori variįsque cogitationum tenebris obnoxius, ſic ad Deum locutus eſt: Domine, copio ſaluari, & non me ſinunt cogitationes improbæ. quid in tribulatione mea agam? & quo pacto ſalutem conſequar? Paullulumque foras digreſſus, vidit quemdam Antonius tamquam ſeipſum, ſedentem & operantem; ac deinde ceſſantem ab opere, & orantem: rurſusque conſidentem & * catenas operantem; ac iterum opus ſuum relinquentem atque orantem. Erat autem Angelus Domini, ad dirigendum inſtituendumque ac protegendum Antonium miſſus. Audiuitque Angelum ſibi dicentem: Sic fac, & viues. Quo audito, valde gauiſus eſt: confidensque ſic faciebat, & ſaluabatur.

* τὰς σείρας.

II.
Tria ſeruanda proponuntur.

ROGAVIT quidam Abbatem Antonium, dicens: Quid obſeruando, Deo gratus ero? Cui Senex: Quæ mandauero tibi, ſerua. Quocumque abieris, Deum ſemper præ oculis habeto. Et quodcumque aggreſſus fueris opus, diuinæ cum primis Scripturæ teſtimonio illud conforma. Et quocumque in loco conſederis, nō te citò inde moueris; ſed in eo permane. Hęc tria ſerua, & viues.

III.
* τὴν ἐργασίαν.

DIXIT Abbas Paſtor, à beato Antonio Abbate ſolitum dici: in eo magnum hominis opus * atque officium ſitum, vt ſuum quo grauatur errorem, coram Deo proijciat; exſpectetque ſemper tentationes, ad extremum vſque vitæ ſpiritum.

IIII.

DIXIT Abbas Antonius: Vidi cunctos inimici laqueos ſuper terram expanſos. ſuſpiranſque aiebam: quis ſuperabit illos? Dictumque eſt mihi: Humilitas illos ſuperabit, & non attingent eam.

V.
1. Ioan. 4.

DIXITQVE rurſus: Ego non amplius timeo Deum, ſed diligo: Nam dilectio foras mittit expellitque timorem.

VI.
† al. Deduc me.

ABBAS Arſenius, cùm adhuc in palatio verſaretur, ſic Deum precatus eſt: Dirige † me Domine, vt ſaluari queam. Et vox ad eum deſcendit: Arſeni, homines fuge, & ſaluaberis. Qui vita ſolitaria arrepta, ſecedens, iterum eumdem orauit ſermonem ad Dominum, dicens: Audiui vocem mihi dicentem: Arſeni * fuge, tace, & quietem ſectare: nam eæ radices ſunt, quibus vitatur peccatum.

* Φεῦγε, σιωπᾶ, ϗ ἡσύχασε.

VII.
* ἀπαθοῦ κίνησιν.

DIXIT Abbas Antonius: Exiſtimo corpori naturalem ineſſe motum ſibi permixtum, ſed non operatur renitente anima. Solum autem in corpore motum, * perturbationis ac paſſionis expertem deſignat. Eſt enim & alius motus, in nutriendo & calefaciendo corpore, cibo potuq; conſiſtens: vnde calor ſanguinis,

guinis, corpus ad actionem exercitat. Ideoque dicebat Apoſtolus: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Rurſuſque Dominus in Euangelio, Diſcipulis præcipiens: Attendite, inquit, vobis, ne fortè grauētur corda veſtra, in crapula & ebrietate. Eſt porrò & alius motus, qui ex inſidijs & inuidentia Dæmonis, certantibus *infertur. Vnde ſcire oportet, triplices eſſe motus corporeos, naturalem vnum, ex delectu ciborum alterum, tertium verò à dæmonibus.

Epheſ.5. Lucæ 21. Rom.13. *ἐπαγομένη.

VIII. DIXIT Abbas Geruntius, de *Saxo: quòd multi voluptatibus carnis tentati, non tamen corporum coniunctione peccantes, cogitatione ac mente ſint fornicati: & licet corpore virginitatem ſeruarent, animo tamen à fornicatione non erant alieni. Bonum igitur chariſſimi, facere quod ſcriptum eſt: omnique cuſtodia vnumquemque ſeruare ac cuſtodire cor ſuum.

*τῆς πέτρας. Prouerb.4.

IX. DIXIT Abbas Ioannes Colobius: eum qui laſciuè depaſcitur colloquio pueri, iam cogitatione cum ipſo peccatum admiſiſſe.

Eadem quaſi ad verbū 2. Dialo. apud S. Gregor. expreſſa.

X. SVPER cogitatione peccati carnis, interrogatus Abbas Cyrus Alexandrinus, ſic reſpondit: Si cogitationes non habeas, opere præſtas. atque hoc eſt, quòd qui mente aduerſus peccatum non pugnat, neque ei reſiſtit: corpore illud perficit. Nam qui operè complet, nec cogitationibus quidem diuexatur.

XI. ROGAVIT Senex fratrem quendam, nunquid conſuetudinem ſiue colloquium cum muliere, aut puero haberet? Reſpondit frater: Non. ſed quòd veteres cogitationes & recenter eraſæ, ſint quæ ſui memoria ipſum diuexent, quemadmodum & mulierūm ſimulachra. Ad Senex ad eum: Ne mortuos timeas, ſed viuentes fugito: conſenſum dico, & cooperationem in peccato. Et *extende, hoc eſt, producas longius preces tuas.

*ἐπέκτεινον.

XII. AIEBAT Abbas Paſtor: Sicut & *Spatharius ſiue eunuchus Regis ſemper paratus ei aſſiſtit: ita omni tempore animam oportet eſſe paratam, ad fornicationis dæmonem fugandū. Dicebatque rurſus, de fornicatione & detractione: non eſſe ferendas, vel cogitationes harum duarum rerum, neque pronuntianda ore quæ ad illas pertinent, neque animo concipienda: ſed cum magna gauiſurum tranquillitate, qui aduerſus hæc duo vitia, perpetuum bellum indictū habuerit.

*σπαθάριος. Contra fornicationem, & detractionem.

XIII. INTERROGABAT Abbatem Paſtorem alius Frater dicens: Quid faciam, quoniam ab ira impugnor? Et Senex ad eum: Propterea, inquit, dicebat Dauid: Leonem *conculcabam, vrſum autem *præfocabam, hoc eſt, iram quidem amputabam, ſed fornicationem laboribus frangebam.

*ἐπάτασσον. *ἀπέπνιγον.

XIV. RVRSVSQVE aiebat: Viuere ſecundum Deum, impoſſibile eſt homini voluptatibus, & auaritiæ dedito.

XV. NARRABAT quoque de Amma *Sarra, quòd tredecim annos vehementer a fornicationis dæmone impugnata fuerit, neque vnquam pro ceſſatione pugnæ orauerit. ſed hoc ſolùm: Deus da mihi fortitudinem.

*al. Abbatiſſa Sarra.

XVI. ET de eadem iterum: quòd aliquando vehemētius ipſi inſidiatus ſit idem ſpiritus fornicationis, ſuggerens etiam vanitates ſeculi: Ipſa verò ob timorem Dei, & quod pietatis exercitio dedita eſſet, non ſuccumberet: ſed ad cellam ſuam vt oraret, aſcendit. Apparuitque ipſi corporaliter ſpiritus fornicationis, & dixit ad eam: Tu me viciſti Sarra. At illa ad eum: Non ego te vici: ſed Dominus meus Chriſtus.

XVII. FRATER quidam ad fornicationem *oppugnatus, cui bellum erat inſtar ignis ardentis, noctu dieque. At ille acriter decertabat, ne cogitationi conſentiret, & poſt aliquod tempus, ceſſauit pugna.

*al. incitatus.

XVIII. DE S. BENEDICTO.

QVODAM die, quieſcenti S. Benedicto, ecce tentator aduenit in forma nigræ auis, quam incolæ loci merulam appellant: ſanctoq; eius aſpectui impudenter obuerſari cœpit, vt etiam manibus capi potuiſſet, ſi Sanctus voluiſſet. Diuinus

Signi S Crucis potentia.

Eadem de S. Benedicto recitat S Gregor. lib. 2. Dialog. cap. 1. &c.

* al. denſa fruteta.

autem hic vir, inimici conſiderans inſidias, ſigno viuificæ Crucis ſeipſum muniens, in forma auis apparentem dæmonem repulit. Tanta autem carnis tentatio Sanctum virum, poſt tenebroſæ auis receſſum, inuaſit, qualis nunquã antea Sancto acciderat. Mulierem enim quamdam, aliquando iuuentutis ſuæ tempore viderat vir hic perturbationis ac paſſionis expers, & venerandus: quam fornicationis dæmon effingens, intellectualibus iuſti oculis repræſentauit. Tantum autem carnis in eo incendium aduerſarius excitauit: vt parum abfuerit, quin à tædio ſpiritali cõmoueretur, & ad ſeculum iterum ſe reciperet. Verùm ſalutaris Dei gratia eum corroborans, victoriam ipſi aduerſus improbas illas paſſiones tribuit. Meliori ſiquidem ac caſtiori cogitatione ſeipſum corrigẽs, omnem inimici verſutiam deſpexit. Reſpiciens autem fortè vrticarum atque ſpinarum * copiam, propiuſque contemplans; exuit ſe veſtibus, ac nudũ ſe in acutiſſimos vrticarum & ſpinarum aculeos proiecit: in quibus ad plures horas patienter volutatus, totumque ſuum corpus ſanguine diffluere videns, fortiter dolores atque cruciatus inde prouenientes ſuſtinuit. Sic verò à mortifera eiuſmodi cogitatione liberatus, perſeuerauit in magnificè agendo gratias Deo. Et ex eo deinceps tempore, qui in tali figura dæmon fornicationis apparuerat; nunquam amplius per totum eius vitæ tẽpus, auſus eſt ipſum diuexare: ſicut ipſe qui in tentationibus inuictus permanſerat Pater, ſuis poſtea Diſcipulis enarrauit. Non ergo conuenit Fratres, aliquem tempore debellationis inimici, ſeipſum deſperare, ſed dicere: Domine concede mihi patientiam. Ipſi gloria, in ſecula, Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

APOPHTHEGMATA & enarrationes, &c.] *Apophthegmata Latinis dicuntur breues & acutæ ſententiæ, ſciteq; ac ingenioſè, & facetè dicta, &c. ſicut etiam non obſcurè indicat 1. Officior. lib. Cicero, vbi dicit*: Multaque multorum facetè dicta, vt ea, quæ à ſene Catone collecta ſunt, quæ vocant ἀποφθέγματα, &c.] *Sunt autem iſtiuſmodi ſententiæ, ſiue dicta, vel reſponſiones, non cuiuſlibet: ſed virorum duntaxat clarorum, magiſq; in ſcientia & profeſſione, vel etiam religione aliqua inſignium, quemadmodum & hoc loco, vbi diuerſa plurium Sanctorum & antiquorum Patrum; ſed potiſſimum Abbatum & Monachorum, Eremitarum & Anachoretarum egregiorum adferuntur dicta magis memorabilia, obſeruatuq; digna, &c. cuiuſmodi ſunt Abbat. Antonij, Paſtoris, Arſenij, Geruntij, Ioannis Colobij, Cyri Alexandrini, Amma Sarræ, &c. quorum hic ſingulorum infra ſigillatim ſubduntur ἀποφθέγματα, raraque ac notabilia magis dicta, ſententijs pulcherrimis referta.*

Ex Apophtheg. 1. vbi habetur: Vidit quendam Antonius ſedentem & operantem: ac deinde ab opere ceſſantem atque operantem; rurſuſque conſidentem, & catenas operantem, &c.] *Hæc partim in Athanaſio, & partim in Vitis Patrum, de S. Antonio referuntur; illiq; etiam in antiquiſſimo Græco MS. Vatic. attribuuntur, quo Cod. ſub num. 880. variæ plurimorum antiquorum SS. Patrum, vt & S. Antonij, Ephræm Syri, Arſenij, Benedicti, & aliorum, quorum etiam in hiſce Apophthegm. & enarrationibus fit mentio, ſparſim γνῶμαι continentur; & ἀποφθέγματα, etiam nondum edita haud pauca.*] *Quod verò hic dicit*: Vidit quendam rurſus conſidentem, & catenas operantem, &c.] *in Græco eſt τὴν σείραν, & al. τὰς τειρὰς, i. catenas, ſcilicet vimineas, vel ex paleis, aut cannabe, hoc eſt, funes, ſiue reſtes ex cannabe aut ſimili alia materia contortas; atque connexas, &c. nam & εἴρω, Græc. necto eſt, vnde & σεῖρα pro catena, ſeu fune connexo, &c. in qua ſignificatione, etiam illud alibi non ſemel vocabulum noſter vſurpat Ephræm, ſicut ſuis apud illum locis reperire licebit, quamquam tamen hoc loco potius inſinuari per (τὰς σείρας) videantur catenæ ſiue funes ex viminibus vel paleis, ſimiliue alia materia: vnde poſtea conficiebantur caniſtri, ſportæ, tegeticulæ ſiue ſtoreæ, &c.] in quibus conficiendis antiquitus ſubinde occupabantur Monachi. quemadmodum etiam ſupra de ijs hoc 2. Tomo conteſtatur ipſe Ephræm: ac alij res monaſticas tractantes, alibi.*

Ex Apoph. 2. Vbi inter alia reperitur: Et quodcunque aggreſſus fueris opus, diuinæ cũ primis Scripturæ teſtimonio illud conforma, &c.] *Loco cuius, alia hic ad verb. lectio habet*: Ex ſacris ſcripturis teſtimonium ſumito, &c.] *at præcedens altera magis probatur lectio. Conformeq; eſt illi quod ab Ammona ſiue Ammone Abbate ſupra adductũ reperitur cap. 10. in hæc verba*: Diligentem te cuſtodi, vt tanquam coram Deo ſemper conſtitutus, nihil abſque illius voluntate atque ſententia agas. Verùm ſiue comedere, ſiue bibere; ſiue aliquid aggredi, ſiue quamcunque tandem rem facere velis: primùm probes, nunquid ſecundùm Deum ſit; ſicque, &c.] *ita etiam; poſtea a. ut [illegible] cap. 15.*

Ad cap.15. per tot.] *Similiaq; videntur, quæ S. Pater noſter Ephræm in medium adfert, Tom.1. in Sermon. contra vitioſè viuentes, & honorem appetentes, vbi ſub fin. ſic habet:* Salutem ergo noſtram ne negligamus Fratres: neque quaſi in prouerbijs, hæc dicta cenſeamus. Nihil enim à Scriptura alienum, falſumve protulimus, &c.]

Ex *Apophtheg.*4. Dixit Abbas Antonius: Vidi cunctos inimici laqueos ſuper terram expanſos atque extenſos, ſuſpiranſque aiebam: Quis ſuperabit illos? Dictumque eſt mihi: Humilitas illos ſuperabit, &c.] *Iſta S. Antonij memorabilia dicta, referuntur in vit. Patr. & alijs locis iam ante citat. vt etiam in illo Græc. MS. Vatic nu.880. Reſpondentq; quaſi per omnia, quæ S. Abbas Dorotheus, de cordis humilitate & modeſtia, Serm.2. producit in medium, ſub hiſce verbis:* Cùm cerneret beatus Antonius tot Dæmonis laqueos vndequaque tenſos; & gemebundus interrogaret Dominum, quiſnam eſſet, qui tot poſſet euadere laqueos? Reſponſum accepit à Domino: ſola humilitate hos omnes laqueos, & diaboli inſidias ſuperari, ac euitari poſſe. aliudque admiratione dignum adiecit, nimirum iſtud: neque illam penitus contingere poterunt, &c.] *Paulloq; poſt:* Reuera (*inquit*) nihil eſt cordis humilitate firmius, nihil robuſtius, nihil deniq; ſolidius: quandoquidem nihil eam ſuperat, nihil eam vincit, aut proſternit, &c.] *Adijciturq; longè ibidem poſtea apophthegma, ac ſcitè dictum cuiuſdam Senis, qui cùm à quodam interrogatus eſſet fratre, quidnam eſſet Humilitas? Reſpondit dicens:* Magnum opus eſt humilitas, atque diuinum. Iter autem quod nos ad humilitatem perducit, labores ſunt, atq; corporeę moleſtiæ, quas volentes & non inuiti ſuſcipimus, &c.] *De quo ibid. plur. vt etiam apud S. Ephræm hoc Tom.2. in Parænes.3. quæ eſt de quibuſdam interrogationibus, ac de Humilitate, & in noſtris ibid. Scholijs, ad quæ Lectorem remittimus.*

Ex *Apopht.*6. Abbas Arſenius, cùm adhuc in palatio verſaretur, ſic Deum precatus eſt: Deduc me Domine, vt ſaluari queam, &c.] *Arſenius Abbas, ſaluti animæ ſuæ ſeriò conſulere volens, ex Theodoſiani palatij delitijs ad Monaſticam vitam atque eremum profugit vt ſaluaretur: qui poſt reuelationem viæ ac modi ſaluandi ſe acceptam, illud ſequens apud ſe dictum crebris vſurpare ſolebat ſermonibus* Ἀρσένιε φεῦγε, σιωπᾶ, ϗ ἡσύχαζε. i. Arſeni fuge, tace, & quieſce.] *quod & hîc pro Apophthegmate eius notando, ac cõmemoratione digno refertur, commemoratq; illud ipſum de eo alibi S. Abbas Dorotheus, hiſce verbis:* Solebat (*inquit*) Abbas Arſenius ſemper dicere ſibi ipſi: Arſeni, ad quid veniſti? Nos verò tanta occupat deſidia, tantaque premit inertia, vt ad quid venerimus, penitus ignoremus, &c.] *ita de illo Dorotheus in principio mox Serm. cuius titulus eſt:* Quòd viam Dei cum omni ſollicitudine currere debeamus, &c.] *Agit etiam de hoc Arſenio Abbate Martyrologium Rom. die 19. Iulij in hæc verba:* Apud Scetim Aegypti montem, S. Arſenij Rom. Eccleſiæ diaconi, qui Theodoſij tempore in ſolitudinem ſecedens, virtutibus omnibus cõſummatus, & iugi lachrymarum imbre perfuſus, ſpiritum Deo reddidit.] *De quo, Græci in Menologio agunt octauo idus Maij. adnumeraturq; paſſim inter præcipuos Eremi cultores, ſicut & ipſe ſatis de eo atteſtatur S. Hierony. in Epiſt.27. quæ ad Euſtochiũ eſt virg. de epitaphio Paulæ matris, ante med. vbi inter alia ſic habet:* Quid ergo (*inquit*) narrem Macarios, Arſenios, Serapionas, & reliqua columnarum Chriſti nomina? &c.] *Cuius acta collegit ex Veterum monumentis Simeon Metaphraſtes. De reliquis porrò eiuſdem geſtis, ſciteq; dictis, atque ſententijs varijs, plurima reperire licebit alia in Libro quem vocant, Vitas patrum, in 2. & 3. parte: & in antiquo Græco MS. Vatic. num 880.*

Ex *Apophtheg.*9. Dixit Abbas Ioannes Colobius, &c.] *Veriſimiliter intelligitur hîc Ioannes Colobyta & alius Calybita, eremita Roman. cuius mentio fit in Martyrolog. Rom.15. Ianuarij. hiſce verbis:* Romæ S. Ioannis Calybitæ, qui aliquamdiu in angulo domus paternæ, deinde in tugurio in inſula Tyberina ignotus parentibus habitauit, à quibus in morte agnitus, clarus miraculis in eodem loco ſepultus eſt: vbi poſtea in eius honorem Eccleſia conſtructa fuit.] *De quo etiam Græci agunt in Menolog. eodem die. Collegit eius acta etiam Metaphraſtes quæ ſunt apud Lipoman. Tomo 7. & Sur. tom.1. De quo & Nicephorus hiſt. lib 15. cap.23. ſecundùm quem, ille claruit Leonis Imperat. temporibus: ſecundùm alios verò ſub Theodoſio vixiſſe putatur, vt etiam in quibuſdam antiq. reperitur mmiſſ. Fuit tamen & alius celebris Ioan. Eremitas Ægyptius magnæ ſanctitatis vir, ac prophetico ſpiritu plenus: de quo, Latinorum Martyrologia agunt 27. die Martij: Græcorum autem Menologia idibus Decemb. Quem & varij ſuis ſcriptis atque encomijs celebrarunt tam Græci quam Latini: Theodoritus hiſtor lib.5. cap 24 Sozom lib.7 c.22. Euagrius in Vit. Patrum. Palladius in Lauſiacis ca.22 qui illum vidiſſe, & familiariter eo vſus eſſe fertur. Nicephorus lib.12. cap.29. &c. Ac inter Latinos, de eodem ſcripſerunt. S. Auguſt. de Ciuit. Dei, lib.5. cap.26. & de cura pro mortuis agenda cap.17. & S. Hieron. ad Cteſiphontem, contra Pelagianos. Rufin. hiſt. lib.2. cap.32. Proſper Aquitan. in Chron. Arcadio tertium, & Honorio ſecundùm Conſſ. &c. De quo, ſic ſexto Calend. April. in Martyrolog. Rom. ſcriptum reperitur:* In Aegypto, S Ioannis Eremitæ, magnæ ſanctitatis viri, qui inter cætera virtutũ inſignia etiam prophetico ſpiritu plenus, Theodoſio Imperatori victorias de tyrannis Maximo & Eugenio prędixit.] *De quo & locuples inter alios eſt teſtis Ioannes Caſſianus libro 4. de Inſtitut. Renunt. cap.23. ac alibi. Si quibus porrò magis fortè placeat, hunc Ioannem Abbatem Ægyptium, eſſe illum, de quo in Apophthegmate hîc fit mentio; non repugno. dummodò cognomen Colob. non diſſentiat, ipſumq; Apophthegma illi potius, quàm alteri cõuenire cõperiatur, aliâs, &c. Cæterùm ad verba Apophthegma-*

thegmatis istius quod attinet, quæ in Græco sic se habent: εἶπεν ἀββᾶ Ἰωάννης ὁ κολόβιος, ὅτι ὁ χορταζό- A
μενος λαλῶν μετὰ παιδίου. *&c.] illa ne fortè ab aliquo corruptæ mentis, in malam partẽ detorqueantur;*
non hic nuda verba vt Græcè pronũtiantur, sicuti interpretando sumus, sed sensum sanum mentiq; Au-
ctoris conformem reddere, atque exprimere in nostra translatione studuimus: vt sanis omnia remane-
ant sana, seruetur q; hic dictum illud Apostoli Ephes. 5. Hæc ne nominentur quidem in vobis, &c. Sunt
autem eadem ista, quasi ad verbum, etiam à S. Gregorio expressa atque relata 2. lib. Dialog. &c. at de
istis hic satis.

Ex Apophtheg. 10. Super cogitatione peccati carnis interrogatus Abbas Cyrus Alexandrinus,
&c.] *De Cyro Alexandrino, vt & de Ioanne magnæ sanctitatis verò, eremiq; cultore, qui de Syria in*
Italiam venerat, &c. habes apud Metaphrast. in eorum vita: vt etiam in Martyrologio Rom. die 31.
Ianuarij. Allegatq; Ioannes Damascenus, Orat. 3. de imaginibus Sancti Sophronij opus de miraculis
Sanctorum Martyrum Cyri, & Ioannis, ad Theodorum Hypodiac. & in Synodo Nycena 2. Act. 4.
citatur eiusdem Sophronij Sermo de SS. Cyro, & Ioanne, &c. qui ambo (vt est apud Metaphrast.) in B
eremo sanctissimè vixerunt, cursumq; tandem vita martyrio consummârunt.

Ex Apophtheg. 12. Aiebat Abbas Pastor: Sicut Spatharius Regis semper paratus ei adsistit: ita,
&c.] *Pulchra ista sunt Abbatis Pastoris Apophthegmata, & ad fornicationis, ac detractionis dæmo-*
nem fugandum, aliaq; vitia depellenda; plurimum facientia, &c. Cuius alijs scitè ac sententiosè dictis
plenus est Codex ille antiq. MS. Græcus in Vatic. num. 880. vt etiam liber qui passim inscribitur. Vi-
tas Patrum, &c.] *Qualia etiam plura eiusdem Apophthegmata admiscet, recitatq; in suis Sermonibus*
Abbas Dorotheus, vt in Serm. 5. ibi: Abbas Pastor crebrò dicere consueuerat: Murus ferreus est
voluntas propria, qui hominem à Deo separat atque diuellit. *Ac rursus idem dicebat:* Petra re-
percutiens est voluntas propria. *ac si diceret: Petra opposita, & diuinæ voluntati repugnans est vo-*
luntas propria, &c. Idem de Abbate Pastore, in initio Serm. 13. sic: Præclarè admodum Pastor Ab-
bas asserere solebat, nusquàm veri monachi signum & indicium clarius quàm in tentationibus C
ac tribulationibus apparere, &c.] *Idem de eodem in Serm. 15. ibi:* Cur Abbas Pastor obsecro dixit:
Tria esse præcipua, & quæ summam omnium virtutum spiritalium complectantur: nempe
timere Deum, Diuinis precibus atque orationibus insistere, & proximo benefacere;
&c.] *De quibus ibi sigillatim in Respons. agit Dorotheus, qui Pastoris dicta*
magnificabat, ac prædicabat: vt & alia alio-
rum Patrum.

FINIS.

SANCTI
EPHRAEM SYRI,
PATRIS ET SCRIPTORIS ECCLESIÆ ANTIQVISSIMI ET DIGNISSIMI,

Quotquot in inſignioribus Italiæ Bibliothecis, præcipuè
Romanis Græcè inueniri potuerunt,

OPERVM OMNIVM

TOMVS TERTIVS, ET VLTIMVS,

Nunc recens Latinitate donatus, Scholijsquè illuſtratus, Interprete
& Scholiaſte

Reuerendo D. Doct. GERARDO VOSSIO
Borchlonio, Germ. Præpoſito Tungrenſi.

CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS, ET PERMISSV
SVPERIORVM.

Editio Tertia, priore auctior & accuratior.

SALVATOR MVNDI REX REGVM ET DNS DOMINANTIVM IHESVS CHRISTVS FILIVS DEI

COLONIÆ,
Ex Officina Typographica Arnoldi Quentelij,
Anno Domini M.DCXVI.

Cum gratia & Priuilegio Sac. Cæſareæ Maieſtat.

DEO OPTIMO
MAXIMO

Gerardus Voſsius.

ABSOLVI tandem, ac edidi ad nominis tui gloriam, SVMME DEVS, vnico tuo ſuffultus præſidio, omnia quæ inueniri à me potuerunt Opera Sancti & electi tui EPHRÆM SYRI; quæ te Auctore aliquot ab hinc annis incepi, & te duce iam ad totius Eccleſiæ tuæ Sanctæ vtilitatem, vt potui rectius perfeci, ac in publicum produxi. De quo ſingulari tuo munere, vt te benefactorem ac directorem agnoſcam, tibique ſoli gratias agam, & ad te vnum labores hoſce meos referam, monet pietas, ſuadet ratio, vrget debitum, & ipſa efflagitat natura. Nam ſi à mari, vt inquit ille, cuncta flumina occultis quibuſdam Eccleſ. 1. meatibus orta, iterum in mare, vnde ſuum duxerunt principium, reuertuntur, vt iterum fluant; meritò ſanè, donorum, ac gratiarum, atque ſcientiarum flumina ad Te fontem ſuum viuum refluere atque referri omni tempore debent, vt amplius per riuos diuinę gratię tuę ſcaturiant, & abundantius in alueum totius Eccleſiæ refluant: meritò & ego (ne ingratus videar) hęc tua dona, ſanctę inquam religionis Opera, quę excolenda ac publicanda pro tuo honore, ac vniuerſę Chriſtianitatis beneficio ſuſcepi, ad Te, à quo mrnârunt, referre, tibique dicare ac conſecrare debeo: vt à te in mundum feliciter exeant, per te vbertim fructificent; & in te, ſponſam tuam Eccleſiam viriliter iuuent, iugiter ſubleuent, adornent, atque illuſtrent. Multos, & diuturnos in his labores ſubiui, fateor: ſed eos pro nominis tui gloria, & publico Eccleſiæ bono lubens pertuli. varias ſæpè difficultates expertus ſum: ſed eas vt deuorarē, ac facilius ſuperarē, Tu mihi robur dediſti, & auxiliū tuliſti, atque vt ad finem vſq; in ſuſcepto labore conſtanter perſeuerarem, effeciſti. Quid ergo retribuam tibi Domine, pro omnibus quæ cōtribuiſti mihi? quod grati animi ſignum dabo? Debitū, me ad gratiarum actionē tibi reddendā cōpellit: ſed beneficiorum tuorum me detinet magnitudo. Admirabilia magnificentiæ tuæ opera, me ad magnalia tua recenſenda, laudesq́ue celebrandas inuitāt, & admonent: ſed timor me cohibet ſilentiumq́ue indicit. & ſi de Te ſermonē inſtituere voluero, ne ex aduerſo Regius Propheta Dauid mihi obijciat, metuo: Dicit tibi per me Dominus, peccator: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentū meum per os tuū? Cuperem hic modò ineffabilem illam tuam bonitatem, & in me, totumq́ue genus humanū munificentiam atque clementiam verbis prędicare: ſed voce te compellare timeo, quia bonorum operum præſidio careo. Immenſum laudum tuarum pelagus traijcere deſidero: ſed multis cogitationum fluctibus contrarijs me inuolui, atque impediri video; & inſtar ſtupidi ac imperiti alicuius naucleri anceps hæſito, & ne laudibus ego tuis celebrandis prorſus ſuccumbā, pertimeſco. De Te, adorande & tremende Deus, dum verba facere inſtituo, vertigine intellectus ac mentis laborare incipio, armis iuſtitiæ deſtitutus. Dum ſtupenda opera diuinæ Maieſtatis tuæ cōſidero, & mearū viriū imbecillitatem, peccatorumq́ue grauitatem mecum perpendo, tentare, vt velim, non audeo: cùm debilis ſim, atque peccator, & indignus qui de Te, coram te ex impuris faucibus meis verba depromam. Sed quid? tacebo ne propterea? aut potius varijs tuis donis atque miſerationibus cōfiſus, dicere ſaltem aliquid ad laudem & gloriam nominis tui

Pſalm. 49.

tui aggrediar, ne ingratitudinis arguar, & tua in me
beneficia parū recolere atque agnoſcere cenſear. In-
cipiam igitur, ſi mihi ita per te licebit, dicere ad Te,
quomodo à cæleſtibus illis dictum eſt Poteſtatibus:
Gloria tibi in altiſſimis Deo, & in terra pax homini- Luc.2.
bus bonæ voluntatis. Gloria tibi, qui in excelſis ha- Pſalm.112.
bitas, & humilia reſpicis in cælo, & in terra. Gloria
tibi, qui excelſus ſuper omnes gentes ac populos Ibidem.
Dominus es, & ſuper cælos gloria tua. Gloria tibi 1.Timot.6.
Regi Regum, & Domino dominantium, ac Princi-
pi omnium principum: cui omnes omnino princi-
patus ac poteſtates ſubiectæ ſunt, cæleſtes atq terre-
ſtres. Gloria tibi, Deus. Gloria tibi ſemper, iterumq́;
ac millies, gloria tibi Deus: qui ſuperlaudatus, & ſu- Daniel.3.
perexaltatus es in ſecula. Gloria tibi, qui cuncta gu-
bernas ſapienter, & diſponis omnia ſuauiter. Gloria Sap.8.
tibi, virtutū & ſcientiarū Domino: in quo theſauri
ſapientiæ & ſcientię cuncti ſunt abſconditi. Gloria 1.Reg.2.
tibi, omniū bonorū, atq; donorū largitori liberaliſs. Coloſſ.2.
& diſpēſatori fideliſſimo. Gloria tibi, qui cūctis cun-
cta prębes & vnūquemque quantū expedit illumi-
nas. Gloria tibi, qui mirabilis es in Sāctis tuis: & mi-
rabilia opera tua in Sancto & electo tuo EPHRÆM
declaraſti, eumq́ue gloria & honore mirabiliter co-
ronaſti: qui ſolus in omnibus mirabilis es, & facis
mirabilia ſolus. Gloria tibi Domine, qui per me,
tametſi indignum, hæc ſanctæ Religionis Ephræm
Syri monumenta nunc tandem in mundū, totamq;
Eccleſiam ſecreto tuo conſilio prodire voluiſti; &
bonorum mihi in his auſpiciorum Auctor fuiſti,
conatum meum direxiſti, & ad optatum finem opus
in me perduxiſti. Tibi ſoli laus, honor, & gloria. Ti-
bi iubilatio, & adoratio, ac ſempiterna gratiarum 1.Tim.1.
actio. Tibi, ſi quæ in his laudabilia pręſtiti ac bona,
cuncta accepta refero: qui potens es depoſitum me- 2.Tim.1.
um ſeruare in illum diem, cautus atque ſecurus in

cuſtodiendo, & fidelis in reſtituendo, largus in promittendo, & liberaliſſimus in retribuendo. Tibi talentorum Matth. 25. diſtributori optimo, talentum abs te acceptum, cum aliquo fœnore pro mea imbecillitate iam reddo, totamque ſummam ſimul & lucrum trado. meum in his ſudorem atque laborem, cenſum ac ſumptum offero; duplicemque decimam ac cenſum, ſpiritalem & temporalem ex mea tenuitate lubens Marc. 12. & Luc. 21. cum paupere illa vidua Euangelica duos obolos in gazophylacium ac corbonam mittēte perſoluo, vt & cum illa mercedem abs te bonam referam: ac de oblatis hic largam benedictionem tuam, fructumque in horreo vitæ æternę poſtea percipiam.

Sed fac tu iam Bone Devs, vt ſemen multiplex doctrinæ huius S. Patris, quod in agro Eccleſiæ tuæ diſſeminatũ atq diſperſum eſt, fructũ nobis vberrimum, Matth. 13. trigeſimũ, ſexageſimum, & centeſimũ producat, fides orthodoxa illius præſidio conſeruetur, diuini verbi tui ſemen propagetur, ac hæreſis omnis extirpetur, Catholica religio defendatur ac manuteneatur, & pax tandem vniuerſę Eccleſię reſtituatur: fiatque aliquandò (ſicut à te promiſſum eſt) cor credentium Ioan. 10. vnum, & anima vna, vnum ouile & vnus paſtor. Quod vt cum omniũ pace ac gaudio diebus fiat noſtris, & quidem adhuc tempore deuoti famuli tui Clementis VIII. quem Paſtorem Eccleſię tuę præeſſe voluiſti (cuius Pontificatus anno VI. meæ verò ætatis anno 50. hęc Ephræm Syri Opera à me Romæ abſoluta in lucem prodierunt) Diuina tua faxit bonitas atque clementia, faxit, inquam, ac citò faxit. Et erit nomen diuinę Maieſtatis tuę ſemper glorioſum, & benedictum in omnia ſeculorum ſecula,

Amen.

A D S. P.

AD S. P. EPHRAEM SYRVM GERARDI VOSSII APOSTROPHE.

IAm tandem ſingulari Dei omnipotentis beneficio, S. Pater EPHRÆM, omnia tua Opera, quæ ex Oriente in Occidentem aliquando allata, conquiri & inueniri à me potuerunt, è Græco Latina reddidi, Scholijs ac varijs lectionibus illuſtraui, & abſoluta ad Dei gloriam & totius Eccleſiæ ſuæ Sanctæ vtilitatem, tribus Tomis diſtincta, in ampliſſimo Orbis theatro, vrbe ROMA primùm in lucem edidi, & publica atque communia omnibus feci: vt ſicut olim in Oriente, ita & deinceps habeantur atque legantur etiam in Occidente. & ſicut priſcis illis temporibus Tu magnus es habitus in Syria, Græcia, ac Palæſtina: ita & ſeculo hoc noſtro in mirabilibus Dei donis, quibus reſplendes, celebreris quoque in ſancta Eccleſia Romana, gaudeaſq; magis in cælis, dum Opera illa tua vbique legi poſthac cernes in terris. Tubæ ductiles (vt alibi pulchrè ac verè dicis) ſonuerunt in caſtris filiorum Iſrael in deſerto; at prædicatio Apoſtolorum apud omnes gentes audita eſt: ego verò his addo, & dico, quòd ſcripta ac documenta Sanctorum Patrum per totum Chriſtianum orbem pro ſalute credentium diuulgata ſint; & tua, Ephræm, doctrina in omni deinceps audietur, celebrabiturq; Sanctorum Eccleſia. Ad eam olim claritudinem (S. Hieronymo teſte) perueniſti, vt poſt lectionem Scripturarũ publicè in Eccleſijs Orientis tua ſcripta recitarentur: at poſthac non ſolùm in Oriente, ſed & per totum Occidentem ea legi & intelligi commodè poterunt, & quidem lingua haudquaquam exotica ac peregrina, ſed Latina, & omnibus auditu pergrata, ac quaſi propria atq; domeſtica. Nec amplius opera vllius indigebis Interpretis, per quem loquaris atque intelligaris: ſed ipſe per te Latinè loqueris, & optimè ab omnibus intelligeris; & inter Latinos Latinus haberis, ac fructum maximum in vniuerſa Eccleſia doctis tuis ſcriptis, mellifluiſq; Sermonibus iam Latinis facies. O diem illam cunctis iucundiſſimam atque gratiſſimam, quando tua Ephræm Opera, quibus tot ſalutis noſtræ continentur traduntúrque myſteria, primum in orbem, hancq; lucem prodeunt. Te omnes pij boni, & docti, atque religioſi viri, deinceps & agnoſcent omnes, & prædicabunt ſemper, gratiaſque tota aget poſteritas, quòd adeò magno Chriſtianæ reipublicæ vſui fueris & commodo. Et ſanè dum rem ipſam penitius mecum expendo, & rerum cauſſas perquiro, Te ob vberrimum, quem in Eccleſia Dei præſtaturus eras fructum, non ſine aliquo occulto myſterio EPHRÆM nuncupatum comperio; nomine conuenienter ipſi rei accommodato: nam Ephraim Syris, Chaldæis, atque Hebræis idem ſonat quod καρποφορῶν, .i. frugifer, ſiue fructum ferens: quam etiam velut myſticam nominis tui interpretationem illa fructiferæ vitis viſio, quæ tibi adhuc puero, parentibuſq; tuis in ſomnis apparuit, optimè confirmauit, ipſeque rerum poſtea edocuit euentus. Tu enim Ephraim, fertilis es ille Eccleſiæ Euphrates, cuius Spiritalibus doctrinæ fluentis, non ſolùm Meſopotamia tua ac Syria, ſed tota deinceps ſancta irrigabitur Eccleſia. Tu fœcunda es illa Dei vitis, quæ dulcium inſtar racemorum, doctrinæ fructus vbertim Eccleſiæ affers, multos vbique filios Chriſto paries, eoſque vtiliſſimis tuis Sermonibus atque Operibus, quæ nunc emanant, iugiter paſces, reficies, atque oblectabis; & ex perennibus gratiæ fontibus doctrinam tuam hauriẽs, potum vitæ ſalutarem cunctis fidelibus ſuggeres. Gaude igitur nobiſcũ modò, Sancte Pater Ephræm, quòd

S.Ephræm in Serm. de Prouebr. hoc To. 3.

S. Hieron. in Catalogo.

Interpretatio nominis EPHRAEM.

quòd digniſsima illa laborum tuorum monumenta, quæ tot ſeculis magno cum Chriſtianitatis detrimento iacuerunt ſepulta, & quaſi neglecta, nunc tandem ſimul collecta, ac Latinè reddita, atque illuſtrata in lucem ad pios omnium Chriſtianorum vſus edantur, ac in publicum proferantur. Gaude Patrum optime, & Eccleſiæ Doctor (vt verbis Nyſſeni vtar) clariſsime, quòd ſalutaris illa tua doctrina, vitæque ſplendor non ſolùm iam toti Chriſtianitati illuceſcet: ſed & omnes, qui eam amplecti ac ſequi voluerint, ad ſalutem erudiet, ac in rectitudine fidei confirmabit, conſolidabitq́; Gaude ROMA, de cæleſti hoc Eccleſiæ reperto theſauro, qui apud te excultus atque illuſtratus, à te feliciter in omnem iam terram exit: vt omnibus proſit, & cuncto populo Chriſtiano tecum communis reddatur: Gaude denique Sancta mater ECCLESIA, de tot pulcherrimis optimorum ſeminum huius S. Patris fructibus, in fæcundiſſimo agro tuo nunc plantatis atque rigatis: quorum incrementum tempore opportuno ipſe dabit Dominus.

S. Gregor. Nyſſen. in Vita S. Ephræm.

Sed ad te, EPHRAEM, meum reflecto ſermonem; te appello, & interpello, vt vices mihi pro tot vigilijs atque laboribus tuo nomine ſuſceptis reddas; meusq́ue aſsiduus apud Deum omnipotentem ſis interceſſor in cælis, qui pro te diu multumq́; laboraui in terris: Eccleſiæ quoque Dei cauſſam agas ac tuearis, ipſiq́ue inter tot rerum perturbationes atq; procellas, (quibus hodie exagitatur, hinc ab impijs hæreticis, iſthinc ab immaniſsimis Chriſtiani nominis hoſtibus Turcis, illinc ab improbæ vitæ Chriſtianis, qui nomen quidem habēt, ſed factis, proh dolor, turpiter nimis abnegant) ſuccurras. Subueni, inquam, ac patrocinare iuſtiſsimis Eccleſiæ cauſsis; & ſicut olim te fortiter obieciſti impijs Arrianis, & furioſis Manichæis, improbis Apollinariſtis, ac perfidis Marcioniſtis, Catharis, Ophitis, Cauchitis, Euchitis, Paullianis, Eunomianis, Valentinianis, Vitalianis, & impuris Borborianis, alijsq́; nefarijs hæreticis tunc graſſantibus: ita quoque hoc noſtro calamitoſo ſeculo, te murum & antemurale opponas tot Eccleſiæ inimicis, & hæreticorum monſtris adeò paſsim ſæuientibus, & vniuerſam Religionem conturbantibus; eorumq́ue impios conatus, ac temerarios auſus ſtrenuè per arma virtutis potentiæ Dei, & propugnacula ſanctæ tuæ doctrinæ, retundas, obtundas, confundas: & pacem atque tranquillitatem tandem ECCLESIÆ vniuerſæ concilies; quam nobis omnibus Auctor ac dator ipſe pacis concedat, qui eſt benedictus in ſecula.

De his hæreticorum monſtris inuenies apud S. Ephræm in ſuo teſtamento, ac noſtris ibidē Scholijs, & alibi.

S. PATRIS NOSTRI EPHRAEM SYRI SERMO ASCETICVS, AD IMITATIONEM PROVERBIORVM.

Interprete, & Scholiaſte Doct. Gerardo Voſſio Borchlonio.

PROLOGVS.

QVI credit in Filium Dei, habet vitam æternam. Qui credit in Filiũ Dei, non concludentur greſſus eius: & ſi per ignem tranſierit, non ei flamma nocebit. Qui in Filium credit Dei, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent, aquæ viuæ. Magna lignorum ſtrues, auget flãmam: & timor Dei, ſciẽtiam in corde hominis multiplicat: operis autem executio ſcientiam confirmat. Aduerte diligenter, ne dum ſeminas verbum Domini tui, ſuperueniat inimicus, qui de ſuo commiſceat zizania: cùm moris ſit ei, per bona operari mala. A Domino gratiam poſtulemus: vt nobis ſciẽtiam præbeat, & intellectum vigilandi, ac temperatè agendi in omnibus. Fornax aurum probat, atque argentum: timor autem Dei, cogitationes hominum. Vt faber apud incudem, vaſa vtilia perficit: ita timor Domini cor expiat, impuris cogitationibus eiectis; & cum prudentia atque ſcientia, eloqui verba docet. Demus ergo gloriam & honorem ei, qui timorem ſuum noſtris cordibus infundit: quoniam ipſe hominem docet ſcientiam. Initium ſapientiæ, timor Domini, intellectus autem bonus omnibus facientibus eum. Pietas autem in Deum, principium ſenſus. Sapiens Chriſti præcepta cuſtodiet; & qui ambulat in ijs, non confundetur in æternũ: qui verò relinquit ea, inſipiens ac vana ſpes illius eſt: at qui in veritate ſeruat ea, de morte ad vitam translatus eſt; & in æternum non videbit tenebras, & in die obitus inueniet gratiã. Angeli fideles animam illius deducent; & ſuper firmã ac ſtabilem petram fundementũ eius erit, & hæreditatem vitę æternę capiet. Hic autẽ beatiſſimus: quia voluntatem Creatoris ſui facere nouit. Tuba ſignum edente, exercitus pręparatur ad bellum: ac tempore certaminis, non omnes bellatores ac pugiles. Multi habitu monachi; at pauci certatores: tempore autẽ tentationis, monachi probatio apparet. Ante obitum, neminem prædicaueris beatum: & ante mortem, ne deſperaueris quemquam. Neque iuſtum teipſum, & irreprehenſibilem coram Domino, dixeris: quæ enim te latent, Deo aperta ſunt & manifeſta. Credere porrò oportet, quòd ſi ſuſtinuerimus ipſum, erit tem-

Iohan. 3. & 1. Iohan. 5.

Eſa. 43.

Ioan. 7.

Matth. 13.

Prouerb. 17. 27. Sap. Sirach 2.

Pſalm. 93.

Prouerb. 1. 9. & Pſalm. 110.

Cuſtodia diuinorum præceptorum ſaluberrima.

Adluſio ad cap. 2. Sap. Sirach.

Sap. Sirach 7.

tempus operi noſtro. Volo Dei pręcepta reipſa ſeruare, & inſignis eſſe inter fratres: aut præcepta tranſgredi, & illis eſſe abominabilis. Qui vniuerſam didicit ſcripturam, & Chriſti mandata deſpicit, vapulabit multis: at qui voluntatem Domini facit, hic perfectus vir æſtimabitur. Non locus viro perfecto: ſed diſcretio * ac iudicium appetendum: at infirmioribus, locus optimis regulis * directus conuenit. Et quis perfectus eſt vir? qui Dominum in veritate diligit, & proximum ſuum ſicut ſeipſum.

Lucæ 12.

* διάκρισις.

* ἐνχρονίσος.

* al. perfectus autem vir eſt, qui, &c. abſque interrog.

Te timore Dei.

DEVM time, & inuenies gratiam. Nam timor Domini, mores gignit, quibus cōſtant virtutes. At timoris expers * ſecuritas, æmulationem amaram parit, atq; contentionem, & his ſimilia. Timor Domini, fons vitæ. Timor Domini, munitio animæ. Timor Domini mentem ſpiritualem dirigit. Timor Domini, animæ tutela. Timor Domini, gratiam * in omni præbet cōuerſatione, timentibus Dominum. Timor Domini, gubernator eſt animæ. Timor Domini, animā illuminat. Timor Domini, malitiam tabefacit. Timor Domini, paſſiones imminuit. Timor Domini, dilectionem auget. Timor Domini, omnem concupiſcentiam malam exſiccat. Timor Domini, voluptatem præſcindit. Timor Dei, animę * ſchola eſt, & ſpem ei bonam adnuntiat. Timor Dei, pacem adminiſtrat. Timor Dei, animam ſpiritu ſanctæ intelligentiæ replebit, ſceptrumq́; cæleſtis regni tradet ipſi. Non eſt inter homines illo maior, qui timet Dominum. Qui Dominum timet, ſimilis eſt * viro multos ad viam ſalutis adducenti. Qui timet Dominum, ſimilis eſt ciuitati ſupra montem poſitæ, muriſq́ue munitæ: a cuius conſpectu improbi contremiſcūt dæmones. Anima timens Dominū, feliciſſima eſt, quoniam ante ſe, ſemper iuſtum proſpicit iudicem. Si Dominum times, eius ſerua mandata, & non confunderis. Eſt qui locum relinquit propter Virtutem; & eſt qui deſerit locum propter otium atque inobedientiam: & eſt qui perſequitur, ob hęreditatem. Eſt qui multa indagat, cupiens addiſcere ſapientiam: & eſt qui multa inueſtigat, ob inanem gloriam. Eſt qui obedit, propter præceptum Chriſti: & eſt qui obediētem ſe præbet, ambitionis & turpis lucri gratia. Eſt qui currit, & certat ob charitatem Chriſti: & eſt qui currit ac decertat, cauſſa vanæ gloriæ. Eſt qui proximum collaudat, ob ſtudium complacendi hominibus: & eſt qui proximum commendat, ob præceptum Chriſti, eſtq́; qui proximum deturbat ac deijcit * propter ingluuiē ventris. Eſt qui ſeipſum humiliat, ob præceptū Chriſti: & eſt qui ſeipſum abijcit ex inſipientia. Eſt qui vehemēter intentus eſt operi, cauſſa auaritię & eſt qui plurimū operatur, propter * beneficentiam. Eſt qui operatur, quando nō oportet; & tempore laboris non operatur. Eſt qui pſallit & clamat dū non oportet: & tempore pſalmodiæ ſilet, aut de rebus inutilibus cum proximo loquitur. Eſt qui vigilijs intentus eſt, quando minimè oportet, & vigiliarum tempore obmurmurat. Scriptum eſt: Infernus & perditio manifeſta * apud Dominum: & quomodo non corda hominum? Initium rectæ vitæ inſtituendæ, eſt lachrymas adhibere in oratione. Diuinas porrò audire ſcripturas, iuſtæ veræq́ue prudentiæ principium eſt. Infiniti autem libri, in auribus * imprudentū, pro nihilo putantur. Et quis imprudens atque inſipiens: niſi qui timorem ſpernit Domini? Nam ſcriptū eſt: Sapiens corde, ſuſcipiet mandata. Da ſapienti occaſionē, & ſapientior erit: notifica iuſto, & addet ad recipiendum. Filius eruditus, ſapiens erit: ſtulto autem, miniſtri loco vtetur. Segnes * indigebūt pecunia: ſtrenui verò diuitijs fulciētur. Sapiens timoratus, declinat à malo: at inſipiens ſibi ipſe confidens, admiſcetur iniquis. Iracūdus citra conſiliū agit: at vir prudēs multa ſuffert. Honora Dominū, & vię tuæ proſperabūtur. Honora ſacerdotē atq; presbyterū: vt in te benedictio oris ipſorum veniat. Honora ſenes tanquā qui diu multumq́; Chriſto ſeruierūt. Honora fratres tuos velut Chriſti ſeruos, vt ab ipſis diligaris. Si quietē atq; ſilentiū frater amaueris; nauigationē tuā in * tranquillitate perficies. Qui cellæ ſuæ quietē fugit, terrena imaginatur

* ἀφοβία.

* al. gratiā omni præbet congregationi Dominum timenti.

* Παιδευτήριον τῆς ψυχῆς.

* al. luci multos illuminanti, & ad ſalutis viam deducenti.

* al. ob gulam ac ventrem.

* περὶ φιλευποιΐας.

Prouer. 15.
* vulg. coram Domino.

* al. inſipientiū.

Prouer. 10.
Prouer. 9. ſed aliter vulg.
Prouer. 10. 11.
* πλούτου ὀκνηροὶ ἐνδεεῖς γίνονται.

Sacerdotes honorandi.

* al. tranquillè atque ſecurè perages.

A ginatur: at qui internum opus curat, quę ſanctis præparata ſunt in cælis, concupiſcit. Perſpicit Dominus cogitationem monachi appetentis ſacerdotium: at magnus ſanè gradus eſt Sacerdotium, ſi immaculatũ peragatur. Rex Chriſti amans, beatus eſt: nam in benedictionibus relinquet memoriam ſuã, & laudatio eius in cælo erit & in terra. Rex infidelis, nõ nouit ſapientiam in vita ſua: & moriens, in maledictionibus memoriam ſuã relinquet; & opprobriũ eius in æternũ non delebitur. Ora iuſtorũ benedicent*illũ: at iniuſtus non miſerebitur animæ ſuæ; nequaquã enim iudiciũ atque iuſtitiam in terra faciet. Nam ſcriptũ eſt: Qui calumniatur pauperem, multa facit*quæ non oportet. Non facias violentiam pauperi; inops enim eſt. Neque inhonores imbecillum in portis: Dominus enim iudicabit eius iudicium. Scriptum quippe eſt: Libera eos, qui ducuntur ad mortem. Et B non tradas famulum in manus Domini: ne fortè maledicat tibi, & extermineris. Nam ſcriptum habetur: Qui aliorum lætatur ruina, non erit * innocens: Ille autem, cuius viſcera cõmouentur, benedictionem conſequetur. Fidelis viri, omnes mundi pecuniæ: at infidelis viri, ne obolus quidẽ. Deo dat mutuum, qui pauperis miſeretur: & ſecundùm ipſius munus, retribuet ei. Scriptũ eſt: Pondus magnum, & puſillum, & menſuræ duplices, immunda ſunt apud Dominum, & vtraque, & qui facit ea. Qui proximo fodit foueam, incidet in eam. Time igitur Dominum, & in die mala liberabit te. Rex impius, curabit portus & littora maris: at qui perttus ac prudens eſt intellectu, munitiones opportunas non negliget. Hęc autẽ ambo, in corde Regis per multam experientiam, & humanitatem oriũtur. Rex fidelis, ſemper in memoria habet iudicium æternum: & qui iuſti meminit iudicis, nõ C obliuiſcetur liberationis animarum, quæ in neceſſitatibus conſtitutæ ſunt atque anguſtiis, quęque in carceribus, & exilijs detinentur. Beatus vir, qui in temporaria ac momentanea ſua * poteſtate, permanentem gloriam poſſidet. Nam qui hodie Rex, cras morietur: at qui facit voluntatem Domini, manet in ęternum. Medicus probatus, ex vulnerum experientia redditur. Multæ delitię varias paſſiones, & infirmitates generant: at laborioſa operatio, in præſenti quidem laborem ac defatigationem continet, poſtea verò ſanitatem, & valetudinem proſperam. Ne carnis eſum monache appetas; & ad ebrietatem, ne vinum bibas: vt nę craſſa ac ſtupida reddatur mens tua: nam ſeculares alioquin curæ te non deficerent. Circumcirca detonde palmam, & in altum excreſcet: ab anima autem mundanas ſollicitudines reſeca, & ad virtutem ſe conuertet. Qui maledicta atque conuitia, iniuriaſve D patienter ſuſtinet; ſimilis eſt illi qui in * cauea leonem concludit: at qui reſiſtit, ſimilis eſt perdenti ſeipſum. Ante omnes ad Synaxim contendere, bonum & laudabile eſt: ſynaxim autem abſque neceſſitate ante finem relinquere, malum eſt, & nequaquam laudabile. Accipe frater, & diuinas ſcripturas auſculta, vt lucrum referas. Nam quemadmodum in æſtu, hauſtus aquæ frigidæ propinatus viro itineranti: ſic etiam diuini ſermones irrorant animæ. Si auſcultare volueris, excipe; & ſi audieris, ſapiens eris. at * ſi etiam verbum audire grauaberis: quanto magis, id teipſa præſtare? Hinc igitur teipſum agnoſce, quod negligens ſis, ſicut & ego. Ingredientibus porrò nobis in domum Dei, ne mẽte euagemur ac diſtrahamur: ſed contẽplationi operam det interior noſter homo. Orantes aũt dicamus: Pater noſter qui es in cælis: ne fortè alienę cogitationes noſtrã mentẽ conturbẽt. Cũ verò in oratione cõſtiteris, corã quo aſſiſtas, cognoſce; ſitq; anima tua, & cor tuũ totũ ad eum. Intellige quod dico: Si vir quiſpiã arrepto ſacculo argẽti in manu ſua, ad nundinas cõceſſerit, volens coëmere boues; nũquid porcos cogitabit? ſin autẽ & aſinos cõparare velit: nũquid canes attendet? nõne tota cogitatio ipſius in ijs verſabitur, quæ cupit? ne fortè irriſus etiã quæ in manibus erãt, deperdat? Quòd ſi etiã qui proximus aſſiſtit tibi frater corpore infirmus, inceperit tuſſire, aũt multũ exſpuere; ne * turberis propter eũ: ſed memineris, multos ſeſe egrotorũ & mutilorũ obſequijs tradere. Si corpore ſanus ſis, ne extollaris: ſed time. Nam quemadmodũ * multichordis cithara, in manu viri: ita omnis caro in manu Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri. Scriptũ habetur: Omni tempore oculi prauorũ excipiũt mala: at boni, in quiete ac trãquillitate erũt ſemper. Viæ vitę, excogitationes intelligẽtis; vt declinans ab inferno ſaluetur. Scriptum eſt: Non amabit diſciplinatus corripientes ipſum: & cũ ſapientibus non cõuerſabitur. Qui ignominia pauperẽ afficit, peccat:

Sacerdotium, magnus gradus.

* ſcilicet iuſtum Regem.

Prouerb.22.

* al. ſua mala.

Ibidem.

Prouerb.24.

Prouer.17.

* al. impunitus. & ſic vulg.

* al. miſericordiam, & ſic 70.

Prou. 20. iuxta LXX.

Prouer.26. & Eccl.20.

* ἐξουσία.

Sapien. Sirach cap.10.

* ἐν ζώγρῳ.

Synaxis debitè frequentanda, & non derelinquenda.

* al. ſin autem patienter verbũ graue non tuleris: quanto minus actionem & opus.

Matth.6.

In oratione vt conſiſtendum. AB EXEMPLO.

* μὴ σαινου,

* πολύχορδος.

Prou.15. iuxta LXX.

Ibidem.

Prouer 15. iuxta LXX.

Prouer.14.

at qui pauperis miſeretur, beatiſſimus. Scriptum quoq; eſt: Si ceciderit inimicus A tuus, ne læteris malis illius: & in ſupplãtatione eius ne extollaris: quoniã videbit Dominus, & non placebit ipſi, auertetq; *humeros ab ipſo. Qui obſtruit aures ſuas ne infirmũ ac pauperẽ audiat: ipſe quoq; implorabit, nec erit qui axaudiat. Neglorieris de craſtino, ignoras.n. quid pariet proximè ſequens dies. Ne cõmittas mala, vt non te comprehendant mala. Noli gaudere obtrectationibus, vt non efferaris. Scriptum reperitur: Qui * verbo reſpondet, priuſquã audiat, temeritas ipſi eſt, & improperiũ. Non oblectatur pater filio indiſciplinato: at filius bonis imbutus diſciplinis, ſapiens erit; non quidẽ in multifaria litterarũ ſapientia, ſed ſicut ſcriptũ eſt: Initium ſapientię timor Domini. Noſſe porrò legẽ Domini, mentis eſt bonę. Fides mentẽ bonam parit: mens aũt bona fons aquæ viuæ exiſtit: & qui eã poſſidet, aquis eius implebitur. Abſq; oleo non ardebit lucerna: & ſine fide, nullus poſſidet B eam. Scriptum eſt: Qui repellit diſciplinam, odit ſeipſum: at qui *reprehenſiones obſeruat, ſuã diligit animam. Ne citò ad pugnam irruas; ne pœniteat te in nouiſſimis tuis. Melius eſt nomẽ bonum, q̃ diuitiæ multæ; & ſuper argentum & aurum, gratia bona. Abſq; potẽtia nõ ædificatur turris: & abſq; ſcientia, nõ rectè *attingitur virtus. Nõ eſt mẽſura patientiæ, ſi humilitati admixta reperiatur. Donum patiẽtiæ à Domino eſt, & diligentibus ipſum donabit eam: & qui eam tenet, ex multis tribulationib⁹ liberabuntur. Inſipiens multiplicat ſermones: at qui labijs temperat, intelligẽs erit. Prudens monachus mittitur ad miniſteriũ: & qui vident eũ, Domino dabunt gloriã. Inſipiens & temulẽtus, in pagis & vicis turpiter atque indecore ſe gerit: hic aũt præfectum ſimul & fratres pudore atq; dedecore afficit. Expers *timoris Domini ſecuritas, cogitationẽ perutilẽ parit: at timor Domini, etiã iuuenes, ſenes reddit. Dominũ honora, & ſecularẽ ne ſcãdalizes. Prophetã imita- C re Samuelẽ: quoniam & Deo gratus extitit, & homines ædificauit: filij aũt timoris Dei expertes; in framea ac iaculo ceciderũt. Iuueni temerario ne cõfidas; vt neque homini ſeni augenti quę non decent. Qui aũt timet Dominũ, curabit populũ ſuũ. Pietas atq; religio in humilitate & charitate exaltat caput monachi, & in tẽpore viſitationis ipſius reſplẽdebit. Abominatio atq; inuidia ſub pietatis velamine occultata, aqua eſt amara in aureis vaſis cõtenta; cui ſi vitę lignum immiſeris, etiam dulceſcet. Nam ligno dulcis facta eſt aqua, & cũctæ doloſi hoſtis inſidiæ per crucẽ Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſublatæ & exterminatę ſunt. Dilectio oculos mentis illuminat: qui aũt inimicitias & contentiones amat, ſimilis eſt ei, qui aſſiduè manum ſuam in foramen aſpidũ immittit. Quemadmodũ vermis in ligno: ſic vana gloria in monacho; ſic & auaritię deſideriũ in corde hominis. Ne teipſum exaltes vt nõ corruas, & animæ tuæ ignominiã adducas. Suſcipit.n. manſuetos Domin⁹: D peccatores aũt vſq; ad terram deprimit. Qui ſeipſum extollit, dedecus ſibi ipſe cõciliat: at qui proximo in humilitate ſeruit, glorificabitur. Qui proximi cõmiſeratione, in die tribulationis eius ducitur; etiam ipſius ſemꝑ miſerebitur Domin⁹: miſericordia.n. viri, velut ſigillum cum ipſo. Eſt vir etiã nihil in poteſtate ſua habens, mitis atq; miſericors: qui deinde facultatẽ conſecutus, valde prõptus ad iubendum & imperandũ indiſcretè redditur: ſublata aũt ab eo poteſtate ac *præfectura, etiã à ſeipſo imperata *ferre nequit: qui quidẽ tanquã inſipiẽs, ſuã ipſius imbecillitatẽ non nouit. In cunctis frater operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum nõ peccabis. Ne ſuperbias, neq; * dilateris, ſed teipſum humilia: vltio quippe impiorũ, ignis eſt & vermis. Poſſide timorẽ Dei, vt & dæmones te reformident: nam quæ fucata ſunt atq; fictitia, ſemꝑ vana. Si cuncti mẽdare & imperare voluerimus: quis ſubditus erit, aut obediet? Si cuncti honorari deſideramus, quis E honorẽ exhibebit? Vir ſapiens imperare recuſat, non aũt obtemperare; præcepto illius ſatisfaciẽs, q dixit: Si quis voluerit inter vos magn⁹ fieri, erit veſter miniſter. Et quicunq; voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus: ſicut filius hominis nõ venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & animã ſuam dare in redemptionẽ pro multis. Principem ſeu Ducem te conſtituerũt? ne extollaris animo: eſto autẽ inter illos, ſicut vnus ex ipſis, menteq; reuolue labores tuos priores: & intellige illos, qui tibi iam parent, in ijſdem verſari; eoſq; noli negligere, ſed ſedulò eorũ curã gere. Scriptum habetur: In magna gente, gloria Regis: deficiente autem populo contritio & exitiũ principis. Vir longanimis, valet prudentia: at puſillanimis, imprudentia

*labo-

Prouerb. 14. ſed aliter in vulg.
* al. indignationem.
Prouer. 21. 28.
Prouer. 27.
Prouer. 18.
* vulg. qui prius reſpõdet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum.
Prouer. 1. 9.
Prouer. 12. 13.
* al. correptiones amat.
Prouer. 22. & Eccle. 7.
* al. excolitur.
Prouer. 10. & Eccl. 10.
* ἀφοβία.
1. Reg. 2. 3. &c.
Crucis Chriſti vis atque potentia.
A Simili.
Pſalm. 146.
NOTA.
* προστασία.
* al. à ſeipſo latas leges ſeruare nequit.
Sap. Sirach 7.
πλατύνου. i. dilateris, dicit: nam qui inaniter per ſuperbiã efferuntur, illis quaſi cor dilatatur, &c.
Matth. 10. & Marc. 10.
Ibidem.
Sap. Sirach 32. iuxta LXX.
Prouer. 14. iuxta LXX.

A *laborat. Optemus digni fieri acceptione donorũ, & digni effecti noſipſos parui
faciamus Qui fratris ſui curã gerit in diſciplina & correptione Domini, grata &
accepta Deo animã ipſius erit: qui aũt deſpicit* vitã eius, in Deum peccat. Super
ignorantia fratris *tui, ne extollaris: nõ enim eſt tibi gloria ad cõfuſionem. Promotioni
fratrũ ne inuideas. ait enim Scriptura: Maius gaudiũ non habeo, q̃ vt audiam
filios meos in veritate ambulãtes. Scriptumq; reperitur: quibus deeſt gubernatio,
vt folia decidunt: *ſalus porrò in multis cõſilijs. Si intelligentia atq; ſciẽtia
frater polleat, ne cõtriſtes ſpiritũ eius, ſi quidẽ piè ac ſanctè ambularit. Sicut enim
Iacob egit cum Laban Syro: ita & tu vultum tuũ ad ipſum cõuertere debes. Scientẽ
atq; intelligentem teipſum denominas? ex tuis te operibus cognoſce. Nam ſicut
corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt: ita quoq; cognitio abſq; operatione, eſt otioſa atq;
B ſupuacanea. Signũ bene inſtitutę vitę in nouitio monacho, eſt abſtinere à vino.
lentia & loquacitate in humilitate: nam qui illis gaudet, vitam bonam atq; religioſam
peragere nõ poterit. Ne fratrem tuũ ad ebrietatẽ bibere vinum cogas, etiãſi
deguſtauerit: multo enim tempore extruitur nauis, quæ minimo ictu ac momẽto
tẽporis cõteritur. Adoleſcentẽ manſuetũ tua diligat anima, & ſupra vires ne grauaueris
eũ: vt animã ipſius ſalues in Domino, referaſq; immarceſſibilẽ coronam
gloriæ, cùm apparuerit paſtorũ princeps. Vndiq; circũmunitam tene domũ tuam;
& ne patiaris ꝑfodi præmunitionẽ tuam, ne fortè ꝑ *foſſurã, ingreſſus inimicus,
domũ deprædetur ac ſpoliet: ſiſq; euerſionis ac ruinæ cauſſa & auctor. Præbe indigenti,
& noli dicere: nõ opus habet, ne fortè indigentiæ nomine, recta diſciplina
labefactetur. Ex quib⁹ diſpenſauit tibi Dominus, cura illũ: ne fortè *tanquã amo
C ris affectione carentes, atq; immiſericordes iudicemur. Audiamus, fratres, eum,
qui ait: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volũt
diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & deſideria multa, &
nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionẽ. Radix enim omnium
malorum, eſt cupiditas. Totis viribus tuis honora patrẽ tuũ, & ne irritas facias leges
eius, qui te genuit in Domino: eo enim modo nõ præualebũt aduerſum te improbi
dæmones. Animã tuã valde corã Domino humilia, & gratiã inuenies. Domos
quippe contumelioſorũ diſturbat, *diruitq; Domin⁹: illorum aũt loco, plan
tat atq; producit mites. Hominẽ à peccato ſe *abſtrahentẽ, conuitijs ne excipias.
neque virum in ſenectute ſua, dedecore afficias: etenim ex noſtra quoque ætate ſeneſcunt.
Infirmũ ne aſperneris, aut negligas; quoniam ſcriptũ eſt: Qui obturat aures
ſuas, ne infirmum audiat, & ipſe inuocabit, & non erit qui exaudiet. Odibilis
D in vicina *atq; parœcia ſua reddetur, qui verba atq; ſermones *è domo in domũ
transfert: vir aũt prudens quietẽ amat. Ne cellam ingrediaris fratris tui, antequam
ad oſtiũ pulſes: non enim quieti cõgruit perturbatio: Sagax atq; intelligens præfectus;
animas iunget fratrũ ſuorum, in corruptione & diſciplina Domini: qui autẽ
cõtemnit, detrimentũ patietur. Honorẽ ſenibus defer propter Dominũ: & ob peritiores
quoſdam ex fratribus, ne ſenes ad opus compellas: nam carnes iuuẽtutis
ſuę in exercitatione attriuerunt, & ſufficit recta cõſcientia timenti Dominũ. Non
bonum eſt homini operari valenti, in otio panẽ comedere, cùm dicat Apoſt. Sine
onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo. Scriptũ enim eſt: Beati miſericordes, quoniã
ipſi miſericordiam conſequentur. Proximum ne iniuria affeceris, loci prætextu:
non enim incolumnis conſiſtit Eccleſia, ſed in hominibus. quoniam ſcriptũ eſt:
Væ ei, qui multiplicat ſibi, quæ non ſunt ſua: vſquequo & aggrauat torquem ſuam
E grauiter. Quia repentè cõſurgent, qui mordeant eum, & vigilabũt inſidiatores tui
& eris in rapinã illis Qui ędificat domũ ſuã ex *iniquitate, teſtimoniũ auaritię ędificat
ſibi: nam omnẽ viã iniuſtã oderũt ſancti. Magnũ in cœnobio periculũ eſt puerulus,
niſi rectẽ regatur atq; inſtituatur: Beatus aũt ille, qui talẽ educat ex Dei pręſcripto
ac volũtate. Nõ exiguũ ſibi damnũ cõciliat paſtor, qui extra ouile dormit
ouiũ: ſomnolentia enim paſtorũ, luporũ eſt gaudiũ. Si ſub tuis frater humiliatus
ſit manibus, noueris non cauſa timoris tui id fieri: at Domini potius memineris,
propter quẽ & ipſe ſuſtinet, & ne diuexes eum. Noli ſectari lucrum, quod animæ
detrimentum in ſe continet: quid enim anima pretioſius? Melior eſt Monachus
pauper, vitam quietam degens cum humilitate, quàm diues monachus, ſuperbia
& elatione animi tumens. Ne *iuramento te cum fratre obſtrinxeris: ſed charitatem

*al. valde inſipiens eſt.
*al. fratrum ſuorum.
*al. negligit ſalutem eius.
*al fratrum tuorum.
3. Ioan. cap. 1.
Prouer. 11.
*vulg. ſalus autem, vbi multa conſilia.
Geneſ. 29.
Contra ebrietatem.
*al. foramen.
Sap. Sirach. 4.
*ὡς ἄϛοργοι.
1. Tim. 6.
Ibidem.
*κατάσπᾷ.
*al. auertentẽ.
Sap. Sirach. 8.
Prouer. 21. 28.
*ἐν παροικίᾳ.
*al. ex vna domo in aliam defert.
2. Cor. 11.
Matth. 5.
Abac. 2. ſecund. LXX.
*al. iniuſtitia.
NOTENT PASTORES.
*al. Ne iureiurando te fratri

tatem ac pacem habeto in timore Dei. Vide monache, ne dum ijs, qui mundana A
ſapiunt, placere cupis; rectũ monaſticæ vitæ inſtitutũ deperdas: ſed in timore Dei
tota die perſiſte. Monachus murmurator, in multis detrimentũ patietur: qui verò
viriliter ſuffert, hęreditabit gaudiũ. Ne ſimus poſillanimes, chariſſimi: non enim
ſemper in hac vita eſſe * nos oportet. Quodcunq; quis propter Dominum egerit,
hoc totũ ipſi lucro erit. nam eſca ventri, & venter eſcis: Deus aũt & hunc, & has de-
ſtruet. Si tibi ipſi attẽdas ô monache; primũ quidẽ tui ipſius misereris: poſtea verò
& eos qui te diligunt, gaudio afficis. cùm dicat Sapient. Fili, ſi ſapiens tibi fueris,
ſapiens eris & proximo: ſin aũt malus euaſeris, ſolus mala exantlabis. Intellige q̃
dico, monache: ne foris pietatẽ oſtendas, in cella verò te arrogantẽ atq; ſuperbum
prębeas: ne ſimiles reddamur ſepulchris dealbatis, quę exterius quidẽ apparent al-
ba, intus verò plena ſunt oſſibus * humanis & immũditia. In omni enim loco vn⁹ B
eſt Deus, cui ſit gloria in ſecula, Amen. Reprimè porrò cogitationẽ ſuperbiæ, pri-
uſquã te ſuperbia deprimat. Deſtrue cogitationẽ arrogantiæ, antequã ipſa te ſub-
uertat. effringe atq; exclude concupiſcentiã, priuſquã te concupiſcentia elidat ac
cõterat: Ne fratri ſuã inſtabilitatẽ improperaueris: ne fortè & tu in idem vitiũ de-
cidas. Si apud magnũ aliquẽ ſenem reſederis, non ſolùm eius virtutes enarra, ſed
& vitã imitare: hoc enim tibi vtile erit. Erga * nouitiũ patiens & longanimis eſto:
omnia enim Domino ſunt poſſibilia: Nouitius aũt humilitatẽ auerſans, ſcutũ cõ-
tra aduerſariũ non tenet, taliſq; variè cõtereretur. Qui carnalem reqiẽ appetit, mul-
tos ſibi dolores acquirit: at qui longanimus eſt, ſaluabitur. Prudens atq; intelligẽs
Præfectus, non contemnet audire ſermonẽ dubiũ nouitij, vnà cum ſeniore ipſius:
& * peritus atq; diſcretus * certitudinem rei indagabit: ipſoſq; in timore Domini C
coniunget atq; cõponet. Qui in cœnobio ſermones multiplicat, contentiones &
odia ſibi accumulat; at qui ſeruat os ſuũ, diligetur. Bona obediẽtia, chariſſimi, quæ
propter Deum præſtatur. Et in hoc cognoſce obedientiã, quæ eſt grata & accepta
Deo: Obedientia quę propter Deum ſuſcipitur, plena ſanctificationis eſt vſque ad
mortem. Pro anima tua decerta, & ne confundaris in caſu tuo: eſt enim confuſio
adducens peccatum, & eſt confuſio * gloria & gratia. Si in ægritudinem aut tribu-
lationem aliquã incideris chariſſime, memineris dicti illius; Fili, noli negligere
diſciplinam Domini. neq; fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Do-
minus, corripit: flagellat autem omnem filium, quẽ ſuſcipit. Qui carceris cuſtodia
concluſus, videtur repugnare Regi, quid tandem proficere poterit? at qui procidit
corã eo, & obſecrat, hic potius miſericordiã conſequetur. Frater quidã aliquando
ægrotauit, & intra ſe dixit: Væ mihi peccatori, quoniam in hoc morbo inuetera-
ſcam. Et ſanitati cùm iam eſſet reſtiturus, inuaſit eum alius rurſum morb⁹ priore D
grauior atq; moleſtior, & denuò eundem ſermonẽ protulit: veruntamen homini
celeriter ſuum non manifeſtauit dolorem: ſed à Domino cõmiſerationem requi-
rebat, qui ex morbo ſanitatem, & ex infirmitate robur ac vires præbet. Si ſpiritus
tædij atque ignauiæ frater te inuaſerit, domum tuam ne relinquas: at per patienti-
am ei reſiſte. Ne tibi cogitatio perſuadeat, dicens: transfer * te ex vno loco ad ali-
um: nam ſi cogitationi iſti conſenſeris, nunquam tolerabis. ſcriptũ quippe eſt: In
quo * corriget adoleſcentior viam * ſuã? in cuſtodiẽdo ſermones tuos. In hoc ſal-
uatur, maximè qui vnà verſatur * cum fratribus. Poſſidere autem debet timorem
Domini, & temperantiã ſummã: ex quibus oritur charitas, gaudiũ, pax, obediẽtia,
& longanimitas, cõtinentia, patientia, & quęcunq; decẽt Chriſtianos: vt ſit velox
ad audiendum, tardus aũt ad loquendum, & tardus ad iram: ira enim viri, iuſtitiam
Dei non operatur. Sit porrò etiam videns, tanquam non videns ea, quę non con- E
ducunt: & audiens, tanquã non audiens, quæ * ad rem non pertinent: vt & poſtre-
mis ſe poſteriorem reddat, ac requiem inueniat. Qui enim ſeipſum humiliat, ex-
altabitur: & qui ſeipſum exaltat, humiliabitur. Nam ſi iubere atque imperare cœ-
perit, & non adiuuat pro viribus laborantes, laborem atq; dolorem in nouiſſimis
ſubibit. Non enim ſemper idẽ ſpirat ventus, ſed ventorũ crebræ ſunt mutationes
atq; viciſſitudines. Quare aſſuefacere ſe operi oportet: neſcim⁹.n. quid ſupuẽtura
pariet dies. Habeat porrò ob oculos ſemper eũ, q ait: Nolite iudicare, vt nõ iudice-
mini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mẽſura mẽſi fue-
ritis, remetietur vobis. Quid aũt vides feſticã in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo

obſtrinxeris, ſed pacem cum eo in timore Dei retine.

* al. nobis eſſe licebit.

1. Cor. 6.

Prouerb. 9. ſed paullò aliter in vulg. & edit. 70.

Matth. 23.

* al. oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia

* ἐν ἀρχαρίῳ.

* γνωστικὸς

* al. veritatem.

Sapient. Sirac. 4.

* vul. adducens gloriam & gratiam.

Pro. 3. ſecun. 70. ſed aliter in vulg.

Exemplum fratris cuiuſdã delapſi, atq; relapſi in morbum.

* al. commuta locum loco.

Pſalm. 118.

* al. corrigit.

* al. vias ſuas.

* al. inter fratres.

Iacob. 1.

* al. Erit autem etiã videns, &c.

* al. quæ non decent.

Lucæ 14. 18.

Matth. 23.

Prouer. 27.

Matth. 7. & Lucæ 6.

Ibidem.

tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: ſine eijciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tūc † videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. Et ſic planè gratiam coram Deo inuenies, & hominibus. Ne tuos permittas euagari oculos, neque pulchritudinem alienam perdiſcas: ne fortè per oculos tuos, tuus te deſtruat ſubuertatque inimicus. Noli imitari negligentiores: ſed eos, qui omni virtutum genere exculti ſunt atq; ornati. Frater, ne perperam ac temerariè agas: quæ enim extra timorem Dei fiunt, aliud continent nihil præterquam damnationem & pœnitentiam. Beata illa anima, quæ in veritate ſeruit Domino: quoniam in nouiſſimis ſuam à Domino requiem obtinebit. Exigua negligētia magnum peccatum parit: & modica ſobrietas atque vigilantia magnum damnum auertit. Satius eſt comedere in Domino, & gratias agere Deo: quàm non comedere, & condemnare edentes, ac gratias Deo agentes. Aſſides menſæ? comede panem, & ne detrahas famæ proximi: vt non deuorare carnem fratris tui per detractionem comperiaris. quia ſcriptum eſt: Qui deuorant populum meum in † eſca panis, Dominum nō inuocauerunt. Sanus eſto in fide, & comede omne ꝙ appoſitum eſt tibi in Domino. Si verò appoſitus vobis fuerit cibus, quem tu edere nō appetis; ne tamen illum auerſeris, cùm plures velint comedere, & Domino gratias agere. Accūbis menſæ? vt homo comede, & ne huc illucq; circumſpicias velut † immodeſtus ac inſolens. Frater dixit: nō ex obſeruantia ſuperſtitioſa repudio eſum carnium: omnis enim creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum ꝙ cum gratiarum actione percipitur: ſanctificatur enim per verbum Dei, & † orationem. Sed quia ſcriptum eſt: Non conducunt imprudenti atq; inſipienti delitiæ: inſolentia & immodeſtia eſt monacho, veſci velle animalibus. Vbi appoſita ſunt fragmenta: ne fragmenta contēpſeris. Iuſſit enim Dominus diſcipulis ſuis, vt colligerent, q̄ † ſuperfuerant fragmenta, ne quid ex illis pereat. Frater chariſſime, ſi tentatione victus frater, recedat è loco ſuo, & poſtea pœnitentia ductus cupiat poſtliminio reuerti: tu vide ne impedias, ſed potius ad id cohorteris: ignoras enim quid ſuperuentura pariet dies. Nō oportet autem tales ſpernere, tamquam † illuſos: at potius cōuenit eos ſuſcipere quaſi ab infirmitate iam liberatos, ac ſanitati reſtitutos. Si inter fratres habitaueris, caue ne occaſionem alicui præbeas diſcedendi à fraternitate; vt non in mundo illo † iudiceris. Euita quoq; vehementer, ne cuiquam ſis offendiculo ac ſcandalo: vt non cum facientibꝰ ſcandala, à regno cælorum ſegregeris. Si debilitate aliqua laboret frater tuus, ſubleua & adiuua eū: vt merearis audire à Domino in die illa: Quod vni feciſti ex his fratribꝰ meis minimis, mihi feciſti. Qui negligit infirmum, exacerbat præceptorem: & qui gaudet in lapſu fratris ſui, graui caſu corruet. Ne dixeris: hodie pecco, & cras pœnitentiam agam. quin potius hodie pœnitentiam agamus: neſcimus enim an ad craſtinū peruenturi ſimus. Peccauimus fratres; etiam reſipiſcamus ac pœnitentiā faciamus: amplectitur enim Dominus eorum pœnitentiam, qui in veritate reſipiſcunt. Caue dixeris monache, hic bellum eſt & anguſtia; ibi autem requies & ſecuritas. Quis enim eſt qui oppugnat nos, ſi noſti; nonne inimicus noſter diabolꝰ? Audi igitur quid in † Iob dicatur: Et dixit Dominꝰ diabolo: Vnde tu aduenis? Tunc dixit diabolus in cōſpectu Domini: Poſtquā peragraui eam q̄ ſub cœlo, & obambulaui vniuerſam; adſum. Cogita igitur cælū ſupra te eſſe, quocumq; abieris. Permane ergo in loco, quò vocatus es; & reſiſte diabolo, & fugiet à te; appropinqua Deo, & appropinquabit tibi. Qui amat aurum, nō iuſtificabitur: at ꝗ diligit Dominum, benedicetur ab eo. Qui cōfidit in auro, cadet: at qui in Domino cōfidit, ſaluabitur. Væ ei, cuius animum ingreditur perfidia, temeritas, ignorantia, inſipientia, & imprudentia: quoniam pars vulpis erit: beata autem illa anima, in qua timor Dei inhabitat. Cui non placet miniſtrare Domino vni, ſeruiet multis: & ꝗ nō vult ſubeſſe præfecto vni, ſubijcietur multis per diuerſa loca. Et qui nō inſiſtit vni manuali operi; in promiſcuis operibus cōteretur. Qui nimio veſtium cultu delectatur, nocet animæ ſuæ. Nam ſumptuoſæ ac pretioſæ veſtes, animam monachi coarguunt atque vituperant: vilia autem veſtimenta, monacho conducunt. Dedecori monacho eſt ſuperbia, contumacia, † ſtupiditas atq; inſulſitas, impudentia, indiſcretio, iracundia, & immodeſtia. Turpe eſt monacho oculus vagus atque diſtractus: oculus enim vagus, dolores multos conciliat ſequenti ipſum. Niſi ab oculorum te di

† al. & tunc proſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris, &c. vt in vulg.

Luc. 6.

Pſalm. 13.

† al. tamquam eſcam panis.

al. ſicut panem.

In menſa vt quis ſe gerere debeat.

* ἀπαίδευτος.

1. Tim. 4.

* ἐντεύξεως.

Prou. 19.

Vbi vulg non decent ſtultum delitiæ.

Ioan 6.

† vulg. ſuperauerunt.

Fratres poſtliminio reuertentes, vt recipiendi.

Prou. 27.

† al. tamquam qui ludibrio habeantur.

† al. altero.

Matth. 25.

Prou. 17.

Prou. 27.

† al. apud Iob.

Iob 2.

at paullò aliter in vulg.

Iacob. 4.

Sap. Sirach 31.

NOTA:

† al. inſipientiā & inepiia.

Oculus vagus taxatur in Religioſo.

ſtractione cõtinueris: temperantiæ ac pudicitiæ ſulcos non rectos ages. Vituperium homini eſt, vino inebriari: & cùm multos viderim, neminem ſimilem monacho temulento reperio. Qui in proprijs gloriatur viribus: primus ipſe imprudẽs eſt ac demens. Confuſio & improperium eſt monacho, in propria gloriari potentia: nam qui gloriatur, in Domino glorietur. Immodeſtus atq; inſipiens, in riſu extollit vocem ſuam: inſipientiſſimus verò, qui inambulans mouet ac ventilat inordinatè humeros ſuos, ſimul & brachia. Inſolentiæ ſignum eſt in monacho, ſiniſtram partem *camiſij ſui indecenter aſſumere: at qui bene moratus eſt, in cunctis religioſè verecundeque aget. Pernitioſum homini vitium eſt, vſitata ſibi reddere iuramenta † in ore ſuo. Noli aſſueſcere iuramentis: vt non multiplicentur ignorãtiæ tuæ; & pro iuſtitia tibi peccata coacerues. Gloria monacho, timere Dominũ, & obſeruare mandata eius. Gloria monacho, humiliare ſeipſum, & ſubmittere ſe paruis pariter ac magnis. Gloria monacho eſt diſcretio, & † humilitas animi. Gloria monacho, eſt iniuriæ ac malorum obliuio; nec non patientia, & ſobrietas atq; vigilantia, ad omne opus bonum. Ne ſenem deſpexeris, ſi ad labores ſolitariæ vitæ venire voluerit: etenim Dominus eos, qui ad vndecimam horam acceſſerant, nõ reijcit, ignoras enim, an fortè vas electionis ſit iſte. Nam ſi ſuperbiam amaueris, eris pars dæmonum: ſin humilitatem dilexeris eris pars Domini Chriſti. Si auaritiã amaueris, vacuus & inanis hinc abibis, at ſi paupertatem voluntariam dilexeris, diuitijs cæleſtibus non priuaberis. Si paſſionem * memoriæ iniuriarum in corde tuo occultaueris; domicilium eris iracundiæ & ignorantiæ, triſtitiæ pariter atque doloris; & aſpectus faciei tuæ in te immutabitur. Viæ enim eorum * qui iniurias memoria tenent, in mortem ſunt. Vir altè ſapiens, plurimũ contriſtabitur: at qui humiliter ſentit, in Domino ſemper lætabitur Superbia honorẽ omni tempore requirit: at humilitas, neq; in gloria effertur, neq; in ignominia angitur; nam mercedem à Domino expectat. Qui memoriam iniuriarum abſcõdit in corde ſuo: ſimilis eſt ei qui in ſinu ſuo ſerpentẽ nutrit. Ne cor tuum dolore atq; triſtitia afficias: nam ſeculi triſtitia mortem operatur: quæ autem ſecundùm Deum triſtitia eſt, vitam tibi æternam conciliabit. Quære Dominum chariſſime, toto corde ac viribus tuis, vt ſaluetur anima tua; & malitia non demoretur in corde tuo. Nam ſicut cataracta impetũ auertit aquarum: ita malitia cognitionem atq; ſciẽtiam à corde remouet. Si quod iuſtum eſt, conſectatus fueris: comprehendes, & indues illud, tãquam veſtem *talarem gloriæ. Monachus ſecularibus rebus implicatus, multis damnis afficietur: qui verò laborum exercitamenta ſuſtinet, detrimentum nullũ patietur. Qui mentem ac cogitationem ſuam, poſt vitæ renuntiationem atque ſeceſſum, ad ſecularia conuertit: nihil ab eo qui ſeipſum * detondet, differt. Qui putat ſe ludere in † vtraque re: ſeipſum ſeducit, ac decipit. Scriptum quippe eſt: Deus nõ irridetur. Quod enim quis ſeminauerit, hoc & metet. Noli circumſpicere monache, per vicos ciuitatis; neque oberraueris in plateis eius: ne forte † euentus tibi occurrat, & labatur anima tua in perditionem. Elatio oculos mentis excæcat: at humilitas in charitate eos illuminat: docebit enim mites, vias ſuas. In volutabrum luti, frater, ne ingrediaris: & à viris timoris Dei expertibus, longius recede. Malum & periculoſum eſt viro, confidere in ſeipſo: qui autem ſperat in Domino, ſaluabitur. Qui ſua exornat veſtimenta, ſuperbiæ obnoxius erit: Monachus verò ſuperbus, velut aquila eſt abſque pennis. Monachus modeſtus ac humilis, leuis & celer eſt curſor, & tamquam ſagittarius iaculandi peritus. Nam ſicut omnia ferrum attenuat, & domat: ita & quæ ſecundùm Deum eſt humilitas, conatus & machinas inimici reprimit. Quemadmodum enim * venabulum venatori: & ſcutum militi: ſic etiam monacho eſt humilitas. Stude frater, ſponte in anguſta & arcta via Dei ambulare; antequam inuitus aliam ea anguſtiorem ingrediaris. Gloria viro ſeculari eſt in † prodeundo: monacho autem, in non tranſgrediendo limen domus † ſuæ, mente ac cogitatione. Auſculta chariſſime: Athleta decertans, os ſuum obſtruit: & tu à ſuperfluis os tuum occlude, & habebis requiem. Quàm magnus, dicet quiſpiam, qui nactus eſt ſapientiam: at non eſt maior eo, qui timet Dominum. Quàm magnus, inquiunt, qui incepit: at non vt is, qui perſeuerauit. Quàm magnus, qui eſt primus: ſed non vt is, qui perfecit. Noli carnalem amare requiem: ne in ipſa damnum ſpiritale comperias. Noli curioſè ſectari ea, quæ

1.Cor.1.

*τοῦ χαμισίȣ.
*al. χαμασίȣ.

†al. in lapſu ſuo ſed hic potius ἐν τῷ ϛόματι, quã πλώματι legendum.

†al. modeſtia.

Matth.20.

Antitheta accõmoda.

*μνησικακίας.

*τῶν μνησικακῶν.

2.Cor.7.

Cataracta impetum aquarum impedit.

*ποδήριον.

A diſſimili.

*ἑαυτὸν ἀνακείροντι.

†i. in vita ſeculari, & religioſa.

Gal.6.

Sap. Sirach 9.

†al. caſu aliquid tibi occurrat.

*βήναυλον τῷ θηνάτορι.

Matth.7.

†ἐν τῷ προϊέναι.

†al. cellæ ſuę.

Sap. Sirach 25.

Antitheta apta.

A ea, quæ non ſunt tua: ne, quæ tua ſunt, deperdas. Ad opus immoderatum atque im-
menſum ne teipſum impellas: nam cuncta debito modo atque menſura, & ordine
agere, præclarum eſt & †ſalutare. Qui ſuo corde timorem Dei non poſſidet: quam-
uis mel & lac quotidie comedat, quieſcere nō poterit: vir autem fidelis, generosè
ac ſtrenuè omnia ſuffert. Permane in ſuaui iugo Domini, vt moleſtū & graue mū-
di huius iugum †excutias. Cellā fratris tui caue frequentes: ne te, & illum cōturbes.
Si librum vtilem habeas, & fratrem illo vti velle audias; cādidè & ſine inuidia præ-
beto ei: Tu autem chariſſime, ſtudiosè re tibi cōmodata vtere, eamq; ſuo in pace
redde Domino. Quòd ſi cœnobij librum in tua cella teneas: ne proijcias †eum per
negligentiam; ſed ſtudiosè cōplicatum ſerua atq; cuſtodi eum, tamquam Dei eſ-
B ſet. Monachus temerarius præfectum, & fratres dedecorat: at ſapiens reuerebitur
eos. Temperantia carnem macerat: at voracitas mentem craſſam reddit. Non præ-
bet patientiam in cella monacho, ꝙ nō grauatè ſuum opus efficiat: ſed timor Dei,
& mortis atq; tormentorum recordatio, patientem illum reddunt. Satius eſt inſi-
ſtere operi, & orationi, diuinarumq; ſcripturarum meditationi: quàm tempus de-
perdere, & verbis otioſis vacare, vnde detractio oritur. Noli fratrem †tuum, qui ri-
diculis circumfertur rebus, experiri ac prouocare ad agendum: ne tu quoq; de re-
bus ridiculis agere cum illo cogaris. Scriptum eſt enim: Qui irritat aliquem verbis
non ſaluabitur. Qui propria ſeipſum temeritate odibilem reddit, à quo amabitur?
Et qui diligit eos, qui ipſum diligunt; quam mercedem habebit, cùm dicat Domi-
nus: Nonne & †peccatores hoc faciunt? Vir audax ac præceps, turbabit animas fra-
trum: at q in charitate patiens eſt atque longanimis, timet Dominum. Iuniorem †
C laborioſum, ne nimis oneres; & cum ſene ſtulto ne incedas. Sapientes verò ſenes,
poſt Deum, fratrum ſunt firmamētum. Magnum virtutis opus, eſt continentia o-
culorum, ventris, & linguę: at ſi cumuletur benignitate & miſericordia, vt lampas
fulgebit. Quemadmodum qui bonum aliquod, ſibi ipſi in theſaurum recondit: ita
vir qui celebrat ac laudat proximum in abſentia ſua. Dominum Deū time; & bona
hæreditabis. Viam peccatorum ne ingreſſus fueris: iuſtorum verò ſemitas inue-
ſtiga. Si iuſtitiæ vias amaueris; vitam æternam inuenies. Si amaueris quietem; na-
uigationem tuam in trāquillitate perficies. Si ſilentium amaueris; à pluribus dili-
geris. Si auerteris oculos tuos, ne videant vanitatem; mundas in te cogitationes
inuenies. Si continentiam amaueris; fornicationis dęmonem refrænabis. Si ama-
ueris paupertatem; auaritiæ dæmonem in fugam conuertes. Qui aurum in cella
D ſua recondit; theſaurizat ſibi paſſiones ſuperbiæ, & inobedientiæ: at qui orationes
& eleemoſynas ſibi theſaurizat, in Deo ditabitur. Alij poſſeſſiones, & pecunias
theſaurizant ſibi: at tu monache, preces & eleemoſynas theſauriza tibi. Alij in ti-
bijs lætantur, & muſicis: at tu monache, in pſalmorum decantatione, & Domini
celebratione lętare. Alij in delitijs lætantur, & ebrietate: at tu monache, in volun-
tate Domini perficienda lætare. Alij vana oblectantur gloria: at tu monache, in
Deo lætare, qui tibi & omnibus diligentibus ipſum, coronam gloriæ præparauit.
Alij voluptatibus gaudent: at tu monache, in † ſanctitate & continentia lætare.
Vir qui Chriſtum amat, turris eſt inexpugnabilis: perfectus autem in charitate,
murus qui frangi non poteſt. Si de ambulando meditari velis; tacendo meditare,
& inanem gloriam vitabis. Bonum eſt corrigere errantem, & non riſum mouere.
Aquilo conturbat mare: & ſubita ira mentem commouet viri: at longanimitas
expellit iracundiam, impetumque efferueſcentis animi; & ſi ira non adſit, ceſſat
quoque iracundia. Si ædificare frater nolis; ædificata ne deſtruas. Si plantare no-
lis; plantata ne euellas. Si frater quieſcere non velis; alios quieſcentes ne per-
uertas. Si hymnos Domino offerre, atque concinere nolis; alios decantantes, ca-
ue perturbes atque impedias. Loquitur diues, & cuncti ſilent, & verba eius ad
† cælos vſque extollunt: loquitur autem Deus nobis per ſanctas Scripturas, &
tacere, atque auſcultare nolumus: ſed alius garrit, alius dormitat, alius verò
mente diſtractus euagatur. Sed quid dicit Scriptura? Qui auertit aures ſuas, ne
audiat † ſermones Altiſſimi: etiam ipſe Deus precationem eius execratur. Mona-
chus negligens ac piger, in oratione audire † cupit, Amen: at qui ſedulò & vigi-
lanter orationi intentus eſt, non conturbatur. Longè porrò à nobis ſit, quod per
Prophetam eſt dictum: Propinquus es labijs eorum, & procul à renibus eorum

†al. perutile.

†al. effugias.

NOTA.

†al. ne contemptim proijcias illum, ſed, &c.

† al. noli fratrē tuum irriſionibus tentare: ne fortè in neceſſitates atque anguſtias ipſe cōijciaris.

Matth. 5

†vulg. publicani.

†al. iuniorem. monachum ne laboribus nimium graues, & à ſene inſipiente te ſeduci ne patiaris.

Pſalm. 118.

†al. in abſtinentia & ſanctificatione gaude.

Iræ & iracundiæ differentia.

Parœmiæ elegātes & accommodæ, cum antitheſi.

†al. vſque ad nubes.

NOTA:

Prou. 28.

†vulg. ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

†al. exſpectat.

Eſa. 29.

Ne ſcandalo & offendiculo ſis fratri, neque concurras cum eo ad peccandum: vt A nõ iraſcatur tibi Dominus, & in manꝰ te tradat †malorum. Beatus vir, qui in nullare ſcandalizarit proximum: quoniam merces eius magna eſt in cælis; qui † autem indiſcretè ac temerè ſcandalizatur, † ſcãdalizabit multos. Niſi prius ob oculos ſibi homo conſtituerit ſua peccata, in quocumq; loco, quieſcere non poterit. Beatus qui bonam auſpicatus fuerit vitam, atq; ita perfecerit, vt Deo placeat. Scriptũ eſt: qui honorat patrem ſuum, iocundabitur † in filijs; & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorificat patrem, vita viuet longiore, & in die obitus ſui inueniet gratiam. In verbis & factis honora patrem tuũ: vt ſuperueniat tibi benedictio ab † eo. Ne glorieris in contumelia patris tui: non eſt enim tibi gloria, patris confuſio. Gloria enim hominis, ex honore patris ſui: & dedecus † filijs, mater ſine honore. Pro parentibus carnalibus, monache, eos habes qui ſecundum ſpiritum te genue- B rant in Domino; deducuntq́; ad vitam te æternam. Audi frater eum, qui dicit: Fili, in manſuetudine opera tua perfice, & ab homine acceptabili diligeris. Quanto maior es, tanto magis te humilia: & coram Deo inuenies gratiam. Quoniam magna eſt potentia Domini, & ab humilibus honorificatur. † Obductioni autem ſuperbiæ, non eſt ſanatio: frutex enim peccati radicauit in illo. Tria ſunt genera, quę augent vanitatem, & quartum non bonum: inobedientia iuniorum; & ſenes inuidia, ſuper iuniorum profectu laborantes; & religioſus, ſi ad * iniqua declinet; & præfectus, ſi imprudenter fratrum animas premat. Quattuor genera gloriam atq; exiſtimationẽ augent, & quartũ coram Deo & hominibus bonũ: concordia fratrũ in manſuetudine & iuſtitia; & frater fratrem in timore Domini commonefaciẽs; & iuniores, morem ſenioribus, vt Dominis proprijs gerẽtes; & præfectus ſuos fratres, vt ſeipſum diligens, ſalutemq́ue animarum ipſorum in veritate curans. Res C mala atque periculoſa viro eſt ſuperbia, per omnem modum. Noli amare ſuperbiam chariſſime: non enim in ea quid eſt conducibile. Omnis morbus rectè curatus ſanitatem conſequitur: at ſuperbiæ morbus, malum eſt immedicabile: nam ſanitatis remedium à ſe repellit, & mortiferum ſibi ipſi pharmacum effingit: abſit igitur; vt in ſeruis Chriſti Domini reperiatur. Gloria monacho eſt ſermo fidelis, & modeſtus: qui verò ſcurrilibus delectatur, demens eſt ac ſtultus. Feſtiuitas monacho eſt, obſeruatio mandatorum Chriſti: conſolatio verò ipſius, non agere malum. Lætitia & oblectatio monacho eſt, accedere ad Dominum: gloria autem eius, timor Domini. Mundanam † participare philoſophiam non potui: gratiam verò cum remiſſione peccatorum à Domino depoſco. Supra ſmaragdum, & D hyacinthum, & ſupra dolia auro plena, omnemq́ue ſcientiam mundi huius, confiteor tibi Domine pater: quoniam poſtulatis meis non fraudaſti me, & non deſpexiſti deprecationem inutilis ſerui tui. Tu enim deſperatorum ſpes es vnica: & auxilio deſtitutorum adiutorium atque præſidium tutiſſimum. Sit nomen maieſtatis tuæ benedictum in ſæcula. Amen.

ſed alijs vulg.
†al. impiorum.
† al. qui vero facile offenditur, offendet multos.
Sap. Sirach. 3.
†al. à filijs.
Ibidem.
Ibidem.
†vulg. à Deo.
†vulg. & dedecus filij, pater ſine honore.
Ibi. Sap. Sir. 3.
Ibidem.
†vulg. Synagogæ ſuperborum non erat ſanitas.
NOTA.
* al. impia.
Quatuor quæ gloriam & exiſtimationem augent.
NOTA.
†al. mundana præditus eſſe philoſophia nequiui, &c.
Cõfeſſio atque precatio ad Deum.

Poſtulaſti à Domino, monache, quæ decẽt profeſſionem tuam: & infinitè multiplicata largietur tibi. Sine aqua non ædificatur turris: & abſq; cognitione nõ excolitur virtus. Vidi iuuenẽ prudenter conſolantem atq; hortantẽ ſenem: & in hoc demus gloriã Deo. Poſt concupiſcentias tuas, monache, ne ambules; & à deſiderijs tuis prauis cohibearis. Nã ſi animæ tuæ † praſtes propenſam concupiſcentiæ affectionẽ; riſum concitabis inimico tuo. Qui corporis ſui carnes delicatè nutrit, cõcupiſcẽtias malas paſcit; & turpes ei cogitationes nõ deerũt. Caſtiga carnem tuam monache, & in ſeruitutem redige: ne reprobꝰ efficiaris. Quod bonũ eſt, in tua carne exerceas: & citò fructificabis. In fratrũ cõuerſatione quietam agere vis vitam, monache? cõmuni fratrum cõtentus ſis mẽſa; & erit ſanitas carni tuæ, & cura oſſibus tuis: & anima tua detrimentum nõ patietur. Sin autẽ in phialas, & pocula inflexeris oculos tuos: nouiſſimè dolore affligeris, velut à ſerpẽte ictꝰ. Si pium ac religioſum virum manu cibaria tenentẽ cõſpexeris; ne ipſum mẽre tua dãnes, ac iudices: nõ enim noſti, cui iſta apponere velit. Cura monache internum opus; & ne inutiles muros exornes: ſiquidem venuſtas & elegantia cellæ monacho patientiam non præbet. Quæ neceſſitatis ſunt, quæramus: nam ſuperflua, & diſtractionem nobis præbentia, non proſunt. Piger & ignauus monachus, excuſat ſe, & dicit; Hodie hic habito, & craſtino die hinc diſcedo: cur ergo laboribus me fatigo atq;

con-

Sap. Sir. 18.
†al. præbeas beneplacitum tuæ bonitatis, &c.

A conficio? Componaris monache, inſtar mallei & incudis, in mente tua:& affer
cogitationes cordis tui,& reprobas atq; inutiles à te repelle. Qui de pij atq; religi-
oſi lapſu lætatur, hic dupliciter cadet: at qui conuertit hominē ab errore viæ ſuæ,
ſaluabitur. Si peccauerit frater, libenter accuſamus eum: at ſi nos peccauerimus,
reprehenſionem non libenter recipimus. Ne frater pro diabolo, at potius contra
ipſum decerta, à iuuentute tua frater, excipe doctrinā:& vſq; ad canos, inuenies ſa-
pientiam. Monachus obuenientia mala prōptè fortiter ſuſtinere valens, ex parte
dolorem percipiet: at qui tentationem † expectat, abundātiore dolore afficietur.
Propria proditio eſt negligentia, negligentia autem grauis ac dira eſt captiuitas:
at vigilantia, etiam captiuam ducentes captiuitatem, capit & apprehendit. In pi-
gritia manuum ſtillabit domus:& quando † voluerit, in ea manens, ab ipſa fugiet.
B Monachus piger, ne ianuam quidem ſuæ cellæ occludet, donec à vento iactata, cō-
fracta fuerit. at ſobrius ac vigilans, irreprehēſibilis erit. Qui ſuos refręnat oculos,
leuior atq; expeditior erit: at qui huc illucq; retorquet illos, graue ſibi ipſi onꝰ im-
ponet: diſtractio enim concupiſcentiæ, puram ac ſimplicem mentem trāſfigurat,
atq; immutat. Si abreptus, oculos tuos in vanitatem conieceris; celeriter reprime
illos: ne fortè in turpem cōmixtionem incidas. Dum tua vritur caro caue contin-
gas partes pudoris, ne vehementius inflāmationem in te accendas. Beatus qui om-
nem carnalem cōcupiſcentiam vicerit. Malum eſt † cum anima excreſcere cogita-
tionem improbam, quemadmodum & gramen in holerum areola. Numquid in-
ſula in medio mari ſita fluctus abſcindere poteſt, quo minus ipſi allidātur? verum-
tamen inſula fluctibus reſiſtit. Ita etiam nos, cogitationes amputare noxias non
C poſſumus attamen cogitationibꝰ eiuſmodi obſiſtere poſſumus, ſi volumus. Cæte-
rum dicat fortaſſe quiſpiam:& quo pacto interdum per cogitationes ſuperatur a-
nima? ſuperatur, quia nō ſe opponit cogitationibus: ſed permittit eas introire: pa-
buloq; deinde reperto, paullatim animam diſſoluunt atq; euertunt. Quatuor ſunt
mala, quæ difficulter curationem admittunt, videlicet, amor ſui ipſius, auaritia,
vanagloria, & ambitio ſiue cupiditas dominandi, quæ dicere non nouit, ſufficit:
ſed nullum eorum curatu impoſſibile eſt Deo. Antequam malum radices in te a-
gere incipiat, euelle illud;& priuſquam ſurculos ſuos emittat, ex imis foueis radi-
cem ipſius extrahe: nā ſi radices illud in te agere permiſeris, dominium ſibi vſur-
pabit in te. Qui vigilanter attenteq; orat, adurit dæmones: at qui mente vagatur,
illudetur ab ipſis. Qui ſuis abducitur cōcupiſcentijs, & cogitationum oblectamē-
tis, facilè capietur: at qui temperans eſt ac cōtinens, ſaluabitur. Incredulitas dupli-
D citatem animi generat, duplicitas autem negligentiam, negligentia verò obliuio-
nem,& obliuio deſperationem; at deſperatio mortem. Vnde mala in nobis do-
minātur; nōne p̄ noſtrā negligentiam? Nō ſubijciaris membris tuis: vt non domi-
nentur in te membra tua. Quod bonum eſt, in ijs operare,& nō ꝙ malum ſit:& eris
poſſeſſio pretioſa † Domino tuo. Signum animæ pigræ ac negligentis eſt, non li-
benter ſacras audire ſcripturas: anima verò ſobria & vigilans, diuinos lubens ſer-
mones ſuſcipit. Quemadmodum terra ſitit pluuiā: ita lectus bonus ac mollis nu-
trit ſomnum,& carentia † timoris Dei auget illum. Ouis tibi eſt? ne ſimul cum ea
lupum recludas. Et ſi qua in re oppugnat te inimicus, ne intromittas eum in domū
tuam: ꝙ ſi etiam introduxeris, ne mente ac cogitatiōe relaxeris: ſed timorem Dei
ob oculos tibi cōſtitue: ne fortè inimici tui derideant te. Domus ſuper arenam æ-
dificata nō erit ſtabilis,& exercitatio vitæ monaſticæ ſtudio placendi hominibus
admixta, non permanebit: at qui in timore Dei operatur, iacturam mercedis non
E patietur. Tempore orationis, peregrinum † atque extraneum colloquium non
proferas:& à precatione, mens tua non obſcurabitur. Frater, ad pſallendum Deo
conſiſtis? aperi os tuum eloquio Dei. ſecundùm eum qui dicit: Pſallam Deo meo,
quamdiu † fuero. ne fortè interea dum negligenter agis, alienæ cogitationes tu-
am mentem obturbent. Sed dum pſallis ſpiritu, pſalle etiam mente. Magnum
in oratione donum eſt lachryma: abſtrahi autem dæmoniacis cogitationibus,
morti eſt ſimile. Cor à cæleſtibus degenerans cogitationibus, dæmones re-
bus terrenis conſtringent atque implicabunt: quando autem corruptibilia con-
temnet; tunc ea, quæ corruptioni non ſunt obnoxia, comprehendet. In mortici-
nio adducentur ac cogentur vultures: & in anima ſeipſam deſperante, congre-

gabuntur

Iacob.5.

Sap. Sirach.6.

†al. non expectat.

Eccleſ.10.

at aliter vulg.

† al. noluerit.

Oculorum cuſtodia commendatur.

†al. in anima augeri cogitationem peruerſam,&c.

A ſimili.

Quattuor mala quæ difficulter curantur.

Gradatio verborum efficax.

†al. Domini tui.

*ἀφοβία θεοῦ.

Matth.7.& Luc. 6.

†al. à peregrina confabulatione abſtine.

Pſalm.103.145.

†al. ſum.

gabuntur dæmones. Vbi enim cadauer, ibi congregabuntur & vultures. Sur- A
Matth.24.& ſum habeamus mentem, chariſſime: adhuc enim modicum reſtat temporis, &
Luc.17. hinc abibimus: & quæ congregaſti, cuius erunt? Sicut fumus expellit apes: ita ma-
Luc.12. litia cognitionem atque ſcientiam repellit à corde. Nemo delectatur iuſtitia: ſed
†al iniuſtitia. auaritia detinentur multi. Nemo gaudet quòd † iniuria non affecerit proximum:
Sap. Sirac. 35. ſed ſi paruo magna emerit. Ante faciem tonitrui, coruſcat fulgur: & à facie nu-
iuxta LXX. bis duræ ac denſæ, alas contrahit omnis auis. Comminatio apri, in necem ipſum
tradet: & iracundia viri, ruinam ipſi præparabit. Leo capitur propter ventrem
ſuum: & guloſus ob ventris voluptatem conteritur. Equus duri oris, in malorum
manus ſeſſorem ſuum præciptabit: & homo duræ ceruicis, in mala incidet. Tem-
pore niuis, perueſtigatur fera: & tempore tentationis, inueſtigat Satanas mona-
chum: probatio autem monachi, in tentationibus apparet. Cōtende chariſſime, B
†al. theſauri virtutum ſolitariæ vitæ, ſunt repoſiti, &c. vt diſcretionem poſſideas, in qua † virtutes ſolitariæ vitæ ſunt reconditæ. Diſcre-
tionis porrò interpretatio, quid aliud eſt, quàm abſq; ſcandalo & offendiculo cu-
Sap.Sir.3.& ſtodire ſodalem; & meliora, magiſque ad ſalutem pertinentia deligere. Cupis ma-
Matth. 20. gnus eſſe? ſis omnium nouiſſimus. Cupis bonum poſſidere nomen? in lenitate
Pſalm.14. ac manſuetudine, opera tua temperato atque peragito. Time autem Dominum
in veritate: vt bene tibi ſit in nouiſſimis tuis: quia timentes ipſum, glorificat. Noli
monache obſequi inuidiæ; neque inſidiari fratri tuo, & probroſum ei nomen
imponere, volens cum ignominia eum ſuo loco expellere: vt non quæ in alte-
rum moliebaris, ipſe ſuſtineas. qui enim foueam fodit proximo ſuo, incidet in
Eccleſ.10. illam. audiaſque quod ſcriptum habetur: Cadent in retiaculo eius peccatores. im-
Pſalm.140. pleaturque in illo, quod dictum eſt: Omnes qui volunt viuere in Chriſto Ieſu, per- C
2.Tim.3. ſecutionem patientur. Ne excuſationem prætexas frater, dicens, te cum alijs non
facere mala, neque communicare male agentibus: ſcrutatur enim corda & renes
Deus. Si frater tuus chariſſimè è cœnobio egreſſus ſit: ne mente aduerſus ipſum
Pſalm. 7. efferaris, neque ſit infamia notatus in oculis tuis: Ignoras enim, quid ſuperuen-
Prouerb.27. tura pariet dies. Dicentem audi: Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Et rurſus:
1.Cor.10. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem † Deus commendat.
2.Cor.10. †al. Dominus. Nam multi cùm putarent ſe alios viciſſe, ac dominari illis; hi externis magis
externi euaſerunt: Illi autem, quorum deſperata ſalutis ſpes fuerat, gratiam à Do-
mino acceperunt. Nam Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Si vi-
Iacob.4. rum conſpexeris immorigerum & intemperantem, ſuperbum & ſibi ſapientem
huius radix ſemimortua eſt, eò quòd non ſuſcipiat ipſa pinguedinem ortam à ti-
more Dei. Sin autem quietum atque tranquillum, & humilem virum videris; hu- D
ius radicem permanere noueris: quia à pinguedine timoris Dei irrigatur. Tametſi
fratres accidat præfectos noſtros nobis præſentes non aſſiduè adeſſe: Magnus ta-
Matth.18. men ſemper inter nos paſtor præſens eſt. Verax quippe eſt qui dixit: Vbi ſunt duo
vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum ego in medio ipſorum. Attendamus
*ἀσχήμων μοναχός. ergo nobis ipſis chariſſimi. Monachus * indecenter ſe gerens, manus ſuas † in
†al. in hominē inijcit. homines temere conijcit: qui autem aliorum miſeretur, miſericordiam cōſeque-
tur. Opere aliquo fratrem oneras? bonum opus præſtas, ſi tamen laboris ei merce-
Matth.5 dem in charitate Dei reddideris,: non † enim pium atque religioſum eſt, nocere &
†al. Vetat enim pietas atque religio damnum inferre alteri. aduerſari alteri. Qui patientiæ & longanimitatis, atque clementiæ viam inuenit,
is vitæ viã inuenit. Homo diſtractus, inſigni die ſe exercet; & in opificio, ſe verſat
huc atq; illuc, & concutit. Paſſer paſſerem in rete ac laqueũ allicit: & peccator ſui E
ſimiles in profunda malorum adducit. Deuita eos monache, qui otium amant, &
quieſcere nolunt. Fuge monache eos, qui conuiuijs gaudent, & dicunt: Hodie ego
faciam, at tu craſtino die ages. ſi enim eiuſmodi ſermonibus cōſenſeris: vitam re-
ligioſam non perages. Cæterùm imitare eos, qui feruent ſpiritu, quiq; per anguſtã
Matth.7. & arctam viam ambulant: vt vitam ęternam aſſequaris: nam lata & ſpatioſa via, in
†al. ſequentes eam. perditionē ambulantes † in ea deducit. Monachus piger ac negligens, ingruēte co-
*al. gubernatore. gitatione aliqua, recluſus in cella ſua huc illucq; circūfertur, inſtar nauis † guber-
naculo deſtitutæ, qui verò cū patientia vitã quietam degit, inanibus cogitatiōibus
nō abſtrahitur. Qui fratris ſui profectui inuidet, ſeipſum à vita æterna ſegregat: at
Rom. 1. *al. malè. qui ei auxilio eſt, particeps eius erit. Si enim qui † mala agētibus cōſentiunt, vtroſ-
Pſalm.33. que iuſtitia punit: nonne multo magis Dominus mercedē cooperanti cum voluntate

A tate ſua præbebit? Scriptum reperitur: Multæ tribulationes iuſtorum: & ex omni- Pſalm.31.
bus illis liberabit eos Dominus atque etiam multa flagella peccatoris : & mors Pſalm.33.
peccatoris peſſima. Non eſt virtus, cõtumelia accepta ſtupere: ſed potius animad- Prou.20.
uertere, & aſpernari eam, propter pietatem. Ignauus enim, inquit Sapiens, etiam iuxta LXX.
conuitijs exceptus, non confunditur. Satius eſt ſubridendo, iracundiam atque fu- Sap.Sirach.22. iuxta LXX.
rorem præcidere; quam aſpere & crudeliter efferari: Viro autem prudenti, plan- *vulg. certum.
ctus riſu ſuauior eſt ac gratior. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea *vulg ab ipſis.
ſignaculum *verſutum: vt non cadam *per ipſa: & lingua mea perdat me? Domi- Sap.Sirach.23. Matth.10.
ne Pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in concilio eorum; & ne permittas Eſa.64.
me cadere in illa. Dixiſti enim Domine: Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis *al. ſedentis mẽ-
tuis condemnaberis. Nam ſi Propheta dixit: velut pannus*menſtruatæ, omnis iu- ſtruatæ.
B ſtitia noſtra: quid dicam ego, qui in peccatis natus ſum ? Et nunc Domine, ex tuis Sap. Sirach.23.
miſerationibus tota ſpes mea dependet. Propitius eſto mihi peccatori, Domine.† †vulg. Extollen-tiam.
Elationem oculorum ne dederis mihi: & concupiſcentiam malam auerte à me.
Ne fidem fallacibus attribuas inſomnijs, chariſſime: nam multos *deceperunt *al. ſeduxerunt.
ſomnia, in ijsque ſpem ponentes exciderunt. Ad quas enim nos deuenimus men-
ſuras, vt viſiones Angelorum adſpiciamus? Magna felicitas, & gloria, eſt humili-
tas: & non eſt in ea lapſus atque ruina. Signum porrò humilitatis eſt, ambabus ma-
nibus omni tempore ac loco ſubuenire fratri neceſſitatem patienti, non ſecus ac
recipere. Monachus hæreditatem parentum carnalium requirens , in varias di-
ſtractiones incidet: qui autem Chriſtum exquirit, ſaluabitur. Caue dixeris Si con-
ſenuero, vnde ſuſtentabor? De craſtino non eſt permiſſum nobis ſollicitos eſſe: Matth.6.
& de ſenectute tua nunc anxiè atque ſolicitè cogitas? Regnum Dei , & iuſtitiam Ibidem.
C eius quæramus: & omnia hæc adijcientur nobis. Ipſe enim dixit: Nouit Pater Ibidem.
veſter cæleſtis, quid opus ſit vobis , antequam rogetis eum. Si verò iſta pri-
mùm non quæſierimus: iam perſpicuum eſt, nos de his minimè laborare. In Do- Pſalm.54.
minum igitur curam & ſollitudinem tuam proijce : & ipſe te enutriet. Si Do-
minus aliquid in manibus tuis proſperauerit: quaſi ipſe rationes tecum ſubductu- Prouerb.14. &
rus ſit, ſatage. Qui pauperum miſeretur, bonis replebitur : at qui miſericordiæ Matth.5.25.
viſcera cladit, à cæleſti quoque ſponſo excludetur. Qui confidit in homine, non Pſalm.117.
aſpiciet bona : at qui in Domino ſperat, ſaluabitur. Ne ſis aſper in lingua tua: quo-
niam os iuſti diſtillat gratias. Cibi multi craſſam ac ſtupidam reddunt mentem:
bona autem temperantia purgat eam. Attende monache, attende tibi, à con-
uerſatione mulierum. Vide chariſſime, ne forte prætextu atque occaſione
D cuculli, aut analabi, alioue amictu capiatur anima tua : multæ enim ſunt in- Cucullus. Analabum.
ſidiæ fraudulenti inimici. Satius eſt veteres ferre veſtes, & curam habere ani- NOTA.
mæ, in timore Domini: quàm ſplendidè veſtiri, & turpiter, atque inhoneſtè in-
cedere. Qui Dei cuſtodit mandata, ſeipſum diligit: at qui ea contemnit, animę
ſuæ detrimentum adfert. Vir ebrioſus, & iracundus, conturbat animas fratrum:
& dedecus eius perpetuò cum ipſo eſt. Impone vlceri malagma: & iuniori mo- *ἔρημος χαθί-
nacho pietatem non fictam. Ad*interitum ruit monahus nouitius, propri- ςατα.
am ſequens cogitationem, & expertorum admonitionem non recipiens. Error
prauus nouitio monacho, eſt inobedientia: ſubmiſſio autem atque obedientia in
Domino, munit protegitque fortia. Vir ſuperbus & immorigerus, dies adſpici-
et amaros: at humilis & patiens, omni tempore lætabitur in Domino. Magna
E tes eſt, virum inuenire patientem, & humilem : & pulchritudo eius im-
menſa. Non contradicas veritati : & te tuæ inurbanitatis atque immodeſtiæ Sap.Sirach.4.
pudeat. Non confundaris confiteri peccata tua. Et, ne dixeris : peccaui , & Sap.Sirach.5.
quid*noui mihi accidit? Dominus enim patiens eſt, & longanimis. Ne tardes *al. quid mihi accidit triſte?
conuerti ad Dominum , & ne differas de die in in diem. Memineris non tardare Sap.Sirach.5.
iram eius. Non ſit exporrecta manus tua ad accipiendum , & ad dandum col- Sap.Sirach.4.
lecta. Monachus prudens, in charitate ſeipſum circummuniet : at inſipiens , o-
dium ſibi accumulabit. Qui extollitur aduerſus fratrem ſuum, à dæmonibus il-
ludetur. Noli perpetuò contemnere fratrem tuum . quoniam ſcriptum habetur:
Multi tyranni ſederunt in throno ac ſolio: & inſuſpicabilis portauit diadema. Sap.Sirach.11.
Sis hilaris in iuſtitia: ad peccatum verò potius triſtis. Aegritudo animæ, eſt am-
bitio: Vana autem gloria,* morbus malus. Egreſſus es cella tua monache, ad mi- †al. paſſio ma-la.

niſteri-

niſterium? cuſtodi ſenſus tuos; vt non concilies tibi ipſi bella & perturbationes, A per cogitationes improbas. Vbi non eſt, inquit, ſepes, diripietur poſſeſſio: & vbi non eſt patientia, ingemiſcet errans. Multas excuſationes ſibi piger coaceruabit monachus: & ſomnolentus, in mala decidet. Monachus auarus, inſtar palmæ eſt infructuoſæ: at inops ac pauper, velut palma detonſa eſt in altum aſcendens. Monachus qui rerum terrenarum † amore capitur, ſimilis eſt accipitri extenſo,† & loros ac vincula ſuis pedibus capienti, qui vbicunque conſederit, implicatur: at qui à rebus materialibus † eſt alienus, viatori accincto & expedito eſt ſimilis. Multi apud ſe videntur eſſe prudentes: ſed intelligere nequeunt, eam quam putant prudentiam, detrimento animæ ſibi futuram. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium bonum in anima † timorem Dei reſpuente: B Sapientia autem vera eſt, cuncta ſecundùm Deum agere. Guttur dulce multiplicabit amicos: &, qui diligit Dominum, conſeruabit vias eius. Honora fratrem coram notis atque familiaribus ipſius: & coram Dòmino, in pretio atque honore eris. Oeconomus fidelis, lucrabitur animas fratrum ſuorum: mens autem atque animus eius, qui memoria conſeruat iniurias, diſperget illos. Prudens œconomus, iuſtè partietur: imprudens autem atque inſipiens, pugnas præparabit. Monacho inſatiabili, non ſufficiet quod æquum ac iuſtum eſt. Et loquax, turbas concitabit: qui verò timet Dominum, quietam vitam ducet. Oeconomus ebrietati deditus, deijcietur à gloria: at temperans, & † modeſtus ac humilis proficiet in gloria. Ne tibi ægritudinem prætexas monache, cùm ſanus ſis, quoniam ſcriptum eſt: Et deſiderium eorum, dedit ipſis. Ne aſpernemur, fratres, gratiam Domini præbentis nobis fortitudinem ad operandum bonum: ſed C hoc in ea operantes: gratias ſemper agamus Domino. Qui proximum deridet, velut detractor habetur: detractio autem, apud Deum, & homines, eſt odioſa. Qui exacerbat proximum, ſuſcitat iracundiam: at qui pacificat, perbeatus eſt; quoniam filius Dei vocabitur. Senes honora propter Dominum: & inueni egenti compatere: & mercedem à Domino accipies Scriptum reperitur: Nolite operari cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Manus tuæ, quod bonum ſit, operentur: vt & neceſſitatem patienti diſtribuas, & cor tuum ſemper directum ſit ad Dominum: & cibum permanentem operaberis, & non pereuntem. Operare frater, & ne obambules: magnam enim improbitatem docet ſegneties. Monachus murmurator, multa patietur damna: at qui ſtrenuè † tolerat, in nouiſſimis diuitias ſuas reperiet. Miniſter prudens, non negliget opus ſuum: & qui timet Dominum, non erit ſcandalo fratribus ſuis. Fugis chariſſi- D me eos qui iaculis petunt corpus? at fuge potius illos, qui in animam ſagittas iaculant. Fugis ſerpentem mordentem corpus? at fuge magis mulierem, quæ animam mordet. Qui pulchritudinem explorat mulieris; concupiſcentiam venuſtatis ipſius ſuæ inſerit animæ: & qui aſſiduæ præ foribus domus eius verſatur: ſimilis eſt ei qui in glacie deambulat: quia non longè ab eo abeſt lapſus atque ruina. Ignem fugis chariſſime, vt non comburat corpus tuum? fuge quoque peccatum; ne corpus tuum ſimul cum anima comburat in igne inextinguibili. Sicut duo pugiles: ita monachus, qui cum muliere verſatur: at qui ſobrius eſt, & E vigilans, ſpoliabit, & non deſpoliabitur. Ianitor fidelis, poſt Deum, eſt cuſtos animarum: at infidelis, etiam ſuam ipſius animam abijciet. Tempus quod in ſolitaria tranſegimus vita, computamus: ob negligentiam verò in ipſa à nobis admiſſam, ignorantes extollimur. Laus eſt viro non tempus dumtaxat, ſed in bono profectus: profectus autem, non canicies; ſed vitam rectè & cum virtute traducere. Magiſtratus † & honorem militi, ſcutum, framea, & galea pariunt: & monacho nouitio, fides, pœnitentia, & charitas. Fides generat caſtitatem, humilitatem, obedientiam, & longanimitatem, atque temperantiam: pœnitentia autem lachrymas: at charitas patientiam, & ſpem. Qui aſſiduè ex vna in aliam cellam tranſit atque digreditur, inanes ſibi cogitationes acquirit: at qui vno in loco ſuſtinet, magis quietè viuit. A iuuentute tua chariſſime, diſciplinam tibi elige: & vſque ad canos, prudentiam inuenies. Ab initio iuuentutis tuæ, ſemina agrum tuum, & cura eum: ne fortè ſpinæ in ipſo, tamquam in terra inculta, ſuccreſcant. Fructum in eo bonum facito: & ei, qui vires tibi ſuppeditat, da gloriam.

Sap. Sirach 36. ſed aliter in ſacro cod.

*φίλουλος.

† al. qui loris ac vinculis pedes implicat.

*ἄυλος.

† al. quæ ſecundum Deum non agit.

Eccleſ. 6.

† al. manſuetus.

Pſalm. 9. 77. 80.

Prouerb. 15. 16.
Matth. 5

Ioan. 6.

Epheſ. 4.

† al. iugum obedientiæ ſuffert.

Sap. 4.

† τὰς ἀρχάς.

Sap. Sirach 6.

triam. Aquæ augent fœnum; & conuerſatio ſecularium, paſſionem ſuperbiæ: qui autem timet Dominum, non effertur. Si gratiarum donis effectus ſis dignus, ne propterea ſuperbias: nihil enim habes boni, quod à Deo non acceperis: & ſi ſecundùm eius voluntatem non ambulaueris, proprium à te auferet, & meliori atque vtiliori illud donabit: & tunc ſimilis efficieris ei, qui propulſat & abijcit calamum qui lituræ cuiuſpiam cauſſa fuerit. Quemadmodum duo in eodem loco galli: ita duæ ſimul cogitationes in corde monachi. Recede ab alienis, & quieſcet anima tua. Vir ſapiens cuſtodiet mandata: & qui obſeruat ea, paradiſum æternarum delitiarum poſſidebit. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: ſuper aurum verò & argentum, gratia bona. Animam torpentem conſolare ac cohortare: & Dominus cor tuum confirmabit. Si poculum vini poſt orationem opportunè acceperis; ſtudioſè ad cellam tuam vade, & clauſo oſtio gratias age Domino, qui iugiter tibi diſpenſauit, & diſpenſat. Nam ſermones à prandio multiplicare, ſpectra & peccata generat. Vir ebrius agit & loquitur veſperi, quę non oportet; & quorum diluculo pœnitet: qui ſi rurſus vinum inuenerit, ad eadem relabitur. Si ſemel malùm expertus ſis, obſerua te in poſterum. Scriptum quippe eſt: Omnis qui natus eſt ex Deo, conſeruat ſeipſum; & malignus non tangit ipſum. Noli vinum bibere ad ebrietatem chariſſime, etiamſi vehementer te orent, qui adſunt amici. Nam ſi te vinum ſuperauerit: præ cunctis, qui hortatores tibi fuerant, in te ſcandalizabuntur. Attende porrò, ne ab obliuione † occuperis. Laborat & angitur ventri deditus, conteriturque dum ventrem ſuum cibis replere ſtudet; & vbi comedit, circa digeſtionem torquetur: Temperantiam verò ſanitas ſequitur, & ſobrietas, atque vigilantia. Monachus vagus non erit inuulneratus, niſi animo excubauerit: qui autem patienter in quo vocatus eſt loco permanet, maiorem requiem inueniet. Qui paruipendit exigua, paullatim cadet: & pigritia ſenſim, inuitam atque odioſam paupertatem generat. Noli recuſare ſanctorum virorum admonitiones, quantumuis intelligens ſis ac prudens: nam in eo, cognitionis atque ſcientiæ fructus cernitur. Indignum eſt monacho, in conuenticulis verſari: & merces eius, dolor, & pœnitentia. Scriptum quippe eſt: Dum laudantur iuſti, lætantur populi: nomen autem impiorum extinguitur. Et rurſus: Laudet te † vicinus, & non os tuum: alienus, & non labia tua. Et iterum: Probatio auri & argenti, ignitio. homo autem probatur, per os laudantium ipſum. Filius intelligens, cuſtodit legem: qui autem paſcitur luxu, dedecorat patrem. Honora cunctos propter Dominum, honorem tibi non repetens: & gratiam à Domino inuenies. Scriptum habetur: Qui non reueretur facies iuſtorum, non bonus: & qui talis eſt, bucella panis vendet virum. Et rurſus: Beatus vir, qui † veretur omnia per metum: durus autem corde, incidet in mala. Viri amantis ſapientiam, lætatur pater eius: qui autem paſcit meretrices, diſperdet diuitias. Satius eſt paſci diligenter, quàm paſcere negligenter. Et, melius eſt ſtudioſè addiſcere; quam docere, & agere quæ non oportet. Qui ſeipſum inſtituit, etiam alios inſtituit: & qui ſeipſe docet, etiam proximum docet. Noli nimium onerare fratrem tuum: nam ſi onus iumento tuo impoſueris, quod vires ſuperet, in medio viæ deficiet, atque ſuccumbet. In omnibus, quæ acciderint tibi, prudenter tegere: & auxilij memineris tibi allati à Domino. Ne turpibus locutionibus aures tuas præbeas: vt mens tua non inquinetur. Sicut enim oculis obeſt fumus: ita turpis ſermo nocet animæ. Si fornicationis te ſpiritus turbet: increpa eum, dicens: Dominus te † deſtruet, qui peſſimo fœtore plenus es, dæmon immunditiæ. Nouimus quippe eum, qui ait: Sapientia carnis, † inimicitia eſt in Deum. Non eſt ſapientia, non prudentia, vbi Dei timor non eſt: nam ſatietas ſapientiæ, eſt timere Dominum. Scriptumque reperitur: Lux iuſtis aſſiduè: lux verò impiorum extinguitur. Arbor vitæ, deſiderium iuſti: qui autem reprehenſiones odit, demens eſt. A multiloquio non effugiet peccatum: parcens autem labijs, ſenſatus erit. Cogitationes iuſtorum, iudicia: gubernant autem impij dolos. Qui honore præuenit proximum ſuum, honorem inueniet: at qui non reueretur faciem fratris ſui, cum labore atque moleſtia corripietur. Si cum fratribus comedis; ſecundùm canonem ac regulam, demittete in patinam. Nam & turtur, & hirundo, & agri paſſeres, cuſtodierunt

1.Cor.4.
Matth.13. & Luc. 8.
Prouerb. 22. & Eccl.7.
1.Ioan.5. at aliter vulg.
Contra ebrioſos.
† al. vincaris.
Prou.10. 29. iuxta LXX.
Prouer.27.
† al. proximus.
Prouerb. 28.
Prou 28. at aliter vulg.
† vulg. qui ſemper eſt pauidus.
Prou.29
† al. perdat.
Rom.8.
† vulg. inimica eſt Deo.
Prou. 13.
Prou.11.12.
Prou. 10.
Prou.12.
Hierem.8.

tempora ingreſſuum ſuorum. Demitte te, neque iuueniliter agas, propter mino- A
res & iuniores te. At tu chariſſime, cùm totum diem ieiunus tranſigas, etiam
in momento temporis commoueris? Suaue tibi eſt otium: ſed vltima eius ama-
ra. Cum labore opus tuum exerces: ſed poſterius lætaberis. Scriptum eſt: Abo-
minatio Domino, labia mendacia: qui † autem facit fidem, acceptus ei erit.
Qui multiplicat verba ſua, abominabilis erit: qui verò os ſuum tenet ac repri-
mit, diligetur. Si virum aliquem negligentem, conſpexeris ad virtutem reſipi-
ſcentem: tu caue, cogitatione relaxeris; imò magis viriliter agas, & tentationis
tempore amplius decertes. Monachi, caueamus excedere humilitatis menſuras:
ne fortè dum videmur conſentanea facere, noſtram ipſi religionem obſeruanti-
amque corrumpamus. Quapropter etiam dãna, pœnaſque illatas pro nihilo du-
camus, propter eum, qui dicit: Seruum Domini non oportet contendere ac liti- B
gare; ſed manſuetum eſſe ad omnes. Et iterum: Beatus qui in omnibus ſemper eſt
pauidus. Et: ne feſtines in ſpiritu tuo iraſci: quia furor in ſinu impiorũ requieſcit.
Scriptumque habetur: Filius aſtutus, obediens patri: filius autem inobediens, in †
ignominia. Qui cuſtodit os ſuum, ſeruat animam ſuam: at qui immodeſtus
ac petulans eſt labijs, perterrefaciet ſeipſum. Filio doloſo nullum erit bonum:
qui autem conſeruat mandata, perbeatus. Lex ſapientis, fons vitæ: qui verò de-
mens eſt, laqueo morietur. Qui incedit rectè, timet Dominum: at qui per-
uertit vias ſuas, ignominia afficietur. Quæres ſapientiam apud malos, & non
inuenies: gratus autem † ſenſus, apud prudentes. Paradiſus † ſepimento carens,
dum calcatur, deſolatur: & qui non cuſtodit os ſuum, deperdit fructus ſuos.
Qui confidit in diuitijs, corruet: at qui ſuccurrit iuſtis, hic † exorietur. Qui diſſi- C
pat ſubſtantiam ſuam inſipienter, egenus efficietur: qui verò in fide Domini
eam diſpergit, non † deſeretur in æternum. Scriptum quippe eſt: Diſperſit,
dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabitur
in gloria. Qui multiplicat diuitias ſuas cum vſuris, & excreſcentijs; ei qui miſe-
retur inopum, congregat eas. Quantum elatus eſt homo in ſuperbia cordis
ſui, tantum calcat terram ex qua ſumptus eſt: quodque rurſus eſt admirabi-
le, & in terram reuertetur: exaltat autem Dominus humiles. Fumus fugat apes:
& memoria iniuriarum, cognitionem à corde depellit. Roga Dominum, & la-
chrymas coram bonitate eius effunde: & recordatio iniuriæ non demoretur in
anima tua: eritque oratio tua ſicut incenſum in conſpectu eius. Scriptum eſt: Im-
mundus apud Dominum eſt omnis elato corde: humiles autem ſpiritu excipiet
gloria. Et rurſum: Occaſiones quærit vir, qui vult recedere ab † amicis: in om- D
ni autem tempore erit ignominioſus. Sic quoque monachus, volens à manſione
ſua ſegregari, præfectum & fratres accuſat ac culpat. Scriptum legitur: Eſt via
quæ videtur apud homines recta eſſe: nouiſſima autem eius vadunt in fundum
inferni. Et denuò: Suis itineribus ſaturabitur temerarius; & de cogitationibus
ſuis vir bonus. Nos, inter nos adhortemur & conſolemur, chariſſimi: inuicem
ſeruiamus: inuicem nos admoneamus, & reprehendamus in timore Domini,
donec in † portu vitæ nobis mutuo occurramus. Monachus ventri deditus, mul-
ta † anxiè & ſollicitè cogitat: at qui temperans eſt, capreæ in agro ſimilis reddi-
tur. Sicut piſcibus aqua: ita monacho vita quieta, in humilitate & charitate. Co-
meatus monacho in via, pietas & religio in timore Dei. Timor autem Domini,
aurum probatum: cuius poſſeſſor numquam deſeretur. Conantur inimici deti-
nere cogitationem tuam monache, dum in peregrinatione hoſpitioue quid au- E
dire de parentibus tuis carnalibus atque propinquis contingit: ſuperabundabit
autem tibi gaudium & conſolatio in regno cælorum, ſi ad finem vſque perſeuera-
ueris in miniſterio Domini. Qui pacificè viuere cupit in omni loco, non pro-
priam requirat requiem: ſed eam quæ alterius, in Domino; & requiem inueniet:
at qui irritator eſt malignus, numquam quieſcet. Non ante peccabit quiſpiam,
quàm Dei timorem contempſerit. Cupis non peccare? Timorem Dei ſerua.
Puta autem peccatum eſſe inſtar montium ſublimium, aut pelagi maris flucti-
bus ac tempeſtatibus pleni; aut tamquam flammam ignis, quæ incidentes in
ipſam, comburit atque abſumit. Solertia quippe inimici * imminuit peccatum
in oculis tuis, donec in illud incideris. Noli peccare, & patrem tuum ne cauſ-
ſeris

Prouer.12.
*Vulg. qui autem fideliter agunt, placent ei.
2.Tim.2.
Prou.28.
Eccl.7. iuxta 70.
Prou.13.
*al. in perditione.
Prou.14.2.
†al. intellectus.
*al. Hortus.
Prou.11.
†al. germinabit.
†al. non deficiet.
Pſalm.111.
Prou.28.
Luc.1.14.
Prou.15.29.
Prou.18.
†al. a fraternitate.
Prou.14.16.
Ibid.14.
† al. ad portum vitæ.
† al. in multis erit ſollicitus.
†al. extenuat ac deprimit.

A ſeris atque prætexas: nam Samuel apud Heli permanſit: & Giezi, apud Eliſæum. 1.Reg 2.3.
Paſtorem te conſtituerunt? caue, in ouile tuum lupos introduxeris corrum- 4.Reg.4.5.
pentes ac diſcerpentes: ne deſolatum tuum ouile reddant: cumque princeps
Paſtorum venerit, non placebit ei. Repelle ab ouibus tuis quamcumque rem ipſis
contrariam ac noxiam: & nequaquam voceris operarius fraudulentus. In medio
fratrum, Præfectus honorabilis: & qui timent Dominum, in oculis eius. Priuſ-
quam rem aliquam aggrediaris, exitum eius cognoſcas: & tamquam anteſigna-
nus, oppugna Satanam. Scriptum eſt enim: Omnis † qui natus eſt ex Deo, non 1.Ioan.5.
B peccat: ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum. Non qui- †al. quia omnis qui natus eſt ex
dem graue ac difficile eſt, incidere: ſed graue & periculoſum eſt, in eodem pec- Deo, ſeruat ſe-
cato perſeuerare. Si contentio ac pugna inter duos fratres acciderit; qui prior e- ipſum, & mali-
orum reſipuerit, coronam victoriæ accipiet: coronabitur autem & ſecundus, ſi gnus non tangit eum.) ita ad ver-
pœnitentiam non reſpuerit; ſed promptè quæ pacis ſunt, curauerit. Signum bum hic S. Ephræm.
immodeſtiæ in monacho conſidente in medio fratrum eſt, nudare ſuas tibias:
at qui verecundus eſt, honeſte decenterque † ſedebit. De multiloquio id noueris †al. ſe compo-
monache, quòd infinitorum verborum atque ſermonum tandem finis ſit taci- net.
turnitas. Occupato igitur lucro, fuge damna. Contemne monache, quæ ven-
tris tui ſunt, & inuenies requiem. Deijcit ac deturbat ſuperbia: at humilitas aſſe- Luc.1.14.
quitur brauium. Si quempiam, chariſſime, in tuam introduxeris cellam, con-
tende abſque ſcandalo eumdem emittere, hoc eſt, quòd nihil præter timorem
C Dei agatur: vt non ſis ipſi † forma & exemplum impij alicuius operis. Ait enim
Apoſtolus: Sine offenſione eſtote Iudæis, & gentibus, & Eccleſiæ Dei. Hono- †al. auctor ac cauſſa nefarij
ra omnes Monache, non propter remunerationem, ſed propter Dominum. alicuius operis.
Sine putrefactione non reuireſcit vermis: & abſque diligentia, non contabeſcet. 1.Cor.10.
Sine negligentia non renaſcitur contemptio: & ſine diligentia non euelletur.
Time igitur Dominum, & inuenies gratiam. Non te comperiat inimicus mo-
nache aliquid agentem, quod profeſſioni tuæ repugnet. Neque vmquam deter-
reat te vir, qui ſtudio placendi hominibus deditur, multis placere atque gratifica-
ri conatur, ſed non propter Dominum: at qui Dominum timet, ſeruat mandata
eius. Qui timet Dominum, non offendet: quoniam in lumine mandatorum
ipſius ambulabat. Ira & furor viri, fouea eſt ipſi: & qui vincit iram, etiam fo- Sap.Sirach 27.
ueam tranſgreditur. Qui in officio continet populum ſuum pacem cum ex-
ternis habet: at qui in † illo confidit, inimicitias ſibi multiplicat. Beatus vir, qui
D in ſpiritu manſuetudinis, iugum Chriſti traxerit vſque ad finem: grauis quippe & †al. qui ſibi ipſi nimium fidit.
periculoſa eſt ſuperbia. In pace & charitate fratrum, Dominus inhabitat:
*fraudulentum verò, oblectat inimicitia eorum. Quouſque terra ſparſum in ea *al. inimicum.
ſemen abſcondet? donec † odorem aque perceperit. Mandata Domini, chariſſi
me, occultè exerceas: & palam atque manifeſtè reddet tibi. Monachus piger & ſui †al rorem atque humorem aquæ
amans, viſo opere abſcondit ſeipſum; & in prandio ſeſe inter primos refert. ſenſerit.
Non ſeipſum humilibus anteponit fratribus prudens monachus: ſed typus ac
forma fit fidelium. Crudelis & abſque miſericordia eſt, qui infirmis non com-
patitur. Beati enim miſericordes: quoniam miſericordiam ipſi conſequentur. Matth.5.
Oeconomus fidelis non locupletabit fratres ſuos: & qui vitam virtutibus orna-
E tam ducit, cuncta ſecundùm Deum agit. Ne vexes locantem operam ſuam: &
mercedem operarij caue retardaueris, detinuerisve. Memineris quòd ſeruierint
tibi: quare redde eis mercedem in tempore, & mercedem in tempore recipies. Iacob.5.& 1.Tim.5.
Qui reprehenditur, & tacet in nequitia ſua, iniuriarum memoriam abſcondit in
corde ſuo: at qui cum pace & manſuetudine reſpondet, immemor erit iniutæ.
Immorigeratus ſubſannat ſenes: at morigerus diligetur, & qui amat diſcipli-
nam, diligit vitam. Quemadmodum pruinæ, & niues tabefaciunt herbas ac
gramina: ita peccatum cor eius corrumpit, qui operatur illud. Et, ſicut vireſcit
ac germinat ſemen, ſuperueniente pluuia: ita refloreſcit cor hominis in operi-
bus bonis. Vir iracundus & vociferabundus, ad iuramenta procliuis eſt: qui verò
quietem ſectatur, intelligens eſt ac prudens. Quid porrò eſt iracundia? Iracun- Iracundia quid
dia, perturbatio eſt impudens & inuerecunda, cui dolor ſuccedit & pœnitentia. ſit.
Triſtitia cor deuorat incidentis in eam. Non afficias mœrore cor tuum: ſed
conſolare teipſum in Domino. Perfidia duplicitatem cordis generat: duplicitas Climax oratoria elegans.

autem cordis hæreſim introducit: hæreſim verò error ſequitur. Qui igitur in A
errorem impegit; magna proclamet voce ad Principem Paſtorum, & Saluatorem
animarum noſtrarum: vt conuertens, congreget ipſum in caulam ouium
ſuarum. Ne ſis curioſus chariſſime, dicens: quomodo iſtud, vel illud? ſed crede
†al. Deo.
† Domino, & ipſe mentem tuam illuminabit. Secundùm enim analogiam ac
proportionem fidei, etiam gratia habitat in anima. Nam fidelis Dominus in
Pſalm. 144. Ioſue 6. & Iudic. 7.
omnibus verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Tubæ ductiles ſonuerunt
in caſtris filiorum Iſrael in deſerto: at prædicatio Apoſtolorum apud omnes
gentes audita eſt. Sicut tuba ſignificationis: ita vir fidelis. Palmes Chriſti,
vir qui agit ea, quæ fides docet. Quemadmodum racemus in terram detractus,
inutilis redditur: ſic etiam mens atque cogitatio hominis, rebus diſtracta terrenis, B
ad virtutem inepta efficitur. Qui turbationes ſectatur atque tumultus, ſubitò
adueniet eius perditio, ſciſſura, & contritio incurabilis: quoniam in omnibus
ijs lætatur, quæ odit Dominus: at qui pacem amat, poſſidebit pacem.
manſuetudo autem viri, auerſatur iracundiam. Si calumniam in te torqueri
contigerit, & poſtea puritas conſcientiæ tuæ apparuerit: ne ideo altè ſapias, atque
ſuperbias. ſed Domino in humilitate ſeruias, qui te ab hominum liberauit
*ἐξαίσιον πτωματίσῃς.
calumnia: vt non ingenti * ruina corruas. Sicut glandes nutriunt porcos: ita
malæ cogitationes, prauas nutriunt concupiſcentias. Sicut venenum aſpidum:
ita ſe habet iracundia, & iniuriarum recordatio: quoniam & formam atque aſpectum
immutat, & mentem conturbat, & neruos diſſoluit; & ad operandum imbecillitatem
affert: at manſuetudo animi, & charitas, hæc cuncta à ſe proijcit. C
Iniuriarum memoria, vt deleatur.
NOTA.
Quanam re iniuriarum memoria delebitur? commemoratione timoris Domini,
ac diei mortis. Memorare chariſſime nouiſſima tua: & iraſci deſine. Mortem
dum tecum cogitas atque expendis, ne elato ſis animo: adhuc enim modicum,
& ad ſepulturam defereris: & hæc improba actio quid tibi proderit? Infirmum
Matth 9. & Marc. 2. Luc. 5. Rom. 15.
chariſſime ſuſtine: non enim qui valet, tua opera indiget. nam ſcriptum eſt:
Non egent qui ſani ſunt medico: ſed qui malè habent. Et vos, qui firmiores eſtis,
imbecillitates infirmorum ſuſtinete. Si virum magna potitum dignitate
ſuper terram conſpexeris; de hoc ne admireris: at magis illum ſuſpicias, qui
terrenam gloriam odit ac deteſtatur. Si in oculis tuorum fratrum, inſtar auri
purus apparueris; tu teipſum vt vas inutile exiſtima: & ſuperbiam, Deo & hominibus
deteſtabilem, vitabis. Monachus iunior per cellas fratrum oberrans,
non ſolùm otium addiſcit; ſed etiam vt nugator & curioſus, multa loquitur quæ
non oportet: at qui vitam quietam in humilitate ſectatur, diligetur. Cum fratre D
malam famam habente noli vinum ſimul bibere: neque inſolenti homini applaudas,
atque immorigero: neque cum quoquam improperijs agas. Teipſum caſtum
ſerua. fuge autem conuiuia: ne dolore affligaris in nouiſſimis tuis. Si infirmus
ſis moribus; ne teipſum alteri coniungas, mentis atque cogitationis infirmitate
detento, hoc autem dico, non vt quempiam tamquam peccatorem abominer:
ſed ne fortè vtraque parte laborante ac malè habente, accipias tu detrimentum
propter illum, ille propter te. Si autem valeas exhortari ac conſolari
alterum in Domino; accede, & mercedem inuenies. Si fratrem peccantem aſpexeris;
& poſtero die eumdem videris: ne ipſum vt peccatorem, tecum reputes:
ignoras enim an te abſente, poſt lapſum bene operatus ſit; & cum ſuſpirijs, atque
gemitibus, amariſque lachrymis Dominum placauerit. Quare oportet ab alijs
iudicandis nos abſtinere: decet autem vnumquemque noſtrum humiliare ſeipſum. E
Pſalm. 37.
ſecundùm eum qui dicit: Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput
meum, & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me. Omnia ligna ſyluæ condenſæ
non ſufficient igni: & caro non ſaturatur requie. Timor Domini paradiſus
delitiarum: vbi verò non eſt timor Domini, ibi vulpes habitabunt. Si frater tuus
oppugnatus, monache, profugerit, ex monaſterio, exieriſque ad requirendum
ipſum; illo reperto, pacificè reſponde ei: vt non dolorem addas ſuper dolorem
Galat. 6.
animæ ipſius; conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Si chariſſime, artis medendi
peritus ſis, & morbis remedia adhibes; prudentem ac vigilantem te præbe,
Rom. 14.
ne fortè dum alios curas, teipſum malè affectum demonſtres. cùm dicat
†al. veſtrum.
Apoſtolus: non blaſphemetur bonum † noſtrum. Bona, frater, iecisti principia

bene

A bene perficere contende: vt mercedem plenam recipias. Domine vniuerſorum
corà ſubiectione & diſciplina patris alienum ne dederis mihi, & cogitationes ſu-
perbiæ repelle à me: Tu enim Domine increpaſti ſuperbos. Scriptum eſt: Con- Pſalm. 118.
gregationi amabilem te facito, & magnati humilia caput tuum. Et de anima tua Sap. Sirac. 4.
ne confundaris: eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio * gloria, & Ibidem.
gratia. Ne commoueas fratrem aduerſus fratrem eius per calũniam: non enim * vulg. adducẽs glotiam & gratiam.
charitatis eſt, cõcitare proximum ad perditionem animæ. Pacificus eſto, vt filius
Dei vocari promerearis. Cupis diligi chariſſime, dilectione Saluatoris noſtri Ie-
ſu Chriſti? omnem * amicitiam deteſtare & auerſare carnalem, quæ hæc in ſe cõ- * al. amorem & affectionem.
tinet: gaſtrimargiam ſiue gulæ concupiſcentiam, vinolentiam * atq; ebrietatem, * οἰνοφλογίαμ.
luxuriã, inuidiam, nequitiam, petulantiam atq; laſciuiam, paſſionẽ ac perturba-
tionem, oppreſſionem, triſtitiam, & his ſimilia: horum autem omiũ finis, mors
B eſt. At quæ in Chriſto eſt dilectio, iſta complectitur: benignitatem, doctrinam ac Rom. 6.
diſciplinam, ſcientiam atq; cognitionem: finis verò iſtorum, eſt vita æterna. Ad- Ibidem.
hæreas chariſſime viro timenti Dominum, vt te * timere Dominũ edoceat: cum * al. timorem Domini.
contemptoribus autem conuerſari non ames. Suſtine dilecte Dominum, vt ipſe
te exaltet: nam gloria huius mundi non * perſeuerat. Semper Dominũ præ oculis * non permanebit.
habe, quoniam ſaluat ſperantes in ipſum. Vir armarus, formidabilis in bello eſt:
& qui fide indutus eſt, inuiſibilibus inimicis tremendus. Vir demens ac ſtultus di-
cet: quis me terrebit? at qui modeſtus eſt ac humilis, inuenitur prudens. Materia
ignis, ligna ſunt: materia verò iræ atque furoris, ſuperbia. Vis mitigere atque leni-
re iracundiam? apprehende humilitatem, & in via manſuetorum atque humiliũ
ambula. Si irritamenta atque exacerbationes inter fratres acciderint, ibi pacifi-
C cator beatus: at qui eos ad contentiones accendit, haud impunis euadet. Lapis
arenoſus, & anima infidelis, paulatim diſſoluentur: in viro autem fideli, cogita- * al. viri autem fidelis.
tio atque conſideratio erit immobilis. In viro manſueto & humili * requieſcet Eſa. 66.
ſpiritus ſapientiæ: diligit aũt Dominus eos qui in ſapientia ambulant. Vide cha- * al. requieſcit.
riſſime, ne dum ampliores cõſequi honores appetis, ignominiæ notam tibi con-
trahas. Honor verè eſt homini, cuncta ſecundum Deũ agere: at magna infamia,
præcepta eius tranſgredi. Paſtor temulentus, non * ſaluabit oues ſuæ fidei com- * al. cõſeruabit.
miſſas, & ſomnolentus, facilè & ipſe à beſtijs capietur. Nam in manibus ebrij, ſpi-
næ creſcunt: anima verò cõtinentis ac temperãtis, aſſiduè procidit Deo. Aurum
non præbet patientiã, at fides eũ firmat, qui poſſidet illã. Error viro, neſcire ſcrip-
turas: dupliciter verè errat atq; decipitur, qui nouit eas, & cõtemnit. Teipſum co-
D hortare ac cõſolare chariſſime, & patientẽ in omni tribulatione te præbè, ne for-
tè dũ ſæpius te alij hortantur ac cõſolantur, ſuperbus efficiaris. Dicit enim Apoſt.
Cõſolamini inuicem quotidie, donec conceditur appellari hodie: ne quis veſtrũ Adludit ad 1. Theſſ. 4.
fraude atque impoſtura peccati obdureſcat. Participes enim Chriſti euaſimus, ſi
principiũ obtineamus. Initiũ porrò omnis virtutis eſt fides. Vitã virtutibus orna-
tam poſſidet monachus, qui patris admonitionẽ auſcultat, eiq; morem gerit. Nu-
dus efficitur monachus, qui inobedientiam, viamque latam diligit. Diabolicum
* cõſilium eſt monacho, alienum appetere gradum. Captu facilis redditur mona- * al. inuentum ac cogitatio.
chus, rebus ſecularibes implicatus. Vitam æternã manſuetus & trãquillus mona-
chus poſſidebit. Sol & luna, & omnia aſtra ſuper illis gaudent, qui rectè Domino
Chriſto ſeruiunt. Theſaurũ ſibi ipſi in cælis comparat omnis, qui vitam ſectatur
quietam in charitate. Medicus paſſionum ac perturbationum efficitur, qui in ve-
ritate timet Dominum. Tanquam è ſpecula proſpicit, & ſuperat prauas animi af-
E fectiones, monachus mitis atq; manſuetus. Populi laudabunt Dominũ, in homi-
ne qui ſuam ipſius ſalutem non negligit. ſed de ſuo ex hac vita exitu ſollicitè co-
gitat, & de hora illa quando coram formidabili illo Chriſti tribunali aſſiſtere de-
bebit. Manſio & habitaculũ fit ſancti Spiritus, quicunq; ſuam ſalutẽ amat. Tem-
plum efficitur Dei, omnis qui continentiam, & caſtitatem diligit. Gladius contra
dæmonẽ acediæ ac tædij, eſt mortis & æternorũ tormentorũ memoria. Non con-
demnat proximũ ſuum prudens monachus atq; intelligens. Multa experiri vult
loca, monachus otioſus & pigritiæ deditus. Verbũ vitæ æternæ concredetur viro
Chriſtum diligẽti. Frumentum mundũ, eſt vir hoſpitalis. Accuſatio ſui ipſius, in
omni tempore, purgatio eſt peccatorũ. Patientiæ neruus eſt, temperantia & abſti-

nentia. Suam ipſius occidit animam, qui à mandatis Domini recedit: gaudiū verò A
ineffabile poſſidebit, omnis qui ea in veritate obſeruat. Pſalle chariſſime ſpiritu,
Pſalm.18.118. pſalle & mēte atque intellectu: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper
mel & fauum ori meo. Principium & finis fidelium, eſt fides, ſpes, & charitas.
Omnibus autem rebus grauibus atque moleſtis, grauior ac moleſtior eſt pigritia
* al infidelitatem. & tædium; maximè verò ſi ſociam habeat * perfidiam: nam pleni ſunt fructus eiꝰ
veneno mortifero. Recordare chariſſime, ſemper tremendi tribunalis Dei: & erit
tibi firmamentū, & reſiſtes eis, qui inſidias parant animæ tuæ. Prudens monachus
ad miniſterium emiſſus, pro pace ſuam ipſius ponet animam: at qui demens eſt
*al. execrationis ac contumeliæ. ac inſolens, pugnas atque contentiones præparabit. Spiritū otij * atque negligentiæ,
curioſitatis ac ſuperfluæ anxietatis, ambitionis & dominandi cupiditatis, ne
mihi dederis Domine Deus vitæ meæ: ſed temperantiæ atque abſtinentiæ, humilitatis, B
* al. viarum. & patientiæ ſpiritum largire famulo tuo. Meliores ſunt ſordes * pedum,
in corde mundo propter virtutē, quàm puritatē prętexere, & corpus ablui affectu
2.Cor.3.6. inordinato. Qui ſanctè ac caſtè conſeruat membra Chriſti, ſanctificabitur: at qui
2.Cor.6. corrumpit templum Dei, deſtruet illum Deus, ait diuina ſcriptura: Tanquā cani,
Sap.Sirach 11. iuxta LXX. acriter ſpiritui fornicationis reſiſte: & planè non patiaris te abripi cogitatione
eiuſmodi. nā à ſcintilla ignis augetur pruna: & à cogitatione improba, multiplicabuntur
cōcupiſcentiæ prauæ. Excute memoriā earum, magis quàm grauē odorem
cœni atq; cloacæ. Quemadmodū incenſum oblectat odoratum: ſic & in caſtitate
2.Pet.2. lætatur Spiritus S. & in homine demoratur. Sicut ſus delectatur volutabro
luti: ita quoq; dæmones in fornicatione gaudent, & immunditia. Lux magna, &
gaudium, pax & patientia, in caſtitate cōmorantur: at dolor & tœdiū, & ſomnus C
inſatiabilis, & tenebræ denſiſſimæ in fornicatione habitant. Dilige monache caſtitatem
Exemplum Fratris, ſpiritu fornicationis tentati. in charitate Chriſti: nam tuo viuendi inſtituto congruit, ſicut aſcia atq;
ſecuris fabro. Frater quidā à fornicatione oppugnatus, increpās dæmonem, dicebat:
Ad tenebras vade Satana. an neſcis, me quamuis indignū, geſtare in me membra
Chriſti? Et ſubitò ac è veſtigio ceſſauit in eo ardor libidinis, quomodo ſi quis
flans extingueret lucernam, ita vt ipſe ſecū de hoc miraretur, glorificaretque Dominum.
Magnus honor, eſt caſtitas in charitate Chriſti: magna verò ignominia
ac dedecus eſt fornicatio, & inuidia. Ita ne teipſum frater audacter comptum &
ornatum reddere ſtudes? Apoſtolum dicentem auſculta: Iuuenilia autem deſideria
2.Tim.2. fuge. An ignoras, quali cum hoſte * configas? An neſcis, graue & periculoſum
* al. tibi ſit colluctatio. eſſe, alterius animæ aliquem * laqueos nectere? Nunquid animo tecū perpendis, D
* al. laqueum ſic.i. qualem putredinem atque corruptionem poſſidebunt, qui talia agunt? Et iſtud te
noſſe volo, quòd, tametſi externus homo ad pelliciendum comptus ſit & elegans,
NOTA. habitaculū autem animæ ſordibus contaminatum fuerit, non diu ea in illo durabit
pulchritudo, quin corrūpatur: at ſi animæ pulchritudinē poſſederis, aliquid in
* al. ex ſplendore eius. exteriorē etiam hominē * inde deriuabit, eaq; tecū pulchritudo permanebit. Qui
ornatu veſtimentorū ſuorum delectatur, & repletioni ventris ſui ſtudet. variè oppugnabitur:
at qui ſobrium ſe præbet ac vigilantem, tremendus erit ſuis aduerſarijs.
Anima improba, aſſentationibus effertur, atq; ſuperbit; & contumelijs affecta,
furioſè mouetur & in inſanit: at bona, etiamſi blanditijs demulcetur, non lætatur,
& contumelioſè excepta, non iraſcitur. Taciturnitas iuueni, ſicut equo frænum:
at qui effrænatus eſt, incidet in mala. Sit timor Dei in corde tuo chariſſime,
ſicut ſcutum in manu militis, excipiens in eo atq; repellens in humilitate tentationes, E
quæ aduerſum te inferuntur à diabolo: vt inſtar pulueris, comminuātur à
facie tua, inimici tui. Confide: non enim ſuperari poteris, dū ſcutum atq; armaturam
eiuſmodi tenes. Qui non amat Dominū, exagitat œconomū, & exacerbat
præfectū ſuū: at qui Dominū diligit, mādata eius obſeruat. Ianitor ſapiens, nouit
reſpondere pauperi, ac puſillanimi: inſipiens verò, ſuperbus erit. Tametſi frater
nihil præbemus: at ſaltē bona verba des; cōſiderans teipſum, ne tu quoq; in eadem
Sap.Sirach 7. incidas. In omnibus enim, inquit Sapiēs, operibus tuis, memorare nouiſſima tua,
& in æternū non peccabis. Ianitor piger, magna damna patietur: qui autē ſpiritu
feruet, ſibi ipſi coronā cōparabit. Fratres in ſynaxi atq; conuentu cōſtituti, ô monache,
benedicunt & laudāt Dominum: at tu foris mente vagaris atq; diſtraheris,
*al. dic cogitatione tecum. ignorans ꝙ damno teipſum afficias. Dicito * cogitationi tuæ: Nūquid, ſi nobis aliquid

quid donandum eſſet ab aliquo, ſtuderemus ante omnes occurrere, ac pręuenire? Et ſi in mundanis atq; carnalibus tantum ſtudium: quanto magis adhibendum in ſpiritalibus? Eſto feruens ſpiritu, ſanctorum inſtar: vt vnà cum eis in regno cælorum cohabitare ac conuerſari poſſis. Qui verbis otioſis intentus operatur, ſubtrahetur operi: at qui ſanctos meditatur ſermones, amplius proficiet. Si inter operandum conturbet atque moleſtet te ſpiritus fornicationis, ne cuncteris ad orationem manus tuas extendere: ſin autem & vehementius in te irruat, etiam genibus flexis ora: & oratio fidei, pro te decertabit atque intercedet. Ne obdormias, habens aliquid aduerſus aliquem: vt non tetra te phantaſmata ac ſomnia noctu exagitent. Non ſolùm deprimẽdus eſt aſpectus, ſed etiã cor, ne extollatur aduerſus * alterũ. Fratrem tuum à peccato libera: & te Dominus in die iræ liberabit. Qui Dei cauſſa, in cœnobio elaborat, neque ſeceſſum purgare aſpernabitur: non eſt enim quòd ægrè ferri à pijs oporteat. Noli detrectare laborem dicens: ne fortè inde infirmitatem contraham. potius autẽ mente tecum perpende, quo pacto Sancti omnes perpeſſionibus atq; ærumnis grati acceptiq; euaſerint Deo. Monachus piger, nec ſibi eſt vtilis, neque proximo: impiger verò, ſeniores ad virtutem excitat. Qui cõtemnit præfectum, peccat: at qui morem ei gerit in Domino, gloriam poſſidebit. Noli peruertere nouitium, & animam ſitientem ad Dominum: quoniam videbit Dominus, & non placebit ei. Filius improbus, maledicet patientibus ſuis: & qui audiunt eum, * condemnabunt ipſum. Immitis & abſque miſericordia eſt, qui malum reddit pro malo: at qui mala pro bonis retribuit, quid patietur? Ne gaudeas aliena audire errata, vt non in tuum peccatum * apud cunctos audiatur, atque innoteſcat. Qui ſilentium in menſa ſeruat, ſimilis eſt ei qui cum melle panem ſuum comedit: at qui ſermones multiplicat, etiam quieti deditum perturbat. Cùm tranquillitate piſcem comede: & potus tuus imperturbatus ſit. Monacho otioſo, non placebit ianitor fidelis: & qui * perſequitur quod iuſtũ eſt, non offendet proximum. Comprime * cogitationem ac cõcupiſcentiam tuam, chariſſime, antequam ipſe per eam comprimaris: deducit enim ad profunda inferni eos, qui ſequuntur ipſam: quoniam non eſt menſura patientiæ, ſi cum charitate coniuncta eſt atque permixta. Domine rex, concede mihi, vt videm peccata mea: & non comdemnem fratrem meum. Si duo monachi nouitij cum Sene habitauerint, quis iſtorũ duorũ maior erit apud Dominũ? qui ſeipſum fratri ſuo humiliarit, in timore Dei. Verax quippe eſt, qui ait: Qui ſeipſum humiliat, exaltabitur. Qui duos habet nouitios, magna ſobrietate atque vigilantia indiget, ne fortè locum inueniens aduerſarius, aliquid de proprio in eis operetur, atque perficiat. Cæterùm nouitius riſum, & licentiam atque impunitatem amans, perniciem & calamitatem ſibi ipſi conciliat. Ne delecteris ſcurrilibus, quæ non decent: ſed potius gratiarũ velis actionem. Ne ſis inobediens, durus, & cõtemptor: vt non & tibi ipſe noceas, & illis qui te audiunt. Si verè pius atque religioſus, & humilis effectus ſis, profundet in te Domin⁹ miſerationes tuas. Audi chariſſime eũ, qui te corripit, admonetq; in Domino, vt fructũ Domino Deo tuo proferas. Time Dominũ, & erit tibi murus, & in die obitus inuenies gratiam. Ne ſecularẽ hominem mẽte tua ſpernas, monache: ſolus enim Dominus occulta cordis cognoſcit. Omnes honora propter Dominũ, vt & te cunctorũ honoret Domin⁹. Qui dimouere atq; transferre voluerit petrã, ſubtus ſubmittet ei vectem, non ſupra * tunc enim facilè reuoluet ipſam: quod quidem humilitatis exemplũ eſt. Cellã reliquiſti monache, & ad ſeculum iterum vadis? non reformidas iniquitatem, & contradictionem atque obiectionem, quæ aduerſum te * in ciuitate fiet? Qui perfectè mundanam ſapientiã exuit, inuulneratus permanebit: at qui non exuit, continuas plagas ſuſcipit. Si acciderit anguſtijs premi monaſteriũ vbi habitas, in ijs quę ad corporis neceſſitatẽ pertinent: ne ideo locũ deſeras, quia tunc multũ operis in loco inuenies. Non placet impijs præfectus ſanctus, nec iuſto quodcunq; iniuſtum. Ignoſce fratri tuo, ſi in te peccauerit: & Dominus indulgebit tibi errata tua, condonabitque peccata. Anteuerte in cella fratrem, à quo triſtitia atque moleſtia affectus es: & condole ei in puro corde, propter eum qui ait: non ſolùm vſq; ſepties dimittendũ eſſe fratri, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Suſcipe pœnitentiã fratris, chariſſime, tanquã à Deo miſſi, vt nõ aſpernari videaris eum, qui miſit. * Et ſi ad iracundiã

* al. ſodalẽ atq; amicum.

* al. vituperabunt.

* al. omnium aures deferatur ac diuulgetur.

* al. expetit.

* al. cohibe cogitationem ſuperbiæ, frater, priuſquam ipſe per eam in anguſtias redigaris, &c.

Matth. 23. & Luc. 14. 18.

1 Pet. 2.

* al. vt ſic facilius eam reuoluat.

* al. inter ciues.

Matth. 6. 18.

Matth. 18.

* al. & ſi aliurã ad iracundiam

prouo-

prouocaueris ipſum; pacem ama, & ſanctificationem: vt dignus conſpectu Domini Dei efficiaris. Ne irruas in fratrem tempore tribulationis ipſius: & nō adijcias dolorem ſuper dolorem animȩ eius. Laborioſus ac diligens prȩfectus, eſt fratrum recta & ordinata diſpoſitio: & ſenes prudentes, iuuenum ſunt conſolatio & cohortatio. Maledicentibus & obtrectantibus, nō eſt habenda fides: nam frequēter ex inuidia, calumnia ſtruitur: quare potius quæ veritatis ſunt, indagare oportet. Temerarios atq; * rebelles refrænare cōuenit, & reprimere eos qui ſeditiones moliūtur: vt fraternitas pacata & imperturbata remaneat. Si fratres aliquos videris in malo * concordes, ne ipſorum cōmunices inordinatæ ac diſſolutȩ vitæ: ſed euitans eos, ingredere cellā tuā, memor illius qui dixit: Seruū Domini non oportet litigare. At ſi fratrem conſpexeris puſillanimitate aut infirmitate aliqua detineri, huic cōpati expedierit. Iuſtitia exhilarabit cor exercentis eam: & qui diligūt Dominum, hæreditate poſſidebūt illam. A ſcurrilibus frater caueas, ne fortè impudentem te efficiant: impudentia autem mater eſt intemperantiæ atq; laſciuiæ. Ne per cellas fratrum oberres, vino æſtuans: ne fortè tuas ſubitò diuitias perdas temperantiæ atq; continentiæ. Ne ſis memor iniuriarū apud fratrem tuum. nam ſcriptum eſt: * Viæ eorum qui reminiſcuntur iniuriarum, in mortē ſunt. Non vales ferre iniuriam atq; contumeliā? ſile, & quieſce. Non potes videre quempiam, te reſpicientem? neq; tu quemquā reſpexeris. Ne conſenſeris ei, qui talia tibi ſuggerit: Quouſque patieris te inſeruire atq; obſequi ſingulis fratribus? Dicamus autem ad eum: Hodie ſtudeo liber fieri, & die craſtino, Domino curæ erit. Ipſe enim dixit: Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum. Beatus qui bonū reperit * comitatū, & propriam odit voluntatē. Opus tuum citra fucum perage, frater: ſic enim decet fideles, vt & gratiam in tuis laboribus inuenias. Ne vinum ad ebrietatem bibas, erubeſcens facie; tunc enim magna tibi erit ignominia ac pudor, quando vt ebrius ductus fueris. Quemadmodum torques aureus in collo viri: ſic monachū pietas decet atque religio. Quemadmodū mel dulceſcens in ore viri, ita diuini ſermones, in anima timente Dominum. Senes ſapientes, firmamentum ſunt fratrum: at inſipientes, contentioſi erunt. Coram Deo & hominibus exoſa eſt ſuperbia: eos verò qui humilitatē amant, exaltat Dominus. Portus ſerenus ac tranquillus, eſt locus bonis * regulis directus: quibus aūt deeſt gubernatio, vt folia decidunt. Oportet miniſtrū obſequi & ſeruire ei, cui miniſtrat, ſicut Domino, & nō hominibus, à quo etiā mercedē accipiet; eumq; cui miniſtratur, humiliter ferre oportet, tanquā ſi ei à Domino miniſtraretur. Comediſti panē, & repletus es, da gloriā ei, qui te ſaturauit Deo. Si verò paulliſper expectare ventrē velis, etiam da gloriam ei, qui te confortauit Deo. & ne dixeris coram omnibꝰ: non * comedi, niſi tantillum panis. Quid igitur arrogas tibi ipſi; vel eos qui comedunt, & gratias agunt, condemnas? Suſtine Dominum in die tribulationis, vt te protegat in die iræ. Non rideas ſuper afflicto, neq; gaudeas de peruerſo: ne fortè iraſcatur tibi Dominus, & nō inuenias * auxilium in die tribulationis. Ne fratres perſequaris, cauſa ambitionis: nam niſi ex Deo ſit cōſilium iſtud, non ſubſiſtet: at ſi ex Deo eſt, etiam ſi in vaſis occultatus fueris ſicut Saul, inde te aſſumet Dominus, & ducem atque præfectū te conſtituet in populo ſuo. Quis nō ingemiſcat ſuper hiſce? quippe qui, cùm ne vnā quidē adhuc ſolitarię vitæ virtutē demōſtrare poſſimus, prȩfecturas ſectamur: quare & nos etiā in cōtinenti cōſtituti, naufragiū cōfeſtim patimur. Et hoc, nunquid ex inobedientia noſtra, atq; inſolentia? remigare enim antequam ſciamus, gubernare tentamus. Quis deterior eo, qui cùm aquam dulcem habeat, animā ſitientem non potat? aut quis inuidentior eo, qui cùm librum vtilem teneat, frarri ſuo ad ædificationem commodare eum recuſat? Quis porrò ſegnior eo, qui cùm ſitibundus prope fontem ſedeat, manus tamen non extendit, vt ſumpta aqua ſitim reſtinguat? Aut quis negligentior eo, qui librū vtendū * accepit, & legere illū omittit? Adiuua illū, q rogat vt diſcas litteras, legenſq; magnalia Dei, benedicat ac laudet admirabile nomē eius: & ipſe tibi mercedis erit retributor. Segni ac pigro monacho negligentia obſiſtit: habenti aūt patientiā ſuperbia repugnat: at qui in veritate amat Dominū, vtrunq; repudiat. Monachus piger, multa patietur dāna: at qui ſobrius eſt & vigilās, nullā * horā contemnet. Monchas piger & cōtentioſus, nullo erit in pretio, quoniā exacerbator eſt. Monachꝰ inobediēs multa explorabit loca, at qui

humilis

A

irritaſti; pacem ama, & cū illo reconciliare.

*al. inſolentes.

*al. cōſentientes, ac conſpirātes in malo.

2.Tim. 2.

B

Sap. Sirach.10.
Leuit.19.
Prouer. 12.
ſecund.70.

Matth.6.

*ξυνοδίαν.

C

Contra ebrios.

*ἐυχαλνόνιςος.

Epheſ.6. & Coloſſ.3.

D

*al. ne tantillū quidem panis adhuc comedi.

*ἀντίληψιν.

1.Reg.10. Vbi de Saule legitur, quod abſconditus fuerit in vaſis, vt etiam eſt apud 70. at in vul. quòd domi abſcōditus erat, &c.

E

*al. rogauit.

*al. nullam tēporis partem negliget.

A humilis eſt corde, ſubmittet ſe in Domino. Nouitius prudens atq; intelligens ſuis
obediens eſt ſuperioribꝰ in Domino: at inobediēs, ignominia notabitur. Qui cor-
poris ſui caſtitatē ſeruat, ſuſpicietur à multis: at qui eam cōtemnit, à pluribus co-
arguetur. Conſidera chariſſime, menſuras cuiuſq; eorū qui ſub obedientia viuūt, Matth.13.
propter illū qui ait: Qui * aūt fructum fert, & facit, alius quidem centeſimum, alius *al. Quod autē fructū profert; facitque, aliud quidem cētum, aliud ſexaginta; aliud triginta; &c.
ſexageſimum, alius verò triceſimū. Monachus ventri deditus, ieiuniū, malū atq;
infauſtum diem denominat: at tēperantiæ ſtudioſus, non ægrè fert, neq; triſtatur.
Caue, re aliqua proximum offendas: ſed in omni conuerſatione tua bene compo-
ſitum atq; inſtructum te præbeas. Vir inſolens, * explorat vicinum ſuū: at qui in * al. reſpicit.
luce ambulat, malū non cogitat. Qui diligit * Dominū, non exacerbat proximū: * al Deum.
ſed obſeruat ſeipſum. propter eum, qui dixit: & quæcunque vultis vt vobis faciant Matth.7.
B homines, & vos ſimiliter facite illis. hæc eſt enim lex & Prophetæ. Laboribus te
exerce, & labora in hyeme ac tempeſtate monache: vt in vitæ portum ingreſſus,
exhilareris. Fratres negligentiores, aduerſus diligentiores armat inimicus: qui
aūt ſeduli magis ſunt atque induſtrij, per negligentiores opificiū inueniunt, per-
ferentes eorum * infirmitatem, propter Dominum. Qui miſericordiam exhibet * al. imperfectionem.
proximo ſuo, etiam miſericordiam * à Domino inueniet: Iudiciū enim ſine mi- * al. apud Dominum.
ſericordia illi, qui non fecit miſericordiam. Ne conſentias fratri tuo in peccato;
quin potius eum ab illo eripe ac libera, vt ſaluetur anima veſtra in Domino. Ti- Iacob.2.
mor Dei præ oculis tuis ſit omni tempore: & peccatū in te non dominetur. Caue Prouer.27.
dixeris, hodie pecco, & cras pœnitentiam agam: non enim ſecurus es de craſtino,
at hodie pœnitentiam agamus; & de craſtino curæ erit Domino. Eſt aliquis ob-
C ambulās, qui dum audit vocem ac ſignum ad orationem, aſſumit opus manuum:
at tu chariſſime, vide ne ſynaxim negligas: vt oculus mentis tuæ illuminetur. De-
decus eſt ei, qui os impudens poſſidet: at qui timet Dominum in veneratione erit.
Toto corde tuo, in Domino confidito: & omni tempore gratiam inuenies. Si ex-
pectaueris ac ſuſtinueris ipſum; gratiam inuenies, & non perdes mercedem tuam,
Siphones adhibentur in die incendij, & lachrymæ, tentationis tempore. Aqua
extinguit flammam in domo accenſam, & lachrymæ in oratione cōcupiſcentias
prauas. Sicut * palma in ripis germinans: ita charitas atque concordia fratrum, in *al. Vt phœnix in littoribus canens: ita, &c. ſed altera lectio verior, & accōmodatior.
Domino. Qui maiores honorat, à minoribꝰ exhilarabitur: & in die orationis eius
exaudietur. Si fratri tuo aliquid vtendū dederis, & ille differat reſtitutionem; po-
teris ei ſemel in memoriam reducere: nam ſæpè obliuio accidit. Sin autē tu quid-
piam à fratre tuo commodato acceperis, & ille verecundia ductus, non te cōmo-
D nefacit: tu tamen tanquam Deum timens, ne ſuis eum priuaueris. quoniam ſcri-
ptum eſt: Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicē diligatis. Cunctas res corrup- Rom.13.
tibiles pro nihilo ducere oportet, fratres: ſolam autem vitam æternam ſibi vindi-
care, magnifacere conuenit. Si quæ tibi procuratio commiſſa ſit; caue ſalutem
tuam neglexeris, excuſationes prætexens in peccatis. Nam & Ioſeph patriarcha Gen.41.42.&c.
curauit * negotia in Aegypto, & non vnius duntaxat domus ac familiæ curam ſu- *πράγματος ἐμέστασε.
ſcepit, ſed totius etiam * terræ Aegypti, & non declinauit à via veritatis, & Domi- * al. regionis.
nus gloria & honore decorauit illū. Si anima tua ſana & integra fuerit ad Domi-
num, in omnibus fructum atq; vtilitatem capies. Si negotiatorē videris, dic intra Ab Exemplis.
teipſum ô anima, iſte temporariarum rerum cupidus, tanta ſuffert, vt caduca ac
momentanea ſibi congreget: tu verò æterna, & nunquam pertranſitura negligis?
Si viros aliquos * litigantes adſpexeris, dic intra teipſum: Anima, iſti ob rem nul- *δικαζομένους
E lius pretij atq; vtilitatis tantopere inter ſe contendunt, ac litigāt: at tu decem mil-
lium talētorum cùm ſis debitrix, non procidis Deo ſicut oportet, vt peccatorum NOTA.
remiſſionem conſequaris? Si aliquos fabricantos domos ex luto cōſpexeris; taci-
tus tecū dicito: & hi, ô anima, in luteis domibus extruendis magnum ſtudium ad-
hibent, vt opus perficiant: tu verò æterna tabernacula cōtemnis? Et ne ſigillatim NOTA.
multa percenſentes, protrahamus ſermonem: ſi quid eiuſmodi perſpexerimus in
vita, mūdanas cogitationes, & ſecularia cōſilia in ſpiritualia cōmutemus: & pla-
nè vtilitatem aliquā conſequemur, diuina nos adiuuante gratia. Quid porrò eſt Monachus quid ſit, & cui ſimilis.
monachus? Similis eſt monachus viro ex alto demiſſo, qui funē excelſo interual-
lo pēdentē arripit, & ſe illi appendit; & indeſinenter pro auxilio ad Dominū cla-
mat, ſciēs ſe, ſi defecerit, vſumq; vtriuſq; manꝰ perdiderit, præcipitē illicò ruiturū
& mo-

& moriturum. Apprehende vitam æternam monache, ad quam vocatus es: & bonam, A
quam profeſſus es confeſſionem, ac pactum coram multis teſtibus ſerua. adhuc
Abac.2. enim modicum reſtat temporis, & veniens veniet, & non tardabit. Propterea
enim quòd exiguam tribulationem ſuſtinere propter Dominum nolumus, ſæpe
vel inuiti in varias, grauesque tribulationes incidimus. Et quia propriam voluntatem,
amore Domini relinquere nolumus, nobis ipſi detrimentum animæ conciliamus.
Et quoniam ægreferimus, nos in obediētia, & contēptione verſari propter
Dominum; nos ipſos iuſtorū conſolatione priuamus. Et quia morem gerere
recuſamus admonitionibus, atque conſilijs eorum qui nos monent, propter Dominum:
nos ipſos improbis dæmonibus deridendos præbemus. Et quoniam in
virga diſciplinam non recipimus: lebes nos excipiet, vbi non erit qui conſoletur.
Hierem.9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & vultum B
hilarem ad eos qui extra ſunt? & plorabo die ac nocte, peccata mea. Dixi riſui:
Eccle.2. longè recede à me. & lachrymis: accedite ad me, quoniā multa peccata mea valde,
Tria lachrymarum in hominibus genera. coram Domino: & delictorum meorum non eſt numerus. Noſtis tres eſſe lachrymarum
differentias in hominibus: ſunt enim lachrymæ quædam rerum apparētium;
& eæ amaræ valde ſunt, & vanæ, & ſunt lachrymæ, doloris ac pœnitentiæ:
quando anima æternis perfrui bonis deſiderat: & illæ ſunt dulces, & vtiles vehementer.
& ſunt lachrymæ quædam impœnitentiæ; vbi fletus eſt, & ſtridor dentium:
Lucæ 13.16. & hæ acerbæ valde ſunt, & inutiles: nihil enim proficiunt tunc, quando nō
eſt amplius tempus pœnitentiæ. Sobrius & vigilans eſto chariſſime: vigilantem,
inquam, te præbe in iuuentute tua: vt probatus inueniaris etiam in nouiſſimis
tuis. Et non confidas teipſum improbo hoſti, ſuggerenti fraudulentas tibi cogitationes, C
NOTA, dum dicit: Adhuc iuuenis es, & plures alij vitæ tuæ ſuperſunt anni: quare
nunc lætare, & animam tuam mœrore ne affeceris: ſenectutis aūt tuæ tempore,
*al. licebit. pœnitentiam agere * oportebit. Nonne adhuc cognoſcis, frater; (neque enim,
tametſi velut inſipiens eſſes, ignorare deberes) quòd ipſe te in hiſce ſeducat atque
decipiat? Si enim dum adhuc iuuenis es, & in ipſo flore & feruore ætatis verſaris,
quando omnem ſufferre laborem atque exercitationem potes, pœnitētiam non
NOTA. agis, nonne, ſi conſenueris, imbecillitatem ſenectutis prætexes? Sin verò, & in
Matth.24.25. Marc.13. ipſo iuuentutis tuæ flore antjcipatus ſis; quid facies? Relinq; igitur viam inimici,
chariſſime, & vocem audi veri Domini, dicentis: Vigilate ergo, & orate, quia neſcitis
diem neque horam.

PRECATIO. Pſalm.18.43.50. Iob 42. Domine Ieſu Chriſte, Rex regum, & Dominus dominantium, qui habes poteſtatem D
vitæ & mortis, qui incerta & occulta cognoſcis, quem nulla latet cogitatio,
atq; ſermocinatio, ab occultis meis munda me: quoniam malū coram te feci.
Ecce enim dies mei deficiunt, dies inquam, & dies; & peccata mea multiplicantur.
*al. Patrum. Tu Domine Deus * ſpirituū, & omnis carnis, qui exploratam magnam corporis
*al. in languore meo. & animæ meæ infirmitatem habes, præbe robur * imbecillitati meæ: & ſuccurre
Pſalm.70. mihi miſero. Tu enim noſti. ꝙ tanquam prodigium factus ſum multis: ſed tu adiutor
meus fortis. Da mihi Domine cor gratum, quo ſemper memoria recolam
Pſalm.24.70. Pſalm.21. cuncta beneficia tua, optime Domine. Et ne memineris multorū peccatorum
meorum: verùm obliuioni ſcelera mea atq; delicta trade. Ne deſpexeris Domine,
*al. protexiſti. preces mei peccatoris: ſed quemadmodum hucuſque tua me * protexit gratia: ita
in finē vſque, eam à me ne abſtuleris. Ipſa enim ſapienter me edocuit intelligere
iſta: & beati qui cuſtodiunt vias eius: quoniam erit ipſis in coronam gloriæ. Confiteor E
Pſalm.118. tibi Domine, & collaudo indignus ego te, qui miſerationum tuarum in me
Sap.Sirach.51. Pſalm.82.85. multitudinem demonſtraſti: quoniam protector & auxiliator factus es mihi, in
nomine magnificentiæ tuæ benedicto, in ſecula. Tu enim ſolus es Dominus: Tibique
maieſtas conuenit & gloria, optimo & miſericordiſſimo Domino Deo noſtro.
Doce chariſſime fratrem tuum viam, non quæ abducat in ſeculum; ſed quæ
in regnum introducat cælorum. Dominum autem time omnibus viribus tuis: &
noli æmulari opera impiorum: quoniam ignis eorū non extinguetur; & vermis
Eſa.66. Pſalm.127. ipſorum non morietur. Beati enim omnes qui timent Dominum, & ambilant in
vijs eius: quoniam in regno cælorum cōmorabuntur, in ſeculum ſeculi: & ineffabilium
atque inenarrabilium bonorum delitijs perfruentur, cum omnibus Sanctis,
qui à ſeculo complacuerūt Patri principij experti, & Filio, & Spiritui ſancto,
Amen.

SCHO-

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES
Doctoris Gerardi Voſſij.

SERMO Aſceticus ad imitationem Prouerbiorum.] *Cùm hîc de Prouerbijs agat Auctor, & aſceticum hunc ſuum Sermonem bene longum in ijs ferè conſumat, aut potius ex ijs eum contexat, videndum hîc obiter quænam dicantur Prouerbia, & vnde dicta: ac deinde cur ad imitationem Prouerbior. hunc ſuum ſermonem inſcripſerit: & denique quare aſceticum eum appellet. De primo, vide S. Athanaſium Alexandrinum in Synop. lib. 14. in Prouerbia Salomon. in princip. vbi de Prouerbijs agit, & cur ſic dicantur: & parœmia quid ſit, & vnde dicta, &c. ac poſt med. ibi:* Dicuntur autem Parabolæ, ſermones, qui velut imagines ſunt eorum quæ dicuntur: ex ipſis namque propter ſimilitudinem, quod dicitur, intelligitur, &c.] *De quibus, & S. Baſilium lege, in pulcherrima Homilia in principium Prouerbior. quam habuit cùm adhuc eſſet Diaconus: vbi inter alia, Parœmia ſiue prouerbium vnde dicatur, & quid ſit, ac quis illius vſus, pulchrè doctéq; oſtendit, multáq; inſtituto hic noſtri Auctoris ſeruientia in medium adducit. Cuius quoque nominis vim atq; acceptionem S. Chryſoſtomus expoſuit in Homilia (quæ habetur tomo 1.) in Pſalm. 48. ſuper illa verba:* Inclinabo in parabolam aurem meam, &c.] *ac in Homilia 45. in cap. Matth. 12. & in Homilia 48. in cap. Matth. 13. Tomo 2. & in Homil. 65. in cap. Matth. 19 ac alibi. Quò etiam ſpectant, quæ de parœmijs atque parabolis adducit S. Ambroſius in tract. ſuper Pſalm. 43. & 68. tom. 4. & in libro de incarnatione Domini, cap. 7. tomo 2. & in Epiſt. ad Rom. cap. 8. De quibus etiam inuenies apud S. Auguſtin. in Pſalm. 68. ac in Præfatione Pſal. 77. in illud:* Aperiam in Parabolis os meum, &c.] *ac pluribus alijs apud eum locis. Et apud S. Hieronymum, in præfatione ſuper Prouerbia Salomonis. & in deſcriptione librorum Veteris & Noui Teſtamenti, vbi inter alia ſic de his ſcriptum reperitur:* Sunt autem Prouerbia, ſub verbis alijs res alias explicantia: quæ aliter quam dicuntur, intelliguntur; plus in virtute ſcientiarum, quàm in ſono verborum, &c.] *De quibus plura qui volet, in noſtris Ephræmiticis ſcholijs ſupra inueniet. Tom. 2. ſuper illud:* Attende tibi.] *cap. 2. in voc.* Parabola. *quò lectorem remittimus, ad reliqua interim pergentes. Quod ergo ſecundo hic loco dicendum reſtat, eſt, cur ad imitationem Prouerbiorum inſcripſerit hunc ſuum Sermonem Auctor: cuius cauſſa ac ratio hæc eſſe videtur, partim quod in modum Prouerbiorum, præcipuas huius ſui Sermonis res atque ſententias formarit: partim etiam quod Prouerbijs Salomonis ſeſe quantum fieri potuit per omnia hîc accommodare ſtuduerit, & ad illorum imitationem ipſe ſua quoque Prouerbia compoſuerit; varijsq; rebus, Eccleſiaſticis ac politicis, ſacris & prophanis, monaſticis atque ſecularibus illa conuenienter adaptarit, applicueritq;. Tertiò, Aſceticus verò iſte ſermo dicitur, ſiue (quod idem valet) exercitatorius, vel reſpectu ipſius Auctoris, in Prouerbiorum imitatione ſeſe hic exercentis: aut potius reſpectu aliorum, quos ad Timorem Dei prouerbialibus multis locutionibus, ſalutaribusq; monitis ac diſciplinis exercet. Et quia à potiore & nobiliore parte fieri ſolet denominatio, etiam de Timore Dei, eandem ſuam orationem ſecundario inſcripſit, pro ſubiecta materia, quòd ſcilicet ipſa potiſſimum in eo occupetur, termineturq;. Viſum porrò fuit hunc de Prouerbijs Sermonem, vel ideo reliquis hoc Tom. tractatis præmittere, tum vt in eo Salomonis ordinem ſequamur, qui Prouerbiorum ſuorum librum reliquis præmiſit; tum vt à facilioribus, magiſq; moralibus incipiamus. & denique, vt à timore Domini, qui eſt initium ſapientiæ, noſtrum quoque hic in diſtributione Argumentorum ac materiarum, principium feliciter ad gloriam Dei, ſalutemq; animarum, ducamus, &c.*

Initium ſapientiæ, timor Domini: intellectus autem bonus omnibus facientibus eum. Pietas autem in Deum, principium ſenſus.] *Locus eſt Prouerb. 1. quem pariformiter etiam alibi citat, legitq; Auctor, ac præſertim tom. 1. in tract. de Virtutibus & vitijs, in cap. de Timore Dei. ſub fin. conſentitq; hic etiam lectio LXX. interpretum: ſed diſcordat vulgata, vbi Prouerb. 1. ſic habetur:* Timor Domini, principium ſapientiæ. Sapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt.] *deeſtq; ibi illud:* [intellectus autem bonus omnibus facientibus eum, &c:] *quod tamen à LXX. & ab Ephræm adiungitur, reperiturq; ſimiliter in Pſalm. 110. in verſiculo:* Sanctum & terribile nomen eius. Initium ſapientię, timor Domini: intellectus bonus omnibus facientibus eum.] *& ſicut S. Hieronymus iſtum Pſalmi locum iuxta Hebraicam veritatem vertit ac legit:* Principium ſapientiæ, timor Domini: doctrina bona cunctis qui faciunt eam, &c.] *Quò etiam ſpectat. quod eſt Iob 28.* Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia, &c.] *Quare & S. Hieronymus illum Pſalmi illuſtrans locum,* qui non timet Dominum *(inquit)* non eſt in eis ſapientia: aut qui non habent ſapientiam, non habent timorem.] *ita in commentar. ſuper Pſalm. De quo, & S. Gregorium Papam lege in Ezechielem, lib. 2. in homil. 19. ibi:* Et cùm ſcriptum ſit: Initium ſapientiæ timor Domini. conſtat procul dubio, quia à timore ad ſapientiam aſcenditur, &c.] *ac paullo ibidem poſt:* In mente etenim noſtra primus aſcenſionis gradus eſt timor Domini; ſecundus, pietas, &c.] *de quibus ibi fuſius. & apud S. Gregor. Nazianz. in oratione Panegyrica, in ſancta lumina, paullo ante med. ibi:* Vnde Salomon nobis legem ſtatuit: Principium ſapientiæ, collige ſapientiam, &c.] *quem locum pulchrè ibidem & Nicetas eruditus Scholiaſtes Nazianzeni, pro noſtro inſtituto explanat, accommodatq;.*

Ante obitum neminem prædicaueris beatum, &c.] *Auctor aliquando verba Scripturæ citat,* A
aliquando ſenſum duntaxat refert, & aliquando alludit, vt hoc loco, vbi adluſio fit ad verba quæ habentur in Sap. Sirach cap 11. ibi: Non laudes virum in ſpecie ſua: (*& al.* in vita ſua) neque ſpernas hominem in viſu ſuo, &c.] *quæq; clarius eodem referuntur capite. poſtea, vbi dicitur:* Ante mortem ne laudes hominem quempiam: quoniam in filijs ſuis agnoſcitur vir.] *Et vt LXX. ibi habent: (quibuſcum magis Auctoris noſtri lectio coincidit)* Ante mortem ne beatifices quempiam, &c.] *Quod quidem dictum, ſic à S. Ambroſio alibi expreſſum, explicatumq; reperimus.* Lauda poſt vitam, magnifica poſt conſummationem: tunc enim nec illi qui laudat, nocere vlla poterit adulatio; neque etiam laudatum vlla tentare poterit elatio, &c.] *Cui etiam S. Bernardi conſonant verba, ſi ſerm. 5. in Feſto omnium Sanctorum, inter alia dicentis:* Quomodo namque ſecura laudatio, vbi nec ipſa vita ſecura? Illorum lauda virtutem, quorũ iam certa victoria eſt: illos deuotis extolle præconijs, quorum ſecurè potes adaugere coronis, &c.] *nonnulliſq; interiectis poſtea, ibi:* Inde eſt quòd B
ſecurè laudantur homines, qui non ſua iam viuunt vita, ſed Dei: nam hominum vtique vita, tentatio eſt. Eſt autem gemina quædam ſecuritas laudis huius, niſi quod fortè videbitur, ſi diligenter attendimus, intra alteram, alteram comprehendi. Siquidem nõ eſt quod laudare vereamur, veriſsimè certiſſimeque laudabiles: non eſt quod glorificare cunctemur, ſic abſorptos in gloria; vt noſtra omnino nequeant laudatione moueri. non enim eſt quò vanitas intret, vbi veritas iam totum occupauit, &c.] *Et vt apertius idem alibi in Epiſt. 23. ad Attonem Trecenſem Epiſcopum, ad eundem Eccleſiaſtici locum reſpiciens, ſcribit:* Laudarem (*inquit*) vos, & iure laudarem, ſi non me reuocaret illa ſententia: neminem laudaueris in vita ſua. ſiquidem rem laude dignam egiſtis; ſed ei laus adſcribenda eſt, à quo recepiſtis & velle & perficere, quod meritò laudaretur, &c.] *Quod ipſum, & in eundem quaſi ſenſum ex celebrata Solonis ſentẽtia expreſſit Ethnicus Poeta, dum ait:* Dicque beatus, ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet, &c.] *de quo & Caſſianum lege collat. 6. de nece Sanctorum, cap. 16. vbi optimè hunc Eccleſ 11 locum explicat.*

DE TIMORE DEI.] *Hic Titulus poſt Prologum ſeparatim in medio interpoſitus, non dicit* C
ſequentia hoc loco à præcedentibus diuerſa, aut nouo Argumento ac capite diſtincta: ſed à nobiliore parte rem hîc contentam atque tractatam indicat, quæ eſt, de Timore Dei, cuius potiſſimum vim atque præſtantiam laudeſq; luculenter deinceps, & quidem κατὰ μίμησιν τῶν Παροιμιῶν, i. ad imitationem Prouerbiorum, Auctor perſequitur ac celebrat. Cuius argumenti plura qui volet, apud ipſum Ephræm alibi reperiet Tomo 1. in tract. de Virtutibus & Vitijs, cap. De Timore Dei, *ac in noſtris ibid. Scholijs, vbi plures alios Doctores Græcos & Latinos citauimus, idem hoc argumentum tractantes. De quo, etiam videre apud eundem licebit, tomo. 2 in Parænesi ſiue admonit. 39. quæ eſt de Inobedientibus, & de Timore Dei. Et ibidem in Parænes. 40. De pietate, ac de Timore Dei, cuius initium eſt:* Chariſſime frater, attende, ne deperdas viam rectam, &c.] *ac Parænesi ſiue admonit. 44. quæ inſcribitur:* De Timore Dei, *incipitq;* : Attende tibi ipſi chariſſime, &c.] *& Parænes. 46. ad Eulogium monachum, quem cum primis ad Timorem Domini hortatur, &c. alibiq; ſparſim ſæpius: ſed nuſquam de hoc Argumento felicius ac copioſius, quam in præſent. hoc Tractatu.*

Honora ſacerdotem atque presbyterum, vt in te benedictio oris ipſorum veniat, &c.] *Sacer-* D
dotij dignitas, quæ ac quanta ſit, ex profeſſo luculentiſſimè oſtendit alibi ipſe Ephræm in pulcherrimo ſuo Sermone de Sacerdotio: quem vel ideo reliquis eius Sermonibus atque capitibus primo tomo operum cõtentis, in diſtributione materiarum antepoſuimus, vt omnes quid quantumq; Sacerdotali ordini, ac dignitati tribuendum ſit, & quo loco atque honore Sacerdotes haberi conueniat, inde optimè perdiſcere poſſint; ipſiq; Sacerdotes ſtatum atque conditionem ſuam agnoſcant, ac vitam ſacerdotio congruentem, dignamq; ducant, ſicut ibi Sanctus ab ijs quoque ſeriò requirit. De quo, etiam Chryſoſtomum in ſex ſermonibus, alioſq; Patres (quos in Ephræmiticis noſtris ibi Scholijs citauimus) de ſacerdotio tractantes, videre ac legere ſtudioſius Lector poterit. Quibus accedunt, quæ & S. Gregor. Papa cognomine Magnus de Sacerdotio, ac ſacerdotibus, non vno in loco in medium adducit, ac præſertim in ſuo Paſtorali, part. cap. 2. ac. 3. vbi etiam, quanta Sacerdos virtutum varietate clareſcere debeat, deſcribitur. Et lib. 1. Epiſtolarum, epiſt. 24. quæ eſt ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinopol & alios, incipitq; : Conſideranti mihi, quòd impar meritis, &c.] *vbi ab eodem S. Gregorio dignitas Sacerdotalis, vita, & officium declaratur. Quòd porrò debita reuerentia Sacerdotes honorandi ſint, luculenter idem oſtendit Gregorius lib. 5. Epiſtolarum, epiſt. 31. ad Mauritium Auguſt. cuius initium eſt:* Sereniſſimis iuſsionibus, &c.] *confirmatq; illud ipſum ibi exemplis Conſtantini Imperat. ex Eccleſiaſtica hiſtoria adducto; & habetur in hiſtor. Eccleſ. lib. 10. cap 2. auct. Ruf. vnde quid quantumq; reuerentiæ atque honoris Sacerdotali ordini ac dignitati tribuendũ ſit, abundè eluceſcit, vt non immeritò noſter hic dixerit Auctor:* Honora Sacerdotes atque presbyteros, vt in te benedictio oris ipſorum veniat. *Et ſicut alibi in eandem quaſi ſententiam ab eodem in primo operum tomo pulchrè refertur:* Honora Sacerdotem, vt in nouiſſimis tuis benedictionem ab eo accipias: nam qui Sacerdotem dehonorauerit, neque benedictionem ab eo accipere in nouiſſimis promerebitur, &c.] *De quo & S. Ignatium vide in Epiſt. ad Smyrnenſes, ac ad Heronem, alioſq; alibi.*

Scriptum eſt: Pondus magnum, & puſillum, & menſuræ duplices, immunda ſunt apud Dominum,

minum, & vtraque; & qui facit ea.] *Locus eſt Prouerb. 20. concordatq; lectio L X X. quamquam tamen illud* (& qui facit ea) *etiam al. deſit apud Ephræm, ſicut & in vulg. vbi paullò aliter ſic legitur:* Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrumque abominabile eſt apud Deum.] *quomodo etiam legit ſanctus Gregorius libro primo in Ezechielem, Homil. quarta poſt medium. Sed variat ſanctus Hieronymus in Ezechielem, 45. ſic legens:* Statera grandis, & minor, abominabile eſt vtrumque in conſpectu Dei,] *Caſſiani autem lectio propius ad hanc S. Ephræm, accedit, & ad edition. LXX. quæ apud eum talis eſt.* Pondus magnum & puſillum, & menſuræ duplices, immunda ſunt apud Dominum, & vtraque: & qui facit ea, in adinuentionibus ſuis compedietur, &c.] *Ita ille in collat. 21. cap. 22. ſed interpunctura alia eſt ab edit. L X X. De quo loco, & ſanctus Bernardus in ſermon. 42. ſuper Cantica canticorum. & alibi.*

Sequitur hic apud Auctorem poſtea: Ante omnes ad Synaxim contendere, bonum & laudabile eſt: Synaxim autem abſque neceſſitate relinquere, malum eſt, &c.] *De varia ſignificatione atque acceptione nominis Synaxis, abundè egimus in noſtris Ephræmiticis Scholijs, Tomo 2. ac præſertim in Epiſtola ad Ioannem monachum, quæ incipit:* Varijs licet adhortationibus cum religioſiſſimo Theodoro egerimus, &c. *ſuper illud ibi:* Neque corporalium neceſſitatum prætextu, Synaxim veſtram neglexeris, &c.] *ac poſtea eodem tomo 2. inter decem capita de Virtute, cap. 5. in illud quod habetur in principio:* Si ante cunctos in Synaxim prodeas, & perſiſtas donec abſoluatur, &c.] *Et poſteà inter Paræneſes, pareneſ. 19 quæ eſt de exercitatione animæ, ac bono ſeruando ordine, incipitque:* Frater, quando fores tuas noctu frater pulſauerit, &c:] *ſuper illud, non longè à principio:* Quòd ſi contigerit altiore te obdormiſcere ſomno, poſtea autem euigilaueris, ne pigeat ſurgere, atque ad Synaxim fratrum pergere, &c. *ac denique Paræneſ. 20. in illud:* Quomodo porrò audent quidam relinquere Synaxim, & exire ante finem, abſque magna neceſſitate, &c.] *Quibus omnibus in locis, inter varias huius vocis ſignificationes, oſtendimus nomen* (Synaxis) *ibi ſumi atque vſurpari pro conuentu ſiue congregatione fratrum, ſeu monachorum ad orandum, diuinasq; laudes decantandas ac celebrãdas; ſicut etiam hoc præſenti loco accipi, dubitandum nõ eſt.* Quòd porrò hic dicit, ante omnes ad Synaxim contendere, bonum eſſe atque laudabile: eam verò abſque neceſſitate ante finem relinquere, malum eſſe ac nequaquam laudabile; *etiam in iam citatis locis conformiter ab Auctore dicitur & confirmatur, ſicut & alibi apud eum ſæpius: ac apud alios SS. Patres, Baſilium Magnum, Gregorium Nazianzenum ac Nyſſenum, & Chryſoſtomum, eodem modo ac ſenſu hanc vocem vſurpantes & applicantes.*

Cùm autem in oratione conſtiteris, coram quo adſiſtas, cognoſce: ſitque anima tua: & cor tuum totum ad eum, &c.] *Monet quo pacto quis inter diuinas preces conſiſtere ac ſe gerere debeat, & hoc ipſum exemplo hic valde accommodato demonſtrat atque illuſtrat. Similiaq; adducit non vno in loco alibi, tomo ſecundo, quale eſt inter alia iſtud:* Cùm ad orandum te compoſueris, noli vaga atque diſtracta mente eſſe: ne quaſi contemnens inueniaris, &c.] *vt eſt in capite 10. ſuper illud:* Attende tibi. *De quo & in Paræneſ. 50. cuius principium eſt:* Venite dilecti mei, venite Patres, fratreſque mei, grex Saluatoris electe, &c.] *ſub finem ibi:* Intelligamus igitur, ac conſideremus dilectiſſimi, coram quo conſtituti ſimus. Nam quemadmodum Angeli Dei, cum timore & tremore collaudantes Dominum, coram eo adſiſtunt: ita & nos puro corde, & cum reuerentia atque timore coram Deo inter orationes atque pſalmodias conſiſtere oportet, &c.] *Cui etiam conformia ſunt quæ adferuntur primo eiuſdem tomo, in tractatu de vera atque perfecta Renuntiatione: & quo pacto Anima inuenire poſſit Deum, circa med. ibi:* Quando igitur coram Deo in oratione cõſiſtis, caue ne pulchra tua vaſa, in quibus Deo miniſtras, hoc eſt, cogitationes tuæ, ab hoſtibus tuis rapiantur, &c.] *De quibus plura in noſtris ibi Scholijs: vbi varios quoque alios Auctores in hanc materiam citauimus.*

Scriptum quoque eſt: Si ceciderit inimicus tuus, ne læteris malis illius, & in ſupplantatione eius ne extollaris: quoniam videbit Dominus, & non placebit ipſi, auertetque humeros ab ipſo.] *vbi in vulg. aliter ſic:* Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuũ, ne fortè videat Dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuã.] *At in edit. LXX. hic legitur:* Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas ſuper eum; & in ſupplantatione eius ne extollaris: quoniam videbit Dominus, & non placebit ei: & auertet indignationem ſuam ab eo.] *quæ quidẽ lectio partim cum illa Auctoris noſtri hic conſentit, & partim ab ea ſaltem verbis diſſentit, ſicut videre atq; decernere ex vtriuſque collatione licet: ſed in re ac ſenſu vix eſt differentia. Locus porrò Scripturæ, eſt Prouerb. 24. quem Caſſianus alibi ſic legit & explicat:* Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari, in ſupplantatione autem eius noli extolli: ne videat Dominus, & non placeat, & auertat iram ſuam ab eo: id eſt, ne perſpiciens elationem cordis tui, ab eius impugnatione diſcedat; & incipias derelictus ab eo, rurſus ab illa, quam per Dei gratiam ante ſuperaueras, paſſione vexari. &c.] *ita Ioannes Caſſ. collat. 5. cap. 15. De quo loco plures videre licebit varias lectiones in Scholijs nouiſſimæ editionis Romanæ 70. in dictum cap. 24.*

Poſtea vbi habetur: Vir ſapiens imperare recuſat, non autem obtemperare, &c.] *in vno aut al-*

tero manuſcripto cod. Græco mendoſè videtur legi: παραιτεῖται τοῦ κελεύειν, ἢ τὸ κελεύεσθαι. *Aut enim hoc verbum* (κελεύεσθαι) *hic redundat, aut ſubaudiendum* (μᾶλλον ἢ τοῦ κελεύεσθαι) *vt ſit ſenſus: Vir ſapiens recuſat imperare potius, quàm vt ſibi imperetur. Si enim abſque ſubauditione* (τοῦ μᾶλλον) *verbum verbo hic reddas ac dicas: Sapiens recuſat imperare, aut vt ſibi imperetur. vel, recuſat imperare, imperiumve detrectat, aut quid in eam ſententiam ſimile, dico id ſtare non poſſe, nam repugnat Auctoris ſententiæ, ac bonis moribus. ſapiens enim vir non detrectat imperium alterius, niſi aduerſetur Deo, ac ſaluti animæ: quod etiam patet ex his quæ ſequuntur, ac præſertim Scripturæ locis immediatè ſubiectis; quare potius hic legendum:* Ἀνὴρ σοφὸς παραιτεῖται τοῦ κελεύειν, οὐ κελεύεσθαι, *id eſt, Vir ſapiens imperare recuſat, non autem obtemperare, præcepto illius ſatisfaciens, qui dixit:* Si quis voluerit inter vos magnus fieri, erit veſter miniſter, &c.] *vt etiam hic tranſtulimus, ac in orationis contextu repoſuimus. Locus porrò Scripturæ, qui indicatur, eſt Matth. 20.*

Sequitur poſtea: Principem ſeu ducem te conſtituerunt? ne extollaris animo: Eſto autem inter illos ſicut vnus ex ipſis.] *Locus eſt Sap. Sirach, ſiue Eccleſ. 32. vbi in vulg. paullò aliter ſic:* Rectorem te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis, &c.] *variatq́; S. Hieron. in Ezech. 45. ſic legens:* Ducem te conſtituerunt? ne eleueris: ſed eſto inter eos, quaſi vnus ex ipſis, &c.] *Eſt autem hic Scripturæ locus in vulg. cap. 32. ac in poſtrema Romana edit. LXX. eſt cap. 35. quod ibi inſcribitur,* De Rectoribus: *& rectè, cùm de ijs præcipue ibi agatur: quare & illis hic locum illum Auctor accommodat, eundemq́; conuenienter quoq; his qui præſunt, & Antiſtitum perſonam in Eccleſia gerunt, alibi S. Bernardus applicat, ſic in quadam Epiſtola ſcribens:* Curemus ergo in alto poſiti, non altum ſapere, ſed timere, ſed humilibus conſentire. Principem, *inquit Scriptura,* te conſtituerint: eſto in illis, tanquam vnus ex illis, &c.] *ita S. Bernardus in Epiſt. 9. ad Archiepiſcop. Colonienſem, cuius principium eſt:* Dignationis veſtræ ſuſcepi ſcripta deuotus, &c.] *vbi hunc locum citat, pulchreq́; accommodat, & alijs Scripturæ locis, ſententijſq́; illuſtrat. ſicut etiam alibi idem noſter facit Auctor. De quo, & in collationibus SS. Patrum, ex doctrina eiuſdem S. Patris noſtri Ephræm, in principio 2. Tomi operum eiuſdem, cap. 1. vbi de Prælatis agitur.*

Circa illud poſterius, vbi habetur quoniam ſcriptum eſt: Væ ei, qui multiplicat ſibi, quæ non ſunt ſua, vſquequo & aggrauat torquem ſuam grauiter, &c.] *Locus ſcripturæ eſt Abac. 2. vbi concordat lectio LXX. ſed in vulg. paullò aliter ſic:* Væ ei, qui multiplicat non ſua, vſquequo & aggrauat contra denſum & lutum?] *Cæterùm apud S. Hieronymum, & Theodoritum legitur hic:* vſquequo aggrauat, &c.] *abſque* (&) *quomodo etiam alibi apud S. Ephræm, ac S. Baſilium; nec non S. Gregor. Papam cognomine Magnum, qui alibi hunc locum Abacuc citans atque illuſtrans, legit:* Væ ei, qui multiplicat non ſua, vſquequo aggrauat contra ſe denſum lutum?] *vt in vulg. ſed omiſſo* (&). *Quid porrò ſibi hæc ſententia velit, ipſe tertia parte curæ Paſtoralis explicat, in Admonit. 21. poſt medium. ibi:* Cùm aliena rapere intendunt, audiant quod ſcriptum eſt: Væ ei, qui multiplicat non ſua, vſquequo aggrauat contra ſe denſum lutum? Auaro quippe contra ſe denſum lutum aggrauare, eſt terrena lucra cum pondere peccati cumulare, &c.] *Idem in expoſitione moral. libro trigeſimoquarto in 41. cap. Beatus Iob cap. 13. ante medium, vbi habet:* Per lucrum quippe terrenarum rerum multiplicitas figuratur, ſicut puer Abacuc Prophetam dicitur: Væ ei, qui multiplicat non ſua, vſquequo non aggrauat contra ſe denſum lutum? Denſo enim ſe luto aggrauat, qui per auaritiam terrena multiplicans, peccati ſui ſe oppreſſione coanguſtat, &c.] *ita ibi doctè, pulchrè, & accommodatè S. Gregorius Magnus.*

Poſtea vbi habetur: Si in ægritudinem, aut tribulationem aliquam incideris; memineris dicti illius: Fili, noli negligere diſciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris: quem enim diligit Dominus, corripit; &c.] *Scripturæ locus eſt Prouerb. 3. cōcordatq́; per omnia hic lectio in Græca edit. LXX. cum hac noſtri Auctoris: ſed variat vulgata, in qua ſic legitur:* Diſciplinam Domini, fili mi, ne abijcias: nec deficias cum ab eo corriperis. quem enim diligit Dominus, corripit; & quaſi pater in filio complacet ſibi.] *Sic apud Apoſtolum Hebr. 12.* Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit, &c.] *at ibi ſolum illud* (Fili mi) *eſt vt in vulg. reliqua autem leguntur, vt hic apud Ephræm, & apud LXX. Prouerb. tertio, vbi tamen ſanctus Hieronymus in Ezechiel. cap. vigeſim. paullò aliter hunc Prouerb. locum ſic legit:* Fili, ne contriſteris ad diſciplinam Domini: neque deficias, quando ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, &c.] *ac S. Cyprianus de habitu Virg.* Fili, ne neglexeris diſciplinam Domini: nec defeceris ab eo correptus, &c.] *ſicq; apud eundem in tertio libro ad Quirinum. Et hæc de varijs huius loci lectionibus. Applicat porrò dictum illud Scripturæ hic Auctor potiſſimum afflictis ac tribulatis; quemadmodum & S. Chryſoſtomus in Epiſt. ad Philip. cap. 4. Sermon. 15. in morali digreſſione. vbi in commendationem Tribulationum, eundem ex Prouerbijs locum, vnà cum alijs Scripturæ locis in eandem ſententiam opportunè citat, accommodatque.*

Varia quoq; lectio notanda eſt in ſequentibus: Frater dixit: Non ex obſeruantia ſuperſtitioſi repudio

pudio eſum carnium: omnis enim creatura Dei bona eſt,&c.] *quæ ex alio Græco MS. aliter ſic interpunguntur, atque redduntur: Non ex obſeruantia aliqua ſuperſtitioſa repudio eſum carnium: (omnis enim creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. (ſed quia ſcriptum eſt: Non decent ſtultum delitiæ. Inſolentiæ enim ſignum eſt in monacho, comedere animalia, vbi appoſita ſunt fragmenta. Ne fragmenta contempſeris: iuſſit enim Dominus colligi fragmenta, ne pereant, &c. Vbi vtraque lectio cum ſua interpunctura bonum ſenſum admittit, & probatur: quare & Lectori per me ſit liberum hîc alterutram ſequi, quam maluerit.*

Poſtea vbi continetur: Si tentatione victus Frater, receſſerit è loco ſuo, & poſtea pœnitentia ductus cupiat poſtliminio reuerti; tu vide ne impedias, &c.] *De hoc extat integra Parænesis apud S. Ephræm, tom. 2. quæ eſt vigeſima ſeptima in ordine reliquarum. cuius ibi Titulus eſt:* Oportere reuertentem fratrem, ſine præteritorum malorum recordatione, & cum gaudio ſuſcipere.] *& al. Parænesi 27. quod Præfectum oporteat compatientem eſſe, & aliorum malitiæ immemorem.] ac al. De compaſſione atque indulgentia erga eos qui pœnitentiam agunt, &c.] incipitq́; ibi ſic:* Si contigerit fratrem à cœnobio quocunque prætextu recedere; eumq́ue acciderit in morbum labi, aut etiam ſpontè reſipiſcentem redire; non oportet talem fratrem deſpicere: ſed potius ipſum in Domino velut proprium membrum conuenerit amplecti, etiamſi peccarit; cùm id non homini præſtetur, ſed Domino dicenti: Quod vni horum ex minimis feciſtis, mihi feciſtis, &c.] *Locus ſanè Præfectis lectu vtilis: de quo & alibi ſparſim apud noſtrum Auctorem ſæpius; nec non apud S. Baſilium Magnũ in conſtitutionibus monaſticis, & Caſſianum, Climacum, Nilum, & Marcum, atque Eſaiam, Abbates: vt etiam apud S. Dorotheum, Iſaacum, vtrumque Macarium, Abſalonem, alioſque de inſtitutis Renuntiantium, ac Monachorum tractantes; apud quos plura in eamdem ſententiam inuenire licebit.*

Poſtea vbi habetur: Qui mentem ſuam poſt vitæ renuntiationem ad ſecularia conuertit, nihil ab eo qui ſeipſum detondet, differt, &c.] *Vis ſimilitudinis in eo conſiſtit: Nam ſicut* τῷ ἑαυτὸν ἀνακείροντι, *id eſt, ei, qui ſeipſum detondet, iterum creſcit capillus: ita qui denuò ad ſeculum, ſiue ad res ſeculares ſeſe conuertit, non videtur euelliſſe, ſed totondiſſe dumtaxat capillum: nempe ſuperflua vitæ huius, ac vanitates, & ſtudia ſeculi inania. atque ideò mox ſubdit:* ὁ δοκῶν ἐμπαίζειν ἐν ἀμφοτέροις, *&c. hoc eſt, qui putat ſe ludere in vtraque re (id eſt, in vita ſeculari, & religioſa) ſe ipſe decipit, &c. Qualia in eamdem ſententiam plura, non vno in loco alibi apud Ephræm, tam primo, quàm ſecundo Tomo reperies.*

Pleriſque interiectis poſtea, vbi dicitur: Aquilo conturbat mare, & ſubita ira mentem commouet viri: at longanimitas expellit iracundiam, impetumq́ue efferueſcentis animi: & ſi ira non adſit, ceſſat quoque iracundia, &c.] *Differentia indicatur, quæ eſt inter* θυμὸν, *atque* ὀξυχολίαν, *&* ὀργήν: *vt* θυμὸς *ſit furor quidam ſubitus, ſiue quædam excandeſcentia, ſiue ſubita ac repentina ira, quam etiam* ὀξυχολίαν *ideo vocamus:* ὀργὴ *verò iracundia dicitur, quæ non citò tranſit, ſed durat ac permanet. Quod etiam diſcrimen ponit S. Baſilius Magnus in Homilia* κατὰ τῶν ὀργιζομένων, *id eſt, contra iraſcentes, cuius initium eſt:* ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν παραγγελμάτων, *id eſt, ſicut in medicorum conſilijs atque præceptis, &c. ibi:* ἐστὶ γὰρ θυμὸς μέν, οἷον ἔξαψίς τις, *&c. id eſt, eſt enim ſubita ira, ſiue indignatio velut quædam excandeſcentia, ac furor breuis ac ſubitus, acutuſq́; paſſionis vapor. Iracundia verò permanens ac diuturna triſtitia, ad vlciſcendum parata, &c. de quibus ibi pluribus Baſilius, docens inter alia quomodo ſimilibus animi perturbationibus occurrere atque mederi poſſimus: idque ad finem vſque homiliæ. Et huc faciunt, quæ adducuntur à S. Dorotheo Abbate, in Sermone 8. de Ira, & iniuriarum memoria nõ habenda, haud longè à principio, ibi:* Aliud namque eſt μνησικακία, id eſt, memoria iniuriarum, aliud verò ὀργή, id eſt, iracundia. aliud θυμὸς, id eſt, ſubita ira, vel furor, ſiue impetus animi. aliud ταραχὴ, id eſt, perturbatio. *Subijcitq́;, quod ad rem noſtram facit, nonnullis interiectis poſtea, vbi habet:* Eſt enim θυμὸς, id eſt, furor ſanguinis, circa cor feruor accenſus, vt ait S. Baſilius. Et hęc quidem perturbatio eſt, quæ dicitur ὀξυχολία, id eſt, ſubita ac repentina ira, ſeu bilis acuta: quam quoque ſi volueris, extinguere poteris, antequam fiat ὀργή, id eſt, ira perfecta. Si verò turbatus, turbare perſtiteris; idem facies, quod qui ligna in focum congerit, & magis ac magis incendium excitat: atque ita demum complures fient carbones: quæ quidem abſoluta eſt ira, &c.] *quæ omnia ibi latius deducuntur, & exemplis illuſtrantur: quare plura qui volet, inde deſumat.*

Paullo poſtea, vbi reperitur: Scriptum eſt: qui honorat patrem ſuum, iocundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur, &c.] *Locus citatus, eſt Sap. Sirach. ſiue Eccleſ. 3. circa quem aliqua lectionis notanda hîc occurrit varietas in ſequentib.* qui honorificat patrem, vita viuet longiore, & in die obitus ſui inueniet gratiam.] *vbi in vulg. legitur:* Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore; & qui obedit patri, refrigerabit matrem, &c.] *at in Roman. edit. LXX. paullò aliter ſic:* Qui honorificat patrem, vita viuet longiore: & qui obedit Domino, refrigerabit matrem ſuam, & quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt.] *Et vbi in ſequentibus hîc apud Auctorem habetur:* In verbis & factis honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio ab eo, &c.] *in edit. LXX. eſt:* In opere & ſermone honora patrem tuum, &c.] *reliqua autem vt hîc apud Ephræm. at in vulg. additur* (& omni patientia) *legiturq́;:* In opere & ſermone, & omni patientia honora patrem tuum; vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat.] *reliqua hîc vt in edit. LXX. Sap. Sirach, ſiue Eccleſ. 3.*

Multò poſtea,vbi apud Auctorem hìc habetur: Vide ne fortè prætextu cuculli, aut analabi, A
aliove amictu capiatur anima tua,&c.] *De Cuculli & Analabi vſu, eorumq́; ſymbolo ac ſignificatione,*
pluribus idem S.Dorotheus agit in Sermone de Obedientia,& ſubmiſſione propriæ voluntatis. cuius
principium eſt: In ipſo ſtatim orbis primordio,cùm Deus hominem creaſſet,in paradiſo illum
voluptatis locauit,&c.] *poſt medium,vbi de vario habitu monaſtico tractat,& dicit*: Habitus ſeu veſtitus
noſter,is eſt: Colobium,id eſt,curta,& truncata veſtis abſque manicis. Zona pellicea. Analabus,
id eſt,ſuccinctorum,ſeu bracchiatorium,& cucullus,&c.] *Illis autem quid innuatur, ipſe conſequenter*
de ſingulis oſtendit. ac de Analabo quidem,ibi: Habemus & analabum. Analabus autem
in modum crucis ponitur ſuper humeros noſtros: ſignificat enim ſymbolum crucis,quam noſtris B
humeris iugiter geſtare debemus,iuxta id,quod dicitur: Tolle crucem tuam,& ſequere me,
&c.] *ac pleriſque interiectis poſtea, vbi habetur*: Ecce zonam habemus circa lumbos pelliceam; quæ
irrationalis appetitus,& concupiſcentiæ mortificationem ſignificat: nec non Analabum,id eſt,
ſcapulare,quod ab humeris dependet.& crucem ipſam deſignat,&c.] *De cucullo autem, paullò*
ibi antea hæc adducit: Geſtamus & cucullum,quod ſymbolum quidem eſt innocentis animi,puri,
& verè humiliati. Pueri enim infantuli,& innocentes cucullum geſtare ſolent, non viri perfecti:
nos verò præterea illum geſtamus,vt malitia ſimus paruuli,ſicut ait Apoſtolus: nolite pueri
eſſe mente & ſenſu; ſed malitia eſtote paruuli,&c.] *paucisq́; interiectis de eodem poſtea, vbi ait*:
Eſt igitur cucullus, ſignum gratiæ Saluatoris noſtri Dei,mentem noſtram tuentis ac protegentis;
nec non ſimplicitatem noſtram atque innocentiam, quæ in Chriſto eſt, circumfouentis, propter
eos,qui nos quotidie vulnerare ac deuorare conantur,&c.] *quæ vel ideo adducere viſum eſt, vt*
quilibet ſymbola eorum cognoſcat, & quid varius habitus monaſticus,ſeu veſtimentorum forma ſignificet,
atque præmonſtret,intelligat; deſinantq́; horum vſum tamquam otioſum, & velut inaniter nouiterq́;
inuentum ſuggillare hæretici,monaſtici habitus atque inſtituti hoſtes: cùm antiquitas ſacra valde frequens C
illorum meminerit; & non vno in loco ſparſim alibi noſter Ephram Syrus,vnà cum Baſilio Magno,
qui fuerunt σύγχρονοι,& ante 1300.annos floruerunt in Eccleſia: ſicut & alibi ex inſtituto magis, in
noſtris Ephræmiticis notationibus demonſtrauimus,& alios ex priſcis Auctores celebres in hanc rem
plures allegauimus.

Longè deinde poſterius,vbi dicitur: Portus ſerenus ac tranquillus eſt, locus bonis regulis directus:
quibus autem deeſt gubernatio,vt folia decidunt.] *Hæc tamquam vna ex memorabilibus S.*
Ephræm ſententijs,inter alias reperitur in Collationibus SS.antiquorum Græcorum Patrum: quas ex vetuſto
Græco MS.Cod.Vatic.tranſcriptus Latinè reddidimus,& in principio Tom. 2. S.Ephræm repoſuimus,
vbi ea quarto Sententiarum artic.(qui eſt de bono regimine ſeruando) habetur. adluſioq́; haud obſcurè
fit ad illum Prouerb.11.locum: Quibus non eſt gubernatio,cadunt vt folia: ſalus autem eſt in
multò conſilio.] *vt eſt in edition. LXX. at in vulg.* Vbi non eſt gubernator,populus corruet: ſalus D
autem,vbi multa conſilia.] *qui idem locus & ſupra ab Auctore,hoc eodem Tractatu citatur,& diſcretæ*
gubernationi applicatur: ſicut & à Caſſiano,collat.2.de Diſcretione,cap.4.&c.

Denique vbi habetur: Etiamſi in vaſis occultatus fueris ſicut Saul, inde te aſſumet Dominus,
& Ducem atque præfectum te conſtituet in populo ſuo,&c.] *in vno aut altero MS. Græc. reperitur*:
etiamſi in vaſis occultatus ſis, ſicut Samuel,&c.] *at in alijs Græcis manuſcript. per nos collatis,*
hìc conformiter habetur (Saul) *& ſic legendum eſſe hoc loco,& non* (Samuel) *ipſa etiam ſacra teſtatur*
Hiſtoria,quæ refertur 1.Reg.10.vbi apertè de Saule legitur,quod ἐν τοῖς σκεύεσι, *id eſt*, in vaſis abſconditus
fuerit. *vt etiam eſt in edit.LXX.licet in vulg.* quod domi abſcōditus erat, *ſimpliciter. adduciturq́;*
ibidē de Saule,in ſacro Codic. iuxta LXX. quod ſumptus fuerit inde,& cōſtitutus in medio populi,
& exaltatus ſuper omnem populum ab humero,& ſupra,&c.] *atque hoc eſt, quòd hìc adluſione dixit*
Auctor: tametſi in vaſis abſconditus fueris ſicut Saul,inde te aſſumet Dominus, & Ducem atque E
præfectum te in populo ſuo conſtituet,&c.] *Atq; hic locus,facit pro vocatione vniuſcuiuſque,*
& ſeruit contra ambitioſos,qui ſe temere in Prælaturas ingerunt: contra quos,alibi ſæpè Ephræm, & S.
Bernardus libro 1.de Conſiderat.cap.10.ac lib.3. cap.3.&c.iuxta noſtram eorumdem de conſid.
librorum,per capita diſtinctionem,atque poſtremam Romanam editionem cum
Argumentis & Scholijs,quibus iam dictos quinque S.Bernardi
Libros recognitos illuſtrauimus.

* * *

EIVSDEM*

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Sermo Aſceticus, de vita Religioſa, atque Monaſtica.

*al. Eiuſd. ſerm. de vera atq; perfecta vita hominis Religioſi.
*al. Sermo eiuſdem, de cōpunctione cordis.

B *Eodem Gerardo Voſsio Interprete, & Scholiaſte.*

LABOR & dolor me ad loquendum atque dicendum compel-
lunt: verùm * indignitas mea ſilentium mihi imperat. Cordis mei
dolores loqui vehementer vrgent: ſed peccata mea potius vt ta-
ceam, ſuadent. Cùm igitur vtrimque coarcter, loqui magis mihi
expedit, quàm ſilere: vt vel ſic à dolore cordis mei reſpirem, atque
quieſcam. Anima quippe mea dolore plena eſt, & oculi mei la-
chrymas cōcupiſcunt. Quis ergo dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem
lachrymarum: vt deplorem indeſinenter diu noctuque vulnera animæ meæ,
magnamque relaxationem inſtituti noſtri monaſtici, hac noſtra ætate (proh
C dolor) nimis inualeſcentem? Eſt enim anima mea mille * confoſſa vulneri-
bus, & ignorat: ſiquidem elatio eius atque arrogantia, ipſam ſua conſiderare
vulnera non ſinit, vt curentur. Sola autem inſtitutio, quæ Patrum noſtrorum
temporibus vigebat, rectè ſeruabatur: quippe qui fulſerunt, vt luminaria per
totum mundum, piam atque religioſam in eo vitam ducentes, inter tribulos &
ſpinas, hæreticos, inquam, ac homines impios; & veluti lapides quidam pretioſi,
ac margaritæ illuſtres enituerunt: quorum & ipſi inimici atque aduerſarij, ob
ſummam caſtiſſimamque illorum conuerſationem, imitatores facti ſunt. Quis
enim admirandam illorum cernens humilitatem, animo non eſt compunctus?
aut quis eorum manſuetudinem & quietem adſpiciens, ſtupore non eſt corre-
ptus? Quis ita pecuniæ atque auaritiæ deditus, vt voluntaria illorum pauper-
tate, ac rerum omnium inopia perſpecta, non illicò mundi odium conceperit?
D Quis ita rapinis inhians, & ſuperbus; vt cùm vitæ illorum honeſtatem, integri-
tatemq; exploratam habuerit, in æquitatem non ſit mutatus? Quis * fornicator,
aut prophanus, illos precibus intentos conſpexit, & non continuò pudicus & ca-
ſtus eſt effectus? Quis adeò ira aut furore feruidus; vt ex illorum conuerſatione
atque colloquio, in manſuetudinem non tranſierit? Hic igitur illi olim decer-
tantes, nunc illic gloriantur atque exultant: quoniam & Deus glorificatus eſt in
eis, & homines exemplo illorum ſunt ædificati. Noſtra porrò inſtitutio, relictis
vijs rectis, per præcipitia fertur, aſperaſque per vias incedit. Non enim reperitur
hoc tempore, qui propter Deum pecunias ac facultates deſerat: neque eſt, qui
ob vitam æternam ſeculo renuntiet. Non eſt mitis, non humilis, non quietus,
non * diſciplinatus. Nō eſt inquam, qui contumelijs iniurijſque affectus, patien-
E ter ferat: non eſt qui maledictis atque conuitijs vices referre non velit. At cun-
cti * contradictores ſunt: cuncti iracundi ac furibundi: cuncti indignabundi: cun-
cti ſegnes ac deſides: cuncti veſtium ornamenta ſectantur: cuncti vani ſunt, &
inanis gloriæ cupidi; cunctique * ſui ipſius amantes. Nam is quidem, qui vt inſti-
tuatur accedit, antequam ſe inſtrui patiatur, alios inſtruere cupit: & priuſquam
doceatur, docere vult alios: & antequam dedicerit, alijs leges dictare ambit,
antequam ſyllabas connectere nouerit, philoſophatur: vt antequam ſubda-
tur, ſubijcere alios ſibi appetit. antequam ſuperiorum imperatis morem gerat,
ipſe iubet & imperat: & priuſquam corripi atque admoueri velit, ipſe alijs leges
præſcribere nititur. Et ſiquidem ſenior ſit atque prouectior; cum audacia & ſu-
perbia imperat: at ſi iunior, contradicit atque repugnat ſenioribus. Quòd ſi
fortè diues eſt, honorem ſibi confeſtim deferri poſtulat: ſi verò pauper, de re-

*al. infirmitas mea.

Hierm. 9.

*al. confecta.

Monaſtica viuendi ratio antiquorū exemplariſſima.

*al. ꝑ (πόρνος) hic eſt πονηρὸς i. improbus. ſed altera hic lectio accōmodatior.

† ἐνκάτασττος.

*al. cōtentioſi.

*al. proprio amore capti.

Similia ſunt in eiuſdem Serm. in eorum correctionem, qui vitioſe viuunt. & honores appetunt. tom. I.

quie protinus eſt ſollicitus. ſin autem operarius; digitos mox delicatos atque ele-
*al. noſtri. gantes habere ſtudet. Quis igitur non deplangat, chariſſimi maximam * noſtram
religioſi inſtituti cladem? Nos enim qui ſeculo abrenuntiauimus, terrena adhuc
ſapimus. Agricolæ ac ruſtici deſpiciunt terram: & nos qui videbamur eſſe ſpi-
*al. an ignoramus, ad quid vocati ſumus, ô fratres? an neſcimus, quorsũ venerimus, dilectiſſimi? ritales, terrenis curis diſtringimur. Ignoramus * ad quid vocati ſimus, fratres.
neſcimus ad quid venerimus, dilectiſſimi. Ad temperantiam & abſtinentiam
vocati ſumus: & ciborum varias exquiſitasque delitias expetimus. Ad nuditatem
perſequendam venimus, & de veſtium cultu contendimus. Ad obedientiam,
& manſuetudinem ſumus vocati: & cum aſperitate reſiſtimus. Humilitati, &
quieti atque ſilentio dare operam profeſſi ſumus: & contrariam omnes viam in-
*al. intelligimus. cedimus. Legentes, non * cognoſcimus: & audientes ea, quæ dicuntur, non B
*al. attẽdimus. * percipimus, chariſſimi. Si quis fortè per iter, repente iugulatum hominem of-
NOTA, fendat; mutatur atque expalleſcit facie, & corde perhorreſcit: nos verò occiſos
dum legimus Apoſtolos, & Prophetas lapidibus obrutos, adhuc ridemus. Et quid
de Prophetis dico, & Apoſtolis? Ipſum Deum, Verbum carnem factum, in ligno
ſuſpenſum, occiſumque propter peccata ac ſcelera noſtra. audientes atque legen-
Matth. 27. Marc. 15. Lucæ 23. tes, mente vaga diſtrahimur, & ad riſum conuertimur. Sol non ferens iniuriam
ac contumeliam Domini, ſubductis radijs ſplendorem ſuum in tenebras conuer-
tit: & nos ex malitiæ noſtræ tenebris, ad iuſtitiæ lumen conuerti nolumus. Ve-
Ibidem. lum templi cum nihil peccaſſet, à ſeipſo diſciſſum eſt: & nos propter peccata
noſtra, corde compungi recuſamus. Terra contremiſcens à facie Donini, ad
*al. naues. noſtrum terrorem ſub pedibus noſtris commouetur: & nos ne ſic quidem ob no-
ſtram duritiem timore concutimur. * Vrbes terræ motibus abſorptæ ſunt, & loca C
à facie iræ Domini deſolata ſunt plurima: & ne ſic terrore corripimur. Sol iam
*al. media dic. ſemel, & iterum ſuper nos * meridianis horis obſcuratus eſt: & nec ſic corde ex-
paueſcimus. Perſarum bella, ac diuerſarum gentium barbararum, commota
SYRIA A PERSIS VASTATA. ſunt, noſtramque prouinciam deuaſtarunt: vt nos Deum, vel per flagella time-
re diſcamus, ac pœnitentiam agamus: cùm & magna profectò nobis opus ſit pœ-
nitentia, non paucorum duntaxat dierum, aut menſium, ſed annorum, ac tem-
porum plurimorum: & ne ſic quidem conuerti adhuc volumus. Reſipiſcamus
igitur ad pœnitentiam, fratres: vt Deum peccatis noſtris propitium habere va-
leamus. Deprecemur ipſum; quia iram eius prouocauimus. Humiliemus nos
coram ipſo, vt nos exaltet. Ploremus modò, vt poſtea in futura nos vita lætifi-
*al. omnem cõſuetudinem malam. cet. Lugeamus hic: vt illic conſolemur. Proijciamus à nobis omnem * curam,
ſollicitudinemque carnalem, & virtute quaſi veſtimẽto induamur, maximè nos, D
qui ad hoc angelicum vitæ inſtitutum peruenire promeruimus. Ita chariſſimi
mei, ita (quæſo) modum, ac normam, quam illuſtres perfectique illi noſtri olim
Patres tradiderunt, omni conatu ac ſtudio amplectamur: ne ſcilicet hodie, per
abſtinentiam maceremur, cras autem epulis diſtendamur. Ne hodie aquam bi-
*al. diuerſa calceamenta adhibeamus. bamus, & cras vini potationi nos demus. Ne hodie nudis pedibus incedamus:
& cras calceos, * caligasque aſſumamus. Ne hodie cilicio vtamur: & craſtina
mollibus delicatisque veſtimentis operiamur. Ne hodie ſimplicem amictum ge-
ramus: & cras ornatum requiramus. Ne modò mites ac humiles appareamus:
paullò autem poſtea arrogantes atque ſuperbi ſimus. Ne hodie modeſtos & obe-
dientes nos præbeamus: & cras diſſolutos, atque inobedientes. Ne hodie in no-
bis ploratus ac eiulatus audiatur: & cras riſus, atque contemptio. Ne hodie hu- E
micubemus: & craſtina in lecto molli dormiamus. Ne hodie pœnitentiam aga-
Regula vna certa, ac ſalutaris eligenda. mus: & cras otio atque negligentia diffluamus. Cæterũm vnam nobis regulam,
chariſſimi, deligamus: per quam Deo grati acceptique eſſe poſſimus, nobisq; ipſi
ac proximis noſtris prodeſſe valeamus. Quòd ſi in vita ſolitaria per abſtinentiam
*al à deſpiciẽtia abſtine. teipſum maceras, atque mortificas, dum tibi à pluribus miniſtratur, * offenſam
caueto. At ſi in multitudine vitam degas, Dominum tuum dicentem auſculta:
Matth 7. & Lucæ 6. Quæcunque vultis vt vobis faciant homines, & vos illis facite ſimiliter. Quòd ſi
tibi ob perpetuam corporis infirmitatem, aſſiduè ab alijs miniſtrari oportuerit;
vide, & ſollicitè attende, ne proximo damnum iniuriamvè inferas. Propterea
verò & ſancti, probatiſſimique olim Patres, iactis firmiter vnius viuendi regulæ
fundamentis, perfecti euaſerunt: ſiquidem illum canonem, ac regulam, quam

A ſemel arripuerant, ad finem vſque vitæ, ſine impedimento aliquo retinuerunt. Nam alij quinquaginta annis, alij pluribus, vno continentiæ atque abſtinentiæ ſuæ gradu indefeſſi cucurrerunt, numquam vitæ ordinem immutantes; continenterque ſummam, præclaram, atq; irreprehenſibilem ciborum & linguæ temperantiam,† lecti duritiem, humilitatem, manſuetudinem, fidem, & charitatem (quæ perfecti atque ſpiritalis ædificij culmen eſt) voluntariamque paupertatem ſtrictè ſeruantes; & ab omnibus caducis, ac fragilibus terreniſque rebus ſe abſtrahentes, ac vitam virtutibus decoratam agentes: & in vigilias, orationeſque aſſiduas lachrymis ac compunctione irrigatas, ſalubriter incumbentes; cæleſtia contemplantes, & Deo iugiter ſeruientes. Riſum illi vltra vultus ſerenitatem erumpere numquam ſinebant. ſuperbiam autem prorſus conculcabant. Iræ atque B indignationi locum planè non tribuebant. Aurum & argentum pro nihilo reputabant: ſeque ipſos ab omni penitus ſorde peccati mundos, nitidosque† reddebant. Et ideo Deus quoque in illis habitauit, atque in eis eſt glorificatus; & quicunque illos videre vel audire meruerunt, Deo gloriam dederunt. †Niſi enim quis ſeipſum ab omni re iniqua, ſordidiſque cogitationibus, ac prauis affectionibus, ira quoque & indignatione, inuidia, atque ſuperbia, & vana gloria, odio & detractatione, contentione, & auaritia, alijſque inordinatis actibus; & cunctis denique (ne per ſingula recenſeam) quæ odit Deus, expurgauerit, atque emendauerit: † nequaquam in illo habitabit Dominus. At ſi quis ab his omnibus ſe purum, immaculatumque cuſtodierit: in illo, tamquam in domo ac ſede gratiſſima, libentiſſimè inhabitabit. Dicito enim mihi, obſecro: ſi quis te in † lutum proijceret, & in eo ſemper te manere vellet; libenter ne hoc faceres, talemque in- C iuriam patienter ferres? Quòd ſi tu, qui cinis es, & vermis, iſtud ſuſtinere nequeas; quomodo vis ipſum Deum (qui immaculatus & incontaminatus eſt, ſoluſque ſanctus, & in ſanctis requieſcit) in te, qui totus fœditus es, & cœnoſo † horrore plenus; inhabitare? Emundemus igitur noſmetipſos ab omni fece peccati, dilectiſſimi: vt Deus in nobis inhabitet, & promiſſa eius cæleſtia conſequi mereamur. Ne, quæſo, nomini eius ſancto, quod inuocatum eſt ſuper nos, iniuriam inferamus: vt non propter nos, nomen Dei noſtri à perfidis & impijs blaſphemetur. Parcamus nobis ipſis, & intelligamus nomen noſtrum, † ipſius nomini conſonare: Chriſtus enim ipſe, & nos Chriſtiani vocamur, Deus noſter, ſpiritus eſt: quare & nos efficiamur ſpiritales. Vbi enim ſpiritus Domini, ibi libertas. Demus igitur operam, vt hac libertate perfruamur. Conſideremus, qua nos conuerſatione dignatus eſt, & quanta nobilitate donarit. Agnoſcamus, quòd ad magnas ſuas nos nuptias inuitauerit: noſque † ipſos ſic diligamus, quem- D admodum ipſe nos dilexit. Deſideremus eum omni hora: vt nos ipſe glorificet. Attendamus nobis ipſis: ne duplici pœna in die iudicij mulctemur; maximè ſi poſt ſeculi abdicationem, adhuc ea quæ mundi ſunt ſapiamus: ſi poſt pecuniarum opumque contemptionem, de ijs adhuc ſolliciti ſimus: ſi poſt carnalium abrenũtiationem, iterum quæ carnis ſunt, perſequamur. Quamobrem metuo, ne repentè nobis dies illa ſuperueniat: nudique tunc inuenti, ac miſeri, & imparati, nos ipſos accuſemus. Idem enim & in diebus Noe paſſi ſunt, quando edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias, vendebant & emebant, donec repente ſuperueniens diluuium perdidit omnes. Res quippe admiratione digniſſima tunc erat, fratres, intueri fera animantia in vnum cogi: ac elephantes qui- E dem ex India, & Perſide aduentare: leones autem & pardos ouibus, capriſque miſceri, & nihil eis nocere: ſerpentes & volucres, nemine impellente accedere, & † circumcirca arcam degere atque excubare, idque per dies plurimos: ipſumque Noe ſtudioſè arcam fabricari, ac magnis illos vocibus ad pœnitentiam hortari: & nec ſic tamen illi reſipiſcere voluerunt; neque tot mirabilibus inſpectis, tantoque variorum animalium atque immanium ferarum conuentu, compuncti ſunt, vt ſaluari mererentur. Timeamus igitur, chariſſimi, ne eadem & nos patiamur. Nam quæ fuerant ſcripta, iam completa ſunt; & quæ prædicta erant ſigna, finem acceperunt: nihilque reſtat deinceps, niſi vt inimici noſtri Antichriſti aduentus reueletur; quod & breui futurum expectatur. Nam vbi Romanorum Imperium fuerit impletum, omnia conſummari oportebit.

Qui

Priſcorum monachorum vitæ rigor, & perfectio.

*al. humi cubationem.

*al. & charitatem perfectam quæ ſpiritalis ædificij vinculum eſt.

†al. ſeruabant.

†al. Propterea niſi vnuſquiſq; ſe ab omni opere malo, immũdiſque cogitationibus, &c.

†al. longe ab illo aberit Deus.

†al. in lacum cœni.

A Minore.

†al. fœtore.

Hierem. 14.
Rom. 2.

†al. ex Chriſti nomine eſſe deriuatum.

Ioan. 4. & 2. Cor. 3.

Matth. 22.

†al. inuicem.

NOTA.

Geneſ. 6. 7.
Matth. 24. &
Lucæ. 17.

NOTA.

*ἐν κύκλῳ αὐλιζόμενα.

ARCA NOE.

Gen. 6. 7.
Matth. 24. &
Lucæ 21.
2. Theſſ. 2.

ROMANO

IMPERIO IMPLETO, FINIS MVNDI ADERIT.

Qui ergo ſaluari cupit, ſtudioſè contendat: & qui in cæleſte regnum intrare deſiderat, negligentiam atque torporem omnem à ſe depellat. Qui à gehenna ignis liberari expetit, legittimè nunc decertet, neceſſe eſt: & qui immortali vermi pabulum eſſe noluerit, vigilem ac ſobrium ſe præbeat. Qui exaltari optat, penitus ſeſe humiliet: & qui vult ibi conſolari, hic iam lugeat ac fleat. Qui thalamum Domini ingredi concupiſcit, & gloriari atque exultare in eo; lucidam lampadem præferat, & oleum ſecum in vaſis ſumat: & qui ad illas nuptias inuitari expectat, veſtem ſibi ſplendidam comparet. Eſt enim ciuitas illa† magni Regis, plena lætitiæ & iubilationis, plena decoris & luminis, plena dulcedinis atque ſuauitatis: quæ æternæ coniuncta vitæ, omnibus in ea habitantibus iugiter manant. Si quis ergo æterni Regis appetit ciuis atque familiaris fieri; celeriter eò pergat, oportet: nam dies ſe iam inclinat ad veſperam; nulluſque quid ſibi in itinere occurſurum ſit, nouit.

PVLCHRVM A SIMILI EXEMPLVM.

Quemadmodum enim ſi quis viator ſciens itineris ſui longinquitatem, fatigatus in via obdormiat vſque ad veſperam; ac deinde ſomno experrectus, videt iam diem inclinatam: cumque vlterius pergere tentet, repente in ipſo itineris initio † nubes illum ac grandines, tonitrua & fulgura, tribulationesque atque anguſtię vndique obruant & exagitent; vt neq; domum retrogredi, neque ad deſtinatum locum vltra progredi poſſit: ita etiam nos, ſi pœnitentiam hic agere neglexerimus, dum congruum nobis pœnitentiæ tempus adhuc ſuppetit, grauiter ſanè illic pœnas luemus. Aduenæ enim & peregreni hic ſumus. Quare ſtudeamus in ciuitatem ac patriam noſtram, cumulati atque ornati bonorum operum diuitijs † introire. Negotiatores ſpiritales ſumus, fratres, pretioſam quęrentes margaritam, quæ eſt Chriſtus Saluator noſter, gloriatio & exultatio noſtra * ſecuruſque theſaurus noſter, quem auferre nemo nobis poterit. Quamobrem magna diligentia, ſtudeamus illum acquirere atque poſſidere. Felix ſanà, imò feliciſſimus, qui illum ſibi acquirere ac vindicare ſtuduit; ſicut contra, miſerrimus atque infeliciſſimus eſt, qui Conditorem illum omnium poſſidere neglexit? nam talis ſeipſum perditioni, æternæque morti expoſuit, dum noluit illum poſſidere, atque ab eo poſſideri. An neſcitis, fratres, nos vitis veræ, quæ Chriſtus eſt, palmites eſſe? † Videte igitur, ne quis infructuoſus reperiatur. Nam veritatis Pater, agricola eſt, qui hanc veram vitem excolit; illoſque, qui fructuoſi ſunt, maiore ſtudio † atque amore colit, vt copioſiorem fructum referant: eos verò qui fructum non faciunt, excidit, & extra vineam proijcit, vt igne comburantur. Sollicitè ergo vobis ipſis attendite: ne infructuoſi inueniamini, excißique † æterno igni tradamini. Similiter ſemen bonum ſumus, chariſſimi, quod ſeminauit † cæli terræque creator, Chriſtus pater familias. Nunc tempus meſſis aduenit, & meſſores paratas manibus tenent falces, ſolumque domini ſui nutum expectant. Videte igitur, ne quis veſtrum inueniatur eſſe zizania, & † in faſciculos colligatus, comburatur igne ſempiterno. Non intelligitis, fratres mei, quàm formidabile pelagus nobis ſit transfretandum? Perfecti quoque, ac ſapientiſſimi mercatores, paratas ſuas tenent merces; expectantque cum gaudio, donec illis ſecundus aſpiret ventus: vt traiecto pelago, ad portum vitæ applicent. Ego verò, meique ſimiles, & qui negligentia & otio diffluimus, varijſque vitæ diſtractionibus tenemur, nullam prorſus animo ſollicitudinem gerimus, quo infeſtiſſimum hoc mundi pelagus feliciter traijcere poſſimus. Quare metuo, ne, quando repentè ventus afflauerit, imparati reperiamur, ac minimè inſtructi: ligatiſque manibus & pedibus, in nauem nos proijciant, vbi dies negligentiæ atque ſocordiæ noſtræ deploremus: dum interim alios exultantes lætoſque conſpiciemus, nos ipſos verò in ſumma afflictione atque dolore conſtitutos. In illo enim portu, vnuſquiſque cum ſuis opibus ac mercibus quibus ditatus intrauit, gloriatur & exultat. An ignoratis, fratres, quòd ad nuptias vocati ſumus, in quibus Rex regum, ſponſus immortalis ſerenus accumbit? Cur ergo negligimus? cur hic non tota animi intentione curamus nobis ſplendidam parare veſtem; lampademque lucentem, vnà cum oleo in manibus ſumere? An non perpenditis vobiſcum, neminem illuc nudum ingredi; Quòd ſi quis impudenter ac temere, abſque veſte nuptiali introierit; ſcitis quid pati debeat eiuſmodi: iuſſu enim Regis, ligatis manibus ac pedibus, proijcitur in tenebras exteriores, vbi

erit

Matth.22.25.

† al. ciuitas illa Regia.

† al. pluuia.

Pſalm.38.
Heb.11.13.

† al. cum feſtinatione pergere.
Matth.13.
* ἄσυλος.

Ioan.15.
† al. Caueamus ergo, ne quis.
Ioan.15
* φιλοχαλῶ.
Ibidem.

† al. foco ignis.
Matth.13.
† al. Paterfamilias Chriſtus, cæli & terræ creator, ac Dominus.
Matth.13.
† al. & vinculis conſtrictus, æterno igni tradatur.

Matth.22.25.

Matth.22.25.

Matth.25.

Matth.22.25.

erit fletus & ſtridor dentium. Quocirca ſobrij ſimus atque vigilemus, dilectiſſimi: vereor equidem ne nos ab illo thalamo † paſſiones affectioneſque noſtrę carnales expellant. cùm & ſolò exteriore habitu ornati ſimus: exteriorque cultus ac habitus, ſæpe cordis noſtri & mentis indicium eſt. Siquidem ornatus veſtium, nos terrena ſapere indicat: veſtisq; accuratè nimis compoſita, vera illa nos gloria nudos demonſtrat. Et amor glorię, nos vanitati deditos eſſe deſignat: ciborumque delitiæ, gulæ concupiſcentiam arguunt. Negligentia, pigros atque inertes nos eſſe declarat. Nimius amor plura acquirendi, ac poſſidendi; quòd Chriſtum non amemus atque deſideremus, nos accuſat. Inuidiæ lues, charitatem in nobis non eſſe, denuntiat. Frequens † pedum, facieique ablutio; nos noſtris ſeruire paſſionibus, ſignificat. Per linguam, quid cor noſtrum appetat, declaratur: quæ enim animus deſiderat, lingua proferre conſueuit; motuque labiorum, cordis noſtri arcana depromuntur: nam vbi os noſtrum aperitur, amoto iam oſtio atque cuſtode, ſermo etiam noſter citra delectum, temereque progreditur: per verba autem, cordis occulta produntur. Os ſiquidem quod animi ſecreta non ſeruat, ſuas illi cogitationes furatur: & dum intra ſe mens continere ſe exiſtimat, oris temeritate atque effrænatione euulgatur: cumque ſe minimè videri arbitratur, † verbis proditur. Blandum detractionis vitium dum libenter auditur, † animæ odio laborantis certum indicium eſt. Ne igitur quis erret, vt exteriore religionis habitu ſe aliquid eſſe exiſtimet: nam qui ſe putat eiuſmodi apparenti ſpecie religioſum eſſe, ſeipſum potius fallit ac decipit. Et illa ſimulata religio quàm ſit falſa, ex ipſa protinus conuerſatione eius, facile cuiuis conſtare poterit. Si enim cogitationes cordis ipſius addiſcere velis; aures tuas ori eius admoue, ſtatimque ex illo cognoſces, de quibus ſollicitus ſit, ac cogitet: vtrum de terrenis, an de cæleſtibus; de ſpiritalibus, an de carnalibus; de voluptatibus, an de continentia ac pudicitia; de opibus accumulandis, an de voluntaria paupertate, & nuditate rerum omnium; de humilitate, an de ſuperbia; de charitate, an de odio. Nam de theſauro cordis, os depromit; eſcaſq; ad ſe accedentibus profert. Et linguæ vſus, quibus cor perfrui deſideret, Chriſto ne, an rebus præſentis ſeculi, oſtendis. Inuiſibiliſque anima, per actus proprij corporis cernitur, cuiuſmodi ſit, bona ne, an mala: bona quidem per naturam eſt, at voluntate liberi arbitrij mutatur in malam. Cæterùm dixerit fortaſſe quiſpiam, paſſiones eiuſmodi naturales eſſe; eoſque, qui illis indulgent, culpa ac crimine vacare. Attende tibi ipſi miſer, ac caue, ne † pulchrum optimi Dei opificium, in crimen ac culpam adducas: fecit enim ipſe cuncta valde bona, & naturam noſtram omnibus exornauit bonis Exempli gratia: Eſurit aliquis per naturam; non culpatur ſi moderatè comedat: at ſi immoderatè cibum capiat, reprehenditur: eſt enim naturalis eſuries. Sitit quiſpiam ſimiliter ſecundum naturam; non redditur obnoxius reprehenſioni, ſi quantum naturæ ſatis ſit, bibat: eſt enim ſitis naturalis: at ſi vltra modum biberit, reprehenſionis notam incurret. Sic ſi quis dormiat ſecundùm naturam; non trahitur in culpam ſi moderatè dormierit: at ſi neceſſitatis menſuram exceſſerit, culpa non vacabit: quippe qui ſeipſum nimium relaxarit, negligentiæque ac ſomno tradiderit; ita vt naturam, immodici ſomni conſuetudine captiuari, vincique permiſerit. Natura enim & conſuetudo, vtrarumque partium teſtes ſunt, atque præcones. Natura † ſeruitium oſtendit, & conſuetudo propoſitum voluntatis indicat: ex vtriſque enim conſiſtit homo. Voluntas verò cùm libera ſit, ac ſui iuris, tamquam agricola quidam eſt, naturæ noſtræ conſuetudines prauas inſerens, & † bonas, ſicut ipſa voluerit. Malas quidem conſuetudines hac inſerit ratione: Per famem, gulam; per ſitim, immodicam potationem; per ſomnum, negligentiam atque torporem; per aſpectum, cogitationem improbam; & per veritatem, mendacium inſerit. Similiter virtutes bonas hoc inſerit modo: Cibo inſerit temperantiam, ſiti tolerantiam, ſomno vigilias, veritatem mendacio, & aſpectui pudicitiam. In ictu enim oculi, voluntas noſtra inſtar agricolæ (vt dixi) conſuetudines malas radicitus euellit: & vt ſibi libitum fuerit, virtutes bonas inſerit, naturam vincens. Nam veluti terra quædam actionis noſtræ natura eſt: cuius agricola, voluntas eſt: conſiliarij verò atque magiſtri, diuinæ ſunt ſcripturæ. Docent enim noſtrum agricolam, quas

† al. vitia noſtra, paſſioneſque prauæ repellãt.

Exteriora acta, vt mentis noſtrę affectionem, inclinationemq; deſignent.

† al. manuum noſtrarum, pedumque ac faciei curioſa ablutio, &c.

Lingua & oris ſigna, atque effectus.

† al. per os publicatur.

† al. nos odio pleno, nos eſſe indicat.

Iacob. 1.

Εναντιώσας.

Matth. 12. & Luc. 6.

† al. ne bonum optimi Dei opus inculpes.

Gen. 1.

AB EXEMPLIS.

Naturæ & conſuetudinis effectus.

* δȣλαγωγίαν.

† al. & virtutes bonas.

Malæ conſuetudines, vt nobis à voluntate inſerantur.

Virtutes bonæ vt nobis inſerantur.

Voluntas, vt agricolæ ſimilis.

Conſiliarij voluntatis noſtræ, diuinæ ſunt Scripturæ.

quidem conſuetudines prauas euellere, & quas virtutes bonas inſerere debeat. A
Nam quantumuis ingenioſus ac vigilans, diligenſque noſter agricola fuerit; abſq;
diuinarum Scripturarum doctrina obtuſus eſt & infirmus, prorſusque rudis. Si-
quidem ſacrarum litterarum inſtitutio atque doctrina, intelligentiam ipſi, vi-
reſque præbet: & virtutes bonas ex proprijs ramis ac ſurculis illi adminiſtrat, vt
eas naturæ ſuæ ligno inſerat. Fidem quippe bonam illi præſtat, quam infideli-
tati ſuæ innectat: & ſpem, quam deſperationi; charitatem, quam odio; ſcientiam,
quam ignorantiæ; diligentiam, quam negligentiæ; laudem ac gloriam, quam
probro atque ignominiæ; & immortalitatem denique, quam mortalitati; diui-
nitatemque †humanitati ſuæ inſerat. Cæterùm ſi contumacia atque arrogantia
ſua ductus agricola ille noſter, magiſtrum atque conſiliarium ſuum relinquere
voluerit, diuinas dico ſcripturas; errabit vagus, & in cogitationes malas, & af- B
fectiones noxias incidet: congerensque conſuetudines abſurdas atque peruerſas,
inſeret naturæ ſuæ, quæ maximè ei ſunt contraria: puta, infidelitatem, & igno-
rantiam, odium & inuidiam, ſuperbiam, inanem gloriam, ambitionem, gu-
lam, contentionem & contradictionem, aliaque plura his ſimilia. Vbi enim
præceptorem ac legislatorem ſuum dereliquerit: & ipſe derelinquetur ab illo.
Sin verò pœnitentia ductus, ſeipſum agnouerit ac reprehenderit; procidensq; le-
giſlatori dicat: peccaui, quòd te Dominum ac magiſtrum meum deſeruerim:
illicò legifer ad miſericordiam flexus, eum clementiſſimè ſuſcipit, illique denuò
vires, atque intellectum bonum præbet, quo iterum valeat naturæ ſuæ terram
operari. euellensque ex ea cõſuetudines prauas, inſerit in illam virtutes optimas:
coroniſque præterea ac laudibus illum donat & ornat: nempe, vt dum naturaliter C
eſurit, abſtineat; ſitiens, toleret; concupiſcentijs ſtimulatus, pudicitiam teneat;
ſomno grauatus, ad viglias ſe conuertat: pigritia atque ſegnitie ſi à diuinis laudi-
bus torpeſcat; os ſuum ad confitendum & glorificandum Deum aperiat. Sicque
in certamine perſeuerans, laudem promerebitur, & coronam: Coronam quidem,
quia vicit naturam: laudem verò, quia virtutes ſibi bonas acquiſiuit. Gloria igi-
tur benignitati ac clementię eius, & confeſſio bonitati eius, & honor atque adora-
tio miſerationibus eius. Quis enim pater ita miſericordem ſe præbuit, ſicut Deus
noſter? Quis pater ſic ſuos diligit filios, quemadmodum nos ſeruos ſuos Domi-
nus noſter dilexit? Omnia quippe nobis liberaliſſime donat, omniaque † affluen-
ter diſpenſat. Animarum noſtrarum vulnera ſanat, ſpretusque à nobis, longani-
miter ſuffert. omnes enim nos ſaluari cupit: & omnes regni ſui hæredes ac poſſeſ-
ſores fieri deſiderat. Vult etiam voluntatem noſtram aque propoſitum, à ſe lau- D
dari. Ipſe morbos omnes noſtros, graues atque incurabiles ſanat: cuncta au-
tem quæ facilè in nobis ſanitatem recipiunt, ea vult noſtræ voluntatis arbitrio
curari, vt gloriam à bonitate ipſius promereamur. Et pigri quidem ac deſidis
vulnera curat: vt os ſuum, ad glorificandam eius bonitatem, aperiat. Peccatori
quoque peccata ſua dimittit, vt eum ad promptitudinem & alacritatem bonæ vo-
luntatis excitet. Infirmum citò exaudit, ne in puſillanimitatem incidat. Cæte-
rùm magnanimis, & eis qui conſtanter ac perſeueranter ianuam eius pulſant,
†tam ſanitatis, quàm etiam mercedis præmia largitur, pro eo quòd non defece-
rint poſtulando. Poterat ille quidem cuncta animarum noſtrarum ſanare
vulnera, noſque etiam inuitos ad bonitatem adducere: ſed id facere non vult, ne
voluntas noſtra, arbitrijque libertas, diuinis ipſius laudibus priuetur. Nos verò
ipſum requirere, & in adiutorium atque patrocinium noſtrum † inuocare ne- E
gligimus. Ipſe autem dilexit nos: ipſe miſertus eſt noſtri: ipſe nos liberauit, rede-
mit, atque ſuſcepit. Ipſe mentis noſtræ oculos illuminauit. Ipſe nobis ſuæ cog-
nitionis gratiam præbuit. Ipſe dulcedinem ſuæ charitatis nobis guſtandam indul-
ſit: vt ea deguſtata, ipſum iugiter ſine intermiſſione requiramus. Felix ille ac bea-
tus, qui percepto dilectionis eius guſtu, protinus in ipſius deſiderium exarſit, ſe-
que ipſum ad charitatis eius plenitudinem iugiter ſuſcipiendam, præparauit.
nam qui † eiuſmodi charitate repletus fuerit, amorem alterius cuiuſcumque
rei in ſeipſo nequaquam ſuſcipiet. Miſer autem ille, & verè infelix, qui cum cha-
ritatis eius dulcedinem deguſtauerit; per vanas ſeculi occupationes, perfrui ea,
ſatiarique neglexerit. Quis ergo, dilectiſſimi, talem non diligat Dominum?

Sacræ Scripturæ quanti fructus.

A contrarijs.

†al. humilitati.

Εναντιώσας.

Beneficia Domini quanta.

† al. pulcherrime diſponit.

†al. vtrumque largitur, & ſanitatem, & mercedem.

†al. inuocare cunctamur, negligimuſque cum interim ipſe dilexit nos, &c.

Chriſti erga nos dignatio atque clementia.

†al. illius charitate.

Quis

Quis bonitatem eius non adoret, confiteaturque, ac prædicet? Quàm verò excuſationem in die iudicij habituri ſumus, ſi noſtram hic ſalutem neglexerimus? aut quidnam ad eum dicemus? fortè, quia non audiuimus? aut quia non cognouimus? vel quia non didicimus? Quid obſecro ille potuit nobis facere, & non fecit? Ex immenſa illa celſitudine, & benedicto ſinu Patris, nōne ſe humiliando ad nos deſcendit? Nonne cùm inuiſibilis eſſet, ſeipſum nobis ad videndum exhibuit? Et qui erat immortalis ignis, nonne propter nos incarnatus eſt? Nonne vt liberaret nos, palmis in faciem verberatus eſt? O miraculum timore ac tremore plenum. Manus lutea, ex puluere terræ formata, alapam dedit Conditori cæli & terræ. Nos verò miſeri, nos infelices, qui terreni ſumus & mortales, puluis & cinis, ne vſque ad verbum quidem ſufferre inuicem poſſumus. Et Deus quidem noſter, ac Dominus cùm eſſet immortalis, beatus, atque æternus, ignominioſam propter nos mortem in tempore pertulit, vt nos ad vitam reuocaret: ſepultusque eſt, vt ſecum nos pariter reſuſcitaret. Ex inimici nos vinculis * abſoluit; vinctumque eum tradidit nobis, conculcandum ſub pedibus noſtris. Inuocauimus aliquando ipſum, & non exaudiuit nos. pulſauimus ad eius oſtium, & non aperuit nobis. Etſi verò audire interdum diſtulit; ideo moram fecit, vt merces * noſtra copioſior redderetur.

Deum ſuper omnia diligendum, prædicandum, & adorandum.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. & Ioan. 18.

*al. redemit. Rom. 16.

*al. nobis.

Cur autem abrenuntiaſti ſeculo, chariſſime? an quia adhuc ſeculi oblectamenta * perſequereris? Ad tribulationem vocatus es; & tu requiem quæris? Ad vitę auſteritatem, ſeueritatemque inſtituti, ac nuditatem vocatus es; & tu * commoditates tuas, cultumque veſtium requiris? Ad ſitim; & tu vini potatione delectaris? Ad pręlium inuitatus es; & tu ſine armis ſpiritalibus in aciem aduerſus hoſtes deſcendere cupis? Ad vigilias vocatus es; & * inertia atque torpore ſomni reſolueris? Ad luctum, ac planctum; & tu in riſum effunderis? Ad charitatem ſectandam; & tu odium in fratrem exerces? Ad obediendum ſuperioribus; & ſubijci recuſas? Ad ſilentium vocatus es; & tu vano multiloquio delectaris? Ad hæreditatem regni ipſius inuitatus es; & tu terrena ſapere non ceſſas? Ad humilitatem & manſuetudinem vocaris: & tu ſuperbia atque arrogantia intumeſcis? Et quid (quæſo) illi in die illa tremenda dicturus es? numquid, quia propter te humiliatus ſum? quia pauper effectus ſum? quia nudus inceſſi? quia eſuriui, & ſitiui propter te? &: dilexi te ex toto corde ac anima mea, & proximum meum ſicut meipſum? &: poſui ori meo cuſtodiam, vt non detraherem fratri meo: &, non exiuit otioſus ſermo per os meum? An ignoras, ô miſer, quia illic omnes cogitationes tuæ, atque ſermones conſcripti erunt; & ſi mentiri volueris, arguet te conſcientia tua, adiutrix * ac ſocia? Aut neſcis, quoniam omnis creatura cum metu ac tremore ante horrendum illius tribunal adſtabit; & mille millia, & centies millies millena millia Angelorum atque Archangelorum. Virtutumque cæleſtium in conſpectu eius circumſtabunt? & tu mentiri cogitas, & dicere, quia propter te hæc omnia ſuſtinui, cùm nihil omninò eius cauſſa perferre volueris? Vide ergo, ne duplicem luas pœnam, peſſimorum ſcilicet actuum tuorum, & mendacij. Verùm expergiſcere, & ſurge à ſomno; reuolue mente cogitationes tuas, & redi in teipſum, ac conſidera, quia iam clauditur dies, & nox adeſt. Sed & hoc iam frater intellige, quòd qui heri nobiſcum erant fratres noſtri, & nobis loquebantur, hodie nobiſcum eſſe deſierunt. Euocati enim ſunt ad * ſuum, noſtrumque Dominum: vt vnuſquiſque eorum, negotiationis ſuæ quæſtum oſtendat. Ecce cognoſce atque perpende frater, quæ heſterni atque hodierni ſunt diei: & vide quomodo heſternus quidem dies, quaſi flos matutinus præterijt: hodiernus autem velut vmbra * pomeridiana. Contemplare quoque quæſtum negotiationis tuæ, an ſecundùm Deum procedat atque proficiat. Sicut enim * curſus velociſſimus, dies noſtri pertranſeunt. Beatus igitur, qui quotidie quæſtum huiuſcemodi negotiationis ſuæ acquirit, eumque in vitam ęternam congregat, vt illum ibi percipiat. Cæterùm tu dilectiſſime, cur negligis? cur torpore atque ignauia deprimeris? cur pigritia ac tœdio, tamquam vino inebriaris? cur inanibus diſtractus, exacerbas teipſum? Manſionemne in hoc ſeculo facturus es? Quemadmodum autem, ſi duo aliqui viatores in itinere ſibi mutuo occurrant, & in ſuum ſinguli hoſpitiam pergant; veſperi autem facto, in vna, quæ ſe fortè illis obtulerit, manſione ſimul remanſerint; & illuceſcente iam die, ab

* ἐν αντιώσων.

*al. delitias.

*al. & ſomno deprimeris?

Matth. 22. Pſalm. 38. Matth. 12.

*συνεργός. f. teſtis hoc loco.

ATTENDENDA.

*al. ad noſtrum, ſuumque Dominum.

*al. ſerotina ac veſpertina.

*al. curſor.

A Simili.

inuicem ſeparantur; nouitque quilibet eorum quid habeat in domo ſua, diuitias an paupertatem; requiem, an tribulationem: ita & nos ſumus in hoc ſeculo.

Manſioni ſimilis eſt hæc vita.

Manſioni namque ſimilis eſt hæc vita: quippe ex qua ſeparantur ab inuicem, quilibet in ſuum locum, intelligitque vnuſquiſque quid ante reconditum habuit. Nullus enim ex nobis ignorat, quidnam ante ſe in cælum præmiſerit: verbi gratia, an preces cum lachrymis; an mundas, ſanctaſque vigilias; an pſalmodiam † cõpunctioni coniunctam; an continentiam, & abſtinentiam humilitati admiſtam; an abrenuntiationem cunctarum terrenarum rerum; an charitatem non fictam, & magnum deſiderium Chriſti; an obedientiam, & ſubiectionem erga ſuperiores, ad imitationem Chriſti obedientis vſque ad mortem.

† al. cum ſpiritali lumine.

Opera bona in cælum præmittenda.

Philip. 2.

Hæc, & ſimilia ſi præmiſiſti; bono animo eſto, quoniam ad requiem pergis: at ſi nihil eiuſmodi præmiſeris; quid miſer in huius vitæ manſione proximum exacerbas? manè enim ab illo ſeparandus eris. Quid ſuperbis? aut quid inſoleſcis? quidve mœrore deprimeris? an quia † nec ipſam quidem manſionem ſeparatim ferre potes?

† al. an quia ab illo ſepararis?

Quid verò tunicæ, ac pallij cura angeris; ſollicitudineve eſcarum? Qui dat iumentis eſcam ipſorum, non te nutriet laudibus ipſius inſiſtentem? Qui cæleſtis eius regni hæres fieri expectas; de † tunica & pallio, victuque es ſollicitus? Qui teipſum mundo † crucifixiſti, adhuc terrena ſapis?

Pſalm. 146.

† al. de eſca & operimento ſatagis?

† al. mortificaſti.

Cur teipſum fallis, ac decipis? Cur medicum exaſperas, nolens ſanitatem recipere? Tempore, quo curari poſſes, tua vulnera occultas; & medicum, quòd non ſis ab eo curatus, incuſas? Tempus emendationis, ac pœnitentiæ indultum eſt tibi: & pœnitentiam agere negligis? Cur ergo culpas medicum, & arguis legiſlatorem? an quia tibi, dum negligis & paruipendis, mortem inuexit? Numquid morti in illa hora neceſſitatis dices: permitte me pœnitentiam agere?

Vigilãdum, donec tempus eſt.

Vigila igitur chariſſime, vigila: quaſi enim laqueus, hora illa repente ſuperueniet tibi. Et tunc ſtupore atque pauore mens tua corripietur; tuncque ad conſcientiam tuam recurres, & ſuſpirando dices: Væ mihi, quomodo me in ſuperbiam elato, & ſine timore ambulante, in vanum tranſierunt omnes dies mei? quo pacto inter prauas, inutileſque cogitationes, mihi tempus præterijt? Me miſerum, qui tempus pœnitentiæ meæ perdidi. Et quid nobis proderit, hæc in hora mortis cogitare; quando iam vlterius non concedetur nobis † in hoc mundo remorari?

† al. ad hoc ſeculum redire?

Imprime igitur animo tuo hæc, quæ dicuntur. Introeant in aures tuas, quæ pronunciata ſunt à Domino: ſi tamen vel ipſi credis. ait enim: De omni verbo otioſo reddituri ſumus rationem in in die † illa tremenda.

Matth. 12.

† al. in die iudicij.

† al. mens noſtra.

Sufficeret autem nobis ad incutiendum terrorem, vel ſolus hic ſermo, ſi tamen † conſcientia mentis noſtræ eſſet ſobria.

Comparatio accommoda.

Qui verò neque ea, quæ ſunt ſcripta intelligir; neque ea, quæ dicuntur auſcultat: ſimilis eſt talis homo canali ſeu fiſtulæ aquam quidem recipienti, ſed quod tranſeat per ipſam minimè ſentienti. Quis igitur non fleat? quis non contriſtetur ac lugeat? & quis non obſtupeſcat? Ecce enim orbis terræ Dominus tam per ſeipſum, quàm etiam per ſeruos ſuos Prophetas, & Apoſtolos, prædicat & clamat: nec eſt qui audire curet. Quænam vero illa ſunt, quæ ab illis prædicantur?

Matth. 22.

Luc. 14.

Nuptiæ, inquit Dominus, paratæ ſunt: tauri mei, & altilia occiſa ſunt. Sponſus in thalamo ſuo cum gloria & magnificentia reſidet, & cum gaudio recipit introeuntes. Fores patent, miniſtri feſtinant, prædicatores vndique conuocant, & clamant: Priuſquam ianuæ claudantur, celeriter intrare properate: ne fortè foris remanere cogamini, & vltra iam non ſit, qui † vos introducat.

† al. qui vobis pulſantibus aperiat.

Væ autem; quia non eſt qui iſta intelligat. non eſt qui curet, ſtudiumue adhibeat: verùm ignauia, & ſollicitudo ſeculi huius, catenæ inſtar vinctam tenent mentem noſtrã.

NOTA.

Diuinas ſanè ſcripturas rectè quidem ſcribimus, & rectè legimus: at rectè illas audire † nolumus; quia quæ nobis præcipiunt, opere implere recuſamus.

† al. audire atq; intelligere contemnimus.

† al. viæ duce ſcientiſſimo.

Quis obſecro, aliquando ſine viatico, longinquæ peregrinationis iter arripuit? aut quis vmquam abſque † viatore perito, magnas itinerum difficultates ingredi tentauit? ſicut nos citra ſumptum bonorum operum, & ſine ſpiritali duce facere volumus: qui relicto hic noſtro viatico, nihil nobiſcum hinc peregrè profecturi deferimus. Felix ſanè ac beatus, qui cum fiducia proficiſcitur ad Dominum; & indeficiens ſecum viaticum iugiter defert, vt nullam patiatur inediam.

Matth. 25

† al. lampades accipiunt.

Ecce etiã decem virgines † dormiunt: & ſerui negotiantur, expectantes Dominum ſuum,

quando

quando accepto regno, cum poteſtate & maieſtate magna veniet coronaturus ſeruos ſuos, qui accepta ab eo pecunia optimè in ea mercati ſunt; perdatque cunctos inimicos ſuos, qui ipſum ſuper ſe regnare noluerunt. Quemadmodum ſi media nocte, graui ſomno hominibus depreſſis, repentè magnus è cælo ſonus efficiatur, tonitruaque horribilia, & corruſcationes ac fulgura dira, vnà cum terræ motibus: exterritique ſubitò dormientes, reuoluat vnuſquiſque apud ſe ſua opera, ſiue illa bona fuerint, ſiue mala. Qui verò mala geſſerint, in cubili ſuo iacentes percutient pectora ſua: quia nullus iam illis erit, aut euadendi, aut ſe abſcondendi, aut reſipiſcendi ab his quæ malè egerint, locus reliquus. Terra namque concutietur, tonitrua fragore ingenti terrebunt, fulguraque * conſternabunt, & profundæ eos tenebræ occupabunt. Sic quoque in hora illa metuenda, inſtar fulguris velociſſimi, repentè iudex adueniens * commouebit vniuerſam terram. Tuba enim cum timore ex cælo reſonans excitabit defunctos, omneſque qui à ſæculo obdormierunt reſuſcitabit. Cæli cum virtutibus ſuis mouebuntur: & terra omnis, vt aqua maris, à facie maieſtatis eius contremiſcet. Ignis enim horribilis ante faciem ipſius præcurret, emundans eam ab iniquitatibus, quibus fuerat contaminata. Infernus æternas ſuas portas aperiet, mors euacuabitur, ac deſtruetur. Puluis autem, qui * computruerat naturæ humanæ, audita voce tubæ, ſpiritum vitamque recipiet. Erit enim verè tunc mirabile, fratres; hora illa, quaſi in ictu oculi, in inferno multitudinem innumerabilem cernere, inſtar piſcium maris agitari: & oſſa infinita humanæ naturæ, circumcurrendo, ſuas vnumquodque compages atque iuncturas requirere. Surgenteſque clamabunt omnes, & dicent: Gloria omnipotenti Deo, qui congregauit nos, & per immenſam clementiam ſuam reſuſcitauit nos. Tunc exultabunt iuſti, & lætabuntur ſancti: quique veri ac perfecti monachi fuerint, * conſolatione perfruentur; & à laboribus felicis exercitationis ſuæ atque abſtinentiæ, requieſcent. Martyres coronabuntur; Apoſtoli, & Prophetæ gloria & honore decorabuntur. Beatus, qui meruerit * horam illam videre, quando cum gloria rapientur in nubibus * obuiam immortali ſponſo omnes qui dilexerunt eum, & cunctas voluntates ipſius perficere ſtuduerunt. Nam ſicut vnuſquiſque hic perfectioni operam dedit: ita illuc ad excelſa præmiorum faſtigia peruolabit. & quemadmodum hic quiſque cor ſuum emundauerit: ſic eius quoque gloriam tunc intuebitur. & quomodo quiſque eum deſiderauit: ita etiam dilectione ipſius ſatiabitur. Admirabitur quoque in illa hora primus parens Adam, magna illa & terribilia cernens, quomodo nimirum ex ſe ſolo, & coniuge ſua gentes immenſæ atque innumerabiles, infinitæque nationes proceſſerint. Magis autem admirabitur, gloriam referens Creatori Deo, quomodo ab vna natura, & ex vna creatura procreati, alij in regno cælorum ac paradiſo, alij in inferno ſortem pro meritis ſuorum operum acceperint. Gloria ſoli ſapienti Deo. Chariſſimi, recordatus ſum horæ illius, & contremui: conſideraui horrendum illud iudicium, & totus expaui. Paradiſi quoque delitias atque oblectamenta perluſtraui animo, & ingemiſcens fleui acerbè, ita vt nō remaneret in me vis, vt amplius flere poſſem: quoniam in negligentia, & elatione atque diſtractione pertranſiui dies meos, & in cogitationibus ſordidis trāſegi annos meos: & quomodo mihi furtim ſublati ſunt, non animaduerti; neque quo pacto præterierint, ſenſi. Hei mihi, dies mei defecerunt; & iniquitates meæ multiplicatæ ſunt. Hei mihi, dilectiſſimi: quid faciam in confuſione horæ illius, quando per circuitum adſtabunt mihi noti mei, qui me in hoc religionis habitu cōſpicientes, beatum prędicabāt: cùm interim eſſem intus iniquitate & immunditia plenus; obliuiſcererque Domini, qui corda ſcrutatur, & renes? Verè magna illic erit confuſio; & infelix ac miſer valde, qui illa ibi confuſione notabitur atque excipietur.

Ibidem.

Signa vltimum Iudicium præcedentia

†al pauorem incutient

* al. exterrebit.

1.Cor.15.
1.Theſſ.4.
Matth.24.
Marc.13.
Luc.17.21.
Pſalm.96.

*al. qui putruerat, id eſt, humana caro, audiens vocem tubæ, viuificabitur.

Reſurgentium voces.

*al. cum Martyrum choro conſolationem accipient.

*al. in illa hora videre, quomodo cum gloria, &c.

*1. Theſſ.4.

PVLCHRA IN ADAM CONSIDERATIO, ET ADMIRATIO.

Matth.16.25
Rom.2.

Iob.7.13.18.
Pſalm.77.89.

Pſalm.7.& Hier.17.

DEVS pie & miſericors, per miſerationes ego tuas te adiuro, & deprecor, ne me cum hœdis à ſiniſtris tuis tunc ſtatuas inter illos, qui hic te exacerbârunt. neque ibi dixeris mihi: Neſcio te. ſed per ineffabilem illam tuam clementiam, & per viſcera miſericordiæ tuæ, indeſinenter mihi planctum, compunctionemque largire: & humilia cor meum Domine, atque * purifica, vt templum ſanctum gratiæ tuæ effici * mereatur. Nam licet peccator ego ſim, impieque egerim; aſſiduè tamen ad ianuam tuam pulſo: & ſi ignauus ac negligens, viam tamen tuam

PRECATIO

Matth.25.
Ibidem.

*al. ſanctifica me.

*al. effici merear.

† al. curro.

ego ſemper † incedo. Obſecro charitatem veſtram, fratres mei chariſſimi omni ſtudio contendite placere Deo, dum tempus vobis hic ſuppetit.

Pſalm. 94.
† al. gehennæ ignibus.
Eſa 66.
† al. lætitia ſempiterna repleat.
Eſa. 49.60.
Apoc. 7.21.

Coram illo plorate dies noctesque; & in orationibus atque pſalmodijs veſtris aſſiduè deprecemini, vt nos à ſempiterno illo planctu, ac luctu, à ſtridore dentium, à † gehenna ignis, & ab immortali illo verme ſemper rodente, & numquam quieſcente eripere ac liberare dignetur: noſque in ſuo regno † in vita ęterna, gaudio ſemper repleat; vbi exulat omnis dolor, triſtitia, & gemitus: vbi nec lachrymis, neque pœnitentia opus erit: vbi nec metus eſt, nec tremor; vnde mors extirpata eſt, atque corruptio: vbi nulla eſt differentia; vbi non eſt aduerſarius, neque impugnator: vbi non eſt exacerbatio, nec ira. vbi locum non habet odium, neque inimicitiæ: ſed ſemper ibi adeſt gaudium, lætitia, & exultatio, menſaque cibis ſpiritalibus atque cæleſtibus plena, quam præparauit Deus cunctis diligentibus ſe:

† al. qui ea perfrui meruit: infeliciſſimus autem qui illa priuabitur.

& beatus, qui † ad eam meruerit accedere: miſer autem & infelix, qui per ſuam negligentiam ieiunus ab ea reiectus fuerit. **Deprecor vos**, dilectiſſimi, effundite ſuper me viſcera pietatis veſtræ: & orate pro me, procidentes benigniſſimo amatori hominum, vnigenito Filio Dei; vt faciat mecum ſecundùm miſericordiam ſuam, & liberet me à multitudine iniquitatum mearum,

† al. in tabernaculo ſuo, vnà vobiſcum, &c.

collocetque me † in circuitu tabernaculorum veſtrorum, inter macerias benedicti paradiſi: vt prope vos ibi aſſiſtere merear, qui illius promiſſiones hæreditate percipitis. Vos namque filij eſtis dilecti Deo: ego verò quaſi canis ſum abiectus, ac vilis.

Matth. 15.

Vtinam vel micas veſtræ menſæ proijciatis; vt impleatur in me, quod ſcriptum habetur: Quoniam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Ita ſanè, chariſſimi mei, effundite ſuper me, obſecro, preces veſtras: & venite, ſolliciti ſimus de vita, atque ſalute noſtra. omnia enim inſtar vmbræ prætereunt.

Sap. 2.5.
1. Ioan. 2.

Auerſemur igitur mundum, & cuncta quæ in eo ſunt; ſollicitudinem quoque ſecularem, & affectionem carnalem: nullaque omninò nobis alia ſit cura, niſi dumtaxat noſtræ ſalutis. quemadmodum & Dominus noſter præcipit, dicens.

Matth. 16. & Luc. 9.

Quid enim proderit homini, ſi vniuerſum lucretur mundum; animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? aut, quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Negotiatores ſpiritales ſumus, dilectiſſimi mei, ſecularibus negotiatoribus ſimiles. Perpendite quæ dico, fratres.

Chriſtiani negotiatores ſpiritales.

Negotiator ſecularis, damna & lucra quotidie computat: & ſiquidem **damna** perpeſſus fuerit, ea reſarcire ſollicitè ſtudet. Sic etiam tu chariſſime, ſeriò facias, ac cures.

Veſperi & manè examinanda quotidie Conſcientia.

Diebus ſingulis, veſperi & manè diligenter conſidera, quo pacto ſeſe habeat negotiatio tua, ac mercimonij ratio. Et veſpere quidem ingreſſus cubiculum cordis tui, examina temetipſum, ac dicito: Putasne, hodie in aliquo Deum exacerbaui? Numquid verba otioſa protuli? num per contemptum, negligentiamve peccaui?

Examinis conſcientiæ forma.

Num in re aliqua fratrem irritaui? Num alicuius famam detractionibus laceraui? Num quando ore pſallebam, res ſeculares mente verſabam? Num quando carnalis in me concupiſcentia irruit, blandum virus ego lubens ſuſcepi? Numquid à curis, atque ſollicitudinibus terrenis aliquando ſuperatus ſum?

NOTANDA.

Quòd ſi in iſtis compereris te detrimenta perpeſſum; futuris lucris præterita damna ſedulò reſarcire cura. Ingemiſce ex intimo corde, & plange, ac lachrymas funde; ne eadem rurſus detrimenta atque incommoda ſuſtineas. Nam niſi de ſingulis negligentiæ peccatis ex animo doluerimus: diabolum haudquaquam à nobis repellere, vel etiam † emundari poterimus.

† al. emendari.
† al. denuò meditare, & dic.
NOTA.

Et facto iam diluculo, † rurſus eadem tecum meditare, & dicito: Quomodo, putas, iſta mihi nox præterijt? lucratusne ſum in ea mercimonium meum? Numquid mens mea, vnà cum corpore vigilauit? Numquid oculi mei lachrymas funderunt. Numquid cum genua noctu ad orationem flecterē, ſomno depreſſus ſum? Numquid improbæ ac ſordidæ cogitationes inuaſerunt me; atque illis libenter immoratus ſum? Et ſi te in eiuſmodi victum eſſe ſenſeris; ſollicitè curari ſtude, cordique tuo † cuſtodiam ſtatue, ne eadem rurſus patiaris.

† al. cuſtodes.

Quod ſi curaueris, & pro ſalute animæ tuæ ſollicitus fueris; negotiationemque tuam cum lucro hic exercueris: gratus atque acceptus tuo eris Domino, & tibi ipſi magnopere profueris.

† al. eſt negligentiæ dominatio. Imitare igitur apem, &c.

Attende porrò tibijpſi ſolerter, nequando teipſum torpori atque negligentiæ tradas. initium enim perditionis, eſt † negligentia, & omnis inobedientia: quæ quidem per modicas occaſiones irrepit; ſed poſtea totum hominem obſidens, omne ſtudium religionis relaxare, iugumque eius excutere cogitat. Imitare autem apem chariſſime, & admirabile eius cerne myſterium, quo pacto illa ex varijs ſparſiſque terræ floribus ſuum colligit opificium. In hoc ergo paruo ac vili animante ſolertiam magnam conſidera. Si enim omnes ſapientes terræ, cunctique orbis philoſophi congregati fuerint, ſapientiam illius ediſſerere haud quaquam valebunt: quomodo nimirum illa, ex floribus quaſi quædam monumenta ædificet, in quibus & ſoboles ſuas ſepelit: cumque iam eas viuificauerit, tum demum velut dux quidam militiæ, ſua illas voce excitat: qua audita, illæ pariter ex ſuis * ſedibus ac tumulis euolare incipiunt: poſtquam autem euolauerint, operatur ac replet eadem monumenta mirabili eſcarum dulcedine, diſtenditque nectare cellas; ita vt omnis, qui opus ac laborem illius prudenter conſiderat, glorificet Creatorem Deum, admirans ſecum, quòd ex tam vili atque * abiecto animante, tanta procedat ſapientia. Et tu ergo chariſſime, eſto ſicut & illa: atque ex diuinis Scripturis diuitias tibi congrega, & theſauros qui numquam eripi tibi poterunt, illoſq; in cælum præmittere ſatagito. Nam & terreni Principes, ſi quiſquam illorum in regionem longinquam proficiſci voluerit, præmittunt ſeruos cum rebus ac opibus ſuis, vt cùm in † præparatam iam manſionem peruenerint, habeant vbi requieſcant. Ita & tu dilectiſſime facito: & in cælum tuas diuitias promittito, vt in Sanctorum tabernacula recipi merearis. Noli breue hoc vitæ tempus in negligentia atque deſidia tranſigere: ne poſtea in ſecula infinita pœnitere atque dolere cogaris. Numquid dicentem Dominum noſtrum audiſti: In hoc mundo preſſuram habebitis? Et iterum: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras? Quòd ſi tu negligentia atque torpore relaxatus, tribulationes huius ſeculi oderis, patientiamque ſubterfugeris, voluptates verò carnales appetas; cur iugum Chriſti leue atque ſuaue, propter tuam ignauiam, quaſi durum & graue, importabileque, maledictis inſectaris? Væ tibi miſer: quid agis? Teipſum in perditionem præcipitas, dum iſta cauſſaris. Et quis tui miſerebitur, ſi tu teipſum occidas? Sumptis enim armis Chriſti, quibus hoſtem debellare debueras, * gladium in tuum ipſius cor infixiſti. Euigila, obſecro, dilectiſſime; & ne hic in negligentia atque otio vitam conteras: ne poſtmodum fruſtra illic te pœniteat, vbi nulla pœnitentiæ erit vtilitas. Si in hac dumtaxat vita, miſer, gloriaris; vana eſt planè oratio tua, vana quoque ſpes tua, & inanis expectatio tua. Quid eſt, quòd os tuum orat Deum; & cuiuſmodi ſunt, quæ ab illo depoſcis? num ſeculi huius vitam, ac requiem: an vitam immortalem, & nunquam ſeneſcentem? Quòd ſi hæc momentanea, & tranſitoria tantummodò requiris: meliores te iam ſunt † fur, & fornicator. Illi enim, vt ſaluentur, orant: & te, qui fallaciter in hoc bono & angelico vitæ inſtituto viuis, beatum prædicant. Lucem enim odiſti, & tenebras dilexiſti: poſtpoſitoque cæleſti regno, terrena ac temporalia appetiuiſti. Veritus nec es miſer, ne fortè clemens & benigniſſimus Deus tuos labores ſperneret, atque reijceret? † At ipſe certè ſua gratia tibi ad eos perferendos virtutem præſtitit: ipſe cor tuum compunxit, & mercedem tibi attribuit. Omnia ab ipſo accepiſti: & tu ſuperbia elatus contemnis, & de eius bonitate diffidis? Mercedem mercenarij exquiret ab his, qui defraudant illum: & te lachrymarum tuarum, atque laborum mercede priuabit? Abſit. Qui ait: Quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis; ille ne mendax propter te efficietur? Nequaquam hæc te ſuſpicio, miſer, decipiat: procul à te talis cogitatio recedat. Et quis tam ſæuus, & inuidus tibi fuit, vt eiuſmodi ſuggereret? Ille ſanè aduerſarius, & bonorum omnium hoſtis, Diabolus: illius quippe hoc † propriè eſt ſtudium, illius hic † eſt conatus, vt ſi fieri poſſit, nemo hominum ſaluetur. Redi igitur nunc ad teipſum, & ne animam tuam oderis. Aperi oculos mentis tuæ: & cerne illos, qui tecum verſantur, quomodo in communi decertant; quàm ſollicitè aduigilant, lampadeſq; ſuas ardentes manibus tenent: & os ipſorum laudat atque glorificat immortalem * ſponſum; oculique eorum pulchritudinem illius contemplantur: & anima ipſorum vireſcit ac floret, lætatur & exultat. Conſidera quoque chariſſime, quia dies Domini appropinquat, & venire non tardabit. Adueniet autem, vt expectantes ſe repentè lætificet. Erit † enim, vt perſonet vox, dicens: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Tum hi, qui tecum ſunt, cum gaudio procedent obuiam,

APIS PVLCHRA CONSIDERATIO.

† al. locis.

* al. minuto.

NOTA.

Principum peregrinantium mos.

† al. deſtinatam.

Ioan. 16.
Lucæ 21.

Matth. 11. &
1. Ioan. 5.

* al. telum.

† al. fornicator & latro.

Ioan. 3.

† al cum ipſe vt ad ſtadium accurreres, tibi ſuam gratiam præſtiterit, &c.

Leuit. 19. &
Iacob. 5.
Matth. 7. &
Luc. 11.

† al. vnum.

† al iſtud ipſius eſt opus.

Matth. 25.

* al. Deum.

Abac. 2.

† al. audieturq; repente vox dicens: Ecce, &c.

Matth. 25. Lucæ. 12. Matt. 22. 25. † al. dicentis. Matth. 25.

habentes ſecum lampades ſuas claras ac pellucentes, veſtemque nuptialem ſplendidam. audientque vocem Sponſi immortalis, ad eos † dicentem: Venite benedicti Patris mei, hæreditate poſſidete præparatum vobis Regnum, à conſtitutione mundi. Tu autem, cùm vox illa clamoris inſonuerit, prorſus dicturus es ad eos: Fratres mei, donate mihi modicum olei: ecce enim lampas mea extinguitur. Audieſque ab eis reſponſum: ne fortè non ſufficiat nobis, & tibi: vade potius ad vendentes, & eme tibi. Et tunc perges pœnitentia ductus, & dolore afflictus: † & nuſquam vbi oleum tibi emere poſſis, inuenies.

Ibidem.

† al. & tempus pœnitentiæ atque emendationis iam non inuenies.

Omnis enim tunc terra timore concutietur, velut aqua maris, à facie gloriæ eius. Tuncque mœſtus, cum planctu ac vlulatu dices: Vadam, & pulſabo ianuam; & quis nouit, ſi fortè aperiatur mihi. Reuerſuſque pulſabis: & nemo erit, qui tibi reſpondeat. Et iterum inſiſtens, pulſabis. & reſpondebitur tibi ab eis, qui intus ſunt: Amen amen dico tibi: Neſcio te, quis ſis: diſcede à me, operarie iniquitatis.

Lucæ. 13 & Matth. 7. 25.

Te autem ad oſtium perſiſtente, introibit in aures tuas vox lætitiæ & exultationis; dinoſceſque vniuſcuiuſque familiarium atque ſodalium tuorum vocem, & amarè flens atque ſuſpirans, dices: Hei mihi, hei mihi miſero & infelici: † quomodo tanta fratrum meorum claritate ac gloria priuatus ſum; & à contubernalibus ſocijſque meis ſeparatus? Totum vitæ meæ tempus cum illis tranſegi: at nuc ab eis ſegregatus ſum. Iuſtè ſanè ac meritò hæc iam patior.

† al. quomodo tantam gloriam perdidi, & à fratribus, amicisque ſeparatus inuenior?

Antitheſes grauiſſimæ.

Illi namque continenter ac temperanter vixerũt: ego verò indifferenter atque negligenter. Illi compuncti corde, pſallebant: ego autem mente diſtractus, ſilebam. Illi genuum flexionibus ſedulò vacabãt: ego verò dormiebam. Illi precibus intenti erant: ego autem mente diſtracta, euagabar. Illi ſeipſos humiliabant: ego verò ſuperbia intumeſcebam. Illi ſeipſos contemnebant: ego autem exteriore cultu atque ornatu delectabar. Illi nec in minimo quidem Patribus contradicebant: ego verò & in maioribus inobedientẽ me præbebam. Illi citra Patrum iuſſionem ne cogitare quidem aliquid audebant: ego autem propria voluntate in perditionem ſum præcipitatus. Illi omnem ſeculi cogitationem atque affectum inimicum ſibi ducebant: ego verò † cum his conuerſari haudquaquam recuſabam.

† al. in his verſari atque occupari volebam.

Propterea illi nunc lætantur: ego autem triſtitia atque dolore plenus ſum. Illi exultant: ego verò acerbè fleo. Illi conſolatione fruuntur: & ego in luctu ac planctu nunc verſor. Euigila igitur, ac reſipiſce paullulum, ô miſer; & immenſam Domini Dei tui benignitatem conſiderans, toto corde ad eum reuertere: & noli, quæſo, tuam ſalutem negligere. Inquire illum ex animo, & citò erit tibi in ſalutem: inuoca illum, & te proteget atque defendet. Da illi: vt centuplum ab eo recipias.

A MINORE AD MAIVS.

† al. ipſam ſcilicet gratiam.

† al. veſtrarum.

Si enim charta inanimata per litterarum apices clamans, reſtituit omne debitum quod in ea ſcriptum continetur: quanto magis benigniſſimus Deus largietur gratiam, exquirentibus † ſe? Charta quidẽ per litteras, vſuram vſuræ addit: at theſaurus diuinæ gratiæ, multiplicabit in Chriſto mercedem orationum atque deprecationum † noſtrarum. Noli ergo negligere, & torpore atque ignauia deprimi. neque terrenarum rerum in te curæ dominentur. neque in deſperationis laqueum teipſum conijcias. Nam Deus viſceribus pietatis atque miſericordiæ ſuæ ſuſcipiet ac proteget te; omneſque, qui illum toto cordis affectu requiſierint. Accede igitur ad ipſum ſecurus, & ne dubites. procide coram eo, ſuſpira, plora, ora, & dic ipſi:

PRECATIO

Domine meus & Saluator meus, quare dereliquiſti me? Miſerere mei, quoniam tu ſolus benignus, ac miſericors es. Salua me peccatorem: quia tu ſolus abſque peccato es. Euelle me ex fece ac cœno iniquitatum mearum: vt non infixus ibi hæream in ſecula ſeculorum.

Pſalm. 68. 1. Pet. 5. Pſalm. 79. Pſalm. 143. Pſalm. 43.

Libera me ex faucibus inimici: nam ecce tamquam leo rugit, me deuorare cupiens. Excita potentiam tuam Domine, & veni, vt ſaluum me facias. Fulgura coruſcationem tuam, & diſſipa vires eius. Terreatur, ac † diſſipetur à facie tua: infirmus quippe eſt, neque vim † obſiſtendi tibi habet; vt neque eis, qui verè diligunt te. Cernens enim ſignum gratiæ tuæ, deterritus fugit, confuſuſque recedit ab ipſis. Et nunc dominator Domine, ſalua me obſecro; quoniam ad te confugi.

† al. obſcuretur.

† al. ſtandi ante conſpectum tuũ habet, vt neque ante faciem diligentium te.

Si hoc modo ad Chriſtum acceſſeris, eumque ex toto corde inuocaueris; confeſtim tamquam benignus & miſericors pater, ſuam in auxilium tuum gratiam emittet, implebitque cunctas voluntates tuas in bonum. Ita chariſſime mi, ita age, & ad illum accede: & ne negli-

gas in-

A gas inuocare eum. Et ne otio atque deſidia obtorpeſcas: neque ad me pigrum ac
ſegnem attendas. Mihi enim ſufficit confuſio vultus mei, qui dico, & non facio;
moneo, & non intelligo. Cæterùm imitator eſto perfectorum, ac ſpiritalium
Patrum: & regulam illorum exquire ac ſequere, eorumque decretis inſiſte. Ne-
que ſupra modum tentes grandia atque excelſa, quæ perficere nequeas: neque
rurſus nimium ſecteris vilia atque abiecta, vt multiplicetur merces tua. Neque
delicatè nimis corpus tuum enutrias, ne fortè oppugnare te incipiat: neque illud
ipſum carnis voluptatibus adſueſcas; ne prægrauetur anima tua, & in infima terræ
depreſſa, deducatur ad vitia. Nam ſi illius concupiſcentias explere volueris, * de-
relinquet viam planam ac rectam, & per aſpera atque prærupta * incedet, cogi-
B tationes quaſcunque ſordidas facilè libenterque admittens, & pudicitiæ iam bel-
lum in tuam perniciem indicens. Quòd ſi illud rurſus vltra modum laboribus
maceras, atque affligis; etiam ſic grauitate * oneris opprimitur anima tua, dum
triſtitiæ atque puſillanimitati ſubditur, & à torpore ac tædio vincta detinetur;
iracundiaque concitatur; & ad laudes Deo referendas, preceſque fundendas, nec
non ad bonum obedientiæ, atque humilitatis, pigra * ac ſegnis efficitur. Bono
igitur teipſum modo ac via, ſub diſcreta Patrum regula cuſtodi, atque guberna:
& ne quid nimis, vt perfectus in cunctis reddaris. Numquamne (dicito mihi)
* in ſtadio pugilum, equis currentibus ſpectator adſtitiſti? aut num ſcapham rur-
ſus in pelago non conſpexiſti? Etenim equos ſi quis immoderatius ad curſum
concitarit, ſolo poſtmodum ſtrepitu terrentur: contra verò, ſi nimium relaxati
fuerint, ipſum etiam aurigam deijciunt, deiectumque per diuerſa ſæpe trahunt.
C Similiter & nauis in mari, ſi pondere nimio grauata fuerit, facilè fluctibus con-
cutitur, atque ſubmergitur: at ſi leuis, & ſine onere nauiget, citius ventorum vi
ſubuertitur. Similiter quoque & anima, & corpus, ſi ſupra modum onerentur,
citò ſuccumbunt, & in ea, quæ ante diximus, incidunt. Atque ideo bonum eſt,
ita vnumquemque incipere, vt perficiat, Deoque placere queat; & ſibi ipſi vtilis
ſit, ac proximo. Vos eſtis benedictus grex Chriſti: qui vocem eius audiſtis, ip-
ſumque ſequimini. Vos eſtis luminaria mundi, & ſal terræ, * columnæque ſub
cælo. Vos, inquam, qui perfecti ac veri monachi eſtis; qui Angelicam conuer-
ſationem diligentes, ſuper terram vita Angelorum viuitis: corpus ſiquidem
humanum geſtantes, opus atque miniſterium Angelicum perficitis. Certamen
quidem veſtrum, dilectiſſimi, temporarium ac momentaneum eſt: ac retributio,
D & laus æterna. Et labor quidem exercitationis, atque abſtinentiæ veſtræ, breuis
eſt: verùm requies ac merces, immortalis & infinita. Quanto vos alacrius religi-
onis regulam obſeruatis, & virtutem * cum dilectione excolitis: tanto aduerſa-
rius veſter diabolus magis furore, atque inſania accenditur; diuerſoſque in per-
niciem veſtram laqueos occultè tendit, vt ſuis vos laqueis conſtrictos, à recto cal-
le, ſemitaque detorqueat. Attendite ergo vobiſipſis, chariſſimi, ab inſidijs eius.
Nemo enim abſque certamine coronatur, & gratia Dei nunquam vllum * deſe-
ret, qui promptè alacriterque pugnauerit. Si quis verò per ignauiam ſeipſum re-
laxans, os ſuum aperire, & gratiam ipſius in auxilium ſuũ inuocare neglexerit:
ſeipſum iam incuſet, & non gratiam, ſi ab ea deſeratur. Quemadmodum enim ſi
quis manibus ac pedibus ſanus ſit, habeatque ante ſe eſcas plurimas appoſitas, &
ſegnitie torpens, noluerit ori ſuo eas admouere, ijſque veſci, vt animã corpuſque
reficiat, talis ſibi ipſi necis ſuæ auctor eſt: ita quoque monachus, qui ſuauiſſimos
E diuinæ gratię cibos expertus eſt, ſi neglexerit ipſam inuocare, haudquaquam dul-
cedine eius ſatiari, recrearique poterit; ſed velut fame conſumptus, auxilioque
deſtitutus, tabeſcet. Quis ergo illius miſerebitur, qui cùm gratiæ cæleſtis eſcam, ſi
manus extenderet, guſtare poſſet; ſponte ſe illius ſuauitatis epulis per deſidiam
priuat? Aut quo pacto miſericordiã ſperet monachus, qui ſalutis ſuæ immemor;
ſolùm ea quæ terrena ſunt, curat? Similis porrò eſt monachus militi * ad bellum
proficiſcenti, qui corpus ſuum armis vndique munit, armatuſque perſiſtit, vigi-
lat, cautè agit, & anxius eſt, donec belli finis aduenerit: ne fortè dum parum ſibi
cauet, aduerſarius repentè in eum irruat, incautumque deijciat, & apprehendat.
Eodem modo & monachus, ſi ſomno atque inertia ſeipſum relaxarit; facillimè
ab inimico diabolo * capietur, ac proſternetur. Immittit ſiquidem ille in cor eius

Sanctorũ Patrũ veſtigijs, vt inſiſtendum.

DISCRETIO.

*al. derelinques.

*al. incedes.

*al. duro onere.

*al. pigrum ſegnemque reddit monachum.

*al. circi ſpectator fuiſti?

AB EXEMPLIS.

Matth. 7.

*al. & columnę cælorum.

Certamen breue, ſed præmiũ æternum.

*al. ex charitate comparatis.

2 Tim. 2.

*al. derelinquit.

COMPARATIONES PVLCHRÆ, ET APTAE.

*al. in prælium ingrediens.

*al. deijcietur, & perimetur.

cogitationes turpes ac ſordidas, quas hic libenter in ſe admittit ac recipit; ſuperbiam A
præteret, ac vanam gloriam, inuidiam, detractionem, odium, gulam, libidinem,
inſatiabilemque ſomnum: & inter hæc omnia, in deſperatiorem ſeipſum
Gratia diuina ſemper imploranda.
miſer præcipitat, & in reprobationem malorum. Cæterùm ſi ſollicitus ſemper
vigilauerit, diuinamq́; gratiam aſſiduè in ſuum pręſidium quęſierit, atque implorarit;
ſuccurretur ei ab illa iugiter, & edocebitur ab ea, quomodo placere debeat
* ἐπαίνεσις, ϗ ἐπαινέτης.
Deo: fitq́; in eo gratia * laus, atque laudator. Nam quemadmodum qui ſeipſum
intuetur in ſpeculo, idem ipſe eſt qui videt, & qui videtur: ad eundem modum &
DIVINAE GRATIAE VIS, ATQVE PRAESTANTIA.
diuina gratia, vbi inuenerit requiem, ibidem inhabitat, & inhabitatur: efficiturque,
vt iam dixi, & laus, & qui laudem exhibeat. Abſque enim illius adminiculo,
non præualet cor placere ei viribus ſuis: verùm vt ipſi placeat, ac eà accipit, & ex
eius vino, potum eidem offert. Ita, exempli gratia, ex compunctione, quæ inſigne B
gratiæ donum eſt, retribuit ei lachrymas, & ex dulcedine vini illius, humilitatem
SPECVLVM.
profert cordis, atq; ex ipſius virtute, quam ſumpſit, diuinas ei pſallit laudes. Sine
faciei quippe aſpectu ſpeculum inefficax eſt, atque inutile: at cùm perſonæ cuiuſlibet
aſpectum acceperit, ex eo quod accipit, ſimul reddit: & ſi ornata ipſi facies
admoueatur, idem etiam ex ipſo ſpeculo ornatus exprimitur. Sic quoque homo
ſine gratiæ diuinę adiutorio, pauper eſt, & bonorum inops. Si verò ipſam gratiam
promeruerit, poterit illius ope virtutes exercere, atque perficere. At ſi illam rurſus
*al. efficietur.
ſua negligentia, atque ſegnitie à ſe fugauerit; deſolatus planè * inuenietur, ac
Pſalm. 101.
nudus: inhabitabuntque in eo cogitationes turpes, & execrandæ, ſicut nicticorax
in domicilio. Hominis igitur eſt gratiam inuocare, vt illa adueniens mentem ac
cor ei illuminet: purificansque ſeipſum homo, eam in domicilio pectoris ſui inhabitatricem, C
& auxiliatricem ſibi acquirat, & per eam, quaſcunque virtutes exerceat;
illuminatusque ab ipſa, varium ac multiplicem omnino futuri ſeculi decorem
*al. ei murus firmiſſimus, & inexpugnabilis.
contemplari valeat: efficiturque * in ipſo murus & antemurale, & cuſtodit
ipſum ab omni malo, donec ab hoc ſeculo, in vitam futuri ſeculi transferat.
Inclina ergo ad me aurem tuam, chariſſime, & ero tibi bonorum conſiliator, ſi ad
vitam cupis æternam peruenire, & beatitudinem Domini tui conſequi. Dic mihi
frater, cur aqua abluis faciem tuam? nunquid vt proximo tuo magis placeas? Necdum
ergo, vt videtur, reſpuiſti paſſiones carnis tuæ: ſed eis adhuc ſeruis, & delectaris.
Facies lachrymis abluenda.
Quòd ſi faciem tuam lauare deſideras, lachrymis eam abluito, & ſuſpirijs ac
fletibus eam lauato: vt in conſpectu Dei, & ſanctorum Angelorum eius, cum gloria
ac claritate reſplendeat: nam facies, quæ lachrymis abluitur, immarceſſibilem
pulchritudinem acquiret. Sed fortaſſe dicturus es mihi: Pudet me, turpem
NOTANDA.
atque deformem faciem præferre. At ego dico tibi, quòd ſordes illæ vultus tui, D
pedumque tuorum, ſi cor mundum ac caſtum habueris, ſuper claritatem ſolis
*al. in cõſpectu Dei, & ſanctarũ poteſtatũ eius, &c.
coram * Deo & Angelis eius refulgebunt. Quorſum etiam temere, ac paſſim
rides? Nonne plangere, atque lugere potius ex Domini præcepto deberes? Tu
verò his omiſſis, quæ tibi ille facienda mandauit, riſibus inconditis delectaris.
*al. inter Angelos Dei rutilabunt.
Et hoc vnde; niſi quod non appetas beatitudinem eius: neque ſupplicia, quæ ipſe
comminatur, pertimeſcas? Qui igitur varias tentationes expertus eſt, commonere
eos poterit, qui necdum eas ſunt experti: & qui in latrones incidit mercator,
viatores poterit cautos atque ſollicitos, ne in eorundem manus veniant,
reddere. Quoniam verò & ego ob meam ignauiam ex parte tentatus ſum, (quod
commemoro prudentiæ veſtræ) & ad horam duntaxat cautelam adhibui, rurſusque
per meam inertiam atque pigritiam in eadem recidi: ideo cupio vobis,
dilectiſſimi, conſilium præbere, & vos (qui eſtis electus grex Chriſti) obſecrare, E
vt diligenter caueatis, ac vigilanter attendatis, ne propter carnales paſſiones,
& huius vitæ ac ſeculi voluptates, diuina claritate ac gloria priuemini, & à thalamo
illo immortalis ſponſi, pleno exultationis atque lætitiæ, cum dedecore
reijciamini. Labor exercitationis & abſtinentiæ veſtræ, chariſſimi, tanquam
*al. ne vtrumq; pariter deperdatis, dum neutrũ plenè perſequimini, pœnitentiã ſcilicet, & æternam lætitiam.
ſomnus præterit: at retributionis merces, & laboris requies æterna eſt, & ineffabilis.
Attendite igitur vobis ipſis, ne * ab vtriſque excidatis: & pro vtriſque, vltionem
ac pœnam exſoluatis. Date autem potius operam, vt perfectam virtutem
conſequamini, quæ omnibus adornata ſit atque inſignita, quibus diligitur Deus.
Hanc enim ſi poſſederitis, neque Deum vnquam exacerbabitis, neque proximo

vero

A veſtro mali quid facietis. Hæc porrò virtus, vnica ac ſingularis dicitur, continens in ſe pulchritudinem, ac varietatem omnium aliarũ virtutum. Quemadmodum enim regale diadema abſque pretioſis lapidibus, ſelectiſque margaritis componi texique nequit: ita & hæc vnica ac ſingularis virtus ſine aliarum fulgore virtutum, perfecta conſiſtere non poteſt. Eſt enim reuera quam ſimillima Regio diademati: nam ſicut in eo, ſi vel vnus pretioſus lapis, aut margarita defuerit, refulgere ſuper caput Regis decenter nequit: ita & hæc ſingularis virtus, niſi reliquarum virtutum ornamento conferatur, perfecta virtus appellari non poterit. Similis quoque eſt copioſis dapibus, exquiſitiſſimis condimentis præparatis, ſed ſalis ſapore carentibus: nam ſicut pretioſæ illæ epulæ ac dapes abſque ſale inutiles ſunt: ita & iſta vnica virtus, variarum licet virtutum gloria & honore decorata, B niſi charitatem erga Deum & proximum adiunctam habuerit, contemptibilis prorſus atque inutilis habebitur. Similis item eſt perfecto pulchroque corpori; cui ſi membrum aliquid inſigne tollatur, inutile penitus deformeque videbitur: ſic & huic ſingulari virtuti, ſi aliqua ex reliquis deſit, plena atque perfecta haudquaquam erit. Alphabeto itidem pulchrè ſuis litteris formato, ac perpolito iſta ſimilis eſt: vt enim, ſi vel vna ex illo dematur littera, totum illicò mancum & imperfectum redditur: ita & huic ſi vel vna cæterarum defuerit virtutum, tota inutilis abiectaque reperietur. Similis rurſum illa eſt Aquilæ ingenti, in altum volitanti: quæ eſcam in laqueo alligatam cernens, tota ſe alarum vehemẽtia, è ſublimi in eam demittit; volenſque prædam inde abripere, comprehenſa repente vngulæ illius ſummitas laqueo detinetur: atque ex hoc paruo licet impedimẽto, C omnis * vis ac fortitudo eius deuincta imminuitur, totum quantumuis corpus liberum, & extra laqueum habere videatur: Eundem ſanè in modũ & hæc virtus, ſi vel in vno aliquo negotiorum terrenorum vincta hæreat, tota mox mortificatur, debilitatur, & exſtinguitur. Et ſicut Aquila compeditis vngulis, in aëris ſublimitatem, niſi liberata fuerit, volare nequit: ita & iſta virtus, niſi à terrenis negotijs liberetur, * cæleſtia perfectè cõtemplari non valebit. Quiſquis igitur lachrymas habet, veniat, & deploret mecum: & cui ſalutaris non ſuppetit compunctio, hoc ipſum conſiderans lugeat, & ingemiſcat; intelligatque quomodo nonnulli, qui dum ea clari eſſent virtute, atque ad cælum vſque illa duce perueniſſent, cæleſtis tamen Regni portas ingredi nequiuerunt. Eſt verò eiuſmodi, quod dicere volo chariſſimi: conſecuti ſunt infinitis laboribus quidam hanc, quam prædiximus, virtutem, ipſamq; Regij diadematis inſtar exornârunt: at poſtmodum D propter res exiguas ac viles, virtutem adeò illuſtrem perdiderunt, & terrenis rebus illaqueati, * eam à cæleſtis regni ingreſſu impedierunt, atq; excluſerunt. Conſidera igitur diligenter teipſum, dilectiſſime: & caue, ne hiſce laqueis capiaris, & inimico ad prædam tradaris: neque admirabilem illam virtutem, quam tantis laboribus acquiſiuiſti, deſtruas ac perdas, neque eam in cælum aſcendere, cæleſteſque ianuas ingredi prohibeas: & ne ipſam rubore confuſam, coram ſponſi thalamo conſtituas; neque vel vno aliquo capillo humi affigi permittas: cæterùm liberam illi tribue fiduciam, vocemque excelſam, vt exultans, in thalamum introeat, ac ſublimi ſua voce præmia laborum repetat. O miraculum ingens, & obſtupeſcendum. Sicut namque leo animal generoſiſſimum atque fortiſſimum, vnico ſaltem capillo in terra vinctum tenetur, atque humiliatur: ita profectò & iſta virtus (quæ leoni comparatur) terrena qualibet cura, veluti capillo vno colligatur, & in terra marceſcit, atque vileſcit. Quamobrem ſobrium ac vigilem, E chariſſime, te præbe, & teipſum vincens, manuſque admouens, capillum in te illum exiguum ac vilem abſcinde: vt non in deriſum venias, quemadmodum Sampſon ille fortiſſimus, qui in vno momento & ictu oculi, ſola aſini maxilla armatus, mille viros occidit; & quaſi vnum capillum, ſeptenos validiſſimos funes amputauit, & ſeipſum à vinculis liberans, inimicos occidit, & Deo victoriam dedicauit: oratioque eius maxillam aſini in fontem aquæ conuertit. Hic autem licet tantus ac talis eſſet, adeoque multa præclara præſtitiſſet, ſemetipſum tamen per imprudentiam hoſtibus vinctum tradidit: humiliatuſque valde eſt, poſtquam crines ei ablati ſunt, terribileſque illas ſuas, & admirabiles vires * colligauit, ac perdidit. Quare & tu tibi ipſi attende, ne vlla ratione ſingularem hanc virtutem

Heroica virtus regio diademati ſimilis.

Alphabeti cõparatio

Virtus vt Aquilæ comparetur.

*al. omnis virtus ac gloria ei' humiliatur.

*al. perfecta eſſe non poterit.

NOTA.

*al. ſeipſos à cœleſti regno ſequeſtrârunt.

Leoni virtutem heroicam, conſummatamque comparat.

Iudic. 15. 16.

Sampſonis potentia, & poſtea impotentia.

Ibidem.

Ibidem.

*al. deuinctas ac colligatas perdidit.

noxijs

noxijs aliquibus rebus terrenis colligando himilies: ſed liberam eam à cunctis, A
quibus lædi ac violari poteſt, reddens, adornatam & bene compoſitam in cælum
A Natatore exemplum.
præmitte. Sic porrò illam libera, quemadmodum facere ſolet natator aliquis, qui
vt margaritam pretioſam inueniat, ſeſe in profundum pelagi nando demittit,
*al. in altum ex aquis emergit nudus, & cum theſauro in terram pergit. ,&c.
qua reperta, protinus in altum * conſcendit, totumque corpus eius ab aquis liberatur:
aqua ſiquidem ſuo remanſit loco, ipſe verò cum diuitijs aſcendit, aridamq;
occupauit. Ad eundem ergo & tu modum, omnibus rebus terrenis, ſeculoque
inquinamentis nudari ac liberari feſtina: virtuteque hac perfectè illuſtratus, induere
ea ſicut veſtimento; & die noctuque vigilanter excuba, ne ipſa exſpolieris.
Nam quæ illam poſſederit anima, à nullo malo euerti poterit; neque à fame, aut B
nuditate, deſidia, vel morbo, paupertate, vel perſecutione, aut alia quapiam tentatione
diabolica violari vel lædi. Si enim ſobriam, ac vigilem ſe præbuerit; per
eiuſmodi magis augebitur & coronabitur, ſemper ſecundùm Deum proficiens,
illuſtriorque euadens. Neque etiam ipſa mors eam affligere aut opprimere valebit:
ſed cùm ex corpore migrabit, Angeli in cælis ipſam lætantem & exultantem
excipient, & Patri luminum offerent. Exultabit quoque Pater in ea, & Filius, cum
*al. & volũtati eius nullã aliam volũtatem prætulit.
Spiritu ſancto. Exultabit quidem in illa Pater: quia ipſa eum dilexit, & * præter
illum diligere alium noluit. Exultabit autem in ea vnigenitus Filius: quoniam
ipſa ſemper concupiuit illum, & præter eum nihil videre, vel poſſidere optauit.
Exultabit & Spiritus ſanctus ſuper ipſam, quia templum illius ſanctum fuit, & inhabitauit
in ea. Exultabunt quoque ſuper illam cæli, cum virtutibus ſuis, & pariter
procidentes, glorificabunt Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, cernentes
eam omni Angelica virtute compoſitam, & omni iuſtiæ ſplendore decoratam. C
Exultabit eam in ea Paradiſus, quoniam hæreditatem in ipſo acquiſiuit. Gloria
& magnificentia ſoli bono, & amatori hominum Deo: qui ineffabili ſua gratia
regnum immortalitatis ſuæ nobis conſtituit, præſtititque. Per Ieſum Chriſtum
Dominum noſtrum, Amen.

PRECATIO.
Supplico bonitati tuæ Domine, ſana vulnera animæ meæ, & oculos mentis
*al. redemptionem.
meæ illumina, vt * diſpenſationem tuam in me factam iugiter conſiderem. Et
quoniam mẽs mea infatuata eſt, ſale gratiæ tuæ condias eam. Sed quid dicam tibi,
Hierem.11.17.
ô futurorum præcognitor, qui corda ſcrutaris, & renes? Tu ſolus quippe noſti,
Pſal.41.142.
quòd ſicut terra ſine aqua, ſitit vehementer te anima mea, & concupiſcit te cor
meum: diligentes autem te, aſſiduè diuina tua gratia replentur. Quemadmodum
igitur ſemper exaudiſti me: ita nũc quoque deprecationem meam ne deſpexeris. D
Ecce enim velut captiua detinetur mens mea, te ſolum Saluatorem verum requirens.
Mitte ergo celeriter gratiam tuam in auxilium meum: vt veniens, famem
meam expleat, & ſitim mihi reſtinguat. Nam te Domine, qui abſque ſatietate
delectas, concupiſco: & te lumen verum; datoremque ſalutis ſitio. Concedo
*al. diuinæ gratiæ tuæ.
igitur mihi poſtulata mea: & inſtilla in cor meum, vel vnam guttam * dilectionis
tuæ; quæ ſicut ignis in ſilua condenſa, conſumat ſpinas ac tribulos eius,
cogitationes, inquam, peſſimas. Da autem mihi opulenter, & ſiue menſura, vt
*al. ſicut boni filij bonus pater.
Deus homini: & dona gratiæ tuæ mihi multiplica, vt Rex regum, & * vt bonus
ac pius boni pijque patris vnicus filius. Quòd ſi te fortaſſe vt terrenus, vel terreni
filius, repuli aut repello, irritaui & irrito: at tu, qui hydrias tua impleſti benedictione,
Ioan.2.
imple quoque ſitim meam, atque gratia tua eam reſtingue. Et qui de quinque
Matth.14.& Ioan.6.
panibus ſatiaſti quinque millia hominum: de tua etiam benignitate famem E
Lucæ 21.
mihi Domiue, exſatia. Qui duo minuta viduæ Illius pauperculæ ſuſcepiſti, atque
Marc.12.
probaſti: ſuſcipe quoq; deprecationem ſerui tui. & da, quod peto: vt templum
diuinæ gratiæ tuæ efficiar, quæ in me inhabitet: ipſaque quomodo placere
tibi debeam, me doceat; & mentem meam quaſi quodam fræno conſtringat, ne
*al. à claritate luminis illius excidam.
aberrans peccem tibi, & * lumine illo tuo priuer. Exaudi me Domine, & præſta,
*al. vt vocer in hęreditatem regni tui.
vt * hæres regni tui in regno tuo vocari merear: manipuloſque compunctione
& confeſſione plenos, precibus & interceſſionibus omnium Sanctorum tuorum,
tibi gratos acceptoſque offeram. Exaudi, inquam, & ſuſcipe orationem meam,
qui es ſuper omnia, & in omnibus benedictus, in ſempiterna ſecula ſeculorum,
Amen.

Sobrij igitur ſimus & vigilemus, obſecro fratres dilectiſſimi, in hoc breui

vitæ

A vitæ noſtræ tempore; & in hac vndecima hora viriliter decertemus. Appropinquauit enim iam veſpera, & mercedis retributor Chriſtus cum gloria venit: vt reddat vnicuique ſecundùm opera ſua. Attendite itaque vobis ipſis, fratres, ne quis veſtrum de bono opere præſumens, negligenterque viuens, immēſa illa Saluatoris præmia deperdat. Similis namq; eſt monachus agro alicui ſeminato, qui pluuia ac rore rigatus incrementum capit, & fructum lætitiæ producit: ſed cùm iam ad frugum tempus peruenerit, maiorem curam bono agricolę ingerit: ſollicitus enim tunc aduigilat, metuens, ne vel repentina grandine, aut à camporum iumentis ſegetes ipſius vaſtentur: Ita etiā monachus, quamdiu in hoc viuit corpore, die noctuque de immortali æternaque vita ſollicitus ſit oportet; ne per negligentiā in vanum cucurriſſe deprehendatur. Gaudet exultatq́; agricola, ac Deo B gratias agit, quando meſſem iam ſuam in horrea congregauit, & compenſationem laborum ſuorū perceperit. Eodem modo lætantur & exultant in cælis Angeli Dei, cùm quis timens Deum rectè hic curſum ſuum conſummauerit. Agricola cum ſua impleuit horrea, tunc in ſecuritate conſtitutus epulatur, atque lætatur: & monachus in ſuo poſitus horreo, hoc eſt, monumento, confeſtim diuitiæ illius in manſionem vitæ æternæ aſcendunt: vbi tunc in tuto ipſe erit, & bonis Dei lætus perfruetur. Nemo igitur hîc, chariſſimi, ſit ſegnis, metuve tentationum aut periculorum frangatur: cæterùm qui fortis eſt, infirmiores ſuſtentet, ac adiuuet: qui promptitudine atq; alacritate valet, puſillanimes conſoletur: qui vigil eſt & experrectus, ſomno depreſſos ſuſcitet: qui * firmus eſt ac ſtabilis, inconſtantes corripiat, atque confirmet: & qui continens ac temperans eſt, inordinatos atque intemperantes increpet. Sic namq; ſimul conſpirantes, pariterque victoriam de aduerſario noſtro referentes, illum confundemus, & cæleſtem Deū noſtrum glorificabimus, ſanctoſq́; Angelos exhilarabimus: & eos, qui nos vident, quique de nobis audient, in Chriſto Saluatore noſtro mirificè ædificabimus. Sicut enim ſanctorum Angelorum acies: ita eſt & multitudo monachorum vnanimiter viuentium, & mentem ſuam ad Deum ſemper eleuatam habentium. Et quemadmodum * mel, & fauus in ore: ſic reſponſio fratris ad proximum ſuum, cum charitate atque humilitate. Sicut aqua frigida, in magnis caloribus ſitienti: ita conſolatorius ſermo fratri, in tribulationibus & anguſtijs ipſius. Quemadmodum qui manū porrigit cadenti, & erigit eum: ita * admonitionis & veritatis ſermo animam ſegnem atq; puſillanimem excitat. Quemadmodum ſemen D bonum, & & electum in terra bona ac pingui: ſic cogitationes bonæ in mente monachi. Quemadmodum connexio firma ac fortis in ædificio: ita & longanimitas, atque alacritas in corde monachi. Sicut * pondus ſalis, viro infirmo ac debili: ita ſomnolentia monachi, tempore ſuæ pſalmodiæ. Sicut vincula & catenæ, Aquilæ: ita & monacho, curæ atque ſollicitudines ſeculi. Vt ſpinæ & tribuli, inter ſata optima: ita ſordidæ cogitationes in anima monachi. Sicut cancer, qui putreſcit & curatur, ſed nunquam ſanitatis finem * recipit: ita & iniuriarum concordatio in mente monachi. Sicut vermis corrūpit lignum: ita etiam inimicitia cor monachi deſtruit. Vt à tinea corrūpitur veſtimentū: ſic à detractione inquinatur anima monachi. Sicut arbor excelſa & ſpecioſa, ſed infructuoſa: ita ſuperbus & inſolens monachus. Vt fructus pulcher, & delectabilis quidem exterius, ſed putridus interius: ſic inuidus & liuidus monachus. Sicut qui lapidē iactat in limpidum fontem, conturbat eum: ita iracunda monachi reſponſio commouet mentem E proximi ſui. Quemadmodum ſi quis radicitus arborem fructibus plenam euellat, & in alium eam locum tranſplantet, fructus eius marceſcunt, & folia areſcunt: ſic & monachus proprium deferens locum, & aliò ſe transferens. Sicut ædificium fundamento carens, ſuper petram: ita & monachus, qui non habet patientiam in preſſuris ac tribulationibus ſuis. Sicut quiſpiam Regi aſtans, & cum eo colloquēs à conſeruo autem vocatus, ſuſpiciendum & glorioſum Regis colloquium relinquat, & ad cōfabulationes cum ſeruo ſe conuertat: ita quoq; monachus, qui tempore ſuæ pſalmodiæ, mentē à Deo reflectit, & ſe ad fabulas nugasq́; cum alijs conuertit. Intelligamus ergo chariſſimi, coram quo cōſtituti ſimus. Sicut enim Angeli magno cum metu atque tremore adſtant Creatori, hymnum ei decantantes: ita & nos debemus, dilectiſſimi mei, tempore orationis atque pſalmodiæ, puro

corde,

Matth. 20.
Matth. 16. 25.
Rom. 2.

COMPARATIONES PVLCHERRIMÆ.

NOTA.

* al. qui per ſe modeſtus eſt, immodeſtos admoneat.

* al. fauus mellis in ore.

* al. conſolationis, & vitæ ſermo.

Matth. 13.

* al. onus graue & intolerabile.

* al. admittit.

Iob 13. & Prou. 25.

Prouer. 15.

A Simili.

NOTA.

*al. feſtuca, ac ſtipula.

*al. coram Angelis & hominibus.

Matth.22. & Lucæ 10.

*al. ſicut foliū quod à vento rapitur, circumfertur.

*al. virtutes quidē gregis Chriſti enarro, ſed nullius mihi conſcius ſum

corde, & cum reuerentia atque timore coram Deo conſiſtere, ne corpore duntaxat videamur aſſiſtere, atq; in orationes incumbere, mente autem in negotijs interim terrenis occupemur. Quemadmodum enim *ſcapha, quæ fluctibus maris circumfertur: ita & monachus, cuius mens ſeculi negotijs, curiſque diſtrahitur. Quare colligamus cogitationes noſtras, ſegregemuſque eas à terrenis negotijs, fratres: vt gloriam apud Deum noſtrum obtineamus. Suſtineamus fortiter aduerſarij noſtri tentationes: vt cum Angelis glorificari mereamur. Gloria quippe eſt monacho, patientia in tribulationibus. Gloria monacho, longanimitas charitati coniuncta. Gloria monacho eſt, cùm nullas res præſentis ſeculi poſſidere cupit. Gloria monacho, & laus coram *Deo & Angelis eius, eſt humilitas & ſimplicitas cordis. Gloria monacho eſt, quieti atque vigilijs inſiſtere, & corde compungi, ac flere in orationibus ſuis. Gloria monacho eſt, diligere Deum ex toto corde, & proximum ſicut ſeipſum. Gloria monacho eſt, temperantia ab eſcis, & à multiloquio linguę. Gloria monacho eſt, quando verba eius operibus conſonāt. Gloria monacho eſt, dum ſe in loco ſuo ac cella continet, neque huc illucque inſtar *ſtipulæ à vento raptatæ, tranſportatur atque vagatur. Hei mihi dilectiſſimi mei, quia factus ſum ſicut machina ſeu follis fabri ferrarij, quæ repletur & euacuatur, nihilque ex vento, quo diſtenditur, retinet. Sic & ego virtutes *gregis Chriſti enarrans, ab his omnibus quàm longiſſimè receſſi. Gloria, & magnificentia infinitæ bonitati ipſius: qui nos quantumuis indignos, ſua dignos gratia efficit, Amen.

PRECATIO.

Pſalm.34. Pſalm.7. Iob 13.14. Pſalm 43. Pſalm.142. Pſalm.68.

*al. gratia tua.

*al. auxilium.

Miſeratio Dei quanta.

Matth.20.

Lucę 16. Geneſ.18.

*al. inter minimos commendari.

Matth.25.

Fratres mei chariſſimi, ſi quis veſtrum ſordidis ac turpibus cogitationibus præoccupatus fuerit, non deſidia aliqua atque ſegnitie obtorpeſcens ſeipſum in deſperationem tradat; ſed cor ſuum coram Deo effundat, & ingemiſcens cum lachrymis dicat: Exurge Domine, & intende iudicio meo, Deus meus, & Dominus meus, in cauſſam meam. Iudica me Domine, ſecundùm iuſtitiam tuam: opus manuum tuarum ſum ego, cur dereliquiſti, & deſpexiſti me? Cur faciem tuam auertis à me, & humilitatis meæ obliuiſceris? Quia perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſuſtantia, apprehendat me *manus tua Domine, ne peream. Si ita oratione perſtiteris, & Deū inuocaueris; confeſtim benignus ac miſericors Dominus mittens *gratiam ſuam in cor tuum, conſolabitur te: & requiem à laboribus atque doloribus tuis; & ab omni impugnatione inimici, quam ſuſtines, tibi conferet. Cùm ergo talem habeamus Dominum, tam pium, tamque miſericordem; non ſegniter agamus, neq; negligamus noſtram ſalutem. Quamdiu enim hic adhuc ſumus miſeretur, ſaluat, ac reficit nos, & in iniquitatibus noſtris ignoſcit, ſi ipſi voluerimus, & ex corde ipſum requiſiuerimus. Quis igitur non admiretur? Ecce enim per lachrymas breuiſſimi huius temporis, infinita peccata dimittit nobis: & ipſa quidem vndecima hora, innumerabilium nos vulnerum labe ſauciatos, per lachrymas ſanat; rurſuſque cum ſanauerit, mercedem lachrymarum nobis confert. Illud quippe conſuetum gratiæ ipſius munus eſt, vt poſtquam ſanauit, etiam præmia ſanitatis liberaliter exſoluat. Non ergo negligamus, fratres, ſed operam demus, vt curemur atque ſanemur. Hîc enim per ſuam gratiam miſeretur, & ignoſcit Deus: illic autem non item, ſed iuſtum ibi iudicium, & vltio deſeruiet, & factorum omnium retributio. Illic miſericordiſſimus ille Abraham, immitis atq; immiſericors reperietur. Et qui pro Sodomitis, vt ſaluarentur, fuerat deprecatus; illic vel pro vno peccatore non ſupplicabit, vt miſericordiam obtineat. Non ergo ſinamus mentem noſtram terrenorū negotiorum vinculis conſtringi, fratres: ſed imitatores, & conſortes fieri ſtudeamus ſanctorum Patrum. Non recedamus ab illorum viuendi inſtituto: ne (quod abſit) & eorum priuemur gloria. Adnitamur ſedulò, vt cum perfectis viris coronemur: ſin minus, ſaltem inter extremos, qui Domino placuerunt, laudari mereamur. Beatus ille profectò eſt, qui inter perfectos contendit coronari: ſicut contra miſer & infelix, qui hoc tempus vitæ ſuæ negligenter trāſegerit, vt indignus ſit etiam *cum minimis collaudari. Beatus, qui corona & hæreditate dignus inuenietur Sanctorum, vocemq; illam benedictam audire merebitur, dicentem: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Quam illic, obſecro, tunc fratres, A fratres, excuſationem habebimus, ſi nunc hîc neglexerimus? Secularis quidem aliquem fortaſſe prætextum inuenire poterit, quo ſuam negligentiam excuſet, vtpote varijs ſeculi rebus diſtractus: nos verò quid dicemus, aut quæ impedimenta prætexemus? Vereor ſanè, ac pertimeſco, ne forte hi, qui modo hîc nos laudant & celebrant, illic tunc nos irrideant: & qui beatos hîc nos prædicant, illic nobis illud ipſum exprobrent, atque inſultent. Ne ergo chariſſimi mei, dulceſcat nobis hîc negligentia, & mundi ſollicitudo; vt non poſtea illic nobis amareſcat æternus ignis, & vermis numquam dormiens. Quare reſipiſcamus, ac pœnitentiam hîc paullulum agamus, dilectiſſimi, dum tempus adhuc ſuppetit; vt ab æterno illo igne liberemur. Ploremus in hac vita modicum: vt luctum ac planctum illum ſempiternum euadamus. An non creditis Saluatoris noſtri ſermoni, quòd repente ſicut fulgur coruſcans, ita erit & aduentus eius? Non intelligitis, quia fama B præit: ecce hîc, ecce illic? Timeamus igitur, & attendamus nobis ipſis, ne ſubitò nos imperatos extrema illa præoccupet neceſſitas; incipiamusque tunc noſipſos culpare ac reprehendere, nihil proficiẽtes. Credite mihi, chariſſimi, quia † poſtrema iam hora eſt: credite quia conſummatio iſtius ſeculi nunc appropinquat. Videte igitur, ne fortè impleatur in vobis Prophetæ ſermo, qui dicit: Væ his, qui deſiderant diem Domini. Attendamus nobis, & totis viribus adlaboremus, ne inueniamur ſicut ſeruus ille, quem, adueniens dominus eius, inuenit delitijs vacantem, & negligentia torpentem; partemque eius cum † infidelibus ponens, diuiſit cum: ſed importunè potius, atque aſſiduè Dominum noſtrum IESVM Chriſtum glorificemus, ac deprecemur, vt à tenebris illis, & à ſtridore dentium nos liberet, ſuoque regno dignos efficiat.

Eſaiæ.66.& Matth.22. Marc.9.
Matth.24. Marc.13.& Luc.17.
Matth.20.
†al. vndecima.
Amos 5.
Matth.24.
†al. hypocritis, vt in vulg.

C Obſecro te Saluator mundi Chriſte IESV, reſpice in me, & miſereri mei, & eripe me à multitudine iniquitatum mearum. Irritaui enim ac ſpreui omnia bona, quæ feciſti mecum à iuuentute mea; irritaui, inquam, & irrito. Me etenim rudem atque imprudentem, feciſti vas plenum ſcientia ac ſapientia: & multiplicata eſt ſuper me gratia tua, quæ etiam meam ſatiauit † famem, & refrigerauit ſitim; mentemque meam tenebris plenam illuminauit, & cogitationes meas ab errore * reuocauit. Et nunc Domine Deus meus, adoro & imploro ineffabilem benignitatem tuam, infirmitatem meam confitens, remitte paullulum vndas gratiæ tuæ, illamque mihi in theſaurum tuum adſerua, vt rurſus † ipſa mihi lux ſit in die illa tremenda. Ne igitur iraſcaris mihi, benigniſſime Domine: quia enim inundationis illius fluctus ferre non ſuſtineo, ideo audacter ac temerè depoſco; nam ſupra D modum multiplicata eſt in me, meaque infirmata eſt lingua, illam eloqui atque explicare nequiens. Figura, ac ſplendor infinitæ gloriæ benedicti Patris, aliquid iam mihi ex eius inundatione remitte: nam ignis inſtar, renes meos & cor meum adurit. Dona autem eam illic mihi rurſus, & in Regno tuo me ſalua: neque iniquitatum mearum memineris. Quia verò etiam poſtulare audeo: concede mihi, obſecro, poſtulata mea: & fac mecum manſionem vnà cum benedicto Patre tuo, in die † reuelationis tuæ; quia tu ſolus vitæ meæ dator, ac Saluator & protector es. A cunctis notis meis iniquitates meas operi, & lachrymas meas ſuſcipe, planctuſque ad te meus appropinquet. Recordare quoque lachrymarum mearum quas coram ſanctis tuis † Martyribus effudi: vt in hora illa expaueſcenda miſericordiam conſequar, & ſub alis gratiæ tuæ protegar. Nam ſi mecum ſecundum iniquitatum mearum merita facere volueris, ſuſtinere nequibo. Oſtende E igitur in me indignum peccatorem, Domine, † ineffabiles diuinæ clementiæ tuæ diuitias: meque latronis illius fac conſortem ac ſocium, qui per vnum verbum, iucunda paradiſi virentia conſecutus eſt; idque obtinuit, quod perfectis quibuſq; repromiſſum eſt. Illuc, quæſo, benignitate tua introducas me: abſcondarq; ibi in medio arborum eius; ac locum videam, vbi Adam occultatus eſt, cum † alacritate atque lætitia. Vbi ei dictum eſt: Adam, vbi es? Illicque benignitati tuæ gloriam & honorem offeram, quia preces ac lachrymas meas exaudiſti, & cunctas iniquitates meas deleuiſti. † Ponam in conſpectu tuo lachrymas meas Domine, vt conſolationem accipiam in repromiſſione tua: vt retrorſum auertatur inimicus meus, territuſque † conturbetur, dum in loco me conſpexerit, quem præpararunt miſerationes tuæ. Confundatur verò inimicus, qui in loco me iudicij videre expectauerat,

PRECATIO pia, efficax, ſalubris, ac neceſſaria.
†al. humilitatẽ.
*al. collegit, atque reduxit.
†al. eam mihi tribuas in die illa.
Heb.1.
Ioan.14.
†al. aduentus tui.
†al. teſtibus.
Pſal.129.142.
†al. ineffabilem benignitatem atque miſericordiam tuam.
Matth.27.& Lucæ 23.
†al. claritate.
Gen.3.
†al. Pone lachrymas meas in conſpectu tuo, ô Domine, &c.
†al. confundatur.

ctauerat,† confuſúſque diffugiat: quia voluntas eius in me non fuit, neque impura atq; polluta eius cogitatio perfecta in me eſt. Ita deprecor, benigniſſime ac miſericordiſſime Domine, qui ſolus abſq; peccato es, immaculatus, & incontaminatus; ineffabilem ſuper me tuam bonitatem ac miſericordiam effunde, & præſta, vt ego & omnes diligentes te, hæredes regni tui † effecti, tuamque gloriam contemplantes, bonitatem tuam ſemper adoremus, dicamuſque cum iucunditate, vno pariter ore cuncti, qui immenſam atque ineffabilem illam tuam promeruimus cernere † pulchritudinem. Gloria Patri, qui creauit nos. Gloria Filio, qui ſaluauit nos. Gloria Spiritui ſancto, qui † reparauit nos, in infinita ac ſempiterna ſecula ſeculorum. Amen. A

† al. & conuerſus in tenebras conturbetur.

† al. efficiamur.

† al. claritatem ac maieſtatem.

† al. renouauit nos.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES eiuſdem Doctoris Gerardi Voſſij. B

De vita Religioſa atque Monaſtica, ſiue de vera atque perfecta forma hominis Religioſi potiſſimū hoc ſuo ſatis longo ſermone agit Auctor: & quæ ac qualis antiquorum SS. Patrum inſtitutio fuerit, quantūq; ab ea dilapſi ſint poſteriores, deſcribit, atque deplangit. tum qua ad Deum via reuertendum ſit, & quomodo Sanctorum Patrum veſtigijs inhærendum, exponit: & quæ verò monacho, omniq; Chriſtiano facienda, quæq; omittenda ac fugienda ſint, demonſtrat. Horribilem diem Iudicij cunctis ab oculos ponit; & finem mundi breui adfuturum oſtendit: quare omnes ad vigilandum, ac piè recteq; in hoc breui vitæ curriculo viuendum, ſeriò hortatur ac monet. Multa exempla, ac documenta ſalutaria in medium adducit: & quo pacto diuina nobis ſemper imploranda ſit gratia; quodq; omnium virtutum noſtrarum merita in diuinæ gratiæ auxilium referenda ſint, pulchrè declarat. Heroicam quoque ac conſummatam virtutem nobis proponit, eiuſq; eximiam formam delineat: & quomodo ea varias C *complectatur virtutes; tum quibus eadem præcipuè ſit ſimilis, commonſtrat, exempliſq; ac ſimilitudinibus & comparationibus aptiſſimis rem omnem patefacit, ornat, atque illuſtrat. precandi modum docet, & pia efficaciq; precatione ſuum denique Sermonem concludit.*

Sola autem inſtitutio, quæ Patrum noſtrorum temporibus vigebat, rectè ſeruabatur: quippe qui fulſerunt vt luminaria per totum mundum, &c.] *Vbi alia lectio habet: Quam diſſimilis eſt hæc inſtitutio atque viuendi ratio illi, quæ Patrum noſtrorum memoria floruit: quippe quando refulſerunt in omnem terram vt luminaria quædam, &c.] alia verò, aliquibus commutatis ſic: Nam inſtitutio illa, quæ Patrum noſtrorum temporibus fuit, longè ab hac eſt alia, magiſq; exemplaris: quippe in qua perſeuerantes inter ſpinas, ac tribulos, hæreticos nimirum atque impios homines, effulſerunt tamquam luminaria in mundo, & velut pretioſi lapides, ac margaritæ clariſſimæ reſplenduerunt, &c. Quod ipſum quoque hic pluribus Auctor demonſtrat poſtea: vt etiam hoc eodem Tomo in Serm. duplici, in Patres qui tempo-* D *ribus ſuis in Chriſto obdormierunt. nec non in alio ſequenti poſt Sermone, in eos qui antea in Chriſto obdormierunt, cuius initium eſt: Quid ita chariſſimi hodiè ſeriò ſeduloq; congregati ſumus, &c.] vbi de his plura: de quibus & alibi ſparſim, incidenterq; ſæpius.*

Sancti probatiſſimique olim Patres, iactis firmiter vnius regulæ fundamentis, canonem quem ſemel arripuerant, ad finem vſq; vitæ retinuerunt: nā alij quinquaginta annis, alij pluribus, &c.] *Priſcorum monachorum vitæ rigorem, & perfectionem, conſtantiamq; ac perſeuerantiam indicat, illorumq; exempla imitanda etiam alijs proponit. Et ſunt hæc ſimillima illis, quæ alibi in eandem adducit ſententiam Auctor, vbi habet: Canonem vnum retine, ſicut etiam ſancti fecerunt Patres, qui ad quinquaginta & vltra annos non mutârunt canonem ac regulam, &c.] vt habetur in Sermone parænet. de ſecundo aduentu Domini, & de Pœnitentia, in fine Tomi ſecundi: vbi de his quoque plura in noſtris Scholijs. Quo etiam faciunt, quæ ab eodem hic adducuntur poſtea: ac alibi non vno in loco, & præſertim in Sermon. de ſanctis quibuſdam Patribus, qui eius tempore obdormierunt: vbi Patrum antiquorum vitam perfectam in exemplum adducens, deprauatos ſeculi præſentis mores valde deplangit; viamq; cum Deo* E *in gratiam redeundi ſaluberrimam, vt etiam hoc loco, proponit. Quòd porrò hic dicit, quoſdam ad quinquaginta & amplius annos firmiter ſuum obſeruaſſe canonem ac regulam monaſticam, exemplo hoc ipſum alibi comprobat S. Abramij Eremitæ: de quo, in Sermone eiuſd. in vitam B. Abramij, hoc eod. tomo tertio. vbi inter alia ſic enarrat: Toto porrò tempore renuntiationis ſuæ, canonem ſeu regulam ſemel arreptam numquam mutauit; ſed quinquaginta annorum ſpatio in vitæ religioſæ inſtituto ſe exercuit: omnique temporis illius æuum quaſi dies paucos reputabat, nullaq; ſatietate religioſi inſtituti ſui capi vmquam poterat, &c.] ita de S. Abramo monacho ibid.*

Poſtea vbi habetur: Nam vbi Romanorum imperium fuerit impletum, omnia conſummari oportebit, &c.] *alia lectio habet:* Completo ſiquidem Romano regno, ſeculum conſummari neceſſe eſt.] *& al.* Romano quippe imperio completo, finis mundi aderit, &c. *Idemq; affirmat*

A *mare videtur alibi quoque Lactantius Firmianus, ac præſertim lib.7. de Diuino præm. cap.14. ſed magis poſtea cap.25. vbi de poſtremis temporibus, deq́; vrbe Roma agit, &c.] necnon S. Hieronymus in Epiſtol. 151. quæ eſt ad Algaſiam nobilem fœminam, quæſt.11.* Quid ſit, quod Apoſtolus ad Theſſalonic. ſcribit: Niſi diſceſsio venerit primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, &c.] *ad quod ibidem reſpondens poſterius, ſic ait: Niſi, inquit, venerit diſceſſio primùm, quod Græce dicitur ἀποστασία, vt omnes gentes, quæ Romano imperio ſubiacent, recedant ab eis: & reuelatus fuerit, id eſt, oſtenſus homo peccati, in quo fons omnium peccatorum eſt; & filius perditionis, id eſt, diaboli, qui vniuerſorum perditio eſt, &c.] paucisq́; ibi interiectis poſtea: Niſi, inquit, fuerit Romanum imperium ante deſolatum, & Antichriſtus præceſſerit, Chriſtus non veniet: qui ideo venturus eſt, vt Antichriſtum deſtruat, &c.] ex quibus, alijsq́; ibi ſequentibus, quomodo in fine mundi inclinabit, ac deſolabitur Romanum imperium, colligitur* B *ſatis. In cuius quoque confirmationem S. Ioannes Chryſoſtomus in 2. Epiſt. ad Theſſal. cap.2. homil.4. ſic ſcribit: Et nunc quid detineat ſcitis, ad hoc, vt reueletur ipſe in ſuo tempore, &c.] paulloq́; ibidem poſt: Quid ergo eſt, quod detinet ad reuelandum ipſum, hoc eſt, quod prohibet ne reueletur? Alij quidem dicunt, ſpiritus eſſe gratiam: alij verò Romanum imperium, quibus ego potiſſimum adſtipulor, &c. De quo ibidem paucis interpoſitis, poſtea paullò clarius ſic infert, ac dicit: Tantum qui tenet in præſentia, donec è medio fiat: hoc eſt, quando è medio ſublatum fuerit Romanum imperium, tunc veniet ille. Et non abs re. Donec enim Imperij illius timor fuerit, nemo Antichriſto ſtatim ſubdetur: quando verò iſtud deſtructum fuerit imperium, vacantem imperij principatum inuadet; & tentabit ad ſe rapere, & hominum & Dei imperium. Nam quemadmodum regna illa deſtructa ſunt, quæ ante Romanum imperium fuerunt, vtpote regnum Medorum à Babylonijs, Babyloniorum à Perſis, Perſarum à Macedonibus, Macedonum à Romanis: ita & regnum Romanorum ab Antichriſto, & ille à Chriſto. &c.] hæc ita ibi Chryſoſtomus.*

C

Variat poſtea apud Auctorem lectio, vbi reperitur: In illo enim portu vnuſquiſque cum ſuis opibus ac mercibus, quibus ditatus intrauit, gloriatur & exultat, &c.] *Cuius loco al. eſt: Portus enim ille negotiantium eſt, in quem vnuſquiſque cum proprijs diuitijs ingreditur, ſuisq́; illic ditatus mercibus gloriatur atque exultat, &c.] ac al. Portus ſiquidem ille, ſtrenuè laborantium atque negotiantium eſt, vt quiſque in ſuo ibi patrimonio glorietur, & in mercimonio proprio exultet ac iubilet, &c.] agit autem de portu vitæ æternæ, in quo ſecurus lætusq́; conſiſtet, qui hìc bene operatus negotiatusq́; fuerit. Quod porrò immediatè hìc poſt additur:* An ignoratis, fratres, quòd ad nuptias vocati ſumus, in quibus Rex regum, ſponſus immortalis, ſerenus accumbit, &c.] *in alio Cod legitur: Neſcitis, chariſſimi, quòd Rex regum ad nuptias Filij ſui nos inuitarit? cur obtorpeſcimus igitur atque negligimus, & non feſtinamus, &c.] in alio autem Græco MS. iſta vſque ad locum: (Quocirca ſobrij ſimus atque vigilemus, dilectiſſimi, &c.) hic deſunt: ſed quòd ad rem faciant, & in alijs reperiantur exemplaribus etiam impreſſis, planè addenda hoc loco, & nullatenus omittenda cenſuimus.*

Et quid, quæſo, illi in die illa tremenda dicturus es? numquid quia propter te humiliatus ſum? D quia pauper effectus ſum? &c.] *al. iſta ſine ὑποφορᾷ, leguntur hoc modo: Quidnam, obſecro, in die illa formidabili ad illum dicturus es; ſi tibi tua vitia hìc expurgare ex corde neglexeris? Obſecro, dilectiſſimi, ſic agite, vt cum fiducia tunc coram throno expaueſcendo magni Regis, ac tot millibus Angelorum, dicere poſſitis: Humiliatus ſum propter te, Domine, & egenus propter te effectus ſum, &c.] ſed priori lectioni, quæ per ὑποφορὰν, id eſt, ſubiectionem, figuram oratoriam, interrogando & reſpondendo effertur, potius hìc inſiſtendum videtur: tum quòd plus in ſe acrimoniæ habeat, magisq́; ad commouendum faciat; tum quòd in pluribus per nos collatis exemplaribus reperiatur, pluraq́; in ſe membra contineat; ſicut legenti etiam ac conferenti patebit.*

Diebus ſingulis, veſperi & manè diligenter conſidera, quo pacto ſeſe habeat negotiatio tua: & veſperi quidem ingreſſus cubiculum cordis tui, examina temetipſum, &c.] *Veſperi & manè Conſcientiam quotidie examinandam docet, pulchramq́; ac perutilem omnibus hìc formam examinis conſcientiæ ponit, lectu obſeruatuq́; ſanè digniſſimam. Cui haud diſſimilem quoque examinandæ conſcientiæ rationem, alibi Magnus adfert Baſilius in hæc verba:* Completo iam die, omnique opere cùm corporis, tum ſpiritus etiam abſoluto, præclarè fiet, ſi diligenter vnuſquiſque antequam cubitum eat, cùm animo ſuo conſcientiam ſuam exquirat: ac ſi quid quis vel cogitauerit, vel etiam locutus fuerit eorum quæ non decent: vel ſi inter orandum minus attentus, aut in pſalmorum decantatione tædio anxius fuerit: aut communis vitę deſiderio ſe ſenſerit titillatum, &c.] *ita Baſilium in ſermone de Inſtitutionibus Monachorum. cuius initium eſt: Homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei fuerat factus, &c. quod dogma memorabile in fine Serm. ibi ponitur.] De quo etiam apud Chryſoſtomum pluribus in locis habes, ac præſertim in Homilia 43. in cap. Matth.12 poſt med. ibi:* Sedeat mēs, atque cogitatio tua, iudex in animam, atque conſcientiam tuam: adducas omnia delicta tua in medium: ſcrutare, quæ anima commiſiſti, & pone dignas ſingulorum pœnas, dicaſque tecum aſſiduè: quare hoc, atque hoc auſus es? quare illud, & illud perpetraſti? &c.] *Sed de hoc clarius ac particularius apud eum tomo 5. in Serm. de Pœnitentia & confeſſ. cuius initium eſt: Obſecro, flagito, ac ſupplico, vt hic peccata noſtra deploremus, &c. circa med. ibi:* Statim cum ſurrexerimus à lecto, priuſquam nos conferamus in forum, vel priuſquam aggrediamur opus aliquod, vocato miniſtro rationem A ſumptuum petimus, vt ſciamus quidnam malè, vel quid bene expenderit, &c. *paulloq́; ibidem poſt:* Faciamus igitur hoc & in operibus noſtris, vocata conſcientia noſtra. Faciamus ſimiliter rationem verborum, operum, atque cogitationum; & ſcrutemur quid vtiliter inſumptum ſit, & quid in perniciem noſtram: quis ſermo malus expenſus in conuicia, in ſales, in turpiloquia: quæ concupiſcentia oculum in intemperantiam prouocarit; quæ cogitatio cum damno noſtro in opus prodierit, vel per manus, vel per linguam, vel per cogitationes ipſas, &c.] *Plura huc facientia, conſequenter ibidem ſparſimq́; alibi apud Chryſoſt. reperias. Quò etiam ſpectant, quæ habentur apud S. Dorotheum Abbat. in Serm. de conſcientia. qui incipit: Cùm hominem Deus formaret, neſcio quid illi diuinum inſeruit, nempe conſiderationem, &c.] & in Sermon. vt paſſiones, & morboſos affectus excidamus, antequam in malum animæ habitum tranſeant. vbi inter alia, de Examine conſcientiæ veſperi & manè faciendo, multa Dorotheus adducit, hiſce noſtri Auctoris, de examinanda conſcientia, monitis ac documentis, valde conformia.*

Imitare apem chariſſime, & admirabile eius cerne myſterium: quo pacto illa ex varijs, ſparſiſque B terræ floribus ſuum colligit opificium, &c.] *Similia de Apis natura, admirabiliq́; eius myſterio atque opificio refert ſanctus Gregorius Nazianzen. in oration. in nouam Dominic. ſub fin ibi:* Nunc ſedulæ apes relictis aluearibus, ſapientiæ ſuæ documentum præbent, atque ad prata conuolant, floreſque deripiunt, &c. *ac Nicetas pulchrè ac copioſè ibidem de iiſdem.] De quibus & Magnus Baſilius in Hexameron diuini opificij Homil. 8 vbi habet:* Pulchra decoraque laude à Prouerbiorum auctore prædicata eſt apis, ſapiens operatrix nuncupata, adeò pabulum diligenter elaborateque congerens; adeò ſapienter, adeòque accurrata, mirabilique arte apothecas mellis extruens ac fingens. In tenuem enim extenſa cera membranam, frequentes cellulas, denſas, ſibique continuas alias ſuper alias extruit, vt ipſarum adeò minutarum inter ſe vinculi denſitas vniuerſo ſit operi munimentum, ac firmitudo, &c.] *vbi operoſiſſimæ & ſolertis Apiculæ œconomiam pluribus deſcribit, ac celebrat. De qua apud eumdem habes & alibi, vt in Homilia in Gordium Martyrem, in ipſo mox initio, vbi dicit:* Naturæ lex eſt apibus innata, fratres dilectiſſimi, vt niſi Rex prius agmen præcedat, C ab aluearibus nuſquam diſcedant, &c.] *ac paullò poſt:* Quoniam igitur & nos, infirmitatis noſtræ oblitos, celebritas Martyris excitauit, age, & ipſi quoque quantum voce contendere licet, veluti bombantes apes vernantibus floribus circumfuſæ, præclara ipſius geſta perſonemus, &c.] *De Apum quoque natura, reperies apud ſanctum Chryſoſtomum in homil. decimaquinta in epiſt. ad Epheſ. cap. quarto, nonnulliſque in locis apud eumdem. nec non apud Philoſophum, lib. tertio animal. cap. decimo. ſed plenius adhuc apud Plinium in natural. hiſtor. lib. vndecimo cap. 5.6.7.8.9.10.11.16.17.18. &c. vbi de Apibus, admirabiliq́; earum natura atque conditione, ex inſtituto magis agitur. de qua & Virgil. libro quarto Georgicon. alijque alibi.*

Longius poſtea vbi habetur: Sobrij igitur ſimus & vigilemus, fratres dilectiſſimi, in hoc breui vitæ noſtræ tempore, &c.] *al. hæc nouo à præcedentibus capite, ac Titulo diſtinguuntur, atque ſeparantur, multoque hîc plura in verſione Camald. & alia antiquiore incerti Interpretis adduntur: quæ* D *cum alibi apud Ephræm reperiantur in Parœneſ. quinquaſima tomo ſecundo, iuxta noſtram editionem, conſultò ijs hîc prætermiſſis, nos Græcis Romanis exemplaribus (vbi illa hoc etiam loco deſunt) conformauimus; & hæc, vt ibi coniunctim, abſque nouo Titulo, ac capite repoſuimus.*

Denique ſub finem totius longi huius Sermonis, vbi eſt: Ponam in conſpectu tuo lachrymas meas Domine, &c.] *In vno aut altero MS. Græco legitur: Pone ô Domine lachrymas meas in conſpectu tuo, ſicut & in repromiſſione tua: vt confundatur inimicus meus, quando me conſpexerit in loco vitæ, quem mihi præpararunt miſerationes tuæ: & confuſus fruſtratuſq́; in tenebras conuertatur, non cernens me in loco, quem mihi ob peccata mea ipſe præpararat, &c.]*

Quæ cùm deprecatoria ſit lectio, bona & accommoda hoc E
quoque loco videtur, & probatur: quamquam
tamen prior in pluribus mmſſ.
reperiatur.

⁂

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, DE POENITENTIA.

Eodem Interprete & Scholiaſte Doct. Gerard. Voſsio.

POENITENTIA fertilis eſt fructus: quia omni ex parte præclarum Deo opus affert. frugifer eſt ager: quia tempore quocumque excolitur. Salutis eſt arbor: propterea quòd multos in peccatis mortuos reſuſcitat. Inſeritur in ipſa omnis cæleſtis conditio ac ſtatus: quia diuinitatis eſt conſors. Gaudet namque ea Deus: quia quos peccatum moliebatur perimere, ipſa ad Dei reparat gloriam. Indemne hæc Dei eſt marſupium: quiā hominum animas, ne pereant, tuetur. Copioſus eſt hic Dei redditus atque prouentus: eo quòd homines afferat, & pecatores cumulatim congreget. Spiritales in ea conſiſtere vſuras exiſtimo: metit enim Pœnitentia, quæ non ſeminauit: nam corpus ſeminat corruptionem, & pœnitentia metẽs eam, ad caſtitatem eleuat. Peccatum ſeminat paſſiones ac perturbationes: & pœnitentia illas demetens, ſuperſeminat vitæ rationem laudabilem. Accipit ea, quæ non dedit pia vſuraria, repetens quæ non mutuata eſt. Dicit peccatoribus: date mihi peccatorum pondus, id mihi operis ſit vſura. Fidem habes? da pœnitentiæ, vſuram fidei: in ipſa enim fides tua † indemnata redditur. Peccatum habes? hoc * mihi, inquit, ô homo, præbe: & exterminans illud, te ſiſtam Deo. Quid Euangelium dicat, noſce: Pœnitentiam, ait, opus atque negotiationem eſſe Dei: & qui bene negotiati ſunt, duplicarunt ſummam. Boni quippe operatores, in ipſa venuſtè affabreque fecerunt Dei agriculturam. per ipſam, fructibus Eccleſiam impleuerunt: in ipſa Dei horrea referſerunt. Quin & per ipſam, terra facta eſt cælum: quia ſanctis Angelis, qui ſunt in terra, repleta eſt. Laudantur boni famuli, qui per Pœnitentiam ſemen multiplicârunt. Remunerantur boni diſpenſatores, magno lucro Dei pecuniam fœnori dantes. Ex mercede, negotiationem diſcamus. A collaudationibus, cognoſcamus ſemen: & à fœnore, ſummam exploremus. Quoniã enim (inquit) operati eſtis in eis, & quinq; talentis alia quinq; adieciſtis; habebitis poteſtatem ſuper decem ciuitates. Domine, argentum accipis, & ciuitates donas? talenta † dediſti, & ciuitates tradis? Etiam, inquit, ciuitates ſunt pœnitentiæ agricultura. Quia enim vobis veſtram comparaſtis ſalutem: & ego vos principes populorum conſtituo ad laudem & gloriam. Bene ergo dixerimus, quòd marſupium Dei, ſit pœnitentia: quia in ipſa recta piaque vitæ ratio conſiſtit. Nouit Deus, genus humanum conturbari ab inimico: & pœnitentiam ipſi ad euerſionem eius oppoſuit. Ille ſuadet peccatum: at pœnitentia parata eſt ad peccantẽ ſuſcipiendũ. Inimicus * leges violare compellit: ſed pœnitentia ad conuerſionem hortatur. Ille in deſperationem impellit: iſta ſpem ſalutis promittit. Peccatum conſcientiam diuellit: pœnitentia verò, baculus eius ad requiem efficitur. nam Dominus erigit eliſos: verùm per pœnitentiam id facit. Quando enim à Dauide dici audietis: Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. intellige quòd per pœnitentiam iſtud fieri dixerit. Draco impietatem ſuadet, & mȩrorem parat: at pȩnitentia hortatur, non eſſe angendum, neque deſperandum de ijs quæ ad ſalutem pertinent. Excȩcat malitia mentem: ſed pænitentia lucernam accendens, Deum ipſi à longẽ oſtendit. Lucerna pedibus pænitentis, lex efficitur: ſed non ſine pænitentia. Quid ais propheta? Lucerna non oculis lucet? Numquid pedes oculos habent? Quo igitur pacto omiſſis oculis, viſum pedibus attribuis? Pedes animæ, ſunt intellectuales oculi. Caro graditur, vt aliquem videat: verùm anima intelligens, hunc licet immota contuetur. Igitur Propheta lucernam animæ accendit: non enim materia indigent intellectuales oculi. In pænitentia, lucerna fit lex: quoniam per eam, peccatores denuò cum Deo congrediuntur, ac colloquuntur.

al. Eiuſdem, De Pœnitentia, & confeſſione.

Vtilis ac neceſſarius hic eſt Sermo ſiue Tractatus, ad Pœnitentiam ſtudioſos eiuſdem Lectores inuitans, atque deducens.

Matth. 13. 25. Galat. 6.

* ἀχρεωτάχριτος al. ἀχρεωλάχρεος .i. debito libera.

Matth. 4. 13. 25. Marc. 1. 4. Lucæ. 3. 8. 19.

Matt. 13. 25. Marc. 4. & Lucæ. 8. 19.

Matth. 25. Luc. 19.

† al. dederunt.

* ἀναγκάζει παρανομῆσαι.

Antitheta pœnitentiæ, & peccati.

Pſalm. 144.

Pſalm. 22.

Pſalm. 118.

Pedes animæ, ſunt intellectuales oculi.

Pſalm. 118.

Tenebris obducta eſt mens iniquè agentis, nec cernit bonitatem: quia deſperatione A
ipſam impleuit inimicus: at pœnitentia velut bonus medicus, labores atque
*ἀνάνευσιν. moleſtias, nebulamque animæ adimens, lumen ipſi benignitatis oſtendit. *Reſipiſcentiam
impijs præcidit diabolꝰ, aſperitatem proponens pœnitentiæ: at pœnitentia
ſubdolam eius cernens vafritiem, maiori ſuauitate accedit, dicitque: Solùm
Dei memineritis: & ego pro vobis decertabo. Mente complectemini miſericordiam
eius: & ego cum ſuſpirijs intercedam pro vobis. Solũ leuiter ingemiſcite
peccatores, reſipiſcentes: & faciam vos domeſticos Dei. Dixit quoque Propheta
Eſaias: Quandocumq; conuerſus fueris, & ingemueris: tunc ſaluaberis. Ecce & teſtimonium
Eſa. 45. Ezech. 18 33. tibi adduco, inquit, ſolùm reſipiſce. Si ergo ingemuerit peccator, confeſtim
ſuſpirando; & graue onus Draconis euadit, & mente ſubleuata nebulam ignorantiæ
depellit, & in tranquillitate oculus animæ erit: ſubitoq; ipſam pœnitẽtia B
ad ſalutem manuducet. Tuncque non tantum anima ſuſpirabit; verùm etiam
διὰ χρόνου. lachrymas fundet maximo cum dolore: longo quippe interuallo cernens Deum
†al. poſt longũ tempus. vt Patrem mouetur ad lachrymas; quia ex interuallo vidit parentẽ: atq; ideo erũpit
in lachrymas, Deoq; perſuadet, ꝙ patris beneuolentiam amet; & ſic à ſtatu ſerpentino
Pſalm. 6. purgatur. Nũquid audiſti, quod dixit Dauid: Lauabo per ſingulas noctes
A NATVRA. lectum meum? Sed primũ ſuſpiria edidit, & ſic illachrymatus eſt. Oſtendam etiam
tibi hoc ipſum à maxima natura: quia primum ventꝰ oritur, & ſic pluuia ſuccedit:
primum tonitru cum fragore perſtrepit, & ſic nubes diſtillat. Eſt gemitus abſque
Gemitus ſine voce. voce, ſicut S. Paulus ait: quoniã ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.
Rom. 8. Recordatio Dei, peccatoribus cauſſa fit gemitus. Rurſuſq; Dauid ait: Memor C
Pſalm. 76. fui Dei, & delectatus ſum. Nã qui reſipiſcunt, gaudẽt ꝙ à vinculis draconis liberati
ſint. Non enim peius eſt vinculum q̃ quæ ex peccato fit excœcatio: neque funis, ad
†al. Quia enim in peccati caligine verſatur anima, &c. viſus læſionem, pernicioſior. † Donec enim in peccati tenebris verſatur anima,
vinculorum cuſtodia detinetur: & in carcere omnis luminis experte degẽs, ignorat
ſe in ignorantia ambulare. Ait† quippe pſalmiſta: neſcierunt, neque intellexerunt,
†al. atque alibi Pſamus. in tenebris ambulant. quoniam ignorantia locus eſt cuſtodiæ, animã facilè
Pſalm. 81. colligans atque impediens. Dicit enim & Apoſtolus Paulus, quòd Deus nos ex poteſtate
Coloſſ. 1. tenebrarum in regnum Filij ſui tranſtulerit. Erat quippe humanum genus
quaſi tenebris concluſum, propter ignorantiam diuinitatis. Dauid quoque ſuſpirans,
Pſalm. 6. lachrymis lauit lectum ſuum: nam adulterio contaminatus erat: ideo & lachrymis
ſtratum ſuum rigauit, ꝙ nefario complexu polluerat. Idem enim de ſe
Ibidem. ait: Laboraui in gemitu meo. Labor autem ipſius gemitus, lachrymarum eſt copia: D
labor gemitus, labor eſt cordis. Conſtat igitur & lachrymas multiplicari, præcedentibus
gemitibus. Nam cùm aduerſarius ſe vinci conſpicit, dum impijs deſperationem
†al. inducit. ſuggerit; alium modum † aggreditur, aſſentationibuſque agit ac ſuadet
manendum in paſſionibus improbis, deducitque peccatorem in actiones turpiſſimas.
At rurſus ipſi pœnitentia ſe opponit; & à conſcientia aſſentationem exterminans,
Conſcientiæ ſtimulus. pungit conſcientiam, ferit cogitationẽ, vt dormitantẽ animã excitet. nã
aſſentatio cõſcientiam turbat, nubeſq; aduerſus eam efficitur, & acceſſum ad Deũ
ipſi præcludit. Habet autem cõſcientia proprietatẽ naturalẽ, vt ineptias quaſcũq;
repellat, atq; illecebras. Et quando ſæpe impudenter peccatũ ſeſe obtulerit; tunc,
temporis progreſſu, conſcientia ſuperat. ſiue enim in tenebris, timore correptum
reprehendit, ꝙ propter peccatum iſta ſuſtineat, atq; ſuſcipiat. (ait enim Scriptura: E
Prouerb. 28. Fugit impius nemine perſequente. ac rurſus: Iuſtus autem quaſi leo cõfidens, abſq;
Ibidem. terrore erit: fugiet verò impius etiã vmbrã ſuam. Et lex dicit: Immittam pauorem
Leuit. 26. in corda veſtra; & fugietis, nemine perſequente: terrebitq; vos ſonitus folij, quod
Iob 13. à vento rapitur.) ſiue in naue, maris ventis, fluctibuſque turbatum, ſuæ admonet
Remorſus conſcientiæ. impietatis: ſiue in terræ motu, in memoriã reuocat violatas leges: ſiue in via, dum
ſolus eſt, reducit illi in mentem paſſiones ac vitia: demum niſi conuertatur, vbi
in morbum inciderit, eum conuincit atq; redarguit: ita vt ipſe ob amorem vitæ,
Deo polliceatur quæ ad peccatum tollendum & euertendum pertinent. Is porrò
mortẽ timens, patitur ſe à cõſcientia ſtimulari: & ad Dei, hominumq; mediatricẽ,
pœnitentiam confugit. Quare niſi iucunda illi præſens vita videretur, venerabilem
pœnitentia aſpectum eluderet: at quia vult adhuc viuere, ærumnaſq; ac pondus
Luc. 15. metuit; conuertitur ad Deum, vt plures adhuc annos viuat. Sic iuuenis ille in

Euan-

Euangelio affectus fuit: quippe qui primus ſublata hæreditate paterna, in longinquam regionem profectus, ſubſtantiam cum meretricibus abſumpſit: & in delitijs ac epulis cùm turpiter verſaretur, conſumpſit omnes facultates. & nō potuit ferre, ne ad modicum quidem, ſolitudinem: nam pænitentia ſuauitatem prioris eius percipiens vitæ, ad reprehenſionem conuerſa eſt, quòd non caſu aliquo illud iter ſuſceptum eſſet, ſed inimici alicuius dolo atq; deceptione. Vnde vitam optabat, quam dixi deſideratam: & cùm non ferret afflictiones, reprehenſionem tulit conſcientiæ. Mollis igitur eius educatio, conuerſionis cauſſa exſtitit, ipſumque vel inuitum perduxit ad pietatem. Quid ergo dicit adoleſcens? Ibo, inquit, ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum, & coram te. O pænitentiæ ſapientiam. O artificioſam diſpenſationem: quia nullam prorſus iacturam fieri à Deo ſinit pænitentia: nam aut longanimiter expectando, aut diſſimulando, aut hortando, indemnitatem poſſeſſori tuetur. Suſtinuit pænitentia adoleſcentem decipi atque ſeduci: inſultauit ipſe diabolus, fecit in eo quod voluit. pænitentia quieuit, reprehenſio conſcientiæ ſubticuit. iuſſus eſt à pænitentia, tandem non *in fraudem ac perniciem inducere: & vbi tempus opportunum reperit, tāquam mater, ſua viſcera expandit, ipſumq; amplectitur medium, & è gremio nouercæ, id eſt, voluptatis auellit eum, vt matri pietati reſtituat. Siliquas draco præbet obedientibus ſibi: vitricus enim cum ſit, alienis filijs non parcit. ſuadet paterna bona malè abligurire. dormientibus, variarū curarū offert ſimulacra: expergefactosque illudit, cernens ipſos nudos, ac pauperes. O vafritiem atque calliditatem draconis. Sic quoq; *primos parentes, Adam & Euam nudauit. Cùm enim diuinitatem eis promiſiſſet, inſtar vermium eos in terra verſari effecit, denudās *ipſos. Niſi eſſet pænitentia, iamdudum humanum perijſſet genus. Niſi citò manum defenſionis porrexiſſet: non ſanè iam mundus conſiſteret. Dicit igitur adoleſcens: Pater, peccaui in cælum, & coram te. Agnouit patrem, qui peccauerat filius, cōuincens eſſe vitricum & inſidiatorem, qui eum ſeduxerat. vidit dolum, cognouit impoſturam; accurrit ad pænitentiam, velut ad matrem: eſuriuit diu, ſiliquis victitans; ſitiuit diu, in cæno ſe cum porcis volutans: verùm pænitentia, inſtar matris benignæ, mammillas admouens, rurſus adoleſcentem tanquam adhuc infantem lactabat. pane eum per fidem enutriebat, & iuueneſcentem paſcebat; quia peccatū vires eius abſumpſerat: & niſi lac adhibuiſſet, ſanitatē recuperare nequiuiſſet: planè enim ex turpitudine debilitatus erat, ſenſu mentis maturali conſumpto. Et cùm præ infirmitate exurgere non poſſet, pænitentia eum lactans, excitauit atque erexit: valdè ægrotantem curauit, & patri ſuo reddidit; aberrantemque ouem ſuo paſtori exhibuit. Cernis quo pacto pænitentia reſtituit quodammodo Deo, quod amiſerat? Cernis eam non primùm, quod auſterum eſt, offerre peccātibus: verùm quod gratum ac placidum eſt, ſimulque ſuaue. & facile. Non mox ieiunium impoſuit, non abſtinentiam ac temperantiam popoſcit, non vigilias demōſtrauit: ſed à confeſſione ipſum *appellauit. à leuioribus ducit principia, ſciēs gratam & candidam eſſe conſcientiam. Hæc namque animam recipit, ac ſeruat: ſtudetque eius debitum exigere. Hæc pænitentiæ à ſecretis eſt, feſtinatque purgare eam: parit enim ſollicitudinem, & ſolùm in cognitionem cupit mentem adducere, nouitque illam in poſterum ſibi fore obedientem. Nouit naturæ coniunctionem: hæc quippe eam enutriuit. Nouit animę tractabilitatem ac facilitatem, quòd in ea inſtar ſeſſoris atq; equitis conſideat, perſuadet pœnitentiæ, vt à leuioribus ad ipſam accedat, compenſationem eius exſpectans. Solùm, dicit *ingemiſce: & anima tibi ancilla erit. Solum intellige, quod imperes ipſi: & ex ſemine exiguo arborem vitæ producet. Solum cupit *pænitentiam ſibi ſociam, & vult hanc in peccatoribus firmare; vt facilius eos ad Deum adducat. Subintrare cupit pænitentia inſtar ſolis, & totam vult illuſtrare mentem. Nititur partem in nobis poſſidere: & non multo poſt, *poſſeſſiones nos eſſe facit Dei. & quemadmodū fermentum, vbi incepit, totam maſſam fermentat: ideoque leuia atque facilia proponens, aſpera ac dura occultat. Artificioſa, prudensque eſt, & *draconis vafritiem nouit. inſtar canis cicatrices delingit, & non vult dentes in profundum peccatorum deſigere. Nouit eos inſtar porcorum, cœno gaudere: neque vult eos reijcere, qui ipſam cupiditatibus & paſſionibus inquinant. Si velut ſtercus impios abiecerit; improbos

Ibidem.

Ibid. Luc. 15.

Ibidem.

*μὴ ἐπιθέσθαι.

Lucæ 15.

Geneſ. 3.

†πρωτοπλάστους.

*al. eijciens atque repellens eos.

Lucæ 15.

Allegoriæ pulcherrimæ.

*al. prædicauit.

CONSCIENTIAE BONAE PARTES.

*al. gemitum require.

*al. mētem bonam ſuſcipere.

*al. hæredes nos atq; poſſeſſores.

1. Cor. 5.

*al. & quia nouit verſutiam draconis, incipit delingere cicatrices. &c.

eos conſumet porcus. ſi ipſos tanquam cadauera repulerit, ſæuus eos deuorabit A canis. Ait enim in Pſalmis Propheta: Exterminauit eos aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt ipſos: quia omnibus modis * inſidiatur immundis. At pœnitentia tantoperè humano parcit generi, vt etiã beſtias * captas tandem ſaluet. quod in Dauide oſtenditur: quia arietem de ore vrſi eruit, vt diuina in eo demonſtretur bonitas. At quiſnã hic vrſus? iniquitas. & quis aries? Latro in cruce, propter iniquitatem affixus: qui ex iniquo conuerſus eſt; quique ſtimulatus à conſcientia confeſſus eſt impietatem: agnouit Regem gloriæ, & credidit ipſius diuinitati, qui cum ſolum verbum loqueretur: ſicut Dauid arietem, ita & Chriſtus ex mortuis faucibus latronem exemit, atque liberauit. Non ergo fas eſt, fratres, ſalutem deſperare, quibus mater adeſt pœnitentia. Non licet, chariſſimi, deſperatam ſpem B ſalutis habere, ſub eiuſmodi matre nos adhortante ac conſolante. A * beſtijs captos, in paradiſum ad Deum adduxit: & nos auerſabitur? Illorum, cùm extra Eccleſiam eſſent, miſericordia ductus eſt: & noſtri non miſerebitur? Illos licet nondum credentes hortatur, atque inuitat: & nos iam credentes repellet? Nemo volens ſumere quod non habet, idquod habet libenter deperdit: & quo pacto Deus & Pater, quos ſanguine acquiſiuit Filij ſui, facilè reijcet? Nemo quod cum labore congregat, facilè * diſſipat: & quomodo Deus eos, qui ex gentibus in ipſum labore Apoſtolorum crediderunt, facilè repellet? Numquid fruſtra Filij ſui decreuit aduentum? aut ſanguinis ipſius effuſionem, pro nihilo reputauit? aut diſpenſationem mortis eius, vult abolere? aut gloriam reſurrectionis ipſius, rem nihili duxit: vt nos, qui hiſce ſaluati ſumus myſterijs, facilè auerſetur? Ipſe Spiritum ſuum ſanctum miſit, & Eccleſiam ſanctificauit, Apoſtoluſque ad Euangelizan- C dum gentibus ablegauit: niſi igitur nos vellet ſaluari; fruſtra ac ſine cauſſa, tot tantaque præſtitiſſet. Aut enim ignoraſſet, quæ ad nos pertinent, aut gentibus illuſiſſet: at vtrumque etiam cogitatu nefarium eſt: neque enim ignorauit, neque etiam ſuperfluum fecit. Habet autem nos ſibi gregem: & ipſe paſtor noſter eſt, & nunc, & in paradiſo, deditque pœnitentiam, tãquam aquam purificatiuam. Quare ſi peccatis delictiſque abundamus, in ipſa abluamur: habemus eam pro lauacro non ſolum regenerationis, verùm etiam reparationis. Si quid peccauerimus, per ipſam abluti, mundi euadamus. Habuit lex vitulæ cineres in aſperginem: at nos pœnitentiæ mortificationem habemus. Ibi per cineres purgabantur: nos autem panem tanquam cinerem comedentes, culpis atque criminibus liberamur. Lex etiam hyſopum ad purgationem dabat: Euangelium verò, herbarũ eſcam ad veniam, per pœnitentiam adnuntiat. Herbis veſcens Baptiſta, ſeipſum virum perfe- D ctum reddidit: quia de pœnitentia prædicans, ipſe pœnitentibus ſcopus euaſit. Continebat & aſperſio aquam purgationis: quia & apud nos, menſura, pœnitentes, aquam bibunt. Dei * altare eſt pœnitentia: nam per ipſam, peccantes, eum placant. Quin & ſumptu liberum, reddit accedentem: vt, quantum ſit inter legem & Euangelium diſcrimen, intelligamus. Frequenter propter ſumptus, aliqui in lege recuſabant ſua enuntiare peccata: fiebatq; occaſio mali, parſimonia ſacrificij, victimęque inopia: ſed ademit hoc Chriſtus adueniens, dans pœnitẽtiam, quæ ſacrificium eſt * ſine ſumptu. Arbitror ſerpentem gaudere ſolitum, ob raritatem ſacrificantiũ: crimen enim reperiebat violatæ legis. Duplici arguebantur malo, abſtinentes: & quia non confitebantur peccata, & quia legem deſpiciebant. Vides quanta in nos beneficia contulerit Saluator? nam per pœnitentiam, vtrunque radicitus exterminauit. Multi etiam non auari, nõ parſimoniæ dediti: verùm pau- E peres, non ſacrificabant: at pœnitentia etiam pauperum prætextum anticipat; quia abſque impendijs placat, atque conciliat. Aliqui ex pigritia & negligẽtia, aut ſi facilè victimam non inuenirent, nõ immolabant: at pœnitentia, omnium prætextum, cauſſamque compeſcit ac reprimit, conſcientię ſacrificium afferens. non enim quærit arietem, ſed confeſſionem. non ouem poſtulat in ſacrificium: ſed de conſcientia confeſſionem. Non habes turturem, peccator? ingemiſce: & Deus ſupra turturem, hoc tibi computabit. Non habes ouem? lachrymas funde: & pro ſacrificio æſtimabitur tibi. Non habes columbam? adnuntia Deo peccata tua, & fient tibi holocauſtomata. *Si oraueris, ſuſcipiet Deus, tanquam vitulum, precationem tuam. Si verè atque legitimè procideris ei, ſuper tauri victimam, computabit*

Pſalm.79.

*al. obſidet immundos.

*al. à beſtijs captos.

1.Reg.17.

NOTA.

Matth.27.& Lucæ 23.

1.Reg.17. Lucæ 23.

*al. beſtias captas.

*al. amittet.

Leuit.16. Hebr.9.

Pſalm.101. Leuit.14. & Num.19. Matth.3. Marc.1.

*θυσιαςήριον.

Comparat pœnitẽtiam Euangelicam, cum Moſaica.

*ἀδάπανομ.

Contra raró ſacrificantes.

De ſacrificijs hæc veteris legis accipienda.

A putabit ſtudium tuum. O maximam pænitentiam. O res admirabiles in ea reconditas, quia vna cùm ſit, omnia poteſt. Terra fructus præbet, & armenta lanam: at pænitentia tanquam terra eſt, & ſicut firmamentum, quia loco fructuum ac volucrum, fit peccatoribus. Cur opus tibi eſt comparare ouem? pænitentia Eccleſiæ armentum eſt. Quorſus opus habes, emere auem? hominibus * pœnitentia eſt, pro volucribus, Deum placans. Cur neceſſe tibi eſt, coquere ſimilam? Pænetentia citra fumigatum laborem, intercedit pro te apud Deum. O maximam Euangelij gratiam: quoniam totam legem correxit. Ipſe ſibi populus, in Eccleſia ſacerdos quodammodo efficitur: quia cõſcientiam habet, pro ſeſe ſacri- B ficium offerentem. Ex corde orat, & ipſe pro ſeipſo Dominum placat. Non igitur in lege impletur oraculum Moyſis: ſed in Euangelio conſiſtit. Ait enim ad Iſrael: Regale ſacerdotium, gens ſancta. Similiterque Eſaias: Vos autem, inquit, vocabimini Sacerdotes * Chriſti, miniſtri Dei omnes. Cæterùm nullus ex Iudæorũ populo ſeipſum Deo offert: at in Eccleſia, etiam peccatores pænitentiam agentes, ſacerdotes fiunt: quia ſeipſos Deo, tamquam victimam offerunt. O efficacem Pœnitentiæ gratiam: quoniam peccatores ſacerdotes creat. O maximam in ea conſolationem, quoniam ſacerdotalem pœnitentibus dignitatem tribuit. Nondum peccator liberatus eſt debito; & debitum iam per pænitentiam ſuperat. nondum onus depoſuit, & per gratiam ſubleuatus eſt. propitiationem atq; remiſſionem non promittit, ſed largitur. Non ſpe lactat pecatorem, ſed * ſuadet ei, vt ſola voce liberetur. Dicit ad eum: agnoſce quod habes, & non exſpectes. ſed beneficiũ adhuc maius. Intellige quod tenes* * & perſuaſum ſit C tibi de futuris, ex conceſſa tibi gratia. Agnoſce diuinam miſericordiam, quia libenter te amplectetur accedentem ad ipſam, & oſtendet tibi benignitatem: quia te ante remiſſionẽ, ſacerdotem conſtituit. O diuinam gratiã, quia antequam accipiat, prior concidit, & cùm exiguum quidpiam cernat, magna donat. Nondum peccator ingemuit, & iam ipſi libertatem loquendi donauit. nondum lachrymas fudit, & præueniens, aditum ad ipſum patefecit. Magna pænitentia, & Deo longè dilectiſſima, quoniam voluntatem ipſius verè efficit, & pontificis partes coram eo agit. nam ecce & ſacerdotes ipſi quotidie creat. Hæc, menſa eſt Domini, quippe per quam hominum *eſt ſalus. Dicitque Saluator: meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt. Reuera igitur pænitẽtia, Dei eſt panis admirabilis: comedit enim per ipſam confeſſionem conſcientiæ: bibitque per pænitentiam, lachrymarum D affectionem. Fructum boni odoris capit ex ea, verum ſuſpiriorum ſenſum velut vinum fragrantiſſimũ accipiens. Varia atque diſtincta Dei fercula ſunt iſta: continentia atque temperantia, ieiunium, vigilia, & precatio prolixa, ac renuntiatio cum humilitate: his quippe lætatur Deus, * pluſquam alijs victimis. Ait enim in Pſalmis: Nunquid manducabo carnes taurorum? aut ſanguinem hircorum potabo? Quid ergo Deus comedit, ô Propheta, & quonam potu delectatur? Reſpondet Dauid, & ait: Cupis vt comedat Deus? Si vis paſcere Deum; immola Deo ſacrificium laudis, & omnem eiuſmodi victimam ſuſcipiet. & redde Altiſſimo vota tua: offereſque ipſi potum optimum. Dicit quoque Paulus Apoſtolus, bonorũ operum actionem, panem eſſe Domini: rationabile (inquit) obſequium veſtrum exhibentes. nam omnes in vno pane Chriſti, vnũ corpus ſumus: in Chriſto enim inſtar panis offerimur. Nam Chriſtus eſt Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: & peccatorum pænitentia, immundamam * putat conſcientiam. Quare pænitentiam agamus, qui peccauimus, vt vincamus diabolum. Agamus pænitentiam aſſiduè: vt quæ grata ac placita ſunt Deo, præſtemus. Multiformis * & copioſa eſt pænitentia, ideoque varia ferculorum genera Deo apponit: Deum quippe per laudes paſcit, vt diximus. & rurſus per confeſſionem eum paſcit, per temperantiã ac continentiam: per pietatem & exercitationẽ. Paſcit quoq; cum eleemoſynis variè: nam abſurdũ foret, homines varijs vti prandijs, ciborumq́; generibus: Deum autem vnico apparatu eſſe contentum. Ait ergo Chriſtus ad miſericordes: Quã diu feciſtis vni ex his fratrib⁹ meis minimis, mihi feciſtis. Sed quomodo, qui præſens nõ eſt, beneficiũ accipit, qui mutuo nobiſcum non vtitur colloquio, quo pacto apud nos comedit? qui nõ cõuocatur, quomodo ſimul accumbit? Ait Propheta, quòd cælum & terram impleat Dominus. Ergo vbiq, adeſt; & gloriam recipit

* al. hominibus cælum eſt pænitentia, quæ pro volucribus Deũ placat, & mouet.

De hoc in Scholijs.

Exod. 19.

1. Pet. 2.

Eſa. 61.

* al. Domini.

Similia etiam ſupra apud Ephræm: de quibus, & in noſtris hic Schol.

* al. ſed ſola cũ voce tenet, perſuadetque quod liberabitur.

* al. & noſce quòd iam tibi ipſe patrocineris.

De futuris confide, ob gratiam tibi datam. &c.

* hominum ſalus paſcitur.

Ioan. 4.

* al. & alij, ſed eſt phraſis Hebr. & Syriaca.

Pſalm. 49.

Ibidem.

Rom. 12.

Ibidem.

Ioan. 1.

* al. tollit.

* πολυτροπὸς

Deus, vt variè per hominem paſcatur pænitentia.

Matth. 25.

Hierm. 23.

cipit, dum glorificatur. Quid ergo; nonne & apud improbos præſens eſt? Imò verò adeſt: ſed vt reprehendat quæ ab ijs fiunt: non autem vt peccato adſentiatur. Nam beneplacitum Dei in ſanctis eſt; at minarum animaduerſio inter iniquos. Et quo pacto dices, ait Propheta: longè abeſt Deus à peccatoribus? Docebunt id te cæci: nam ſol oritur, & ab ipſis nõ cernitur. ſic & propè adeſt ijs Deus, & lõgè: propè, ad reprehenſionem: ſeu longè, ad beneplacitum. Si quis in occulto quid agat, dicit Dominus, & ego ipſum non cernam? Propè igitur eſt, vt redarguat: at longè, quòd peccatores eum non videant. Quid ergo: iuſti ne eum vident, quando bona agunt? Euangelium te docebit, dicens: qui recipit ſermones meos, manifeſtabo ei meipſum: veniemuſque ego & Pater meus, & manſionem apud eum faciemus. Quomodo erũnt iſta? Dicit diſcipulis ſuis: Qui vos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui miſit me. Quando ergo peregrinos propter Chriſtum recipis, vides Chriſtum. quando infirmos propter ipſum reficis, cernis eum. quando quiduis propter ipſum agis, ſub aſpectu tuo eſt, & Deum aſpicis. Deus, inquit Ioannes, charitas eſt: ſi charitatem habeas, vides quem in te habes. Quo aũt pacto vides? Rurſus auſculta: quando de bono gaudes opere; etiã placet tibi charitatis exercitium, & opere obedientiæ oblectaris. Charitas ergo eſt gaudium, & exultatio: eaque tibi cooperatrix erit in operibus bonis. Vides Deum cooperantem tibi: nullus enim ignorat eum, qui ſecum operatur. Charitas non repræſentatur oculis carnis, neque videt iuſtitiam, nec alteri ſuam demonſtrat ſanctitatem: ſed manifeſtatur oculis animæ, gaudens atque exultans in bonis operibus, quæ facis. Vides Deum, & noli negare quin adſpicias eum: Deus enim charitas eſt. An quia non vides temperãtiam ac pudicitiam, ideo non cernis eam per operationes? Sic quamuis non videas Deum ſenſibilibus oculis, tamen per charitatem ipſum intueris. Omnis enim qui facit bonum, gaudet. Ideoque Paulus dixit: Semper gaudete, ſine intermiſſione orate. Et quo pacto, inquis, ait Euangelium, quod Deum nemo vidit vnquam? Non, inquam, vidit quiſquam eius * magnitudinem, aut naturam. verùm per ſigna viderunt Sancti: per ignis rubum, Moyſes: per turbinem, Iob: per nubem, Eſaias: per lucem, Paulus; per vocem, omnis Iſrael: & nunc ſancti per operationes, dum ſcilicet quaſi per quædam media manu ducuntur. Reges qui non ſunt noti, pictorum artificio innoteſcunt. Non vidiſti Regem: ſed ipſum in imaginibus cernis. Non aſpexiſti artificis perſonam, ſed in artificio cernis hominem; & ſic ipſum vides, eumque velut præſentem laudas, & ſuſcipis. Non noſti fabrum ſtatuarium: ſed ex * ſculptura cernis ipſum, & apud alios eum prædicas. Vides ab aliquo iugulatum eſſe leonem: & licet non conſpexeris eum, admiraris tamen propter fortitudinem. Cùm de Dauide audimus, quòd lapide occiderit * Goliath: cernere videmur ipſummet iuſtum, & à fide virum ſuſpicimus. Ait & in Pſalmis: Fiant aures tuæ intendentes, in vocẽ deprecationis meæ. Vnde diſcimus etiam per auditum, nos poſſe videre: atque ita & nos ſi velimus, per bonas operationes videmus. At Prophetæ clarius perſpicaciuſque cernebant: quia euidentiore efficacitate * implebantur. Atqui in rebus ſub adſpectum non cadẽtibus, licet plus minuſve videre: ſicut & inter beneagentes, alij minus, alij magis in bono ſe occupant. Et ſunt qui amplius adnituntur, & qui minus laborant: alijque qui minus ſatagunt, & qui plus efficiunt: ſicut iuſti, qui paruis actionibus, magis Deum flectunt ac placant, præ nonnullis qui multa faciunt. Non enim ad actionem reſpicit Deus, ſed ad propoſitum voluntatis: & non intuetur quod fit, ſed quo quid ſtudio ac propenſione peragatur. Vidua paupercula ſoluet dubij iam dicti quæſtionem: quoniam duobus obulis ſuperauit diuites auro abundantes. Et in tabernaculo teſtimonij, qui caprarum pilos obtulerunt, ſimul cum opulentis benedictionem acceperunt: & qui byſſum cum auro nebant, ſimiles ijs erant qui pilos ad operimentum tabernaculi texebant. Cernunt ergo ſancti Deum multifariam: quemadmodum multis etiam cum modis paſcunt, per * operationem, & gratiam. Eſt verò & differentia operationis, & gratiæ. Omnes ſiquidem paſcunt: ſed plus cunctis, pænitentia feſtum Deo agit. * quoniam & in Euangelio dicitur, quòd magis gaudeat Deus ſuper vno peccatore pœnitẽtiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis. Feſtum excitat Deo pœnitentia: quoniam & cælum mouet ad epulas: & Angeli lætantur

dum

Pſalm.118.

Matth.10. Lucæ 8.

Ioan.14.

Ibidem.

Matth.10. Lucæ 10. & Ioan.13.

1.Ioan.4.

CHARITATIS EFFECTVS.

1.Ioan.4.

1.Theſſ.5.

1.Ioan.4.

*τὸ μέγεθος.

Exod.3. & Actor.7. Iob 38. Actor.9. &c.

*ἀπὸ τῆς γλυφῆς.

1.Reg.17.

*al. Philiſtęũ.

Pſalm.129.

*ἐβιάσαντο, for. ἐθεάσαντο ſpectabant.

Similia habes in Tract. de vitio linguæ, Tom.1.

Marc.12. & Lucæ 21.

Exod.25. 35. 36.

Ibidem.

NOTA.

*al. per actionis differentiam, & gratiæ.

*al. cum etiam Euangelium dicat.

A dum pœnitentia ipſos inuitat ad prandium: cunctique cęleſtes Ordines epulantur,
per pœnitentiam * ſeſe recreantes. Non ijs vitulos immolat, non oues: ſed
hominum peccatorum ſalutem in exultationem apponit. Peccatores pœnitentia
immolat, ſed rurſus eos viuificat. Mortificat ipſos: at denuò à mortuis
eos reſuſcitat. & quo pacto? audi: Peccatores accipit, & iuſtos eos efficit. Heri
mortui erant: hodie Chriſto per pœnitentiam viuunt. Heri alieni & inimici:
hodie domeſtici, & amici Deo. Heri iniqui, & hodie ſancti. Magna fornax eſt
pænitentia, chariſſimi: æs accipit, & illud in aurum commutat. plumbum tollit,
& argentum reddit. O quantum ad Deum præbet aditum pænitentia:
B quantam negotiationis ſuæ affert vtilitatem. *conflat: & ſtipendia à poſſeſſore
non repetit. conflat: & lignis, ignéque non indiget. conflat: & operarijs non
opus habet. Quæ ars? quod inuentum? quęve commutationis potentia? Ipſum
ſeſe adurit plumbum: quoniam pacto? quoniam ipſi ſibi peccatores efficiuntur
*fornax. ligna comburit ignis: & mercenarij, à peccatorum recordatione, ignescunt.
Vſqueadeo verò ſuſpiria animam incendunt, ſpirantia aduerſum corpus;
vt in ſeipſis liquefieri, ac ſolui dolore videantur: tanta in ipſis reperitur dulcedo,
atque * leuatio. Tunc enim ſolui incipiunt malitiæ vincula, quando ingemiſcendo
fleuerimus; & omiſſum priorem vitæ ſtatum purgauerit pænitentia:
quæ, etiam antequam menti permiſta ſit gratia, ex plumbo aurum facit. Vidiſti
vitrum quomodo hyacinthini reddatur coloris, & ſmaragdini, atq; ſapphyrini?
non etiam ambiges, quin pænitentia ex plumbo argentum, & ex ære aurum faciat.
Si porrò ars humana nouit naturam commiſcere naturæ, & commutare
C quæ prius erant: quanto magis gratia Dei etiam amplius efficere poterit? Vitro
aurea addidit folia homo: & aſpectu factum videtur aurum, quod antea vitrum.
Sic & gratia eum, qui heri iniquus erat, & tranſgreſſor legis, hodie ſeruum Dei
efficit; non ſolùm * ſuperficietenus, ſed etiam quoad conſcientiam, ſecundum
Deum. Si enim aurum admiſcere voluiſſet homo, vitrum aureum effectum fuiſſet;
ſed damnum vitans, excogitauit ſtructuram * atque immiſſionem tenuiſſimi
folij: at pænitentia benignitati confiſa Dei, reſipiſcentem gratia Spiritus
ſancti temperat, totumque omni ex parte hominem, filium Dei efficit, vt aliquam
non habeat * iniectionem. Sancta lex docuit vniuerſa ſanctuaria ex auro
formare: nec locum reliquit vacuum in theſauris legiſlator: vt diſcamus Sanctos
Dei perfectam habere ſanctitatem. Non reliquit leuitatem in ſanctis vaſis:
D vt non habeat quidquam inane, aut quod non aliquid agat miniſter Dei. Non
reliquit vacuum locum in ſanctis ſuis vaſis: vt ne clam irrepens ac ſeſe inſinuans
inimicus, vbi abſcondatur, inueniat. Dixit & quidam Sapientum: Si Spiritus
poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. Audi qui pænitentiam
agis: & ex toto corde ac anima ad Deum accede. Audi peccator, & integram
perfectamque pietatem retribue: tu teipſum * conflas, tu teipſum exanimas,
tu teipſum mutas. Non erit tibi vllus alius, cuius tu miniſter ſis. Nulla tibi
excuſatio erit, cur minus integer eſſe debeas. Quòd ſi exterius duntaxat pietatem
oſtentes; fucatus es * & ſimulatus. Si leuitatem habes, aut locum vacuum; nō poteris
eſſe vas ſanctum, nam vacuus locus * imperfectum te demonſtrat: oblatio
autem perfectas hoſtias ſacrificat. Agnum enim, inquit, abſq; macula, maſculum
anniculum offeres Domino Deo tuo. Dicam tibi, quomodo quis in pænitentia
reddatur perfectus: vt ratione percepta, excuſationem non habeas. quare auſculta:
De veneficio atque incantatione te pænitet? omne eius veſtigium extermina.
Ne deſeras * clara, & in occultis verſeris. Deſijſti occidere homines? etiam
linguam tuam cohibe, ne calumnietur quempiam; nec maledictis inceſſat, neque
ſeſe implicet. De idololatria pænitentiam agis? fuge diuinationes, auguria,
obſeruationes, atque vaticinationes: cùm & iſtæ ſint partes idololatriæ, quippe
in quibus coniecturaliter vaticinia, atque diuinationes exercentur. Caue attendas
aſtrologicis, mathematicis, ac prodigiorum * interpretibus. De fornicatione
doles? totam eam contemne, ac damna: quoniam omnem ea laſciuiam
generat. Abſtine à riſu, à ſcurrilitate, à turpiloquio, à gula ac crapula: nam iſta
viam ad fornicationem ſternunt. De iniuſtitia pænitentiam agis? omnem eam
repelle, atque propulſa: nam omnem hæc auaritiæ exceſſum ac ſuperfluitatem
produ-

Lucæ 15.

* al. lætitiæ ſigna exhibentes.

A contrarijs.

* χωνεύω.

* χωνεία.

* Κουφισμός.

DIVINÆ GRATIAE EFFECTVS.

* ἐπιπολαίως.

* ἐπιβολήν.

* ἐπίθεσιν.

* al. immiſſionem.

Eccl. 10.

* χωνεύεις.

* ἐπίπλαστος.

* al. imperfectos oſtendit.

Exod. 12.

Leuit. 1. 3.

* al. ne claritatē deſeras, vt in obſcuris verſeris.

Idololatrię partes quænam.

* al. interpretationibus.

producit. De periurio te pœnitet? penitus à mendacio fraudeque recede: nam barathrum, atque veſtibulum periurij, eſt mendacium. De improbitate atque malitia te pœnitet? fuge iracundiam, odium, atque inuidiam: reſiſte timiditati & ignauiæ, omnique peruerſitati. De ſtultitia doles? non ſolùm ſpectacula deuita; ſed etiam domi, & vbique locorum, riſum omnemq; oblectationem mundanam repelle: nam reuerti ad vomitum iſta omnia cogunt.

Redire ad vomitum,

De praua in *fide ſententia doles? cum hæreticis ne verſeris. De ſuperſtitione * atque infidelitate doles? omne conuiuium fuge plebeium.

*περὶ κακοδοξίας.

* περὶ δυσπιστίας.

De contentione pœnitentiam agis? adſueſce linguam tuam reſponſionibus placidis. Tu teipſum per pœnitentiã conflas ac liquefacis, qui peccaſti. tu teipſum ex mortuis reſuſcitas. Si ergo ex dimidio quid egeris, teipſum iniuria afficis: nam ſi quod propemodum, & paullò minùs fit, habetur mutilum & imperfectum: quanto magis dimidium? Niſi enim integrè atque perfectè reſipiſcas; ex dimidietate tãtùm es iuſtus. Nihil verò profuerit porcum pro dimidio duntaxat mũdum eſſe; cùm vngulas non ſolidas, ſed ſciſſas habeat: nam omnem abiecit munditiem. Et tu, niſi perfectè conuerſus fueris; inſtar *ſuis, & leporis eris: nam is quoque dimidia ex parte mundus eſt. ipſe enim ruminat quidem, ſed vngulas fiſſas non habet: ſus verò ſciſſas quidem habet vngulas, verùm non ruminat. & ambo ſunt ſimiliter immundi.

*ὡς ὕς, ϗ ὡς δασύπους.

Matth.7.

Ait porrò Saluator: Nolite ſancta proijcere canibus, neque margaritas ante porcos: vt oſtendat ex dimidietate accedentes, velut porcos eſſe, & ad peccatum reuertentes, tanquam canes: quippe qui ad proprium reuerti ſolent vomitum? Plene igitur & perfectè omnem abs te repelle malitiam.

NOTA.

2.Pet.2.

Num.21.

Ioan.3.

Moyſes Propheta, quando peccauit populus, imperabat ijs, vt ſerpentem crucifigerent, hoc eſt, peccatum deſtruerent: & non fecit illum inanem ac vacuum, ſed fuſilem ſtatuam ære ſolidam. Quid ita? vt oſtendat tibi, quòd perfectè ac prorſus malitiam auerſari debeas. Totumque eum æneum effecit: quoniam radix omnium malorum, eſt auaritia. Fuſilem igitur eum ex fornace ſumpſit: vt flammam tuam in mentis corruptionem effuſam reprimeret.

Pulchra explicatio.

1.Tim.6.

NOTA.

Num.21.

Tria autem iſta crucifixit: quòd per ea mors animæ occaſionem habeat. Serpens erat, quod cernebatur: quia & in ſerpentibus correpti fuerant. Et quare in ſerpentibus? quoniam primorum parentum ſenſum, conſiliumque reſumpſerant. Illi in eſca duplicis fructus præuaricati ſunt: iſti in cibis murmurârunt. Illudque in abſentia de aliquo mala loqui, murmur obtrectationis eſt. Propterea & Pſalmus dixit: Et locuti ſunt contra Deum, in ſolitudine. Quare etiam in paradiſo, quod factum eſt per ſerpentem, murmuratio fuit.

Geneſ.3.

Num.14.17.21.

Pſalm 77.

Num.20.

Dixit & Malachias Propheta, *quòd Iſrael obtrectaſſet Chriſto Domino. At iſti dixerunt: In quonam detraximus ei? an non propter ſimilem actinonem, ob quam cauſſam ſubſtrati ſunt ſerpentibus? vt diſcant Draconem, qui Adamo mortem conciliarat, etiam ipſis mortem intuliſſe. propterea enim in ligno ſerpentem ſuſpendit; vt & arborem per ſimilitudinem demonſtraret: & qui in eum aciem oculorum intenderent, ſaluarentur: non per ſerpentem, ſed propter pœnitentiam.

Malach.2.3.

*al. Obiecit & Malach. Proph. Iſraelitis, quòd oblocuti eſſent Domino, &c.

*al. vt arborem oſtendens, ſimilitudinem perſuadeat.

Cernebant quippe ipſum, & peccatum in memoriam reducebant; ad conuerſionem verò ſtimulabantur, & rurſus ſaluabantur. Etenim pœnitentia, etiam eremum, domum Dei efficiebat: nam populus qui peccauerat, per pœnitentiam congregatio Eccleſiæ fiebat. Quin & inuiti Crucem adorabunt Iudæi: nam & Deus ipſe duritiem cordis eorum prædixit. O impietatem Iudæorum: quoniam ſerpentem adorant, & Chriſtum auerſantur. O temulentiam, & contumeliam ipſorum: quoniam propter ſerpentem, Crucem colunt: & crucifixum Chriſtum non adorant. O inſanam eorum conditionem: quoniam malitiam quidem venerantur: pietatem verò impugnant. Hæc autem Deus in ſerpente ante demonſtrauit, Iudæorum impietatem damnans.

Num.21.

Num.21.

Hæc prædixit, quòd ſerpentem potius quàm Chriſtum eſſe adoraturi. Oſtendit, quòd idola colant: non enim Deo obediunt. Prædixit futurum, & finem ſignificauit: mortuum ſerpentem iuſtis in Chriſto futurum; at Iudæis viuum & operantem creditum iri. Aeneus draco: quid ita? quia nouerat Deus, Iſraelem, vitium ac ſcelus idola colendo, eſſe adoraturum. Atque ideo Deus ſerpentem crucifixit: vt oſtenderet malitiam mortuam eſſe obedientibus Deo. Mortificauit peccatum: & Iudæi ſuis operibus ex mortuis ipſum ſuſcitarunt. Ecce impiorum potentiam: quoniam & ipſi ex mortuis

Ibidem.

NOTA.

A tuis excitant. verùm maledicta atque execranda talis eſt à mortuis reſuſcitatio:
nam paullò poſt, inſtar monſtri alicuius recedet. & quoniam vanitatis ſigniferi
ſunt Iudæi: ideo & ipſi euaneſcent cum operibus ſuis. Dixit ergo Deus Iudæis: Ad-
orate Crucem, quoniam in ea ſaluabimini: at ipſi illa relicta, ſe ipſi diabolo ſub- †al. peccatum.
iecerunt. Deus draconem ligauit: & Iudæi ipſum ſoluunt. Deus † Chriſtum in Coloſſ.2. &
propria Cruce crucifixit: & Iſrael non credidit. Aſcendit in crucem, non 1.Pet.2.
tamquam condemnatus; ſed vt draconem crucifigeret: & Iſrael ipſum crucifi
xum non recepit. Vultis vobis oſtendam, quòd duæ erant † Chriſti tempore †al. ſub Chriſtô
cruces? A latronibus diſcite. Vultis videre, quòd Draconem dimiſerint Iudæi, cruces. Matth.27.
vt Chriſtum non ſuſciperent? Permittentes enim innocentem crucifigi Chri Marc.15. Lucæ.23.
ſtum, Barabban inſtanter petierunt donari ipſis. Quem Deus condemnauit, di Ioan.18.19.
B miſerunt: & Chriſtum inſontem condemnârunt. Cernis, quomodo Draconem Luc.10.
Deus mortificauit: Iudæi verò ipſum ſuſcitârunt? Ait Dominus: Dedi vobis po-
teſtatem calcandi ſuper ſerpentes. vt demonſtret ſe in cruce ſua crucifixiſſe ma Duplex Crucis
litiam: ſicut & pater eius in eremo fecerat. Duplex verò ineſt Cruci myſterium, myſterium.
vniuerſum verò vtiliſſimum, remiſſionem peccatorum continens, malitiæ inte-
remptionem, Dei cum hominibus reconciliationem, mortis deſtructionem, &
ſalutem in acquiſitionem regni: mortemque draconis indicans. Propterea dicit Ioan.3.
Saluator: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet fili-
um hominis à Iudæis. Exaltationem, appellat crucem: declarans ſuam aduer-
ſus draconem victoriam. Exaltationem, vocat crucem: ſuam denuntians re- Exaltatio, crux
ſurrectionem. Exaltationem, crucem nuncupat: ſignificans ſuam poſtea in dicitur.
C cælos aſcenſionem. Attende porrò, non dixiſſe Deum, occidi ſerpentem debe- Vanitatis effe-
re ab obtemperantibus ligno. Omnia enim vanitas è corruptione in corruptio ctus mali.
nem tradit: vanitatis autem ſoror, perditio eſt, atque interitus. Nam inimici, ſua
ſunt germina, ac fœtus: ex quibus & ſatorem cognoſcamus, cuius ſit naturæ:
cognoſcentesque fugiamus improbitatis eius conditionem. Attende igitur; ne
te draco cogitatione Aegypti decipiat: vt non ſicut Iudæi, in ſolitudine moria-
ris. Nam ecce & rebus abſentibus, peccatum committitur: quare malitiæ iniquita-
tem atque verſutiam depelle. Non habebat Aegyptum Iſrael in ſolitudine: ve- Exod.16.
rùm per recordationem, menti eam exhibuit. vidit hoſtem, & ſibi Aegyptum
animæ finxit: ad illamque regionem concupiſcendam, mentem excitauit. lebetes
ollaſque reduxit in memoriam: & voluntatem inflammauit. cogitationi carnes Exod.16.& Num.11.
obiecit: & carnis concupiſcentiam renouauit. alliorum, & cucumerum amorem
accendit: vt animum impelleret, ad panem, quem Deus dederat, condemnan-
D dum. Intellige quod dico, & clarè auſculta: quoniam ſi locum habeas vacuum,
habet † quo irrepat impietas. Ita etiam cum Eua fecit, per concupiſcentiam id †al. per quem.
agens ipſamque ad inobedientiam erga Deum traduxit, & præuaricationem Gen.3.
mandati. Quòd ſi ergo de gulæ vitio pœnitentiam feceris; de toto eo, plenè re
pœniteat: nam per minima rurſus irrepit, & per contemptibilia decipit mentem.
Scio malum non eſſe, Dei creaturis frui: malum autem committitur, dum quis
non cum diſcretione † comedit Multi graue eſſe dicunt Euangelium, quod in ſo- †al. participat. Matth.5.
la quoque cogitatione peccatum conſtituit' Sed ecce, etiam lex hoc facit: concu-
piuit quippe Iſrael Aegyptum, & tamquam ibi eſſet, condemnatus eſt. concupi Exod.16.& Num.11.
uit carnes Agyptias: & quaſi eas comediſſet, repulſus eſt. Rectè igitur dixit Euan
gelium: Si quis viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus Matth.5.
eſt eam in corde ſuo. Iſraelem metus cohibuit Pharaonis, ne remearet in Ae-
gyptum: & re infecta, adulterum murus impediuit, ne alienam coniugem cor-
rumperet. Illos viæ tædium remorabatur, ne irruerent in Aegyptum: & hunc
ſeptus locus atque munitus † retinuit, ne ſcelus perpetraret. Bene ergo concu- †al. impediuit.
piſcentiam operis damnauit Deus: quoniam corda intuetur, nouitque ſi pote-
ſtas affuiſſet, eum ſanè peccatum admiſſurum fuiſſe. Rurſus quidam dicunt: Matth.4.& Luc.4.
Quo pacto omnia regna terræ, Chriſto in ictu oculi, diabolus oſtendit? Ab Iſraele Exod.16.
addiſcant; quoniam totam ei Aegyptum inimicus tanquam præſentem exhibuit. Num 11.
Illi per concupiſcentiam adſpiciebant: at Chriſtus per *ſuggeſtionem illa videbat. *διὰ ὑποβολῆς.
Cernebat ille quod agebat, putans ſe decipere Dominum; & licet longè ſit diuer- Matth.4.& Lucæ.6.
ſum, non tamen magnum eſt & incredibile quod dicitur. propterea & omnem

ſuum: impetum atque conatum inimicus euacuauit, cunctaque terræ regna ideò A
ipſi exhibuit: ſtudebat quippe falſis eum præſtringere phantaſmatis atque imaginationibus,
verùm nihilo ſecius irriſus eſt. ſtudebat eum ſupplantare atque decipere:
ſed euerti ac deturbari ipſemet properabat. Ad te porrò ſermonem dirigo,
qui pœnitentiam agis: ne locum vacuum retineas. Te alloquor: vt propter petram,
firmus ſis ac ſolidus. Propterea enim & Petrum vocat Apoſtolum, qui prius
Simon appellabatur, vt fidei ſuæ nobis firmitatem proponat, atque deſcribat. Ait
etiam Propheta, confirmatum eſſe cor pij ac iuſti, ne commoueatur. Debes ergo
& tu firmiter pœnitentiam agere, vt Petrus: quoniam firmiter peccaſti. Dic mihi:
quando fornicationem committebas, nonne anima ſimul cum corpore ad actionem
concurrebat? & quomodo nunc corpore dumtaxat vis reſipiſcere, & castè tegerere? B
Quando furabaris, mens tua cum carnè adnitebatur: & quo pacto nunc dicis,
ac vis ſolo habitu conſtantiam † probare? Leges non iudicant, niſi opus coarguatur
& conuincatur: neque puniunt eos, qui habitu ſolo ſint & figura homicidæ:
Sic & Deus non amplectitur pœnitentiam: niſi ea opus firmum ſolidumque
demonſtret. Multi Regum greſſus † atque inceſſus imitantur; alij Tyrannorum
actiones: & non tamen ob id tamquam tyranni cenſentur ac iudicantur, aut illi
velut Reges adorantur. & pœnitentes niſi firmiter atque conſtanter pœnitentiā
egerint, tamquam † ſimulatores æſtimabuntur. Eſto vas firmum, & ad omne opus
bonum perfectus atque aptatus: vt inter ſanctos theſauros recondaris. Eſto petra:
vt in fundamento vtilis exiſtas. Eſto lapis pretioſus: vt non inter ſuppoſititios, &
falſos iudiceris. Non ſolum vnum perpetrant peccatum, qui fictè ac ſimulatè reſipiſcunt,
ſed multa: nam & alijs auctores ſunt, vt pro forma dumtaxat pœnitentiam C
faciant. atque hi ſunt illuſores, multoque deteriores ijs qui in homines peccant,
quòd ipſum quoque Deum irridere nitantur: non ſolùm enim non remittitur
talibus peccatum, ſed etiam adijcitur. Simulator enim talis factus eſt pietatis,
& non cultor. pietatem deridet, & impietatem adijcit. bonos mores effingit
atque prætexit, & potius ſpectaculum riſus excitat. Iudæi damnant, & gentiles
pro infamia notant, videntes † eccleſiam à virtute ac probitate alienam: & Deum
in huiuſmodi hominibus irrideri. Strenuè igitur reſipiſce, qui peccaſti: vt
remiſſionem quoque conſequaris. Verè dixit Paulus, quòd qui ſuperædificat
ſuper fundamentum ligna, fœnum, ſtipulam, detrimentum patietur: & non ſolùm
de prædicatione hæc ait Paulus; ſed etiam de actionibus: neque ſolùm de doctrina,
verùm etiam de pœnitentia. Fœnum vacuum eſt, & inane. Si quis igitur
non firmiter pœnitentiam egerit, ſtipula eſt. Ligna ſunt, quæ in aquis
fluitant, & in ſuperficie manent. Si quis ergo non firmiter ad pœnitentiam D
acceſſerit, lignum exiſtit. & non ſolùm abijcitur talis: ſed etiam in igne (inquit)
comburetur. quid ita? quia & multos impediuit, & Deum illudere cogitauit. Seipſum
autem & ex ferro aurum facit, qui verè pœnitentiam agit; rurſúſque ex ligno
petram. & quando legitimè reſipuerit, ſeipſum ex mortuis excitat, & è tenebris
lux efficitur. Ergo etiam * creare nouit vir pius. Pœnitentia enim ei cauſſa
diuinæ virtutis redditur: ipſum è mortuis ſuſcitat, atque Apoſtolicam dignitatem
largitur. Nouit quippe pœnitentia etiam Apoſtolos conſtituere: hæc Petrum
propriæ dignitati reſtituit, ſua negatione * collapſum. Hæc Apoſtolos Apoſtolico E
exornauit gradu, aliquando ſcandalizatos, & retrorſum conuerſos. hæc
Paulum Apoſtolum creauit: quoniam ipſum perſecutorem, vt Chriſti ſeruus fieret,
compunxit. O artificioſam pœnitentiæ gratiam: quoniam obedientibus mox
dignitates præbet. Non ſolum autem Apoſtolos facit, ſed etiam Reges conſtituit.
Dauidi enim pœnitentiam agenti, etiam vt regnum penes eum permaneret, effecit.
Quin & prophetiæ eſt conciliatrix: nam cùm omnis Iſrael ad Deum iam
conuerteretur, victoriam ſibi aduerſus hoſtes comparauit. Prophetauit olim
Gedeon, & Madian euicit. Tranſit vlterius pœnitentiæ gratia, etiam inter
gentes beneficia conferens: non ſolùm enim nunc, ſed & in lege apud omnem
carnem † viguit, ſuoq; functa eſt munere. Excitauit vrbes pęnitentia, & gentes cōcidentes
erexit: vnicoque impetu Niniuen ciuitatem permagnam reſtaurauit. Per
ipſam dominici illius dicti benignitatem addiſco: Soluite templum hoc, & in
triduo ſuſcitabo ipſum. Quas enim vrbes ſoluebant per peccatum dæmones: has

per

Ibidem.

APOSTROPHE AD POENITENTEM.

Matth. 4. 10.
Marc. 1. 3.
Pſalm. 111.
Matth. 26.

† al. conſtans haberi.

*διαβήματα.

*ἐπιμιμούμενοι.
*& al. ἀπομιμούμενοι.

Admonitio ſaluberrima.
Contra fictè reſipiſcentes.

† al. Chriſtianos in Eccleſia vitā improbam ducentes.

1. Cor. 3.
Pulchra verborum Apoſtoli expoſitio, eorumdemque applicatio.

1. Cor. 3.

*δημιουργεῖν.

Pœnitentiæ vis atque efficaciā.
*ὀλισθήσαντα.
Act. 9. & 1. Tim. 1.

Iudic. 6. 7. 8.
Pſalm. 82.
† al. dominata eſt.
Ion. 3. 4.
Matth. 26. 27.
Ion. 2.
Marc. 15.

per pœnitentiam reparauit Chriſtus. Soluite, inquit, templum iſtud, & in tribus diebus ſuſcitabo illud. Et pœnitentia dicit Nineuitis: Adhuc tres † dies, & Niniue ſubuertetur. Oppone ſermonem ſermoni, ac verbũ verbo: & in Chriſto comperies explicata pœnitentiæ verba. Ille ſuſcitare promittebat: & hæc † euerſionem comminabatur, niſi pœnitentiam egiſſet. Non minis terruiſſet pœnitentia: niſi futurum fuiſſet, vt ſanaretur. Non excitaſſet Chriſtus ciuitatem peccantium: niſi reſipiſcentiæ eorum ſpes fuiſſet. Chriſtus reſuſcitat, ad pænitentiam inuitans: & à propria reſurrectione, oſtendit pœnitentiam cuiuis homini cauſſam & reſurrectionem exiſtere, in pietate. Tres dies lex, & Euangelium peccatoribus ad pænitentiam prædicant. quid ita? quoniam gratia Trinitatis, remiſſionem ex nimia benignitate ſua præbet. Tres dies ex † præſcripto conceduntur pænitentibus: quoniam per conſubſtantialem Trinitatem, humanitas mortis † reatum exuit, atque abiecit. Tres habet dies pænitentia, ad conſequendam veniam: quoniam nouit Trinitatem, vinculum peccati ſoluentem. Per tres dies, mors ſoluta eſt. per tres, remiſſio datur: quoniam & per tres dies reſurrectio facta eſt. Poterant in momento & ictu oculi omnia fieri: ſed ob myſterium Trinitatis, intra triduum, hoſtem gratia ligauit: non quod impotens eſſet citra eos (nimirum tres dies) agere, quæ oportebat: ſed vt myſterium oſtenderetur diuinitatis, neque detraxit, neque addidit tribus diebus. Vera enim religio, rectaque ſententia eſt, Trinitatem neque minui ſiue deficere, neque augeri: neque enim ſola vnitas, neque trinitas eſt diuinitas; ſed vtrumque ſimul. Propterea & in tribus diebus mors deſtructa eſt, & draco deturbatus eſt, & peccatum deletum. Intra triduum, cælum & terra, & mare conſtituta ſunt: vt etiam in eo Trinitatis demonſtraretur myſterium, & triduanæ reſurrectionis, & propitiationis humanæ fructus, ac commodum. Tribus diebus Ionas prædicauit, & per nullam noſtem: quoniam in Trinitate non eſt mutationis obumbratio. Tres dies Saluator in ſepulchro egit, & tres noctes: vt oſtenderet etiam peccatores, qui tenebris obducti erant, reſurrecturos. O pænitentiæ gratiam: quoniam mundum tribus diebus † inſtruxit. O magnam in ea potentiam: quoniam Deum placauit, & quidem iam ſententiam ferentem. Acceſſit ad ipſum bona fide: admonuit vt ſuam aſpiceret bonitatem: & effecit, vt † ſententiam mutaret in remiſſionem. O magnum pænitentiæ gaudium: quoniam Deo perſuadet, vt punitionem poſt ſententiam datam † relinquat. Obuiam enim iuit pænitentia Angelis irę: & valuit ſuperare eos, ne pernitiem atque exitium inferrent. Tenuit enſes, tenuit falces; ne humanum ipſi genus demetant: quod quidem * vltores ac vindices cernentes Angeli, exhorruerunt. Illa verò ad ipſos: ego (inquit) recipi iniquos. ego fideiuſſi pro humano genere; * ſatis datrix apud Dominum exiſto. Cur modo venitis † dirimere pacta? Habeo præſcriptum ac definitum ex lege diem: conuentio mihi cùm Deo facta eſt, quando ſint à me ſiſtendi Deo, qui nondum conuerſi ſunt. Cur venitis, vt vos contra meum ius opponamini? contẽdam vobiſcũ in iudicio. Multos habeo teſtes, qui Domino meo perſuadeãt. Sunt mihi euidentes demonſtrationes atque probationes, quibus diem † ſtatutum nanciſcar, quo humanam ſiſtam naturam. Nuntios igitur ad Deum adducit, & concionari de humana natura incipit: iuraque ſua defendens, dicit: Noſti Domine eum, quem formaſti hominem, ex luto factum eſſe; & naturam habere debilem, ac vires fragiles: nam niſi de nocte dormierit, non amplius viuere poterit: niſi de die comederit, non ſupererit. Hieme, riget frigore; æſtate, calore exæſtuat. veſperi nõ videt, noctu incedere non audet: ſi ambulat, langueſcit: ſi quieſcit, vertigine vexatur: ſi ſedet, angitur: ſi loquitur, laborat: ſi recumbat, affligitur: ſi diutius ſteterit, debilitatur. Et cupis Domine, vt tanta infirmitas peccatum facilè vincat? Multis cogitationibus inuolutus eſt homo, & inſtabilibus animæ conſilijs, actionibus dubijs, operibus varijs: rebuſq; infinitis ſub aſpectum cadentibus impeditus, in occultis impræmeditatus, in inſidijs imparatus, ad repellenda ea, quæ mentem conturbant, anceps atque perplexus. aduerſus eos, qui animæ inſidias ſtruunt, impotens. erga corporis curam ſollicitus. in vxore, ac filijs nutriendis anxius: & vis Domine, naturam eiuſmodi, ita facile ſuperare peccatum? Quid poterit rurſum infirma hæc natura, aduerſum diabolum, ô Domine? quid carnis contentio, Domine,

Ibidem.

† Ion. 3. ſed in vulg. adhuc 40. dies, legitur.

† al. deſtructionem pollicebatur.

Trium dierum ſpatium variè varijs applicatum.

† προθεσμίας.

† ἔγκλημα.

Matth. 16. 27.

Lucæ 18. 24.

TRINITATIS MYSTERIVM.

1. Cor. 15. & Heb. 2.

Ex loco Gen. 1. adluſio clara fit.

Ion. 3.

Idem notatur à S. Hieronymo ſuper Ionam, cap. 3.

Matth. 27. & Luc. 24.

† κατήχησεν.

† ἀπόφασιν.

† al. remittat.

* οἱ τιμωροί.

* ἱκανοδότης. al. fideiuſſor.

† al. inuertere.

† Intelligit ſupremum vitæ diem, vel iudicij, vt infra patet.

Gen. 2. & 1. Cor. 15.

Humana natura, quam varijs miſerijs, atque imperfectionibus ſit ſubiecta.

*ὡς ἀλειπτρον. contra talem valebit Draconem ? Tu dixiſti, quod abyſſum velut * vàs vnguentarium A
Iob 41. iuxta LXX. Interpret. reputet. & quid eſt homo, aduerſus ipſius impetum ? Tu dixiſti, quòd mare
*ὡς περίπατον poſſideat, tamquam *deambulatorium. & quid ad eum eſt anima, minimo admixta
corpori ? Magnæ draconis ſunt vires, impoſtura ipſius profunda : peccatum per
voluptatem latum: paſſiones inordinatæ, corpori per cibum atque nutrimentum
† al. obueniunt. †admouentur. Peccatum, carni per concupiſcentias, negotium faceſſit. malitia
animam, per vanam gloriam, oppugnat, mentem, ad ſeſe nequitia pertrahit. Et
†ἀντιπάλων. quid miſer atque infelix poteſt, aduerſus tantas * hoſtium turbas ? quid valet terra
ac cinis, aduerſus tantam aciem ? quid eſt homo ſolus, aduerſus tanta malorum
Ad Deum ſupplex recurſus. caſtra ? Miſerere igitur Domine, parce plaſmati tuo. Miſerere luti, quod gloria &
honore cumulare voluiſti. remitte minas: acre ſupplicium reprime : mortis ſententiam,
*ὑπέρθου. propter me pœnitentiam, * differ. Terminum miſerationum tuarum dilata. B
miſericordiæ tuæ menſuram exalta. pietatis tuæ viſcera aperi. Mirifica miſericordias
POENITENTIAE APOSTROPHE. tuas: & gratiam tuam in longa tempora extende. Ego ſum, quæ intercedo,
& fideiubeo. Ego humanum genus in me recipio : illudque ad te, cuius
ſuſcepiſti naturam, adducere conor. Cernens igitur Deus pœnitentiam, conceſſit
rogationi, annuitq; poſtulatis eius. Conſtituit omni tēpore cum genere humano
conuerſari. Cenſet pœnitentiam fragili naturæ præfici debere, & poteſtatem ei
attribuit infirmitatis humanæ. Terminum ſtatuit iudicij, præcipitque pœnitentiæ,
ne terminos tranſiliat in die iudicij, neque amplius tueatur : ſed accuſet potiùs,
quòd tantam tolerantiam homo contempſerit. Ne poſtulet amplius prorogari
præſtitutum tempus: verùm indignetur ad vindictam. neque parcat ſupra
modum ijs, qui peccauerint: at contra potius, eorum coarguat inſtitutum ac voluntatem C
: auerſetur ignauiam accuſet negligentiam : repudiet amentes, eorumque
dementiam omninò conuincat. criminetur mentis affectibus deditum inſtitutum
: atque animæ erga virtutem deſidiam execretur. Recipit quoque illa, ſe imperata
Ioan. 2. 3. 4. facturam: & Angelorum impetum, in remiſſionem couertit. Deus remiſit
Matth. 12. minas: & Niniuitæ tandem ſaluati ſunt. Interceſſorias partes egit pœnitentia: &
ciuitas quietem atque tranquillitatem recuperauit. In Niniue ciuitate, totus terrarum
Lucæ 11. intelligitur orbis : & in Niniuitis, omnis humana natura. Cui etiam conſonat
intellectui Propheta Eſaias, dum ſuper Babylone vaticinans, ſic adducit:
Eſa. 13. 14. Verbum, inquit, quod locutus eſt Dominus, ſuper vniuerſum orbem terrarum,
Gen. 3. ſoli Adam dixit: Terra es, & in terram redibis: & ecce cuncti morimur. Sic & remiſſio
ſuper Niniuen facta, in omnes tranſijt. Chriſtus reſurrexit: & humanum
*εὐαγγελίσθη. genus lætum reſurrectionis * nuntium accepit. Dei ſententia definita, ab vno, in D
omne genus reſpicit. Duo Adam efficiuntur : vnus, pater noſter, in mortem: quia
Duo Adam, quo pacto. mortalis factus eſt, peccans : ſecundus, pater noſter, in reſurrectionem : quoniam
immortalis cùm eſſet, per mortem, deuicit mortem atque peccatum. Primus Adam,
hic, pater : poſterior illic, etiam primi Adam, eſt pater. Non ego hoc ſolus
Eſa. 9 & Lucæ. 2. dico: ſed & Eſaias magnus inter Prophetas, de Chriſto ait : quia puer natus eſt
nobis & filius datus eſt nobis. & reliqua : Deus fortis, pater futuri ſeculi, quemadmodum
Adluſit ad 1. Cor. 15. & Euangelium dicit. Sed qui in carne propter præſentem ſtatum
filius cernitur patris, hic pater efficitur ob ſtatum futurum. quid ita ? quoniam
mors regenerat, & in vitam æternam humanam naturam parit. O maximum
Adluſio ex 1. Cor. 15. clara. myſterium. O diſpenſationem ineffabilem. Filius Adæ, pater ipſius efficitur. E
*ἀντεισάγουσα. nam regeneratio expellit naturam, eius * loco gratiam diuinitatis inducens.
Coercet ac reprimit gratia naturam, quando mortem delet immortalitas: reſurrectio
generationem, quando corruptionem è medio ſuſtulit incorruptio,
1. Cor. 15. ſicut & dixit Paulus. Nouum quoque ac inauditum, viſum eſt hoc Nicodemo myſterium;
quando à Chriſto ſibi enarrari audiuit: quòd niſi quis renatus fuerit
Ioan. 3. deſuper, non poſſit videre regnum cælorum. Et dicit: quomodo poteſt homo
Ibidem. renaſci, cùm ſit ſenex ? Iſta reſurrectio, imago eſt reſurrectionis : vtramque autem
Chriſtus conſtituit. Ait Paulus : in Chtiſto IESV ego vos genui. Etenim
1. Cor. 4. Rom. 6. quicumque in Chriſto, inquit, baptizati ſumus, conſepulti cum ipſo ſumus per
baptiſmum : vt in ipſo ex mortuis reſurgamus. Cernis, quòd principium reſurrectionis
ab inferis, ſit baptiſma? Vides quòd Dominus, pater ſit reſurrectionis?

Filius

Filius genitus, & puer natus nobis, tantam habet virtutem, vt cunctos homines ipſe in reſurrectione regeneret. Quid ais Eſaia? verane loquimur, hæc dicentes: aut ex ſimilibus iſta referimus? Vera, inquit, refertis: nam & ego audiui, quòd ipſe ſit filius, Deus fortis, magni conſilij Angelus, pater futuri ſeculi. cuius myſterium, incorruptibilitas eſt: & generatio carnis ipſius, immortalitas. Vno itaque termino, id eſt, vnius Vrbis appellatione, vniuerſum genus comprehenſum eſt: vt credas pœnitentiam etiam ex vrbe Niniue, pro quacumque ciuitate, & quibuſcumque incolis deprecari, quæ ad ſalutem ſpectant: & mediatricem ſe interponere in ijs, quæ ad inſtaurationem, rectamque conſtitutionem ſpectant. Magna reuera hominibus efficitur pœnitentia: quia vt Prophetæ atque videntes, Deum † per ipſam placamus. Magna ſuper terram eſt pænitentia: quoniam ſcala animabus fit, eò aſcendendi, vnde per peccatum deturbatæ ſunt. naturam recuperat, propriamque dignitatem reddit. Pænitentiam igitur etiam nos agamus, fratres, ſicut Niniuitæ: vt nos quoque ſalutem conſequamur. Verè, ac minimè fucatè, illi pænitentiam egerunt: & verè ſaluati ſunt. Vt peccârunt: etiam pænitentiam fecerunt, & † aſſumpti ſunt. Non ex meditate conuerſi ſunt: quoniam Reges, & homines priuati, æqualiter lachrymas fuderunt. Non ex parte reſipuerunt: quoniam Domini, & ſerui ſimul luxerunt. Non modico tempore pænitentiam egerunt: quoniam per totos † tres dies, viri cum mulieribus, pueri & ſenes, confiteri * non ceſſabant: crediderunt ſententiæ, & tamquam morientes, ad inuicem acerbas emittebant voces. Ego per Niniuen, vnumquemlibet intelligo hominem: & per multitudinem, partes animæ, & mentis motiones cogito. Quemadmodum autem publicè illi pænitentiam aggreſſi ſunt: eodem modo & nos, totis viribus omnique † conſtitutione noſtra pænitentiam agere debemus. In lege, non idola ſolum demoliri præcepit Deus, & aras atque delubra: verùm etiam cineres incenſorum lapidum atque lignorum, extra caſtra eijci iuſſit. Conſidera tu quoque qui pænitentiam agis, quòd omne malitiæ veſtigium debeas remouere. Nam cinis malitiæ ſi in te permanſerit; feræ ſordidæ, & reptilia vilia allicientur: ſi verò eam abieceris; non iam te conturbabunt malitiæ * caries, & culices. Si eam expuleris; non iam in te diaboli ſtabilientur vermes. Expurga mentem tuam à peccati morticinijs: & ipſa odoris malitia à te exterminabitur. Morticinia peccati, ſunt paſſionum atque affectionum recordationes: quæ ſi in te firmatæ fuerint, * cogitationem tuam obſcurabunt. Aduerſus peccatum, fit reprehenſio: quoniam crebrò talia mentem circumuertunt, & in errorem impellunt, faciuntque * viciſſim mentem in tenebris, vertigine laborare: quoniam animæ oculis inſident; & tamquam copioſa malitiæ lippitudo, habentem atque laborantem inficiunt. Attendene ſupernates aquis, velut aues † piſcibus gaudentes: duplici enim cùm ſint natura, impuræ cenſentur. Si in anxietate permanſeris; continget vt in tenebris oberres, ſiſque tamquam piſcis, dæmonum præda. Ait enim Iob, draconem dominari omnibus, quæ in aquis ſunt. Et Moyſes, animalia quæ in aquis verſantur, in tenebris eſſe affirmauit: quoniam non apparet ijs lux diei, & ſol. Dixit ea ſub terra eſſe: quia regionem minimè illuſtratam inhabitant. Meritò ergo Deus dicit, quòd draco cunctis quæ in aquis ſunt, dominetur: declarans homines in tenebris conſtitutos, ſub illius eſſe poteſtate. Deus autem (inquit Apoſtolus Paulus) nos tranſtulit de poteſtate tenebrarum, in regnum Filij ſui, in lumine. ſic ergo; vt in die honeſtè ambulemus, & pænitentiam agamus eorum * in quibus peccauimus: vt non amplius ſimus miſeri, in ea incidentes. Conſtringamus nos ipſos pœnitentes; vt veniæ gratiam, tamquam veram tincturam, non reſpuamus: (conſtrictio * autem eſt accurata contrariorum reiectio.) ſic enim innatus nobis flos, mentibuſque noſtris inuſtus, non amplius recedet. Lachrymis diligenter teipſum ablue, ſicut tinctores lanam. Teipſum humilitati, & angori, atque mœrori trade: ſic enim Deo teipſum adſtringens, paratus accedes ad ſuſceptionem gratiæ. Idcirco aliqui ex pœnitentibus reuertuntur ad peccatum: quoniam ſerpentem in ſeipſis * deliteſcentem ignorant; aut etiam ſi agnoſcant, non tamen illum penitus expellunt. nam formæ ipſius veſtigium ibi permiſerunt: & paullatim is velut in vtero conformatus, rurſus imaginem nequitiæ ſuę excitat: Cùm videris aliquem pænitentem,

Eſaiæ.9.

Eſai.9.

Vnius vrbis appellatione, totū genus comprehenditur.

Pœnitentię pręſtantia.

† al. quia tamquam videntes Deū, per ipſam reconciliamur.

† al. & in gratiā admiſſi ſunt.

Ion.3.

† al. per 40. dies vt in vulg.

* ὁμολογούμενοι οὐκ ἐπαύοντο.

Per Niniuen, & multitudinem, qui intelligendi.

* καταστάσει.

Deut 12.

Alludit ad 4. Reg. cap. 23.

* σκνίψ.

Morticinia peccati.

* ὑπόληψιν.

* ἐκ παραλλήλου.

† al. piſciuora.

Iob 41. in fine iuxta LXX.

Gen.1.

Iob 41.

Coloſſ.1.

* ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν.

* σύψις.

* ἐν ἑαυτοῖς κρυπτόμενον.

tentem, iterumque peccantem: intellige quòd talis †nondum ſuam mentem atque A
ingenium mutârit, remanentibus in eo cunctis malitiæ ſerpentibus. Indicium
porrò firmiter ac ſeriò pœnitentis, eſt ſtrictus auſteruſque vitæ ſtatus, & ſuperbiæ
atque elationis, ac ſtultæ exiſtimationis ſui depreſſio: quas res oſtendunt oculi,
ac mens *obumbrata, quæ aſſiduè ad amatum IESVM Chriſtum tendat. Tu ergo
virtutum contrarietates arce, atque propulſa: nam qui ægrius fert pœnitentiam,
eum ſtultitia comitatur. Si quis ieiunat, & tamen ſtultè ridet; celeriter ſupplãtatur.
Si quis in precibus lachrymas fundit, in conuictu tamen & conſuetudine
vult vrbanus ac facetus haberi; citò deturbatur. Si is, qui continentiam profitetur,
indifferenter velit & ſine delectu agere, ac viuere, non procul à ruina abeſt. Toto
corde debet reſipiſcens pœnitentiã agere, ſemperq; eumdem ſeſe exhibere, vt inceperat: B
nam ſi defecerit, indicium imperfectæ conuerſionis prębet. Si mutetur;
apertè oſtendit ſe inconſtantiæ eſſe ſubiectum, ſeque ita reſipiſcere, vt puer dum
diſcit: & ſicut qui ſtimulis pungitur, coactus lachrymatur, non ſpontè. Mundanæ
leges, metu ſæpe aliquem conuertunt, & non voluntate; ſic planè & tu reſipiſcis,
tamquam diceres: ſi tempus dederit, iterum malitiam *complectar. Non volo te
penitus lachrymari: & modico temporis interuallo *perperam ac nequiter iterum
agere. non volo te ſemper in Eccleſia eſſe: & ſicut in foro, turbulentum *atque
impotentem animi. Ne exiſtimes tempora eſſe Dei, quibus te oporteat bene agere:
& horas ſiue tempora diaboli, quibus te deceat luxu diffluere, & turpiter laſciuire.
Ne putes tempus pietati, & tempus iniquitati ſtatutum eſſe. Talia enim faciunt,
qui in ſcenis verſantur: quoniam in conuerſationibus atque colloquijs ſunt †
turbulenti atque immodeſti, & in theatris ridiculi, & inhoneſti. in progreſſu atq; C
inceſſu graues videntur ac fidei pleni: in ſpectaculis verò nequiſſimi. Cæterùm tu
talis in foro eſto, qualis & in Eccleſijs. talis in rebus, talis in cogitationibus, talis
in operibus, talis in verbis: qualis & in confeſſionibus, accuratus atque perfectus.
Dixit etiam quidam ex Prophetis in Eccleſia Dei: ne †lachrymis vituperetis.
Non pœnitentiæ detrectetis, & confeſſioni, quæ humili ex corde fit ad Dominum:
ſed flebilem precationem reſpuatis, malo propoſito formatam: quæ cùm
ſit inſtabilis & immodeſta, obtrectationem Domini dicit. Et rurſus: Nolite ſcindere
veſtimenta veſtra: ſed corda veſtra ſcindite. non enim vult nos Deus inanem
gloriam captare: ſed reuera pœnitere. cùm & Dauid dicat: Lachrymis meis
ſtratum meum rigabo. Non ergo in Eccleſijs ſolùm lachrymas fundam, ſpeciem
hominibus exhibens, & eam gloriam inde captans quæ in eo verſatur, vt iuſtus
exiſtimet: verùm in ſtrato meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, vt cum D
Chriſto concordem, qui ait: occluſo cubiculo tuo ora: & Pater tuus, qui videt in
abſcondito, reddet tibi in aperto: quippe propter quem facis in occulto, Deumq; cur
placas in manifeſto. Idemque rurſus ait Propheta: laboraui in gemitu meo,
ita? vt nullus planè audiat: nam gemitum prodeuntem retinere, laborem faceſſit.
Rurſuſque dicit: Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.
Non igitur inter homines adnuntiate: nam multi ſunt qui confeſſionem
mercantur. Alij gloriam mediante confeſſione ſibi comparant: alij in ſuperbiam
pœnitentiam vertunt; & pro venia, aliud †debitum contrahunt. Nondum
priori liberatus es debito, frater, & aliud ſuperinducis? acceſſiſti ſoluturus debitum:
& aliud debitum concilias? Studes liberari debito: & duplicem tibi ipſe
ſeruitutem comparas atque hoc illud eſt: oratio eius fiet in peccatum. Quomodo
enim talis non reuertetur ad peccatum? quomodo non rurſus perturbationes &
complectetur atque fouebit? quomodo eum ſerpens †imperturbatum relinquet?
quomodo reptilia ipſum non conturbabunt? Hei mihi: quoniam quod ait Chriſtus,
in tali complebitur atque confirmabitur: qui ſeptem alios ſpiritus nequiores
aſſumit, qui in eum ingreſſi, habitent ibi. Subſannabat Caim Deum, ſe
ſcilicet †excuſans: ideo & iudicium ſubijt, ac pœnas luit, ſeptemque ſupplicijs
plectitur. hoc quippe dominicus ſermo explicat. Non indiget pœnitentia ſermonis
iactantia; nec pompa: ſed ſola confeſſione opus habet. Tu verò quod ſatis
ſit, in vtroque perſequere: neque nimis prolixus ſis, neque contra nimis breuis.
vtrumque enim †perſequentem, efficientemque damnas. Ne ſis in Eccleſia dele-

†al. necdum à propoſito peccandi receſſerit.
Indicium ſeriò pœnitentis.
*συνηρεφὴς διάνοια.
*περιπτύσσομαι.
*περπερεύεσθαι.
*σεσοβημένον. al. σοβεῖσθαι.
NOTA.
†ἀκατάστατοι.
NOTA.
†q.d. ne fictis lachrymis vituperetis religionem Dei, ac pœnitentiam, &c.
Ioel. 2.
Pſalm. 6.
Ibidem.
Matt. 6.
Pſalm. 6.
Pſalm. 4.
†δάνειον καταγράφονται.
Pſalm. 108.
†al. tranquillũ.
Lucæ 11.
Gen. 4.
†δῆθεν ἀπολογούμενος.
NOTA.
†al. aggredientem.

A deiectus * ac triſtis: neque viciſſim in foro, vultu ſeuero ac tetrico incedas: ſed moderatam rationem ſerua. Ne ſis domi moroſus * atque difficilis: & in plateis demiſſus atque abiectus. Non tanquam calamitoſus, pertriſtem te exhibeas: neq; quaſi nimis lætus coarguaris: verùm omnia honeſtè, & ſecundum ordinē fiant, vt ait Apoſtolus. Non iniuriam Danieli intulit Babylon: neque tibi ciuitatis viuendi ratio obeſſe poterit, ſi verè pium ac religioſum te geſſeris. Non combuſſit tres pueros caminus ignis: neq; ille nocebit tibi, ſi cauſſa præcepti, aut miniſterij ad communem vtilitatem pertinentis, in ciuitate, & in pago, ac caſtello verſaturus es; ſi cum temperantia ac fide teipſum componas * & compares. Non lapſus eſt Tobias cum Nineuitis, neque ex iuuenum conſuetudine * factus eſt vlla ex parte remiſſior. B Non cōtaminauit inculpatam atq; irreprehenſibilē vitam iuſti Loth, iniquitas Sodomitarum: neque firmam ipſius immutauit fidem effrenata ipſorum laſciuia atque incontinentia. Et tu ſi frugi fueris, ac ſedulus: non tibi obfuerit ad forum acceſſiſſe propter Deum. Ne quietem prætexueris, ad * inhumanitatem: neque exercitationem pro damno hoſpitalitatis adhibeas. Ne volūtariam paupertatem, ad * inhumanitatem tibi vendices: neque ob præceptum, te infructuoſum atque inutilem prębeas. Ait Saluator: neſciat tua ſiniſtra quid faciat dextera tua: vt inanem animæ gloriam exterminet. Et rurſus: Sic luceant, inquit, opera veſtra bona coram hominibus, vt glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt: vt ſcilicet; te participem regni ſui efficiat. Mutuum * da tu illi, ante in hoc ſeculo, vt reddat tibi, & in illo centuplum; & in futuro vitam æternam. Præbe illi non tua, vt tibi det quæ ſunt ſua. Perfidum ac frauduleutum præſens eſt ſeculum, chariſſimi: quoniam habentem omnibus nudat: aduerſus affligitur in ipſo, laborat in ipſo, & ex eo lucratur nihil. C Qui verò negligit & aſpernatur illud, ad futurum non fictè præcedit, omne rerum præſentium depoſitum ad illud præmittēs, & indigentibus alienos vanitatis labores diſtribuens. Cur ergo nō te prudentem exhibes ô homo? & rerum huius vitæ conſenſionem atq; amicitiam nō exterminas? Cur non * aſtutè atque ſolerter vanitati reſiſtis: & cum pœnitentia conſentis? Vanitas, rerum humanarū eſt hæres: quoniam ipſius eſt diſtractio * & occupatio varia. Filiam genuit diſtractionem auaritia, & voluptas atque luxuria, & ambitio; beneuolamq; ſe præbet matri, ſupra vires. Vince ſerpentis aſtutiā: & beneuolentiam ſerua Domino. Sume ea quæ vanitatis ſunt, & tribue illa Deo: vt tu, tuorū euadas hæres in futuro ſeculo. Facultates tuas atque pecunias Deo * appone: & vanitas hæreditatis depulſa erit. In ipſum teſtamentum conde, quia mortalis cùm ſis, mori debebis. D Et ſi fidelis fueris, tua omnino recipies. Pro hærede, mortem * curatorem facito: vt cum reſurrectionis tempus aduenerit, tamquam legitimæ ætatis factus, iſta recipias. & tanquam infans, poteſtatem ſuorū non habens, in morte * abſcōdas: vt in reſurrectione, velut * laborum tuorum auctor ac Dominus appareas, reddatque tibi depoſita tua Deus. Si per pænitentiam miſertus fueris pauperis; ne timeas: habebis enim gratum & benignum mediatorem, pænitentiam, quæ tui memoriam apud Deum renouabit. Erit hæc tibi loco chirographi, per quod cum fœnore exigas quæ dediſti: & tanquam * ratiocinator aptiſſimus aſſiſtet tibi, vt ad copias tuas parādas dijudicet, ac rationes ineat: & quaſi etiam fideiuſſor curabit tibi par pari referri. Summæ totius vſuræ maiores comparatione tibi reddentur: quoniam æterna commoda atq; oblectamenta præbebunt tibi. Scio te ſummam ipſam aſpernaturum. E Nullus enim ſic eſt fatuus ac ſtupidus, vt lucernam accendat, ad cernendam lucem, orto iam ſole. Nullus vſque adeò demens eſt atque imprudens, vt cum fontem ſibi propinquum habeat; longinquo ex lacu inutilem aquam hauriat. Nullus prudentum ſic aget, vt areas frumenti, continentes aceruos quamplurimos relinquat; ac frumento relicto, zizanijs inſideat. Ait enim ſacra Scriptura, quòd loca ſanctorū nec oculus aſpexit nec auris audiuit, neque cor coniectura aſſequi poteſt. Quis igitur vſus amplius rerū temporalium: in ſtatu illo ſempiterno? quis annorū numerus, in æternitate temporis erit? Quomodo porrò erunt anni: quando nullæ erunt noctes? aut hebdomadarum numerus, cùm menſes non fuerint. Nam vnum habet diem, ſeculum futurum. Aitque Propheta: non erit nox, neque dies; ſed veſperi erit lux. Et Eſaias Propheta dixit, lucē ſolis eſſe ſeptemplicem: & lucem lunę, ſicut lucē ſolis.

*. κατηφής.
* μοχθηρός.
1.Cor.14.
Dan.1.2.3.5.6.&c.
Dan.3.
* ῥαθυμήσῃς.
Iob 14.
*al. ad amentiā deductus eſt.
Geneſ.19.
2.Pet 2.
* al. ſæuitiam.
* εἰς ἀπήνειαν.
* al. ſæuitiam.
Matth.6.
Matth.5.
* πρόχρησον.
NOTA.
* ἀντιπανουργίως.
NOTA.
* περισπασμός.
* al offer.
NOTA.
† ἐπίτροπον,
* al. reponas.
* ὡς αὐθέντης τῶν πονῶν σου.
* ὑπογραφεύς.
* τόκοι τῶν κεφαλαίων.
Parœmiæ pulcherrimæ, & aptiſſimæ.
Eſa.64.& 1.Cor.2.
2.Pet 3.
Zach.14.
Eſa.30.

Non enim erit tunc ſolis lunęquæ defectio: neque viciſſim erit lunæ conformatio, A
ac ſemiplenilunium: cùm non ſit opus circuitione menſium; ad mutationum
2.Pet.3. conſtitutionem. Non amplius ſol curſus ſuos alternabit, ortusque ſuos viciſſim
commutabit: quia neque hyeme, neq; ęſtate opus erit in reſurrectione. Vna enim
* εἰς τροπήν. dies erit, omne ſeculũ futurum: nihilq́; ibi in * conuerſionẽ & immutationẽ mouebitur.
Heb.12. & Aggæ.2. Dixitque Apoſtolus, quòd adhuc ſemel concutietur nõ ſolùm terra, ſed
& cælum, hoc eſt, immutabuntur in conſummatione, vt maneant non concuſſa
*al. quis vſus. atq; cõmota. Quæ ergo ibi * neceſſitas erit ſeminis; & pluuiarũ, & augmenti æſtatis,
ac meſſis, & diminutionis autumni, & defectionis annuæ, ac noui principij?
Rom.2.14.& Heb.9.10. Hęc creaturæ libertas erit, quòd ibi non amplius ipſa vanitati ſeruiet: nam Sãcti,
Matth.8.22.25. cum æternis perfruantur, ſeruitute temporali non indigent. Statuit Deus diem, B
2.Pet 3. qua iudicaturus eſt orbem terrarum in iuſtitia: non dies multos, ſed vnũ. nam huius
nox, tenebræ exteriores ſunt. Sanctis vna dies eſt, æterna lucis fruitio, & peccatoribus
Matth.25. vna nox, æterna cuſtodia & carcer. Ideoque Chriſtus dicit: Ibunt hi in
vitam æternam: iniqui aũt in ſupplicium æternũ. Sol & Luna cum aſtris in vnum
Geneſ.1. & Pſalm.135. ac Sap.7.&c. congregabuntur paradiſi locũ: fientq; iterum tenebræ, nox. Nã propter homines
elementa lucis in firmamento conſtituta ſunt, vt ſecuritatem fruitionis haberẽt,
dum verſarentur in terris. Elementa tempus faciebant, & illuminabant, vtiliaq́;
*ἐνεργείας. fructibus cõferebant, vt Dei prouidentiam deſignarent, quæ tres continet * operationes,
ſanctiſſimæ Trinitatis virtutem, & diuinitatem declarantes. Ignis, lux,
& polus, vnam conſubſtantialis Trinitatis naturã ingenitam ſignificant. Si igitur
generatio & corruptio ceſſent: nõ amplius tempora, nec breuiſſimi numeri, neq;
Matth.8.&c. Lucæ 3. hebdomadarũ circulus, qui iiſdem variatur diebus, ac rotæ inſtar in eundem voluitur C
* εὐωχηθήσονται. locum. Paradiſus, regio eſt quietis Sanctorum, quẽadmodum & Dominus
ait in Euangelio. quomodo ergo iuſti relicto paradiſo, in terra conuiuijs * indulgebunt?
Matth.24.25. Lucæ 21. Saluator primũ dixit conſummationem fore, & ſic deinde reſurrectionẽ.
Apoc.6. Quoniam ſicut folia (inquit) ficus, aſtra ex firmamento decident. Quo ergo pacto
2.Pet.3. mille adhuc annis ſuper terram erunt? Ait quoque beatus Apoſtolus Petrus,
quòd cuncta quæ in terra & in cælo ſunt, igne conſummabuntur. Quo pacto igitur
Eſa.65.66.& 2.Pet.3. Hebr.8. terrenæ fruitionis erit vſus? Nouos nobis cælos promiſit, & terram nouam.
vtrum igitur nihil amplius Sancti Dei reſurgentes habebunt? Paulus ait, quod
antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. an ergo interibunt promiſſiones iuſtorum,
ſi iterum temporalibus abutentur? Non dixit Dominus, duas ſeculi conſummationes;
quaſi poſt mille rurſus annos, alia futura ſit conſummatio. Non
dixit in Apocalypſi ſua Ioannes vſum diuinorum fructuum temporaneum, vt D
CONTRA MILLENARIOS. oſtendat fruitionem æternam. Et quomodo exiſtimant quidam, poſt annos mille
rurſus conſummationẽ terrenæ conſtitutionis eſſe futuram? Non ſic, verùm vt
Ioanni concinit, concordatque Dauid; ita Ioannes cum Moyſe conſentit. Dicit
Apoc.22. enim Ioan. Arbores in folijs ſanitatem portantes, & in fructibus ſuis vitã æternã.
PARADISVS CÆLESTIS. Eſt igitur intellectualis & ſpiritalis paradiſus, æternæ fruitionis locus: non enim
conſummabitur paradiſus ille. nam in eo manent, quæ non agitantur, quoniam
† ἐπεὶ γάρ. * videlicet, ſic cæli noui in incorruptione * explicãtur, & terra noua æternæ conſtitutioni
*ἐφαπλοῦνται. * al. adſimilatur atque beatitudini * adaptatur. Dicitque Moyſes ſignificanter, quòd Deus
Gen.2.3.&c. ibi æternæ vitæ lignum plantauit. Et Dauid cum Ioanne ait, quòd folium eius
Pſalm.1. non defluet. Quare non annis dumtaxat mille durabit Sanctorum fruitio, ſi cuncta
Apoc.20. per parabolam & ænigma locutus eſt in Apocal. Ioannes, annosq́; mille parabolicè E
* ἱστορίαν. & ænigmatè poſuit. At verò tu à me mille annorũ * explicationẽ requiris?
Apoc.1.2.3. & ego abs te candelabrũ, & calculũ candidũ, & potionem tepidam, & vomitũ repetam:
*συμβολικῶς. quæ quidem ſcribens ſeptem Eccleſijs, * myſticè in medium attulit. Quod
Apoc.6. Apoc.8. ſi primam mille annorum reſurrectiionem exquiris? & ego abs te, equum album,
& pallentem Angelum; & intellectuale animal, quod abſinthium dicitur, naturamque
amaram habet inſtar abſinthij, depoſco. Da mihi ſeptem phialas: & accipe
annos mille. Oſtende mulierem eſſe ciuitatem: & ego tibi de mille annis demonſtrationẽ
Apoc.5.15.16.17. &c. præbebo. Declara mihi, quòd mulier à terra exaltata, fiat Hieruſalem,
* al. ab ipſa. Apoc.17.21. & nõ amplius ſit mulier? & ego tibi mille annorũ myſteriũ declarabo. Nũ
ciuitas generat? Num quæ genuit, efficitur Hieruſalem? Num beſtia, eſt homo iniquitatis?
* γεννήσασαι Nunquid in beſtia, decẽ conglutinata ſunt capita, vt regnent? Nũquid ex
ſeptem,

A ſeptem, octauus eſt: & non eſt octauus numerus? ſeptem enim ſunt, quoniam tria capita interierunt. Anne beſtiæ nomen inenarrabile eſt: & ſicut Dei, innominabile? Abſit. An non nouerat beſtiæ nomen, qui numerum dicebat nominis? Primum, cognouit nomen; & ſic computauit numerum. primum cognouit ſyllabat, & ſic in elementa * diuiſit nomen. Primum, appellauit nomē, apud ſeipſum: & ſic deinde ex elementis conijciens numerum, dixit, quod ſexcenta ſexaginta ſex elementa complementum atque perfectionem habeant. Sic ergo & in mille annis, incomprehēſibilitas vitæ æternæ ſignificata eſt. Nam ſi dies vna apud Dominum, ſicut mille anni; quis poterit enuntiare, quot ſint dies mille annorum, & tantorum dierū millia millium; & decies millena millia? Propter infinitatem igitur annorum, mille annos * dixit in reſurrectionis Sanctorū requie. Scio quod dixerit, iterum ſoluendū draconē: verùm in ænigmate id dixit. Scio rurſus dixiſſe, B quòd mulier aurea erit ciuitas, muroſque ex pretioſis habebit lapidibus. Intelligimus autem Eccleſiam mulierem eam eſſe, & ciuitatem ſimiliter eccleſiam. Intelligimus auream eam eſſe, propter excellentiam atq; præſtantiam: & ex lapidibus pretioſis, propter incorruptibilitatem. Eodem quoq; modo, ſerpens demonſtratur eſſe diabolus: & catena eius, Dei increpatio, & vinculum; quòd non amplius poteſtatem aduerſus humanum genus habeat. Diſſoluetur igitur, quando in Antichriſto veniet: vt oſtendat Deus illum premere humanum genus, vel ab ipſo recedere, non dans ei poteſtatem aduerſus illud. Sed quod paullò ante dicitur, videtur tibi admirationem afferre, quod non oporteret. nam de duplici aduentu locutus eſt, in quorum altero ligatur Draco, in altero ſoluitur. Ligatur in C priore aduentu, dicente Chriſto: Ecce, dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutē inimici. Rurſusq; ſoluitur ad breue tempus, dicente Paulo: eo quod non crediderunt veritati, impij: mittet illis Deus operationē erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati. Ideo & Saluator dixit ſolutionem ſerpentis, quoniā vſqueadeò erit efficax, vt ſi fieri (inquit) poſſit, etiam ſcandalizentur electi mei. Sed nunquid catēna ligabitur ſpiritus aliquando? nunquid in abyſſo tradetur carceribus? * Nunquid intellectuale animal, palpabile & tangibile erit? Verùm vt ex carceribus, atque tormētis, quæ apud nos ſunt, diſcamus inuiſibilia: ideo nominibus apud nos vſitatis, & inſtrumentis ad vlciſcendum ac puniendum aptis, lociſq; cuſtodię atq; incarcerationi deputatis, enarrationis gratia eſt vſus. Primam porrò reſurrectionem, & ſecundam dixit: quoniā duo ſanctorum ſunt ordines, duorum nimirum D teſtamentorum. oſtendere volens, eos qui noui ſunt teſtamenti, in priori reſurrecturos dignitate; & in poſteriori qui veteris ſuut teſtamenti: cum ſit vna reſurrectio, ſub eodem tempore conſtituta. quemadmodum & Paulus ait: Canet enim tuba, & omnes mortui reſurgent incorrupti. Et quod duos ordines dixerit, priorem, & poſteriorem reſurrectionem, affirmat Apoſtolus, dicens: Primitiæ Chriſtus: deinde hi qui ſunt Chriſti, poſtea finis. Quod verò vna rurſus ſit, & in vno tempore futura cunctorū reſurrectio, iterum Apoſtol⁹ ait Paulus: quoniam ipſe Dominus in iuſſione & in voce Archāgeli è cælis deſcēdet, & in ſono tubæ: canet enim tuba, & qui mortui ſunt in Chriſto reſurgent * primi. Deinde nos qui viuimus, in nubibus obuiam rapiemur. Ecce etiam nunc, ordine prioris * ac poſterioris explicatur reſurrectio: non vt in Apocalypſi exponitur, ſed commutat: nam ibi primam reſurrectionem iuſtorum ponit; deinde cunctorū: hic verò, primam omnium; deinde iuſtorum. Quocirca nihil obeſt ordo * prioris ac poſterioris. explicatio enim quæſtionem diſſoluit: cùm ſanctificationem iuſtos appellet, ac ſeipſum. Dixit etiā Moyſes: Deus Abraam, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus viuorum eſt, & non mortuorum: vt in duabus rebus iſtis. conſtet dici duas reſurrectiones, non quidē tempore, ſed ordine ac dignitate: quare ideo & Chriſtū dixit iudicē viuorum eſſe & mortuorum. Quin & Euangelium conſule; & duarum reſurrectionum * vnionem videbis, atque diuiſionem: cùm eodem tempore, & * practica ſententia fieri dicatur; ex eo, quod dicit: Statuet oues à dextris, hœdos autem à ſiniſtris. Ecce igitur, in eodem * vtrumq; dixit. Sed quia primū iuſtis Chriſtus dixit, quòd ipſi ibunt in vitam æternam: propterea & Ioan. dixit, iuſtos primū reſurrecturos. Et mille annos poſuit, pro * iucircūſcripto & innumerabili atq; immēſo tem-

Adl. ad Apo. 17.
Apoc. 17.
* ςεῖλε.
Alludit ad cap. 13. Apoc.
2. Pet. 3.
* al. conſtituit.
Apoc. 20.
Apoc. 17. 21.
Eccleſia, nomine mulieris intelligitur.
NOTA.
Apoc. 20.
Draco in Apoc. vt ligetur, & ſoluatur.
Lucæ 10.
2. Theſſ. 2.
Matth. 24.
Marc. 13.
* al. ſine interro.
τὸ νοερὸν ζῶον ἀψηλάφητόν ἐςιν, id eſt, intellectuale animal palpari nō poteſt.
PRIMA ET SECVNDA RESVRRECTIO QVAE SIT.
1. Cor. 15.
Ibidem.
1. Theſſ. 4.
* al. primum.
Ibidem.
* πρωθύςερον.
Apoc. 20.
* τὸ πρωθύςερον
Exod. 3. & Matt. 22. ac Mar. 12. & Lucæ 20.
* ἕνωσιν.
* διὰ πρακτικὴν ὑπόληψιν.
Matth. 25.
* al. in eodē dixit, ſtatuet; non nunc & poſtea, ſed, &c.
Apoc. 20.
Ibidem.

ἀντι ἀπεριγράπτου

tempore, vt ante dixi. Etenim Chriſtus, ex quo, ad peccatores dixit, quòd in ſupplicium ibunt æternum: nunquid iuſti poſtquam cum Chriſto mille regnauerint annos, iterum ad iudicium ſunt venturi? abſit. Quid enim? morienturne denuò, vt tertia propter eos reſurrectio fiat? Et quomodo dicit Paulus: quòd poſt reſurrectionē à mortuis, omnes nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, non prçueniemus eos qui dormierunt? perſpicuum eſt igitur fore, vt cum reſurrexerimus, omnes nos ſimul, iuſti & iniuſti, hoc eſt, viui ac mortui, tūc nō prçueniemus (inquit) nos qui viuimus * mori: ſed in nubibus obuiam rapiemur. Vide igitur, quod iuſti reſurgentes non amplius morientur, vt tertia reſurrectio fiat. Quod verò Chriſti prima ſit facta reſurrectio: deinde iuſtorum in lege, poſtea cunctorum peccatorum: quodque omnia ſimul momento temporis, non temporū decurſu tranſigentur * à Chriſto in ſeparatione illa, ipſe Paulus etiam ſeipſum adiunxit, dicēs: Nos qui viuimus, oſtendēs ſimul vtriuſque teſtamenti, reſurrecturos iuſtos cum peccatoribus. Et non eſt ſeparata iuſtorum veteris teſtamenti reſurrectio, ab illa quæ peccatorum erit: nec alia illorum, ab ea, quæ in Euangelio iuſtorum recenſetur. Et non dixit: Vos qui viuitis: ſed nos qui viuimus. At Paulus, ſub Nerone mortuus eſt, & in ſuburbijs * Romanæ vrbis ſepultus. Quomodo igitur quiſpiam poſſit opinari, tunc à Chriſto iudicium factum iri, ac ſeparationem illam vltimam, cum adhuc hominum frequentia in terris commorabitur? Quod verò rurſum, non quaſi iam aliquibus iuſtis reſurgentibus, & mille annos ſuper terrā regnantibus, dixerit: nos qui viuimus; exinde perſpicuū eſt, quod Chriſtus non eſſet cum ipſis in terra. Si enim cum ipſis non eſſet, ne ſimul quidem cum illo regnaſſent: quòd ſi non regnaſſent, quorſum reſurrexiſſent? Quo pacto igitur Apocalypſis conſummabitur ſermo? cùm dicat Ioan. quòd Chriſtus regnans præerit * iuſtis: quod ſanè etiam fiet. Si verò dixit, quòd tunc ex cælo deſcendet, iuſſurus Angelo, vt clangore tubæ ſonet reſurrectionem mortuorū: (hoc quippe eſt illud, deſcendet in voce Archangeli, præcurſoris atque præconis, & in iuſſione, ac ſono tubæ) quomodo conſtat, non fuiſſe in terra ante mille annos, ſed quando illuc acceſſit: quomodo igitur antea quidam iuſti ſurrexerant, vt annis mille regnarēt; cùm Chriſtus cum ijs in terra non eſſet? Verùm * neque ſic humiliter, Chriſtus in terram veniet, in ſuo aduentu: ſed in gloria atque honore. Ipſe enim dixit, quòd ſicut fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Verè igitur ciuitatem Hieruſalem, eam quæ de cælo in paradiſum deſcendit, dixit fore Apocalypſis. Hæc enim terra erit noua, quæ immortalitatis ſtatum ac conditionem continet. Valde ergo errant, qui dicunt localem fore ſecundum Chriſti aduentum; cùm palam ac manifeſtè ipſe dicat Chriſtus: Si audieritis dici: Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: ne credideritis. ecce in deſerto eſt, nolite exire. Hoc enim (ex cælo deſcendet) non dicit cum præconis voce non præeunte venturum, ſed in voce Archangeli, id eſt, Angeli proclamantis aduentum ipſius futurum: & per Angelum publicantem, quòd Chriſtus ſecundū ſuū velit aduentum peragere, ad ſeparationem iuſtorum, & iniuſtorum in terris. Quamobrem dicit, iuſſu Chriſti, Angelum è cælo deſcenſurum, & per mandatum ipſius quod Angelo datū erit, Chriſti deſcēſum futurū, vt diuina impleatur ſcriptura, de ſecūdo aduentu ipſius. Nam ſi & ſuper terram paradiſus eſt, oporteatq; in eo iuſtos cum Chriſto regnare: at certè ita quoq; cum ipſis Chriſtus erit, ſicut ſol lucens, & à Patre non ſeparatus: atq; à cælis nouis ſempiternè, efficaciterq; reſplendēs, vt facilis ſit iuſtis ad ipſum aſcenſus & ipſius ad eos deſcenſus, cùm gloriæ nube ſimul extollantur. Quemadmodum & Paulus ait: quoniam in nubibus obuiam rapiemur, & ſic ſemper cum Chriſto erimus, ſiue in terra noua paradiſi, ſiue in cælis nouis, vbi cæleſtis Hieruſalem, quæ eſt regnum Chriſti. Quin & aliud quiddam Paulus ſignificare volens, dixit Chriſtum in ſola iuſſione facturum eſſe reſurrectionem: vt cuncti homines ipſius aduentum conſpiciant. Propterea enim ait, quòd mortui reſurgent * primùm. quid ita? vt Chriſtum videant. Rurſus autem diuiſionem adduxit, quam & ipſe Chriſtus dixit, in agnis & hœdis. Vnde tanquam inter iuſtos cōnumeratus & ipſe Paulus, iſtud adiecit: nos qui viuimus; ſancti nimirum, qui * appellantur. Nam & Chriſtus dixit: ibūt hi in vitam æternam: quodq; iuſtorum dignitas ſit & amplitudo, audire ſeſe viuentes. Si * autem dixeris: ecce & iniqui æternis cruciatibus

addidiſti,

A

Matth.25.

Apoc.20.

1.Theſſ.4.

*vulg. eos, qui obdormierunt.

B

*al. quādo iam dicta à Chriſto ſeparatio fiet.

1.Theſſ.4.

Matt.13.24.25.

1.Theſſ.4.

*al. S.Paul. ſub Nerone mortuus, & Romæ in ſuburbijs ſepultus. de quo, in noſtris Schol.

1.Theſſ.4.

C

Apoc.20.

*ἡγίσεται τῶν δικαίων.

1.Cor.15. & 1.Theſſ.4.

*al. ſed neq; in hac conditione ac ſtatu Chriſt⁹ in terrā veniet humiliter.

Matth.24.

Apoc.3.21.

D

NOTA.

Matth.24.

Marc.13.

Lucæ 21.

Matth.25.

1.Cor 15. & 1.Theſſ 4.

Matth.24.25.

Lucæ 21.

E

1.Theſſ.4.

Ibidem.

*al. primi.

Matth.25.

1.Theſſ.4.

*οἱ χρηματίζοντες.

Matth.25.

*al non autem dices.

addicti, non ſunt vocati viuentes, & tamen viuunt: nam ſi in vita non eſſent, quo pacto cruciarentur? * audies quod vitam peccatorum, mortuam eſſe indicauerit. Ait enim Chriſtus: & ibunt hi in ſupplicium æternum. Bene ergo dixit Paulus, quod vidua quæ in delitijs eſt, viuẽs mortua ſit. Et Chriſtus iuſtorum iudex eſt, & iniuſtorum. Quoniam non omnis vita eſt ſimilis: viuũt enim & animalia rationis expertia, ſed à mortuis nihil differunt; ideo etiam qui iugulant ea, non * condemnantur. Et peccatorum vita mors eſt, quoniam corruptioni & morti adlaborant viuentes, vt ſupplicio moriantur æterno. Saluator dicit: Ego ſum vita. Rectè igitur iuſti, viuentes appellantur, quoniam Deo perfrui, in continua præſentis vitæ cõtemplatione, & nihil mali facere aut pati; illud eſt verè vita. Caput porrò ac ſumma eorum, quæ de reſurrectione ſunt dicta, eſt quod ſit vna: quodq; omnes in momento & ictu oculi citiſſimè reſurgemus. At quinam immutabuntur? ſancti. qua in re? quia viui ſunt; ſecundũ ſenſum atq; intelligentiam, * quam antea diximus. Vnde ipſe Ioannes oſtendit, quid ſit reſurgere, quoniam tranſiuimus (inquit) à morte ad vitam. Sic igitur primitiæ Chriſtus, quoniam ipſe eſt vita. deinde hi qui ſunt Chriſti: quoniam & ipſi immutati ſunt, ex mortuis facti viuentes. Deinde, inquit, finis, id eſt, peccatorum * condemnatio. Vitam porrò in eo poſitam eſſe, vt bene afficiantur & gaudeant, non iudicentur; cõtra verò mortem, teſtatur Chriſtus, cùm ait: Qui non credit ſermonibus meis, iam iudicatus eſt: qui autem credit in me, non morietur in æternum; & ſi mortuus fuerit, viuet. At vtraque res, nature carnis ineſt in vita: nimirũ, vt & mortem videat, & mortua non viuat. Alij autem pauciſſimi, ipſam vitam vilem, ac mortis participem faciunt. Illa ergo verè eſt vita, non iudicari & condemnari perpetuò. Quemadmodum enim mors eſt, ſupplicijs deputari æternis: ſic & vita, requiem obtinere æternam. Primitiæ, Chriſtus. Non dixit: prima reſurrectio Chriſtus, ſed tanquam ex manipulorum area, primitiæ. vt non dicas ſecundam reſurrectionem, dum audis: deinde hi qui ſunt Chriſti. Non enim propter tempus aliquod, dixit hoc: deinde hi qui ſunt Chriſti: verùm ob * perfectionem Dei. Poſtea, inquit, finis: non quod poſt reſurrectionem conſummatio, verùm quia poſt ſanctorum plenitudinem, cùm non amplius futurus eſt ſanctus, humanum genus tanquam Deo inutile conſummabitur. Dicit enim Paulus, non iniquum eſſe Deum, qui infert iram ſuam aduerſum homines. Si porrò primitiæ Chriſtus; cur ſeparationem * atque diuiſionem dixit: deinde hi qui ſunt Chriſti? Non ſanè propter duas reſurrectiones, primam & ſecundam, dixit hoc: deinde hi, qui ſunt Chriſti, & tunc finis. Nam ſi ita eſt, etiam infidelium primitiæ, Chriſtus inuenietur. Sed abſit hæc à nobis cogitatio. Non enim impiorum primitiæ Chriſtus; ſed piorum ac iuſtorum duntaxat. Quomodo verò reſurrectio ante * cõſummationem erit, quando Chriſtus veniet in ſecundo aduentu ſuo? Quòd ſi veniet, vt cum iuſtis regnet; & iterum reuertitur, ac denuò iudex * fit; tres aduentus faciet. Et quo pacto in nulla iſtud Scriptura cõſcriptum reperitur? quin & impoſſibile id eſt. Nam ſi ante conſummationem venerit, mundus adhuc corruptibilis exiſtens, etiam iuſtos corruptioni obnoxios reddet, rurſusq; morientur. At non ita ſe res habet: Statutum enim eſt, inquit Apoſt. omnibus hominibus ſemel mori, poſt hoc autẽ iudicium. Sic & Chriſtus ſemel mortuus eſt, & mors vltra in illum non dominabitur. Vna ergo erit reſurrectio, viuorum & iniquorum, in momento, & in ictu oculi * inuadens. At te porrò pænitentiæ filium meus dirigitur ſermo, vt diſcas quantorũ ac qualiũ te bonorũ participem efficiat pænitentia. A ſanctis locis facta eſt præteritio atq; tranſgreſſio: vt intelligas bonũ eſſe * fœnori dare Deo præſentia, & vanitatibus non illudi. Si Deo dederis quæ tibi in exercitiũ tradidit, cõfundes ac dedecorabis ſerpentẽ: quoniã inane & momentaneũ oblectamentũ ſpreuiſti, per quod primos * parentes ſupplantauit. Si gloriam corruptibilẽ contempſeris, Deo ſoli * perſpicuũ teipſum reddes, & draconẽ deuaſtabis: nam primis parentibus, glorię diuinitatis deſiderium ſuggeſſit. Si nolis videri ſapiens ac prudens in vita, & circumſpectus; perterrefacis inimicũ: quia per ſcientiam & cunctarum rerum * experientiam, conatus eſt primos decipere parentes: comede, inquit, fructũ * duplicem; & eris ſicut Deus, habens ſcientiam atq; experientiam boni & mali: neque amplius opus tibi erit aliquo alio. Perſuaſa eſt mulier, oblectata eſt dul-

cedine;

* al. ſed vitã peccatorũ mortuã indicauit.
1. Tim. 5.
Matth. 25.
* ἀκατάκριτοι εἰσι.
Ioan. 14.
1. Cor. 15.
Ibidem.
* al. quemadmodum prius diximus.
Ioan. 5. 11.
* ἀπόφασις.
* al. ſententia, ſitque alluſio ad illa: neſcio vos, &c.
Ioan. 3.
Ioan. 11.
Verè vita quænam ſit.
1. Cor. 15.
Ibidem.
* πρόκρισιν.
Rom. 3.
1. Cor. 15.
* διαίρεσιν.
Ibidem.
* πρὸ τῆς συντελείας.
* al. iudex aduenit.
Hebr. 9.
Rom. 6.
† ἐνισταμένη.
Apoſtrophe ad reſipiſcenes.
† Κιχρᾶν θεῷ.
* πρωτοπλάστους.
Geneſ. 23.
* al. ſolum.
Gen. 2. 3.
Eccl. 25.
* al. intelligentiam.
Geneſ. 2. 3.
* Fructũ duplicẽ dicit ob geminã ſcientiam, boni ſcilicet, & mali.

cedine, multarum rerum appetijt experientiam atque ſcientiam, de qua ſecum A
animo cogitabat, vt ne vlla re indigeret. Extendit manum, & opere tranſgreſſionem
perfecit. Non ſerpens fructum accepit, & mulieri tradidit: non enim volebat
hominem fructus malitiæ eſſe expertem. Eua itaque eum accipiens, comedit.
Nam Deus vitio obnoxium * ac ſubditũ hominem non damnat, niſi re ipſa &
opere perfecerit. Efficitur aũt etiam cogitatione opus: nam conſenſus, mentis ac
cogitationis eſt manus. Exempli gratia: inuidia manu non fit, verùm animo perficitur.
Conſidera igitur & pænitentiã in ſimilibus fieri delictis: ac propterea ſermonem
de primis longiorem feci parentibus, vt te pænitentię terminos ſcite doceam.
Sermone * perficitur diffamatio: nihil enim hic manus iniuriæ infert. Sic
ergo pænitẽtiam age, vt creditorem inducere queas ad remittendũ tibi debitum. B
Quinquaginta denarios, & quingentos tibi remittit Deus: vide, ne vltra addas, vt
non ſicut Eſau, pænitẽs reproberis. Duo debitores, peccatores deſcripti ſunt: quoniam
duo ſunt charitatis præcepta, in Deũ nimirũ, & in proximũ. Si in hominem
peccaueris, quinquaginta denarios debes: at ſi in Deũ impius fueris, quingentos.
Duo ergo debita, animæ ſunt & corporis. Quinquaginta denariorũ debitum, corporis
eſt, at quingentorũ animæ & intellectus. Qui negat, ab anima facit malum:
vel extrinſecus * appetitus, & oppugnatus; vel à memoria, aut ab excandeſcentia,
vel à contemptu. At qui fornicatur, ab vtroq: malum cõmittit, ab anima & corpore:
aut per inflãmationem, aut per inflationem, aut per delitias, aut ob aliquam
* domus, & hoſtiũ euerſionẽ. Adhibet anima linguam in negatione, & corpus
mentis operatione vtitur, ad perficiendã fornicationẽ: & propterea tanquam
* ſeſe adiuuantia, pariter condemnantur: quare & ſimul pœnitentiam facere debent.
Ad impietatem homicidij anima cor adhibet: ad * lucrũ auaritiæ, artificio C
& aſtutia vtitur: ſimul ambo malũ faciunt, quare & ſimul pænitentiam agere debent.
Quoniam igitur Eſau non legitimè pænitentiã fecit, reprobatus eſt. Quamobrem
non pænitentia imbecillior fuit, ad reconciliandum peccatorem, ſed leuitas
actionis, radicẽ acerbitatis continebat in mente, quemadmodum ait Apoſtolus
Paulus. Herbam detondit, ac radicẽ reliquit: & videbatur pænitẽtia, at non
erat pænitentia, ſed * impoſtura. Lacrymatus eſt, non quia peccauit, ſed quòd Deum
non illuſerit. plangebat, poſtulans benedictionem: non vt Deo gratias ageret,
verũ vt carnalibus frueretur. intus radix erat amaritudinis: at folia, id eſt, verba
in ore. mente impietatem cogitabat, & ore benedictionẽ curabat. occupabat
mentẽ malitia: & per ſolam linguam, voluit benedictionem * lucrari. Sed iſta cur
dico? vt tu, ſi amaritudinem in anima habeas; primùm eam radicitus euellas, ac D
poſtea ſic ad Deũ accedas. Non nouit medicus dolorẽ ac morbũ ægrotantis: verũ
non ſic Deus. Ideo pænitentẽ noſſe oportet, vbi vulneratus ſit. Dicit igitur Deus,
velut medicus: Dic tu * primùm peccata tua, vt iuſtificeris. & ne alia pro alijs dixeris:
nam tibi ipſe iniuriam facis. Luges inſtar Eſau? & interius excandeſcis tanquam
ſerpens? non te * admittit Deus, ſic pænitentem; ſi ipſum de venia obſecras
& iram aduerſus aliquem foues: efficeriſq́; inſtar Eſau, contra Iacob, qui optabat
benedictionem accipere, & ſperabat Deum ipſi in necem fratris auxiliaturum: factusque
eſt fletus eius execrabilis: quoniam luctum parentibus cõciliauit. Quem
rogabat, & ipſi benedictionem impertiretur; hunc mori optabat, dicens: quando
morietur pater meus, & occidam Iacob fratrem meũ? Non ſolùm fatricidã eum
iracundia atque indignatio effecit, ſed etiam parricidam: nam ſemper malitia occultata,
ſcelus adauget. vnde progreſſu temporis, ipſum etiam Deo odibilem excandeſcentia E
reddidit. Noſti ań peccaueris; & num ſpiritale ſit peccatum, an carnale?
quemadmodum noſti, ita & pænitentiam facito. Nam pænitentiæ non eſt
impoſſibile neq; difficile, etiam mortuam animam, viuam exhibere Deo. Peccatum
ſpiritale, ad mortem reſpicit, ait Ioannes. Sic ergo pænitentiam age, quaſi de
vita deſpérares: vt per mortem corporis, animæ mortẽ extermines. Dixit quoq;
ad ſuos diſcipulos Saluator: qui perdit animam ſuam, inueniet eam. quo pacto?
quoniam qui mori per pænitentiam eligit: per gratiam in ipſo viuet. Incurabilia
medici non ſanant, inquit, neque cuncta peccata Sacerdotes placant atq; conciliant.
Et quomodo quidam putant, ſe in Eccleſia quoduis peccatum iure ligare,
ac ſoluere? Nam & impius Sacerdos ille, qui ſoluere conabitur, quæ ligauit Deus.
Solius

Geneſ.3.
Eccle.25.
Ibidem.
Vide Schol.

* ὑπήκοον.

*al. Verbo infamant homines, nullam enim hinc manus iniuriam infert.
Lucæ 7.16.
Gen.25.27.
Deut.6. & Matth.22. Lucæ 10. &c.

† ἐξωβληθείς, de his, in Schol.

† al. οἴνου vini, ſed rectius οἴκου.

*al. velut ſimul ad opus concurrenti, condemnantur.

* ἐρανισμόν.

Geneſ.25.27. Heb.12.

Hebr.12. & Deut.29.

* ἐπίθεσις.

Geneſ.27. & Heb.12.

* ἐμπορεύσασθαι.

NOTA.

Eſa.43.
* al. primus.

* al. non tuam eiuſmodi pœnitentiam accipit Deus.

Geneſ.27.
Abd 1.

NOTA.

Ioan.5.
Matth.10.16.
Ioan.12.
ὑποφορὰ hæc videtur eſſe hæreticorum: contra quos, hic Ephræm.

Solius quippe Dei eſt, fratres, à mortuis ſuſcitare: at pænitentiam etiam conceſſit hominibus, in malis incurabilibus. Dauid inſanabile habebat vulnus: at ita illum ſanauit pænitentia, vt neq; * cicatricem retinuerit vulneris. per pænitentiā quippe eius adductus eſt Deus, vt exterminaret adulterij & homicidij maculam. Non per ſacerdotes, & vitulos: verùm pænitentia, omnem Manaſſes impietatem deleuit. Moyſi præcepit Deus, vt cunctos gentes Chanaan diſperderet, atq; exterminaret: & abſq; ſacrificijs ac ſacerdotibus, confeſſio Gabaonitas non ſolum conſeruauit, verùm etiam vt Iſraëlitis aggregarentur, effecit. Fides, per cōuerſionem ad Deum, meretricem Rhaab, ſanctis adnumerauit; cùm & meretrix eſſet, & Chananæa: quam conditionem vtranq; lex capitalem eſſe decreuerat. Ammanitas, & Moabitas in æternum cū exhæredaſſet, abdicaſſetq́; Deus: Ruth licet Moabitidem inter pias mulieres admiſit: quippe ex qua ſanctiſſimum Dauid produxit: cuius reuera iniquitatis vera pænitētia effecit, vt ne veſtigiū quidem in illo remaneret: quippe quæ ita adulterij circatricem * deleuit, vt etiam à conſtuprata Beſabee, Salomonem Regem conſtituerit. Sicut etiam ipſe pænitens precatus erat, dicens: Secundū multitudinem miſerationē tuarum, dele iniquitatem meā. Exauditusq́; eſt vir, non per ſacerdotem ac legem, ſed per pænitentiam, quæ in Eccleſia prædicatur: quia eximia * & admirabilis eſt pænitentia, quoniam etiam legē ſuperabat. Rectè quoq; ait: in pænitētia, & in Deo meo tranſgrediar murum. nam lex veluti murus, impiū vetat ad Deum accedere: at pænitentia alas ei præbēs, efficit vt altius euolet vſq; ad conſpectū Dei. Superat ſententiam, & per pænitentiam, ſubijciens ſe Deo, oſtendit ſacerdotibus legis, quæ ipſi placare ac conciliare nequeunt, pænitentiam facili negotio efficere. propinqua Saluatori eſt eius potentia: quoniam quos lex non iuſtificat, pænitentia perficit. Non erat perfectus Dauid, quoad legē: at certè Eccleſiæ * prædicatione iuſtificatus eſt. Pænitentia multos conſeruat: at legis gladius cōtra eos eſt: quippe * quæ eos tenet vt de medio tollat, niſi legitimè reſipiſcant. Væ hæreticis, dicentibus non eſſe pænitentiam. ex his enim inſipiētes ſunt, qui dicunt, non eſt Deus. Nam ſi in hominibus infirmis, & medela indigētibus, non eſt pænitentia: ſimile erit dicere, non eſt Dominus Deus. In lege veteri pænitentia viguit, vbi ſupplicij metus in tranſgreſſores exacuebatur: & in Eccleſia non erit pænitētia; vbi gratia, & dignis & indignis, ſicut ſol exoritur? Elegit Deus proprias ſententias in Synagoga mutare, vt pænitentiæ gratificaretur: & in Eccleſia ipſum repudiabit? Non eſt ſanè, ſicut hæretici dicunt: nam pænitentia Eccleſiæ vnita eſt; nouitq́; eos, qui non permanent in impietate, Deo adducere, atq; reconciliare in vitam æternam. Ipſe dixit, ſeptuagies ſepties remittendum eſſe in nos peccantibus: & non vincet homines, benignè cùm ijs agēs? Publicanus ſua humilitate vicit Phariſæum, & tu dicis Deum benignum non eſſe? In iuſtificationibus legis, ſeſe iactabat Phariſæus: at Publicanus ſua adnuntiabat peccata; & ſine opere, pænitentia confitentem iuſtificauit, cur ita? vt multi ad pœnitentiam conuertantur. Et tu negas Deum benignum eſſe; negasq́; peccatorem ab eo ad pænitentiam recipi? Dic * primus peccata tua, vt iuſtificeris, ait Deus. Tantam indulgentiam in crudelitatem conuertis, ô hæretice? A verbis inchoat pænitentiæ principium: quoniam quæ verbo fit confeſſio, initium pænitentiæ eſt; propterea & ſalutis initia dantur Publicano. nec perfectè ipſum debitis liberarunt, quia nondum perfectè pænitentiam fecerat. Diſce Dei rigorem & * accuratam exactionem; & intellige pænitentiæ vtilitatem. Pro actionis ratione, mercedem tribuit. Verbo confeſſus eſt: & ad efficacis pænitentiæ profectum receptus eſt. Nam quid Publicanus ait? Domine, inquit, propitius eſto mihi peccatori. Quid verò ad ea Chriſtus? Amen dico vobis, quia iuſtificatus deſcendit Publicanus ſupra Phariſæum. Non dixit, quòd à * condemnatione liberatus, iuſtificatus ſit; vt formam tribuat, quo pacto ſtrenuè pænitere oporteat: ſed pluſquā Phariſæum, iuſtificauit ipſum; vt à comparatione diſcamus, reſipiſcēdum eſſe non ſolo verbo, ſed etiam opere. Iuſtificata eſt Sodoma à Hieruſalem, ſicut ait Propheta Ezechiel: non ob virtutem, ſed propter exceſſum impietatis Iudæorum; ſi cum Sodomitis conferantur. Sic quoque Publicanus eſt iuſtificatus, in comparatione ad Phariſæum. Latro, confeſſus verbo, ſaluatur: non enim ſupererat ei tempus, vt etiā opere pænitentiā ageret. Ex mutatione animi propoſitū, & voluntatem efficacem oſtendit: quia ſi

Pœnitentia Dauid.

†ὡς μηδὲ οὐλήν.

Locus Gregorij Naziāz. in orat. in ſanctū Baptiſma contrarius videtur: ſed benè examinatus, non reperitur contrarius.

Heb. 11.

Deut. 24.

†ἐξαλείψασα.

2. Reg. 11.

Pſalm. 50.

†ὑπερφυής.

Pſalm. 17.

*al. præconio.

*al. qui.

Contra Hæreticos pęnitentiā negantes.

Hæreticorum errores confutantur.

Matth. 18.

Luc. 18.

Ibidem.

Eſa. 43.

†al. primum ſed apud LXX. eſt primus, vt hic.

†ἀκρίβειον.

Lucæ 18.

Ibidem.

*καταδίκης.

Ezech. 16.

Lucæ 18.

Matth. 27. & Lucæ. 23.

ſpatium temporis habuiſſet, ſtrenuè reſipuiſſet. Quemadmodũ igitur verbo poteſt A
impius condemnari: ita etiam verbo pius effici poteſt. Moyſes etiam tacens
Num. 12. clamabat ad Dominum: ergo etiam cogitatione conſequi licet remiſſionem.
1.Cor. 14. Orabo ſpiritu, inquit Apoſtolus Paulus, orabo & mente: vt ſignificet vtrumque
vtile eſſe, vt vnumquodq; quando fuerit tempus, poſſe fieri. ſin verò & alterutrum
Apoſtrophe ad pœnitẽtiæ contemptores, atq; hæreticos. è duobus ſolũ, ſpiritali attendendũ eſt contemplationi. At te ſermonẽ conuerto,
qui pænitentiam obliteras, ac reijcis: quoniam & in Eccleſia mos eius ſeruatur, ac
ratio. Noui, te dicere, poſt baptiſma non eſſe pœnitentiam: verùm nõ rectè dicis.
Qui enim adoptionis nobis gratiã per baptiſma donauit, nonne etiã remiſſionis
A MAIORE AD MINVS, EXEMPLA. peccatorũ gratiã præbebit? Qui magna donat, in paruis non ſe benignũ exhibebit? Qui mortuis reſurrectionẽ concedit, infirmis ſanitatem nõ dabit? Qui cęcis B
oculos donat ad videndum; eos diſtillatione laborantes ac lippientes nõ exteret
atq; deterget? Qui vibices ac cicatrices purgat, ſcabie laborantes non curabit? Qui
libertatẽ ex ſeruitute tribuit; defenſionis collõquiũ auerſabitur? Qui adoptionẽ
*τὸ πάντων ὑπέρτερον. præſtat; confitentem filium non ſuſcipiet? Ex ſeruo filium effecit, & aberrantem
filium non aſſumet? Magnum, & quod cuncta * ſuperat, non ægrefert Deus, ſenimirum hominum vocari patrem: & puſillũ renuet, vt filiorũ confitentiũ * pro-
* al. propitiatio. CONTRA HÆRETICOS. pitiator fiat? Non aſſentimur tibi, ô hæretice, volenti diuinam damnare benignitatem. Habeo fontem, & tua non indigeo ſiccitate. Habeo Chriſtum & tuam redarguo iniquitatẽ Pro nobis mortuus eſt, & non intercedet pro nobis? Pro nobis
dignatus eſt crucifigi, & miſereri recuſabit? Si tantopere dilexit nos, vt etiã alapis
propter nos cæſus ſit; & cùm fontẽ habeat miſericordiæ, eſurientes deſpiciet? Si
quis diuitijs abundans, ſeruum aut filium redimere velit; proponatur autem ipſi, C
vt pretium redemptionis pendat, vel moriatur: nõne pretium perſoluere malit?
Si Chriſtus fontẽ miſericordiæ non haberet; fortaſſe quis diceret, eum ideo mortuum eſſe, quod non haberet vnde dilectũ redimeret. Rem ſummam * & eximiã
* ὑπερφυές. fecit, & vilem atq; abiectam ipſi non præſtabit? Nos, cùm impij eſſemus, nõ repudiauit, & reſipiſcentes non ſuſcipiet? Peccantes ad ſe inuitat, & allicit, & conuerſos auertet? Maledicorum miſertus eſt, * & obſecrantibus miſericordiæ viſcera
*al. & in orantes miſericors non erit? non præbebit? Verùm ſemel, inquies, miſeretur, & poſterius punit. Quid? hodiene pater eſt, & cras inimicus efficitur? hodie amat atque deſiderat, & cras ob paupertatem odit? Hodie benignus eſt, & cras inhumanus, atq; crudelis? hodie adulationibus atque blanditijs inductus, facit ac præbet, & cras prudentior factus, ſe illudi * non ſinet? Apage, non eſt id, * quod dicis, ô homo. non eſt, inquam, inua-
ȣκ ἐμπαίζεται; *al. non eſt ita vt dicis, ô homo. riabilis enim Deus eſt, & incommutabilis. Idcirco etiam Paulus ait, ſine pæni- D
tẽtia eſſe dona Dei. Et quomodo, qui orare iuſſit, ac dicere: Dimitte nobis debita
Rom. 11. Matth. 6. noſtra; dimittere pœnitet? Nunquid ad catechumenos dixit, vt orarent? Nonne
Chriſtianorum eſt oratio? Quo pacto ergo dicis, poſt baptiſma non eſſe pænitentiam? Imò, inquit, Paulus ait, impoſſibile eſſe, eos qui ſemel illuminati ſunt, rur-
Heb. 6. ſus reuocari ad pænitentiam, rurſumq; crucifigere ſibimetipſis Chriſtũ, & tranſgreſſores recipi. Breuiter ergo tibi ſenſum * dicti exponã, ne in longam narratio-
* al. mẽtem, ac ſenſum hæreſis. Sententia Apoſtoli explicatur. nem oratio protrahatur: non de pænitentia id dixit Paulus, verùm de ſecũdo baptiſmate, quòd iterũ baptizari eũ ſit impoſſibile, qui ſemel in Chriſto baptizatus
Rom. 6. eſt. quoniam idem ait Apoſtolus: quicunque in Chriſto baptizati * ſunt, in morte
*al. baptizati ſumus, in morte eius baptizati ſumus. ipſius baptizati ſunt. Propter baptiſma igitur, dixit impoſſibile eſſe, eos qui prolapſi ſunt, rurſus crucifigere Chriſtum, id eſt, rurſum baptizari. Vna eſt Crux, vnũ
Epheſ. 4. eſt (inquit) etiam baptiſma. Si ſecunda crux eſt, erit & ſecundum baptiſma. Ad
Heb. 6. Hebræos quippe ſcribens, volebat oſtendere, Chriſti baptiſma non eſſe commune. de baptiſmate igitur loquitur: putabant enim id * legali eſſe ſimile. Vt er-
*τῷ νομικῷ. Heb. 6. go perſuaderet ijs, diuinum illud eſſe, dicit: apud nos impoſſibile eſſe, eos qui
prolapſi ſunt, iterũ baptizari. nam diuerſa ipſi faciunt baptiſmata. Quemadmodum etiam antea, de purificatione verba faciens, repræhẽderat: & Chriſtus quoq;
oſtenderat, legale baptiſma eſſe cõmune; cùm diceret, Phariſæos aſſiduè baptizari
Matt. 23. ac lauari, cum eſſent immundi. Ait enim: ne quod foris eſt calicis, & paropſidis
*al. immũditiæ. Hebr. 6. laues; ſed quod intus eſt, plenum rapina & * amaritudine. Non ergo dixit Paulus
de pænitẽtia, impoſſibile eſſe ſemel illuminatos reſipiſcere: ſed, de non rebaptizando. Tu quidẽ cogitationibus, ac ſolis verbis perperam vſurpatis vteris: at ego tibi,

A tibi, re ipſa, ac ſenſu verò teſtimonium Apoſtoli proferam. Oſtendo tibi verba
tua calumniari, falſoq; accuſare Apoſtolũ; teq; ad pœnitentiã cohortor. Galatis
à fide diſſidentibus, quid dicit? Filioli, inquit, mei, quos iterum parturio, donec Galat.4.
formetur Chriſtus in vobis, quoniam geniti erant * parturitionibus Pauli, id eſt, * al. doloribus Pauli.
tentationibus & ærumnis ipſius. Et cur dixit, quos iterum parturio: niſi quòd iam
in Chriſto baptizati eſſent? Si autem ciuitatis Eccleſiam totam fideliũ hominum
qui à fide receſſerant, non abiecit; perſpicuũ eſt, & in ea quę ad Hebręos eſt, ipſum Heb.10.
pænitentiam non repudiaſſe: verùm ſecundo, aut ſæpius baptizari, labefactaſſe
ac refutaſſe. Nunquid dicebat ad non baptizatos: Currebatis bene, quis vos faſcinauit Galat.3.5.
veritati non obedire? Nunquid dicebat non baptizatis: Tanta paſſi eſtis ſine Galal.3.
cauſſa? ſi tamen ſine cauſſa. Nonne ad non baptizatos aiebat: qui ergo tribuit Ibid. Gal.3.
vobis ſpiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei?
B Quòd ſi Apoſtolus credentibus non pręcidit pænitentiam; tu dicere audebis, poſt
baptiſma pænitentiam non eſſe? Dauid dicit: Spiritum ſanctum tuum ne auferas Pſalm.50.
à me: & quomodo qui poſt gratiam Spiritus ſancti peccant, non habent pænitentiam?
Propheta erat: at poſt peccatum pœnitẽtiam egit, & Deus ipſi veniam conceſſit:
mihi autem legitimè pœnitenti non indulgebit? Dicit ille: Redde mihi Ibidem.
lætitiam ſalutaris tui: ablata quippe ab eo per adulteriũ erat, verùm per pænitentiam
reddita eſt, quoniam deinde ad mortem vſque prophetauit. Petrus Apoſtolus,
poſt acceptum Apoſtolatum, cùm virtutes feciſſet, & ſigna per gratiam Spiritus
ſancti, & baptizaſſet in Hieruſalẽ, negauit Chriſtum; & facta pænitẽtia, non
eſt repudiatus: fleuit enim amarè, & dulcedinem gratiæ cõſecutus eſt: nam Chriſtus Matth.26.
C ipſi condonauit. non enim remittere poterat homo. Scandalizatus aũt erat Lucę 22. De hoc vide
præſenti comprehenſione: & non Deum negauit, ſed ſcandalum crucis, pro excuſatione Scholia.
adducens comprehenſionem Chriſti: quare & Deus ipſi, præter opinionem Similia ſunt
ac voluntatẽ neganti, citius ignouit. Deus erat Chriſtus, etiam ante crucem: apud Theodorit. in Oration.
verùm diuinitas cunctis ſuper terram occultabatur. Non videbet Petrus id, quod de Charitate.
inuiſibile erat: ſed in id, quod cernebatur, tunc raptus recidit: veruntamen cùm
pænitentiam egiſſet, admiſſus eſt. Ne pro contemptionis prætextu, adducas Petri
negationem: ille quippe imprudens abreptus eſt: at tu fidem conſtanter & imperturbato
animo habere, atque tueri debes. Diuturna confirmatus doctrina, mox
Chriſtum obtinuit, & veniam conſecutus eſt: ignoras autem tu, an dimiſerit, aut
non? Neque enim licet hominibus iſta cõcedere, quamuis fuerint vt Noë, & Iob, De hoc, in
ac Daniel. Neceſſitas reſpondet pro Petro: & cõminationes mortis, ijs qui ſine neceſſitate Schol.
D quid tale cõmittunt. Tenebræ enim ſunt dies Domini, & non lux. Eſt ergo Amos 5.
pænitentia, ô homo: nam nihil Deo impoſſibile. Illis porrò non eſt pænitẽtia
qui ad peccandum pænitentia abutuntur, tanquam ad lucrum & quęſtum. Qui
perſeuerat in peccato, ſpe pænitentię; non obtinet pænitentiam. & in talibus dictum
eſt, non valere pænitentiam, quia Deum illuſoribus oblectari arbitrantur.
Qui Deum deſpicit, vt Deo placeat; quo pacto pænitentiam poſſidet? Qui nouit Iſtud explicatur
peccatum pernicioſum eſſe, & ab eo non abſtinet, indignus venia poſt mortem in Schol.
erit: quoniam nequitię ſeruum ſe reddidit. In iudicio non eſt pœnitentia: quia
Iudex non ad ignoſcendum conſiſtit, verùm ad dijudicandum ex actionum confeſſionibus.
Sententia in iudicio ſequitur: & quomodo poſſibile erit, pœnitentiam
in reſurrectione agere? Si * tamen reſurgeremus ad liberorum propagationẽ, * al. ſi enim reſurgeremus.
& alium vitę ſtatum; ſpes nobis eſſet pœnitentiæ, tanquam rurſus vitæ exercitiũ
habentibus, & voluntatem liberam, & mentem atque cogitationem in noſtra
poteſtate. Nemo vidit latronem coram * tribunali vinculis liberum, neque ad *al. coram Iudice
ulterum, neque ſepulchrorum depopulatorem ſecurè incedentem: ſic igitur & A SIMILI.
in iudicio, pro vinculo habemus reprehẽſionem, & pro cuſtodia increpatoriam
*exhibitionem, ac pro ſeruitute conſciẽtiam; & voluntatis impetum otiantem *ἐπιτίμιον
atque ceſſantem, ob iudicis inquiſitionẽ. Non pręḋico pænitentiam, vt non contemnas: παράστασιν.
ſed neque reijcio eam, vt non deſperes. Non dico, vt nũc deſpicias, & tũc
pænitentiam agas. Non doceo in vita peccare, & in iudicio reſipiſcere. Ait etiam Pſalm 6.
Propheta, in inferno confeſſionem non eſſe. Licet quoq; peccantibus nobis poſt Eſa.38.
baptiſmũ pænitentiam agere; non licet autem in pænitentia ſpem ponentes contemnere.
Si ſcienti bonum & non facienti, peccatum eſt illi; multò magis malum Iacob.4.

† Locus in Græco, de mendo ſuſpectus videtur. ſcienti, & illud facienti. Si porrò res bona ſit pænitentia, qui eam differt, malum A
facit: & hæc aduerſus eum indignabitur, & conqueretur; quòd putarit ipſam *reformidare
malum, ita vt iuuare te nequeat, Quòd ſi vitio, & malitia gaudens, in
ijs perſeueras, etiam te auerſabitur: quoniam cum eius bonitatem noſſes, nequitiam
illi prætuliſti. Pænitentia remiſſionem prædicat: non libens autē admittit
ſpernentes ipſam. permanet verò cum ijs qui conuertuntur, & in malitia perdurantes
Prouer. 18. deteſtatur. Audi quid dicat Deus: Impius cum in profundum malorum ceciderit,
Prouer. 1. 21. Mich. 3. & Zach. 7. contemnit. Proinde ait: Clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Dicis
poſt baptiſma non eſſe pœnitentiam? Et quomodo ait Euangeliſta Ioannes, quòd
1. Ioan. 2. Chriſtum aduocatum habeamus apud Patrem, & quòd ipſe propitiatio pro peccatis
noſtris ſit; non pro noſtris aūt tantùm, ſed etiam pro vniuerſo mundo? Et ſeipſum
comprehendit Sanctus, vt oſtendat tranſire etiam pænitentiam ad eos, qui
poſt tantam talemque gratiam peccarunt: & tu dicis, poſt baptiſma pænitentiam B
Matth. 18. 25. non eſſe? Tu ſeruus ille es nequam, qui talentum fodit in terra. non enim pænitentiam
prædicaſti; vt ſermo per eam, animas peccatorū in ſalutis acquiſitionem,
à condemnatione lucrifaciat. Diſcite igitur impium ac nefarium eſſe, non parere
*κεφαλιξωμεν. pænitentiæ. Cùm ergo à talento hic ſermonem auſpicati ſumus, in talenta *terminemus,
Deo ſalutem noſtram multiplicantes: vt in reſurrectione vniuerſali
nos recipiat, miſericordia ac commiſerationibus, & benignitate Domini noſtri
Ieſu Chriſti. Cui gloria, & potentia, in ſempiterna ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

IN longiſſimo hoc ſuo de Pœnitentia Sermone, aut potius Tractatu, mira ingenij acrimonia, doctrinæ atque iudicio Auctor ex fontibus ſacrarum Scripturarum veteris & noui Teſtamenti, præclarè, eruditè, ac plenè vniuerſam naturam atque conditionem veræ Pœnitentiæ perſequitur, tractat, & explanat, varioſq; eius effectus & vtilitates eximias proponit; & quæcumque ad eam illuſtrandam pertinent, in medium adducit. Adhæc, falſas hæreticorum ſententias acerrimè confutat, & veritatem vbique tuetur, plurimaq; Scripturæ loca huc facientia citat, conciliat, & explicat, ſicut Lector ſingula diligenter peruoluendo, reipſa comperiet. Cui, ſi & alios huiuſce Argumenti, tam Græcos quàm Latinos placebit videre Auctores, eos alibi à nobis copioſè, ſigillatimq; citatos inueniet in Scholio 4. Serm. S. Patris noſtri Ephræm de Pœnitentia, tom. 1. cuius ibi initium eſt: Quis obſecro, ſecum cogitans, expendenſque, &c.] *quò lectorem diligentem remittimus.*

Ipſe ſibi populus in Eccleſia, Sacerdos quodammodo efficitur, &c.] *Hic ne quis hæreticum impoſtor anſam cauillandi, & verba Auctoris noſtri in prauum ſenſum detorquendi, capiat; dicimus: Sacerdotium vnū ſecundùm doctrinam Catechiſmi Concilij Tridentini, in ſacris litteris reperiri duplex: vnum exterius, alterum verò interius. Externum quidem Sacerdotium eſt, quod non omnium fidelium competit multitudini, ſed certis duntaxat, ijs ſcilicet, qui legitima manuum Epiſcopi impoſitione, ſolennibuſq; ſanctæ Eccleſiæ ceremonijs inſtituti, & Deo conſecrati, ad aliquod proprium ſacrumq; miniſterium adſcribuntur; quodq; ſolùm ad ordinis Sacramentum pertinet. At interiori Sacerdotio omnes fideles præſertim verò iuſti, poſt Baptiſmum Sacerdotes dicuntur. de quo ita in Apocal. cap. 1. habemus:* Chriſtus lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo & Patri. *Et in priori Petri Epiſtola, cap. 2.* Et ipſi tanquam lapides viui, ſuperædificamini in domos ſpiritales, ſacerdotium ſanctum, &c.] *ac paullò ibidem poſtea:* Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, &c.] *Et apud Eſaiam cap. 61 ſic:* Vos autem vocabimini Sacerdotes Domini, miniſtri Dei omnes, &c.] *Et de hoc interno Sacerdotio, hic verba S. Patris noſtri Ephræm ſunt intelligenda, dum dicit:* Ipſe ſibi populus in Eccleſia efficitur Sacerdos. &c.] *quod ipſum etiam conſequenter Scripturæ locis à ſe citatis ibidem demonſtrat, ſubiectiſq; verbis apertè declarat, atque confirmat, nimirum iſtis:* At in Eccleſia etiam peccatores pœnitentiam agentes, Sacerdotes fiunt: quia ſeipſos Deo tanquam victimam offerunt, &c.] *De quo plura videre licet in varijs apud SS. Patres locis, ac præſertim apud S. Baſilium, libro ſecundo, de Baptiſmo, cap 8. & S. Auguſtinus lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 10. & S. Leonem Pap. ſerm. 3. in anniuerſario ſuæ aſſumpt. ad ſummum Pontificatum. ſiue vt antiqua Leonina magiſq; probata ibi habet lectio: in anniuerſario ſuæ ordinationis, ſiue conſecrationis. cùm & tres illi Sermones (vt ex ijs colligitur) potius in anniuerſario conſecrationis die, quàm electionis ſiue aſſumptionis ſuæ, cenſeantur habiti; ſicut & in noſtris ibi obſeruationibus oſtendimus.*

Adhuc

Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur.] *Locus eſt Ionæ 3. & ſic cum Auctore noſtro legunt 70. pro quo in vulgata eſt:* Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.] *quomodo etiam conformiter habent, Aquila, Symmachus, Theodotio, Syrus, Hebræi, & cæteri. ſuſpicaturq; Theodoretus, etiam LXX. legiſſe atque vertiſſe* (quadraginta) *& librariorum vitio factum eſſe* (tres). *Sed contra hoc alij dicunt, non eſſe veriſimile omnes codices eſſe corruptos, verùm Septuaginta reuera ſic vertiſſe,* (adhuc tres dies) *quia poſt factum verterunt, & Niniuitæ triduo per pœnitentiam commutati ſunt. cùm & verbum Hebræum* (ſubuertetur) *poſſit etiam ſignificare* (conuertetur.) *vt ſit: Adhuc tres dies, & Niniue remedio Pœnitentiæ conuertetur. & huic Ternario numero hic noſter inhæret Ephræm, cuius etiam pulchrè conſequenter myſterium exponit, varijsq; applicat.*

Poſtea vbi eſt: O pœnitentiæ gratiam, quoniam mundum tribus diebus inſtruxit, &c.] *al.* εἰς τὴν σωτηρίαν κατήχησεν, i. ad ſalutem inſtruxit, &c.] *vt referatur ad tempus trium dierum, quibus Ionas prædicauit Niniuitis, eosq; ad ſalutem reduxit, & per mundum intelligatur Niniue, per quā & hic poſtea totum intelligi mundum clarè oſtendit, ac in Niniuitis omnem humanam naturam, &c.*

Tu dixiſti Domine, quòd abyſſum velut vas vnguentarium reputet, &c.] *Adludit ad verba Iob 41. vbi pariter apud LXX. ſic legitur:* Feruere facit abyſſum tamquam officinam ærariam: putat autem mare, tanquam vas vnguentarium, &c. *Græcè* ἐξάλειπτρον] *quomodo etiam cum plerisq; alijs legit Olympiodorus. Aquila autem & Symmachus, ille quidem æquiualente ac clariore vocabulo reddit* (μυρεψητήριον): *hic verò,* ὡς ἀναβρασσομένην ἄρτυσιν, *id eſt, vt ebulliens condimentum) cui ferè vulgata lectio conſonat iſta:* & ponet quaſi cum vnguenta bulliunt, &c. *Iob 41.*

In lege non ſolùm idola demoliri fecit Deus, & aras atque delubra: ſed & cineres incenſorum lapidum atque lignorum extra caſtra eijci, &c.] *De ſubuerſione idolorum, & ararū ac delubrorum, clarus eſt locus Deuter. 12. At de incenſorum lapidum atque lignorum cineribus extra caſtra eijci ſolitis nihil expreſsè inueniri arbitror in lege: ſed 4. Reg. 23. ſic Ioſiam feciſſe, apertè habemus, quo reſpexiſſe Auctorem hic noſtrum veriſimile eſt. Colligitur tamen ſatis etiam ex lege, omnia eiuſmodi prophana, nefanda, & anathematizata, neceſſariò extra caſtra debuiſſe proijci. Nam ſicut poſtea extra templū & Vrbem: ita tūc cùm in tentorijs ac tabernaculis adhuc populus verſaretur, omnia immunda & prophanata extra caſtra proijciebantur. ſicut Leuit. 14. & alibi etiam patet in leproſis, ac ſimilibus; vt in Maria ſorore Aaronis, Numer. 12. Et ad id adludens ſanctus Paulus Hebr. 13. ait Chriſtum extra portam paſſum, veluti anathema factum pro peccatis noſtris. ſubditq; ibidem ſic Apoſtolus: Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes, &c.] Vt mirum hic videri non debeat, quòd S. Ephræm dicat cineres abominandos extra caſtra legis tempore, ac præcepto etiam Dei proijciendos. Nam cùm expreſſis verbis iubeat idololatrica omnia comminui, confringi, comburi, diſſipari, ac de locis fidelium diſperdi, (ſicut ex varijs Scripturæ conſtat locis, nimirum Deut. 12. & Leuit. 26. ac 4. Reg. 23. &c.) ſequitur neceſſariò etiam cineres ipſos in prophanum locum proijciendos; quem Auctor noſter ad Scripturæ veteris loquendi & agendi normam, appellat hic extra caſtra, ſicq; de morticinijs Nadab & Abiu cælitus cumbuſtis, iuſſit Moyſes in Leuit. cap. 10. extra caſtra efferri, & quod ibidem dicitur, foras eijci, &c. Ex quibus omnibus, & ſententia, & frequens citandi conſuetudo Auctoris innoteſcit; qui in hoc de Pænitentia tractatu, ſicut & interdum alibi, rarò allegat certi alicuius ſacræ Scripturæ loci propria verba: ſed vel adludit ad aliquem certum locum, non citatis Scripturæ verbis; vel exprimit veritatem ac ſenſum Spiritus ſancti, ex varijs Scripturæ locis deſumptum.*

Attende, ne ſupernates aquis, veluti aues piſcibus gaudentes: duplici enim cùm ſint naturâ, impuræ cenſentur, &c.] *Amphibia ſupponuntur vt impura in lege, tanquam duplici natura conſtantia. Et eiuſmodi videntur aues ſupernatantes aquis ad piſces capiendos (de quibus hic Auctor) quia & aerem, & mare incolunt: & quamuis ſe aquis non mergant, illis tamen ſupernatantes, madent & humectantur. Talis quoque eſt, qui quamuis præterita delicta opere nolit exequi, in eorum tamen recordatione cunctatur ac hæret; non mergitur illorum aquis, illis tamen humectatur, ac ſi ſupernataret: quare eſt velut in aere, dum ab opere abſtinet; eſt in aquarum ſuperficie, dum ſiſtit in affectu, & memoria peccatorum, &c.] Quamquam tamen etiam illud de auibus immundis hic ab Auctore adductum, poſſumus rectè conuenienterq; intelligere & explicare non de immunditie legali: ſed quòd tales ferè omnes ſint natura impuriores alijs auibus, quæ in aere aut terra victitant; vtpote carniuoræ, piſciuoræ, rapaces, nigræ ſubſtantiæ, fœtidæ, & comeſtu inſuaues, atque inſalubres: & propterea in dæmonum, & peccatorum ſimilitudinem, illas hoc loco noſter adduxit Auctor,*

Dixit etiam quidam ex Prophetis in Eccleſia Dei: Ne lachrymis vituperetis, &c.] *Iſtud cum alia interpunctura in alio Græco MS. ſic legitur:* Dixit quoque quidam prophetarum: In Eccleſia Dei, ne vituperetis lachrymis, &c. *Vbi prior lectio mihi magis probatur: cum illud:* (in Eccleſia Dei) *planè exiſtimem non eſſe de Scriptura ſacra; ſed coniungi debere cum ſuperiore verbo,* (dixit in Eccleſia Dei:) *quare & prior hic retinenda lectio. neque enim videtur voluiſſe aliquem ex antiquis Prophetis citare, ſed quempiam magnum tunc in Eccleſia virum, qui donum habebat Prophetiæ, eiuſmodi plurimos temporibus illis Apoſtolicis fuiſſe legimus: qualem inter alios extitiſſe Ioannem Mona-*

chum, ſiue Eremitam Ægyptiũ, habemus in primis ex Romano Martyrologio, vbi ſexto Calend. April. A *de eo ſic reperitur:* In Aegypto, S. Ioannis Eremitæ, magnę ſanctitatis viri, qui inter cætera virtutum inſignia, etiam prophetico ſpiritu plenus, Theodoſio Imperatori victorias de Tyrannis Maximo & Eugenio, prædixit. *De quo eodem etiam locupletiſſimum teſtimonium præbent inter Græcos, Theodoritus hiſtor. libro quinto cap. vigeſimoquarto. Sozomenus libro ſeptimo, cap. vigeſimoſecundo. Euagrius in vit. Patrum. Palladius in Lauſiacis, cap. vigeſimoſecundo. Nicephorus lib. 12. cap. vigeſimonono. &c. ac inter Latinos, S. Auguſtinus de ciuit. Dei, libro 5. cap. vigeſimoſexto, & de cura pro mortuis agenda, cap. decimoſeptimo. S. Hieronymus ad Cteſiphon. contra Pelagianos. & Ruffinus hiſtor. lib. 2. cap. trigeſimoſecundo, &c. Fuiſſe quippe ſemper à temporibus Apoſtolorum in Eccleſia ſpiritum ac donum prophetiæ, nulli ambigendum eſt: quod & Iuſtinus Martyr in dialog. cum Triphon. confirmat, ſic ſcribens:* Apud nos enim hucuſque prophetica extant dona: vnde & vos intelligere debetis, quæ olim in genere veſtro (*de Iudæis intelligit*) fuêre, ea in nos eſſe tranſlata, &c.] *longeq; ibid. poſtea:* B Eſt (*inquit*) apud nos videre, & fœminas & maſculos dona à ſpiritu Dei habentes, &c.] *ſecundum illud Ioel. 2.* Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, &c.] *Ex quibus ſatis patet, prophetiæ donum ſemper à temporibus Apoſtolicis fuiſſe & perſeueraſſe in Eccleſia, vt mirum non ſit tales quoque viros à ſancto Patre noſtro Ephræm hic & alibi haud infrequenter nominibus etiam nõ expreſſis citari, ac celebrari. Senſus porrò verborum eius, ex loci circumſtantijs hic colligitur talis: Dixit quidam ex prophetis in Eccleſia Dei: Ne fictis lachrymis vituperetis religionem Dei, ac pœnitentiam, &c. illudq; ex hic conſequentibus certius ac verius, clariusq; euadit.*

Summæ totius vſuræ, maiores comparatione reddentur tibi, &c.] *Vbi per* (ſummam) *intelligit Auctor res & bona huius vitæ; ſicut etiam dum ibidem in hæc conſequenter ſubdit verba:* Scio te ſummam ipſam aſpernaturum, &c.] *Fœnus verò & vſuram, hic bona appellat ſempiterna, quæ ſi conferantur (inquit) cum temporalibus, videbuntur inſtar Solis, quo exorto nemo lucernam accendit, &c. Sicq; in altera vita? vt infra dicit, atque amplificat) nullus erit vſus rerum humanarum ac tem-* C *poralium, &c. oſtenditq; poſtea iuſtos ac ſanctos longè plura, multoq; maiora bona ibi habituros, quàm in terris acceperint, &c. Ex quibus, quid diſtinctè hic per (*τὸ κεφάλαιον, *i. ſummam) &* τὸν τόκον, *i. fœnus, ſiue vſuram) intelligendum, ſit cunctis ſatis liqueſcit atque innoteſcit.*

Paradiſus regio eſt quietis Sanctorum, ſicut & Dominus ait in Euangelio, &c.] *Locum huius certum non inuenio expreſſum in quatuor Euangel. niſi fortè illud Matthæi octauo alluſiuè indicare voluerit:* recumbent cum Abraam, Iſaac, & Iacob, in regno cælorum, &c.] *aut ſanè ad illud Saluatoris in paſſione adludit, quod Latroni in cruce dixit:* Hodie mecum eris in paradiſo. *nam cùm iſtud illi dixit, promiſit ei requiem Sanctorum, ſicut & plures Doctores iſtum locum Luc. 23. intelligere, atque exponere aptè congruenterq; videntur.*

Dicit enim Ioannes: Arbores in folijs ſanitatem portantes, & in folijs ſuis vitam æternam, &c.] *Quàm frequens in ſuis ſit adluſionibus Auctor, etiam hinc, & ex alijs poſtea ſequentibus patet:* D *non enim hic præciſè citat verba Ioannis, ſed adludit duntaxat ad illud, quod in Apocal. vigeſimoſecundo habetur:* ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim; & folia ligni ad ſanitatem Gentium, &c.] *Et ſic de potione tepida, quæ non multò hic poſtea commemorat Auctor, clarum eſt, quòd reſpiciat ad id quod Angelus ſcribit eccleſiæ Laodiceæ:* Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo, &c.] *atqui hæc citra controuerſiam eſt tepida potio, de qua Ioannes loquitur, Apocalypſ. cap. tertio, & ſic de alijs.*

Sanctus Paulus ſub Nerone mortuus eſt, & in ſuburbijs Romanæ vrbis ſepultus, &c.] *Vbi fort. per* μνημονικὸν ἁμάρτημα, *locum ſepulturæ pro martyrij poſuit loco, qui in ſuburbanis fuit in via Oſtienſi ad aquas Saluias, vbi hodie Eccleſia ſiue memoria eſt Trium fontium, aut ſanè hic loquitur Auctor de prima Pauli ſepultura ſub Nerone (quæ fuit ad Catacumbas, teſte ſancto Gregorio in libro tertio epiſtola trigeſima ad Conſtantinam Auguſtam.) ſicut & ipſius hæc de eo verba haud obſcurè inſinuant:* E Paulus ſub Nerone mortuus eſt, & in ſuburbijs Romæ ſepultus.] *Quæ autem ſub Silueſtro Papa fuerat ſepultura, nondum fortè ad aures peruenerat ipſius Ephræm, adeò procul ab Vrbe Roma diſtantis; aut ſi peruenerat, non conſentit hic tempus martyrij Pauli ſub Nerone, & ſepulturæ eius ſecundariæ multo poſterioris; cùm vtrumq; hic ad idem referre videatur tempus, quo ſcilicet ſub Nerone martyrium fuit paſſus, & tunc etiam Romæ in ſuburbijs ſepultus, &c. Vt vt ſit, ſiue de ſepultura eius, quæ fuit ad Catacumbas, id intelligamus, ſiue de ea quæ poſterius fuit in via Oſtienſi, ſeu in Eccleſia ſancti Pauli, dico iſta loca eſſe, & ſemper fuiſſe in ſuburbijs, & non intra ambitum Vrbis, rectéq; ſuburbana loca hic ab Auctore ſuburbia dici.*

Dicit longè poſtea Auctor: Nam Deus vitio obnoxium ac ſubditum hominem non damnat, niſi reipſa & opere perfecerit, &c.] *Vbi accepit propriè vitium, nimirum pro vitioſo habitu, ſeu habituali inclinatione ad malum; non autem pro conſenſu in vitium: nam conſenſum infra docet eſſe quoddã*

opus

A *opus, & de ipſo etiam intelligit illud:* niſi opere perfecerit, &c. *habitus autem vitioſus, remanet etiam quandoq; in iuſtificatis, ſicut & pulchrè ſacra Tridentina œcumenica tradit Synodus. Seipſum igitur Auctor explicat, cùm immediatè ſubdit:* efficitur autem etiam cogitatione opus. *non enim loquitur de opere externo. cùm ait: niſi reipſa, & opere perfecerit: verùm ad complementum peccati interni, ſufficit (inquit) conſenſus interior. de qua re ſic Iacobus in ſua catholica ſcribit Epiſtola: Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm couſummatum fuerit, generat mortem, &c. Senſus igitur hic eſſe videtur, quòd vitioſitas (vt ita dicam) mali habitus, aut diſpoſitiones, ſeu ad peccandum inclinationes non conſtituunt peccatum coram Deo, donec in opus, vel executionem veniant: id autem fieri dicit, non ſolo exteriore opere, ſed & animi conſenſione, &c. atque iſta pro mente Auctoris, hîc adduxiſſe ſat ſit.*

Qui negat, ab anima facit malum, &c.] *Dicere vult (vt clarum eſt ex circumſtantijs verborum) aliqua eſſe peccata, quæ propriè & originaliter procedũt ex mẽte ac intellectu, ſicut peccata ſpiritualia: alia autẽ ex corporis conſtitutione ac diſpoſitione, cooperante etiam auima. Diſtinguit enim hic peccatũ, quod* B *fit anima dumtaxat, vt Chriſtũ negare, &c. à peccato, quod fit anima ſimul & corpore, vt fornicari, &c. Vel* ἀπὸ ψυχῆς ποιεῖ τὸ κακὸν ὁ ἀρνούμενος, *id eſt qui negat, ab anima fecit malum, dicit, quòd primam peccati originẽ habeat animã, quæ deinde ad efficiẽdam negationem vtitur (inquit) corporis lingua, &c. At fornicatio, & animam & corpus originem habet: Vel (vt hic ait) quod anima inflata ac ſuperbia tumens, in illud probrum inciderit; vel corpus nimio cibo ac potu repletum, animam ad peccandum extimulauerit, ſecundùm illud Apoſtoli Rom. 13.* Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, &c.] *cui tamquam origini, cognata deinde adnectit vitia, dicens:* non incubilibus, & impudicitijs, &c.] *ex quibus, alijſq; verborum circumſtantijs, & exemplis ab Auctore hîc adductis, Lector intelligat reliqua.*

Poſtea vbi habetur: τὰ ἀνίατα οἱ ἰατροὶ οὐ θεραπεύουσι, φησὶ, *id eſt;* incurabilia medici non ſanant, *inquit* neque cuncta peccata ſacerdotes placant, &c.] ὑποφορὰ *ſiue obiectio hæc eſſe videtur hæreticorum Nouatianorum: non enim ex ſua hæc (vt apparet) dicit ſententia, ſed hæreticorum ſententiam ſuæ* C *opponit, ſicut etiam hîc liquet ex adiecto verbo* (φησιν, *inquit*) *& ſic ſolent* ὑποφορὰς *Græci Auctores eloqui: cui reſpondet hîc paullò poſt Auctor, partim concedens, Dei ſolius eſſe ex mortuis excitare; & partim negans, incurabilibus morbis nullam eſſe medicinam: cùm medicinæ loco dederit ipſam pœnitentiam Deus, quæ in remiſſione peccatorum primas partes tenet, ſine qua (inquit) fruſtra Sacerdotes remittunt, cum impœnitentem nec Sacerdos, nec Deus ipſe abſoluat. 2. oſtendit pœnitentiam veram, eam in veteri lege habuiſſe vim, vt multos ſaluauerit, quos nec Sacerdotium, neque ſacrificium, neque vllum aliud legis remedium à peccatis ſanare potuerat. 3. loco docere hîc Auctor videtur, etiam eos qui viuebant ſub lege, tempore veteris teſtamenti, non per Sacerdotes legales, aut vlla legis virtute, ſed per eam pœnitentiam quam gratia noui Teſtamenti prædicat, & per fidem in Chriſtum ſaluatos eſſe, ac remiſſionem peccatorum accepiſſe, &c. atque iſta dixit reſpectu Sacerdotum veteris legis. Sed addit quoque de Sacerdotibus nouæ legis, dum ait:* & quomodo quidam putant ſe in Eccleſia quoduis peccatum iure ligare ac ſoluere. Nam & impius ille Sacerdos, qui ſoluere conabitur, quæ ligauit Deus, &c.] *Quorum quidem verborum (ne perperam ab hæreticis detorqueantur) ſenſum apertum hunc damus:* D *quòd Sacerdotes non debeant præſumere impœnitentes ſoluere, cùm Deus ipſe tales non ſoluat, nec talibus peccata remittat; neque maior ſit ſeruus, quàm Dominus, &c. De qualibus etiam presbyteris alibi grauiter conqueritur S. Hieronymus, quòd faſtu Phariſaico præſumunt, & audent varia quæ non oportet, &c. taleſq; non vno in loco notat, coarguitq; S. Cyprianus, & cum illo plures alij, quorum loca non occurrunt. In ſumma voluit noſter hic Auctor Sacerdotes ſeſe gerere, non vt abſolutos animarum Dominos, ſed vt miniſtros ac diſpenſatores miniſteriorum Dei, qui pro cuiuſque meritis ac pœnitentia, vel ligent, vel ſoluant, &c. Quibus omnibus denique, pro pleniore explicatione atque intelligentia verborum Auctoris hic adductorum, accedit, quòd etiam imperfecta pœnitentia, quæ dicitur attritio, ſit donum Dei, & præuia diſpoſitio ad gratiam, vt rectè declarat Concilium Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 4. Non quoduis igitur peccatum poteſt ſoluere Sacerdos, ſed quod Deus incipit ſoluere per donum præuiæ huius diſpoſitionis, quo qui caret, videtur hic dici mortuus ab Ephræm, quia non ſolum caret vita, ſed motu ad vitam præparante. Illum autem mortuum non poteſt Sacerdos ſuſcitare, ſed Deus, qui dat ei pœnitentiæ donum: quæ ſi perfecta eſt, (inquit) ſine ſacrificijs iuſtificat, vt oſtendit exemplis antiquæ legis; quamuis in* E *noua lege requiratur etiam propoſitum Sacramenti. Et propterea non dicit Ephræm à Sacerdote nullum peccatum poſſe ſolui: ſed non quoduis, vbi videlicet debita deeſt præparatio, &c. Sed de ijs hactenus.*

Dauid inſanabile habebat vulnus: at ita illum ſanauit pœnitentia, vt neque cicatricem retinuerit vulneris, &c.] *Vbi in hæc Auctoris verba, ſic à Græco quodam Scholiaſte ad marginem in antiquiſſimo Græco MS. Volum. operum S. Patris noſtri Ephræm (quòd Romæ in Bibliotheca Cardin. S. Floræ adſeruatur) Græcè adnotatũ reperi:* καὶ πῶς ὁ θεολόγος φησὶ ὁ Γρηγόριος. ὅτι ἔρχεται μὲν συνούλωσις, καὶ τοῦτο πιστεύομεν. *hoc eſt, & quomodo Greg. ait Theologus: obducitur quidẽ cicatrix, & hoc credimus, &c. additq; poſtea:* δοκεῖ δὲ τοῦτο ἐναντιοῦσθαι τῷ ἁγίῳ Ἐφραὶμ, ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι τοῦτο. ὁ γὰρ ὀρθῶς σκοπήσας, συνίησι τὴν ἐν ἑκατέροις ἀλήθειαν. *videtur, inquit, id ſancto Ephræm hic cõtrariari, ſed nõ eſt repugnãtia: & qui rectè conſiderauerit, in vtroq; veritatem intelliget. Locus autem Gregorij Nazianzeni (qui à Scholiaſte inſinnatur (eſt in Oratione* εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, *id eſt, in ſanctum Baptiſma, non longè à principio, ibi:*

στεναγμοῖς τε, καὶ δάκρυσιν, ἐξ ὧν συνούλωσις μὲν ἔρχεται μόγις, *&c. quæ coniunctim cum immediatè antecedentibus,* A *in Billiana Nazianzeni verſione ſic redduntur:* Et cum nulla iam poſthac altera ſit generatio nec inſtauratio, nec in veterem ſtatum reſtitutio, quamlibet maximè eam multis cum gemitibus & lachrymis requiramus: quibus licet cicatrix ægrè tandem obducatur, vt quidem ipſe ſtatuto: obducitur enim idque perſuaſum habemus, ac præclarè mecum agi putarem, ſi ipſæ quoque vulnerum notæ delerentur, quoniam & ipſe miſericordia opus habeo: præſtat tamen ſecunda purgatione minimè indigere, verùm in prima conſiſtere, &c.] *Quæ quidem Nazianzeni verba illuſtrans Nicetas, ſic in eandem & ipſe ſcribit ſententiam: Quamquam enim (inquiens) lachrymarum quoque Baptiſmus eſt, haud quaquam tamen ita purgat, vt primus Baptiſmus. Vt enim varia ſunt ſuperni ſplendoris genera, ſic & purgationum. nam iuxta meam legem ac ſententiam, Nouatianorum dogmati oppoſitam; ægrè tandem per pœnitentiam cicatrix obducitur; quemadmodum & Deus per Hieremiam (capite 30.) loquitur: Ecce ego inducam ipſis cicatricis obductionem & medelam, & curabo eos. Atque ipſe quidem cicatrices quoque ipſas aboleri, ac ne vulnerum quidem veſtigium relinqui cuperem,* B *quandoquidem & ipſe miſericordia opus habeo. Cæterùm magnum Athanaſium aſſerentem audio, eum qui ad meliorem frugem ſe receperit, quamquam finem peccandi faciat, iniuſtas tamen vulnerum cicatrices habere, &c. vt habet S. Athanaſius in libro de blaſphemia in Spiritum ſanctum. Ex quibus manifeſtè patet, quomodo communiter in pœnitentibus cicatrices adhuc remaneant. Quod ipſum & alij orthodoxi confirmant Græci atque Latini Patres: inter quos primus occurrit mihi Magnus Baſilius, qui de illo, in Homilia de Pœnitentia, ſic loquitur:* Eſt, *(inquit)* ſpes etiam poſt peccatum: eſt ſanatio etiam poſt hulcus, ſed manet cicatrix, &c.] *comprobatq; idipſum germanus quoque frater eius Gregorius Niſſenus, in oratione ſua, non eſſe dolendum ob eorum obitum, qui in fide deceſſerũt. & S. Chryſoſtomus in Acta Apoſtol. Homilia 41. vbi pulchrè peccati deſcribit reliquias. Cyrillus quoque alibi doctè explicans illa Pſalmi 37. verba:* Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, &c.] *verberum (inquit) & vulnerum reliquias eſſe dices cicatrices; quæ in carne manent, ſi ab aliquo vapulare contingat: quæ niſi ſanentur, dolorem non mediocrem afferunt, quoniam in hulcera* C *dilatantur interdum, & ad initia ſua recurrunt. Simile quiddam in animis hominum videre licet. Ferit enim peccatum, & tamquam vulnus illis morbum infert, ſi ad opus deducatur. Quòd ſi quis à peccato deſiſtat, hoc eſt, ab execranda turpium rerum voluptate capienda ceſſat, & quantum poteſt cupiditatis vim prohibeat, & opprimat: & ſi à cogitationibus illis quodammodo abſcondatur, habet tamen vulnerum cicatrices, quæ, ſi diutius immorari contigerit, hæ interim in hulcera (vt dixi) conuertuntur, dum fœda voluptas perpetuò ad prauos exitus deducat, &c. ita Cyrillus in Oratione in ſanctum lauacrum. quibus quid clarius? Quin & his omnibus antiquior Origenes, idem planè in Hom. 8. in Leuiticum, diſertis confirmat verbis dicens: Tranſi nunc ab iſta legis vmbra ad veritatem eius, & intuere quomodo anima, quæ peccati vulnus accepit, etiam ſi curetur, tamen habet in loco cicatricem vulneris reſidentem, quæ cicatrix non ſolùm à Deo videtur, ſed ab ijs, qui acceperint ab eo gratiam, per quam videre poſſint languores animæ & diſcernere, quæ ſit anima ita curata, vt omni genere veſtigium illati vulneris abiecerit; & quæ curata ſit quidem, ſed ferat adhuc veteris morbi ipſo veſtigio cicatricis indicia, &c. Quibus cunctis, inter Latinos quoque apertè ſuffragatur S. Bernardus Abbas Claræuallis, ponderans inter alia illud Eccleſiaſt. 5.* De propitiato peccato noli eſſe ſine metu: D *vbi aſſerit, peccatũ remiſſum adſimilari vulneri ſanato, quod licet ſanatum ſit, tamen remanet cicatrix: ita quoque peccatum ſaucians animam noſtram &c. Quod ipſum etiam confirmat S. Hieronymus in Epiſtola ad Ruſticum, de pœnitent. & habetur in cap. Totam. & ibi gloſſ. in verbo Cicatrices. de pœnit. diſt. 3 Cicatrices porrò quæ manent dimiſſa culpa ſunt (vt ex ſupradictis atque allegatis colligitur) quædam peccatorum reliquiæ, quas Doctores ac præſertim Scholaſtici, atque Summiſtæ vocans illas prauas diſpoſitiones cauſſatas in anima ex præcedentibus actibus malis. Ita S. Thomas, 3. p. q. 86. art. 5. & S. Antonin. 3. p. tit. 14. cap 16. Scotus in 4. diſt. 15. q. 1. art. 5. Ioannes de Baſſolis in 4. d. 14. quæſt. 2. art 1. & in Angelus in verbo Euchariſtia. 3. num. 36. in fine. Nauarrus in cap. videre. num 7 de pœnit. diſtin. 1 & in cap. conſideret. §. cautus. num. 1. de pœnit. diſt 5. & Catechiſmus Romanus ex Decreto Concilij Tridentini ad parochos, in tractatu de Satiſfactione, vbi præſertim inter alia ſic habet:* quemadmodum enim, ſanato vulnere, cicatrices quædam remanent, quæ & ipſæ curandæ ſunt: ita in anima, culpa E condonata, ſuperſunt reliquiæ peccatorum purgandæ, &c.] *quæ & auctoritatibus ibidem S. Chryſoſtomi, Auguſtini, & S. Bernardi confirmantur. Cæterùm his omnibus non obſtantibus, addit tamen S. Thomas loco citato ad primum, non ſemper remiſſa culpa manere huiuſmodi reliquias: quod (inquit) contingit, quando Deus tanta commotione conuertit cor hominis, vt ſubitò conſequatur perfectè ſanitatem animæ ſpiritualem, non ſolùm remiſſa culpa, ſed ſublatis omnibus peccati reliquijs, ſicut patet de Magdalena, Luc. 7. Atque ita accidiſſe quoque in Dauid, dubitandum non eſt: quippe qui vſqueadeò peccatum ſuum deplanxit, vt per ſingulas noctes lectum ſuum lauerit, & lachrymis ſuis ſtratũ ſuum rigauerit: factaq; ſint ei lachrymæ panes per diem ac noctem, &c. tantaq; lachrymarum vbertas, quidni peccati in eo reliquias quaſcumq; abſterſerit? Quòd ſi reliquiæ nullæ in ipſo remanſerint; rectè etiam vereq; hic adſeuerat S. Pater noſter Ephræm, in Dauide poſt eius pœnitentiam ac lachrymas, cicatrices omnes vulneris peccati deletas fuiſſe, vt ne veſtigium quidem in eo remanſerit. Atque ita optime conciliantur ſententiæ ſupra citatorum Patrum, affirmantium poſt remiſſa peccata communiter ad-*

huc

A *hinc peccatorum remanere cicatrices,cum hac noſtri Auctoris,quod ſcilicet,ita Dauidem ſanauit pœnitentia,ὡς μήδε οὐλὴν ἔχειν τοῦ τραύματος,id eſt,vt neque cicatricem quidem, veſtigiumve vulneris in ſe peccati retinuerit,&c.verùm de iſtis hic ſatis.*

Longiuſq; hic poſtea,ne difficultatem aliquem aut dubium,ſcrupulumue alicui pariat, vbi dicitur: Non enim remittere poterat(& al.poteſt)homo,*&c. ac paullò poſt ibi:* Neque enim licet hominibus iſta concedere,quamuis fuerint vt Noe,Iob ac Daniel,&c.] *Ad primum,dicimus hic,vt etiam in præcedentibus diſputare Auctorem contra Nouatianos, qui negabant pœnitentiam poſt Baptiſmum abutentes illis Apoſtoli verbis,Heb.6.* Impoſſibile eſt,eos qui ſemel illuminati ſunt, iterum renouari ad pœnitentiam,&c.] *reſpondetq; Auctor dupliciter: primùm,intelligi id de Sacramento Baptiſmi,quod nunquam poteſt iterari, vt illo modo quiſquam renouetur ad pœnitentiam: ſed Deum habere aliud remedium in Eccleſia ad hominem lapſum reconciliandum; atque hoc eſſe, per pœnitentiam.* B *Secundò reſpondet, Paulum quidem Heb.6. dicere,impoſſibile eſſe vt renouetur quis ad pœnitentiam; ſed id quoad homines dixiſſe, non autem quoad Deum,cui nihil eſt impoſſibile.hoc autem eſſe opus Dei oſtēdit,vt conuertatur peccator,ac pœnitentiam agat,& non hominis vllius opus.Sic ſiue in Baptiſmate, ſiue in Sacramento pœnitentiæ,eſt Deus,qui remittit tamquam principalis cauſſa: homo autem vt miniſter,&c. Vbi porrò in ſecunda parte eiuſdem dubij hic poſtea additur:* neque enim licet hominibus iſta concedere,licet fuerint vt Noe,& Iob,ac Daniel,&c.] *ſolùm ſignificare videtur his verbis Auctor(ſicut ex locis eius collatis conijcere licet)remiſſionem peccatorum non fieri ex vi ſanctitatis eorum qui remittunt,ſed præeunte pœnitentia, virtute clauium. Sanctitas enim hominum licet impetrare poſſit Dei miſericordiam,quæ pœnitentiam largiatur;non poteſt tamen ex condigno mereri veniam, & multo minus ex opere operato,vt fit in Sacramento per abſolutionem. In Sacramento quippe confeſſionis non operatur propriè & formaliter ſanctitas Sacerdotis,ſed poteſtas clauium, quæ eſt Chriſti poteſtas: quare Sacerdos non vt ſanctus abſoluit,ſed vt Dei miniſter,& inſtrumentum.Secundò ideo dico,non loqui Auctorē* C *hiſce verbis de poteſtate remittendi peccata,ſicut prima fronte apparet:ſed monet,ne homines licet alioquin perfecti,ac ſancti,& Deo chari,ſicut prænominati,Noe,Iob,& Daniel, præſumāt de facili indulgentia,exemplo Petri,cuius hic meminit,&c. Quamquam & illud fortaſſe inſinuare hic voluerit, quod licet Chriſtus citò ac ſubitò Petro condonauerit, tamen hominibus id non tam facilè ab hominibus concedendum,niſi iuſta perſpecta pœnitentia,atque ſatisfactione.Verùm iſta pro mente Auctoris hic dicta ſuffecerint.*

Poſtremum dubium in verbis S.Ephræm poſtea ſequentibus conſiſtit,nimirum illis: Qui Deum deſpicit,vt Deo placeat,quo pacto pœnitentiam poſſidet?] *In quibus ne quis dubius hæreat, dicimus verborum Auctoris hunc eſſe ſenſum: Qui Deum præcipientem pœnitentiam,in ea agenda deſpicit,ſpe ſeu præſumptione illum in futurum placandi, numquam fortaſſe aſſequetur pœnitentiam: ſed pro præſenti contemptu,in futurum fruſtrabitur,&c. quod ipſum etiam Auctor alibi varijs in locis tam primo & ſecundo Tomo,quàm etiam hoc 3. ſæpè affirmat,repetit,& inculcat.Secundò hic dico,non poſſe Deo placere,* D *qui Deum deſpicit,volens ſcilicet in peccato perſeuerare, & non ab eo reſipiſcere ac pœnitentiam obtinere,&c.qui etiam tamquam bonus & accommodus ſenſus, clarè ex præcedentibus & ſequentibus hic colligitur,ac cum ſuperiore etiam noſtra explicatione ſatis quadrat; coinciditq; cum verbis hic immediatè ſubiectis:* Qui nouit peccatum pernitioſum eſſe,& ab eo non abſtinet, indignus venia poſt mortem erit,&c.] *hæc enim clarè intelliguntur,quamdiu in peccato quis permanet ſpe pœnitentiæ futuræ,illum non eſſe dignum venia,donec peccatum illi diſpliceat,ac ab eo recedat,pœnitentiamq; agat,&c. Sed de his ſatis.*

Denique vbi habetur: Et ſeipſum comprehendit Sanctus,vt oſtendat tranſire etiam pœnitentiam ad eos qui poſt tantam gratiam peccârunt:& tu dicis,&c.] *alia ibi nonnullis mutatis & additis ſic habet lectio: Quin & ſeipſum complectitur Sanctus,vt demonſtret etiam ad eos pertinere pœnitentiam,qui poſt tantam talemque gratiam peccauerunt, ad quantam ac qualem ſanctiſſimus Ioannes Euangeliſta peruenit: & tu dicis,&c.] ac al. Vbi ſeipſum quoque comprehendit, atque intelligit Sanctus Euangeliſta,vt oſtendat etiam ad illos tranſire pœnitentiam, qui peccarunt poſt tam magnam acceptam* E *gratiam,ad quantam qualemq; ipſe peruenit:& tu dicis poſt Baptiſma pœnitentiam non eſſe? Sed nos ad vitandam hic ταυτολογίαν,& κακοφωνίαν,in priori libentius lectione, quam in textum inſeruimus, conſiſtimus.reſpicit autem Auctor ad paullò ante à ſe citata Euangeliſtæ verba,quæ in ſacro Codic. 1.Ioan.2. paullò aliter ſic leguntur:* Sed & ſi quis peccauerit,aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum:& ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris:non pro noſtris autem tantùm,ſed etiam pro totius mundi,&c.] *Quod porrò vltimo hic addit:* Et tu dicis poſt Baptiſma pœnitentiam non eſſe?&c.] *contra hæreticos,& præſertim Nouatianos adduxit,negantes poſt baptiſma pœnitentiam eſſe,ac in prauum ſenſum illa Apoſtoli verba (Hebr.6.) detorquentes:* Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati,& relapſi ſunt,rurſus renouari ad pœnitentiam,&c.] *ſicut latius pleniuſq; ſuprà tam ab Auctore,quàm in noſtris hiſce Scholijs oſtenſum eſt. Atque hæc ſunt, quæ ſaluo meliore iudicio; hic circa difficiliora Auctoris loca in hoc de Pœnitentia tractatu ſatis arduo atque difficili, dicenda explicandaq; occurrerunt:pro quorum veriore intelligentia,& varios Græcos manuſcrip. Ephræm codices eiuſdem argumenti inter ſe contulimus,& eruditorum nonnullorum ſententias in hiſce exquiſiuimus: quæ & Sanctæ matris Eccleſiæ auctoritati atque correctioni, cum omnibus alijs elucubrationibus meis ſemper ſubiecta eſſe declaro, profiteorq;.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Sermo, de Compunctione animi.

Sermo hic terrore plenus, & lectu neceſſarius.

Eodem Gerard. Voſsio Interprete & Scholiaſte.

† al. Saluatoris.

VENITE dilectiſſimi. Venite patres, & fratres mei, grex † Patris
electe, ſignati milites Chriſti. Venite filij: & ſermonem animabus B
veſtris ſalutarem audite. Venite negotiemur, donec hęc duret
celebritas. Venite apprehendamus vitam æternam. Venite,

† al. comparem⁹ nobis ſalutem noſtram per lachrymas, & ſtatim oculi mentis noſtræ aperientur.

mercemur † ſalutem animarum noſtrarum. Implete oculos veſtros
lachrymis: & confeſtim oculi mentis veſtræ aperientur.
Venite cuncti pariter, diuies & pauperes, principes & ſubditi, ſenes
cum iunioribus, filij ac filiæ, & omnis ætas: qui cupitis ab æterno liberari ſupplicio,

Pſalm. 118.

& regni cæleſtis hæredes fieri. Cum ſancto Dauid imploremus miſericordem,

Pſalm. 12.

& benigniſſimum Dominum, dicentes: Reuela oculos meos, & conſiderabo

Marc. 10. & Luc. 18.

mirabilia de lege tua. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam
in morte. Clamemus, vt clamauit cæcus ille iuxta viam ſedens: Miſerere mei, fili
Dei altiſſimi. Et ſi aliqui prohibuerint, aut increpando ſilere iuſſerint; nos magis
clamemus, & non defatigemur clamando, donec oculos cordis noſtri aperuerit C

Pſalm. 33.

dator luminum Chriſtus IESVS. Quare accedite ad eum, & illuminamini: &

† al. cogitationē.

facies veſtræ non confundentur. Aſſumamus bonam † mentem, atque deſiderium

Matth. 20.

de regno & paradiſo cæleſti: & illicò cunctæ res ſeculi nobis vileſcent. Contendite
ad vndecimam hanc horam: accelerate, ne excludamini. Ecce enim veſpera

Matth. 16. 20. 25.

appropinquat: & mercedis diſtributor venit cum gloria ac maieſtate magna, vt

Luc. 15.

reddat vnicuique ſecundùm opera ſua. Reſipiſcamus ac pœnitentiam agamus,
fratres, dum tempus habemus. Audite, quid dicat Dominus: Gaudium erit in cælo,
ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Cur negligentia obtorpeſcis, peccator?

Ibidem.

cur animum deſpondes, atque deſperas. Si in cælo gaudium erit, te pœnitentiam
agente; quid times? Angeli gaudent: & tu deſidioſè ac ſegniter viuis?
Archangelus prædicat pœnitentiam: & tu timore concuteris? Immaculata, &

*ἀχώριστος

* indiuiſa, ac adoranda Trinitas ad pœnitentiam te inuitat: & tu ſuſpiras? Ne D

Eſa. 66. Matt. 22. & Marc. 9.

dulceſcat nobis hic cura atque ſollicitudo huius ſeculi: vt non amareſcat nobis
illic æternus ignis & vermis numquam dormiens. Ploremus hic paullulum: vt
non plangamus illic in æternum, tormentis cruciati. Videte, & nemo negligenter

Matth. 24.

hic agat: quia repentè inſtar fulguris horribilis, aduentus Chriſti erit. Non

Matth. 16. & Rom. 2. Galat. 6. Rom. 14. & 2. Cor. 5.

metuitis; quia vnuſquiſque pro ratione ſuorum meritorum, in illa hora accipiet?
Singuli proprium tunc onus portabunt: ſinguliq́ue metent ibi, quæ hic ſeminarunt.
Omnes illic nudi adſtabimus coram Chriſti tribunali: & vnuſquiſque
noſtrum pro ſeipſo rationem tunc reddet iudici. In illa hora, nemo alteri auxiliari
ibi poterit: non frater fratri, non parentes filijs, neque filij parentibus, non amici
amicis, non maritus ſuæ coniugi: ſed vnuſquiſque cum metu & tremore tunc E

NOTA.

ibi adſtabit, expectans, vt ſententiam quæ à Deo feretur, audiat. Cur ergo negligentes
ac deſidioſi nunc ſumus: & non parati potius atque inſtructi? Cur de iis,
quæ noſtræ tunc defenſionis atque excuſationis eſſe poſſent, modò non magis ſumus
ſolliciti, dum tempus adhuc nobis ſuppetit? Cur adeò paruipendimus, atque
deſpicimus ſacras Scripturas, & verba Chriſti? An non putatis, quod ſermones
ipſius, & ſanctorum Apoſtolorum, ac Prophetarum, condemnabunt nos in illa
die, coram tremendo illo tribunali: ſi non ſeruauerimus, & egerimus, ſicut ipſi

Luc. 10.

præcipiunt nobis? Audite, quid Dominus ad ſuos dicat diſcipulos: Qui vos audit,

Ioan. 12. ſed paullò aliter in vulg.

me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit, & Patrem meum. Et rurſus alibi ait: Qui
ſpernit me, & non accipit verba mea, ego non iudico ipſum; ſed habet, qui iudicet
eum: ſermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Sed

quiſ-

A quiſnam nos ſermo in nouiſſimo iudicaturus eſt die? Sanctum eius Euangelium,
& reliquæ ſanctorum Prophetarum, & Apoſtolorum ſacræ Scripturæ. Propterea Matth. 24. &
obſecro vos, ô fratres, ne contemnamus ea, quæ ſcripta habentur: Cælum Marc. 13.
& terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Venite chariſſimi, antequam
adueniat dies illa tremenda, atque expaueſcenda. Proijciamus noſipſos in
pelagus miſerationum Dei. Ipſe quippe Deus omnes cohortatur atque inuitat,
dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Matth. 11.
Quibus verbis, non proprios ac particulares aliquos hortatur, & vocat? ſed omnes.
Venite, inquit, ad me omnes, ſiue diuites, ſiue pauperes: quia venientem ad
me, non eijciam foras. Quis porrò eſt, qui ad me venit? qui habet mandata Dei, Ioan. 6. 8.
B & ſeruat ea: qui ſermones meos audit, & credit in eum qui miſit me. Beatus ſanè, Ibidem.
qui verbum ipſius audit, & cuſtodit: infelix autem, qui audire atque obedire contemnit:
quia eum in nouiſſimo die verbum illud iudicabit, ſicut ſcriptum eſt:
Horrendam eſt, incidere in manus Dei viuentis. Reſipiſce frater, & noli timere. Heb. 10.
Pœnitentiam age peccator, confidens & reſpiciens in immenſam benignitatem Matth. 9. &
Chriſti dicentis: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Marc. 2.
Reſipiſce igitur, ac pœnitentiam age: vt non confundaris † in horrendo illo †al. coram. Daniel. 7. &
tribunali, vbi cum tremore millia millium Angelorum, & Archangelorum Apoc. 5. 6.
adſtabunt: quando occulta reddentur manifeſta, & libri aperientur: quando ſegregabuntur Matth. 25. Luc. 13.
ab inuicem, ſicut oues ſeparantur ab hœdis. Verè tremenda atque
expaueſcenda illa erit hora. Quando enim iuſtus iudex cum horrore increpabit:
quis non contremiſcet; aut quis non pertimeſcet horam illam? Ideò
C & iudex fortis ac potens, & iudicium inexorabile erit: noſtraque opera ob oculos Dan. 7. †al. iuſtorum
conſtituentur; & fluuius igneus ante tribunal: hymnuſque † Angelorum, & iuſtorum, cum Angelis.
abſque * ſilentio fiet; & planctus peccatorum intolerabilis, lachrymæque inutiles. *ἀσίγητος.
Tunc quoque theſauri aperientur: & iuſti fructum bonorum operum accipient, Matth. 5. &
æternaque requie perfruentur. Beati, qui hic eſurierint atque ſitiuerint: Lucæ 6.
quoniam ibi ſaturabuntur. vę autem his, qui ſaturati hic ſunt: quoniam illic eſurient, Ibidem.
& ſitient. Et beati, qui hic luxerint, ac fleuerint: quoniam ibi ridebunt, Ibidem.
& conſolabuntur. væ autem ijs, qui nunc rident: quoniam ibi lugebunt atque
plorabunt, ſine vlla * intermiſſione. Et beati, qui miſericordes hic fuerint: quoniam *ἀναπαύστως.
miſericordiam illic conſequentur. væ autem ijs, qui viſcera pietatis atque Ibidem.
miſericordiæ hic proximo ſuo clauſerint: quoniam nec ibi miſericordiam inuenient.
Audiſtis, quo pacto qui legitimè hic decertauerint, beati prædicentur: & 2. Tim. 2.
D contra, quomodo lugubebunt ibi, atque affligenter negligentes. Hæc omnia conſidera Luc. 6.
ac perpende tecum chariſſime, & feſtina ac ſtude vt ſalueris; non attendens
eos qui negligentia & delitijs hic aſſiduè relaxantur: quoniam ſicut fœnum velociter Pſalm. 36. 101.
exareſcent. Noli amare ſeculum hoc præſens: nam ſupplantat amatores
ſuos; & dum ad horam delectat, nudos eos hinc in æternum illud ſeculum emittit.
Auſculta, & attende ſacris Scripturis: & non errabis, neque decipieris à vano 1. Ioan. 2.
& maligno ſeculo iſto. Audi quid dicat Theologus Ioannes: Nolite diligere
mundum, neque ea quæ in mundo ſunt: quoniam omne quod eſt in mundo, Ibidem.
aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ:
& mundus tranſit, & concupiſcentia eius qui autem facit voluntatem Dei, Ibidem.
manet in æternum. Audi dicentem Dominum: Quid profuerit homini, ſi vniuerſum Marc. 8.
mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Attendite Lucæ 9. & Ioan. 16.
diligenter, & cum timore ſermonem eius conſiderate: quoniam ſermo quem
locutus eſt, & edocuit, ille nos in nouiſſimo illo die iudicabit. Non eſt mendax
Dominus; abſit: Ipſe enim veritas eſt. Et ſi certò compertoque noſti ipſum eſſe Ioan. 14.
veritatem, & ſermones ipſius veros; cur negligis atque contemnis, miſer? quid
expectas, & cogitationibus diſtraheris? quis pro te rationem redditurus eſt? An Rom. 2. 14.
non noſti, quòd vnuſquiſque pro ſeipſo rationem Deo reddet? nonne noſti, 2. Cor. 5.
quòd vnuſquiſque metet, quæ ſeminauit? & quilibet proprium onus portabit? Galat. 6.
Dum tempus habes, onus peccatorum tuorum diſcute ac diſſipa: inuitat
enim te amator hominum Deus, dicens Venite ad me omnes, qui onerati eſtis. Matth. 11.
Ecce omnes adhortatur: nemo renuat, aut deſperet. nemo dicere audeat: non
peccaui. Qui dicit ſe non peccaſſe, cæcus eſt ac manu * palpans, & miſerabilior *μυωπάζων.
omnibus

1.Ioan.1. omnibus hominibus. Ait enim Ioannes Euangeliſta: Si dixerimus quia peccatum A
non habemus, mentimur, & veritatem non facimus: & ipſi nos ſeducimus,
Iob 15.25.26. & Deum mendacem facimus. nemo enim mundus eſt à ſorde. Atque eò ſpectat
Pſalm. 50. lachrymarum vſus, vt ſordes peccatorum abluamus, cantantes cum ſancto Propheta
Pſalm. 6. Dauid : Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Et rurſus : Lauabo per
ſingulas noctes lectum meum : & lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Ille vna
nocte peccauit, & quotidie lachrymatus eſt; atque ideo etiam beatus effectus eſt:
Matth. 5. & Lucæ 6. proſpiciebat enim planè in illum Propheta, qui ait : Beati qui lugent: quoniam
ipſi conſolabuntur. Nihil igitur huius ſeculi rerum prætereuntium lugeas. Non
oblectamentis vitæ præſentis capiaris : neque diuitias iſtius mundi appetieris.
*κόσμια, καὶ περιθέματα. Auerſare veſtimenta mollia, ornamenta * quoque ac coronamenta. deteſtare varia B
tincturarum genera, ſtibia, venuſtates, faſtum, atque ſuperbiam : dæmoniaca
item ipſorum cantica; citharas, ac tibias, manuumque plauſus, & inordinatas
*σπορά. atque indecoras voces. An ignoras miſer, iſta omnia diaboli * ſata eſſe? Hæc
Matth. 6. & Lucæ. 12. enim cuncta gentes mundanæ faciunt, quibus nulla ſalutis ſpes eſt. Ne igitur ſimiles
reddamur gentibus; vt non & aggregemur ipſis. Audite dicentem Apoſtolum:
Epheſ. 4. Hoc igitur dico, & teſtificor in Domino: vt iam non ambuletis, ſicut &
gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum.
Quapropter relictis gentilium operibus, non conuertamur iterum retrorſum,
eademque agamus. Semel abrenuntiaſti Satanæ & angelis eius; pactus
NOTA. autem es Chriſto coram multis teſtibus: at vide cuinam pactus ſis, & ne paruipendas.
Id porrò noueris, quòd Angeli in hora illa voces tuas, & pacta tua, abrenuntiationemque
Daniel. 7. & tuam deſcripſerint: & in cælis, vſque ad horribilem illum iudicij C
Apoc. 5. 20. diem conſeruant. Non pertimeſcis? non exhorreſcis? In die iudicij proferent Angeli
chirographum tuum, & verba oris tui coram formidabili tribunali : vbi etiam
Luc. 19. Angeli cum tremore adſiſtent. tuncque lugubrem illam auditurus es vocem:
Ex ore tuo te iudico, ſerue nequam. Reuera enim amarè tunc ingemiſces, & lachrymas
NOTA. effundas in hora illa, & nihil proficies. Miſerere igitur nunc tui ipſius: &
animam tuam ne oderis. Aperi oculos tuos, & vide quo pacto multi decertant:
quomodo omni ſtudio ſaluari contendunt; quomodo ſeipſos ad omne opus bonum
impellunt; quomodo ſeipſos ab omni inuidia, à maledicentia, ab odio, à
riſu, à fornicatione, à delitijs, à pugnis atque contentionibus cuſtodiunt: &
Matth. 7. & Luc. 13. quo pacto anguſtam amplexi ſunt viam, ieiunantes, vigilantes, afflictiones atque
aduerſa ſuſtinentes, gementes & flentes. quo pacto lampades lucidas præparârunt.
Matth. 25. quo pacto os eorum omni tempore immortalem Sponſum laudabat, D
& glorificabat: oculique ipſorum in eius pulchritudinem intuebantur, & anima
Abac. 2. eorum exultabat. Conſidera, ac vide: quoniam appropinquat, & non tardabit.
Veniet enim, vt diligentes ipſum lætos reddat. Veniet, vt conſoletur lugentes
hic ac flentes, non quidem mortuum, vel temporarium aliquod pecuniarum
†al. ob cladem ex peccato acceptam. detrimentum : at propter † damnum peccati; & propter deperditum regnum,
cuius non erit finis: & ob beatas illas paradiſi delitias, vnde eiecti ſumus, tranſgredientes
præceptum Dei; quò iterum redeunt, qui hic lugent ac plorant. Veniet,
2.Tim.2. vt coronet eos, qui legitimè hic certauerint; & anguſtam arctamque viam
Matth.7.& Luc.13. amauerint. Veniet, vt miſericordiam miſereatur. Veniet, vt eos, qui propter
Matth.5.25. ipſum hic voluntariam paupertatem ſubierunt, beatificet. Veniet, vt bonis eos
1.Cor.4. repleat, qui propter ipſum eſurierunt & ſitierunt. Veniet, illuminaturus abſcondita E
tenebrarum, & manifeſtaturus conſilia cordium. Et vt breuiter dicam;
Rom.2.14. veniet, redditurus vnicuique ſecundùm opera ſua. Veniet, ſed non amplius à
Matth.25. terra, ſicut antea: verùm ex cælis cum poteſtate & gloria ingenti. Tunc tubæ
Matth.24.& Luc.21. reſonabunt è cælis, & virtutes eorum commouebuntur. Terra tota inſtar aquæ
Dan.7. maris, à facie gloriæ ipſius contremiſcet. Fluuius igneus coram ipſo præcurret,
qui terram ab iniquitatibus expurget. Deinde clamor repentè fiet: Ecce
Matth.25. ſponſus venit. Ecce iam gaudium expectatum adeſt. Ecce nunc iuſtorum gloria,
Ibidem. ſol iuſtitiæ aduentat. Ecce venit Rex Regum : cuius regni non erit finis. Ecce
iuſtus iudex venit. Ecce venit, exite obuiam ei. Tuncque cum gaudio prodibunt,
habentes lampades ſuas lucidas, & veſtes ſplendidas, audientque vocem
Ibidem. ſponſi, ad ipſos dicentis: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis

regnum

A regnum à conſtitutione mundi. Planè igitur ad illum clamorem, in occurſum ei procedent, portantes manibus ſuis lampades lucidas, alacres ac læti magna cum fiducia, exultantes, beneque ſperantes, quòd lampades ipſorum non ſint extinctæ. Tunc autem tu teipſum, in magna tribulatione atque anguſtia, & graui calamitate, neceſſitateque intolerabili conſtitutum videns, lampademque tuam extinctam cernens, valdè confuſus dices: † Commodato mihi præbete, fratres mei modicum olei; quia lampas mea extincta eſt. Illique reſpondentes, dicent tibi: Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emitte vobis. Et tunc abibis cum magna afflictione, & dolore, ac gemitu, amarè illachrymans ac plorans, & nuſquam inueniens vbi oleum tibi compares: eo quòd ſoluta iam ſit atque finita vitæ præſentis celebritas, omniſque vita ipſorum timore B concutietur ac trepidabit, velut aqua maris. Præterierunt & qui præ foribus Eccleſiarũ ſedere ſolebant pauperes, oleumque † illic vendebant. Vndique igitur in ſummã anguſtiam anxietatemque tunc coniectus, plorans ac lugens, dices: Vadam, & pulſabo ad oſtium miſericordiæ Chriſti Domini: quis ſcit, an aperiet mihi? Et accedens, pulſas; reſpondetque interius tibi ſponſus: Amen dico tibi, neſcio te; diſcede à me operarie iniquitatis. Non es miſertus aliorum: nec à me modò miſericordiam obtinebis. Noluiſti voces audire pauperum: neque ego iam tuam audire volo. Sacras meas ſcripturas audiebas, & deridebas: atque ideo huc introire tibi non concedam. Prophetas & Apoſtolos meos non recepiſti: ideo verbum quod locutus es, illud te iudicabit in die iſto nouiſſimo. Diſcede à me: non recipit te anguſta porta. Carnem tuam pauiſti, animam verò tuam occidiſti: quomodo ergo vis huc intrare, & regnum meum contaminare? Carnis tuæ C ſtolam † polluiſti; os tuum conuitijs ac maledictis repleuiſti, & proximum tuum odiſti: voluntatem diaboli perfeciſti, meam verò abieciſti: & nunc introire huc poſtulas; † vbi nihil habes repoſitum, non lachrymas, non ploratum ac eiulatum, non ieiunia, non vigilias, non pſalmodias, non virginitatem, non patientiam, non eleemoſynam. cumque ex his nihil huc præmiſeris, quid quæris? Iſtud quippe domicilium inhabitant, qui propter me voluntariam paupertatem ſectati ſunt. Hoc regnum, miſericordium eſt. Hæc lætitia, eorum, qui in mundo luxerunt atque planxerunt, eſt. Iſtud gaudium, eorum, qui † à peccatis reſipuerunt, eaque defleuerunt, eſt. Hæc requies, vigilantium eſt, & ieiunantium. Hæc vita, viduarum & pupillorum eſt. Hic, qui in mundo eſurierunt ac ſitierunt, lætantur exultantque in ſecula. At tu recepiſti bona tua, in vita tua: D diſcede à me in ignem æternum. Iſta porrò audiens, ſtabis confuſione plenus: conſiſtente autem ſic te ibi, reſonabit ad aures tuas vox lætitiæ & exultationis; & agnoſces vniuſcuiuſque ſodalium atque amicorum tuorum voces. Et tunc acerbè ingemiſcens ac plangens, dices: Hei mihi miſero ac infelici: quomodo hac ſum priuatus gloria, & à ſocijs amiciſque meis ſeparatus? Toto tempore vitæ meæ cum ipſis eram, & nunc ab eis ſegregatus ſum. Reuera iuſtum eſt Dei iudicium, & meritò iam patior. Nam illi in ſumma abſtinentia viuebant: ego autem conuiuia ac prandia ſectabar. Illi diuinas laudes canebant: ego autem tacebam. Illi precibus intenti erant: ego verò mente vaga diſtrahebar. Illi ſeipſos deſpiciebant: ego verò ſuperbiebam. Illi lachrymas profundebant: ego verò ridebam. Ideo nunc illi gaudent atque exultant: ego autem in luctu ac dolore verſor. Illi lætantur: ego verò plango. Illi cum Chriſto in ſempiterna regnant ſecula: ego autem cum Antichriſto in ignem æternum mittor. Væ mihi infelici E ac miſerabili: quid mihi accidit? Quantorum bonorum iacturam feci, vt modico hic tempore voluntatem diaboli peragerem. Nunc cognoſco, vnumquemque ſecundum opera ſua, recipere bona vel mala. nunc agnoſco me, à vaniſſimo mundo illuſum ac ſupplantatum eſſe. O quibus quantiſque me bonis priuaui: & quanta mihi ipſi mala conciliaui. Hæc & ſimilia cum planctu ac dolore dices, & nihil omninò proficies: nullus enim ibi pœnitentiæ locus erit, vel vtilitas. Propterea denuntiant, teſtanturque nobis per Apoſtolos & Prophetas, ſacræ Scripturæ, quòd bona quæ præparauit Deus diligentibus ſe, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis † peccatoris aſcenderunt. Audiſti rurſus dicentem Dominum. Nolite timere eos qui occidunt corpus; animam

Ibidem.

Ibidem.
† Vulgat. Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.

Ibidem.

† al. illud.

Luc. 13. & Matth. 7.

Matth. 25.

Luc. 19.

Matth. 7. & Lucæ 13.

† πολλῷ ἐμίανας.

* al. quò nihil præmiſiſti.

† al. qui pœnitentiam egerunt, & ſua peccata deplanxerunt, eſt.

Lucæ 16.

Similia ſunt apud eundem ſupra in Serm. aſcetic. de vita religioſa, atque monaſt.

ANTITHESES GRAVES, ET PATHETICAE.

Matth. 16. 25. Rom. 2. 14.

Eſa. 64. & 1. Cor. 2.

† Illud (peccatoris) deeſt in ſacro Cod.

autem non poſſunt occidere: ſed potius timere eum, qui poteſt & animam & A
Matth.10. Matth.5. corpus perdere in gehennam. Et alibi rurſum: Beati qui perſecutionem patiuntur,
Gal. 6. propter me. Atque ideo dicit etiam Apoſtolus: Nolite errare: Deus non
† vulg. Quæ. † vulg. hæc, irridetur. Quod † enim ſeminauerit homo, † hoc & metet. Quoniam qui ſeminat
Ibidem. in carne ſua, de carne & metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu,
Pſalm. 125. de ſpiritu metet vitam æternam. Nam qui hic ſeminant in lachrymis: in exultatione
illic metent. Attendite, ô fratres mei, & mementote eorum quæ ſcripta
Matth. 13 & Lucæ. 8. habentur: Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et quis exijt, ac ſeminat?
Bonus paterfamilias, Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Cæterum quid ſeminauit?
Verbum Euangelij, & ſancta ſua præcepta. At vbi ſeminauit, & in qua terra?
Rom. 10. In cordibus hominum, per omnes fines mundi. ſed non omnes obediunt
Matth.13. & Lucæ. 8. Euangelio: neque omnes faciunt noualia, vt vbi ceciderit ſemen Domini, ibi B
fructificet: verùm in terra inculta, & inter ſpinas decepti ſuſcipiunt verbum:
atque inter curas, & diuitias, ac voluptates ſeculi ambulantes, ſuffocant illud,
† al. non producit. & † non producunt fructum. Vos autem dilectiſſimi, cor veſtrum ad ſuſceptionem
Euangelij præparate: & nequaquam mentem veſtram ſolicitudo nimia
Matth.6. Luc.12. vani ſeculi huius ſuffocabit. Non ob delicias: ſed neceſſitatis ergò curramus. Si
enim quæ ſunt ſatis, tantummodò perſequemini, non erit quod multum laboretis:
ſin verò delicias atque deuitias conſectamini, hic iam labor varius, & curſus
† al. infinita. inſtabilis, tribulatio † inſatiabilis, vita curis atque anxietatibus plena. Vnum
porrò eſt neceſſarium, ſicut ait Dominus: verumtamen fratres mei, & iſta aliquatenus
oportebat curare ac facere, propter neceſſitatem corporis: & illa aſſiduè,
ob ſalutem veſtræ animæ. cùm nihil nobilius, ſublimiuſque ſit anima, C
Anima nihil nobilius ac pretioſius. cuius cauſſa, fratres, curramus, ſatagamus, ac prompti paratique ſimus quotidie.
Ne in corporis cura, vniuerſum tempus noſtrum inſumamus: ſed quandocunque
corpus eſurit, & nutrimentum appetit, cogita & animam tuam ſuo tunc
NOTA. cibo neceſſario refocillari velle. Et quemadmodum corpus niſi pane ſuſtentetur,
viuere nequit: ſic & anima niſi ſpiritalis ſapientiæ alimento reficiatur, mortua
eſt. Ex duplici ſiquidem parte conſiſtit homo, ex anima videlicet, & corpore:
Matth.4. & Luc.4. atque ideo dicebat Saluator: Non in pane † ſolùm viuit homo. Quocirca tu tamquam
bonus diſpenſator, animæ cibum ipſi præbens animæ, & corporis eſcam
† al. ſolo pane. ipſi corpori, nō modo corpus enutries, verùm & animam fouebis, eamque haudquaquam
deſolatam, famelicamve relinques. De qua quidem anima, rectè ait
1.Tim.5. Apoſtolus: quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt. Caue igitur, tuam à gula animam
Epheſ. 5. interfici permiſeris: at paſce ac foue illam per verba diuina, in pſalmis & D
hymnis, & canticis ſpiritalibus, in lectionibus ſacrarum ſcripturarum, in ieiunijs,
in vigilijs, in orationibus, in lacrymis, in ſpe atque meditatione futurorum
Animæ nutrimentum. bonorum. Hæc, & talia ac his ſimilia, nutrimentum & vita ſunt animæ.
Attendite, fratres chariſſimi, ne quis infructuoſus reperiatur. Qui enim in carne
Galat. 6. ſua ſeminat oblectamenta mundi, delicias, prandia atque conuiuia, de carne &
etiam metet corruptionem: qui autem in ſpiritu ſeminat orationes, ieiunia, &
vigilias, de ſpiritu vitam metet æternam. Conſideratis & videtis, nuſquam eos
laudari qui delicijs indulgent, qui elationibus atque diſtractionibus mundanis
ſunt dediti, quique riſibus & ineptijs gaudent: nam iſta omnia gentilium ac
Matth.5 & Luc.6. paganorum ſunt facta. Noſtra porrò lex, hæc eſt: Beati pauperes ſpiritu. Beati
qui lugent. Beati miſericordes. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.
Beatitudo in quibus conſiſtat. Beati, qui maledicta & opprobria ſuſtinent. Beati mundo corde. Beati
ἐγκρατευόμενοι. continentes † & abſtinentes. Beati, qui baptiſma ſanctum conſeruârunt. E
Beati, qui propter Chriſtum huic ſeculo renuntiârunt. Beati, qui corpore &
1.Cor.7. mente virginitatem ſeruant. Beati, qui habent vxores, tanquam non habentes.
Beati, qui vigilijs, & orationibus planè intenti ſunt. Beati, qui præuident
venturum, vt iudicet viuos & mortuos. Beati, qui lachrymas in ſuis precationibus
effundunt. Hæc ſacræ Scripturæ ſunt monumenta, & orthodoxorum
documenta. Sed quæ obſecro Scriptura beatos prædicat eos, qui tibijs, citharisve
ludunt, vel cymbala pulſant, aut riſibus vacant, vel delicijs atque ebrietatibus,
tripudijsque ſe dedunt, aut mundum, & quæ in mundo ſunt, diligunt?
Hæc omnia lex noſtra non ſuadet. iſta Dominus noſter non docuit: verùm mi-

ſerabilia

A ſerabilia atque infelicia illa cenſuit, luxit, ac planxit, dicens: Væ his, qui nunc Matth.5.&
rident: quoniam lugebunt, & flebunt. Væ qui ſaturati eſtis: quoniam eſurietis. Lucæ 6.
Væ vobis diuitibus. Et rurſus per Prophetam ait: Væ his, qui dicunt malum Eſa.5.
bonum, & bonum malum: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem:
qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum. Væ, qui iuſtificant impium pro Ibidem.
muneribus, & ius iuſti tollunt. Væ his, qui conſurguut manè, & ſiceram ſe- Ibid. at in vulg.
quuntur, qui expectant veſperam: vinum enim comburet eos. Nam cum ci- paullò aliter.
tharis, & tympanis, ac tibijs vinum bibunt: opera autem †Dei non reſpiciunt, †al. Domini.
& opera manuum eius non conſiderant. Hæc, & iſtis ſimilia, hominum mun-
danorum ſunt, & carnalium: non autem Christi dilectorum. Vis porrò etiam
pauca Christi deuotorum, & eorum qui anguſtam incedunt viam, audire? Apo- Matth.7. Luc.13.
B ſtolum auſculta dicentem: In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei mi- 2.Cor. 6.
niſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in
plagis, in carceribus, in † ſeditionibus, in laboribus, in ieiunijs, in vigilijs, & alijs † ἀκαταστασίαις.
quæ ibidem ſequuntur. Rurſumque Dominus: Surgite & orate, vt non intretis in
tentationem. Quorſum ergo debito obſtricti manetis, fratres mei dilectiſſimi? Matth.26.& Lucæ 22.
Ecce audiſtis, quomodo beati prædicantur, qui per anguſtam incedunt viam:
& quo pacto miſeri atque infelices habeantur, qui latam & ſpatioſam viam in- Matth.7.& Luc.13.
ambulant. Venite igitur, & relicta via lata, quæ in perditionem deducit, la-
boremus hic exiguo tempore, vt poſtmodum in omnem æternitatem regnemus,
ſemper præ oculis habentes eum, qui ad iudicandum viuos & mortuos veniet:
ſemperque memoria recolentes vitam æternam, ac regnum immortale, man-
ſionem cum Angelis, & conuerſationem cum Christo. Cogita atque perpende Vita præſens,
C tecum chariſſime, quomodo hæc vita nihil contineat, niſi lachrymas, imprope- quænam in ſe contineat.
ria, maledicta, atque conuitia, relaxationes atque negligentias, labores, morbos,
senectutem, peccatum, & mortem: quare noli diligere hunc mundum, & **NOTA.**
vide ne eius capiaris oblectamentis, teque ſupplantet, ac nudum in alterum
illud ſeculum mittat. Memineris dicti illius: Sine intermiſſione orate. hoc eſt, 1.Theſſ.5.
die noctuque, & quacumque hora. Ne oblecteris ijs, quæ in hac vita iucunda vi-
dentur. Pſalmus in ore tuo ſit aſſiduè. Deus enim cùm nominatur, dæmones Pſalmodię commendatio.
fugat. Et ſi manum operi admoueris, lingua pſallat, & mens oret. Ipſeque Do-
minus per ſeipſum hortatur, & admonet, vt iam hinc paremus noſipſos: &
ſi in aliquo peccauimus, atque offendimus, dum tempus pœnitentiæ habemus,
per lachrymas nobis remedium adhibeamus. Tempus pœnitentiæ, per breue eſt:
D at regni cælorum nullus erit finis. Sanctos quidem beatos ac felices prædicamus, Luc.1.
& coronas eorum concupiſcimus: verùm certamina ipſorum imitari nolumus.
An putatis eos abſque laboribus, ac tribulationibus, ſic coronatos, quemadmo-
dum & vos cupitis? Vultis audire, qualem in hac vita requiem habuerint San- **SANCTORVM CERTAMINA.**
cti? Alij quidem diſtenti ſunt: alij verò ludibria & verbera experti ſunt, inſu-
per & vincula, & carceres: lapidati ſunt, secti ſunt, tentati ſunt, in occiſione Hebr.11.
gladij mortui ſunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, an-
guſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundns, in ſolitudinibus errantes, Ibidem.
in montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ. Ecce audiſtis pauca ex multis,
Sanctorum nimirum victum † & amictum, ac requiem in hac vita: & quo *al. conuerſationem, atque
pacto læti ac hilares iſta omnes ſuſtinuerint: quoniam in æterna illa bona trophæa.
reſpiciebant in cælis repoſita: quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, nec Eſa.64.&
E in cor hominis aſcenderunt. Si ab æterno liberari velis ſupplicio, nemi- 1.Cor.2.
nem vnquam maledictis ac contumelijs proſcindas, iniuriave quacunque af-
ficias. Væ homini impio atque iniquo: quoniam dum omnes illuminabun-
tur, ille tenebrarum caligine obſcurabitur. Væ blaſphemo: nam lingua e- Cōminationes in impios, blaſphemos, auaros, negligētes,
ius colligabitur, & Iudici reſpondere non poterit. Væ diuiti auaro: quo-
niam diuitiæ eius effugient, & ignis æternus ipſum excipiet. Væ pigro ac in fornicarios, maledicos, & otioſos, delicijs
negligenti: requiret enim tempus, quòd malè conſumpſit, & quærens non & voluptatibus deditos, hypocritas, &c.
inueniet. Væ fornicatori, atque adultero: nam quia veſtem nuptialem con-
ſpurcauit, ex regalibus nuptijs cum ignominia eijcietur. Væ maledico atque
contumelioſo, & cum eo ſimul ebrietati dedito: quoniam inter homicidas re-
ferentur, & cum adulteris cruciabuntur. Væ indulgenti delicijs ac voluptatibus

Matth. 7. & Luc. 13.

† al. humiliter autem de ſe ſentit.

Matth. 5. 25. Lucæ 6. 16.

† Matth. 11.

1. Theſſ. 5.

hoc breui tempore: quoniam inſtar agni, in cædem quæretur. Væ hypocritæ: quoniam A cum paſtor negabit, & lupus rapiet. Felix verò atque beatus, qui per anguſtam hic viam ambulat: nam coronam ferens, in cælum intrabit. Beatus qui vitam ſublimem atque cæleſtem ducit, † humilem autem ſenſum habet: nam Chriſtum imitatur, & cum ipſo reſidebit. Beatus qui multis hic benefecerit pauperibus: nam multos ibi, cùm iudicabitur, patronos inueniet. Beatus qui ad cuncta bona ſeipſum impellit: nam † violenti regnum cælorum rapiunt. Quare compellamus noſipſos ad omne opus bonum, fratres: adhortemur ac commonefaciamus, & ædificemus alter alterum, ſicut & ſemper facitis.

De extremo Iudicio ſemper loquendum, ac cogitandum.

Matth. 8. 22. Marc. 9. & Eſa. 66. &c.

De extremo iudicio, ſit ſermo atque colloquium noſtrum: & de excuſatione atque B defenſione illic noſtra. Et ſiue in via ambulatis, ſiue in prandio ac conuiuio verſamini, ſiue in veſtris eſtis cubilibus, ſiue quid aliud agitis; ſemper de futuro iudicio, & aduentu iuſti Iudicis ſolliciti ſitis: atque de eo aſſiduè in cordibus veſtris cogitate, & ad inuicem ſic dicite: Sed qualeſnam ſunt tenebræ illæ exteriores? qualis eſt ignis ille inextinguibilis, & vermis nunquam dormiens? Qualiſnam ſtridor ille dentium? Hæc ad inuicem omni tempore, die noctuque colloquamini:

Dan. 7. Eſa. 34. & Apoc. 6. Matth. 24. & Lucæ 17. 21. Ibidem. Ibid. 1. Cor. 15 1. Theſſ. 4. & Ioan. 5.

1. Theſſ. 4. 1. Cor. 15.

Matth. 25.

& quomodo tunc præcurret fluuius igneus, ac terram expurgabit ab iniquitatibus eius. quomodo vt liber, complicabitur cælum. quomodo aſtra, vt folia à ficu, decident. quomodo ſol & luna deficient. quomodo cæli ad nutum ac iuſſionem Domini diſcindentur. quomodo Iudex, fulguris inſtar relucens, è cælo deſcendet. quo pacto turbatæ atque commotæ virtutes cælorum præcedent. quo pacto formidabilis thronus ac ſedes præparabitur. quo pacto pauimentum C terræ concutietur, aduentum Iudicis expectans. quo pacto reſonabunt tubæ. quo pacto monumenta aperientur. quo pacto tumuli excutientur. quo pacto qui à ſæculo obdormierunt, tanquam à ſomno excitabuntur. quomodo rurſum animæ ad ſua corpora recurrent. quomodo obuiam Sancti occurrent. quomodo digni introitu habebuntur parati. quomodo à Sponſi thalamo excludentur negligentes atque ignaui.

MORTIS RECORDATIO SALVBERRIMA.

Matth. 6.

† vulg. inquirũt

Matth. 6.

Hæc meditari, bonum eſt ac vtile. Iſta curare, & anxiè atque ſollicitè dies noctesque cogitare, neceſſarium. Qui enim ſemper mortis recordatur, raro aut nunquam peccabit. Ne totum vitæ noſtræ tempus pro ventre curando, & his quibus operiamur, decurramus. Hæc enim omnia gentes † faciunt, quibus nulla vitæ æternæ ſpes eſt. Ne igitur ſimiles reddamur eis: ſed Dominum noſtrum audiamus dicentem: Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.

Luc. 1.

† al. nos deducet.

Matth. 5. & Luc. 6. Matth. 7. & Luc. 13.

Quæramus, ô fratres, regnum illud, cuius non erit finis. Quæramus illud gaudium, quod in omnem æternitatem † durabit. D Satagamus, atque oremus, chariſſimi, cum labore atque dolore cordis, lachrymis atque ſuſpirijs: ne beata illa fruſtremur voce. Faceſſant à nobis hic deliciæ mundanæ: vt illic, paradiſi delicias lucremur. Ploremus hic modicum: vt illic rideamus. Eſuriamus hic: vt ibi ſatiemur. Ingrediamur hic per anguſtam portam, & arctam viam: vt ibi latam ac ſpatioſam viam incedamus. Iterumque dico: Videte ne decipiat vos hæc vita, atque illudat, & nudos ac miſerabiles, in illud futurum ſeculum tranſmittat. Multos enim ſupplantauit, multos illuſit, multos excæcauit fraus atque fallacia mundi iſtius.

Matth. 4. 11. 19.

† καταπτύσωμεν.

† al. & chorum inter Angelos, & manſionem cum Chriſto obtineamus.

Cæterum nos, fratres dilectiſſimi, attendamus nobis ipſis. Dominum dicentem audiamus: Venite poſt me, omnes. Cuncta reliquamus: & ipſum ſolum ſequamur. Reſpuamus † ac contemnamus omne gaudium mundi huius: ſubſannat enim cunctos ipſum diligentes. Demus E autem operam, vt vitam æternam apprehendamus: & chorum, ac locum † cum Angelis, conuerſationemque cum Chriſto obtineamus: Quoniam ipſi gloria, & potentia, cum Patre, & ſancto Spiritu, in infinita ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ Lectiones.

Sermo hic κατανυκτικός, id eſt, Compunctorius, ſiue de compunctione animi inſcribitur, quòd ad cordis, ſiue animi compunctionem acquirendam valdè ſit vtilis, & efficax, deque ea potiſſimum in illo

A *in illo agatur. Eſt autem terrore plenus, & lectu vtilis, planeq́; neceſſarius: multa quippe de morte, & de ſecundo Chriſti aduentu, extremoq́; iudicio continet: quare etiam ad ſedulò vigilandum, pœnitentiamque agendam, ac vitam in melius commutandam ſeriò cunctos hortatur & admonet. Bona opera commendat. Propter animæ ſalutem, ſtudioſè adlaborandum docet: illiusq́;, ac corporis nutrimentum, cuiuſmodi ſit, oſtendit. Vita præſens qualia in ſe contineat, demonſtrat. Pſalmodiæ commendationem ponit. Sanctorum Chriſti athletarum certamina deſcribit, imitandaq́; proponit. Comminationes varias in homines impios, blaſphemos, auaros, deſides, maledicos, fornicarios, & delicijs ac voluptatibus deditos, hypocritas, alioſq́; ſimiles ſtatuit. De formidabili illo vltimo Iudicio ſemper & vbique loquendum, ac cogitandum dicit: mortiſq́; frequentem recordationem omnibus ſaluberrimam oſtendit.*

B Audi quid dicat Theologus Ioannes: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt: quoniam omne quod eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, &c.] *Hic duo notanda occurrunt: prius, cur Auctor S. Ioannem Euangeliſtam ferè vbique Theologum nominet. poſterius eſt circa verba Ioannis hic citata, & variam eorum lectionem. Ad primum dicimus, S. Ioannem Euangeliſtam ſolum ex omnibus Euangelij ſcriptoribus, Theologi cognomento inſignitum eſſe, eo quòd alijs in exponenda Chriſti humanitate, rebuſq́; ad eam pertinentibus, magna ex parte occupatis, ipſe altius ſe erexerit, ac diuinitatem eius litteris ac ſcriptis ſuis complexus ſit. Quare & eadem hac nomenclatura vſi ſunt & alij ex antiquis Patribus, ac præſertim Græci, vt Ioannem Euangeliſtam, Theologum cognomento appellarent: ita Dionyſius Areopagita ad eum per epiſtolam ſcribens. ita S. Athanaſius in Synopſi. ita Hyppolitus Martyr de conſummatione mundi, vbi ait:* Secundùm hanc conſonat Ioannes Theologus, dilectus Chriſto, &c.] *ita Cyrillus Hieroſolymitanus, catecheſi 12. Epiphanius hæreſi 51. Ioannes Chryſoſtomus in prooem. in Pſal. 37. & in Sermone iam primùm à nobis edito, de pſeudoprophetis, & falſis doctoribus. & Cyrillus Alexandri-* C *nus libro 3. de Trinitate, alijq́; alibi, qui communiter omnes cum noſtro Auctore S. Ioannem Euangeliſtam cognomento Theologum nuncupare ſolent. Ad locum porrò Scripturæ hic ex Ioanne allegatum, quod attinet, legitur ille paullo aliter, & quidem plenius in ſacro Codice ſic:* Nolite diligere mundum, neque ea quę in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo: quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitę, quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt: & mundus tranſit, & concupiſcentia eius, &c.] *ita vulg. Græc. & Lat 1. Ioan. 2 cui per omnia lectioni alibi quoque conſonat Ephræm in Sermone Tomo 1. contra eos qui dicunt Reſurrectionem mortuorum non eſſe. vt veriſimile ſit, eum quibuſdam prætermiſſis hic ſtudio ita legiſſe: ſicut & alibi variat, aliterq́; de induſtria credo hunc ipſum Scripturæ locum legit in tractatu de Beatitudinibus. Tomo 1. cuius initium eſt: Beatus qui à cunctis rebus terrenis huius vitæ totus eſt liber, &c. de quo & ibi in Schol. vbi & S. Bernardus conformiter in Sermone 1. in Octaua Paſchæ, iiſdem prætermiſſis, vt hic apud Auctorem legit, paullò poſt medium ibi: Siquidem & hoc ip-* D *ſum beatus Ioannes indicat dicens: Chariſſimi, nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Omne enim quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſeculi, &c.] Et in Sermone de diligendo Deo, vbi ſic legendo exorditur:* Nolite diligere mundum, neque ea quę in mundo ſunt, omnia enim quę in mundo ſunt, concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſpiritus, qui non ſunt ex Patre, &c.] *Quem quoque S. Ioannis Theologi locum alibi citans Ioannes Chryſoſtomus, paullò aliter eum ſic legit, & explicat: Et in iſto (inquiens) tranſgreſſionis peccato, in lumbis eius totus vitiatus eſt mundus; & in illo peccato primi hominis facta eſt de vna cupiditate, trina cupiditas: ita, vt omne quòd eſt in mundo, vt ait Apoſtolus, concupiſcentia ſit ventris, quod eſt lignum ſuaue ad eſcam; concupiſcentia oculorum, quod eſt ſpecioſum oculis ad videndum; & ambitio ſeculi, quod eſt eſſe, vt Deus, &c. ſic Tomo primo Chryſoſtomus in Homilia de lapſu primi hominis, quæ ibi inchoatur: Deus ſine initio ſempiternus, ſine fine perpetuus, &c. circa medium, ex quibus hic* E *varietatem collige, expende, & concilia.*

Auerſare veſtimenta mollia, ornamenta ac coronamenta, varia tincturarum genera, ſtibia, venuſtates, faſtum, &c.] *De his vide quæ alibi S. Pater Ephræm recenſet, ac præſertim Tomo 1. in Sermone quod ludicris rebus abſtinendum ſit Chriſtianis, & in noſtris ibi Scholijs, & Sermone de abſtinendo à cupiditatibus carnalibus. cuius ibi principiũ eſt: Qui in medicorũ curantur officinis, &c. ac potiſſimum ibi:* Ne veſtis mollis, ne odoramenta in veſtibus, fœminarum more, &c.] *de quibus & ibi plura in Scholijs. Et eodem Tomo 1. in Tract. de abrenuntiatione in ſacro Baptiſmo facta. ac poſtea in Tractatu de varijs Tormentorum locis inferni. & in noſtris ibidem copioſis Scholijs. De his quoque Magnus Baſilius in Commentarijs ſuper caput 3 Eſaiæ Prophetæ, ac præſertim pòſt medium. & Homilia in Pſal. 45. qui incipit: Deus noſter refugiũ, &c. & in Oratione de Temperantia ſiue cõtinentia, & incontinẽtia. cuius initium eſt: Alexãder ille rex Macedonũ, cùm filias Darij in ſuam redegiſſet poteſtatẽ, &c. alibiq́; ſæpius. necnon S. Gregorius Nazianzenus in Tractatu aduerſus mulieres ambitioſius ſeſe ornantes & excolentes. cuius principium eſt:* Cauete, ô mulieres, ne caput veſtrum nothis & adulterinis crinibus, tamquam turribus quibuſdam muniatis, &c.] *& in Oratione in ſanctum Baptiſma, poſt medium, vbi ait:* nihil tibi amuletis, nec incantamentis opus eſt, &c.] *ac Nicetas ibidem, alibiq́; ſparſim ſæpius. & S. Chryſoſtomus ad populum Antiochenum, Homilia 21. in Catech ad illuminandos. & in Oratione ipſis Calendis habita: contra nouiluniorum obſeruatores, & alibi crebrius. ac S. Hieronymus in Epiſtola 27. ad Euſtochium virginem, in Epitaphio Paulæ matris, ante medium ibi:* Turpanda eſt facies,

quam contra Dei pręceptum purpuriſſo, & ceruſſa, & ſtibio ſæpe depinxi, &c.] *pluribuſq́; alijs* A
apud eum locis.

Longius poſtea, vbi habetur: Atque ideo dicit etiam Apoſtolus: Nolite errare: Deus non irridetur.
Quod enim ſeminauerit homo, hoc & metet, &c.] *Iſta hinc vſque ad verba, quæ multis*
interiectis leguntur poſterius: Attendite, fratres chariſſimi, ne quis infructuoſus reperiatur, &c.] *omnia*
ferè continentur alibi apud Ephræm in Sermone de Compunctione & ſalute animæ, Tomo 1. cuius ibi
initium eſt: Venite cuncti fratres, bonum à me peccatore conſilium accipite, &c. quibuſdam tamen illic B
explicationis gratia ad verba Scripturæ adiectis, quæ hic deſunt. Et hinc videre licet, eadem ſæpe
verbis atque ſententijs adduci ac repeti ab Auctore alijs atque alijs in locis: quod idem & ab alijs
Patribus, S. Baſilio, Chryſoſtomo, Leone Magno, alijſq́; pluribus ſeruari deprehendet, quiſquis eorum
Opera diligenter legerit, locaq́; varia contulerit. De ratione porrò Noualium (quorum hic paullò poſt facit
mentionem, vbi dicit: Sed non omnes faciunt noualia, &c. *habes in noſtris Scholijs, in iam allegato*
Sermone, Tomo. 1. de Compunctione, & ſalute animæ.

Et rurſus per Prophetam ait: Væ his, qui dicunt malum bonum, & bonum malum: qui
ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum, &c.]
Locus eſt Eſaiæ 5. conſonatq́; lectio iuxta Septuaginta, etiam alibi apud Auct. at paullo aliter hic in vulg.
vbi legitur: Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras lucem, & lucem
tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum, &c. Quem etiam locum pulchrè illuſtrans, atque
accommodans alibi S. Baſilius ſic legit: Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum: qui ponitis
tenebras lucem, & lucem tenebras: qui ponitis dulce amarum, & amarum dulce, &c. ita Baſilius in C
Commentarijs ſuper caput 5. Eſaiæ Prophetæ. Quod porrò ex eodem Scripturæ loco Auctor hic poſtea
ſubijcit, in ſacro codice præcedit, nimirum iſtud: Vę his, qui conſurgunt manè, & ſiceram ſequuntur, qui
expectant veſperam: vinum autem comburet eos, &c.] *legiturq́; hic Locus quaſi per omnia vt in*
editione Septuaginta, at aliter in vulg. hoc modo: Væ, qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, &
potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in
conuiuijs veſtris: & opus Domini non reſpicitis, & opera manuum eius non conſideratis, &c. vnde, quæ inter
hanc, & illam Auctoris noſtri lectionem varietas ſit, quæue conuenientia, colligat decernatq́; ſecum
eruditus Lector, vt etiam in reliquis.

Cogita atque perpende tecum, quomodo hæc vita nihil contineat, niſi lachrymas,
improperia, maledicta atque conuitia, labores, morbos, ſenectutem, peccatum, & mortem, &c.] *Iſta*
ad præſentis vitæ miſerias demonſtrandas, & vnicuique eas ob oculos ponendas faciunt: de quibus alibi
latius apud S. Ephræm, in principio quaſi primi Tomi de his, quæ præſens hæc noſtra vita in ſe continet, D
vbi inter alia habetur: Quamobrem cogita, ô homo, quid pręſens hęc vita in ſe habeat, habet
fætorem, tribulationem, laborem, dolorem, curſum continuum: *& reliqua quæ ibi enumerantur. De*
quibus & poſtea eodem Tomo Ephræm, in Sermone de non ſuſpiciendis rebus hiſce momentaneis: & ne
patiamur nos decipi huius vitæ oblectamentis. Et apud S. Baſilium in Sermone quòd non oporteat rebus
huius vitæ adhærere. & in eiuſdem Baſilij Oratione de Morte, quam aliâs traduximus, & ad finem
primi noſtri Tomi Ephræmitici adiecimus: vbi inter alia, vitæ præſentis deſcriptionem ponit, &
inſtabilitatem vitæ humanæ, humanarumq́; rerum mutationes oſtendit, necnon vitæ breuitatem, atque
incertitudinem, periculaq́; varia omnibus proponit. In quod argumentum, & S. Gregorij Nazianzeni extat
carmen, de vitæ vanitate, atque incertitudine, & communi omnium fine. ac aliud eiuſdem de externi E
hominis vilitate, & præſentium rerum vanitate. cuius initium eſt: Quis prius ipſe fui? quis ſum, quis
mox ero? &c.] *Quò facit & S. Ioannis Chryſoſtomi Sermo, de vanitate & breuitate præſentis vitæ, &c.*
qui eſt inter didact. & parænet. poſtrema edit. Pariſienſ. alijq́; eiuſdem Sermones plurimi, etiam
nondum in lucem editi: quales non paucos diuerſorum Argumentorum Græcè
manuſcriptos adhuc habeo, ſuo tempore diuina fauente
gratia, à me vel alijs
publicandos.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

Confeſſio, * & ſui ipſius reprehenſio.

Eodem Scholiaſte & Interprete Doct. Gerard. Voſſio.

CVM in multis, fratres dilectiſſimi, prodeſſe vobis videar, animæ quoque propriæ vtiliter conſulere debeo. Abſurdum quippe eſt, fame illum confici, qui cibum alijs impertitur: turpeque eſt ſiti perire me, qui reliquis potũ ſubminiſtro; quod ſanè fiet, niſi meam ipſe conſcientiam reprehendero: *noui enim quantum mihi illud feciſſe, in futuro profuturum ſit iudicio. Nam quando adhuc in *ſeculo verſabar, inimicus oppugnauit me in iuuentute, *quæ mihi ferè perſuaſerat, illa quæ in hac accidunt vita, fortuitò *caſuque fieri. Contigitq; mihi, quod naui alicui gubernaculis deſtitutæ, gubernatore in prora conſiſtente: quippe quæ vel retrocedit, vel non procedit, vel etiam euertitur: niſi aliqua vel per Angelum, vel per hominem viſitatione, vel prouidentia ſubleuetur. Quod ipſum & in me accidit, qui procellarum errore agitabar, nec pericula imminentia præſentiebam: quando diuina benignitas me in *interioris Meſopotamiæ regione peragrantem, fecit in paſtorem quemdam ouium incidere: qui cùm ex me quonam tenderem percontaretur, egoque quò me pedes ferrent, reſponderem, ad me ille: Si me, inquit, audieris adoleſcens, huc ad nos diuerte: quoniam ad veſperum inclinat iam dies. Quibus ego permotus verbis, remanſi apud eum. Media autem nocte lupi gregem adorti, oues diſſipârunt: cùm interim paſtor graui ſomno propter ebrietatem *correptus iaceret. At Domini ſuperuenientes, me quoque tanquam reum in iudicium abripuerunt. Conſtitutus autem ante iudicium, me defendebam, & rem vti acciderat enarrabam. Interea verò poſt me adductus eſt quidam in adulterio (vt aiebant) deprehenſus: ſed mulier *profugerat. Iudex autem re dilata, vtrumque noſtrum in eundem detrudi iuſſit carcerem: in quo agricolam quemdam propter homicidium detentum reperimus. Sed neque qui mecum ducebatur, adulter erat: neque hic agricola, homicida ſicut neque ego ouium fur, atque abactor fueram: cadauer autem propter agricolam, & paſtor propter me, & maritus propter adulterum in alia ſeruabantur domo, atque cuſtodia. Peractis igitur *ſeptem illic diebus, aſpexi *octauo die quemdam ſecundum quietem ſic me compellantem: Pietatem cole, & diuinam Prouidentiam intelliges. Expende tecum quæ cogitaueris, ac feceris, & ex teipſo cognoſces, nihil vos iniuſtè pati: ſed neque ipſi ſcelerum auctores impunè euadent. Somno igitur ſolutus, quæ in viſione adſpexeram, memoria mecum repetebam. Perueſtigatoque lapſu & errore meo, comperi me, in agro regionis illius vbi captus fueram, pauperis cuiuſdam peregrini iuuencam quadam malitia cōcitatum *media nocte è ſuo loco atque cubili exegiſſe: quam frigore languentem, atque vterum gerentem bellua illuc aduentans dilacerauit. Cum igitur ſomniũ meum, eiuſque cauſſam ijs qui mecum erant, recenſuiſſem: ipſi quoque permoti *atq; admoniti, narrare cœperunt quæ ſibi acciderant. Et agricola quidem ante alios incipiens: ego, inquit, dum quendam in flumine ſuffocari conſpicerem, *cui auxilio eſſe poteram, manus auxiliatrices præbere neglexi. Ciuis autem mulierem, quæ per calumniam accuſabatur, teſtimonio ſuo falsò inſimulauit: vidua enim (inquit) hæc erat, & fratres eius, hoc illi crimen inferentes, paterna eam hæreditate ſpoliarunt: & * mihi mercedem, de qua conuenerat, perſoluerunt. Quibus ego dictis atque relationibus, cœpi compungi, atque reſipiſcere; & nos meritò pœnas luere, intelligere. Quod ſi ſolus fuiſſem, cenſuiſſem fortaſſe, id caſu fortuitoque accidiſſe: at tres eramus pariter detenti. Accedebat & quartus quidam *iniuſtus, qui nec genere cum illis qui iniuria affecti fuerant, coniunctus erat; neque conſcius quidem eorum extiterat: cùm nec mihi, nec ſocijs quibus

*al. Reprehenſio in ſeipſum; & de ſeſe confeſſio.

*ἐν πολλοῖς. al. in ſecularium multitudine.

*al. qui.

*αὐτόματα εἶναι.

*al. in interiore.

*al. oppreſſus eſſet.

*al. ſe ſubduxerat.

*al. 40.

*al. quadrageſimo die, vt eſt in ſua Conuerſ.

*al. ſub noctem; vt in conuerſ. vbi hæc paullò aliter.

*προτραπέντες.

*al. cum ſuccurrere poſſem, ſpreui ac recuſaui.

*al. & ipſi, ſcilic. ciui.

*al. vindex.

ſpeciem ac formam eius deſcripſeram, antea vnquam viſus eſſet. Rurſus autem A ſomno captus, eumdem adſpicio ſic dicentem: Cras conſpicietis & illos, qui à vobis iniuria affecti ſunt, & calumniæ falſæque accuſationis veſtræ remunerationē. Experrectus, cogitabundus hærebam. Socij verò ad me: quid, inquiunt, ita triſtis es? quibus ego cauſſam quidem exponebam, ſed exitum rei metuebam, & iam illas de caſu & fortuna cogitationes obliuioni tradideram. Illi autem magna mecum ſollicitudine angebantur. Tranſacta igitur nocte illa, ſiſtimur iudici: & ſubitò adducuntur * quinque vincti coram eo. Itaque qui mecum erant, multis excepti verberibus, iterum in cuſtodiam retruſi ſunt, me illic relicto. Deinde duo in primis in iudicium adducti ſunt: atque iſti, fratres illius erant viduæ, quæ per calumniam ab ijs paterna hæreditate fuerat ſpoliata: vnus autem eorum in homicidio, alter in adulterio deprehenſus erat. Quæ dum ipſi crimina confeſſi eſ- B ſent per tormenta coacti ſunt & alia quæ patrarant ſcelera confiteri. Homicida ergo confeſſus eſt, ſe quodam tempore dum negotiaretur in ciuitate, cum muliere quadam conſuetudinem habuiſſe: hæc verò illa erat, cuius cauſſa vnus ex illis, qui mecum detinebantur, in cuſtodia ſeruabatur. Interrogatuſque quo pacto effugiſſet? accidit, inquit, vt, dum * obſeruaremur, vicinus quidam adulteræ, alia ad eam accederet via, quaſi aliquid ab ipſa vtendum poſtulaturus: quod cum dediſſet illa, me iam per feneſtram demiſſo, rogauit illum, vt ſe quoque per eandem feneſtram demitteret, prætexens fœneratores ad ſe capiendam aduentare. Quod cùm ille iam niteretur facere, mox à marito eiuſce mulieris comprehenſus eſt: * nobis interea aufugientibus. Adhæc autem Iudex: vbi, inquit, eſt mulier? Ille autem cùm locum indicaſſet, iuſſus eſt ad mulieris vſque aduentum cuſtodiri. Alter verò præter adulterium, cuius damnatus fuerat, etiam ſe hominem interfe- C ciſſe confeſſus eſt, illum ſcilicet, quem agricola, qui mecum detinebatur, occidiſſe accuſabatur. Aiebat autem maritum mortuum illius eſſe fœminæ, quæ ipſius * amore capta fuerat. Nam cùm, inquit, pomeridiano tempore agrum ſuum inuiſeret, fictæ ſalutationis prætextu propius accedens, confeſtim illum occidi, & aufugi. Affines autem, cùm ad clamorem occiſi eſſent egreſſi, nullum inuenerũt aut viderunt præter hominem quendam agreſtem, quem magno labore feſſum ſomnoque correptum, tanquam homicidam comprehenderunt, & in vincula coniecerunt. Quæ * cùm ille retuliſſet, locumq; pariter ac nomen mulieris indicaſſet, mox in carcerem abductus eſt. Adducti autem ſunt & tres reliqui, quorum vnus quòd ſegetes combuſſiſſet accuſſabatur: alij verò duo, quòd conſcij & ſocij cœdis fuiſſent, ſed paucis excepti verberibus, quia nihil confitebantur, in carcerem perducti ſunt. Audierat enim Iudex ſuum aduentare ſucceſſorem: & ego, nulla de me D facta quæſtione, cum ipſis receſſi. Eramus igitur in eadem omnes cuſtodia detenti. Iudex verò qui adueniebat & ſuccedebat, è noſtra erat patria: ſed multo ego tempore, quis & vnde eſſet, ignorabam. Interea autem dum pluſculũ nobis temporis atque opportunitatis interquieſcendi tribueretur, amicitiam cõtraximus, Cumque priores iam facti alacriores eſſent, & reliquis quæ acciderant, recenſuiſſent; in me omnes tanquam in hominem pium atque religioſum intendebant. Fratres autem viduæ illius, cognito homine qui contra eam * patrocinatus erat, admirati ſunt. Cũcti verò rogabant me, vt ſi qua ratione poſſem, aliquid fauſti ac boni adnuntiarem ipſis. Cæterùm multis diebus commoratus ibi, non amplius eum qui in ſomnis mihi apparuerat, vidi. Quem in fine tamen dierum iterum conſpexi, me ſic compellantem: Ecce hi tres, aliorum etiam ſcelerum rei, nunc iuſtas pœnas luent. Quod ipſis cùm dixiſſem, confeſſi ſunt duo ex eis ſe flagitij cu- E iuſdam furis conſcios fuiſſe, qui cum quendam interfeciſſet propter vineam adiacentem ſuæ poſſeſſioni, ei nos teſtimonium dedimus hanc ipſius fuiſſe vineam; eumque non ab illo necatum, ſed è rupe præcipitem corruiſſe mortuum. Alius autem tertius retulit ſe ira concitatum, è tecto quendam præter voluntatem deturbaſſe, quo ex caſu ille interijſſet. Poſtea rurſus conſpexi in ſomnis hæc mihi referentem: Tu cras liberaberis; reliqui autem iuſtum ſubituri ſunt iudicium. Fidelis igitur eſto, & diuinam prouidentiam enarrato. Altera ergo die Iudex pro tribunali ſedens, quæſtionē de omnibus nobis habuit. Et exploratis quæ iam acta fuerant, ac fœminis quæ * paratæ aderãt, interrogatis, a quiſque teſtibus adhibitis; Iudex

* ἀναφορὰ, videtur eſſe hic ille numerus quinque captorum.

* al. cuſtodiremur.

* al. nos verò elapſi ſumus.

* τῆς ἐρώσης αὐτοῦ.

* al. interrogatiuè ſic: Quis verò hæc indicauit? mulier, inquit. At ille: vbi hæc? Ipſe verò & nomen, & locum oſtendit, in alia regione nõ procul ab altera, &c.) vt eſt in alio MS. Græco.

* συνηγορήσαντα.

Iſta, de vinea, & de illo ex rupe præcipitato, illoque è tecto deturbato, &c. al. deſunt, nec ponuntur in Narrat. de ſua Conuerſione.

* ἑτοιμασθεῖσαι.

A Iudex innocentes abſoluit, agricolam inquam, & eum qui falsò adulterij accuſatus fuerat: fœminas autem torturæ ſubiecit, vt conſtaret an alijs etiam facinoribus reperirentur obnoxiæ. Comperit igitur vnam earum, odio illius, qui ſuum adulterum prodiderat, incitatam, bona ipſius incendiſſe: ex quo quidem incendio, agrique depopulatione, cùm quidam propius fugeret, tamquam illius auctor comprehenſus eſt: & hic nobiſcum erat; quem etiam Iudex quæſtione habita, quia innoxiũ reperit, abſoluit atque dimiſit. Altera verò adultera, cùm in eodem eſſet vico, vbi duo illi comprehenſi fuerant, qui in homicidio perpetrando dicebantur extitiſſe ſocij, rem omnem vti contigerat, apertè confeſſa eſt. Qui ne- B catus eſt, inquit, cùm domi meæ ab altero viduæ illius fratre (qui meus erat amator) mecum concumbere deprehenſus eſſet, occiſus ab illo eſt, & in * biuium proiectus. Concurſuq; hominũ facto, cùm duo viri quemdam perſequerentur, à quo ſibi hœdus ſurreptus erat; eos alij cõſpicati, arbitranteſq; id eo fugere, quòd cædẽ patrâſſent, cõprehenderunt, ac carceri tradiderunt. Iudex verò cùm diligenter, & nomen eorum, & genus, & quinam, ac quales eſſent, explorâſſet, & rem omnem apertius cognouiſſet, illos innoxios liberauit. Erãt autẽ hi quinq;, agricola nimirum, & qui falsò adulterij fuerat accuſatus, & tres poſtremi. Porrò duos fratres, & ſceleſtas illas cum ipſis mulierculas, à feris dilaniari iuſſit. Tunc verò & me Iudex in medium adducendum curabat, qui licet beneuolentia coniunctus mihi eſſet, ſcire tamen ex me ordioe voluit, quo pacto res illa ouiũ ſucceſſiſſet. Cui dum ego C id quod verè geſtum erat, retuliſſem, meque ex voce & nomine ille cognouiſſet, (familiaritas enim ipſi cum meis interceſſerat parentibus) quæſtione de paſtore habita, eoque flagris excepto, ac veritate comperta, poſt dies plus minus * ſeptuaginta, ab accuſatione & crimine obiecto me abſoluit & liberauit. Nocte deinde ſequenti, in ſomnis conſpexi virum mihi dicentem: Reuertere ad * locum tuum, & de iniquitate tua age pœnitentiam, certoque ſcias vnum eſſe oculum cuncta perluſtrantem: & grauiter ille mihi comminatus, receſſit; quem ad hunc vſq; diem non amplius vidi. Anxius igitur, & multis lachrymis perfuſus inde abij, ignorans vtrum Deo ſatisfecerim. Quapropter omnium me precibus adiuuari depoſco: nam vulnus mihi grauiſſimum accidit, atq; incurabile. Viſionibus ego non efferor, ſed impijs cogitationibus meis diuexor* & angor. Apparuit & Pharaoni Angelus futura prænuntians: ſed mentem atque ſententiam eius, prophetia non mutauit. Dicit & Chriſtus illis qui nomine ſuo prophetauerant: non noui vos, D operarij iniquitatis. Scio me vera vidiſſe, & reipſa expertus ſum: ſed excruciat me ſupra modum ingens mea in Deum iniuria. Nam qui dicit omnia * caſu fortuitoque fieri, is diuinitatem è medio tollit. Iſtud cogitaui, non inficior: reſipui, ſed an Deum mihi placuerim, neſcio. De ipſo prædicaui: ſed vtrum verba mea ipſi grata fuerint atque accepta, me latet. De prouidentia ſcripſi: ſed * an Deo placuerint mea ſcripta, ignoro. Domum vidi: & œconomum adeſſe cognoui. Mundum intuitus ſum; & prouidentiam intellexi. Nauem abſque gubernatore ſubmergi aſpexi; & inanes hominum labores ſine Dei gubernatione eſſe, animaduerti. Ciuitates, & reſpublicas diuerſas bene conſtitutas vidi; & Dei ordinatione atque præſcripto cuncta conſiſtere, intellexi. Ex paſtore, grex viget, & ex Deo cuncta quæ ſuper terram ſunt, creſcunt & coaleſcunt. Per agricolam, inter triticum & ſpinas diſcernitur: & à Deo, omnis quæ in terris eſt prudentia & intelli- E gentia adhibetur. Ab Imperatore, militaris exercitus dependet ordo: & à Deo, vera cunctarum rerum cõſtitutio atque diſpoſitio. Nihil in terra abſque capite atque origine: quoniam cunctarum rerum principiũ eſt Deus. Flumina ex fontibus ſcaturiunt: & à diuina ſapientia leges. Fructus producit terra, ſi tamen ex cælo ipſa fuerit irrigata: adeò ex ſeipſo fieri nihil poteſt. Dies, lucis copiam ſuggerit, ſed tamẽ ſolaribus radijs ad ſui perfectionẽ indiget: ſic & bona ab hominibus efficiuntur, ſed diuina gratia perficiuntur. Sol lumen continet, at cælo in quo requieſcat indiget: ſimiliter & Deo pij ac ſancti homines opus habent, à quo * reparentur. Neque lumen ſine igne, neq; nox abſque tenebris. Mutuo enim cuncta auxilio indigent, vt * eum qui ipſos coniunxit, repræſentent. Hoc illius ope indiget, & illud alteris: ſolus autem Deus nullius eget. Nihil ſua ſpõte, in rerũ natura exiſtit, quoniã ſeipſum facere nemo poteſt. Nam ſi quis ſeipſum faceret, is eſſet

priuſ-

* ἄμφοδον.

*al. octoginta.

*al. in regionem tuam.

* κατατρύχομαι.

Ezech. 29. 30. &c. Luc. 13. & Matth. 7. 25.

* αὐτόματα πάντα.

*al. ſed an accepta Deo illa fuerint, neſcio.

* εἰς τὴν ἀποκατάστασιν.

*al. vt ita ſuum moderatorem indicent.

priuſquam fieret: & quo pacto poſtea talis factus eſſet? nam quod exiſtit antequam fiat, non indiget vt id fiat, quod eſt: neque alieno opus habet adminiculo ad illius, quod eſt, conſtitutionem. Solus igitur Deus nõ factus. A ratione quippe alienum eſt, vt aliquid ſponte * & à ſeipſo fiat. Neque ignorat Deus ſe factum non eſſe: neque vt nos, principium infantiæ habuit. Non eſt ignarus ſubſtantiæ atque eſſentiæ ſuæ: neque enim eam quiſquam ipſi conceſſit. Nouit id quod eſt, omnemque humanã cogitationem excedit. Non inuidet: ſed parcit nobis. Neque enim audire valemus principium rei non factæ: quia nec dici quidem poteſt. Rei principio carentis initium intelligere nequimus: cùm neque tantam intelligendi facultatem habeamus. Terrena Deus ex monte Sina locutus eſt, & populi perterrita eſt multitudo: quid igitur ſi cæleſtia loquatur, agemus? E terra locutus eſt, & homines infiniti * cohorruerunt: quid ergo faciemus, ſi nos è cœlo alloquatur? Rogauit populus, ne Dei vocem audiret: & Deus illi quod petebat, conceſſit. Moyſes Deum, vt cum populo permaneret, orauit: & mortui ſunt multi, quia ad diuinam naturam appropinquare non poterant. Oſtẽdit igirur Deus fieri propter iuſtitiam ſuam, vt hominibus iuſtis appropinquet: ſicut contra, immedicabilis ſit plaga iniuſtis. Parcit itaque nobis, & ſubducit ſe, vt viuamus, ſic quoq; arcana tegit, quæ capere nequimus. Acceſſit ad Aaron: & quòd filios ipſius comperiret reos, interemit eos. Acceſſit ad populũ: & multos peccatores occidit. Si igitur diuina nobis dixerit, & non crediderimus, omnes nos interficiet: ideo autem ea nobis non dicit, quia præuidet nos credituros non eſſe. Rectè igitur agit, proſpiciens ac conſulens nobis, ne moriamur. Non tantam nobis intelligentiã præbet: ne liberæ voluntatis propoſitum extinguat. non maiores vires nobis tribuit: ne naturam * obruat. Benignitatem non exhaurit: ne malitia atq; improbitate ſuperetur. Non facit homines Angelos: ne poteſtates confundat. neque Angelos efficit Cherubim: ne * opificiũ peruertat. Tantum autem cuiq; tribuit, quantum creata quælibet natura capere potuit. Naturas conſtituit, & ipſas vtpote mutabiles, miſericordiæ indigere reperit: nouerat quippe maiori eas gratia corroborari amplius, atque ſubſiſtere. Ipſis * participationem ſuam impertiuit: ſed quod eſt amplius, pro cuiuſque viribus tribuit intelligendi facultatem, ne * ſuperbiæ illis occaſio eſſet. ſicut qui pueros ad malum exercent, ipſi magis tanquam mali auctores, ſunt reprehendendi. Quod capere poterant, dedit eis: & quod non poterant, ignouit: cùm à nemine quod vires ſuperet, exigat. Ne igitur ô mortales, eius potentiam incuſaueritis, * quaſi capaciorem efficere naturam veſtram non potuerit: non enim opifex in cauſſa eſt: ſed ipſa creatura atque natura. Artem habet aurifex, qua opus ſuum dirigit, ſed * ei non plus tribuere vult, quàm capere poſſit: ſic quoque Deus, quamuis omnia poſſit, non tamen amplius tribuit, quàm rei cuiuſque natura patiatur. Et artifex congruentem volens operi ſuo attribuere venuſtatẽ, tantam auri materiam adhibet, quantã capit, & nõ amplius; licet multum illi adhuc auri ſuperſit. Nullus enim opifex intelligens adeſſe plus materiæ auri, de * ſuo ſubijcit materiam, vt imago perficiatur. Et Deus cùm norit omnia ad miranda, nouit etiam ſuæ naturæ ſimilem materiam eſſe non poſſe. Maximas, in res creatas, diuitias effudit: ſed * quod factum fieret infectũ, nec quidem cogitauit, nec inuenit, neque fecit. Nã ſi rem factã, efficeret infectã, ſuã naturã accuſaret, quaſi ipſa quoque facta eſſet, & quęcunq; volens fecit, non ex ſua ſubſtãtia produxiſſet. Non eſt cõprehenſibilis Dei poteſtas, ô mortales: cùm enim maiora * poſſit in rebus creatis, egit quãtum capaces erant. Noui mercatores mulos poſſe etiã ſupra quã poſſideant: nã propter illa quæ habent, fides eis habetur: at non niſi ijs, quę poſſident, facilè negotiãtur. Deus quoque niſi res quę ſunt facilè feciſſet, iure *exiſtimaretis q vultis reprehẽdere, eũ plura nõ potuiſſe. Vultis ineffabilẽ poteſtatis eius cernere facultatẽ? Cælos & quęcũque in eis ſunt, verbo perfecit. ex quibus cõſtat, multa maiora ac plura eũ poſſe ſed natura ꝑcreata amplius nõ capit. Noui artifices plura q̃ materia ferat excogitare, & ex ijs q̃ prõptè & expeditè elaborãt, ſuæ artis præſtantiã declarare: * quãto ergo magis Deus credendus eſt in rebus à ſe creatis tantũ decorẽ atq, pulchritudinẽ exprimere poſſe. Quanto autẽ verbis pręſtantiora ſunt opera: tanto citra vllã cõparationem rebus procreatis diuina præcellit virtus atq. potentia. Fecit igitur cuncta ad vniuſcuiuſque vtilitatẽ ac neceſſitatem.

A

*αὐτόματον.

Exod.20.

* al.contabuerunt.

Ibid.Exod.20.

B

Leuit.10.& Num.3.26.

C

*al.confundat.

*δημιουργίαν.

*μετουσίαν.

*al.ſuperbiendi.

*al. quòd.

D

*al. ſed ei tantũ tribuit, quantũ capit, & nõ amplius, licet ipſi multũ auri ſuperſit: Sic etiam Deus, &c.

*ἀφ' ἑαυτοῦ.

*al. at quod fieri non poteſt, vt fiat, neque inuenit, neque facit.

*ἐπίληπτος.

*μείζω γὰρ δυνάμενος.

E

* al.exiſtimate.) vt ſit Conceſſio, figura oratoria.

*al. quanto magis credere oportet, Deum longè plura poſſe, &c.

A ſitatem. Non tamen vlla ipſe coactus neceſſitate, tot differẽtias inuenit, ac fecit: quoniam de primis, experimentum dedit in ſecundis. Non neceſſitas tantæ pulchritudinis cauſa extitit: alioquin enim opus alterius * inueniretur, & non ipſius Dei. Neceſſitas quippe liberam excludit voluntatm. Et cuncta quæ voluit, fecit in cælis & in terra, ſicut diuina Scriptura teſtatur. Si rerum ordo Dei laudẽ celebrat; non ſanè malum, cauſſa boni eſt, neque ad pietatem adducit. Si malum prius extitiſſet; bonum vtique fieri non permiſiſſet: nam aliâs non malum fuiſſet, ſed bonum. Si materia aduerſus Deum conſtitiſſet; magnus eſt error putare rem inanimam poſſe pugnare. Quod * ſi materia animam confuſionis actionem habuiſſet; perabſurdum eſſet, arbitrari, animam actionis eſſe motum: cùm nihil eorum, quod quiſquam noſtrum facit, anima ſit. At ſi dicas materiæ efficacitatẽ B ex quodam intus* coexiſtente ortam eſſe: valde ſanè ſtultum eſt, exiſtimare in materia quę ſemper in mutatione verſatur, aliquid ineſſe perpetuum. Nam quidquid mutatur, temporarium, & caducum eſt. Quomodo ergo æternum eſſe poteſt, quod eſt mutabile? Nihil igitur eorum, quæ facta ſunt, erat quando non erat: ſed ſolus Deus ſemper fuit, & propterea illo indigent omnia. Ipſe enim ſuapte voluntate fecit illa, non autem aliqua coactus neceſſitate. Et ſingula fecit, ſicut voluit. propriam * autem habet voluntatem, quæ nulli neceſſitati ſubiecta eſt: atque ideo non ſunt illi coæterna, quæ fecit. Nam ſi voluntas ipſius neceſſitati coniuncta eſſet, coæterna quoque forent ei, quæ ab ipſo ſunt procreata: & operatio atque creatio voluntati congrueret. At procreatio ipſius non fuit neceſſitati ſubiecta: alioquin enim coæterna illi fuiſſent, quæ ſunt ab ipſo procreata: & C ſic paſſionis fuiſſent expertia, vt voluntas eius, & maieſtas veneratione atque adoratione digniſſima. Ideo non ex neceſſitate ſibi adorationem conſtituit: nam aliâs, vt adoraretur, ea quæ procreauit, ſibi coæterna feciſſet. Neque enim ex eo quid patitur, quòd non adoretur à gentilibus. Neque adorationum diuerſitate commouetur. Neque quòd imperfectè à Iudæis adoretur, indignatur. Neque propter * hæreſes, quòd ſibi ex parte duntaxat adorationem exhibeant, perturbatur. In omnibus enim abſque perturbatione idem ipſe permanet, qui erat ante * quaſcumque res creatas, & ad hunc vſque diem, & deinceps in æternum. Cunctarum rerum cauſſa eſt, bonitas ipſius: & naturæ terminus, iuſtitia eius. Sapientia autem ipſius, varietate rerum demonſtratur. Præbuit igitur nobis morralibus, quod capere poſſumus, vt dixi, habita ratione virium noſtrarum. Et quoniam præuidit, nihil eorum, quæ fecit, ipſum capere poſſe; produxit Filium ſine principio D ex ſubſtantia ſua, & Spiritum ſanctum; non ex neceſſitate, vel cauſſa aliqua, ſicut *diximus, cum de Verbo ageremus, vt bonitatis ipſius plenitudinem acciperent: quia naturaliter ipſum ex ſubſtantia ſua genuit. Omnis autem natura eius, à neceſſitate & cauſſa, eſt aliena ac libera, & maximè, quia voluntati naturam admiſcuit, & vtramque bonitati coniunxit. Nam bonitas plenitudinem oſtendit, quia genuit, à quo * eſſentialiter caperetur. Natura verò dignitatem, quia non indignus, qui capit, nempe filius, vtpote non factus. At voluntas neceſſitatem exterminauit: quia non propter aliquid eſt genitus, ſed vt ſemper perfectum eſſet ęternitatis myſteriũ. & vt non aſſeramus, volũtate neceſſitati ſubiecta naturaliter genitum eſſe Dei filium. Cæterùm Spiritus ſanctus non genitus eſt: ſed proceſſit ex ſubſtantia Patris, non imperfectus, neque promiſcuus. Non enim modò Pater eſt, modò Filius: ſed Spiritus ſanctus plenitudinẽ habẽs bonitatis, & in teſtimonium diuinitatis procedens: quia nõ perturbatione, aut tẽpore, aut neceſſitate, aut * mutatione, E aut alia quacũque cauſſa Pater Filiũ genuit, ſed natura ab omni neceſſitate remota ac libera, quã per ſuã cõſtituit hypoſtaſin. aliũque Parer conſortem volens, nõ quem genuit, ſed produxit, Spiritũ ſanctũ ex ſubſtantia ſua, nõ ante Filiũ, ne dicamus neceſſitati voluntatẽ eius ſubiectã eſſe. Neque hominũ de ipſo formidauit dubitationem, quomodo nimirum cùm impaſſibilis ſit, genuit, habens demonſtrationẽ Spiritũ ſanctũ, quoniã non generans, ſecundùm ſeipſum produxit: ſic & Filiũ generans, ſecundũ ſeipſum ſine perturbatione genuit. Neque enim imminutus eſt, procedente Spiritu ſancto, vt & * paſſibilẽ Filij generationẽ arbitremur. Quòd porrò poſt Filiũ, Spiritum ſanctũ dicimus: id nõ temporis, ſed perſonæ eſt ſignificatiuũ: cùm Spiritus, & Verbi vna & eadẽ ſit principij expers *eſſentia

atque

* al. eſſet.

Pſalm. 142.
Geneſ. 1.

* al. Sin dixeris materiæ animã eſſe confuſionis actionem, &c.

* συνιόντος. al. συναινοῦντος:

CONTRA HAERETICOS.

* al. voluntas autẽ eius nulli ſubiecta eſt neceſſitati.

* al hęreticos.

* πρὸ τῶν γεννητῶν ἁπάντων.

NOT:

* al ante diximus, cum verbum adumbraremus.

* al. naturaliter.

* τροπῆς.

Dubitatio quæ poſſit exiſtere, talis: Quomodò cum ſit impaſſibilis, genuit: &c:

* ἐμπαθῆ.

* συνάναρχος ὕπαρξις.

atque ſubſtantia. Nam & nos in pronuntiando verbo , ſpiritum noſtrum mouemus, A
& cum verbo ſpiritum producimus. Pater ergo neque tempore indiguit in
generatione Verbi: neque vllo temporis interuallo, poſt Verbum produxit Spiritum
ſanctum. Quapropter & coæterna Sāctiſſimæ Trinitati eſt diuinitas. Pater,
& Filius, & Spiritus ſanctus, tres quidem ſunt perſonæ: ſed vna ſubſtantia, & vna
Pſalm.32.118. diuinitas. Quamobrē & vnus Deus eſt ſancta & conſubſtātialis Trinitas. Et quòd
ſit verbum in ſpiritu, affirmat de nobis Dauid: quia ſpiritus eſt in ore noſtro. non
quòd ſimilem dicere velit in diuinitate compoſitionem: ſed vt ſimilitudine atq;
exemplo quæ ante dicta ſunt, demonſtrentur, & intelligantur. Quantum ergo capimus,
tantū de Deo intelligimus: & quantum ferre poſſumus, tantū ab ipſo accepimus.
Plenitudinē igitur cognitionis eius nemo habet, niſi Filius, & Spiritus ſanctus. B
*al.plus. Nam ſi * plura audiuerimus, non credemus: & ſi plura acceperimus, extollemur,
& ſuperbiemus. Merito igitur plura nec dicit, neque prębet. Ideo autem iam
*al.recenſui. dicta * percurri: vt & in ipſa cognitionis eius diſtributione, diuinā eius prouidentiam
Ioan.3. oſtenderē. Ait enim & ipſe Chriſtus: Si terrena dixi vobis, & non creditis:
*ἐπαναβαίνω quomodo ſi cæleſtia vobis dixero, creditis? Ego verò ita ſermonem * conuerto,
*al.capere. & dico: Si cæleſtia * audire nequimus: quo pacto quæ ad diuinam pertinent naturam,
audientes, percipiemus atque credemus? Quòd ſi Iudæi temporaria trāſgredientes
Deut.17. Hebr.10. præcepta, morte ſunt mulctati: quanto magis qui non obſeruant, quæ
*al.à Deo. de * Deo audiuerūt, peribunt? Et vtinam hæc mors illorū eſſet ſimilis: verùm iſta,
Heb.10. vt puto horrida animæ mors eſt. Quin & Apoſtolus de eo teſtimoniū perhibens:
*al. qui ſpreuerit, atque reiecerit. quantò, inquit magis putatis, deteriora mereri ſupplicia, qui * conculcauerit filium
Dei? Intelligite fratres, hæc omnia, quæ antedicta ſunt, propter meipſum à
me conſcripta eſſe: ſiquidem vereor, ne deteriore illa morte afficiar. De cognitione C
Sap.6. quippe diſſerui: vt me in Dei cognitione deliquiſſe commonſtrarem. Et potentes,
inquit quidā in Sapientia, potenter tormenta patientur. Cognitio, virtus
*(φ) αὐτομάτου. ac donū eſt diuinæ gratiæ. Et ego cum noſſem Chriſtū, in cogitationibus de * fortuna
ac caſu occupatus ſum. Metuo igitur, ne mea pœnitētia, ſicut illa Eſau, repudietur.
Hebr.12. Noui Eſau, quòd in malitia remanſerit fuiſſe reiectum: at vereor ne mea
pœnitentia peccato iudicetur ſimilis. Audiui infinitam eſſe diuinitatis magnitudinem:
& iſtud me terret, ne & ego ab illa reijciar. Audiſtis immenſam diuinæ
potentiæ multitudinem? atque illucuſque ego dicendo progreſſus ſum, vt quibus
conſtrictus ſim miſerijs, intelligatis. Audiuiſtis diuinæ ſapientiæ palagus? cur igitur
*al.inexhauſtā. *ὑπόςασιν. pro me fontes apud Deum effundere lacrymarum differtis? Audiſtis * innumerabilem
diuinæ iuſtitiæ * vim? cur ergo veſtra pietatis viſcera, pro me nō demonſtratis? D
Scio Deū, multorum qui pęnitentiam egerūt, miſertū eſſe, ijſq; ignouiſſe:
ſed maior illorū pars per ignorātiam peccauerat. Scio eum multis veniam
Num.16.26. conçeſſiſſe: ſed multos apud ipſum interceſſores habebant. Quæ de Core & Dathan
*al. perſequor. ſcripta reperiuntur, * perlego, & exhorreſco: quoniā propter Moyſen Deus
Num.12.& Exod.15. puniuit illos. Quæ Mariæ ſorori Moyſis acciderunt, conſidero, ac refero: propter
verbum enim ſolum quod in eū protulerat, tota eſt lepra infecta. Si tanta propter
*al. virum ſanctum. ſanctū * hominem exarſit vltio: quanta ſcrutatio fiet atque diſcuſſio, propter Deum
Gen.4. æternum? Si Cain, quòd fratrem occiderit, tanto tempore tormentis afficitur:
*al.Deo reſtiterint? quid igitur de illis futurum eſt, qui * Deum offenderint? Magnam in generali
Gen.6.7.&c. diluuio homines diuinæ vltionis ſubiére ſententiam: & valde * vereor, ne potionis
*σεβιώ. illorū reddar particeps. De ædificio turris, quæ non potuit perfici, indignatus
Gen.11.Luc.14. *al. de mea ſubuerſione. eſt Deus: & de * propria noſtra ſubuerſione quidnam facturus eſt? Concurrite E
fratres, & veniam mihi depoſcenti impetrate: vt & vobis Sancti, ſi quibus compreſſi
*αὐτομάτως. al. αὐτοματί. eſtis peccatis, ſucurrant. Qui enim affirmat caſu * fortuitoque cuncta accidere,
is diuinitatis negat eſſentiam. Ita ego arbitratus ſum, non mentior. Pœnitentiam
egi: ſed an Deum mihi placuerim, ignoro. Etiam Sanctos, vt pro me intercedant,
imploro: ſed an eorum pro me precès ſuſcipiantur, dubito. Audiui
Ezech.14. enim Ezechielem dicentem, neque Noe, neque Iob, neque Danielem, ſi orauerint,
*al. ſicut impius Iſrael. impetraturos. Interpello cunctos Prophetas: at ne inſtar impiorum * illorū
Hierem.7.14. Iſraelitarum reijciar, metuo. Ait enim ad Hieremiam Deus: Noli orare pro populo
Matth.6.& Luc.14.16. iſto. Quid igitur? Donisne atque muneribus placabo Dominū? Sed vereor,
*al.id agere. ne & mihi idē quod Phariſæis dicat, me propriæ vtilitatis cauſſa * rogare. Si ieiunauero,

A nauero; fortè mihi dicet, hoc nõ eſſe ieiuniũ quod ipſe elegit Si pauperum miſertus fuero; fortaſſe ad me dicet: Oleũ peccatoris nõ impinguet caput meũ. Si Sacerdotes eius ſuſcepero; forſitan etiam mihi dicet: quia Nazaræis meis vinum propinaſti deteſtabilis eris. Quòd ſi dona ipſi obtulero; metuo, ne & mihi dicat: ſi obtuleris ſimilaginem, inane ſacrificium tuum, inuiſum eſt mihi. Quin & in Eccleſijs aſſidere vereor: ne me inde quoq; * excindat atque expellat: aulam, inquiens, meã calcare ne audeas. Vndique igitur, fratres, anguſtijs premor: & ad meam ipſius cõſcientiam reuertor. Si impiè rurſus egero; væ mihi. Si impudentem atq; arrogantem me geſſero; ne caligine me opprimat, vereor. Scio & Nabuchodonoſor poſt B actam pœnitentiam, ſuſceptum eſſe: ſed eum defendit atq; excuſauit tum ignoratio, tum potentia: vtraque autem hac ego excuſatione careo. Eram iam gratiæ particeps factus: eram de Chriſto à patribus * inſtitutus. Qui me ſecundum carnẽ genuerant, Timorem Domini tradiderunt mihi. Conſpexeram vicinos pietatis ſtudioſos. Audieram multos varia pro Chriſto perpeſſos. Parentes mei in iudicio Chriſtum profeſſi fuerant. Martyribus ſanguine ſum coniunctus. Non habeo defenſionem vllam, quæ mihi patrocinari poſſit. Si commune carnis genus dixero; nihil ijs, quos B. Iob commemorauit, præſtabo. Maiores mei peregrini erant, arte & manu victum quærentes, & ex * collationibus victitantes. Aui * mei ſecundis rebus vtentes, in vita agricolæ erant: & parentes mei, cùm in his verſarentur, humili conditione erant ac genere. Qua igitur iactantia, me Nabuchodonoſor ſimilem eſſe putabo? quaue rerum copia, atq; magnificentia? Numquid vires gigãteas habeo? Numquid naturam pulchritudine gaudentem? Nollem hîc commemorare, C quæ in pueritia geſſerim: vt ne me abominandum vobis proponam. Quoniam cùm adhuc iuuenis eſſem, me Chriſtianum profeſſus ſum: verumtamen paucis illis annis contumelioſus fui, & percuſſor, atque ſeditioſus; & cum vicinis contentioſus, ac inuidus in aduenas & peregrinos inhumanus, in amicos durus, in pauperes acerbus; ob res viles ac leues occurrentes pugnax, & immodeſtus: improbis * quoq; cogitationibus vacans, atq; laſciuis, etiam præter tempus * incitamenti. At de his omnibus ſcio me veniam conſecutum eſſe in tribunali. Sed non ita de ijs, quæ poſtea geſſi; quæq; poſt veritatis cognitionem admiſi. Ideo auxilio veſtro ò amici, valde indigeo. Succurrite mihi; & me vel quaſi mortuum deflete: vel tãquam adhuc * viuentem, ſed ſemiuiuũ cõmiſeramini. In me, veluti ſuper captiuum, veſtram miſericordiam effundite: mihique tamquam putridis vulneribus ſcatenti auxilium præbete. Nam plenus cicatribus ac plagis ſum. Ipſos ego Iudæos D ſupero, quippe quibus non erat locus ad vincula: mihi autem & anima ipſa corrupta eſt. Illi à capite vſque ad pedes miſerijs compreſſi erant: at mihi etiam viſcera ad vnum * vſque computruerunt. Illi aſſentatorũ errore ſeducti ſunt: me autem nemo ſeduxit. A meipſo contumeliam aduerſus Deum cogitaui: & ſolum Diabolum, qui mentem excœcauit meam, ſocium habeo. Vereor viri fratres, ne ſicut * illi: ita & mihi adſit impœnitentia. Vnam hanc excuſationem habeo, quòd tentationem ille mihi ſuggeſſerit. Sed neque Adamo hæc profuit excuſatio, dum illi ſuggerenti credidit, moremq; geſſit: neque Eua ſententiam effugit. Cui & Eſau obnoxius, ſe inexcuſabilem reddidit. Vt diſcamus, diabolũ ſibi ſociũ habere ſimiles, quos Paulus vaſa iræ dixit, qui ſunt ex parte eius. Timeo, ne & me ex ipſis vnũ Deus eſſe permittat. Illos, ob contemptum, in paſſiones tradidit ignominiæ: vereor itaque, ne in me quoq; talem ipſe ferat ſententiam. Quin & nunc adhuc multum in ſordidis verſor cogitationibus, in liuore atq; inuidia, in maleuolentia, in iracundia, in amore * proprio, in gula, in malitia, in odio paupertatis, & in egentium improperijs atque conuitijs. Et cùm ipſe nihil ſim, me tamen aliquid eſſe reputo. Cumque † in hiſce deprehendar, ſanctitatis tamen nomen aucupor: cùm tot ſim diſtrictus peccatis, pro iuſto tamen exiſtimari volo. Mendax ſum, & mendaces reprehendo. mente ipſe ſordidus, libidinoſos inſector. Fures redarguo, & pauperes iniuria afficio. Contumelioſos accuſo, & damno: cùm ipſe eidem obnoxius ſim vitio. Splendidè incedo, cùm totus ſim immũdus. In Eccleſia primum * locum occupo: cùm ne poſtremum quidem merear. Honorem appeto, ipſe potius ignominia dignus. Salutationes capto, cùm ab alijs ſim conſpuendus. Homines ſeculares adſpicio: & grauem me gero, ac glorior. Monachos video: & inſolentia

Eſa. 58.
Pſalm. 140.
Amos 2.
Leuit. 12. &c.
Oſeæ 4. 8. 9.
* ἐκτέμῃ.
Thren. 1.
Dan. 4.
* al. à parentibus antea edoctus.
Ephrem vt Martyribus ſanguine iunctus.
* ἐξ ἐρανῶν.
* οἱ πάπποι μου.
Ephræm, ſubmiſſionis cauſſa, ſuum genus extenuat, & ſeipſum reprehendit.
* τῆς κινήσεως.
* ἐπὶ βήματος. al. ad tribunal.
* al. ſpirantem
Iudæis vt ſeipſum comparet, deterioremque ex humilitate reputet.
* ὑρ᾽ ἐμ.
* al. illis.
Gen. 3.
Gen. 25. 27.
Rom. 9.
Rom. 1.
* φιλαυτίᾳ.
† al. cumque tot ego malis ſim obnoxius.
* πρῶτος ἵσαμαι.
Similia ſunt in eius Orat. con-

efferor. Fœminis videri volo gratioſus, diuitibus pius, hoſpitibus grauis, domeſticis* cordatus ac prudens, propinquis honorabilis, & perfectus prudentibus. Inter homines pios ac religioſos, vt ſapientior verſor. Simpliciores, Veluti pecudes deſpicio. Si contumelia ab aliquo afficiar, vlciſcor. Si à quoquam redarguar, ſuccenſeo. Si quis iuſtè quid à me repetat: cum illo* litigo. Vera mihi dicentes, vt inimicos æſtimo. Reprehenſus, ægrefero. Non adulantibus, iraſcor. Laborare ſimul cũ alijs nolo. Et ſi quis miniſtrare mihi recuſauerit, in eum ſtomachor. Operantibus auxilium denego: & ſi quis ſuam mihi operam detrectauerit, illi veluti ſuperbo maledico. In neceſſitate, fratrem † ignoro: at ſi valuerit ac proſperè egerit, ad eum accurro. Aegrotantem odi: & ſi ipſe ægrotauero, ab omnibus amari ac viſitari volo. Maiores contemno: & in congreſſibus † fictè ac ſimulatè ago. Abſentibus detraho: & præſentibus adulor. Honorare eos, qui honore digni ſunt, nolo: & indignus cùm ſim, honores ab alijs exigo. Omitto recẽſere cogitationes mentis meę, de lege, de prophetis, de Euangelio (quibus premor † atque corripior) & de Apoſtolis, & de Eccleſiæ doctoribus, de prædicatoribus, de † Sacerdotibus, de lectorib⁹ de diſpenſatoribus, & de Epiſcopis. Prætereo quas quotidie nouas curarum cogitationes inuenio, vanitatis meæ ſollicitudines; in præcibus negligentiam atque deſidiam, & in obtrectationibus † vigorem. Si quis fortè narret fabulas; oblector. Si de temperantia loquatur ac continentia, contriſtor. Si diuinam quis Scripturam legat, † conturbor. De quæſtionibus concertantes audire, mihi iucundum eſt. Omitto fictas aſſentationes, vt ad preces non ſurgam: triuiales † item ac minus religioſos in Eccleſiam ingreſſus, conquiſitas de induſtria tarditates, futiles in† congregationibus ſermones, nimiam in apparandis epulis curam, prauas in locis ſacris obtrectationes, in orando pigritiam, in pſallendo negligentiam, in decipiendo ſtudium, in lucrando artificium, ſimulata cum pijs mulierculis colloquia, compellationesq́ue crebras, indigentium contemptionem, diuitum obſeruantiam mutui accepti defraudationem, in non rectè miniſtrantes iram, promiſſorũ immutationes; & quomodo amicorum beneficia † quæ precibus impetranda ſunt, quaſi debita repopoſcerim: taceo inexplebilem accipiendorum munerum auiditatem, cum alienis peccatis communicationem, inutilia conſilia, ſpe maioris captandi lucri adulationes, diſſenſiones, ſupplicationes, varias commemorationes, pernicioſas contentiones, inutiles pugnas & ineptas collocutiones atque † conſuetudines. Hæc mea eſt vita, fratres, iſta mea ſunt delicta † atque infirmitates. Si aduerſus tantam peccatorum † turbam ſuccurrere mihi poteſtis, meritò miſeramini. Si vobis fuerint vires, quibus tantam improbarum cogitationum mearũ phalangem † reprimere queatis; quæſo ne me conflictantem deſeratis. Sed non oportebat fortè dicetis, ita anxiè & accuratè hîc de cogitationib⁹ differere. Quorſum enim de fortuna & caſu ſermonem inſtituenti, tam prolixa hîc de iſtis oratio, atque indagatio? Ex diuina Scriptura, de talibus demonſtrationes quas vobis producam, habeo. Offerebat † ſacrificia Iob pro filijs ſuis, ne quid fortè, inquiens, mali cogitauerint in cordibus ſuis. Si diligens cogitationum non ſit faciendum examen, cur vitulum vnum pro peccatis cogitatione commiſſis offerebat? Damnati quoque fuerunt illi, qui in congregatione Core, malè cogitantes combuſti ſunt. Quando igitur audimus illud: Veſtri autem & capilli capitis numerati ſunt: intelligamus, capillos capitis eſſe cogitationes, caput vecò † earum, mentem, in qua eſt vis cogitandi. Ex conſenſu, adulterium iudicat Dominus: & ex concupiſcentia mulieris, factum ipſum metitur: & ex iracundia cædem, odiumq́ue, homicidium reputat: Omnis enim, inquit, qui † temerè iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. & qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Quin & Paulus de cogitationum teſtatur exploratione, dicens: Illuminabit Dominus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Rurſuſq́ue cogitationibus, inquiẽs, accuſantibus: aut etiam defendentibus in hora illa. Ne ergo mihi dixeritis, nihil eſſe cogitationes quando aſſenſiones earum pro factis cenſentur. Neq; tamen primus cogitationum iudicatur impetus: ſed cùm ita mens cogitationi inhæret atq; indulget, vt voluptatem ex ea percipiat. Semina in terra ſpargit agricola; ſed non omnia coaleſcunt: † & mens multiplicia in voluntate ſeminat, quæ tamen non omnia ſuſcipit. Eorum, quæ terra decerpſit, fructum exigit agricola: ſic omnium, quæ volũtas admiſit

tra eos qui honores appetunt, & vitioſe viuunt, tom. 1.
*σύννους.
*δικάζομαι.
†al. non agnoſco.
*συντυγχάνωρ ὑποκρίνομαι.
†ὅσα ἐπιλαμβάνομαι.
†περὶ τῶν λειτουργούντων. al. de miniſtrantibus.
†εὐτονίαν.
†ἀνατρέπομαι.
†βαναύσους, ἐδοὺς.
†al. in congreſſibus.
†τὰς προτρεπομένας χάριτας ὡς ὀφειλομένας.
†συντυχίας.
†ἐλαττώματα.
†al. multitudinem.
†al. lenire ac mitigare.
CONTRA COGITATIONES IMPROBAS.
Iob 1.
†al. ſacrificabat Iob.
Ibidem.
Num. 16. 26. & Iudic. 1.
Matth. 10.
†al. earum, ſcilic. cogitationũ.
Matth. 5.
†in vulg. deeſt (temerè.)
1. Ioan. 3.
1. Cor. 4.
Rom. 2.
NOTA.
†al. ſic neque omnia mẽtis cogitata, in voluntate inhærent.

A admittit, Deus rationem repetit. Pater meus, ait Saluator, agricola eſt. Et Paulus:
Dei agricultura, inquit, eſtis. Ne igitur à ſollicitudine me remoueritis: ſed contra
potius, etiam vos pro me ſolliciti ſitis. Idemque alio in loco Paulus: Viuus eſt, inquit,
ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque
ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoq; ac medullarum; & diſcretor
cogitationum, atque intentionum cordis. Quòd ſi diſcernit cogitationes; cur
mihi velut reo in defenſionem non ſuccurritis? Cupitis animam & ſpiritum cognoſcere?
Ex*agricultura, illud rurſus intelligetis. Probè norunt Agricolæ naturas
agrorum, & pro cuiuſque terræ conditione etiam ſemina iaciunt: nam ſua agricolandi
peritia, quid cuique magis conueniat ſolo, diſcernunt. Sic & Deus noſter
B inter naturales cogitationes, & voluntarias, optimè diſcernere nouit. Propterea,
omnia vanitas, inquit Eccleſiaſtes, & † præſumptio ſpiritus. In vanitate autem, naturam
conſtituit: & in præſumptione, actiones naturæ contrarias. Ideo vanitas,
inquit, præteribit: quæ verò quiſque geſſerit, in iudicium Deus adducet. Ex natura
quoque homines Apoſtolus animales vocat: at † præter naturam agentes, carnales
denominat. Nam qui ſpiritales ſunt, etiam naturam ad ſpiritum accommodãt
atque coaptant. Nouit quippe agricola Deus naturam cuiuſque, & propoſitum, ac
facultatem: verbumque ſuum pro ratione virium noſtrarum ſerit, operiſque fructum
repetit. Non patitur ſe vinci ab agricolis, qui ſingulos agros conſerunt: imò
verò ſupra naturam illos ſuperat; ac ſupra modum, diſcrimen animæ ac ſpiritus,
naturæ & liberi arbitrij penetrat atque diſcernit. Et ſiquidem naturalibus ratio
contenta ſit, nihil ſolet exigere: modum enim naturæ definiuit, ac terminum ipſi
ad ſubſiſtendum conſtituit. At ſi etiam libera voluntas ſuccumbat naturæ, atque
C vincatur; exigitur ab ipſa ratio, vt quæ non ſatietur vmquam, & Dei terminos violet.
Ita fratres, conſenſus ipſi pro factis iudicantur: quoniam actionis vis, & caput
in ipſo conſenſu & propoſito conſiſtit. Ideoq; Dominus malis cogitationibus hominem
coinquinari dixit: † nouit enim animam eſſe, quæ operatur in corpore.
Quin & ex lege depromptis exemplis, hoc ipſum comprobare vobis poſſum: vt,
ſi immundus aliquid tetigerit quod mundum eſt, hoc ipſum coinquinat: & expiatione
aduerſus illud indiget. At fornicatio, & inuidia, & iniuſtitia, meritò ſunt
immunda. Si quid igitur mali agas; etiam alios tuo exemplo coinquinas. At ſi animo
& cogitatione, malo operi conſenſeris; coinquinaris ab ipſa immunditia.
Obſeruaſti ergo, eum qui coinquinatur, non dici alios coinquinare: at qui cõmunicat,
omnino etiam quæcumq; tetigerit, ab eo coinquinari. Cerniturq; hæc ipſa
apud nos quoque differentia: nam ſi quis fornicationem aut ſcandalum admiſerit,
D alijſue malo exemplo fuerit; multos coinquinatos reddit: ſin autem in ſolas
inciderit cogitationes; alios quidem non coinquinat, quia non viderunt: ipſe verò
coinquinatur, & iudicatur. Quæ igitur † iudicij, in vtriſque eſt differentia? Magna
profectò: nam qui opere malum exercet, omnes coinquinat quibus offendiculo
fuit, & qui ipſum imitabuntur. At qui cogitatione dumtaxat malo conſenſum
præbet; ſolus coinquinatur, & de ſe ſolo rationẽ reddet. Quin *& gentium leges,
ſimiliter quoque conſentientes, agentesq; iudicant & condemnant. Conſenſus
enim pro auxilio reputatur, & iudicatur. Lex quoque in ædibus, ac lapidibus,
aliud proponit exemplum: *Si Sacerdos*, inquiens, *ingreſſus fuerit, & viderit lepram
domus; omnia, quæ in ipſa ſunt, immunda erunt.* Vbi per *Sacerdotem*, mea
quidem ſententia, lex & cognitio intelligenda eſt. *Si quis igitur antequam legem
cognouerit, peccator exiſtat: pro alijs rationem non reddet, quia ignorans egit:
E ipſe tamen turpiter contaminatus, immunduſque erit. Admittit porrò propoſita
ſpeculatio, etiam aliam vim atque expoſitionem, quam quidem ſecurè vobis † ex
mea ſententia in medium proferam, & enarrabo: vt, me multis obnoxium eſſe
peccatis, cognoſcatis. Sunt aliqui nondum immũdi, & tamen propter communicationem
atque ſocietatem inquinati; illi nimirum, qui per ignorãtiam alicui rei
conſenſum adhibent: at ſi celeriter ab ea receſſerint, atque deſierint; ne conſenſus
quidem tunc rationem reddent. Etenim nec leges ac iura * teſtes condemnant
prætereuntes: ſed eos tantummodò, qui ſimul verſantur, & coeunt * ad idem ſcelus
patrandum, ſocietatem. Quando igitur lex & magiſtra noſtra, vt dico, accedens
* ſententia, quempiam cum iniquè agentibus ſponte verſantem, conſentientemque

Ioan. 15.
1. Cor. 3.
Heb. 4.
Ibidem.
† al. agricolis.
A SIMILI.
Eccl. 1
† al. libera electio, ſiue voluntas.
Eccl. 12.
1. Cor. 2.
* al. actionem verò præter naturam, appellat carnalem.
Conſenſus iudicantur pro factis.
Matth. 15.
* al. Anima enim eſt, quæ agit in corpore.
Num. 19.
N O T A.
Ab Exemplo.
* al. condemnationis-
* al. interrog. Quid gentium leges? nonne agentes, conſentienteſque ſimiliter puniunt.
Leuit. 14.
N O T A.
Alia expoſitio.
* al. quantum in me eſt, perſequi debeo.
* al. conſcios.
* συνεσομένους
* ἐλθοῦσα χρίσις

entemq́ue deprehenderit: illum vt crimini obnoxium ac reum condemnat. Nouit A
& Apoſtolus legibus eiuſmodi vti: Digni enim ſunt morte, inquit, non ſolum
qui † mala faciunt: ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Huc ea ſpectant, quæ in
orationis principio adduximus: quoniam qui teſtes, malorum dumtaxat ſpectatores
extiterant, ideo quòd morte nihil dignum commiſerant, fuerunt liberati;*
licet tamen cuncta flagella atque tormenta prius tolerarint. Nemo ergo veſtrum
me conſoletur, affirmans, nihil eſſe conſenſum, qui cogitationibus præſtatur: at
potius perſpecta rei veritate mihi condoleat, ſuiſque precibus auxilietur. Siquidē
hoc ipſum, quod loquor, non emendans vitam meam, peccatū eſt mihi. Ait enim
Scriptura: Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Et qui reprehenſus,
non erubeſcit; graui ſupplicio mulctabitur: quoniam ad iracundiam † præceptorem
prouocat. Ego quidem meipſum redarguo: ſed in peccatis perſiſto. Peccata B
mea confiteor: ac peccare non ceſſo. Iſtud vnum pro mea excuſatione arripere
noui, quòd videns non videam: quoniam pœnitentiam agens, iterum peccata
committo. Neque poſt cognitionem peccati, conſideratè me gero* ac verè reſipiſco:
ſed meam pœnitentiam accuſo, quòd ſim veluti ſeruus peccati, & malum nolens
faciam; quodq́; tamquam peccato militans, ei ſubijciar, moremq́; geram: & *
licet nequeam; vectigal tamen pendo propter conſuetudinem, quæ in mentem ac
cogitationem meam dominatur. Stipendia carnis accipio, prauis affectib⁹ indulgens,
A corruptione me anteuerti & occupari video, & tamen eius iuſſa facio. Laborem
atque moleſtiam impendentem fugio: & inſtar canis alicuius catenis deuincti,
aduerſus imperantes inſurgo. Peccatum quidem odi: ſed in paſſione & affectione
eius perſiſto. Iniquitatem fugio; atque etiam nolens à voluptate ſuperor. C
Peccati iugo naturam ſubieci: & inde † neceſſitas aduerſum me dimanat. Quæ pro
conſuetudine ſequutus & amplexus ſum, ea paſſiones in me prauas excitant. Mentem
enim carni ſic vniui atq; obſtrinxi, vt ab ea ſeparari non velit. Mutare propoſitum
ſtudeo: ſed inueterata mihi repugnat conſuetudo. Ab † ære alieno animā liberare
contēdo: ſed debiti me impedit magnitudo. Peſſimus fœnerator eſt diabolus;
non enim debitum repetit: liberaliter mutuò dat, nec vult vnquam † recuperare.
Nullum aliud fœnus, præter vnam ſeruitutem depoſcit. ſuppeditat abundanter
ea, quibus cupiditates noſtræ magis augeantur: nec debitum exigit. Cupio ego
quæ debeo reddere: at ille alia † proponit. Quando autem ipſum, vt accipiat, cogo;
maiora ſuggerit, vt ex eius pecunijs videar ipſi fœnus perſoluere. Debita aduerſum
me renouat: quoniam nouis cupiditatibus, priores interrumpit. Cùm vetera
me perſoluiſſe debita exiſtimo; nouis me iterum cupiditatum chirographis obſtringit. D
Videt me debiti continuatione adduci, vt lubens in peccatis perſiſtam;
nouaſq́; mihi cupiditates inijcit. Veterū cupiditatum vt obliuiſcar, curat,
ne illas cōfitear: & vt ad nouas tamquam minimè obfuturas accedam, ſuadet. Nouis
igitur cupiditatibus adſueſco ac vaco, & temerè priores obliuioni trado. Cum
ingruentibus paciſcor atque conuenio: & debitorem me rurſus conſtituo. Ad illas
tamquam mihi familiares accedo; & † fœnerantes mihi rurſus inueniuntur, vt
Domini: dum verò ab illis liberari cupio, per eas veluti ſeruus multis † venalis efficior.
Cùm earum præcidere vincula conor, alijs mox catenis detineor: & dum à
bello paſſionum recedere ſtudeo, per progreſſiones atq; * largitiones quaſi œconomus
ipſarum inuenior. O improbum igitur draconis dominium: quoniam ſeruiens
imperat. O fallacem paſſionum licentiam, quæ adulationibus homines in E
ſeruitutem redigit. O miſeram peccati conſuetudinem, quæ in naturam conuertitur.
Hæc arras dedit, vt mētem ſibi coëmeret. Carni aſſentata eſt, vt animam ſuo
obſequio ſubijceret. Adoleſcentiam meam † præoccupauit: vt mens, quid fieret,
ignoraret. Imperfectum ſibi ſenſum coniunxit: vt eo tamquam * funiculo ferreo
perfectam intelligentiam retineret. Volentem autem fugere, non ſinit; vinculoq;
cohibet: & à carne deficere cupientem, vt ſtultam * atque ingratā redarguit.
Peccatum mentem munit, & fores cognitionis occludit: ſemperq́; animū † malitia
obſeruat, ne ſupplex ad Deum confugiens * vendi carnem prohibeat. Iureiurando
affirmat non eſſe malū indulgere carni; neq; de re adeò parui momenti rationem
exactum iri. Cōfuſum plurimarū cogitationū aceruum adducit, negatq́; fieri poſſe
vt de ijs † quæſtio habeatur. Earum proferat tenuitatem atq; ſubtilitatem, ipſaſq;
*obli-

Rom. 1.
† vulg. qui ea faciunt
* al. ſed auctores ſcelerum, omnes pœnas dederunt.
Iacob. 4.
† al. monitorem ac correctorem.
* γνωσιμαχῶ. Adludit ad illud Rom. 7. non enim quod volo bonum, hoc ago, &c.
* κὴ μὴ δυνάμενος. al. etiam impotens, vectigal pendo, &c.
† al. neceſſitate contraria coarctor.
† al. Animam meam liberare ſtudeo: ſed æris me alieni detinet magnitudo.
† al. exigere.
† al. alia prioribus adijcit. & al. at ille debitū aliud addit, atq; auget.
† κιχρῶντες.
† πολύπρατος.
* παροχῶν.
Peccati conſuetudo periculoſa.
† al. oppreſſit.
* al. catena.
* ἀγνώμονα.
† f. malignus.
* πραθῆναι. i. vendi. venditur autem caro, cum ſubijcitur peccato. &c.
* al. in iudicio cognoſcatur.

A *obliuione delendas aſſerit. Si iudicium futurum portendero: ego, inquit, pœnas pro te dabo. Si dixero peccatum eſſe: ego, inquit, rationem reddam, ac te purgabo. Quod ſi pœnam inde mihi imminere demonſtrauero: qua ratione, inquit, tibi; ſi ego ſuggeſſi? Si dixero me quòd paruerim, condemnandum: minimè verò, inquit; nam ego te compuli. Et quo pacto morem geſſiſti, in eo quod propoſito non egiſti? Securus igitur eſto. His me rationibus conuincit. hiſce me vinculis conſtringit. hiſce me vendit, & coëmit. His me fallit, & in errorem impellit. hiſce me aſſentatur, & ſuæ me ſeruituti ſubijcit. Peccatorem mei ſimilem, Paulus carnalem appellat. Peccatum conſenſu perficitur: mores autem, inter naturam & peccatum, ſunt medij. Perturbationes * atque cupiditates peccatum B fouent, & naturam exagitant, animum affligunt, & mentem in ſeruitutem redigunt. Nam peccatum cùm eſt in carne, dominatur in mentem, & vincit animum per ipſam carnem illum ſubijciens: iuſſa quippe eius, velut miniſtra ſedula prompte exequitur: quin & animam miniſterio illius opprimit, *eiusque quaſi œconomum agit, dum præbet, & opus exigit. Et ſi verberare voluerit animam; id per carnem efficit, eiusq; opera illã affligit & diuexat. Nam caro eſt veluti quædã animæ catena, qua illam tãquam ouem capit, ac trahit ad occiſionem; & tamquam ſublime petentem volucrem, hac eam conſtringit atque deuincit; hacque, tamquam fortis alicuius gigantis pedes manusque gladio concidit. Fugere nec valeo, nec ipſe mihi ſuccurrere. Sum enim veluti mortuus, viuens, & tamquam cæcus adſpiciens: & licet ſim homo, factus ſum veluti canis: cumque ratione atque intellectu ſim præditus, inſtar iumenti effectus ſum. Miſeremini ergo mei, ô amici mei. Me humi iacentem, corde & animo excitate ac ſubleuate; C quicumque naturam corporis, natura ſpiritus contemperaſtis. Non ſinatis me terrena ſapere, qui peccatum vt vulpem eſtis perſecuti; & prauas concupiſcentias tamquam feras beſtias ſuperaſtis. Feſtinate, obſecro, priuſquam ſententia pronuntietur, & antequam ego moriar: ne vnà cum fatuis excludar virginibus. antequam in terram abeam, vbi mortalium vitam intueri non licet; nec de iuſtitia, iniuſtitiave ratiocinari. Vbi non eſt corpus, per quod vita aut mors ad animam accedat: neque caro, per quam * inimicus ab eius infirmitate deuictus, ſubſannetur confundaturq;. Nam ſi Dominus mihi auxiliatus fuerit; à miſerabili cupiditatum affectione liberari cupio. ſique mei miſertus fuerit; parere illi planè deſidero. Si mecum ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ egerit; à peccato me liberabit. & ſi ſuam in me benignitatem effuderit; ſaluus ero: Credo illum poſſe: & non deſpero ſalutem meam. Scio miſericordiæ ipſius magnitudine, peccatorum meorum D multitudinem ſuperari. Neque ignoro, eum, cum factus eſt homo, omnium eſſe miſertum; mihique in baptiſmate peccata condonaſſe fateor: nam & ego gratiæ huius factus ſum particeps. Cæterum illorũ, quæ poſt baptiſma admiſi, medicina indigeo: ſed is qui mortuos ſuſcitat, etiam me curare poteſt. Cœcus ſum natus: ſed & cœcum à natiuitate ipſe curauit, atque illuminauit. Ouis ſum Leoni * ad deuorãdum propoſita: ſed ex ore ſerpentis ipſe Adamum liberauit. Canis ob peccata mea factus ſum: at ſanabor; & inſtar illius Syrophœniſſæ; filius efficiar. Velut leproſus, reiectus ſum: at ſi voluerit, mundabor. Poſt cognitionẽ veritatis, me* peccaſſe ſcio: ſed ſanctũ habeo Dauid pro me deprecantẽ. Ille diuino adiutus auxilio reſipuit: & ego ab ipſo viſitatus ſanabor. Magnis me peccatis obſtrinxi, ſcio: ſed maior tamen eſt Dei benignitas atque clementia. Qui publicanum prouexit ad Apoſtolatum; E etiam mihi licet pluribus peccatis obnoxio condonabit. Qui Zachæi, vt digni, miſertus eſt; mei quoq; quantumuis indigni, miſerebitur. Lupus erat Paulus, Chriſti gregẽ perſequens: ſed crudelitate depoſita, factus eſt ouis. Qui inſtar immanis feræ, oues prius diſſipabat; idem tanquam bonus paſtor, oues poſtea curabat. Noui ipſum ignoranter feciſſe, ſed ego ſciens peccaui: verùm ego dum ea, quæ prudens admiſi peccata, cum excellẽti eius gratia cõfero; veniam dumtaxat peto: ipſe vero qui per imprudentiam peccauerat, & veniam, & maiorẽ gratiã eſt conſecutus. Hic*fratres, anxius hęreo: hic operã & opem veſtrã imploro. Neq; enim iudiciũ ſolũ atq; damnationẽ reformido: ſed & irriſionẽ atq; ignominiã pertimeſco. Eos, qui nunc me reuerentur, vehementer vereor; metuens, ne in eorum tunc cõſpectu propter occulta peccata mea, pudore ſuffundar. Vereor & eos, qui genu-

*al. ſub examen non venturas: ſed perpetua obliuione delendas affirmat.

Rom. 7.

*al. affectiones.

*al. & tamquam procuratoris adminiculo, peccatum carnis opera vtitur.

Matth. 25.

*al. per quam inimicus pro bris affectus ſubſannetur, &c.

Ioan. 9.

*λέοντι βρωτόν.

Marc. 7.

*al. erraſſe.

2. Reg. 11. 12.

Pſalm. 6.

Matth. 9.

Lucæ. 19.

Actor. 9. 22.

1. Cor. 15.

1. Tim. 1.

Ibidem.

†al. Orò vos fratres, vt huic rei ſtudioſè operam detis &c.

runt me; nequando in beata illa degentes vita condemnẽt me: quippe qui ea, quæ A
Matth. 18. ſupra hanc vitam ſunt, profeſſus fuerim. Si vobis deunò moleſtus eſſe videor, fratres,
Luc. 11. ignoſcite: & neceſſitati hanc meam moleſtiam, culpamque adſcribite. Illam
Ibidem. imitari volo viduam, quæ ſua importunitate, quod voluit, à iudice impetrauit. Et
*ψυχῆς λυσιτελιον. impudentis illius inſtar amici videri vobis cupio: vt è lecto ſurgentes, pro me ad
†al. vt animus à moleſtijs & angoribus liberetur. Deum preces fundatis. Ille panis ſolatium depoſcebat: ego autem ſalutis auxilium.
Ille carnis cibum: ego verò animæ † refectionem. Si volueritis, impetrabo
quod cupio: facilè enim mihi benignum & miſericordem Dominum conciliabitis.
Pro me igitur, tamquam pro amico deprecemini: & opera atque interceſſione
*μεταβληθῆναι. veſtra, Deus mihi propitius reddetur. Cupit namque ille * miſericordiam impertiri: B
ſed fructum bonæ affectionis animi veſtri requirit. Paratiſſimus eſt adignoſcendum:
ſed vt vos benignitatis ſuæ participes ſitis, expectat. Miſerendo enim
vult docere, & ignoſcẽdo ſocios acquirere. In omnibus ſemper bonitas eius * obſequitur.
*πείθεται. Qui peccata ſua quæ ſcienter commiſit, *deplangit; ſibique ne alijs ſcandalum
†al. excuſat ac purgat. præbeat, cauet; neque ad peccandum, alios ſuo exemplo excitat: is facillimè
†al. veniam impetrabit. * iudicem placare poterit. Conſcientiam vniuſcuiuſque nouit Deus: & peccatorum
non ſolum iudicat quantitatem, ſed etiam qualitatem. Eſau, pœnitentiæ
Gen. 25. 27. & Heb. 12. locum non reperit: quoniam * inuerecundè peccauit, non inuitus, ſed ſpontè: nõ
*πρὸς ἐρύθειαν. enim errore atque ignorantia, ſed ſciens ac volens peccatum admiſit: nam & parentes
Ibidem. exacerbauit, & Deum non eſt veritus. Iudas quoque proditor, pœnitentiæ
Matth. 26. & Marc. 14. ac Lucæ. 22. locum non inuenit: quia cum Domino verſans, peccauit, & ſpreto Deo, iuſtum
tradidit. Multum igitur intereſt inter peccata, quæ ſcienter committuntur, vtrũ C
NOTA. quis ea ſenſu, an cogitatione faciat: cùm vtrobique conſenſum adhibeat. Et grauius,
peiuſq; interdum vnus cogitatione, quàm alius opere peccat: cùm & hîc pœnitentiæ
EXEMPLA. reperiat locum, ille verò minimè. Exemplis porrò ſunt ea, quæ propoſuimus
ac diximus, confirmanda: ne inania vobis adduxiſſe commenta videamur.
Gen 9. Cham, cùm ſolùm de irridendo patre cogitaſſet, repudiatus eſt: & Dauid, qui reipſa
2. Reg. 12. peccatum expleuerat, ab eo abſolutus. Qui † Chore conſenſerant, cùm nihil
Num. 16. †al. Qui Chore, Dathan, & Abiron conſenſerant. omninò dixiſſent, aut egiſſent, à terra abſorpti ſunt, viuique in infernum deciderunt.
Idemque fere vtrique accidit Quinquagenario, cum quinquagenis eorũ militibus,
qui ad accerſendum Heliam acceſſerant. Totam verò ſynagogam, quæ cõflatum
4. Reg. 1. adorauerat vitulum, poſt correptionem ac diſciplinam Dominus liberauit.
Exod. 32. Et Saul cogitationibus idololatriæ conſentiens, reiectus eſt: Manaſſes autem
1. Reg. 13. 15. de idololatria à ſe admiſſa pœnitentiam agens, in gratiã receptus eſt. Peccauit ſcienter D
2. Paral. 33. 3. Reg. 18. 21. conſuetudine Achab, & ſuſceptus eſt: peccauit Achitophel dumtaxat conſilio,
2. Reg. 15. 17. & in peccato mortuus eſt. Alia quoque ad hanc rem comprobandam exempla
ſuppetunt, quæ ſi attenderitis cognoſcetis. Ruben, quod patrem offenderet, nõ ignorabat:
Geneſ. 35. 49. 50 & cum eſſet reiectus, poſt ipſius mortem à crimine liberatus eſt. Symeon
Gen. 34. 49. 50. & Leui, quod grauiter ſcienterque peccaſſent, ad tempus ſunt damnati: ſed nouiſſimè
veniam conſecuti ſunt. Ipſeque Aaron vitulo conflatili ſacrificans, adhuc
Exod 32. †al. eleemoſynam. excuſationem & gratiam inuenit; & per * ſacerdotiũ ab illa neceſſitatis macula
expurgatus eſt: filij vero eius Nadab & Abiro, contra præceptum Domini
Exod. 28. 29. 40. &c delinquentes, ignemque alienum offerentes mortui ſunt: cum illis ne ſpatiũ quidem
Leuit. 10. 16. pœnitentiæ, ac ſeſe defendendi conceſſum ſit. Ophni quoq; ac Phinees hos
Num 3. 26. & 1. Paralip. 24. imitati, quia in inſolentia & arrogantia perſtiterunt, eidem iudicio ſubiecti ſunt.
1. Reg. 2. Quin & in Euangelio Simon Petrus, cum inique ſe geſſiſſet, ac prudens aberraſſet,
Matt. 26. & Ioan. 18. ſine dubio venia dignus habetur. Elymas verò prædicationi reſiſtebat, & ad temp⁹ E
Actor. 13. cæcitate percuſſus liberatur. Ananias & Sapphira ſacerdotibus ſimiles, quippe qui
Actor. 5. & ipſi nullũ defenſionis inuenerunt locũ; quoniam in occulta quadã cõtẽptione
verſabantur. Quemadmodũ autẽ in cogitationibus peccatũ eſſe diximus per conſenſum:
tales quoq; in antedictis cogitationes inuenire licebit. Qui Satanæ traditus
1. Cor. 5. à Paulo fuit, Ruben ſimilis reperitur: quoniam caſtigatus, dilectionem & veniã
Gen. 25. 27. impetrauit. Illud tamen in his intereſt, quòd vnus viuẽte adhuc patre, alter autem
defuncto eo peccauit: ideoq; Ruben maiori pœnæ ſubijcitur. Et Iudas traditor, ſimilis
Matth. 26. & Marc. 14. & Eſau extitit: quia ſicut hic primogenita; ita ille gratiã ſuam vendidit: quare
Lucæ 22. & ambo reiecti ſunt. Nouerat Iudas id, quod agebat: quoniam gratiæ experimentum
Ibidem. † vulg. filium hominis tradis? habebat. Nam & Dominus ad eum: oſculo, inquit, † me tradis? Et licet diuinitatem

A nitatem cognouiſſet, ab auaritia tamen eſt deuictus. Et Eſau, quamuis admo-
nitus, parentes tamen exacerbauit. Magna ſanè differentia eſt, fratres, & in ipſa
peccati cognitione magnum diſcrimen: quin & in ipſa potentia, cernitur diffe-
rentia ſententiæ. Actionem conſidera, & diſcrepantiam cognoſces, conſenſum
reſpice, & iuſtitiæ * vim atque grauitatem intelliges. Tempus actionis expen-
de: & ſupplicium planè iuſtum eſſe dices. Ne autem perſonæ nos ſpecies fal
lat, quòd ea quæ fiunt, non videamus. Ex me diſcite, quàm rectè Phariſæi re-
prehenſi fuerint, cùm Chriſtus ſimulatum ipſorum taxauit habitum * ac figu
ram, dicens eos ſepulchris dealbatis eſſe ſimiles: illique malè ſibi conſcij, ad in-
ſidias mox ſe conuerterunt. Mihi quoque frequenter eiuſmodi * mœſtitia acci
dit atque moroſitas: nam dum à conſcientia reprehendor, contriſtor & moleſtè
fero. Acerbus quippe apud illos, qui latere cupiunt, eſt veritatis ſtimulus. Dura
B que videtur reprehenſio eſſe hominibus, præſertim ambitioſis * & qui populo
placere ſtudent. Aperite * ſepulchrum meum, & vermes apparebunt. Auferte
fictionis operculum: & quid in ſepulchro ſit, perſpicietis. Adſpicite actionis
meæ virtutem, & Phariſaicam agnoſcetis ſimilitudinem. Hac ſola re ab illis dif
fero, quòd & vobis ego, quid ſim, confitear. Quapropter & veſtris precibus, me
procul à ſupplicio æterno abfuturum confido. Permagni enim refert, vt in tem-
pore quis iniquitatem confiteatur; & confitendo, legiſlatoris iracundiam eui-
tet. Neque parui momenti res eſt, vt Iudicem quis ſibi, culpam non negando, be-
neuolum propitiumque reddat. Phariſæi itaque in ſua pertinacia perſiſtentes,
cùm ipſa Hieruſalem capti ſunt: & ſimulatam iuſtitiam venditantes, peccatori-
bus confitentibus * inferiores fuerunt. Quare & ab initio Chriſtus aiebat eos in
C ſtolis ambulare, ſimulatè nimirum, & fictè. Quin etiam per Sophoniam prædi
xerat eorum fraudem, & calliditatem inuadendi; ſeque venturum ac reprehen
ſurum illos: Viſitabo, inquiens, eos, qui * veſtes gerunt alienas, ſemperque ab
illo redarguebantur, quòd iuſtitiam ſimularent. Si porrò aliena ipſi veſtimenta
geſtabant, quorum ergo illa Phariſæorum indumenta erant? Ego quidem * cre-
derem ea fuiſſe Prophetarum, quoniam in illis populus erudiebatur. Sed etiam
Apoſtolus referens quoſdam in melotis, ac pellibus caprinis verſatos eſſe, conſe-
quenter dixit, in ſolitudine ſic ipſos facere ſolitos. Nam in ciuitatibus habitum
mutabant: neque enim ſcire volebant homines, quidnam ipſi agerent. * Alienus
igitur ac peregrinus Phariſæorum erat habitus: quippe qui cum eſſent inſipien-
tes, ſapientum doctorum more veſtiebantur. Pelliceæ quidem veſtes illis * erant
pro amictu: neque enim populo cupiebant eſſe conſpicui. Pelliceas verò habe-
D bant, atque gerebant, tanquam ab exercitationem accommodatas. Temperan-
tia enim calore indiget. veſtimentique illud genus erat congruens, tum domi,
tum etiam foris: nam temperantiæ inopia conducit. Planè * autem ſapientia
atque intelligentia per meditationem atque exercitationem, & prudentia per
temperantiam augetur, ac proficit. Quarum vtraque tam ſapientibus, quàm Pro
phetis neceſſaria erat. Illis quidem, quia docebant: his autem, quia reprehende-
bant. Quamobrem etiam habitu indigebant vtrique. Cęterùm Phariſæi neutram
vitæ rationem ſeruabant: neque enim ſapientes erant, neque etiam * futura pro-
ſpiciebant. Proinde & meritò eos Dominus reprehendit, quòd negotiationi &
auaritiæ, non autem veritati vacarent. Ego verò meam vobis, fratres, reprehen-
ſionem propono: ne repentè, cùm Deus cauſſam meam cognouerit, rideatis.
Opus enim cuiuſque, inquit Apoſtolus, ignis probabit. Quòd ſi opus diſcernere
E nouit: quanto magis habitum dijudicabit? Nam ſi quis iuſtorum habitu indutus
fuerit tamquam iuſtus; non reijcietur. Sin autem quis, indignus cùm ſit, illum
aſſumpſerit; nudabitur ac ſpoliabitur eo. Hic porrò eſt ille, de quo dicit Euan-
gelium: quia diuidet eum, partemque eius cum * hypocritis ponet. Diſtinctione
enim habitus, etiam honoris ac dignitatis gradus indicatur. Epiſcopus quippe,
& Presbyter, ac Diaconus, & reliqui, * vt habitu, ita etiam dignitate diſtin-
guuntur. Qui autem reperti fuerint indigni, ſpoliabuntur. Non dicit de operi-
bus, diuidet: (nam ignis, opera mala ſimul cum eorum auctoribus comburet:)
verùm de nomine, & habitu, ac dignitate illud dictum intelligitur. Decorem
enim ac gloriam perdent, & ignominiam atque confuſionem induent. Sicut

Gen. 25. 27.

* al. iuſtitię momẽtum, ac vim cognoſces.

* σχῆμα.

Matth. 23.

* al. blaſphemia.

NOTA.

* δημοχαρέσιν.

* al. Detegite figurã hanc meã, ac habitũ. Tollite perſonam dealbatam, &c.

* ἥττονες.

* al. deteriores.

Marc. 12. & Lucæ 20.

Sophon. 1.

* al. qui veſtimentis induti ſunt peregrinis.

* al. ſentio.

Hebr. 11.

NOTA.

* ἀλλότριον σχῆμα.

* ſcil. in Eremo degentibus.

* al. Planè autẽ oratio exercitatione ac meditatione fit melior, &c.

* al. neque prophetæ erant.

Ioan. 2.

1. Cor. 3.

Matth. 24. & Lucæ 12.

* al. cum infidelibus, vt eſt apud Luc.

* al. vt dignitate, ita & habitũ diſtinguuntur. al. habitu, & dignitate, diſtinguuntur.

igitur eſt veſtimentum ignominiæ, ita eſt & gloriæ. Quod etiam in hoc mundo A cernere licet. Nam alio induti ſunt habitu, * qui ad mortem ducuntur: & alio, qui in aliqua dignitate conſtituti, procedunt. Ex rebus terrenis, etiam cæleſtia diſcamus: & ex talentis illis inter Chriſti miniſtros diſtributis, habitus & dignitates intelligamus. Non omnibus talenta impertitus eſt Deus: ſed miniſtrantibus ipſi ſeruis. Itaque & monachi talenta, vt mihi quidem videtur, acceperunt: nam * inſtituto præuenti à Deo, & ornati ſunt. Quamobrem & habitu ab illis, qui in mundo degunt, diſtincti reperiuntur: quo quidem habitu modeſtiam & propoſitum ſuum deſignent, teſtanturque. Quocirca iudicium etiam fit de habitu: nam habitus, profeſſionis vim indicat. Si quis igitur non id agit, quod profeſſus eſt; alienum is ſibi habitum lucratur * ac vindicat. Cuius autem eſt iſte habitus alienus; niſi eorum qui peregrinum illum faciunt, atque alienum? Siquidem B & de ſermone quoque otioſo iudicamur. Et quis eſt ſermo otioſus? Profeſſio fidei, quæ eſt abſque operibus. Credit enim, & Chriſtum profitetur: ſed otioſè agit, cùm ea minimè præſtet, quæ à Chriſto præcepta ſunt. Eſt & in alio poſitus otioſus ſermo, quando quis confitetur, ſed non emendatur. quando ſe pœnitere affirmat, & peccare non ceſſat. Quin & detrahentis otioſus eſt ſermo: quia dum præſentem eum videt, cui detraxit, obmuteſcit. Et qui timidè reprehendit ac corripit, etiam * otioſè loquitur: quoniam robore ac firmitate ſermo eius caret. Et qui ex ſeipſo mendacia fingit, eodem vitio laborat: quia ea, quæ nec facta, nec viſa ſunt, enarrat. Hic autem cunctis obſtricti ſumus criminibus, fratres. neque enim hæc temerè ac fruſtra inſtituta eſt à me indagatio. Expono autem vobis, tamquam medicis, mala quæ patior: vt curandis C meis vulneribus, orationis veſtræ medicamenta adhibeatis. Conor vobis ſingulas actiones meas aperire: nam ſi veritatem tacuero, meipſum iniuria afficiam. Multi ſunt, qui præ pudore occultando morbum, inſanabilem eum reddunt, quem nouiſſimè dolent ſe medico non * expoſuiſſe. Ego verò, niſi mea peccata propter eorum multitudinem me effugerint, non * cęlabo confuſionem meam. Melius eſt enim, opem depoſcendo, viuere: quàm præ verecundia ſilendo, fame miſerabiliter perire. Conducitque magis, dolorem tolerando; * vitam retinere: quàm ad breue tempus quieſcendo, morbum planè incurabilem efficere. Lætalem igitur in me locum quendam otioſus ſermo tenet, totuſque (ni fallor) in me abditus eſt. Quis * eſt ergo ſermo otioſus? qui in ſolo habitu verſatur, qui poſt boni cognitionem, in malis perſiſtit. qui, quæ bona ſunt: docet: & opere non perficit. Scio quidem me multa, fratres, ad vos, & ad alios plures conſcripſiſſe: D ſed ea ſcribendo, ſententiam in me ipſe tuli. Cumque malè agerem, cognoſcebam; & in malè agendo perſeuerabam. Et * ſimulaui, fingens iuſtum, quod erat iniuſtum. Monachoſque iudicabam, cùm ipſe monachi duntaxat habitum in me circumferrem. Verùm ea mihi ſola tantis in malis reliqua eſt * excuſatio atque defenſio: quòd nemini offendiculum aut ſcandalum præbuerim. Malum quidem commiſi: ſed illius teſtes non ſunt homines. Alios ſcriptis redargui: at nemini grauis aut moleſtus fui. Veritatem * iniuria affeci, ad miſericordiam inclinans: ſed in me ipſo tale quid non præſtiti. Fratribus cibos malè diſtribui: ſed non eos propinquis meis attribui. Ventrem repleui, ſed non epulis ſumptuoſis. Ieiunium ſolui, ſed non contempſi. * Temperantiam accuratè celebraui: ſed interdum ad tempus ipſe eam remiſi. Mendacio attrahebar quidem E certè, verùm non oblectabar. Preces atque orationes neglexi: non tamen ex * contemptu aliquo, & impietate. In pſalmodia negligenter me geſſi: ſed non alijs mundanis rebus diſtrahebar. In manuum opus non incubui: nec tamen alicui grauis fui. Multis in locis veritatem parui feci: ſed nulli omninò offendiculum ac ſcandalum præbui. Peto igitur & obſecro, vt mihi in pauimento voluntati, manum auxiliumque præbeatis. Surgere enim dum volo, nequeo: quia peccatorum pondere grauor. Surgere quidem * cupio: ſed mala me humi detinet conſuetudo. Oculis quidem adſpicio: ſed tanquam in caligine, tenebriſque magnis incedo. Manum meam moueo: ſed tamen veluti paralyticus exiſto. Bono * quidem ſunt animo, verùm iniucundo. Oro, liberari cupiens: at licet ieiunans, retineor. Bonum animi propoſitum habeo: ſed vi quadam impedi-

† al. qui capite damnati ad vltimum ſupplicium rapiuntur.

Matth. 25.

* τῇ προαιρέσει κατελήφθησαν.

DE HABITV MONASTICO.

* ἐμπορεύεται.

SERMO OTIOSVS QVISNAM.

* al. etiam obloquitur.

* al. oſtendiſſe.

* al. non abſcōdam turpitudinem illorum.

* al. à morbo liberari, quàm, &c.

* al. Quid eſt igitur, &c.

SERMO OTIOSVS IN QVIBVS SIT.

* ἐσχηματισάμην.

* al. conſolatio.

* al. Iuſtitiam violaui.

CONSIDERATIONE DIGNA.

* al. Continentiam accuratè ſum profeſſus: ſed ad tempus immutaui.

* al. non vlla tamen adductus impietate.

Magna humilitatis verba.

* al. conor ac ſtudeo.

* εὔθυμοι.

A impedior. Amicos, & hoſpites diligo, at non ſicut debeo. Pietatis cultor ſum: verùm tepidus. A quibus ſum beneficijs affectus; illis, in amore officijsque reſpondeo. Inimicos, & iniuria me aliqua afficientes, ſi minus vlciſcar: nõ tamen amore, ac beneuolentia proſequor. Ijs, qui oderunt me, infenſus ſum: ſed tamen vindictam, inſidiasq; non molior. Peccandi occaſiones ſi minns quæro; non tamen debita diligentia vito atque declino. * Gloriam & ſi non aucupor, non tamen auerſor. In cunctis denique operibus meis, ſupinus quidam ſum ac negligens: atq; ideo velut paralyticus, ac nernorũ diſſolutione laborans, opem miſericordiamque imploro. Cùm enim habere poſſim, à bono ſtatu longe recedo. Et cùm profutura deſidero, iuxta illa non ambulo. * Cumque breui ac facilè curari queam, curantis manum fugio ac reformido. Quocirca fratres, cùm abundè quibus B quantiſque in malis verſer perſpexeritis; omni ſtudio atque diligentia mihi ſuccurrite, ac ſubuenite. Quod ſi ſedulò, celeriterque præſtiteritis, de Dei benignitate haud quaquam diffido. Liberauit & olim Moyſes ſororem ſuam Mariam à lepra. Et Dauid, genus Ionathan à iudicio Dei, propter affectionem. Et Elias, filium viduæ à morte. Et Eliſæus, viduã ab inedia ac fame: & Sunamitidem à luctu. Quin & in Euangelio plurimi, aliorum precibus à varijs calamitatibus fuerunt liberati. Nam de Saluatore quid attinet dicere: quippe qui ea quæ videntur fieri non poſſe, reddidit poſſibilia atque facilia. Animas ſiquidem eorum, qui alijs conſolationem præbebant, ſe autem propter tranſgreſſionem liberare nequibãt, ipſe liberauit atq; redemit. Omnia, quæ audiſtis, partim à vobis præſtari poſſunt, & partim nequeũt. In quibus igitur opitulari nobis poteſtis, quemadmodum illi ſubuenite. Atque illa etiam, quæ à vobis præſtari non poſſunt, concedentur & C donabuntur à Deo, qui infinitæ pelagus eſt miſericordiæ, ac gratiæ: ſi mihi per vos placabitur atque conciliabitur. Quanto enim ipſe hominibus antecellit; tanto * etiam vos digni reddemini, rogantes ne ſuccumbatis. Nam omnem humanæ creaturæ liberalitatem, ſua benignitate atque clementia, facilè ſuperabit. Veſtrum * enim eſt, pro peccatoribus deprecari, cùm ſancti ſitis: Dei verò munus eſt, deſperatis miſericordiam impertiri, & oues quæ aberrauerunt ad vnionem ouilis ſui reducere, in Chriſto Ieſu Domino noſtro: per quem, & cum quo, Patri gloria, honor, & imperium, cum ſanctiſſimo Spiritu; nunc, & ſemper, & in æterna ſecula ſeculorum, Amen.

*al. Gloriam & ſi aucupor, non tamen exigo.

*al. & dum breuem animaduerſionem deuito, procul non cõſiſto.

Num.12.
2.Reg.9.
3.Reg.17.
4.Reg.6.
4 Reg.4. 8.
Matt. 9.12.17.
Marc.1.2.5.7.9.
Lucæ 7.8. &c.
Matth.19.
Marc.10. &
Lucæ 18.&c.

*al. tanto etiam vos, ne vincamini rogantes.

*al. Sanctorum enim officiũ eſt, pro peccatorib⁹ intercedere: Dei autem miſereri, &c.

D

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

SEipſum hac Oratione reprehendit atque accuſat Auctor, ſuaq; peccata conſitetur. Quæ de fortuna & caſu iuuenis ſenſerat, hic reuocat, & cuncta Diuinæ prouidentiæ adſcribit. Quid ſibi adhuc puero in interiore Meſopotamiæ regione, ac ſilua cum Paſtore ouiũ (ad quem ingruente iam nocte diuertit) acciderit: & quomodo propter oues noctu diſperſas, falsò accuſatus, & in carcerem detruſus fuerit, enarrat: iudiciumq; de ſe, & de alijs ibidem incarceratis factum exponit: & quo pacto in his, ob quæ iſthic detinebantur, culpa vacabant: in alijs autem quæ ignorabantur, & non obijciebantur, rei deprehendebantur: iuſtoq; Dei iudicio (cui nullum latet ſecretum) vt cuncti ibi detenti, & in diſcrimen adducti erant, vt ſæpè multis accidere ſolet, commemorat: ac deinde poſt iteratã Angeli apparitionem ſibi in ſomnijs factam, vt cognita ſua innocentia liberatus atque dimiſſus è carcere ſit, recenſet: quare E & Diuinam deinceps prouidentiam in cunctis confitetur ac prædicat. De Dei cognitione inter alia, eiusq; bonitate ac ſapientia, eſſentia & omnipotentia, ac multiplici gratia multis diſſerit: ſeque cùm noſſet Chriſtum, in cogitationibus de fortuna & caſu occupatum fuiſſe, & non in diuinis ſemper præceptis ambulaſſe, deplangit. Submiſſionis cauſſa ſuam ipſe perſonam, vitam & mores redarguit, ſuumq; genus extenuat: & peccata quæ adhuc iuuenis, quæque adulta ætate admiſit, ſigillatim percenſet, ac inter ſe confert: quæ tamen omnia per magnam humilitatem ab eo dicta accipi debent: & in vnumquemque potius noſtrum, qui illis omnibus obnoxij ſæpè ſumus, retorquenda, quàm ſancto illi viro attribuenda (quippe qui ab eiuſmodi peccatis alieniſſimus erat) videntur. De cogitationibus quoque improbis, ac peccatis ex cogitatione reſultantibus agit: & quomodo conſenſus pro factis reputentur, rationibus exemplisq; pluribus demonſtrat. Peccati conſuetudinem periculoſiſſimam eſſe docet: dolosq; atq; inſidias cacodæmonis, carnisq; pugnam patefacit atque deſcribit. De monaſtico inſtituto, ac habitu haud pauca in medium adducit. De omni verbo otioſo, vt ratio reddenda erit: tum etiam ſermo otioſus quis ſit, &

A

ſit, & in quibus conſiſtat, oſtendit: multaq; alia conſideratione digniſſima ponit: ac nonnulla etiam Scripturæ loca doctiſſimè exponit. Et in fine, poſt variam accuſationem atque reprehenſionem ſui, peccatorumq; confeſſionem, ſibi à fratribus ſubueniri, & pro ſe orari, vt veniam & miſericordiam à Deo obtineat, flagitat atque depoſcit.

S. PATRIS EPHRAEM CONFESSIO, ET SVI IPSIVS REPREHENSIO.] *Hic titulus ſiue Inſcriptio eſt huius Orationis; loco cuius, al. reperitur:* Reprehenſio in ſeipſum, & de ſeſe confeſſio *& al.* accuſatio ſui ipſius, & peccatorum confeſſio. *Et al.* ſeipſum reprehendit, & peccata ſua confitetur.] *Verùm quomodocunque hic legatur, parum refert: cùm omnes hæ Inſcriptiones æquiualeant, & ex æquo eandem rem contentam deſignent (quæ eſt peccatorum confeſſio, & ſui reprehenſio,) ex quibus tamen eam, quàm in pluribus Græcis mmſſ. inuenimus, hic ſelegimus, repoſuimusq;. Cæterùm ne planè eadem hæc videatur Exomologeſis ſiue confeſſio, cum illa quæ in ſua Conuerſione in principio ſecundi Tomi ponitur: ſciendum eſt, ibi de peccatis adoleſcentiæ agi, in quæ, ante ſuam ad monachiſmum conuerſionem, inciderat: hic verò de peccatis quibuſcumque per totam vitam admiſſis dolenter ſeipſum reprehendit, & humiliter ea confitetur: quæ tamen* B *vt accipienda ſint, iam aperuimus: cùm de innocentia, & ſancta huius Viri vita, nemini obſcurum ſit, vel dubium.*

Anxius igitur, & multis lachrymis perfuſus inde abij, ignorans vtrum Deo ſatiſfecerim, &c.] *vbi alia lectio ſic: In magnam ergo anxietatem coniectus, ac mœrore plenus ex illa incarcerali cuſtodia liberatus receſſi, ignarus an Deo pro peccatis meis ſatisfecerim: quare omnes vt ſuis me precibus iuuent, Deumq; mihi placatum reddant, obſecro: nam vulnus mihi graue inflictum ſentio, &c. Eſt porrò tota Oratio ab hoc loco vſque ad finem docta, grauis, ac elegans, & ſententijs atque Prouerbijs, ſciteq; dictis plurimis plena: quam vel ideo à capite ad calcem ex variorum Græcorum manuſcript. Codicum collatione, de nouo traducere viſum eſt, quòd in his haud pauca reperiantur, quæ in priore Zini tranſlatione ob defectum fortè exemplarium deſunt: tum etiam quòd nonnulla hic aliter quàm ibi habeantur atque legantur: ſicut ex mutua etiam collatione, diligenter conferenti facilè patebit.*

Pleriſque interiectis poſtea, vbi habetur: Artem habet aurifex, qua opus ſuum dirigit: ſed C ei non plus tribuere vult, quàm capere poſſit: ſic quoque Deus, &c.] *alia ibi ſic habet lectio: Arte præditus eſt aurifex, qua ſuũ dirigere nouit opus: ſed ei tantum tribuit, quantum capit, & non amplius, licet multum adhuc illi auri ſuperſit. Sic etiam Deus, quamuis poſſit, ceſſat, quia non eſt qui illum capiat. Præbe (al. præbes) tu materiam, pluſculum auri continentem: etiam artifex peritus venuſtatem inſerit ſuam, &c.*] *Vbi Lectori ſit liberum, quàm hic maluerit amplecti lectionem: cùm vtraque ſatis ſit clara, & in alijs atque alijs mmſſ. Græc. reperiatur. Cuiuſmodi quoque notatur varietas, aliquot lineis interpoſitis, poſtea, ibi:* Non tamen vlla ipſe coactus neceſſitate, tot differentias inuenit ac facit: quoniam de primis, experimentum in ſecundis dedit, &c.] *vbi in vno aut altero Græco MS. cum alia adiunctione ſic legitur: Non aliqua tamen compulſus neceſſitate differentias inuenit, naturas coarguens: nam & naturas ipſe procreauit: quoniam de primis experimentum præbuit in ſecundis, &c.*] D *at de his eruditus iudicet Lector.*

Poſtea vbi continetur: At ſi dicas materiæ efficacitatem ex quodam intus coexiſtente ortam eſſe: valde ſtultum eſt, exiſtimare in materia, quæ ſemper in mutatione verſatur, aliquid ineſſe perpetuum, &c.] *ita ex pluribus correctioribus Græcis exemplaribus manuſcript. tranſtulimus, in quibus legitur,* ἡ ἐνέργεια τῆς ὕλης ἐκ τινὸς συνενόντος, *&c. quomodo & legendum hic omninò arbitror, & non (*ἐκ τινὸς συναινοῦντος,*) vt in aliquibus eſt Codicibus, niſi tamen illud fortè (*ex quodam intus cohabitante*) vertamus; vt idem deſignetur, quod priori lect.* ἐκ τινὸς συνενόντος: *cum &* σύναινος, *interdum pro cohabitatore accipiatur: nullo autem modo illud (*συναινοῦντος.*) hoc ſaltem loco in ſimplici ſignificatione, pro (*collaudante*) ſumendum videtur, vt hic accepit, vertitq; Zinus in hæc verba:* Materiæ actio, inquiens, ex quodam collaudante conſiſtit, &c.] *quod neque ſenſus permittit, neque interpunctura ſequens reſpondet.*

De ædificio turris, quæ non potuit perfici, indignatus eſt Deus: at de propria noſtra ſub- E uerſione quidnam facturus eſt? &c.] *Iſtud de turre, quæ non potuit conſummari, exemplum in omnibus Romanis mmſſ. Græcis per nos collatis hic reperitur: ſed deeſt in verſione Zini: quod tamen quia ad rem facit, & in alijs exemplaribus ponitur, omittendum hoc loco non videtur. Loquitur autem hic Auctor, vel de turre illa Euangelica (Lucæ 14.) quã non potuit ille conſummare, qui non prius ſedens, computauerat omnes ſumptus neceſſarios, &c. vel loquitur hic (quod magis puto) de turre Babel, quæ quamuis non ſit ad culmen vſque producta: tamen indignatus Deus, illam impediuit atque deſtruxit, vt eſt Geneſis 11. Cuius quoque Flauius meminit Ioſephus, alibi de ea ſic ſcribens:* De hac verò turre, diuerſiſque vocibus hominum, hoc meminit Sybilla dicens: Cùm omnes homines vnius vocis eſſent, quidam turrim ædificarunt excelſam, tanquam per eam in cælum aſcenſuri. Dij verò immittentes ventos, euerterunt turrim, & vocem propriam vnicuique partiti ſunt: & ideo Babyloniam vocari ciuitatem contigit, &c.] *Ita Ioſephus antiquitatum Iudaicarum libro primo, capite nono, ſub finem.*

Longius

Longius poſtea, ibi: Si vobis fuerint vires, quibus tantam improbarum cogitationum phalangem reprimere queatis; quæſo ne me conflictantem deſeratis, &c.] *De improbis cogitationibus ſeipſum reprehendit atque accuſat: & vt ab ijs liberari poſſit, optat, opemque fratrum interpellat. legiturq́; hæc pars etiam paullò aliter, al. ſic:* Si poteſtis tot malorum affectionibus, fratres, aduerſari: neque opitulari mihi conamini, malè facitis. Si vires vobis ſunt, quibus tantum cogitationum agmen mitigare queatis: vos videritis, ſi opem non tuleritis. At fortè dicetis: non oportuit ita exquiſitè hic de cogitationibus diſputare, & ſanè quorſum de caſu & fortuna me cogitante, tam ſeuerum examen de illis factum eſt? &c.] *ita ad verbum magis in vno aut altero Græco MS. vbi tamen Lectori per nos ſit liberum, hic ſequi quam maluerit lectionem: cùm vtraque lectio clara ſit, & probata. Seruit porrò hic locus aduerſus malas quaſcumque cogitationes: de quibus, & pulchra Auctor ex Scripturis exempla conſequenter* B *ſubijcit.*

Offerebat Iob ſacrificia pro filijs ſuis: ne quid fortè (inquiens) mali cogitauerint in cordibus ſuis, &c.] *Locus Scripturæ qui inſinuatur, eſt Iob cap. primo, vbi de eo habetur, quòd offerebat pro filijs victimas ſecundùm numerum eorum: & vitulum vnum pro peccato, pro animabus eorum. Dicebat enim Iob:* ne fortè filij mei in mente ſua cogitauerint mala erga Deum, &c.] *vt eſt in editione LXX. at in vulg. hic legitur: Cumq́; in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos: conſurgensq́; diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim: ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis, &c.] Quem locum etiam alibi citans atque illuſtrans S. Ioannes Chryſoſtomus, Iob (inquit) pro filijs ſacrificia faciebat, & ipſos à peccatis liberabat: [ne quid fortè, inquit, mali cogitauerint in cordibus ſuis.] Hoc modo conſulitur liberis Non dicebat, quod plerique homines ſolent: opes illis relinquam. non dicebat: gloriam illis comparabo. Non dicebat: mercabor illis principatum. non dicebat: agros emam: ſed quid? ne quid cogitauerint in cordibus ſuis, &c. ita Chryſoſtomus Serm 3. in Epiſt. ad Philip. in moral. Digreſſ. eodem modo hũc locum cum Ephræm legens.*

C *Poſtea, ibi:* Neque tamen primus cogitationum iudicatur impetus, ſed cùm ita mens cogitationi indulget, vt voluptatem ex ea percipiat, &c.] *ex alio MS. Græco hæc paullò aliter ſic redduntur atque leguntur: Non tamen cogitationum multitudinem in vna intelligentia examinari ac puniri nobis eſt exiſtimandum: ſed animaduerſionem ac diſcretionem, in qua cogitans quis cenſuit acquieſcendum. Agricola ſemina in terram ſpargit, at non omnia carpit: ita etiam mens in libero arbitrio ſeminat: at non omnia ſuſcipit. Eorum quæ in terra ſeminauerit, repetitur ab Agricola fructus: & eorum quæ libera voluntas exceperit, exigitur à Deo ratio: Pater meus, inquit Saluator, agricola eſt, &c.] ita quaſi ad verbum alia hic habet lectio ex antiq. Codice Græco Romano ac Vaticano tranſlata, quam Lectori docto expendendam, conferendamq́; relinquo.*

Propterea, Omnia vanitas, inquit Eccleſiaſtes, & præſumptio ſpiritus, &c.] *Locus qui citatur, eſt Eccleſ. 1. vbi Lectio apud Septuaginta cum hac noſtri Auctoris per omnia conſonat: at diſſentit vulg. vbi legitur: Vidi cuncta quæ fiunt ſub Sole: & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus, &c.] Septuaginta verò Interpretes hic non Hebræum Sermonem, ſed Syrum cum noſtro Ephræm expreſſerunt, dicentes (προαίρεσιν) προαίρεσις autem nunquam ſignificare putatur afflictionem, ſed vel præſumptionem,* D *vt hic conuerſum eſt: vel voluntatem, cogitationemve liberam, ſiue liberam electionem: quomodo & hic ab Auctore accipi, applicariq́; videtur: meliusq́; adhuc eo loco Eccleſiaſtes, voluntatem, quàm præſumptionem illud vocabulum ſonare, adnotatur in Scholijs Romanæ editionis Septuaginta, vbi de hoc plura.*

Poſta vbi habetur: Neque poſt cognitionem peccati conſideratè me gero: ac verè reſipiſco: ſed meam pœnitentiam accuſo, quòd ſim veluti ſeruus peccati, & malum nolens faciam, &c.] *alia ibi lectio cum alia interpunctura ſic ſe habet: Neque enim in ijs quæ facio, conſideratè me gero. Pœnitentiam meam accuſo, quòd ſim tamquam ſeruus peccati effectus, malumq́; inuitus faciam, &c.] ſed prior, quòd perſpicua magis ſit lectio, ac plena, & vim verbi (γνωσιμαχῶν) melius explicet, amplius probatur. In hoc porrò quod hic dicit:* & malum nolens facio, &c.] *adludit haud obſcurè ad iſtud Pauli: Non enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi malũ, illud facio, &c. vt eſt Rom. 7 quo etiam* E *referri videtur, quod mox hic ſequitur: ϗ μὴ δυνάμενος, & licet nequeam, vectigal tamen pendo. &c.] ac al. etiam impotens, vectigal ob conſuetudinem pendo, quæ in mente mihi dominatur, &c. per quod etiam videtur inſinuare, ſe tunc temporis ſenem fuiſſe: cùm & ſermo videatur fieri de ijs peccatis, quæ non niſi à iuuenibus reipſa patrari ſolent, à ſenibus verò tantùm cogitatione, &c.*

Poſtea ibi: Si iudicium futurum portendero: ego *(inquit)* pœnas pro te dabo. Si dixero peccatum eſſe; ego rationem inquit, reddam, & te purgabo, &c.] *alia lectio ſic: Si iudicium futurum obtendero ac prætexuero: ego culpam, inquit, præſtabo. Si peccatum eſſe dixero: ego, inquit, defenſionem ſuſcipiam, &c. In alio autem Græco MS. eſt:* ὅταν νικήσω τὴν νίκην, προβαλλόμενος ἀναδέχεται τὴν κόλασιν, *&c. quæ ad verbum magis ſic redduntur: Cùm victoriam reportauero, obijciens, recipit in ſeipſa ſupplicium. & cùm dico: peccatum eſt; ait, ego rationem reddam, ac te excuſabo. cùm dico: mihi luendæ erunt pœnæ; dicit, qua ratione? cum ego ſuggeſſerim, &c.]*

in qui-

in quibus doctus Lector quam maluerit lectionem ſequi poterit: nobis, varietatem illi propoſuiſſe, ſuffecerit.

Sequitur deinde: Peccatorem mei ſimilem Paulus carnalem appellat. Peccatum conſenſu perficitur, &c.] *vbi pro* διαπέπρακται, *al. hic eſt,* διαπέπραται. *legiturq́; & quidem etiam rectè:* ὁ σαρκικὸς τοῖς συμφώνοις διαπέπραται, *id eſt, carnalis concordibus diuenditus eſt, &c. Et ſic ſanctus Paulus Rom.7.* ἐγὼ δὲ σαρκικὸς εἰμὶ πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, *id eſt, ego autem carnalis ſum venditus ſub peccato, &c. peccatum verò S. Ephræm appellat hic* τὰ σύμφωνα, *quòd nimirum cum carnali concordet, &c.*

Multoq́; poſterius, ibi: Et Saul cogitationibus idololatriæ conſentiens, reiectus eſt. Manaſſes autem de idololatria à ſe admiſſa pœnitentiam agens, in gratiam receptus eſt.] *Vbi alia lectio habet:* Et Saul contra præceptum Domini offerens holocauſtum, reiectus eſt: Manaſſes verò poſtquam de idololatriæ peccato admiſſo pœnitentiam egit, gratiam inuenit, &c.] *referturq́; illud de Saule partim 1.Reg.13. vbi legitur is contra præceptum Domini holocauſtum obtuliſſe, &c. & partim 1.Reg.15. vbi Samuel illum de cogitatione ac peccato idololatriæ reprehendit, quòd non iuſſu, neque ſacerdos ſacrificauerat: ideoq́; factum eius coarguens, dixit ad ipſum: Nunquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius vt obedeatur voce Domini? melior eſt enim obedientia quàm victimæ, &c. De Manaſſe porrò quòd poſt pœnitentiam, gratiam inuenit; ſiue (vt alia habet lectio) in gratiam receptus eſt, planè habetur 2.Paral.33 atque iſtud de vtroque iſtorum, exemplum, vnum eſt ex illis, quibus oſtenditur, quòd vnus interdum grauius cogitatione peccet, quàm alius opere, &c. De quo hic apud Auctorem copioſius.*

Et pluribus interiectis poſtea, vbi habetur: Pelliceæ quidem veſtes illis erant pro amictu. neque enim populo cupiebant eſſe conſpicui, &c.] *Quo loco, Zinus vertit ac legit: Pelliceæ quidem veſtes erant illis ad comparationem. nam populo volebant eſſe conſpicui, &c. vbi nos illud (*εἰς περιβολήν*) non (ad comparationem) ſed (ad amictum, vel pro amictu) hic conuertimus; & ſequens membrum, per particulam neg. (*οὐδὲ*, id eſt, neque) hoc modo legimus:* οὐδὲ γὰρ ἤθελον τῷ λαῷ εἶναι καταφανεῖς, *id eſt, neque enim volebant populo eſſe conſpicui, &c. quomodo conformiter in omnibus antiquis Græcis mmſſ. Codocibus Romanis per nos collatis reperitur, & rectè; vt id referatur non ad Phariſæos (ſicut in Zini traductione) ſed ad eos qui in ſolitudine vitam Eremiticam degunt; quod etiam ex immediatè hic ſequentibus confirmatur: & hanc veram ac germanam hoc loco lectionem eſſe, conuincitur quoque ex præcedentibus in Eremitas quadrantibus. niſi fortè aliâs ſic disiungendo, atque ſupplendo legere hic velimus: Pelliceæ quidem veſtes illis (ſcilicet Phariſæis) erant pro cultu atque amictu; nam populo cupiebant eſſe conſpicui. Pelliceas verò hi (nimirum Eremitæ) habebant: quia nolebant populo conſpicui eſſe: illisq́; amicti erant, tanquam ad exercitationem magis accommodatis, &c.*

Sequitur haud ita longè poſtea: Quamobrem & habitu ab illis qui in mundo degunt, diſtincti reperiuntur: quo quidem habitu modeſtiam deſignant, &c.] *vbi al. per interrogationem ſic:* τί οὖν καὶ τῷ σχήματι διαφέρονται, *&c. Cur igitur habitu quoque ab ijs differunt, qui in mundo verſantur? Modeſtiam nimirum illo ſignificant, & ſuum vitæ inſtitutum teſtantur, &c. agitur autem de habitu Monaſtico, & de differentia illius, & habitus ſecularis. de quo vide plura apud S. Ephræm Tom.2. in decem capitibus de Virtute, cap 6. quod incipit:* Conſidera habitum, quo indutus es, ô monache, & cerne quantum ſit inter hunc & ſecularem diſcrimen, &c.] *ac ibidem in noſtris Scholijs. & apud S. Chryſoſtomum in Sermone de comparatione Regis, & monachi qui habetur Tomo 5. operum, incipitq́; Ego cùm intuear, complures ex hominibus ea, quæ bona eſſe videntur, maiori & amore, & admiratione ſectari, quàm quæ natura ac verè bona ſunt, &c. vbi haud pauca in hanc rem adducuntur lectu digniſſima: ſicut & apud Baſilium Magnum in libro Regularum fuſius diſputatarum, quæſt. 22. & in Epiſt.1. ad Gregorium Theologum, quæ eſt de Vita in ſolitudine agenda, &c. necnon apud alios SS. Patres, quorum plures in noſtris Scholijs loco iam Ephræm ex 2. Tomo citato, allegauimus, ad quos ſtudioſum Lectorem remittimus.*

Veritatem iniuria affeci, ad miſericordiam inclinans: ſed in meipſo tale quid non præſtiti, &c.] *Vbi in omnibus antiquis mmſſ. pariformiter Græcè eſt:* τὴν ἀλήθειαν ἠδίκησα, ἐν ἐλέει προσκλινόμενος, *&c.] & à verbis hic in verſione non recedo, nihilq́; muto, dicendo ac reponendo pro (Veritatem) iuſtitiam violaui, (ſicut in alia eſt verſione) vel quid ſimile, quod non ſit in Græco: nam loquitur hoc loco Auctor more Scripturæ & Hebræorum, qui veritatem pro fide in promiſſis ſeruandis accipiunt, quæ eſt pars iuſtitiæ, & per Synecdochen pro ipſa iuſtitia: quomodo ſumitur & in illis: Miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me, &c. Pſalm,39. item: Miſericordiam & veritatem diligit Deus, &c. vt eſt Pſalm.83. item: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, &c. Pſalm.84. & in illo: Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam, &c. ac ibidem poſtea: Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo, &c. & paullò poſt: Miſericordiam meam non deſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea, &c. Pſalm:88.] item apud Eſaiam cap.26. vbi eſt: Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem, &c. & ſicut ibidem paullò clarius, & ad litteram magis apud Septuaginta legitur: Aperite portas: ingrediatur populus cuſtodiens iuſtitiam, & cuſtodiens veritatem: apprehendens veritatem, & cuſtodiens pacem, &c. ac Zachar.8. vbi habetur: Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis*

portis veſtris, &c. ſiue vt ibi Septuaginta habent: Veritatem & iudicium pacificum iudicate, &c. ſiue vt alij cum S. Hieronymo ibi legunt: Veritatem & iudicium pacificum, ac iuſtum iudicate in portis veſtris, &c. paulloq́ ibidem apud Zachariam poſtea: Veritatem tantum & pacem diligite, &c. infinitisq́ alijs Scripturæ locis, quomodo & ſæpè alibi Auctor noſter Ephræm, cùm alijs SS. Patribus voc. τὴν ἀλήθειαν, *id eſt, veritatem, pro iuſtitia ſumunt, atque exponunt.*

Denique ibi: Amicos (*al. fratres*) & hoſpites diligo: at non ſicut debeo. Pietatis cultor ſum, verùm tepidus, &c.] *vbi al. ad verbum magis ſic:* φιλάδελφος εἰμὶ ἐπαισχυνόμενος, καὶ φιλόξενος οὐδίκαιος, *&c. id eſt, ſum quidem fratrum ſtudioſus, ſed non vaco pudore; & hoſpitum amicus, non iuſtus. Pius ſum cùm foueor, & dum beneficijs afficior, charitatis gratiam rependo. Erga inimicos ſum laxior, at non miſericors. erga iniurias acerbus, at non inſidiator. Erga eos qui mihi ſunt infenſi, B aſperior: ſed mali nihil molior. ad querelas ſum indifferens, at non vlciſcor. Gloriæ cauſſa, laboris quidem ſum patiens, at non exigo, &c. ac al. Gloriam & ſi non aucupor, non tamen recuſo. ſiue al. non tamen auerſor, &c. Sicq́ etiam variat lectio in ſequent.* Cùm enim bene habere poſſim, à bono ſtatu recedo, &c.] *vbi al.* τὸ γὰρ καλὸν ἔχων, *id eſt, ad verb.* cùm enim bonum habeam, longè ab illo recedo, &c.] *& al.* τὸ γὰρ κακόν, *ac al.* κακῶς ἔχων, *id eſt, cùm enim malum. ſiue al. malè habeam, indigeo medicina, quam tamen ſedulò non requiro. morbum meum exploratum vtcumque habeo, & curantis manum depoſco: ſed reformido, &c. vbi tamen altera lectio, vbi eſt.* τὸ γὰρ καλὸν ἔχων, *in pluribus reperitur, magisque hic quadrare, ac ſeruire videtur, cæterùm de his, alijsq́ liberum æquo ac perito Lectori iudicium libenter relinquimus: qui in ſimilibus quod magis videbitur aptum, mentiq́ Auctoris accommodum ſequi poterit.*

EIVSDEM

C S. PATRIS NOSTRI EPHRAEM Syri, De Vniuerſali Reſurrectione, & extremo Iudicio.

De Regno cælorum, præmijsque Iuſtorum, & pœnis impiorum.

D GLORIA omnipotenti Deo, qui os noſtrum ſuperno nutu aperuit ad enarrandum de terribilibus illis ſignis atque miraculis, de quibus omnes Sancti à ſeculo cecinerunt: quæ ignorare, vel obliuioni tradere impræſentiarum magnum diſcrimen eſt, & non ſæpè animo complecti, quanta poſt exceſſum ex hac vita peccatoribus ſupplicia, quantaque iuſtis promiſſa ſint præmia. Idcirco præparare mentem noſtram, ac mundare cor debemus, chariſſimi, omnique virtuti inſiſtere, ac operum nauare ſemper vt cæleſtia ſapiamus. & ſublimia atque æterna ſectemur, contemnentes temporalia deſideria, & Coloſſ.3.
ad illas promiſſiones contendentes, de quibus omnes Sancti ſuſpirantes, & longè eas proſpicientes, per fidem ac patientiam, tribulationum longitudinem æ-
E quo animo pertulerunt, fidelem exiſtimantes eum qui repromiſit. Nam omni Hebr.11.
carcere triſtiorem hanc corporis commorationem arbitrantes, expectantes illam beatam Domini diem, ac ſplendidam, in qua fulgebunt iuſti, vt Sol, &
in qua filius Dei cum gloria & Sanctis copijs ſuis, deſcendet in nubibus cæli. Ve- Matth.13.24.25.
niet enim in virtute brachij ſui, & opera vniuſcuiuſque coram ipſo; & colliget Sanctos ſuos à ſummo * cæli, vſque ad ſummum eius, cuius eſt intolera- *al. cælo.
bilis potentia: quando cæli reſoluentur, vt liber, & terra producet omnes qui à Apoc.6.
ſeculo obdormierunt. Montes, & petræ, & omnis arida obſtupeſcent à facie Pſalm.96.
eius, cùm venerit iudicare viuos & mortuos. Vniuerſos tunc tremor apprehendet, & virtutes cælorum contabeſcent, eo quòd multa nimis erunt caſtra eius, Lucæ 21.
ac fortia opera ſermonum eius, vſqueadeò vt etiam puluis pedum ipſius com- Ioel.2.
minans mari, exſiccet illud. Veniet enim Dominus cum indignatione ac ira,

*al. currus. & tamquam procella * curſus eius: & ignis præibit ante faciem eius. Audient ve- Pſalm.96. rò qui in monumentis ſunt vocem eius; & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ: Ioan.5. qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Tunc apparebit Dan.7. illud horribile Chriſti Iudicium, in quo Throni appoſiti cernentur, & multa millia Angelorum adſtabunt. Fluuius igneus decurret ante eum, & Libri aperientur, in quibus ſingulorum opera conſcripta erunt.

Matt.24.25. & 1.Theſſ.4. Propterea mente reuoluentes diem illum, in quo hæc omnia reuelabit Dominus, cùm venerit glorificari in Sanctis ſuis, non negligamus, fratres dilectiſſimi, neque præſentibus atque caducis rebus tamquam æternis ac perennibus B delectemur. Non obdormiamus peſſimo ſomno: Somnum autem hic dico, peccatum & mortem. Non obliuiſcamur Sanctorum Patrum, qui huius vitæ noſtræ duces optimi fuerunt: quorum contemplantes conuerſationem, imitemur fi- Hebr.11. dem; qui circumierunt in melotis & pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: & quotidie pro Chriſti nomine morientes. Scio enim quàm plurimos obdormiuiſſe, & nunquam de formidabili illa die cogitaſſe: qui ſine dubio, cùm venerit Sponſus, excludentur à thalamo. Nos ergo omni cuſtodia ſeruemus cor 2.Cor. 6. noſtrum, expectantes patrem familiâs, Chriſtum Dominum ac Deum noſtrum, qui cùm diues eſſet, ob noſtram ſalutem factus eſt pauper, & infirmitatem noſtram voluntariè in ſemetipſum ſuſcepit. Nam ideo pauper factus eſt, vt nos diuitiarum ſuarum ſocios efficeret, & ineffabilis futuræ gloriæ participes redderet. Idcirco crucifixus eſt, vt à cruciatibus & poteſtate diaboli nos liberaret. Ipſum C ergo diligere ſine intermiſſione debemus; vt ab ipſo quoque diligi mereamur, & cum eo in manſionem illam quæ apud Patrem præparata eſt, introire valeamus, Apoc.6. ac lumen in lumine conſpiciamus. Terribilis enim dies illa erit, & aduentus eius magnus ac præclarus valdè: & quis aptus atque idoneus ei erit? Propter quod, haſce promiſſiones habentes ineffabiles ac tremendas, exultemus exultatione Hebr.12. inenarrabili & glorioſa. Abluamus lachrymis frequenter animas noſtras, ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat, & per illam inquinentur multi: vt in illo puriſſimo ac plendidiſſimo lumine conſtituti, in quo non eſt ruga vel macula, contemplemur ineffabilem atque inæſtimabilem, ac beatam illam Chriſti Saluatoris noſtri naturam: vbi Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Ibi omnem contemplabimur naturam Angelorum & Archangelorum, Virtutum ac Poteſtatum. Ibi, fratres, videbitis, quæ à ſeculo nobis conſpicienda reſerua- Apoc.21. ta ſunt, ineffabilia bona. Ibi contuebimini ſanctam ciuitatem, quæ eſt omnium D Galat.4. in præſenti lugentium mater. Illic ex vberibus eius, conſolationis lac potabis. Illic, de torrente epulationis bibetis. Illic, fili Dei vocabimini. Illic, regni vobis portæ aperientur, & in penetralia Patris introibitis. Illic, vobis omnes oſtendet Sanctos. Illic, vobis apparebit Sol iuſtitiæ. Illic ingrediemini, & lætabimini tamquam vituli ſoluti à vinculis. Illic transformabit Deus corpus humilitatis Philip.3. veſtræ, conforme corpori claritatis ſuæ. Illic renouabitur ſicut aquilæ iuuentus Pſalm.102. veſtra. Illic, terram repromiſſionis conſpicietis. Illic, ſub alis eius protegemini, quemadmodum ſi mater ſuum protegat filium. Illic videbitis & lætabimini; de quibus in hoc ſeculo citra ceſſationem planxiſtis. Illic percipietis coronam Eſa.61. pulchritudinis, & veſtem iucunditatis de manu Domini, & dicetis: Lætetur anima mea in Domino: induit enim me indumento ſalutis & iuſtitiæ, & circumdedit me veſte lætitiæ, tamquam Sponſo circumpoſuit mihi mitram, & tam- E quam ſponſam ornauit me ornamento. Illic ſaturabimini, quicunque eſuri- Matth.5. tis ac ſititis iuſtitiam. Illic fulgebitis ſicut Sol, in regno ac throno Patris veſtri. Matth.24. Illic immortalia ſecula, & in æternum permanentia reperietis. Illic in immortalia ſecula viuetis. Illic donabitur vobis vita ſine perturbationibus ac fluctibus, & longitudo dierum. Illic vox lætantium & exultantium. Illic præparatus eſt vo- Eſa. 56. bis locus in domo Domini, & in muris eius, & nomen ſempiternum, quod non delebitur: ipſe enim Dominus, nomen eſt veſtrum. Neque erit veſtri ſimilis quiſ- *al. ſi conuerſi fueritis, & feceritis in cælis gaudium, &c. quam, ſi conuerſi * fueritis in cæleſte gaudium, in die illa, qua iudicabit Deus occulta hominum.

Præparemus ergo nos, & demus operam, chariſſimi, vt ſine macula inue-

A niamur in illo terribili Chriſti examine, in quo omnes actus noſtri, & cogitati-
ones, atque eloquia diſcutientur. Nam & pro operibus, ac pro ſermonibus oti-
oſis, & pro turpibus & in honeſtis aſpectibus, & pro omnibus vel manifeſtis, vel Rom. 2.
occultis, quæ ab origine mundi cogitata vel geſta ſunt, rationem ſinguli reddet,
& pro meritis ſuis iudicium iuſtiſſimum ſument. Quapropter ne gloriam no- Rom 13.
ſtram in terrenis quæramus, nec carnis curam in deſiderijs faciamus, neque tem- Matth.25.
poralia ac caduca iſta diligamus, ne talentum noſtrum in terram diffodiamus, 1 Cor.7.
vt non fatuis illis connumeremur virginibus, & hoc mundo vtamur tamquam 2.Cor.5.
B non vtentes: præterit enim figura mundi huius. Et quia domus noſtra huius ha-
bitationis diſſoluetur, domum non manufactam æternam in cælis inueniemus. Hebr.13.
Hic igitur patriam non quæramus, ſed futuram deſideremus. Adſpectum quo-
que noſtrum ad Sanctos reflectamus: & inueniemus eos tam mente quàm cogi- Hebr.11.
tatione ad ſeculum illud immortale eſſe translatos. Qui circuierunt, vt antè di-
ximus, in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus di-
gnus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus, & in ſpeluncis, &
in cauernis terræ: lapidati ac verberati, & omnium tentationum ac tribulatio-
num opprobrijs excepti, laborauerunt ſequentes poſt * Deum: neque aliquid *al. Dominum.
horum, quæ recenſuimus, bonum eorum propoſitum, mentemque turbauit.
Nam ſicut adamantinus murus non patet inſidijs: ita eorum mens inconcuſſa, &
conuerſatio permanſit immobilis. Nihil iſti hic requirebant, ſed ibi iugiter the- Hebr.10.
C ſaurizabant, fidelem exiſtimantes eum qui repromiſit: & inuiſibilem tamquam
videns vnuſquiſque eorum ſuſtinuit ſola intelligentia ſpiritali. Et puro cordis Eſa.64. &
oculo contemplabantur illa, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor 1.Cor.2.
hominis aſcenderunt: pro quibus conſtituti in trrris, velocem depoſitionem
tabernaculi ſui requirebant, & de ſuperna illa manſione; quam tardè ſe adipiſci
ſentiebant, ſuſpirantes atque gementes proclamabant, dicentes: Quando veni-
emus, & apparebimus ante conſpectum Dei? Et alius: Bonum eſt mihi mori ma- Philip.1.
gis quàm viuere. Et idem beatus Apoſtolus: omnia mundi oblectamenta velut Philip.3.
ſtercora computabat, propter quod & dicebat: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chri- Philip.1.
ſto. Et Simeon quoque ille iuſtus, qualem emiſit vocem, cum Domnum in vl- Lucæ 2.
nas ſuas ſuſcepit? Nunc dimittis (inquit) ſeruum tuum Domine, ſecundum ver-
bum tuum in pace: quia viderunt oculi mei, ſalutare tuum. Tamquam enim in
vinculis, vel carceribus conſtituti, ſic omnes Sancti vſque ad tempus reſolutio-
D nis ſuæ in corporibus degunt, donec ad tranquilliſſimum perueniant portum,
& vitam quæ eſt ſine fluctibus conſequantur. Ideo & nos fratres dilectiſſimi, re-
ſpicientes ad hos viros mirabiles, & beatiſſima eorum ſequentes veſtigia, paſſio-
nibuſque ipſorum communicantes, ad nihil aliud noſtrum dirigamus inſtitu-
tum, quàm vt Domino placere ſtudeamus. Nec propter humanam aliquam glo-
riam, noſtrum retatdemus curſum; cur minus ad menſuram patrum noſtrorum
pertingere valeamus: ſed omni virtute æquiparentes merita eorum, cum ipſis in
cæleſtibus regnis gaudeamus: quia ſi fuerimus ſocij poſſionum, ſimul & conſola- 2.Cor.1.
tionis erimus: & ſi ſuſtinebimus, etiam conregnabimus. Quia non ſunt con- 2.Tim.2.
dignæ paſſionis huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reualabitur in nobis. Rom.6.
Non enim ignoratis, quia qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.
E Euntes, inquit, ibant & flebant, mittentes ſemina ſua: venientes autem venient Pſalm.125.
cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Et, beati qui lugent, quoniam ipſi Matth.5.
conſolabuntur. Et, beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam nunc, quoniam ipſi ſa-
turabuntur, ex menſa ſcilicet illa regali, in qua Abraham, & Iſaac, & Iacob, & Matth.8.
omnes Sancti à ſeculo requieſcunt. Beatus ergo eſt, qui in Sanctis operibus iugi-
ter conuerſatur, & immaculatam ſuam ſeruat animam, de qua magnum nobis
certamen eſt. Quid enim proderir homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, ani- Marc.6.
mæ autem ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem Lucæ.9.
pro anima ſua? Feſtinemus igitur chariſſimi, ne excludamur à promiſſis illis æ-
ternis, & à thalamo immortalis ſponſi: ne quando incipiamus foris conſiſten-
tes clamare, & dicere: Domine, Domine, aperi nobis, quia tunc potentia nobis
nihil proderit. Sed aduerſo audiemus: Neſcio vos, vnde ſitis. Ibi erit fletus & Matth.25.
ſtridor dentium. De anima noſtra certamen agitur, pro qua ſi negligentiores Matth.13.24.25.

fuerimus, & periculum immēſum eſt, & ſupplicium ſempiternum. Non eſt enim A
in inferno confeſſio: non ſunt lachrymæ ibi: non gemitus atque ſuſpiria, quæ iu-
dicis ſententiam auertant. Non eſt dilatio vlla temporis ad agendam pœnitenti-
am. non eſt regreſſus poſt exitum, ad hanc vitam: ſed omnia dura & aſpera atque
NOTA. amara occurrent eis, qui tempus pœnitentiæ hic perdiderunt. Obuiabit eis ibi
horrenda illa facies ſuorum delictorum, quæ omni tormento acerbior erit ac
durior: quin & conſcientiæ ſuæ vulneribus cruciati, infelicia illa verba ſæpè pro-
loquentur, ac dicent: Væ væ miſeris nobis, quibus hanc videre contigit diem,
Quocunque enim peccator ſuos tunc oculos conuerterit, imagines ſuorum de-
lictorum contemplabitur. Tunc videre licebit Angelos & Archangelos per vni-
Matth 24. uerſum mundum diſcurrentes, & omnes Sanctos atq; electos Dei congregantes; B
1. Theſſ. 4. Matth. 24. & qui obuiam Domino rapientur in aëra, & ſic ſemper cum Domino erunt. quia
Lucæ 17. vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Peccatorum verò, ac
negligentium nunc vitam atque ſalutem ſuam, exitus tunc cernetur triſtis & ex-
Apoc. 6. ecrabilis. Sol enim tunc obſcurabitur, & cælum complicabitur ſicut liber.
Dan. 7. Stellæ de cęlo cadent, & elementa cōturbabuntur, virtutes & poteſtates adſiſtent:
Ignis conflagratio. & ignis velut fluuius currens, omnia prorſus replebit. Ignis enim ille comburet
montes, & colles, ac maria: & vniuerſa Deus per ignem iudicabit. Tunc videbi-
tis vniuerſum orbem, tanquam pomorum cuſtodiam, & tubas illas Angelicas
terribilia atque horrenda concrepantes. Refulgebunt etiam iuſti inſtar claritatis
firmamenti. Tunc lamentabuntur, & deplangent ſe omnes peccatores, illudque
amariſſimum proclamabunt: Væ, væ nobis: cùm aſpexerint claritatem, lætiti-
* al. Iuſtos. amque Sanctorum, cùm viderint Abraham, Iſaac, & Iacob, omneſque * Sanctos C
percipientes immarceſſibiles coronas de manu Domini, ſe autem ab eorum con-
ſortio ſegregari. Tunc enim exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iu-
ſtorum. Tuncque audient infelices illi vocem illam Chriſti horribilem atque
Matth. 25. potentem: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabo-
lo & angelis eius. In illa neceſſitatis hora, amarè valdè ac lachrymis ſuſpirabunt,
Matth. 13. cū traditi fuerint morti, & inextinguibili igni, tenebris exterioribus, & vermibus
Marc. 9. immortalibus. cùm in profundū inferni mancipati fuerint, vbi erit fletus & ſtri-
dor dentium, vbi eſt tartarus & crudelis gehenna. Hæc quippe vniuerſa tormen-
Matth. 25. ta manent eos, qui non viriliter hic pro animabus ſuis decertauerint: qui talen-
tum ſibi creditum non multiplacauerint: qui caſtitatem cum fraterna charitate
non ſeruauerint.

Feſtinemus igitur reconciliari proximis noſtris dilectiſſimi: vt ſol non oc- D
cidat ſuper iracundiam noſtram: neque malitiæ aut vindictæ reminiſcamur in
Ægrotorum viſitatio. cordibus noſtris. Infirmum etiam in operibus confortemus, & in ægrotis ac lan-
guidis Dominum viſitemus. Et cùm viderimus eum in pauperibus eſurientem,
ſaturemus: ſitientem, & potemus; nudum, & veſtiamus; infirmum, & viſitemus;
hoſpitem, & colligamus; in carcere poſitum, & ad eum accedamus: vt & ipſe in
Matth. 25. glorioſo illo ſuo aduentu nos vocet ad ſe; & dicat nobis: Venite benedicti Patris
2. Cor. 8. mei, percipite regnum, quod paratum eſt vobis ab origine mundi. Quia propter
vos pauper factus ſum, & mihi in ipſis pauperibus miniſtraſtis. Hæc porrò fratres
chariſſimi, ego vobis ſcribens, ac prædicans, vehementer deploro: neque à luctu
ac lachrymis temperare mihi valeo: quia ab his bonis alienus exiſto. & in me
1. Cor. 9. impletum eſt dictum illud Apoſtoli: Ne fortè cum aliis prædicauerim, ipſe re- E
probus efficiar. Spero autem me precibus veſtris tempus pœnitentiæ promeritu-
rum, vt ſtare poſſim aduerſus inſidias diaboli. quia non eſt nobis colluctatio ad-
Epheſ. 6. uerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes & poteſtates, contra ſpiri-
talia nequitiæ, in cæleſtibus. Orate ergo ſemper pro nobis fratres dilectiſſimi,
& orantes non deficiatis: vt hoc medium profundum, quod eſt inimicus & dia-
bolus, totum prætermeare abſque periculo poſſimus; & effugiamus illa, quæ ob-
* al. prædixit. uentura ſunt mala: adueniantque tempora refrigerij in aduentu Chriſti, quæ ſuis
1. Tim. 6. Tit. 2. temporibus * oſtendet beatus & ſolus potens: & transferat nos, ſi digni fuerimus,
* al. quantū quis in illam ſpem beatam, & lætitiam ineffabilem, manſionemque ſempiternam. De
aquæ ex pelago quibus nunc ex parte narrantes, tantùm vobis euangelizauimus. * tamquam ſi
huius maris ſuo digito auferret. quis ex pelago huius maris vnam aquæ guttam ſuo digito auferret. Sit autem no-
men

A men Domini benedictum, qui creauit cælos in prudentia ſua, & præparauit Sanctis
ſuis regnum ac gaudium ante conſtitutionem mundi, de quo ſuſpirant & lugent
nunc, qui illum deſiderant, vt tunc audiant: Venite omnes qui ploratis, & intrate
in gaudium meum, ac videte me: & lætetur cor veſtrum, & oſſa veſtra tanquam
herba floreant. Ibi laudatio & exultatio & iucunditas ſempiterna erit, dilectiſſimi
fratres. Ibi fulgebitis ſicut Sol, ibi lætabimini lætitia inenarrabili. Illic quoque Eſaiæ 66.
ipſum Deum videbitis, quod eſt bonorum omnium potiſſimum. illic vobis Matth.13.
Chriſtus demonſtrabit omnem gloriam Patris, & Sanctorum officia Angelorum.
Illic adorabimus Patrem in atrijs ſanctis. illic ſine fluctibus, ac perturbationibus Pſalm 95.
vitæ viuemus. illic choros iungemus cum choris Sanctorum. illic
B auferetur ab oculis noſtris omnis lachryma, quæ pupillas oculorum noſtrorum
obnubilat. illic pſallemus & dicemus: Mirabilis es Deus in Sanctis tuis. Illic cōfitebimur Pſalm.67.
Domino, quia repleti ſumus miſericordia eius: exultabimus & lætabimur Pſalm.89.
omnibus diebus noſtris. delectati ſumus pro cunctis diebus, quibus nos humiliauit,
& annis quibus vidimus mala. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine? Pſal.91. & 103.
omnia in ſapientia feciſti: repleta eſt terra poſſeſſione tua. Benedic ergo Pſalm.102.
anima mea Domino: & noli obliuiſci omnes retributiones eius: qui propitius Ibidem.
fit omnibus iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas: qui redemit de Pſalm.35.
corruptione vitam tuam: qui coronat te in miſericordia & miſerationibus in ſecula.
Gloria tibi Chriſte, gloria tibi, quia iudicia tua abyſſus multa: & promiſſiones Rom.11.
tuæ imperſcrutabiles, & imperueſtigabiles diuitiæ tuæ. Quis ſapiens, & intelliget Oſeæ 14.
hæc? Quia rectæ viæ Domini, & iuſti ambulabunt per eas: impij autem infirmabuntur
in eis. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, & nunc & ſemper, & in
C ſecula ſeculorum, Amen.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI PIA, ET HVMILIS AD DEVM

Oratio.

Ex antiquo MS. Vaticano Cod.

HEI mihi, hei mihi Domine, tanta ſunt vitia atque peccata mea,
vt vix elabi * poſſint. Vltra modum, me miſerum vitijs conſpurcaui: *al. poſſim.
ſpontaneo me ſtudio coinquinaui, ſponte me maculaui,
D proprio me arbitrio perdidi; infelix ego grauiter deliqui, vſu
malo diſtrictus detineor: volo agere bona, ſed deſiderijs carnis Rom.7.
aggrauor, & ad peccandum conſuetudo me praua cōſtringit. Hei
mihi, hei mihi miſero & infelici, in tantis peccatis, in tantis criminibus, in tam
multis iniquitatibus conſtituto, atque inuoluto: quid primum plangam, quid
primum lugeam, pro quibus delictis lachrymas fundam, equidem ignoro. Memorare
Domine, non ſufficio tantorum criminum geſta. Succurre mihi Deus
meus, antequam moriar, antequam mors me præueniat, antequam tartara
me rapiant, antequam tenebræ me inuoluant; priuſquam ad tormenta properem,
antequam flamma ignis me comburat, priuſquam ſine fine crucier: reus
terreor pauore peccati; metuo diem iudicij, vbi ſi iuſtus vix ſaluabitur, ego 1.Pet.4.
E peccator, & impius vbi parebo? quid dicturus ſum, cùm ante tribunal tuum
fuero præſentatus? Quid faciam, cùm ante conſpectum tuum venero? Quid
reſpondebo? væ mihi, quia peccaui, quia tranſgreſſus ſum mandatum tuum.
Nullum enim inuenitur peccatum, cuius ſordibus non ſim coinquinatus. Nullus
eſt vitiorum morbus, quo ego miſer non ſim pollutus. Vt bene viuerem promiſi,
ſed quod pollicitus ſum non ſeruaui: ſemper ad peccandum redij, ſemper
delicta mea iteraui; nunquam in melius mores mutaui, nunquam à malefactis
receſſi: plurimos etiam coinquinaui, meipſum perdens; plurimos
prauis moribus ad iniquitatem peruerti: ſcelere meo multæ animæ perierunt;
exemplis vitæ meæ multi ſubuerſi ſunt; iniquitate mea, multis cauſſa malo-

A

rum fui. Orate pro me ad Dominum, viri ac fratres ſancti: obſecrate pro me, omnis plebs ſanctorum; ſi forte miſereatur mei Deus; ſi forte auferat à me iniquitatem meam, & miſericordiam mihi præſtet. Reuertere iam Deus meus; reuertere & non me deſpicias: neque me perdendum in poteſtate dæmonum derelinquas. Et licet delicta mea ſint grauia. Tu tamen clemens, tu pius, tu multæ miſerationis; nullumque à miſericordia tua repellis: ſed vltro clementiam tuam profers, & peccatores expectas, vt redeant. Quam multi enim ſcelerati, quam multi luxurijs dediti, quam multi concupiſcentijs ſeculi detenti bonitate tua Domine, ad indulgentiam peruenerunt? multis vero redeuntibus, gratis veniam donaſti. Oſtende igitur in me, pijſſime Pater, clementiam tuam, pateat mihi venia, pateat indulgentia: non abneges, obſecro, vni, quod plurimis contuliſti. Scelera mea nõ B defendo: peccatum meum coram te confiteor; diſplicet mihi quod feci. diſplicet quòd errani, diſplicet quod maieſtatem tuam offendi: peccatum meum accuſo, culpam meã agnoſco; confeſſionis reus appareo. Suſcipe quæſo, omnipotẽs Deus, clamorẽ pœnitentis: audi vocem precantis; exaudi vocẽ peccatoris ad te clamantis: Peccaui, Deus miſerere mei: peccaui, Deus, propitius eſto mihi peccatori. Si iniquitates meas, ô Domine, * recordatus fueris; quomodo ſuſtinebo? Memorare quæ mea ſubſtantia: Memento Domine, quia terra ſum: memorare, quia puluis & cinis ſum. Aperi mihi manum tuam: porrige dexteram tuam:
parce malis meis: parce criminibus: indulge ſceleribus. Sana
animam meam, quia peccaui tibi: Tibi inquam,
quem decet omnis honor, & gloria,
in ſecula ſeculorum. C
Amen.

Pſalm.129.
*vulg. obſeruaueris.
Pſalm.88.
Iob.7.10 25.
Gen.3.18.&c.
Iob 14.
Pſalm.40.

Prioris Partis Tertij huius S. Ephræm Tomi, & omnium Argumentorum atque materiarum moralium finis. D

* * *

Sequitur altera Pars tertij ac poſtremi huius operũ E S. Patris Ephræm Tomi, complectens inter alia Vitam, ac geſta, atque encomia aliquot SS. Patrum veteris & noui Teſtamenti: ex quibus, quam magnus Sanctorum encomiaſtes Ephrem hic noſter Syrus fuerit, cunctis abundè patebit.

A

S. PATRIS NOSTRI
EPHRAEM SIRY
IN NOE.

Et de Continentia, ac de non ęmulandis peccatoribus, qui ſe temporis prętextu defendunt atque excuſant.

B

Eodem Interprete ac Scholiaſte Doct. G. Voſſio.

NONNULLOS à maligno dracone capi errantes, quòd Scripturas aut non intelligant, aut ad intelligentiæ earundem ſplendorem non accedant, teſtatum reliquit nobis Dominus dicens: Erratis neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei: * Atqui nouimus, quali tempore Noë placuerit Deo, ſicut ſcriptum eſt: Videns autem Dominus Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & vnuſquiſque cogitaret C diligenter in corde ſuo ſuper maligna cunctis diebus, * pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra. Et poſt alia dicit. Noë verò inuenit gratiam coram Domino Deo. Rurſusque ait: Deo placuit Noë, & quali in tempore placuerit, deſignat: Corrupta, inquit, terra coram Deo, & repleta terra iniquitate. Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam ſuam, ſuper terram) dixit ad Noë: Finis vniuerſæ * carnis, venit coram me: repleta eſt terra iniquitate ac ipſis: & ecce ego diſperdam eos cum terra. Cæterum iuſtus hic mala illa contemplans, peccatores quidem luxit, ſe autem magis in voluntate Creatoris confirmauit. Vnde & à diuina laudatur Scriptura, de eo ſic perhibente: Noë autem D vir iuſtus, perfectus exiſtens in generatione ſua; Deo placuit Noë. Hinc etiam diluuio ſuperueniente, iuſtus ſaluatus eſt, impij verò demerſi.

Matth. 22. Marc. 12.
*al. ipſarum, & ſic vulg.
Gen. 6.
*μετεμελήθη. al διενοήθη .i. recogitauit.
Ibidem.
Ibidem.
†al. omnis hominis.
Ibid. Geneſ. 6. iuxta LXX.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

NOE, quòd in tanta peccantium multitudine perſeuerauerit in cultu & amore Dei, hic commendatur: contra vero reprehenduntur illi, qui in ſuis peccatis ſeſe temporis aliorumq́; prætextu defendunt atque excuſant. In peccatis enim excuſationem peccatores prætendere conſueuerunt, propter peccandi conſuetudinem, vel peccantium multitudinem. Aduerſus quorum errorem, ac falſam, impi- E *amq́; ſententiam, inter alios Orthodoxos Patres etiam egregiè conſcripſit, ac declamauit S. Ioannes Chryſoſtomus, homil. 56. in Gene. & 22. in Geneſ. de Noe, nec non homil. 7. in 1. ad Corinth. ac in fine Libri primi, contra Vituperatos vitæ monaſt. vbi habet:* Miſera planè conſolatio, &c.] *Neque enim ſociorum in peccando multitudo, peccantes liberabit, ſicut eleganter homil. 6. ad Epheſ. inter alia idem oſtendit Chryſoſtomus. De Noe, multa etiam lectu digna habes apud S. Ambroſium, in lib. de Noe, & arca, cap. 20. tom. 4. ac apud alios Sanctos Patres alibi.*

In Noe, ac de continentia, & de æmulandis peccatoribus, &c. [*Hanc Inſcriptionem, in vno aut altero Græco manuſcrip. cod. aliter ſic poſitam inuenio:* De continentia, & de non æmulandis peccatoribus, temporis excuſatione ſe defendentibus. & in Noe.] *& ſic in vno Vaticano, & altero Cretenſi MS. ſed quomodocumque hic legatur, parum refert, cum vtraque lectio bona ſit & æquiualens: ex quibus tamen priorem, tamquam magis hic pro ſubiecta materia accommodam, & à potiore parte rei (de qua agitur) deſumptam, ſequi, & pro Titulo hic reponere viſum eſt: cum de Noe potiſſimum agatur*

A *de alijs verò implicitè ſatis, & imperfectè: vnde etiam iſtud potius fragmentum, quàm integrum Auctoris ſcriptum cenſeri poteſt: quod tamen vti in varijs Græcis mmſſ. conformiter inuenimus, ita damus, plura libenter & abſolutiora ſuo tempore daturi, ſi ſe obtulerint.*

Videns autem Dominus Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & vnuſquiſque cogitaret diligenter in corde ſuo ſuper maligna cunctis diebus, &c.] *Vbi S. Cyprianus ad Nouatianum, iſta ſic refert, ac legit: Et vidit Dominus Deus redundare nequitias hominum ſuper terram, & quòd omnes in malum recordarentur à principio dierum ſuorum, &c.] Chryſoſtomus autem, ad litteram magis ſic: Vt vidit (inquit) Dominus Deus quòd multiplicatæ ſunt malitiæ hominum ſuper terram, & quòd vnuſquiſque cogitat in corde ſuo diligenter ad mala omnibus diebus, &c.] ſicq; ad litteram etiam Auctoris noſtri verba hoc loco ſonarent, ſi verbatim omnia reddenda forent; ſed nos in his partim lectioni ſeptuaginta, & partim vulgatæ, verſionem noſtram accommodauimus, ad lectionis conſenſionem demonſtrandam. De vi porrò & emphaſi, quæ in nonnullis hiſce verbis poni notariq; ſolet, inter alios vide Chryſoſtomum* B *in cap. Gen. 6. homil. 22. ſuper verba allegata, alioſq; Patres in locum eundem. de alijs verò varijs huius loci lectionibus, etiam vide Scholia editionis Rom. 70.*

Noë autem vir iuſtus, perfectus exiſtens in generatione ſua, Deo placuit Noë.] *Ita hoc loco Ephræm, cum edit. LXX. pro quo, ſic in vulg.* Noë autem vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis. Deo placuit Noe, &c.] *Chryſoſtomus autem loco citato ſic:* Noë homo iuſtus, perfectus in generatione ſua, Deo placuit.] *Sicque nonnulli alij Patres legunt atque interpungunt, nec (Noë) hîc geminant ac ſecundò repetunt.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, C

in Abraham & Iſaac.

Argumentum Interpretis.

MAGNVM & rarum fidei, obedientiæ, & patientiæ, atque conſtantiæ exemplum in Abraham erga diuinæ iuſſionis præceptum: & viciſſim Iſaac, in patrem ſuum Abraham, timoris, reuerentiæ, atque obedientiæ ſpeculum omnibus hic à S. Patre Ephræm ſpectandũ proponitur, & luculenter declaratur: Illius quidem, dum patria atque cognatione ſua relicta, ad alienigenas ſe tranſtulit, & grauia quæque conſtanter, fortiterq; ibi pertulit: Huius autem, dum patri in cunctis quantumuis difficilibus & arduis, morem abſque vllo reluctationis ſigno metuve gerit. Illius, dum iubetur filium ſuum vnigenitum, quem tenerrimè diligebat, tollere, & eum in victimam ſuper vnum montium offerre, atque occidere: Huius verò, dum adeò promptè alacriterq; cum Patre in montem pergit, ſignaque holocauſti ipſe immolandus defert, & ſeipſum promptiſſimè offert. Vbi D *quæ & quanta recluſa ſint myſteria, Auctor hic noſter latè ac copioſè, efficaciterq; demonſtrat, & reſipſa declarat: ſicut etiam ex pulcherrima hac eius in Oratione plenius Lector diligens cognoſcet, quæ & elegantia & doctrina, pijſque affectibus, & hiſtorijs è ſcripturarum penuario depromptis, varijſq; comparationibus ac ſimilibus pleniſſima eſt, & fœcundiſſima; vt vel ideo omnibus meritò quàm commendatiſſima eſſe debeat.*

Geneſ.12. Actor 7.& Heb.11.

Gen.17.18

Gen.17.18.21.

†.1 vt præmortuus conciperet vterus.

Gen.17.18.21.

MANDAVERAT Deus iuſto Abraham, vt migraret ex cognatione ſua, ac omnibus proprijs. Eratque inter alienigenas grauia perferens, & ſpem promiſſionis exſpectans. Magno experimento Patriarcha probatur, per quod & conſtantia ipſius demonſtrata eſt. E Multum effluxerat temporis; & iuuentus ei ſicut flos deinceps emarceſcebat, & ſenectus præ foribus erat. Natura proprijs ſubiecta paſſionibus ſuccumbebat, ad ſenectutem vergens. Extincta in eo ſimul & coniuge, præ ſenio erat vis atque potentia generandi. Corpus vtriuſque ſuccumbebat naturæ; nam iuuentus eorum ante conſumpta fuerat; at ſpes in Deum vigens in eis non modò ſenio libera erat, ſed etiam inſuperabilis: quare etiam præter ſpem, Sara Iſaac peperit, qui in cunctis typum atque figuram Domini gerebat. Non naturæ opus erat, vt præmortua † conciperet in vtero, & mamillæ in ea exſiccatæ lac Iſaac præberent. Non erat naturæ opus, vt ſine viro Maria virgo conciperet, ac ſine corruptione Saluatorem vniuerſorum pareret. Saram in ſenectute, Deus matrem effecit: & Mariam etiam poſt par-

A partum, Virginem reddidit. Angelus in tabernaculo ad Patriarcham dixit: iſto Gen.18.
iam tempore naſcetur Sarræ filius: Angelus autem in†Nazarath, dixit ad Mariam: Luc.1.2.
Ecce filium paries, gratia plena. Riſit Sarra, ſuam conſiderans ſterilitatem; mortificationemque †al. in Bethlee.
cernens, verbis minus credebat. quomodo fiet, inquit, iſtud: cùm Gen.17.18.
ego & Abraham inertes ſimus, atque inepti ad fructum producendum? Dubitabat
Maria, ſuam reſpiciens virginitatem, eiuſque ſignacula indiſſolubilia retinens:
quomodo enim inquit, iſtud fiet mihi, cùm virum non cognoſcam? Noua quippe, Luc. 1.
& inaudita erat promiſſio: ſed qui præter ſpem Sarræ conceſſerat Iſaac, ipſe ſecundùm Gen.17.18.21.
carnem ex virgine natus eſt. Supra modùm erant læti Abraham & Sarra.
nato Iſaac, ſicut dixerat Deus. Gaudio quoque perfundebantur Maria & Ioſeph,
B ob natum filium, ſicut dixerat Gabriel. Largiter fontes lactei, ex ea quæ ætatem exceſſerat, Lucæ.1.2.
in os Iſaac influebant: Abundanter etiam Virginis mamillæ, lac ei qui vniuerſa
paſcit, ſubminiſtrabant. Quis dixiſſet Abrahæ, quòd filium Sarra in ſenectute
lactatura eſſet? (clamauit ſterilis.) Quis dixiſſet hominib⁹: Virgo ſum, & partum
edo ac lacto? (dicebat Maria.) Non propter Iſaac, riſit Sarra: ſed propter natū Luc.1.
ex Maria Virgine. Et ſicut Ioannes præ lætitia exultauit in vtero: ita ſuo riſu Sarra
gaudium ſignificauit. Adoleuit puer, & aliorum adoleſcentulorum ætatem ſuo
iuuenili ætatis flore ſuperauit. Specioſus atque decorus erat, virtutes animæ pulchritudine
corporis adaugens, & in quacumque re parentibus ſuis iucundus. Quicumque
liberos habetis, hunc imitari ſtudete. Quàm gaudet pater cernens ludentem NOTA.
puerum: aut potius quomodo gaudet conſpicens puerum proficientem, ſtudioſumque
eſſe diſciplinarum? Sed dum hæc cernebat Abraham, lætabatur. Interim
verò grauis ipſi illata eſt tentatio atque probatio: vt pateret, cui plus tribueret,
C naturæ inclinationi, aut diuino amori. Huius ego tentationis rigorem, chariſſimi,
dum enarro, planè contremiſco & obſtupeſco. Compellat enim rurſus Abraham Gen. 22
Deus, eumque ſuo vocat nomine, dicens: Tolle filium tuum * vnigenitū, *al. dilectiſſimū.
quem diligis Iſaac, & offer eum in holocauſtum, tu ipſe, ſuper vnum montium, * *vulg. quem monſtrauero tibi.
quem dixero tibi. Cùm primum autem dixit ipſi: Abraham, Abraham; promptiſſimè
obtemperauit, meliorem atque vtiliorem gratiæ acceſſionem ſperans prorſuſq; Ibidem.
exſpectans, vt vel nuptijs eum copularet, aut thalamum conſtabiliret: vt tandem
benedictio in ſemine eius multiplicetur; ſicut promiſſum erat ipſi. Cæterùm Ibidem.
perdiſcamus, quæ ſermoni ſunt appoſita: Tolle filium tuum vnigenitum, dilectiſſimum
tuum. Vides ſtimulos ſermonis; quo pacto patrem compungat, & quomodo
naturæ flammam refoueat ac ſubleuet: tum etiam quo pacto patris amorem
erga filium excitet; vnigenitum ſimul & chariſſimnm eum appellans: vt huiuſmodi
D nominibus amor in illum refluens, voluntatem tentaret, & offerret illum
in holocauſtum, ſuper vnum montium, quem (inquit) dixero tibi. Num qua ratione Gen.22.
affecti eſtis his auditis? quomodo non hac narratione doletis, quicumq; patres Ibidem.
eſtis, & indulgentiam erga filios apertè à natura didiciſtis? Noſtis enim, noſtis inquam,
quomodo pater auribus exceperit, vt filium ſuum mactaret vnigenitum.
Quis non eiuſmodi conſternatus fuiſſet voce? Quis non ſubitò faciem retraxiſſet?
Quis non illicò, ad huiuſmodi mandatum * reſilijſſet? aut mori potius, quàm ſermonem *al. cohorruiſſet?
eiuſmodi ſuſcipere, maluiſſet? Aut quis in eum ius naturæ non allegaſſet,
patrociniumque ſui non ſuſcepiſſet, ſic contra prætendens: Cur iſta imperas, ô
Domine? Cur hanc adeò atrocem emittis vocem? Ideone patrem voluiſti me facere;
vt me filij repentè interfectorem efficeres? Ideo dulcedinem guſtare feciſti
doni, vt me fabulam toti mundo redderes? Proprijſne manibus ego meum iugulabo
E filium? & ſanguinis coniunctione dexterā contaminans, filij necator euadam?
Siccine iſta iubes? Itane talibus oblectaris ſacrificijs? Mandas chariſſimum occidere
filium; à quo ſperabam ſepeliendam Sarram. Talemne in ipſo cōſtruam thalamum;
dic mihi? Talem nuptijs parabo lætitiam: vt in ipſo accendam non lampadem
ſponſalitiam; non lumen riſus ac gaudij; ſed parentationis ignem? Anne coronam
capiti imponam? Anne thalamum nuptialem ædificabo? Numquid pater, Gen.12.17.21.22.&
ſicut dixiſti, ero gentium? aut ne vno quidem dignus habebor filio? At nihil eiuſmodi Rom.4.&c.
contra protulit vir iuſtus: ſed obediens fact⁹, quouis igne * vehementiorem *al. ardentiorē.
excitauit charitatem, acutioremq; gladio amorem reddidit; nam in ipſo vincula
præſcidit naturæ. Et ſicut quid terrenum, moleſtiam condolentis animi reliquit,

quit, atque depoſuit: totumque ſe promptè, & alacriter tradidit. Et mandatum A quidem acceperat, de mactando filio: verùm ne vxori quidem de hac re quippiam dixit; neque cum ea rem communicauit, valde vtiliter agens: neque enim tutum, neque vtile ſibi eſſe putauit, fœminam in conſilium adhibere. Nihil enim Adæ profuit, imò obfuit conſilium ab Eua ſuſceptum. Ne ergo muliebrem aliquam ſubiret paſſionem Sarra: & ne (vt matrem veriſimile eſt flentem eſſe facturam vim ac ſinceritatem dilectionis erga Deum infringeret, ipſam cælare contendit. Quibus enim Sarra lamentis non eſſet vſa, vel erga ipſum filium, vel erga eius patrem? Quid verò non feciſſet, ſi proprium adſpexiſſet filium ad internecionem trahi? Quomodo non ſuis vlnis eum arctè complexa, ad ſeipſum retraxiſſet? Quibus ad Abraham vſa non fuiſſet verbis? doloreque plena lamentabiliter exclamaſſet: B Parce, parce naturæ: parce filio tuo, ô Abraham. parce inquam: & noli eſſe vitæ improbum documentum. Vnigenitus mihi primus eſt: ipſe prior* & poſterior, in dolore partus Iſaac. Ne vnicum abſcindas racemum, quem ſimul produximus, quando iam præ ſenio ſteriles & effœti eramus. Ne vnam illam demetas ſpicam, quam fructificauimus, ſeueritatis falce; quæque ex nobis, præmortua iam & effœta ſenectute, nata erat. Ne baculum confringas, quo ſuſtentamur. Ne noſtram frangas virgam, qua interquieſcimus. Ne oculum excœces, quem ambo poſſedimus. Ne noſtram tollas memoriam ex orbe terrarum. Ne agnum, quem habemus, velut ouem iugules. Ne noſtrum auferas gaudium, & luctu nos repleas. Quẽ in menſa nobiſcum, poſt hunc videbimus? Quis nominabit matrem? Quis ſenectutem noſtram curabit? Quis morientes nos obuoluet, atque componet? Quis C corpus noſtrum ſepulturæ tradet? Quis noſtram memoriam ſeruabit, cùm deinceps filijs orbati erimus? Vides pulchritudinem iuuenis, ac florem iuuentutis: q̃ etiam ſi hoſtili animo * reſpiceres, omnino miſerareris. Hic, lõgæ meæ precationis fructus declaratus extitit. Hic, ſucceſſionis in hæreditatem ramus relictus eſt. Hic, familiæ ac generis ſui reliquiæ. Hic ſenectutis baculus. Hic ſolus, deſperationis noſtræ ſpes eſt. Si gladium in guttur amantiſſimi adacturus es; me primùm interfice: maximamque mihi gratiam præſtabis. Sit communis nobis tumulus, atque etiam commune monumentum. Communis puluis, corpus vtriuſque contegat. Communis mors ſit ſterilis Sarræ; & eius, qui ex ea natus eſt. communis inſcriptio calamitates vtriuſque enarret. Non adſpiciat Sarræ oculus, Abraham occiſorem filij: neque occidi Iſaac, patris manibus. Hæc & eiuſmodi perſuaſionis verba vſurpaſſet Sarra, ſi dilectiſſimum filium neci tradendum cognouiſſet. D Ideoque Abraham nihil talium recenſuit ipſi: vt in nullo impediret opus, quod præ manibus habebat. Impoſuit filio ſtruem lignorum: quoniam & Saluator ſuã portauit crucem. Cùm Iſaac ad occiſionem abiret, ſequutus eſt eum aſinus, ac pueri eius: & dum Chriſtus ad paſſionem venturus eſſet, aſcendit ſuper pullum, gentium vocationem declarans. Sequebantur verò ipſum etiam diſcipuli eius, *brauia tenentes, & Oſanna clamantes. Iſaac, ligna deferens, in montẽ aſcendebat, vt immolaretur inſtar innocentis agni: Et Saluator crucem portans, in Caluariæ montem exibat, vt ꝑ nobis tamquã agnus immolaretur. Cũ gladiũ hîc contẽplaris, lãceam mihi cõſidera. Dũ aram cogitas, caluariã mihi perpende. Dum lignorũ congeriem cernis, Crucem mihi animaduerte. Dum ignem ſpecularis, amorem ac deſideriũ mihi cogitatione complectere. Et dum * arietẽ duobus hærentem cornib⁹, E in planta Sabec dicta, contueris; Chriſtũ agnum Dei, duabus in Cruce manibus* hærentem atq; pendentem reſpice. Plantã Sabec, remiſſionẽ ſeu liberationẽ interpretãtur. Dimiſit enim ac liberauit à cede filiũ ſenis, Crucẽ deſignãs q̃ mũdo remittit peccata, eiq; vitã præbet. Aries in virgulto Sabec ſuſpenſus, myſticè ſolum liberauit Iſaac; at agnus Dei in cruce ſuſpẽſus, mundũ à morte & ab inferno liberauit. Auulſus eſt Iſaac à pueris ſuis; & Chriſtus à ſuis diſcipulis, noſtra cauſſa ad internecionẽ vẽtur⁹. Reliquit pueros Abrahã iuſt⁹, ne quis eorũ filiũ abriperet à ſacrificio: aſſumptumq; Iſaac, ſolũ ſolus deducit, ignẽ, gladiũ, & ligna ſecũ ferentes. At Iſaac, dulciſſima voce patrem appellat, & ait: Cædo, inquit, pater: ecce ignis, & ligna; ubi eſt ouis in holocauſtum? Rurſus uox pueri acriter afficit uiſcera patris. Rurſus alia ipſum tentatio horribilis inuadit. Rurſus aliud tormentum, uirum iuſtum corripit non priore minus, nec minus indulgentię plenum. Quomodo enim non cõſter-

Fœmina vt in conſilium non adhibenda. Gen.3 & Eccleſ.25.

*al. ipſe primus & poſtremus in dolore ac partu; Iſaac.

*al. reſpiceret aliquis, planè commiſeraretur.

Gen.22.

Matth.21. Marc.11.

*al. palmas manibus tenentes.

Gen.22.

Matth.27. Luc.23. & Ioan.19. &c.

*al ouem, quæ duobus tenebatur cornibus in virgulto Sabec, &c.

Gen.22. Matth.27.

Ibid. Gen.22.

Ibidem. Abraham admirabilem animi ſui fortitudinem oſtendit.

ſternatetur Abraham lachrymis, non amplius patris nuncupationē deinceps expectans? Non aliquid acerbum dicit; aut quid lugubre ac flebile eloquitur: verum intrepida mente, ac cogitatione immota dulciſſimam pueri vocem excepit. Et viciſſim reſpondet, verbaque miſcet: Deus † prouidebit ſibi ouem ad victimam holocauſti, fili. Aut enim puerum cōfirmans, hoc dixit Abraham; aut futurum prænuntians. Cùm perueniſſent ſtudioſe ad præſtitutum locum, aram * ædificat & altare, gladium parat, ignem adornat, & ligna pater apponit filio. Apprehendit deinde filium pater, & nullum natura impedimentum obijcit. Tradidit ſeipſum patri Iſaac, vt ipſo quemadmodum vellet, vteretur. Sed quemnam primum admirabor: aut quem cum ſtupore magis ſuſpiciam? Quem primum præconiorum corona ornabo? eum ne, qui manum ſuam in cariſſimum extendit filium, ob magnam in Deum dilectionem, atque beneuolentiam; an illum, qui ad mortem vſque patri factus eſt obediens, cæleſtemque iugulationem ab eo ſuſcipere paratus erat? Ille enim ſe ipſe ſupra naturam ſuſtulit atque euexit, nihil prius antiquiuſque diuino ducens præcepto. Ille autem, vſque ad mortem patri ſe obedientem præbuit; morte peius eſſe ſciens, triſtitiam atque moleſtiam patri inferre. Deinde Abrahā, accepto filio vincto, non obtorpeſcit ei manus, non obſtupeſcit mens. Quotieſcumque ſanè pueri iſtius contemplatus ſum imaginem, nunquam ſine lachrymis præterire potui; præſertim dum efficax picturæ artificium demulceret animum, & perſpicuam huic hiſtoriæ afferret cognitionem. Iuxta altare procumbebat Iſaac, coram patre in genua prouolutus, ac manus retro circumactas habens; Abraham interim à tergo, genuum * curuaturam calcante. Deinde vna manu comam pueri ad ſeſe retorquēs, intuetur ipſum, aſpicitque faciem Iſaac, in eum miſerabiliter reſpicientis, ictumque iam expectantis. Armatam autem gladio habens dexteram, intentat necem, corpus contingit, & iam gutturi acies gladij imminebat, enſemque in ſua ipſius adigit viſcera. Porrò tunc diuinitus audita vox eſt, quæ impetum retinebat, & opus impediebat: Abraham Abraham, dicens: ne † inijcias manum tuam in Iſaac: neque * malum quid in filium tuum committas. Nunc enim cognoui, quòd timeas Deum, & non peperciſti dilecto filio tuo propter me. Ecce aries colligatus eſt in planta Sabec, accipe & offer illum, inquit, pro Iſaac: vt certior fias, quod ſuſceperim ego ſacrificium tuum. Ardentem voluntatem admirati ſunt Angeli, principatus, & poteſtates, throni, dominationes, omneſque exercit⁹: obſtupuerunt cæli, ſol, luna, & aſtrorum * choreæ, ſuper re adeò admirabili atque ſtupenda. Deus porrò ſola contentus fuit voluntate fideliſſimi reuera, ſanctique Abraham, & dixit ad eum: Benedicens benedicam tibi & multiplicans multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli; quia promptè obediſti voci meæ, & ſtudioſè curaſti adimplere mandatum meum. Deditque ex rupe ouem Deus, pro puerulo, ad perficiendum ſacrificium. Non enim gaudet Deus occiſis victimis, quæ cultro & fumo offeruntur ipſi: ſed hoſtiam requirit viuentem, ſanctam, beneplacentem, ac rationabile obſequium: quemadmodum cunctos apertè admonet Apoſtolus, ſciens quid Deo acceptum ſit. Neque enim Deus volens naticidam efficere Abraham, iubebat vt filium offerret: verùm vt cunctis habitatoribus terræ oſtenderet, quòd vehementer Abraham diligeret Deum: quia non pepercit propter eum Iſaac; licet illum vnigenitum paruulum dumtaxat haberet. Ideoque myſterium Deus magnum & admirabile oſtendit Abrahæ: nam per ſacrificium iſtud, Sacerdos factus eſt: & in figura, prophetam ipſum fecit: indicauitque ei Deus altiſſimus, quòd & ipſe filium ſuum vnigenitum pro mūdo daturus eſſet; vt ab erroribus genus ſaluet humanum, in deitate humanam carnem aſſumens. Illud quippe ſignificabat, cùm ouem pro Iſaac dedit, vt offerretur in ſacrificium. Nam cum futuri eſſent homines increduli, qui fidem nō præberent partui ſanctiſſimæ Virginis, qua ratione potuerit ſine virili cōtactu concipere; quaſi fieri non poſſet: iccirco ex rupe arietē produxit, vt ꝙ admirabile erat, ex hoc fidem acciperet; & cùm quidquid volūtate ipſius diuinitatis imperatur, ſubſiſtit protinus. Sicut ergo ibi ſolo verbo diuinæ voluntatis, ouis in rerum naturam prodijt: ita & in Virgine, Verbum caro factum eſt. Et quemadmodum ouis in planta ſeu virgulto Sabec ligata hęrebat: ſic etiam vnigenitus Filius in cruce clauis confixus pēdebat. Propterea clamat Eſaias, dicens: Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, ſine voce. Rurſus autem Dominus di-

cebat

Ibid. Gen. 22.
† al. videbit.
* al. altare ædificat, abſque (arā.)
Ibidem.
Similia ſunt in Chryſo. Hom. 47. in cap. 22. Geneſ
Philip. 2.
* al. cubitorum curuaturam.
† al. extendas.
* al. Neque facias ei quidquā. ita Græc. & Lat.
Ibid. Gen. 22.
Ardens voluntas Abrahæ.
* al. regiones.
Ibid. Gen. 22.
Ibidem.
Rom. 12. & Philip. 4.
Abrahæ ſumma in Deum dilectio.
Abraham, vt Sacerdos, & Propheta.
Contra hæreticos partum Virgineum impugnantes.
Ioan. 1.
Gen. 22
Matth. 27.
Eſa. 53.

Ioan. 8. Abraham, vt diem vidit Domini.

cebat ad Iudæos: Deſiderabat Abraham videre diem meum; & vidit, & gauiſus eſt: A diem ſcilicet paſſionis, in figura Iſaac, ſuper montem ſanctum. Benedictus Deus, qui cuncta nobis ad ſalutem præfigurat in Scripturis ſanctis; veniensque ſermones impleuit Prophetarum, & in maieſtate ad eumdem aſcendit Patrem: vt omni in loco adoremus Patrem, cum Filio, & Spiritu ſancto, in infinita ſecula ſeculorum. Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

B

De Abraham & Iſaac, qui plures legere volet Auctores, videat inprimis Ioſephum de antiquitatibus Iudaic. lib. 1. cap. 22. vbi de obedientia, & fiducia Abrahæ in Deum, eiusq; ad filium Iſaac allocutione, ac prompta illius immolatione, ſummaq; animi fortitudine: nec non conſtantia Iſaac, & propriæ voluntatis in vtroque (vt Deo placerent) abdicatione, plena eſt hiſtoria, ac loco Gene. 22. conformiſſima. Succedunt his luculenta SS. Patrum teſtimonia, Chryſoſtomi in cap. Geneſ. 22. homil. 47. cuius initium eſt: Grande lucrum, ingensq; theſaurus in verbis, &c. Item eiuſdem Chryſoſtomi in Serm. De fide Abraham, & de immolatione Iſaac cuius initium eſt: Fides eſt religionis fundamentum, &c. *nec non in eiuſdem Serm. de Iob & Abraham, eodem tom. 1. Item Gregorij Nyſſeni Epiſcopi, in Abraham & Iſaac Oratione, quæ incipit: Abraham facultate dicendi mea vtpote maiorem, idem & ſuſpicio & amo, atque complector: quippe quo nihil ad narrandum iucundius, &c. Sozomen. hiſto. lib. 2. cap. 3. S. Ambroſ. in lib. de Abraham Patriarcha. S. Auguſt. Serm. 68. inter Sermones de tempore. S. Hieronym. in Epitaphio Paulæ, epiſt. 27. Iſido Epiſc. Hiſpalen. in lib. de patribus vet. teſtam. Beda de locis ſanctis. S.* C *Zeno Epiſcop. Veronen. ſerm. 5. in libro 2, Sermonum eius. Fulgentius in Sermone, qui incipit: Gratum eſt ſpectaculum, &c.*

Angelus autem in Nazareth, dixit ad Mariam, &c.] *Hic pro* (in Bethleem) *vt in alio Græco textu poſitum inuenitur, reponendum atque legendum cenſuimus,* in Nazareth. *nam manifeſtum μνημονικὸν ἁμάρτημα videtur hoc loco eſſe* (in Bethlehem) *pro,* in Nazareth. *ſicut etiam clariſſimè ex verbis Euangel. Luc. 1. demonſtratur:* Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, &c.] *vbi quoque poſtea ponuntur verba hic ab Ephræm adducta, quibus Angelus compellauit ac ſalutauit Mariam, dicens:* Ecce filium paries, gratia plena, &c.

Quis dixiſſet Abrahæ, quòd filium Sarra in ſenectute lactatura eſſet? (clamauit ſterilis.) *Hic ne quid deeſſe putetur, ſicut prima fronte apparet; ſubaudiri debet (Sarra) quæ illa protulit verba. Gen. 21. quamquam ea hoc loco nonnihil ab Ephræm immutata ſint: fortè quòd ita legerit, vel memoriæ lapſu, vel de induſtria; cùm & ſententia ferè ſit eadem. Videntur autem verba illa* (clamauit ſterilis) *ac poſtea* D (dicebat Maria) *vt res ac ſenſus euadat clarior, parentheſi apud Ephræm claudenda, vt hic fecimus. Pro quibus, vulg. Gen. 21. hoc modo:* Quis auditurus crederet Abrahæ, quòd Sarra lactaret filium, quē peperit ei iam ſeni? *at in editione LXX. ſic:* Quis adnuntiabit Abrahæ, quòd lactet puerum Sarra, quia peperi filium in ſenectute mea?] *quam eandem lectionem etiam ſequitur, ponitq; Chryſoſtomus, ſic illum locum illuſtrans atque declarans: Quoniam (inquit) ſupra naturam erat hoc factum, propterea quis adnuntiabit? Quis mente concipiet? Quæ mens comprehendere poterit? Quæ ratio ſufficiet, vt facti huius inueniat euidentiam?] ac paucis ibidem apud eum interiectis poſtea:* Quis adnuntiabit Abrahæ: quòd lactet puerum Sarra?] *Quia hoc nouum & admirabile, ac præter exſpectationem mihi conceſſum, quòd peperi filium in ſenectute mea, quòd præter ſterilitatem ſufficiebat ſenectæ tempus, ne mihi prolem pollicerer: attamen impedimenta hæc omnia è medio ſuſtulit Dominus, qui & pueri partum, & lactifluos mihi fontes conceſſit, &c. ita S. Chryſoſtomus in cap. Gen. 21. homil. 46. quæ incipit:* Agite & hodie, dilecti, &c.

Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & offer eum, &c.] *Vbi varia quoque occur-* E *rit notanda lectio: nam in vulg. Gen. 22. eſt:* Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum, &c.] *At in edit. LXX. ſic:* Tolle filium tuum dilectum, quem dilexiſti Iſaac, & vade in terram excelſam, & offer illum ibi in holocauſtum, ſuper vnum de montibus, quos dixero tibi, &c.] *Concordatq; Chryſoſtomiana lectio cum illa LXX. vt & aliorum plerorumque Græcorum Patrum. cæterum Symmachus, Aquila, Ambroſius, Cyprianus, & Hieronymus, in aliquibus hic variant. Ephræm autem partim cum LXX. & partim cum vulg. conſonat. Quòd verò hic addidit (διὰ σάυτοῦ id eſt, per teipſum, vel tuipſe) id in Codice ſacro non reperitur, ſed de ſuo explicationis gratia, ad magis concitandum affectum adieciſſe videtur Auctor. Illum porrò locum ſi voles, egregiè copioſeq; expoſitum, illuſtratumq; inuenies apud S. Ioannem Chryſoſtomum, in cap. Geneſ. 22. homil. 47. vbi ſingula verba iam allegata examinātur, & ponderantur, moraliq; pulchra expoſitione efficaciter, pleneq; declarantur.*

Neque enim tutum, neque vtile ſibi eſſe putauit, fœminam in conſilium adhibere, &c.] *Non eſſe tutum, neque expediens, fœminam ſeu vxorem in rebus præſertim arduis in conſilium adhibere. luculenter*

culenter ac copioſè exemplo Abrahæ & Sarræ, hic oſtendit Auctor, confirmantq́ʒ alij orthodoxi Patres, in illud Gen. 3. ſcribentes: Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, comedi, &c. ad quem etiam locum reſpiciens Ephræm, hic dicit: nihil enim profuit Adæ, imo obfuit conſilium ab Eua ſuſceptum. &c.

Diuinitus audita vox eſt, Abraham Abraham, dicens: ne inijcias manum tuam in Iſaac; neque malum quid in filium tuum committas, &c.] *Ita hoc loco legit Ephræm. at in edit, LXX. ſic:* Et vocauit illum Angelum Domini de cœlo, & dixit: Abraham Abraham: ne inijcias manum tuam ſuper puerum, neque facias ei quidquam, &c.] *In vulg. autem:* Et acce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham Abraham: non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quidquam, &c.] *Concordatque ferè per omnia, præſertim verò cum LXX. Chryſoſtomiana loco ante citato lectio, quæ ſic habet:* Et vocauit Angelus Domini de cælo, dixitque: Abraham Abraham: ne inijcias manus tuas in puerum; neque facias illi quidquam. nunc enim cognoui quia times Deum tu, &c.] *Vbi præterea idem Chryſoſtomus hunc ipſum illuſtrans locum, rationem cur eum de cœlo vocauerit Angelus; & cur nomen Abraham geminarit; manuſq́ʒ in puerum inijciendas vetuerit, reddit, dum dicit: Quia enim iuſtum iam accinctum videbat, & ad immolationem paratum, volentemque mandatum implere Domini, ideo inquit, de cælo eum vocat, ac dicit: Abraham Abraham. Qua etiam nominis geminatione rectè eſt vſus, vt ſuperetur impetus iuſti, & quaſi per vocem detineatur iuſti dextera ad pueri iam tendens cædem, &c. quod idem à noſtro hic adnotatum eſt Auctore. Præterea* (ne inijcias manus tuas in puerum) *adiecit: non enim hoc præcepi (inquiens) vt opus perficiatur, neque vt puer tuus occidatur volo: verùm vt tua obedientia innoteſcat omnibus. Igitur ne feceris ei quidquam. ſola tua contentus ſum voluntate, & ex ea te corono ac prædico. nunc enim cognoui, quia timeas Deum tu, &c.*

Sequitur in ſacro codice, & hic apud Ephræm: Ecce aries colligatus eſt in planta Sabec, accipe & offer illum pro Iſaac, &c.] *Et ſi nomen Σαβὲκ, cùm dictio ſit Hebraica, in aliam linguam non conuertatur, multis tamen conuenit, & varias fert interpretationes: ex quibus, vnam potiſſimum in hoc ſuo ſermone apertè Auctor noſter Ephræm amplectitur, vt per τὸ φυτὸν τοῦ Σαβὲκ, ἄφεσιν ἑρμηνεύῃ, id eſt, remiſſionem ſeu liberationem, per plantam ſeu virgultum Sabec, interpretetur. Dimiſit enim ac liberauit (vt pulchrè antea dixit) filium Senis à cæde, Crucem deſignans, quæ mundo remittit peccata, vitamq́ʒ præbet, &c. Alij etiam idem quod ὄρθιος, voluerunt, id eſt, rectus ſiue erectus. vt idem valeat, ac ſi diceretur: aries ſiue hircus erectus, qui in plantam ſeu virgultum conſcenderat, & cornibus in frutice, ſiue inter condenſa, & inter ſe implexa virgulta tenebatur: vt per Arietem in planta rectum ſiue erectum cornibus, typus ſeu figura Crucis Chriſti intelligatur. nam ſicut aries ille duobus hærebat ac tenebatur cornibus in virgulto Sabec: vt exemplo à ſimili per ipſum Ephræm ſuperius adducto vtar) ita Chriſtus agnus Dei duabus in Cruce manibus hærebat, atque pendebat, vt non obſcurè etiam alteram interpretationem pro (ὄρθιος) noſter hic Auctor inſinuet atque recipiat: quamquam tamen in priore ſignificatione vt ἄφεσιν, id eſt, dimiſſionem ſiue remiſſionem, liberationemq́ʒ vox Σαβὲκ denotet, magis ſeſe hæc Auctoris extendat oratio. Verùm de his etiam vide Scholia Græca & Lat. in 22. cap. Geneſ. nou. Romanæ editionis ſecundùm LXX. De quibus & in noſtris in Serm. 1. De Sacerdotio Scholijs, tom. 1. vbi plantæ Sabec fit mentio, eiusq́ʒ ponitur interpretatio ac declaratio.*

EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI, IN LOTH.
Et de tranquillitate ac * ſecuritate.
Eodem Interprete ac Scholiaſte Gerardo Voſſio.

*al. de ſecuritatè nimia.

CVm homines voluptatibus dediti, cor ſuum in omni auaritia exercitatum habeant, oculoſque adulterij, & inceſſabilis delicti plenos; cùm ipſi ſerui ſint corruptionis, eiuſmodi verba vſurpant, dicuntque: Non etenim nos ſoli cupiditatibus hiſce ſubiecti ſumus; ad multos res ea pertinet, non ſolùm ad inglorios, ſed & gloria conſpicuos: quo ſuppoſito, ipſi ſe excuſatos exiſtimant. Cæterùm nos timeamus eum, qui ſecundùm vniuſcuiuſque iudicat opus. Oportet enim nos, vbi hinc exceſſerimus, de * omnibus quæ geſſerimus in vita, iudicari. Ecce, & dies quoque noſtri, inſtar vmbræ meridianæ, currunt. Habentes ergo pro ſcopo, Vitam Sanctorum; eo ſcapham noſtram dirigamus oportet: vt cùm ad tranquil-

2.Pet.2.
Ibidem:
1.Pet.1:
Rom.2.& 2.Tim.4.
*al. περὶ πάντος τοῦ βίου. i. de tota vita.
Iob 8.& 14.&c:

Epheſ.4. Jum appullerimus portum, ſempiternè fruamur *vita incorruptibili. Tales enim A
*al.gloria immortali. ſermones hominum ſunt mente corruptorum, & reproborum circa fidem: ſed
2.Tim.3. vltra non proficient. Quocirca diuinam audiamus ſcripturam, quæ ſic habet:
Rom.1.& Tit.1. Num cælare potero Abraham puerum meum, quæ ego faciam? Clamor Sodomorum
Gen.19. & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccata eorum magna valde nimis. Abijtque
Ibid.in fin.c.18. Dominus poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham: & Abraham reuerſus eſt in
locum ſuum. Veneruntque duo Angeli Sodomam veſperi, & ſuſcepit eos Loth.
Gen.19. Et viri ciuitatis Sodomitæ, circundederunt domum à puero vſque ad ſenem, omnis
populus ſimul. Euocaueruntque Loth, & dixerunt ei: Vbi ſunt viri, qui introierunt
Ibidem. ad te nocte? educ illos ad nos, vt cognoſcamus eos. Cęterum iuſtus eorum
videns multitudinem, animo nequaquam *perterrefactus eſt: neque illos vt aduenas B
*al.ἐπύρϑη, exarſit, excanduit. & perigrinos tradidit in manus impiorum, aduerſus ipſum, canum inſtar
adlatrantium: quin & mortem ſibi potius ab illis inferri optauit in foribus ſuis,
quam ipſorum communicare iniquitati. Hinc quoque fidei thorace amictus, pietatis
Epheſ.5.1.Tim.5. ſe propugnatorem præbuit: Illi verò peruerſa conſuetudine deprauati, vim
Epheſ.6 Sap.5. faciebant Loth vehementiſſimè: iamque propè erat, vt effrigerent fores. Et ecce
Gen.19 miſerunt manum viri, & introduxerunt ad ſe Loth in domum, clauſeruntque oſtium:
Ibid. Gen.19. & eos qui foris erant, percuſſerunt cæcitate, à minimo vſque ad maximum,
Ibidem. ita vt oſtium inuenire non poſſent. Quis ergo dixerit in abominando hoc opere,
nullum ſubfuiſſe peccatum? Quòd ſi pro nihilo illud reputauerimus, iniuſtitiæ
Gen.19. Deum ipſum arguimus, tamquam qui pro re nihili ciuitates Sodomorum ſubuerterit.
Ipſa ergo veritate perſuaſi, nos ipſos ab omni peccato, maximè verò ab C
Ibidem. immunda, & execranda hac concupiſcentia, conſeruemus oportet. Dixerunt
autem viri ad Loth: Habes hîc quempiam tuorum? generum, aut filium, aut filias?
omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac: delebimus enim locum iſtum, eo quòd
*al. illam. increuerit clamor eorum, coram Domino, qui miſit nos, vt perdamus *illos. Egreſſus
*al. qui acceperant filias eius. itaque Loth, locutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi *erant filias eius, &
dixit: Surgite, & egredimini de loco iſto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc.
Ibidem. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Cumque eſſet manè, cogebant eum Angeli
dicentes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, & egredere: ne
*vulg.Latin.ſic: Diſſimulante illo apprehenderunt, &c. & tu pariter pereas, in ſcelere ciuitatis. Et *turbati ſunt, & apprehenderunt Angeli
manum eius, & manum vxoris eius, ac manum duarum filiarum eius, eo quòd
*vulg. Græc. ἀυτοὺς, ipſos. parceret Dominus illi. Eduxeruntque *eum, & poſuerunt extra ciuitatem. Ibique
locuti ſunt ad eum, dicentes: Salua animam tuam, & noli reſpicere poſt tergum, D
*al. religione. nec ſtes in omni circa *regionem: ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul
Ibid. Gen.19. Deut.29. pereas. Qui cum depoſceret ciuitatem Segor, vt ad eam ſibi liceret fugere, & in
ea ſaluari; ecce etiam in hoc ſuſceptæ ſunt preces eius, & Loth ingreſſus eſt
Segor. Ait enim: Ecce faciem tuam ſuſpexi, & admiratus ſum verbum iſtud: vt
Gen.19.& Sap.10. non ſubuertam Vrbem, pro qua locutus es. Feſtina igitur & ſaluare ibi: quia
non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc. Vides Dei benignitatem
in ſeruos ſuos? vides viſcera miſericordiæ ipſius? vides quoque vim & efficaciam
NOTANDA AC PENSITANDA ISTA. orationis iuſti? non enim potero, inquit, facere quidquam, donec
ingrediaris illuc. Sententia contra libidinoſos prolata erat: ignis ad diſtillandum
ſuper ciuitates ipſorum erat paratus. Angeli nutum exequendi mandatum
Domini ſui exſpectabant. Creator ſupercæleſtibus virtutibus iuſſit, vt tantiſper E
intentatas contineant minas, donec ex medio ipſorum iuſtus ſaluetur. Sed
numquid & chorus Angelorum, ad hanc tantam amatoris hominum longanimitatem,
contremuit? Et quis non perhorreſcat iuſtum hunc iudicem? Quis
Pſalm.102. non amet tam dulcem Dominum? Vt enim miſeretur pater filiorum, miſerebitur
*al. miſertus eſt. *Dominus timentium ſe. At qui ſubſannabant iuſtum, repentè conſumpti
Prou.17. ſunt: non enim morem geſſerunt admonitionibus iuſti. Videbant enim illi ſolem
conſueto & ordinario ſuo curſu vtentem, lunamque proprio ordine conſtitutam,
1.Theſſ.5. aërem ſerenum, & terram viridem. non fulgura, non tonitrua erant, nullus
Luc.17. terræmotus apparuerat; ſed dum in omni tranquillitate & ſecuritate ſibi videbantur
feliciſſimi, tunc repentinus eis ſuperuenit interitus. vti ſcriptum eſt: Sicut
factum eſt in diebus Loth: edebant & bibebant, emebant & uendebant, plantabāt
Gen.19. & ædificabant: qua die autem exijt Loth à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo,

lo, & omnes perdidit. Poſt iuſti enim ab ijs receſſum, omnipotens manus ſuper eos de cælo pluit ignem & ſulphur, & perdidit omnes. Quemadmodum enim ciuitas munita, ſubuerſis muris facilè capitur: eumdem in modum & hi, præſidio orationum iuſti huius deſtituti, pariter omnes deleti ſunt. Idcircò chariſſimi, timeamus Dominum Deum patrum noſtrorum, & vniuerſæ carnis: vt, & nos ſecundū ſuam clementiam protegat, in die iræ. Siquidem ſcriptum habemus: Hæc in figura contigerunt illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram; in quos fines ſeculorum deuenerunt. Submittamus ergo fortiter ſenſus noſtros Deo, diuinæq; voluntati eius, propter inſidiatores vitæ noſtræ. Quoniam in lapſu ac ruina noſtra deambulamus, & in medio laqueorum multorum incedimus. Sed ſi nos ipſos concrediderimus, ac commiſerimus Domino; ſaluabimur per ipſum, ab ira ventura. Ipſi honor & gloris, in ſempiterna ſecula ſeculorum. Amen.

A SIMILI.

1.Cor.10.
2.Pet.2.5.

Eccl.9. Eſaiæ.8.
Matth.3. Luc.3.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

DE LOTH, & alijs huc ſpectantibus, multa ſparſim varijs in locis reperies apud eumdem Auctorē noſtrum Ephræm, præſertim in tractat. tom. 1. de ijs qui animas ad impudicitiam pelliciunt, cùm dicant nihil mali eſſe, vbi multa grauiter contra eiuſmodi adducuntur, nec non tom. 2. in Epiſt. ad Ioan. monachum, cuius initium eſt: Varijs licet adhortationibus cum religioſiſſimo Theodoro egerimus, &c. item Parænesi 9. quæ incipit: De ſcandalis porrò occurrentibus, &c. ac Parænes. 47. ad Monachū acediæ deditum, quæ incipit: Dixit Dominus gloriæ: Intrate per anguſtam portam. &c. circa finem, & alibi. De quibus etiam Chryſoſt. vide in cap. Geneſ. 19. homil. 43. per tot. item S. Ambroſiū lib. 1. de Abraham, cap. 6. & S. Auguſtinum, lib. 16. de ciuit. Dei, cap. 30. Iſidorum Hiſpalenſem de Patribus veteris teſtamenti, &c.

Adducitur hîc primò apud Ephræm locus Geneſ. 18. [Num cælare potero Abraham puerum meū. quæ ego facio? Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccata eorum magna valde.] Vbi in edit. LXX. ad verbum ſic: Dominus dixit: non abſcondam ego ab Abraham puero meo, quæ ego facio, &c. ac nō multo poſt: [Clamor Sodomorum & Gomorrhæ impletus eſt erga me; & peccata eorum magna valde, &c. At in vulg. Nam cælare potero Abraham, quæ geſturus ſum?] paucisq; interiectis ibidem poſtea: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum grauatū eſt nimis, &c.] Chryſoſtomus autem in cap. Gen. 18. homil. 42. ſic: Num cælabo ab Abraham puero meo, quæ ego faciam?] ac poſtea: Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorrhæ apud me multiplicatus eſt, & peccata eorum magna valde, &c.] Vbi (apud me, vel, erga me) abeſt à vulg. & à lectione S. Ephræm, hoc loco; necnon à SS. Ambroſio, & Auguſtino, & ab Interpret. Origenis.

Et peccata eorum magna valde, &c.] *Aquila & Symm. hic legunt, ἐβαρύνθησαν, aggrauata ſunt. & vulg. peccatum eorum granatum eſt nimis. vt ita oſtendatur enormitas, abominatio, & grauitas ſceleris id genus hominum, ſicut rectè Ephræm hoc in loco, & in tract. contra impudicos, eorumq; laqueos, &c. tom. 1. Vnde & Chryſoſt. loco ante citato, non ſolùm, inquit, magnus erat planctus clamoris, ſed & peccata eorum non vulgaria fuêre, ſed magna atque valde magna: nam inſolitum iniquitatis modum excogitauerūt, & alienas illicitasq; planè coeundi leges inuenerunt; & tanta erat malitiæ procliuitas, vt omnes omni malo replerentur, nullamq; poſtea correctionem admitterent, &c. Vt non immeritò hic clamor dicatur Sodomorum: nam ſecundùm Auguſtinum, in locutione clamorem ſolet vſurpare Scriptura, pro tanta impudentia & licentia iniquitatis, vt nec verecundia nec timore abſcondatur, &c. De quo & apud alios Sanctos Patres.*

Veneruntque duo Angeli Sodomam veſperi, & ſuſcepit eos Loth; & viri ciuitatis Sodomitæ circumdederunt domum à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul, &c.] *Iſta deinceps ex cap. 19. Geneſ. adducit, illuſtratq; non ſine accomoda per amplificationem, expoſitione auctor noſter Ephræm, carptim quæ ad ſuum hîc magis ſeruiunt inſtitutū ex Scriptura ſacra allegando, ac nonnulla etiam omittendo. Vbi inter alia circa illud: [Et viri ciuitatis Sodomitæ circundederunt domum à puero vſque ad ſenem, &c.] primò aliam atque aliam lectionem, & ſecundariò vim ac grauitatem rei conſidera. Nam pro eo, in edit. LXX. ſic habes: Circumdederunt domū ab adoleſcente vſq; ad ſeniorem totus populus ſimul.] Chryſoſtomus autem vbi ſupra: à iuuene vſq; ad ſenē, &c. S. Ambroſius, ab infante vſq; ad ſenem, totus populus pariter. Pro cuius etiā confirmatione, S. Hieron. in tradit. apud Hebræos notat omnem filium ad cōparationem parentum, vocari infantem ac paruulum. Porrò in vulg. [Prius autē quam cubitum irēt, viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vſq; ad ſenem, omnis populus ſimul, &c.] Vbi S. Chryſoſtomus vim rei, & enormitatem peccati expendens, ſummam in ijs, à iuuene vſq; ad ſenem, malitiæ conſpirationem, ac vehemēs malè agendi ſtudium; necnon ineuitabilem peruerſitatis magnitudinē, conatumq; nulla venia dignum notat atq; reprehendit. Non ſolùm enim (inquit) iuuentus hæc mala inquirebat: ſed etiam prouectæ ætatis erant, & omnis populus ſimul. Neque erubeſcebant tam turpe, tamq; impudens flagitium: neque infallibilem oculum cogitabant. neque iuſtum reuerebantur, neque hoſpitibus parcebant: ſed abſque rubore & verecundia, ac nudo (vt aiunt) capite, libidinis ſuæ verba dicentes, acceſſerunt, &c.*

Egreſſus itaque Loth, locutus eſt ad generos ſuos, qui acceperant filias eius, &c.] *Sic quoque in edit. LXX. ac apud Chryſoſtomum. at in vulg. [Egreſſus Loth, locutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi erant filias eius, &c.] Vbi etſi videatur eſſe contradictio, in (acceperant, & accepturi erant) non tamen eſt in his diuerſitas. ſicut neque in iis quibus antea dixerat iuſtus: [Ecce duas filias habeo, quæ nondum cognouerunt viros, &c.] & quæ hic dicit: [ad generos ſuos, qui acceperant filias ſuas,] mos enim ille veteribus erat (vt optimè hic adnotauit Chryſoſtomus) ante multum tempus ſponſalia facere, ac ſæpè etiam deſponſatis cohabitare, & ſimul cum parentibus conuerſari: id quod & nunc ſæpe fieri ſolet. Quia igitur iam deſponſatio facta erat, ideo vocat eos generos. & dixit, qui acceperant filias ſuas, ſ. propoſito ſcilicet ac compromiſſione: nondum enim reipſa acceperāt, vt ſic quoque verificetur lectio, quæ eſt in vulg. qui accepturi erant filias eius, &c. De quo, & S. Hieroymus in quæſtionibus ſeu traditionibus Hebraicis. in Geneſ. cap 19.*

Sed dum in omni tranquillitate ac ſecuritate ſibi videbantur feliciſſimi, tunc repentinus eis ſuperuenit interitus, &c.] *Inſignis locus communis, aduerſus eos qui ſuæ ſalutis immemores, in vtramnis (vt aiunt) aurem dormiunt, & ſuis interea vitiis ac concupiſcentiis, delitiisq; indulgent, &c. De quo, & ſi alibi ſæpiſſimè Ephræm noſter ſparſim agat, hoc tamen loco pro argumenti occaſione commodiſſimè & accuratiſſimè. Quò etiam ſpectant, quæ S. Chryſoſtomus habet, in homil. 52 in caput Matth. 25. & hom. 24. in Epiſt. ad Rom. 13. per tot. ac hom. 9. in Epiſt. ad Theſſ. 1. cap. 5. aliisq; in locis plurimis. item S. Ambroſ. in lib. de bono mortis. S. Auguſt. lib. 1 de ciuit. Dei, cap. 30. S. Hieron. de cohab. cleric. & mulierum. Hugo lib. 3. de anima, ac alibi ſæpè, & S. Bernard. de Donis Spiritus ſancti, in Sermone ſeptem capitulorum, cap. 1. vbi inter alia eſt: Sicut enim ſecuritas vel deſidia, cauſſa eſt & mater omnium delictorum, &c. ac alibi apud eumdem, de confeſſione peccatorum, & pœnitentia, ſerm. 27. Alia hic apud ipſum Ephræm vide, & Chryſoſtomum in cap. Gen. 19. homil. 44.*

EIVSDEM*

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

De laudibus Ioſeph Patriarchę.

Eodem Interprete & Scholiaſte Doct. Gerardo Voſſio.

*al. Encomium S. P. Ephræm Syri, in Patriarcham Ioſeph. & al. Sermo in venditionem pulcherrimi Ioſeph.

Exod. 3. & Matth. 22.

*al. commemorare exemplum. Gen. 37. 39. 45.

NOTA.

*εὐπρεπεϛάτον

*τρόπαιον θαύμαϛον.

*al. ipſe præceſſit.

Gen. 37.

Matth. 21.

*illud (ἀκριβῶς .i. reuera) deeſt in ſacro Cod. Gen. 37. Matth. 21. 26.

DEus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus magne, atque benedicte, qui etiam elegiſti ſemen ſanctum propriorum ſeruorum diligentium te; concede benigniſſime, vt ſcaturiant in me largiſſima fluenta gratiæ tuæ, quo dignè poſſim præclarum atque illuſtre, & maximum* referre ſpectaculũ pulcherrimi ac caſtiſſimi Ioſeph: qui ſemper baculus extitit, cui veneranda profundiſſimaq; Patriarchæ Iacob ſenectus inniteretur. Hic enim, hic inquam ſanctus puer, à prima ſua mox ætate duplicem Chriſti deſcripſit aduentum: primum quidem, quando ex beatiſſima Virgine Maria ad nos prodiit: ſecundum verò, quando iterum repentè venturus eſt, vt commoueat vniuerſa. Proinde nunc chariſſimi mei à Chriſto dilecti, conſtantes & alacres animo ſimus: vt citra vllam mentis diſtractionem, tam grandia* ornatiſſimi pueri facta videre atque audire queamus. Equidem fratres, non ſolum hunc adoleſcentulum, pulcherrimum ac honeſtiſſimum dixerim: ſed & omni admiratione digniſſimum pudicitiæ fontem, victoremque omnis incõtinentiæ præſtantiſſimum, & * triumphatorem hoſtis mirabiliſſimum. Quapropter etiam vel maximè typus atque figura futuri illius Domini aduentus, ipſe effectus eſt. Depellat igitur vnuſquiſque ex proprio animo omnem rerum terrenarũ curam, & cum amore atq; deſiderio dulcia laudis cantica ſuſcipiat: ſunt enim illa ſpiritalia, quæ animam mẽtemq; lætificant. Nam ſicut Dominus noſter ad nos de ſinu Patris, vt nos omnes ſaluaret, miſſus eſt: ita & puer Ioſeph ex ſinu Iacob, ad proprios reuiſendos fratres ablegatus eſt. Et quemadmodum ſæui fratres illi Ioſeph, ſimulatq; ipſum conſpexerunt appropinquantem, cœperunt aduerſus eum excogitare nequitiam, cùm tamen ipſe pacem à patre eis deferret: ſic quoq; Iudæi, duro ſemper corde cum eſſent, mox vt Saluatorem viderunt, dicebant intra ſe: Hic eſt *reuera hæres: venite, occidamus eum, & noſtra erunt omnia. Et ſicut fratres Ioſeph aiebant: Interficiamus eum, & liberabimur à ſomniis ipſius: ita & Iudæi: Venite, inquiunt, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.

Fratres Ioſeph

A Ioſeph, comedentes ſimul vendiderunt eum, quem propoſito † ac voluntate iu- Gen 37.
gulauerant: eodem quoq; modo execrabiles Iudæi paſcha manducantes, occide- † τῇ προθέσει.
runt Saluatorem. Deſcenſus Ioſeph in Aegyptum, Saluatoris noſtri deſignat de- Matth. 26. 27.
ſcenſum ſuper terram. Et quemadmodum Ioſeph intra thalamum incluſus, om- Gen. 39.
nem peccati vim proculcauit; ac præclaras aduerſus Aegyptiam dominam ſuam. Ibidem.
victoriæ coronas retulit: ſic & Dominus ac Saluator animarum noſtrarũ, ad clau- Coloſ. 2 3.
ſtra deſcẽdens inferni, omnem illic dextera ſua potentiam diræ mortis, inuictiq; 1. Tim. 2. & 2. Tim. 1 3. &c.
tyranni ſubuertit atque deſtruxit. Quoniam peccatũ deuicerat Ioſeph, in carcere Gen. 39. 40. 41.
concluſus detinetur, donec tempus percipiendæ coronæ adueniret: ita etiam Do Matth. 27.
minus, vt omnia mundi peccata tolleret, in monumento reponitur. Ioſeph bien- Marc. 15. Luc. 23.
B nij tempus in carcere tranſegit, magna illic animi tranquillitate atque ſecuritate Ioan. 19. Gen. 41.
verſatus: Dominus autem noſter triduũ in inferno manſit, vt potens, & nulli cor- Matth. 27.
ruptioni obnoxius. Ioſeph ex carcere, iuſſu Pharaonis * placidè educitur, tamquã Marc. 9. Luc. 9. 18. 24.
verus typus, & facilis fideliſq; ſomniorum interpres, ac futuræ frugum vbertatis Gen. 41. &
vaticinator: At Dominus noſter propria virtute ex mortuis ſurrexit; direptiſque Pſalm. 104. † al. fortiter.
inferni ſpolijs, noſtram Patri ſuo reconciliationem offerebat, reſurrectionem Actor. 2 13.
& vitam æternam prædicans. Ioſeph, accepta poteſtate ſuper omnem Aegyptũ, in 2. Cor. 5. Gen. 41.
curru Pharaonis ſedebat: Rex verò noſter ante ſecula, & Saluator, in nube lucida Actor. 1.
in cælum aſcendens, ſedet ad dexteram Patris cum maieſtate ac gloria ſuper Che- Marc. 16. Coloſ. 3.
rubim, vt filius vnigenitus. Cùm autem in Aegypto iam regnaret Ioſeph, accepta Heb. 1. 12. Gen. 42. 43.
auctoritate ac poteſtate aduerſus inimicos ſuos, adducuntur ſponte fratres ipſius, Gen. Ibid.
corã tribunali ac ſolio eius, quẽ mori addixerant; ingrediũturq; cũ timore, ac tre-
more, vt adorent in cõſpectu eius, qui in mortẽ venditus ab ijs fuerat: prociduntq;
C tremebũdi ante Ioſeph, quem regnare ſuper ipſos noluerant. Agnitis autẽ fratri- Gen. 37.
bus ſuis, vno ille verbo ſuo demonſtrauit ipſos homicidas. Quod illi percipiẽtes, Gen. 42 43.
attoniti & timore perculſi, planeq; confuſi ſteterunt, loqui non audentes, neque Ibidem.
prorſus quidquam quod in excuſationẽ ſui delicti proferrent, habentes; ſed aper-
tè peccatũ ſuum recognoſcentes. Exiſtimarant infelices illi, qua eum hora vendi- Gen. 37. 42.
derant, ipſum iam fuiſſe mortuum: at qui ab eis putatus eſt neci traditus apud * in- * ἐν ᾅδῃ.
feros, repentè ſuper ipſos regnare deprehenſus eſt: ita & in die illa tremenda, quã-
do venerit Dominus in nubibus aëris ſedens ſuper thronum regni ſui, adducentur Matth. 25.
vincti ab Angelis illis horribilibus corã ipſius tribunali, omnes inimici eius, qui
cumq; ipſum regnare ſuper ſe noluerunt. Putârant enim tunc impij Iudæi, illum, Matth. 26. 27.
ſi crucifixus eſſet, tamquam hominem fore moriturũ; non credentes atq; intelli-
gentes miſeri, ipſum eſſe Deũ, qui † ob ſalutem generis humani, vt noſtras ſaluaret † al. propter nos homines, & noſtram ſalutem è cælis deſcenderat.
D animas, aduenerat. Et ſicut Ioſeph liberè ac palam dicebat fratribus ſuis, perterre-
faciens, atque pudore ſuffundens eos: Ego ſum Ioſeph, quem vos vendidiſtis; ecce
nũc regno etiã vobis nolentibus: ita quoq; Dominus noſter crucem ſuã † in forma
reſplendente oſtendet crucifixorib⁹ ſuis: agnoſcentq; ipſam crucem, & filium Dei Gen. 45.
à ſe crucifixum. Cernitis quàm accuratè Ioſeph veram Domini ſui figuram in ſe Matth. 24. † al. crucem ſuã reſplendentem oſtendet, &c.
expreſſerit. Quoniam verò ab ipſa pueritia effloruit in eo virtus, conſultò hinc i-
nitium ducentes, † pergemus deinceps geſta atq; virtutes ſancti illius pueri enarra † al. incipiemus.
re. Hic quippe beatus, per decem & ſeptem annorum tempus, virtute eniteſcens, Gen. 37.
verſatus eſt in domo paterna, proficiens quotidie in timore Dei, in bono vitæ ſta-
tu, & reuerentia atq; honeſtate parentum. Cũ autem indecentia quædam in fratri Ibid. vbi vulg. accuſauitq; fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo, &c.
bus ſuis animaduerteret, aliqua ex his breuiter ſuo patri renuntiauit: reuera enim
E virtus ab iniquitate ſemper diſſentit, neq; cum illa conuenire poteſt. Cuius quoq;
rei cauſſa, illi oderant † Ioſeph, quod ab eorum nequitia alienior eſſet, & virtuti † al. ipſum.
puer ſedulò operam daret: cumq; habitantem in ſe Deum ſanctum haberet; præ-
uidebat in ſomnijs ea, quæ ex diſpoſitione ſummi Dei in † ſe euentura erant. Cæ- † al. ſibi ipſi.
terum pater Iacob, ignorans occultam illorum ſimultatem, ac odium aduerſus
Ioſeph, † ſimplici animo diligebat Ioſeph, ob virtutis florẽ à iuuenili ætate ſemper al. in ſimplicitate cordis diligebat Ioſeph, virtutum flore ab ineunte ætate ſemper vernantem.
in ipſo reſplendentem. Paſcentibus porrò illis oues in Sychem, accidit Ioſeph
verſari cum patre domi: Pater autem Iacob, velut pater indulgens, & de filijs in
Sychem abſentibus ſollicitus, aiebat ad Ioſeph dilectiſſimum filium ſuum: Veni
fili, vade ad fratres tuos; & diligenter de eorum valetudine, pariter & de gregibus Gen. 37.
inquire, citoque huc reuertens de omnibus renuntia mihi. Ioſeph autem acce-

pto patris mandato, gaudens pergebat ad fratres ſuos, pacem ex perſona patris ipſis A
deferens, ſimul & ſollicitudinem, quā de ipſis habebat. Inter proficiſcēdum verò,
oberrabat in ſolitudine, non inuentis fratribus ſuis, eorumq́; paſtoribus. Cùm
autem propter eos triſtis atq; ſuſpirans ambularet, incidit in eum homo, qui viá
ipſi ad fratres ducentem cōmonſtrauit. Quos dum iam procul conſpexit Ioſeph,
lætior ad eos properabat, oēs amplecti magno amore deſiderans. At illi, ſimulatq;
appropinquantē eum viderūt, quaſi feroces atq; immanes quædā beſtiæ, de interficiendo
ipſo deliberare cœperūt. Pergebat igitur Ioſeph, tamquam agnꝰ innocēs,
diſcerpendus manibus ſæuiſſimorū luporum. Vbi autē ad eos iam appulit, blandè
atq; benignè illos ſalutauit; *quæ ad pacem ſunt, eos ex perſona patris interrogās.
Illi verò, è veſtigio ferarum inſtar inſurgentes, tunica *illum, qua erat indutus, exuerunt; B
ſinguliq́; dentibus in eum ſtridebant, viuum deuorare cupientes: truceſq́;
atq́; immites, vt odio ſuo ſatisfacerent, caſtum ac ſanctū illum puerū præ inſania
varijs verberibus exceperunt. Conſiderans autem Ioſeph in tantis ſe conſtiturum
malis, (nullꝰ enim planè erat, qui illius miſereretur) ad preces deinceps & lachrymas,
atq; ſuſpiria ſeſe conuertit; extollenſq́; vocem ſuá, rogabat eos, dicens: Quotſum,
fratres mei, ſic iraſcimini? obſecro vos cunctos, ſuſtinete me modicum, dū
orem ac loquar: Mater mea mortua, & pater Iacob hucuſque quotidie luget illam,
& alium afferre luctum patri noſtro vultis, priore adhuc durante, & necdum ceſſante?
Quare omnes vos deprecor, ne me à patre Iacob ſeparetis, ne ſenectus ipſius
cum dolore ad infernum deſcēdat. Adiuro vos cunctos, per Deum patrum noſtrorum,
Abraham, Iſaac, & Iacob, qui ab initio vocauit Abraham, & dixit illi:
Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram C
bonā, q̃ ego oſtendā, & donabo tibi: & multiplicans multiplicabo ſemen tuum ſicut
ſtellas cæli, & ſicut arenam maris, q̃ eſt innumerabilis. Per Deum altiſſimum, q
cōceſſit Abrahæ tolerantiā prōptè, in ſacrificium offerēdi vnigenitum filiū ſuum
Iſaac, vt reputaretur Abrahæ patientia illa in gloriam. Per Deum, qui eripuit Iſaac
de morte, deditque arietem pro ipſo in holocauſtum acceptabile. Per Deum ſanctum,
qui benedictionem dedit Iacob, ex ore Iſaac patris ſui. Per Deum, qui cum
Iacob deſcendit in Charam in Meſopotamiam, vnde exierat Abrahá. Per Deum,
qui eruit Iacob ex omni tribulatione atque anguſtia, dixitq́; ſe largiturum illi benedictionem:
ne (obſecro) deſtituar patre Iacob, ſicut ipſe orbatus eſt Rachele, nec
me ita ipſe lugeat, vt luxit Rachelē: neq; rurſus caligine obducātur oculi Iacob, q
ſingulis horis meū ad ſe reditum, introitumq́; expectat. Dimittite me ad Iacob patrem
meum: ſuſcipite lachrymas meas, & me *ad eum præmittite. Iſta ipſo ꝑ Deum
patrem adiurante, ſubitò truculentæ illę beluæ in lacum cōiecerunt eum, nec D
Deum timentes, neq; eius adiurationem *reuerentes, & ſi ipſe ſingulorum eorum
deoſcularetur veſtigia, fratrumq́; pedes ſuis affatim rigaret lachrymis, clamans,
& dicens: Fratres mei dilecti, miſericordia in me cōmoueamini. *Iniecto autem
Ioſeph in lacum ſolitudinis, amariſſimis lachrymis, miſerabilibuſq́; ſuſpirijs atq;
lamentis deplangebat ſeipſum, & Iacob patrem; illachrymanſq́; cum inenarrabilibus
dicebat gemitibus: Intuere pater Iacob, quæ tuo acciderunt filio; quia ecce in
lacum immiſſus ſum, tamquam mortuus: en ipſe meum ad te præſtolaris reditum
pater, & nūc iu lacu ego veluti homicida aliquis iaceo. Ipſe mihi dixiſti pater: Vade
viſitatum fratres tuos cum paſtoribus, & q̃ citiſſimè ad me reuertere: & ecce ipſi
quaſi crudeliſſimi lupi effecti ſunt, & cum *iracundia me abs te ſepararunt, optime
pater. Nō amplius enim faciē meā cōtemplaris, neq; vocē meá audis, neq; vltra ſuper E
me tua innititur veneranda ſenectus: neq; iam ego viciſſim ſanctam canitiem
tuá adſpicio; quoniam mortuo ſepulto nō eſt melior nunc mea conditio. Plange
pater filiū tuum, & te viciſſim filius defleat: quoniam ſic puer ſeparatus ſum à facie
tua. Quis mihi dabit loquentē *columbá: vt hinc profecta, ſenectuti tuæ meū planctum
adnuntier, ac gemitū? Defecerūt deinceps, dulcis pater, & lachrymæ & gemitus,
voxq; ipſa mea planè elanguit, nec eſt qui auxilietur. O terra, ô terra, quæ exclamaſti
ad Deū ſanctū pro Abel iuſto iniuſtè occiſo, ſicut à maioribus noſtris ac
patribus traditū accepimus, ꝙ nimirum terra ad Deum clamauerit propter ſanguinem
iuſti; ipſa etiá modò proclama ad Iacob patrem meū, clarè atq; apertè illi
indicans quæ à fratribus mihi euenerunt. Vt verò iniqui & feroces illi in lacum inie-

*al. vt ſeſe haberent.

Ibidem.

*vulg. tunica talari nudauerunt eum, &c.

Oratio Ioſeph ad fratres iam iam in eum irruere volentes.

Geneſ. 12. ac paulo aliter in vulg. & edit. LXX.

Gen. 16. 26.

Gen. 22. & Heb. 11.

Geneſ. 27

Gen. 27. 28. 46.

Actor. 7.

Gen. 31. 32. 48.

Gen. 35. 48.

*al. & me ei reſtituite.

*al. curantes.

Gen. 37.

*al. Coniecto autem iam eo in lacum, &c.

Ibidem.

Gene. 37.

*al. rabie.

*al. lingua atq; ſermone loquētem columbā?

Gene. 4.

Ibidem.

Gene. 37.

A iniecerunt Ioſeph, ſederunt vt ouantes comederent ac biberent. & ſicut exultare
ſolent victores ſuperatis atq; fugatis hoſtibus, ac capta prȩda: ita quoq; illi magno
cordis ſui gaudio diſcubuerunt. Dum igitur læti ac hilares ſimul comederent &
biberent, repentè ſublatis oculis conſpexerunt aduentantes negotiatores Iſmae-
litas, qui pergebant in Aegyptum, camelos * habentes, qui ferebant aromata; di-
cebantque ad inuicem: Multo nobis melius fuerit, venundare Ioſeph, peregrinis
negotiatoribus iſtis: vt hinc * profectus, in terra ac regione moriatur aliena, nec
ſit manus noſtra ſuper fratrem noſtrum. Extraxeruntque è lacu fratrem ſuum Io-
ſeph, quaſi immanes ac feræ beſtiæ; acceptoque pretio eius, vendiderunt ipſum
mercatoribus, haud patris ſui memores, cui curam doloremque augebant. Illis
B autem iter faciẽtibus, accidit vt * inciderent in via in locum Hippodromi, vbi ſe-
pultura eſt Rachel: illic enim mortua erat, cùm rediret Iacob ex Meſopotamia.
Poſtquam autem vidit Ioſeph ſepulchrum Rachel matris ſuæ, accurrens cecidit
ſupra monumentum; extollensque vocem ſuam, cum eiulatu in lachrymas pro-
rupit, & in amaritudine animæ ſuæ exclamauit, ſic dicens: O Rachel, Rachel ma-
ter mea, exurge de puluere, & intuere Ioſeph filium tuum, quem amaſti, quid ei
contigerit. Ecce ipſe ſic captiuus abducitur in Aegyptũ, tanquã maleficus, in ma-
nus alienorum traditus. Fratres mei planè nudatum me vendiderũt in * ſeruum:
& pater Iacob, quomodo proditus ego ſim, ignorat. Aperi mihi mater mea, & in
ſepulchro tuo me ſuſcipe: fiat tumulus ille tuus, vnus mihi & tibi lectus. *Suſcipe*
Rachel filium tuum, ne violenta nece pereat. *Suſcipe* me mater, qui ita repentè
patre Iacob deſtitutus ſum; ſicut * & tuo adhuc puer contubernio ſum orbatus.
C Audi mater mea, cordis mei gemitum, armarumque eiulatum; & me in tuo re-
cum monumẽto ſuſcipe. Non enim amplius ſuſtinent mei oculi tot lachrymas:
neque anima mea eiuſmodi vlulatibus ſufficit, atque gemitibus. O Rachel, Ra-
chel, non iam audis vocem filij tui Ioſeph? Ecce violenter abripior, & non vis me
ſuſcipere? Iacob vocaui, & vocem meam non audiui: en rurſus etiam te voco, &
nec tu quidem vocem meam audis. Hic, hic ſupra ſepulchrum tuum iam moriar,
ne tãquam malefactor quiſpiam in regionem abducar alienam. Vbi verò cuncti
pariter conſpexerunt viri Iſmaelitæ, qui * acceperant Ioſeph, eum ſic cucurriſſe,
& in faciem ſuper tumulum matris ſuæ Rachel corruiſſe, aiebant ad inuicem:
Adoleſcens hic præſtigias artis magicæ in nos vult exercere, vt à nobis profuge-
re poſſit, nobiſque inſcijs euaneſcere. Quare comprehendamus eum, & * firmis
nexibus conſtringamus: ne cunctis nobis per incantationes ſuas, viſum præſtrin-
D gat. Accedentes igitur ad ipſum, velut fremebundi dixerunt: Exurge modò, &
tuis nos præſtigijs incantare deſine; ne te ſupra monumentum hoc percutientes,
auri, quod pro te numerauimus, detrimentum patiamur. Vbi autem ſurrexit,
conſpexerunt omnes faciem eius præ amaritudine fletus, nimijsque lachrymis
inflammatam; & cœperunt ſinguli interrogare illum modeſtè, ac dicere: Cur ad-
eò fles, & lachrymis mades? graui quippe mœrore angeris, ex quo ſepulchrum
iſtud, cùm eſſes in via hippodromi huius, vidiſti. Confidenter itaque omni de-
poſito timore nobis edicito, quod ſit opus atque officium tuum; & quamobrem
ſis venditus? Paſtores enim illi quando te vendebant, ſic nobis dicebant: Cautè
tenete ac obſeruate illum, ne fortè effugiat manus veſtras in via: inſontes
nos ſumus; prædiximus enim vobis. Expone igitur accuratè, cuiuſnam ſeruus
E ſis, illorum ne paſtorum; an * liberi cuiuſpiam? Et cauſſam nobis indica, cur tan-
to cum dolore atque affectu ſupra monumentum iſtud corruiſti? Nos quippe te
emimus, & domini tui ſumus: quare vt ſeruus noſter cuncta nobis tua recenſe:
nam ſi nobis ea occultaueris, cui indicare voles? Et noſtri iuris cùm ſis, diffuge-
re tentas, obtorpeſcentibus ac negligentibus nobis, ſicut & paſtores illi prædixe-
runt? Verùm bonos ſis animo, & dic nobis apertè, quiſnam ſis, & * quod tuum
opus? appares enim nobis liber, & ideo non te vtemur vt ſeruo; ſed tamquam
fratre, & filio chariſſimo. Summam ſiquidẽ in te cernimus animi liberalitatem;
& in conditione bona ac honeſta magnam diſciplinam * atq; ſcientiam: dignus-
que reuera es, ô iuuenis, qui etiam Regi adſtes, & cum magnatibus honoreris. Hic
quippe decor tuus ac pulchritudo, te & ab honeſtate magna nobis commendat,
& breui * liberum ac tui iuris te eſſe faciet: eriſque noſter amicus, & familiaris in

Ibidem.

† al. adducẽtes.

† al. hinc diſcedens.

Ibidem.

† al occurrens ad locum Hippodromi, vbi ſepulta erat Rachel, &c.

Gen. 35. 48.

Oratio Ioſeph venditi, apud ſepulchrũ matris ſuæ Rachel.

Gen. 37.

† al. in ſeruitutem. Aegyptijs.

* al. ſicut & te à pueritia orbatus ſum.

* al emerant.

† al. firmiter eũ ligemus.

Iſmaelitarum ad Ioſeph interpellatio.

Gen. 35. 48.

* al. an alterius alicuius viri liberi?

Gen. 27.

* al. quæ tua conditio?

* ἐπιστήμης.

* al in magna te auctoritate atq; honore conſtituent.

*al. illic, quò te *terra, ad quam te abducimus, vt gaudere poſſis atque lætari. Quis enim eiuſmodi A
nunc deducimꝰ. JOSEPH RESPONSIO AD ISMAELITAS. non deſideret puerunt, adeò oculorum venuſtate inſignem, & morum ingenuitate,
atque ſapientia præſtantem? Reſpondens autem Ioſeph, inter gemitus
atque ſuſpiria dixit eis: Neque ſeruus vnquam fui, neque fur, neque
præſtigator, vel incantator; neque etiam tamquam ſceleri alicui obnoxius, in
veſtris ſum venundatus manibus: ſed filius vnicè dilectus meo fui patri, ſimiliterque
Gen.37. matri longè chariſſimus: cæterùm paſtores illi, fratres mei ſunt; miſitque
* φιλόστοργος. me pater ad videndum eos, & cognoſcendum vt ſe haberent, velut * indulgentiſſimus
Ibidem. pater, & de ijs haud parum ſollicitus. paullò enim diutius illi inter
monteſ iſthic morati erant: cuius rei gratia, me ad videndum ipſos pater miſerat:
illi verò, graui contra me inuidia concitati, me arreptum vendiderunt vobis B
*al. in ſeruum. in * ſeruitu em, abſtractum ac ſeparatum à patre, non ferentes tantam patris in
Ibidem. me affectionem atque amorem. Sepulchrum porrò iſtud, matris meæ eſt: cùm
Gen,35. enim ex Charan * migraret pater meus, vt pergeret in locum quem modo inhabitat,
*al. aſcenderet. hac tranſiuit; & in ſuo huc aduentu defuncta eſt hic mater mea, & in
Gen.35.48. hoc loco ac tumulo, quem vos videtis, ſepulta iacet. Quod cùm illi audiſſent
illachrymati ſunt, vicem illius dolentes, & ſic ad eum dicentes: Noli timere adoleſcens:
ad ſummum enim honorem prouehendus, iam pergis in Aegyptum.
* χαρακτήρ. Tua quippe * effigies, ingenuitatis tuæ nobis indicium eſt. Immò nunc alacriore
*al. inſidijs atq; inuidia liderat⁹. eſto animo, fratrum * inuidia, odioque liberatus, qui te nobis vendiderunt.
Gen.37. Porrò fratres Ioſeph, poſtquam illum vendiderunt, allato * hirco, eoque
*al. hœdo. expeditè mactato, Ioſeph ſancti tunicam eius contaminantes ſanguine, confeſtim
Ididem. patri ſuo miſerunt, dicentes: Hanc nos veſtem in montibus proiectam reperimus, C
ſtatimque illam Ioſeph fratris noſtri eſſe veſtem cognouimus, cuius
cauſſa omnes magno dolore affecti ſumus. Quapropter eam ad te, pater, miſimus
* ποικίλον. tunicam Ioſeph * variam, cùm fratrem noſtrum minimè repererimus: agnoſce
Ibid. & 44. igitur & ipſe, num filij hæc tui ſit: omnibus quippe nobis viſum eſt, eam
eſſe Ioſeph. Vt autem conſpexit Iacob tunicam Ioſeph, magno cum gemitu,
planctuque amariſſimo exclamauit, dicens: Filij mei Ioſeph hæc eſt tunica: fera
Gen.37.44. peſſima deuorauit filium meum. Eiulanſque inter luctus, intolerabileſque gemitus,
Ibidem. dicebat: Cur non potius ego, loco tuo deuoratus ſum, fili? Cur non protinus
*al ex me ſatiata. mihi occurrit illa fera, vt * meis ſaturata carnibus, te illæſum reliquiſſet,
mi fili? Cur non me potius diſcerpſit ac dilaniauit illa belua, cibuſque illi ad ſatietatem
*al. diſrumpuntur. al. conturbãtur. non ſum factus miſer? Hei mihi, hei mihi: * dilacerantur viſcera mea,
propter te, fili mi Ioſeph. * Hei mihi, hei mei: vbinam meus trucidatus eſt filius, D
† Plura hic ex Græco MS. Vaticano repoſuimus, quę in priore verſione deſunt. vt illuc profectus, canos meos ſuper decorem ac pulchritudinem eius euellam?
Vita enim mihi grauis eſt, dum amplius Ioſeph non conſpicio. Ego tuæ mortis
auctor & cauſſa ſum, mi fili. Ego ſum, qui lucidos tuos excœcaui oculos. Ego fili,
te neci tradidi, dum te in ſolitudinem, ad videndum fratres tuos, cum paſtoribus,
Gen.37. ablegaui. Plangam igitur deinceps, fili mi, & lugebo omni hora, donec in
infernum deſcendam ad te fili; & pro tuo corpore, tunicam tuam mihi ante oculos
ponam, lachrymaſque effundam ſine intermiſſione. Ecce rurſus in alium
magnum luctum atque dolorem tunica tua me conijcit, mi fili, cùm adhuc ſit
* al. dulciſſime fili. integra. Itaque non te (vt puto) deuorauit fera, * dilectiſſime fili: verùm humanis
potius manibus & exutus, & necatus es: nam ſi (vt tui affirmant fratres)
à beſtia abſorptus eſſes, veſtis vtique tua in partes diſciſſa fuiſſet: neque enim E
fera, vt prius exuereris, expectaſſet, ac tunc demum tuis exſatiaretur carnibus,
fili. Rurſumque ſi prius exuiſſet, ac poſtea deuoraſſet, minimè fœdata ſanguine
tunica tua eſſet. Non vnguium apparent ſciſſuræ in tunica, non dentium
* πήγματα. beſtiæ in ea ſunt vlla veſtigia * ac machinæ. Vnde igitur ſanguis? at ſi rurſum
fera, quæ comedit Ioſeph, ita ſola fuit, quomodo hæc omnia peragere potuit?
Hic igitur mihi deſolato vel ſolus remanet luctus ac planctus; vt Ioſeph lugeam,
*al. Duplex hic luctus, & duplex gemitus, atque amariſſimus planctus. & tunicam ipſius deplorem. Duo * hi luctus, & duo gemitus, acerbiſſimique
ploratus, Ioſeph ſcilicet, ac tunicæ. quo pacto enim ipſe illa exutus eſt? Moriar
potius Ioſeph, mi fili, meaque lux, ac firmamentum; tuaque me cum tunica nunc
ad infernum vſque deſcendat: neque enim iam lucem abſque te intueri volo, fili
*al. Ioſeph lux mi Ioſeph. Deficiat anima mea cum tua anima, Ioſeph * fili dulciſſime. Cæterùm

rum Iſmaelitæ aſſumentes Ioſeph, magno cum ſtudio deduxerunt in Aegyptum, arbitrantes ſe ob inſignem adoleſcentis pulchritudinem, magnam vim pecuniarum à quouis ex primatibus conſecuturos. Ipſis autem per medium ciuitatis prætereuntibus, ecce illis * Pentephres quamprimùm accurrit, viſoque Ioſeph, ſuſcitatus eſt dicens: Dicite iam mihi, negotiatores, cuias eſt hic adoleſcens? non enim vobis eſt ſimilis: omnes ſiquidem vos Iſmaelitæ eſtis, hic verò formæ elegantia antecellit. Qui reſponderunt, nobiliſſimum planè illum eſſe, & ſcientia atque prudentia plenum. Dato igitur illis pretio, quantum ipſi voluerant, ſummo amore ac deſiderio coëmit ab eis Ioſeph: cumque introduxiſſet eum in domum ſuam, percontabatur, quænam eius fuiſſet educatio, atque conuerſatio? At ille à ſancto ſemine iuſti Abraham, & Iſaac, & Iacob, haudquaquam degenerans, proficiebat virtute, & * optimo vitæ ſtatu in domo Pentephres, ac de die in diem pudicitiæ gradum magis magiſque aſpectu ac verbo tuebatur, habens aſſiduè ante oculos ſuos Deum ſanctum cuncta supernè intuentem, Deum patrum ſuorum, qui ipſum ex lacu, & morte, ac fratrum inſidijs, odioque eripuerat: veruntamen cor ipſius continenter mœrebat atque dolebat ob ſanctum patrem ſuum Iacob. Cernens verò Pentephres * conditionem iuuenis, magnamque prudentiam, & candorem atque probitatem eius; omnia quæ poſſidebat, per manus pulcherrimi Ioſeph, tanquam veri ſui filij, tradebat: pleneque ignorabat quid faceret Ioſeph in cunctis rebus ſuis, ne verbo quidem tenus; ſolum autem ſciebat panem, quem comedebat tempore prandij: nouerat quippe fideliſſimum eſſe Ioſeph, eoque magis, quòd expertus eſſet rem ſuam, cunctamque ſubſtantiam indies ſub illius manibus augeri: gaudioque magno afficiebantur ſerui & ancillæ in cunctis bonis, quæ ab ipſo quotidie fiebant. Porrò domina ipſius, cùm adſpexiſſet Ioſeph eximia pulchritudine atque * diſciplina ornatum, corde vulnerata eſt amore & furore ſatanico, vehementique cupidine * dormire cum eo optabat; honeſtiſſimumque illum adoleſcentem, ac pudicitiæ fontem in laſciuiæ atque impudicitiæ foueam impellere nitebatur, infinitas artes, diuerſaque ornamenta indeſinenter excogitans, quibus illum decipere poſſet: ſingulisque horis veſtitum mutabat, & faciem ſtibio, fuciſque varijs pingebat, & crinibus aurum intertexebat, * nutibusq; ſatanicis ac ſubriſionib⁹ turpibus ineſcare canabatur ſanctos iuſti oculos infelix aſpis: credebat enim illa hiſce ſe modis atque illecebris ſancti iuuenis animum facilè illaqueare poſſe. Cæterùm Ioſeph timore Dei vndique munitus, ne ſimplici quidem aſpectu intuebatur in illam. Vbi verò ipſa animaduertit artes ſuas, & varios ornatus nihil apud iuſtum valere atque præſtare, maiore concupiſcentiæ ardore flagrabat; ſollicitudineque anxia, quid amplius cum eo agendum foret, ignorabat. Demum autem procacibus illum verbis ad opus ignominioſum atque illicitum inuitare cogitabat, ſimul obſeruans tempus opportunum, quo in illum (tamquam aſpis inſaniens) impudicitiæ ſuæ virus effundere poſſet. impudentique vultu dicebat ad caſtiſſimum Ioſeph: Dormi mecum, nihil prorſus reformidans; atq; audacter ad me accede, vt & ego affatim tua fruar pulchritudine, & tu viciſſim formæ meæ venuſtate ſatieris. * Cubilia nobis ad id multa præſto ſunt * & auxiliantur. In tua poteſtate eſt tota domus; nullusque omninò ingredi ad nos audebit, neque quiſquam audire vel impedire noſtrum * opus poterit. Quòd ſi virum meum timeas, ego illum dato veneno perimam: quare mecum congredere, meumque deſiderium adimple: valde enim concupiſcentia tui vror. Ad hæc ille * lapidis adamantini inſtar, animo & corpore fortis atque inuictus perſtitit, & in tanta procella haud quaquam mente ſuccubuit: ſed timore Dei præſeruatus, cuncta eius dicta laſciua ac facta repellebat, qua decebat honeſtate atque modeſtia eam per ſancta ac diuina verba à ſe arcebat, ſic illi dicens: O mulier, nullo modo licet mihi iſtud tecum peragere peccatum, quæ domina mea es: nam Deum ego timeo. Ecce enim cuncta dominus meus mihi tradidit, quæ & domi, & in agris poſſidet; neque eſt quidquam aliud, quod non ſit ſub manu ac poteſtate mea, præter te dominam meam: quare valdè abſurdum & iniquum foret, tantam dilectionem talis domini repudiare, qui me ita honorauit, ac charum habuit. & quomodo poſſem atque auderem eiuſmodi ſcelus coram Deo cordium ac renum ſcrutatore, exequi? Hæc & ſimilia

ſancta

Ibidem.

Gen. 37. 39.

* al. Petephres, vt apud 70. & al. Phutiphar, vt in vulg.

* al. & magna conſtantia.

Gen. 37.

* al. conſtantiã.

Gen. 39.

Ibidem.

Ibidem.

* al. decore.

* al. coire.

* al. ineſcationibusque inhoneſtis illaqueare ſtudebat ſancta iuſti verba infelix illa aſpis.

Gen. 39.

* al. cubicula.

* χεῖρα διδοῦσιν.

* al. ſecretum.

* al. ad me accede.

* al. animo & corpore cũ eſſet adamantinus, nequaquam in tantis fluctibus ſubmerſus eſt.

IOSEPH AD HERAM RESPONSIO.

Ibidem.

Pſal. 7. 45. & Hier. 11. 17. 20.

ſancta verba dicebat Ioſeph ſingulis horis ad dominam ſuam, admonens, obſe- A crans, increpans, & reprehendens illam. At nihil diuinum admittebat auris, ac cor mulieris, inſtar aſpidis obturantis aures ſuas: quinimò vehementiore adhuc libidinis flagrabat ardore, inani voluptate ac peſſima concupiſcentia, quæ in ipſa vigebat, ſtimulata: obſeruabatque ſingulis momentis, vt tempus inueniret commodum, quo * impudicè caſtiſſimum iuuenem violare poſſet. Cernens verò Ioſeph, quod mulier adeò impudenter atque immaniter feræ alicuius inſtar in ipſum, ad animum corpusque eius corrumpendum, irrueret; leuauit oculos ſuos ad Deum patrem ſuorum, & aſſiduè deprecabatur Altiſſimum, ſic dicens: Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, Deus magne atque terribilis, à fera hac peſſima libera me. Ecce enim ipſe vides, Domine, huius mulieris inſaniam: quo pacto me in occulto per opus nefarium occidere velit, vt vnà ſecum in peccatis mo- B riar, prorſuſque à Iacob patre meo ſeparet. Liberaſti me Domine, ab * iniquis fratribus meis, & ab iniuſta nece eorum: libera nunc rurſus me ab inſaniente fera iſta, ne operibus prauis alienus efficiar à patribus meis, qui vehementer piéque dilexerunt te, Domine. Et longa ex imo pectore ducens ſuſpiria, Iacob iterum interpellabat cum deſiderio ac lachrymis, ita dicens: Ora pro me obſecro, pater mi Iacob, ex animo Deum: ora, inquam, ô pater; quoniam vehemens aduerſum me inſurrexit bellũ, quod etiam à Deo ſeparare me poſſet. Iſtud quippe mulieris bellum longè formidabilius & * atrocius eſt, quàm mors, quam mihi fratres mei antea intentabant. Hæc ſiquidem mors, ſolùm corpus poterat occidere: at illa animam à Deo ſeparat, perimitque. Noui equidem pater mi dulciſſime, quòd orationes tuæ pro me ad Deum ſanctum aſcenderint, ac propterea ex lacu mortis C ereptus ſum: quare & nunc denuò Deum altiſſimum exora, vt ab hac me fera liberet, quæ filium tuum conatur perdere, cuique nec verecundia eſt in oculis, neq; rurſus timor Dei in corde: vt non, ſicuti ſinu tuo deſtitutus ſum corporaliter, ita etiam * ab animo alienus reddar. Ad fratres meos abieram, & ipſi tamquam feræ immanes, & lupi ſæuiſſimi effecti, me abs te, optime pater, auulſerunt; & in Ægyptum in * manibus alienorum deductus ſum: & ecce iterum alia hic nunc fera occurrit mihi. Fratres quidem in eremo occidere me volebant: at hæc in cubiculo diſcerpere me nititur. Deprecare, pater * ſanctiſſime, pro me filio tuo Ioſeph: ne * coram Deo meo, & patribus moriar. Cùm autem verbis dominæ ſuę Ioſeph obtemperare noluiſſet, (quæ illum ſingulis horis ad turpem concubitum vrgebat, & quaſi aſpis immitis illi abſque vlla verecundia imminebat) obſeruauit illa tempus idoneum, quo eum in thalamo ſolum inueniret, ac ſic peccatum D cum eo expleret. Vbi autem iam illum in ſuo deprehendit * cubili, ſicut deſiderabat, impudenter accedens, ipſum ad ſe conabatur attrahere, & nefarium cum eo ſcelus perpetrare. At ille nimiam illam mulieris cernens impudentiam, confeſtim curſu extra domum in * biuium exilijt. & ſicut aquila cum aucupes aſpexerit, expanſis alis, cæli ſublimitatem petit: ita etiam Ioſeph ex periculoſa hac venatione profugit, ne omninò vel dictis vel factis lætiferum aliquod vulnus acciperet: proprioque pallio in manibus illius relicto, cunctos diaboli laqueos conculcauit, & ſe ijs explicuit. Cernens autem mulier illum ſic effugiſſe, obſtupuit, magnoq; dolore affecta eſt; ac iam de * plectendo iuſto cogitabat, per verba acerbiſſima, accuſare illum turpitudinis volens apud maritum ſuum; vt eo audito, vir eius zelotypiæ furore accenſus, occideret Ioſeph. ſic enim ſecum reputans, E dicebat: Multò mihi melius fuerit, Ioſeph mori, vt vel ſic requiem conſequar: non enim fero tantam in domo mea pulchritudinem per mometa intueri; cùm frui atque expleri eximia illa iuuenis * ſpecie, clam vel palam nequeam. Quare vocatis ad ſe ſeruis & ancillis ſuis, dixit eis: Scitis quid in me admiſerit puer iſte Hebræus, quem conſtituit vir meus ſuper vniuerſam domum ſuam? Voluit quippe omni abiecto pudore mecum congredi. neque ſuffecit illi auctoritas atque poteſtas totius domus meæ: quin & à viro meo ſeparare me conatus eſt. Ecce abreptamque Ioſeph tunicam, oſtendit viro ſuo, cum * probro, illi dicens: Ecce ipſe adduxiſti puerum iſtum Hebræum, vt contumeliam inferret, illuderetque mihi vxori tuæ. noſti tu mi Domine, quòd pudica ego ſim, ac proba; atque ideo iſtud indicaui tibi. Quibus calumnijs auditis, vir eius ſubitò credidit verbis vxoris, rem

*al. quo turpiter iuſtum violaret.

PRECATIO IOSEPH, AD DEVM.

Gen. 37.

*al. ab internecione fratrum meorum.

IOSEPH IMPLORAT PATREM ABSENTEM.

*al. periculóſius.

*al. à tuo abalienet anima.

*al. inter manus alienas.

Gen. 37. 39.

*al. optime.

*al. ne anima moriar.

Gen. 39.

Ibidem.

*al. cubiculo.

Ibidem.

* ἐς ἄμφοδον.

A SIMILI.

Gen. 39.

* καταπλῆξαι

*al. venuſtate, atque ſcientia, &c.

*al. ἐγκαλοῦσα id eſt, expoſtulans.

Ibidem.

A ris, rem ita ſe habere adſerentis: protinuſque ira percitus, iuſſit vinctum Ioſeph detrudi in carcerem, maximas ei minas intentans, ac verborum illius, & Dei benedictionum, quæ illi tum domi, tum in agris ſuis propter Ioſeph obuenerant, prorſus immemor. neque rurſus crimen obiectum debita diligentia inquirens: verùm illico iniuſtam *aduerſus eum ſententiam pronuntiauit, dicens: Ioſeph in domum carceris mitti iubeo, nullaque penitus requie frui. Cæterùm benigniſſimus Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, qui omnium hominum corda ſcrutatur, cum ipſo erat, præſtititque illi miſericordiam in oculis præfecti carceris, vt liber à vinculis in carcere degere, ac requie frui poſſet: numquam enim miſericors Deus noſter recedit ab eis, qui illum in corde perfecto timent. Poſt hæc peccauerunt Regi Pharaoni præpoſitus pincernarum, & præpoſitus piſtorum: iuſſitque B *eos Rex iratus in carcerem reijci, ac in eo recludi: porrò Ioſeph miniſtrabat ipſis. Cùm autem ambo ibi concluſi detinerentur, poſt aliquot dies conſpexerũt quadam nocte pariter ſomnia, quid eis primo quoquo tempore obuenturum eſſet præſignificantia. Ioſeph verò ſanctus ſeruiebat eis, eoq; maximè quòd optimates ac *honorabiles illi eſſent. Cumque pro ſolito, ad eos viſendos ingreſſus eſſet, reperit eos magno dolore affectos: erant enim ambo triſtes, atque remiſſi propter ſomnia. Cernens autem eos Ioſeph ſic contriſtatos, cauſſam mœſtitię atque afflictionis ipſorum ſciſcitatus eſt. Cui illi dixerunt: *Somnia vidimus, & ideo in mœrore conſtituti ſumus, quia non eſt, qui ea interpretari nobis poſſit. C Ad quos ipſe ait: Iſtud quidem ſolius Dei eſt, indicare atque exponere ſomnia timentibus ipſum, & ſimul reſerare ſignificationem eorum, ſicut ipſe vult, cùm futurorum ſit præcognitor: at dicite mihi ſinguli ſomnia veſtra, vt ea vobis per me Deus meus exponat, ac patefaciat. His auditis, pincernarum & piſtorum præpoſiti dixerunt ſomnia ſua Ioſeph, *ſicut viderant ambo. Ioſeph porrò paucis verbis expoſuit illis accuratiſſimè omnia, quæ à Rege euentura eis erant, quemadmodum & reuera acciderunt: ſiquidem *pincernarum præfectum priſtino ſuo honori, officioque reſtituit; piſtorum autem magiſtrum morti tradidit. Cumque pincernæ *futura prædiceret, rogabat eum, dicens: Recordare mei coram Rege Pharaone, quando bene tibi fuerit; eiq; de me celeriter ſuggere, vt me hinc educat: nihil *enim peccaui, neque mali quid egi, quia in domum carceris iniectus ſum. O ſemen electum ac beatiſſimum, cur à mortali homine auxilium quæris; & omiſſo Deo, hominem interpellas? Et quidem planè in cunctis neceſſitatibus tuis, diuinum expertus es auxilium; vt etiam quando pudicitiæ *tuæ tunicam D intactam atque immaculatam conſeruaſti: cur ergo, ô beate, iam deſpondes animum; cum Deus tibi regnum & gloriam prouidere atque donare velit? Quanto autem fortius tentationes toleras: tanto illuſtriores tibi victoriæ coronæ texuntur. Vt verò ſomniorum vtriuſque impleretur *ſolutio, iuxta quod prædixerat Ioſeph ſeruis Pharaonis; poſt triduum fecit conuiuium opiparum Rex Pharao cunctis optimatibus ſuis, recordatuſque inter epulas eſt ſeruorum ſuorum, piſtorum magiſtri, & pincernarũm præpoſiti: de quibus ſententiam ferens, hunc quidem in priorem ſuum locum ac gradum reſtituit, alterum verò morti tradidit. Cum autem oblitus eſſet pinceps *pincernarum interpretis ſui Ioſeph, planeque ipſius non recordaretur amplius; poſt duos annos per Dei prouidentiam *ſomniauit Pharao ſomnia magna ac terribilia, quorum interpretatio omnem mentem atque intelligentiam cunctorum ſapientum Aegypti, omniumque magorum artem, ſubtilitatemq; tranſcendebat: vtrorumque verò iſtorum vna erat *ſignificatio, & vna explicatio, ſicut declarabat Ioſeph. Expergefactus autẽ Pharao, accerſendos curauit quoſcunque ſapientes ac magos; quibus cum ſomnia ſua adnuntiaſſet, vt ipſi ea liquidè explanarent, nemo inter omnes inuentus eſt qui vim ſomniorũ interpretari valuerit: quo enim pacto *potuiſſent incantatores & venefici, dæmonũ opera vtentes, comprehendere aut edicere incerta & occulta myſteria cæleſtis Dei, ſancti creatoris? Cernens igitur rex Pharao *obſcuritatem & ignorantiam ipſorum, magno animi dolore atque triſtitia affectus eſt: verùm pincernarum præpoſitus tunc ſecundùm Dei voluntatem recordatus ſancti Ioſeph, nuntiauit Regi omnia quæ de eo, ipſiuſque intelligentia ac ſapientia, ſciebat. De quo, cùm Pharao audiret, gauiſus eſt gaudio magno, cùmque protinus

magna

Gen. 39. & Pſalm. 104.

*al. iniuſtam in eum hanc tribulationẽ, oppreſſionemque cenſuit, dicens, &c.

Gen. 39.

Gen. 40.

*al. vtrumque.

Ibidem.

*ἔντιμοι.

Gen. 40.

*al. ambo hodie ſomnia vidim⁹.

Ibid. Gen. 40.

*al. quę viderãt.

*al. vinariorũ.

Ibidem.

*al. obuentura ipſi bona.

Ibidem.

*al. innocens enim in hunc carcerem miſſus ſum.

*al, tuam caſtitatis tunicam.

*al. ſignificatio atque interpretatio.

Ibid. Gen. 40.

Ibidem.

*ἀρχιοινοχόος

Gen. 41.

*al. vidit.

*σύγκρισις.

*al. poſſent.

*ἀναφείαν.

Ibid. Gen 41.

magna diligentia ad ſe accerſendum curat. Et cùm ex carcere iam aduenisset, di- A
xit illi Pharao coram cunctis optimatibus ſuis. Audiui de te, quòd vir ſapiens ſis
ac prudens, & qui ſomnia obſcura atque profunda conijcere & explicare valeas.
Reſpondit autem Ioſeph regi Pharaoni: Dei ſolius, inquit, ſunt * ſomniorum
interpretationes, & abſque Deo prorſus nequeunt explanari illa. Recenſuit er-
go ſomnia ſua Pharao coram Ioſeph, & cunctis magnatibus ſuis: confeſtimque
facilem ſomniorum interpretationem ex ore Ioſeph audiuit, velut ex ore Dei.
Obſtupefactus * autem Pharao ad tantam adoleſcentis ſapientiam, præſtantiſſi-
mumque eius conſilium, (conſuluerat enim ipſi, vt virum vnum ſapientem at-
que intelligentem conſtitueret, qui frumenta Aegypti colligeret, futuram quip-
pe ingentem famem, vt plurimas fruges haberent in tempus preſſuræ reſeruatas)
dixit ad illum: Teipſum hodie conſtituam ſuper omnem Aegyptum, qui tale
mihi conſilium aperuiſti, & ad tui oris imperium Agyptus, & tota domus mea B
diſponetur. Tunc induit illum byſſo & purpura, & aſcendere eum fecit ſuper
currum ſuum: cunctique magnates partim antecedebant currum, & partim cir-
cumdabant ipſum, ſimul pergentes, & maximè cùm iam ex ore Pharaonis au-
diſſent, illum ſecundum Regem eſſe Aegypti. Videns porrò * Pentephres, qui
Ioſeph antea in domum carceris miſerat, admirandum ſpectaculum, quòd ſe-
diſſet Ioſeph magna cum gloria in curru Pharaonis, vehementer timuit; ſenſim-
que ſe ex medio magnatum ſubducens, curſu in domum ſuam abijt, & iam in-
trogreſſus, metu maximo aperire cœpit os ſuum, & ad vxorem dicere: Vidiſti, ô
mulier, ſignum admirabile & inopinatum, ex quo tam ingens nobis timor obor-
tus eſt? Ioſeph enim ille quondam noſter ſeruus, iam dominus noſter, totiuſque
Aegypti effectus eſt: & ecce cum gloria * ſedet in curru Pharaonis, & tamquam
rex ab omnibus honoratur: ego verò cum præ timore atque tremore ferre illius C
nequirem aſpectum, paullatim me ſubduxi, clancuiumque diſceſſi. Quæ dum
vxor Pentephres audiret, illum * metu reuelabat, ſic ad eum dicens: Notum ſit
tibi hodie peccatum meum, quod ego commiſi: ego quippe ſum, quæ pulcher-
rimum Ioſeph, caſtiſſimumque illum adamaui: & cùm per ſingula momenta
multis blanditijs, varijſque ornamentis illi callidè inſidiarer, vt * congredi cum
eo poſſem, & pulchritudine decoris ac præcellentis formæ ipſius ſatiari: neque
prorſus optato meo fine potiri quirem, aut vllatenus efficere, vt vel verbo ſuam
pudicitiam proderet; vi tandem illum tenere conabar, vt me vel modicè tolera-
ret: verùm ipſe dimiſſo in manibus meis pallio, aufugit. ego enim eram, quæ
vim illi inferre cogitaueram, quando tibi pallium eius offendi. Ecce igitur ego
ſum, quæ regnum ipſi, maximamque gloriam acquiſiui: nam ſi non ita ego Io- D
ſeph adamaſſem, in domum carceris coniectus non fuiſſet: quin & gratias habe-
re mihi debet, quæ gloriæ ipſius cauſſa fui. Iuſtus, & pius, ac ſanctus eſt Ioſeph,
qui etiam calumniam immeritò paſſus, nemini patefecit. Exurge igitur, ac
vade gaudens, eumque vna cum alijs magnatibus ſecurus adora. Surgens itaque
* Pentephres, ſtudioſè abijt, & ſanctum Ioſeph reuerenter cum omnibus pri-
matibus adorauit. Inter hæc autem omnia, impletis iam ſeptem annis fertilita-
tis illius maximæ, inualuit fames in vniuerſa terra Chanaan, triſtiſque erat Iacob
cum filijs ſuis. Audiens autem, in Aegypto fruges eſſe in magna abundantia, di-
xit ad filios ſuos: Ecce audiui, plurimum frumenti in Aegypto reperiri: pergi-
te igitur illuc, & coemite nobis, ne omnes fame moriamur. Acceptis ergo man-
datis patris, * filij Iacob deſcenderunt in Aegyptum, vt alimenta ſibi compara-
rent, quo cùm iam-perueniſſent, acceſſerunt ad Ioſeph cum reliquis, vt * cibos E
emerent; non autem agnoſcebant eum, quod frater ipſorum eſſet. Vt verò aſpe-
xit Ioſeph fratres ſuos, illicò agnouit illos omnes: illi autem * non intellexerũt.
Confeſtim autem Ioſeph dixit quaſi fremens: Hi decem viri, exploratores ſunt
peſſimi, & ideo venerunt in Aegyptum: quare comprehendite illos, & cautè vin-
ctos tenete, ad explorandam enim terram, huc venerunt. Quod cùm illi cerne-
rent, contremuerunt, & maximo cum metu reſponderunt ei, dicentes: Abſit
hoc à nobis, Domine; omnes quippe fratres vnanimes ſumus, filijque dilecti vni-
us Patris iuſti viri. Duodecim eramus omnes numero, & vnus quidem ex his pul-
cherrimus & dilectiſſimus patri ſuo, à fera peſſima interemptus eſt, lugetque ip-

ſum

Ibidem. & Pſal.104.
Gen.41.
*al. Indultoris ſapientiæ Dei ſolius eſt explicare ſomnia, &c.
Ibidem.
*al. iſta paullò aliter leguntur. vt in Schol.
Gen.41. & Pſalm.104.
Ibidem.
Ibidem.
†al. Putiphar. Gen.39. & Pſalm.104.
*al. vehitur. Gen.41
*παρεθάρσυνεν.
†al. melius ſperare iuſſit. Gen.39.
*al. dormire. al. vt frui illo poſſem.
Ibidem.
Ibidem.
*al. Putiphar. Gen.42.43.
Gen.42 & Actor.7.
*al. decem filij Iacob.
*al. vt triticum.
*al. non agnouerunt ipſum. Gen.42.
idlbem.
Gen.37.42.44.

A ſum pater in hanc vſque horam. Alius autem frater cum patre noſtro eſt in terra
Chanaan, relictus in ſolatium illius. Reſponditque ipſis Ioſeph cum iracundia, Gen.42.
dicens: Quandoquidem ego Deum ſanctum timeo, & colo, hoc vobis indulgeo:
ſumite igitur eſcas, & celeriter ad patrem veſtrum pergite, ſi veridici ſitis;
ac fratrem veſtrum, quem iuniorem dicitis, huc ad me adducite: & ſic tandem credam Ibidem.
vobis. Sumentes ergo frumentum, ad patrem ſuum in terram Chanaan
mœſti abierunt, adnuntiaruntque ei ſuſpiciones peſſimas, & iracundiam viri,
domini Aegypti. Contriſtatus autem valde hac illorum relatione eſt pater, dixitque Gen.42.
ſuſpirans ac ingemiſcens ad eos: Cur iſtud feciſtis? cur Domino Aegypti,
vos alium adhuc fratrem hic habere, dixiſtis? Qui reſpondentes ei dixerunt: Ipſe Ibidem.
B interrogauit nos, & noſtram cognationem accuratiſſimè noſſe voluit. Aitque
ad eos Iacob: Moriar potiùs, quàm Beniamin ex meo tollatis ſinu. Fame autem Gen.43.
inualeſcente atque vrgente, dixit rurſum eis Iacob: Si ego filijs ex Rachel orbatus
ſum, & dilectiſſimis liberis meis priuatus, ſicut dicitis, * omniaque iſta repentè † vulg & in me hæc omnia mala reciderunt.
in me mala completa ſunt; exurgentes, tollite munera in manibus veſtris, &
pergite ſimul cum fratre veſtro. Feceruntque ſicut præceperat eius Iacob: & cùm
iam in Aegyptum perueniſſent, cum timore atque tremore magno omnes coram
Ioſeph * adorauerunt. Qui vt conſpexit fratrem ſuum Beniamin magno * al. prociderũt. Ibidem.
cum metu atque pauore adſtantem, commota ſunt viſcera eius propter * ipſum * al. ſuper ipſũ.
valdè, cupiebatque hunc fratrem ſuum complecti, ac deoſculati; & interrogabat
illum ſummo amoris affectu, dicens: Viuit pater tuus? Qui reſpondit: Viuit
ſeruus tuus, pater noſter. Dicit ei denuò: Nunquid adhuc Ioſeph habet in corde Ididem.
ſuo? Cui ille: planè, inquit, illum fixum in corde ſuo retinet, flagratque amore
C ac deſiderio ipſius. Cùm autem amplecti illum nequiret, vel vltra interrogare; Ibidem.
ingreſſus in ſuum cubiculum, copioſas profudit lachrymas. Qua enim hora
ſuum conſpexit fratrem, illicò bonæ ſenectutis Iacob patris ſui recordatus eſt,
dicebatque cum lachrymis, plorans: Beati qui vident ſanctam ſenectutis tuæ effigiem,
* optime pater. Neque enim, vt arbitror, totum meum regnum, omniſque *al dulciſſime.
gloria mea comparari poteſt ſenectuti tuæ, ô nimiùm Deo dilecte, optabam
ex ore Beniamin intelligere, an me in corde haberes, ac me diligeres, ſicut
& ego te: atque ideo fratres meos * aſtu coëgi ſecum adducere fratrem meum * al. arte.
Beniamin. Non enim illis credidi referentibus mihi de te, quòd patrem haberent,
& iuniorem fratrem: ſed opinabar illos inuidia ductos, etiã dilectiſſimum *al. minimum.
D filium tuum minorem Beniamin in interemiſſe, atque in maiorem mœſtitiam
animum tuum conieciſſe; quemadmodum & me, improbæ voluntatis ſuæ propoſito
occiderunt. Oderant enim nos duos, quòd vterini eſſemus, ego & Beniamin.
Noui pater, te noſtri gratia vehementer angi, ac ſollicitum eſſe; & nunc
quidem vel maximè affligi ſenectutem tuam, propter Beniamin fratem meum:
maximoque & ego dolore afficior, dum conſidero tuam anxietatem, neminemque
noſtrum tuæ modò ſenectuti adſiſtere. Non tibi ſufficiebat luctus * meus prior: *al. Luctus de me prior, ſed adhuc alius tibi Pater acceſſit.
ſed & alius ſuper alium dolor abiectus eſt, ô Pater. Ego ſuſpiriorum tuorum,
atque dolorum cauſſa ſum & auctor. Durè nimis ac ſeuerè egi, dum
Beniamin ad me adducendum curaui: verùm ſermo, atque memoria quæ mihi
eſt de te, iſtud me facere coegit, dum addiſcere cuperem, an verè adhuc viueres,
dulciſſime pater. Quis dabit mihi rurſus tuam ſanctam * faciem cernere, & ad *al. effigiem intueri, & angelico aſpectu tuo ſatiari?
ſatietatem intendere in angelicam imaginem tuam? Deinde cùm amariſſimè,
E copioſiſſimeque in cubiculo fleuiſſet, lota iterum facie egreditur hilaris, omneſque
pariter in domum ſuam introduci iubet, vt ſimul cum ipſo cibum ſumerent.
Audite porrò, fratres, ſagacitatem atque prudentiam Ioſeph: quo pacto occultè Ibid. Gen.43.
illos vndique in timorem impellat. Illos enim iubet accumbere, ſingulos nominatim *al. ſecundum iura ætatis ſuæ; vt in edit. 70.
appellans, & per ordinem * ſicut fuerant geniti, conſtituens: vtebaturque * κόνδυ.
pro quolibet, quadam quaſi diuinationis forma, in ſcypho quem tenebat, SCYPHI RATIO, ET VSVS.
* ſcyphus autem ille, poculum erat argenteum, quod ſua tenens ipſe manu, atque
in læuam transferens, dexteræ manus ſuæ digito pulſabat: cumque ſcyphus
pulſaretur, magnum edebat ſonitum in auribus omnium adſtantium in *al. Quia Ruben primogenitus eſt, ipſe quoque primus ante alios accũbat, &c.
domo. Semel itaque pulſans, ait: * Horum omnium primus Ruben eſt, ipſe
primus in honore diſcumbat. Pulſans autem iterum, ſecundi nomen deſignauit,

dicens: Symeon ſecundus natu eſt, ipſe quoque ſecundo accumbat loco. Tertiò A
rurſus pulſans, ac tinnitum digito exprimens, Leui, inquit, ſuo ordine accumbat,
& tertio honoretur loco. Sicque omnes accumbere iuſſit, nomine ſingulos
per ordinem, ſicut geniti fuerant, vocans: quamobrem eos in ſtuporem rapuit,
maiorique timori affecit, adeo vt ipſum omnia noſſe exiſtimarent, dicerentque
inter ſeſe: Putaſne eum ex ſcypho cognouiſſe, nos antea ſibi eſſe mentitos, dum
Gen.37. à fera peſſima Ioſeph diceremus eſſe occiſum? maximiſque ideo cogitationum
fluctibus agitabantur. Vt verò hanc eorum ſuſpicionem tolleret, ex propria
Gen.43. menſa partes ipſis dedit; amplioremque fratri ſuo Beniamim portionem, & quidem
maiorem decuplo, quàm cæteris tradidit. Iſtud porrò fecit Ioſeph fratribus
*al. edixit. ſuis, & ex ſcypho * oſtendit ſingulorum nomina: vt nimirum, crimen eorum
Gen.44. augeret. Tuncque iuſſit diſpenſatori ſuo, vt frumentum in copia daret ipſis B
*al. in ſacco. abſque pretio, & in * marſupio Beniamin clam ſcyphum deponeret, eoſque
gaudentes quàmprimum à ſe dimitteret. Qui cùm haud longè à ciuitate iam hilares
diſceſſiſſent, illos curſu inſecutus diſpenſator ipſius Ioſeph, duris verbis coarguere
cœpit, & contumelioſè inſectari, minaſque intentare, fures ipſos appellans,
& collati ſibi honoris indignos. Cui reſpondentes Ioſeph fratres, dixerunt:
Ibidem. Aurum quoque quod prius in marſupijs noſtris inuenimus, iterum Domino
noſtro retulimus: nunc autem ſcyphum Domini tui, quomodo furati eſſemus?
*al marſupia. Abſit id à nobis. Ille verò ad eos: * Saccos (inquit) veſtros deponite,
*al. ſaccos. vt perſcruter illos. Feſtinatoque deponentes ex iumentis * marſupia, inuentus eſt
*al. marſupio. ſcyphus in * ſacco Beniamin. Quod illi cernentes, ſciderunt veſtimenta ſua; cœperuntque
ſinguli eorum varijs minis, & probris atq; iniurijs onerare Beniamin: C
neque verò ipſum ſolum, ſed etiam Rachel ſimul, & Ioſeph cum patre inſimulabant,
Gen.37. dicentes: Vos ſcandalum extitiſtis patri * veſtro, tu, & Ioſeph, filij Rachel.
*al. noſtro. Ioſeph quippe regnare ſuper nos volebat, ideoque meritò a fera deuoratus eſt.
Gen.31. Tu verò rurſus frater ipſius, in ignominia & probro nos conſtituiſti. Nonne vos
eſtis filij Rachel, quæ cùm patris ſui idola furata eſſet, ſe illa furatam negauit?
Extollenſque vocem ſuam Beniamin cum ſuſpirijs, ac lachrymis, plenè ſatisfacere
ſingulis eorum incepit, ac dicere: Ecce Deus ipſe patrum noſtrorum nouit,
*al. ipſi beneplacuit. qui aſſumpſit Rachel, ſicut * ipſe voluit: qui mortem pulcherrimi Ioſeph minimè
*al. ſicut dixit, qui cuncta intuetur. ignorat: qui ſeruat ac cõfirmat Iacob conſolationibus in ſeparatione Ioſeph,
ipſumque modò conſolatur inuiſibiliter; ſicut * nouit, qui videt omnia noſtra,
Pſal.7. & Hier.11 17.20. quique ſcrutatur corda & renes: ipſe (inquam) ſcit, quòd nequaquam ſcyphum
hunc furatus ſim, vt dicitis; neque enim tale quid vnquam de eo cogitaui: ita D
videam ſanctam, venerandamque patris Iacob canitiem, vt cum gaudio ſancta
ipſius oſculer genua, vt ſcyphum iſtum minimè ſum furatus. Hei mihi, hei mihi,
Gen.37. ô Rachel: quid accidit filijs tuis? Ioſeph pulcherrimus, à fera (vt aiunt)
*al. interfectus eſt. * conſumptus eſt: ecce rurſus ego: ô mater, fur repentè, cùm neſciam, effectus
ſum; & quomodo in terra aliena ſeruus detinear, ignoro. Ioſeph in eremo cùm
deuoraretur à beſtia, clamauit, vt inueniret qui ipſum adiuuaret ac liberaret,
& non reperit. Ecce ego rurſus, ô benigna mater, fratribus meis ſatisfacere
conor: & non eſt qui me audiat, credatque mihi filio tuo. Aſſumpto itaque
Beniamin, reuerſi ſunt in ciuitatem ad Ioſeph, non habentes quod ſuper eo reſpondere
poſſent. Reſpondens autem Ioſeph, quaſi ira concitatus, dixit eis:
*al. recordatio ac cõpenſatio. Iſtane eſt beneficiorum meorum * remuneratio? Ideone honoraui vos, vt mihi E
ſcyphum meum, in quo vaticinari ſoleo, auferretis? Numquid dixi vobis:
non eſtis pacifici, ſed exploratores? Propter timorem Dei, hoc tamen ego agam
*al. ſeruũ meũ eſſe iubeo: vos autem ſalui hinc abite. vobiſcum: Eum, qui furatus meum eſt ſcyphum, in * ſeruum mihi vendico: vos
autem cum ſalute hinc abite. Accedenſq; vnus ex eis Iudas nomine, genu poſito
orabat ipſum, dicens: Ne, obſecro, iraſcaris domine, ſi loquar. Ipſe nos interrogaſti
Gen.44. ſeruos tuos, dicens: Habetis ne patrem, aut fratrem? diximuſque tibi
domino noſtro: Eſt nobis pater ſeruus tuus, duos filios habens, quos ſummopere
Gen.37. ſuper omnes nos diligit: & alterum quidem ex his fera peſſima in montibus
diſcerpſit, lugetque ipſum ſingulis horis pater meus, & in dolore ac gemitu
*al. vt ferè terram ipſam ad voces ipſius lu- hucuſque perſeuerat; atque adeò, vt * terra (ferè dixerim) ad vocem eius lugere
videatur; alterum verò eorum ſecum domi ſemper detinet pro ſua conſolatione,

A latione, loco prioris filij. At nunc, vt iuſſiſti, adduximus fratrem hunc noſtrum, & comperti ſumus ſerui tui in grauiſſima iniquitate, atque animi anguſtia. Supplico autem, vt ego ſeruus tibi ſim, pro puero iſto; modò puer cum fratribus abeat, redeatque ad patrem. Nam ipſum ego à patre noſtro ſuſcepi, & abſque eo ad patrem remeare non poſſum, ne amariſſimam patris mei mortem conſpiciam. Cùm porrò audiſſet Ioſeph commiſeranda verba Iudæ, cerneretque ipſos omnes quaſi dedecoratos adſiſtentes; videret item Beniamin, ſciſſa tunica ſua cum fletu ac planctu procidẽtem adſtantium genibus, vt ipſi Ioſeph pro ſe exorarent, eumque cum fratribus ad patrem * deſcendere ſineret: ad iſta ſupra modum planè turbatus eſt, commotiſque viſceribus ſuis, ſubitò omnes adſtantes iuſſit abſcedere. Quibus iam inde digredientibus, extollens vocem ſuam cum gemitu Ioſeph, dixit cum libertate ad eos * idiomate Hebraico: Ego ſum Ioſeph frater veſter, B non ſum conſumptus à beſtia, vt modo dicebatis. Ego ſum, qui nudus à vobis in lacum ſum proiectus. Ego ſum, quem vos Iſmaelitis vendidiſtis; qui dum omnium veſtrum genibus atque veſtigijs prouolueret, nemo ex vobis tunc erat, qui mei in eiuſmodi preſſura miſereretur: verùm vt immanes & feræ beſtiæ in me irruiſtis, meque perperam & indignè tractaſtis. Cæterùm fratres mei, nemo veſtrũ timore commoueatur: ſed potius gaudete & exultate mecum, quia ego iam regno. Et quemadmodum prius noſtro dixiſtis patri, quòd ego in montibus à fera peſſima occiſus, & deuoratus eſſem: ita nunc rurſus abeuntes læti renuntiate eidem, dicentes: Ioſeph filius * tuus viuit, & ecce ſedet in curru * regni, ſceptrum manu ſua tenens Regis Aegypti. Cùm autem vocem Ioſeph audiſſent fratres ipſius, præ timore atque tremore manſerunt velut mortui, cogitantes intra ſeſe C quantis eum affeciſſent malis atque iniurijs, immittentes ipſum in lacum, ac poſtea vendentes. Accedenſque ad eos Ioſeph, verus * ſanctæ propaginis Iacob palmes, magno amoris affectu oſculabatur ſingulos ipſorum, abſque vlla prioris iniuriæ recordatione, ſicut ipſum decebat: eoſque tum donis, tum honoribus valde lætos effecit, magnoque cum gaudio cunctos ad Iacob patrem ſuum remiſit, dicens ipſis: Nolite contendere omninò in via; at potius feſtinanter pergite ad patrem noſtrum, & dicite ipſi: Hæc dicit Ioſeph filius tuus: Fecit me Deus regem Aegypti: Veni pater cum gaudio, & vide filium tuum. Accede pater in lætitia cordis tui, vt angelicam venerandæ ſenectutis tuæ faciem adſpiciam. Et abeuntes cum feſtinatione, renuntiârunt Iacob omnia verba Ioſeph, quæ ipſis mãdauerat. Iacob verò, vt audiuit * nominari Ioſeph, ſuſpirauit amarè, & D illachrymans ait cum dolore ad eos: Quamobrem vos iterum conturbatis ſpiritum meum, vt denuò memoria recolam effigiem pulcherrimi, & dulciſſimi filij mei Ioſeph; dolorisque flammam, quàm penè extinctam in corde meo ſenſi, rurſum vultis accendere? Et accedens Beniamin, oſculatus eſt ipſius genua, & mentum, dicens: Vera ſunt iſta, quæ audiſti, pater optime, atque honeſtiſſime. * oſtenderuntque ei omnia, quæ à Ioſeph miſſa fuerant. Et tunc credidit verbis Beniamin; ſurgenſque cum tota domo, feſtinus, ac gaudens * deſcendit in Aegyptum, ad Ioſeph filium ſuum. Vt verò audiuit Ioſeph aduenisse patrem ſuum Iacob, proceſſit extra ciuitatem vnà cum magnatibus Pharaonis; magnoque * decore ac gloria illic occurrit ipſi. Cùm autem iam conſpexiſſet Iacob filium ſuum Ioſeph, cecidit ſuper collum eius, magno cum affectu, & gemitu dicens ad ipſum: Iam nunc lætus moriar, ex quo faciem tuam intuitus ſum, dulciſſime fili: adhuc enim E tu verè viuis. Et * glorificarunt ambo Deum. Quare & nos ſuper hiſce omnibus, gloriam referamus Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

gere dixerim; alterum autem ſecum domi cõtinenter detinet in ſolatium ſibi, &c.

* al. redire.

Gen. 45.

* τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ.

Gen. 37.

Ibidem.

Ibidem.

† al. frater noſter.

† al. in curru regni Aegypti, ſceptrum manu tenens regni.

Gen. 37.

† al. verum germen Iacob.

Gen. 45.

Ibidem.

Ibidem.

† al. nomen.

† al. V. C. oſtenditque.

* al. perrexit.

Gen. 46.

* al. honore.

Gen. 46.

* al. Et fleuerunt ambo pariter, glorificâruntq; Deum.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

Plura ad hiſtoriam Patriarchæ Ioſeph pertinentia qui volet, in varijs apud S. Ioannem Chryſoſtomum Homilijs reperiet, videlicet in cap. Geneſ. 37. Homilia 61. & Hom. 62. in cap. Gen. 39. ac Ho-

mil.63. in cap Geneſ.42. & in cap.42. Homilia 64. quæ incipit : Vultis vt & hodie hiſtoriam Ioſeph A tractemus, &c.] *item Homilia 65. in cap.Geneſ.46. quæ inchoatur :* Vidiſtis ex his, quæ heri dicta ſunt, dilectionem Ioſeph, & inexplicabilem clementiam, quam erga fratres ſuos declarauit, &c.] *necnon Sermone eiuſdem, de Ioſeph à fratribus vendito, cuius initium eſt :* Filij autem Iacob paſcebant oues patris ſui in Sychem, &c.] *Cui ſuccedit eodem Tomo 1. & alius eiuſdem Sermo de continentia Ioſeph, qui incipit :* Mihi quidem ſemper vtiliſſimus videtur ſermo, &c.] *Cuius quoque hiſtoria tangitur à Chryſoſtomo in libro 2, de prouidentia Dei, Tomo quinto, ac alibi ſparſim ſæpius, reperiturque etiam alius eiuſdem Chryſoſtomi Sermo Græcè in Vaticano de Ioſeph, & caſtitate, & in Ægyptiam, lectu digniſſimus, ſed nondum quod conſtet Latinè editus. item Baſilij Epiſcopi Seleuciæ Sermo elegans in eundem Ioſeph. De quo, & inter Latinos videre licet S. Ambroſium Epiſcopum, in libro de Ioſeph Patriarcha, ac præſertim cap.1. vbi habetur :* Sanctorum vita cæteris norma viuendi eſt, &c. *& S Auguſtinus in Sermone, qui primus eſt, Sabbato poſt ſecundam Dominicam in* B *Quadrageſima. nec non S.Fulgentium Epiſcopum in Sermone de Ioſeph. vbi exorditur :* Omnes præclari ſunt qui Dei myſterium gerunt; ſed illi potiſſimum clariores, qui venturum prædicauerunt Chriſtum : ſed inter omnes magnificentior Ioſeph, quòd claritatis eius imaginem, & paſſionem plena figuratione demonſtrat, &c.] *De cuius quoque vita, agit S.Gregorius Papa Magnus in Ezeciel.libro 2. Homilia 22. vbi habet : Ecce dum loquor, Ioſeph animum pulſat, &c. vbi pulchram Ioſeph hiſtoriæ expoſitionem adducit. Et S. Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis, in libro de Patribus veteris Teſtamenti, vbi ſic de eo narrare incipit :* Ioſeph princeps Aegypti, filius Iacob, ex Rachel ortus in terra Chanaam &c.] *ac S.Zeno Epiſcopus Veronenſis libro 1 Sermone 7. ſic de eo ſcribens :* Ioſeph Hebræus adoleſcens, clarus genere, clarior pulchritudine, morum quoque clariſſimus probitate; fuit inter filios Iacob ætate minor, ſed ſpiritu maior, &c.] *& S. Bernardus in Homilia 2. ſuper Miſſus eſt. de eodem alijq; plures. Sed de eo hic omnium copioſiſſimè atque pleniſſimè noſter ſcriptor* C *S. Ephræm, & accuratiſſimè ſanctam hiſtoriam Geneſis perſequitur atque explanat : & nonnulla quæ ibi prætermiſſa videntur, inter alia recenſet, nimirum, quomodo beatus adoleſcens in via Hippodromi captiuus tranſiens, ſuper matris Rachelis tumultum amariſſimi fleuit, ac pleraque alia; de quibus ex progreſſu hiſtoriæ, ac huius ſui pulcherrimi Sermonis legenti ac conferenti melius conſtabit : quin & haud pauca, quæ paullo ibi obſcurius referuntur, hic apertius enarrat; exprimitque, ſicut ſuis quoque locis patebit.*

SANCTI PATRIS noſtri Ephræm Syri, de laudibus Ioſeph Patriarchæ.] *Hic Titulus, ſiue inſcriptio Sermonis, variat in alijs atque alijs Græcis mſſ. nam in vno atque altero Vaticano habetur :* Beati Patris noſtri Ephræm Sermo, in Venditionem pulcherrimi Ioſeph, *vt etiam eſt in MS. Cryptæferrat. ac alijs. at in antiquis Cretenſi, ſiue Candiano Codice hic reperitur :* Eiuſdem oratio Encomiſtica in pulcherrimum Ioſeph. *Et al.* Eiuſdem S.Patris Ephræm Encomium in Patriarcham Ioſeph, *ſiue, vt reperitur alibi :* Eiuſdem S.Patris Ephręm Sermo in laudationem caſtiſſimi Ioſeph Patriarchæ.] *Quas lectionum varietates ex varijs Codicibus adducere hic viſum eſt, vt Lector delectum habeat : è quibus interim eam, quam in pluribus inuenimus, hic re-* D *poſuimus.*

Cùm autem in Aegypto regnaret Ioſeph accepta auctoritate aduerſum inimicos ſuos, adducuntur ſponte fratres coram tribunali ac ſolio eius, quem morti addixerát, &c.] *Vbi alia paullo aliter ſic ſe hic habet lectio :* Cùm verò in Aegypto iam Ioſeph regnaret, & poteſtatem ſuper inimicos accepiſſet, ecce adducuntur fratres ipſius ante ſolium eius, qui anteà ab eis in mortem venditus fuerat : & cum timore procidunt, adorantque coram eo, quem regnare ſuper ipſos noluerat, &c.] *ſitq; adluſio partim ad Geneſ 42. 43. 44. 45. & partim ad caput Geneſ 37. vbi à fratribus venditus, & in mortem traditus legitur, odijq; in eum cauſſa exprimitur : & quo pacto fratres, ipſum ſuper eos regnare noluerint, indicatur.*

Cùm autem indecentia quædam in fratribus ſuis animaduerteret, patri renuntiauit : reuera enim virtus ab iniquitate ſemper diſſentit, neque cum illa conuenire poteſt, &c.] *Vbi in alio Codice ad verbum magis ſic :* Cùm autem in fratribus ſuis nequitiam atque iniquitatem deprehenderet, modicè illam adnuntiauit parri, &c.] *adluſio porro fit ad illud Geneſ.37.* accuſauitque fratres E ſuos apud patrem crimine peſſimo, &c.] *vbi tamen in edit. LXX. legitur κατήνεγκαμ, id eſt, detulerunt, ſcilicet ipſi fratres Ioſeph, &c. ſicut etiam in hunc locum Chryſoſtomus, & Theodoritus. at Syrus, & Hæbræus hic prò (κατήνεγκαμ) legunt κατήνεγκεμ, id eſt, Ioſeph criminatus eſt fratres apud patrem, tanquam non modeſtos, neque bene compoſitos : quare etiam ab illis odio habebatur, &c. conſentiuntq; in hac lectione Symmachus, Aquila, & hoc loco Ephræm. de quibus plura in Schol.edit.LXX.*

Poſtea vbi habetur : Illis autem iter facientibus, accidit vt inciderent in via in locum Hippodromi, vbi ſepulta eſt Rachel : illic enim mortua erat, cùm rediret Iacob ex Meſopotamia, &c.] *alia ſic habet lectio : Iſmaelitis verò iter proſequentibus, contigit vt occurrerent, ac deuenirent in locum Hippodromi, vbi ſepulta eſt Rachel, &c.] ſit autem adluſio ad Geneſeos 35. vbi iuxta LXX. reperitur : Mortua eſt autem Rachel, & ſepulta eſt in via Hippodromi Ephrata : hæc eſt Bethlehem.*

A *Bethleem, &c. ac Geneſ. 48. vbi eſt: Ego autem, quando veni de Meſopotamia Syriæ, mortua eſt Rachel mater tua in terra Chanaan, appropinquante me ad Hippodromum Chabracha terræ, ad veniendum in Ephrata: & defodi eam in via hippodromi, hoc eſt Bethleem, &c.] vt legitur ibi in editione Septuaginta, licet paullò aliter ſit in vulgata, vbi neque Hippodromi ſit mentio. De quo etiam ſepulturæ loco, non multo poſt hic agit Auctor, vbi habet:* Cur adeò fles, & lachrymis mades, graui quippe mœrore angeris, ex quo ſepulchrum iſtud, cùm eſſes in via Hippodromi huius, vidiſti, &c.] *ſiue vt alia ibi habet lectio:* Quid ita grauiter lachrymaris atque contriſtaris, ex quo ſepulturæ locum vidiſti, cùm eſſes in via Hippodromi huius, &c.] *Vbi notandum porro occurrit, plura hic ab Auctore exprimi, quàm in ſacra Geneſis hiſtoria referri videantur: cuiuſmodi inter alia ſunt, quomodo beatus Ioſeph adoleſcens in via Hippodromi captiuus ductus, ſuper matris Rachelis tumulum ceciderit, atq; ita amarè fleuerit, &c. nam quæ diuinus ibi Scriptor de planctu Ioſeph ſuper ſepulchrum* B *matris facto reticuit, hic ab Auctore minimè omittuntur: ſicut & in plerisq; alijs conſiderare apud eum licebit poſtea.*

Cæterùm Iſmaelitæ aſſumentes Ioſeph, magno cum ſtudio deduxerunt in Aegyptum: ipſisque per medium ciuitatis prętereuntibus, ecce illis Pentephres quamprimum occurrit, qui dato eis pretio quantum voluerant, coemit ab ipſis Ioſeph, &c.] *vbi adluſio partim fieri videtur ad verba Geneſ. 37. in fin. cap. vbi in vulg. ſic:* Et illo perſeuerante in fletu, Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis magiſtro militum.] *ſiue vt eſt in editione Septuaginta:* Madianæi autem vendiderunt Ioſeph in Aegypto, Petephræ ſpadoni Pharaonis archimagiro.] *& partim hic Auctor reſpexit ad illa, quæ ſunt in principio cap. Gen. 39. in hæc verba:* Igitur Ioſeph ductus eſt in Aegyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus ſui, vir Aegyptius de manu Iſmaelitarum, à quibus perductus erat, &c.] *vt ibi legitur in vulg, at apud Septuaginta paullò aliter ſic:* Ioſeph autem depoſitus eſt in Aegyptum, & acquiſiuit eum Pentephres eunuchus Pharaonis archimagirus, vir Aegyptius de manibus Iſmaelitarum, qui deduxerũt eum illuc, &c. *vbi varietas quoq; lectionis conſideranda, & maximè in voc. (Pentephres)* C *quomodo nunc Phutiphar, nunc Petephres, & nunc Pentephres (vt hic apud Auctorem, ac alibi) legatur: de quo plura in Scholijs edit. 70.*

Poſtea vbi habetur: Cernens porrò Pentephres conditionem iuuenis, omnia quæ poſſidebat, per manus pulcherrimi Ioſeph, tanquam veri ſui filij, tradebat, &c.] *alia lectio habet:* Conſiderans autem dominus ipſius conſtantiam iuuenis, ac grauitatem morum, ſummamque diſciplinam: omnia quæ poſſidebat, per manus ſuas pulcherrimo Ioſeph, tamquam chariſſimo filio tradidit, &c.] *ſed magis hic placet* (διὰ χειρὸς, *ſiue* χειρῶν τοῦ παγκάλλου Ἰωσὴφ, *id eſt,* per manum, ſiue per manus pulcherrimi Ioſeph, tamquam chariſſimi filij, &c.] *vt eſt in priore. quæ etiam lectio conformior videtur Scripturæ, quæ eſt Geneſ. 39. vbi eſt:* Et conſtituit eum ſuper domum ſuam, & omnia, quæcunque ſibi erant, dedit per manum Ioſeph, &c.] *ac paullò poſt:* Et commiſit omnia, quæcunque ſibi erant, in manus Ioſeph: neque cognoſcebat quidquã eorum, quæ circa ſe erant, D præter panem, quem ipſe edebat, &c.] *ita ibi iuxta Septuaginta: ad quem haud dubiè locum hic reſpexit Auctor: licet tamen in vulg. paullò ibi legatur aliter.*

Porrò domina ipſius cùm adſpexiſſet Ioſeph eximia pulchritudine ornatum, corde vulnerata eſt amore & furore ſatanico, &c.] *ac paullò ibidem poſt:* Singulisque horis veſtitum mutabat, & faciem ſtibio, fucisque varijs pingebat, &c.] *Iſta, de varijs laſciuæ mulieris inſidijs, ac machinamentis, fallacijs atque artificijs Satanicis, quibus pulcherrimum ac caſtiſſimum Ioſeph ineſcare, & ad turpem ſui amorem pertrahere conabatur, hic adducit, amplificatq; Auctor: vt à ſimilibus immunditiæ baratris, improbisq; mulieribus, cauere ſibi, exemplo caſtiſſimi Ioſeph, diſcant homines, cunctaq; pericula euitent, ac curã ſemper ſalutis ſuæ habere ſatagant, &c. Quòd porrò hic dicit eam ſtibio, fucisq; varijs faciem depinxiſſe, magis ad oſtendendam procacitatem, & laſciuum animum impudicæ atque inhoneſtæ mulieris facit. Eſt enim ſtibium, ſiue ſtibi, quod &* ϛίμμι, *&* γυναικεῖον *appellatur, quo ad venuſtandam faciem, ſed potiſſimum oculos vtebantur. nam eius vis præcipua eſt circa oculos, quos dilatat, quorumq; etiam fluitiones, exulcerationesq; inhibere ſolet. vnde factũ eſt, vt & Græci illud* (πλατυόφθαλμον) *nuncuparint, ab oculorum nimirum dilatatione. quomodo & Hieremias Propheta eo vſus videtur vocabulo, vbi dixit:* Cùm pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componeris, &c] *ac apud Septuaginta:* Si vnxeris ſtibio oculos tuos, in vanum pulchritudo tua. *Ita Hierem. cap. 4. & S Hieronym. ad Furiam, vbi ait:* Non habuit criſpantes mitras, nec ſtridentes calceos, nec orbes ſtibio fuliginatos, &c.] *De quo etiam lege S. Chryſoſtomum in Epiſtola 8. ad Olympiam, non longe à fine, Tomo 5. necnon Pedacium Dioſc. capite 90. libro 5. & Plinium in hiſt. mundi, ac alios alibi. Refertur tamen etiam ad faciem illo indecenter depingi ſolitam, vt hic, & alibi apud S. Ephræm: ac apud S. Hieronymum, qui de ſtibio faciei alibi ſic loquitur:* Turpanda eſt facies, quam contra Dei præceptum purpuriſſo, & ceruſſa, & ſtibio ſæpe depinxi, &c.] *ita ille ad Euſtochium virginem in Epitaphio Paulæ matris, epiſtola 27. ante medium, ac alibi. De quo etiam, ac in illius deteſtationem, videre licebit, quæ adducuntur à noſtro Auctore ſupra, in Sermone de Compunctione animi in hæc verba:* Deteſtare varia tincturarum genera, ſtibia quoque, ac venuſtates, &c] *Sermo hic ſupra, hoc eodem tertio Tomo inter mo-*

S. Ephræm. Tom. 3.

ter morales habetur, incipitq́;: Venite dilectiſſimi: Venite patres, & fratres mei, &c.] *de quibus & illic in noſtris Scholijs.*

Ioſeph autem nimiam illam mulieris cernens impudentiam, confeſtim curſu extra domum in biuium exilijt; proprioque pallio in manibus eius relicto, cunctos diaboli laqueos conculcauit, & ſe ijs explicuit, &c.] *vbi alia lectio habet:* Ille verò nimiam mulieris admiratus inuerecundiam, illicò extra domum curſu proſilijt; atque effugit, &c.] *abſque illo* (εἰς τὴν ἄμφοδον ἐϖήδησεν, *ſiue* ἐξεϖήδησεν, *id eſt, in biuium exilijt, &c.*) *quod & in loco Geneſis 39. ad quem hic fit adluſio, deeſt, vbi apud Septuaginta ſic habetur:* Et attraxit eum veſtimentis, dicens: Dormi mecum. Et relinquens veſtimenta ſua in manibus eius, fugit, & exiuit foras, &c.] *at in vulgata paullò aliter ſic:* Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret. Et illa, apprehenſa lacinia veſtimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egreſſus eſt foras, &c.] *vbi quoque illud* (εἰς τὴν ἄμφοδον, *id eſt, in biuium*) *deeſt, quod tamen hic in duplici Vaticano antiquo Græc. MS. apud Ephræm reperitur, vt veriſimile ſit ipſum ſic legiſſe, vel alias id de ſuo explicationis gratia addidiſſe. Et de hoc facto Ioſeph. quomodo nimirum impudicæ mulieris blandimenta aſpernatus, relictis veſtibus aufugerit, pulchrè tractatur à S. Chryſoſtomo in Sermone de Ioſeph à fratribus vendito. cuius initium eſt:* Filij autem Iacob paſcebant oues patris ſui in Sichem; & dixit Iacob ad Ioſeph filium ſuum minorem; Vade fili, & vide quomodo ſe habeât fratres, &c.] *vbi inter alia de illo ſic habet:* Fruſtra, inquit Ioſeph, fruſtra mentis inimica tentatio: fruſtra me innocentem appetis: fruſtra mihi caſtiſſimo laſciuiæ verba immittis. Ego enim quod loqueris, fugio: quod quæris, nolo: quod deſideras, perhorreſco: ſolum metuo in cæleſtibus Deum, cuius diſciplinam ſeruo, integritatem diligo, caſtitatem cuſtodio, &c.] *ac paullò ibidem poſt:* Igitur poſtquam Ioſeph mulieris blandientis illecebras, ac ſerpentini oris colloquia aſpernatus, reſpuit: detentus ab eadem, relictis veſtibus fugit, &c.] *paulloq́; poſtea:* Fugit itaque Ioſeph, inquam, nudus, pudicitia & caſtitate veſtitus: fugit relictis veſtibus, innocentia, qua vicerat, tectus. Et cui impudica mulier indumenta detraxerat, eum ſanctitas ipſa tegebat, &c] *Reliqua huc facientia ex eodem petere licebit Sermone, vt & alio immediatè ibi ſequente, qui eſt in Ioſeph, ac de Continentia. quorum vterque primo Tomo Operum S. Chryſoſtomi habetur.*

Poſthæc, peccauerunt Regi Pharaoni præpoſitus pincernarum, & præpoſitus piſtorum; iuſſitque eos Rex iratus in carcerem conijci, ac in eo recludi: porrò Ioſeph miniſtrabat ipſis, &c.] *ita legitur in vno Græco MS. Vaticano, & altero Cryptafer. Cuius tamen vice, in alio antiquo Vaticano MS. ad verbum magis ſic reperitur:* Tempore autem illo dum caſtus Ioſeph in cuſtodia eſſet, peccârunt Pharaoni Regi Aegypti, duo quidam eius miniſterij, præfectus panis, & præfectus vini: iratusque eſt Rex valde ſeruis ſuis, & in ira iubet eos vinculis conſtrictos in domo carceris detineri, vbi erat Ioſeph. Et cùm vterque illic degeret, poſt aliquot dies, viderunt ambo ſomnium, ea, quæ ſingulis ipſorum breui obuentura eſſent, portendens, &c.] *Locus porrò Scripturæ notatur Geneſis 40. in principio capitis, vbi iuxta vulg. ſic eſt:* His itaque geſtis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Aegypti, & piſtor, domino ſuo. Iratuſque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat. alter piſtoribus) miſit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioſeph, &c.] *at in editio. LXX. ad verbum paullò aliter ſic:* Factum eſt autem poſt verba hęc: peccauit princeps vinariorum Regis Aegypti, & princeps piſtorum domino ſuo Regi Aegypti. Et iratus eſt Pharao ſuper duos eunuchos ſuos, ſuper principem vinariorum, & ſuper principem piſtorum: & poſuit eos in cuſtodia in carcerem, in locum, in quem Ioſeph erat abductus illuc. Fuerunt autem aliquot dies in cuſtodia; & viderunt vtrique ſomnium in vna nocte, &c.] *vbi inter alia pro* (principe vinariorum) *vt etiam apud S. Hieronymum in quæſtionibus, ſeu tradition. Hebraicis in Geneſim legitur, Græcè hic apud Ephræm, & in ſacro Codice* (ὁ ἀρχιοινοχόος) *eſt, poſſetq́; Latinè verti, præpoſitus pincernarum. S. Ambroſius cap. 6. legit,* præpoſitus vini, & præpoſitus piſtorum, &c.] *Aquila verò,* ὁ ποτιϛὴς, ϗ ὁ ϖέσσων, *id eſt,* pocillator, & panificus. *De quibus & alijs huc pertinentibus, vide Schol. edit. LXX.*

Recenſuit ergo ſomnia ſua Pharao coram Ioſeph, & cunctis magnatibus ſuis: confeſtimque facilem ſomniorum interpretationem ex ore Ioſeph audiuit, velut ex ore Dei. Obſtupefactus autem Pharao, &c.] *Hæc in alio MS. Vaticano paullò aliter ſic:* Dixit autem Pharao ſomnia ſua coram Ioſeph, cunctiſque magnatibus ſuis: & facilem confeſtim audiuit expoſitionem ex ore Ioſeph, tamquam ex ore Dei, Aiebat enim ad ipſum: Sciat Pharao virum ſapientem atque potentem: & conſtituat eum, vt congreget fruges plurimas, quę ſint aduerſus ſterilitatem in tempore penuriæ. Obſtupefactus autem rex Pharao ad tantam adoleſcentis ſapientiam, excellentiſſimumque eius conſilium, quod dederat, continuò dixit ad ipſum: Teipſum ita rectè conſulentem, hodie conſtituo ſuper totam Aegyptum: vt in verbo oris tui accipiat iudicium, ac diſponatur Aegyptus, & omnes domus mea, &c.] *ita ibi. Lector eruditus varietatem conſideret atque expendat, delectumq́; lectionis habeat.*

Poſtea ibi: Quæ dum vxor Pentephres audiret, illum metu releuabat, ſic ad eum dicens: Notum ſit tibi hodie peccatum meum, quod commiſi, &c.] *alia lectio ad longum habet:* Quibus compertis, mulier virum metu releuabat, meliusque ſperare iubebat, ita dicens: Patefaciam tibi hodie peccatum meum, quod admiſi: Ego ſum, quæ pulcherrimum, caſtiſſimumque Ioſeph adamaui: cumq; per ſingula momenta varijs blandimentis, ac pluribus ornatibus caſtiſſimo iuueni inſidias ſtruerem, vt dormire cum eo poſſem, eiusque præcellenti pulchritudine ſatiari; prorſus nequiui compos voti mei fieri, & ne verbum quidem conſenſionis ab eo obtinere: quin & vi ipſum tenere contendi, vt vel parumper me toleraret, ipſe verò foras aufugit. Quando enim tibi pallium eius oſtendi, ego eram quæ vim illi inferre volueram, & meis ex manibus in biuium proſilijt, atque effugit, ſuo mihi relicto pallio. Ego itaque auctrix ac conciliatrix ipſi ſum regi & maximæ gloriæ, &c.] *ita quaſi ad verbum in ſupra citato MS. Vaticano Codice, vbi etiam quo pacto* εἰς τὴν ἄμφοδον ἐξεπήδησεν, *id eſt, in biuium exilierit, habetur, quod aliàs in ſacro Cod. deeſt, ſicut & ibi demonſtrauimus. Sunt porrò hæc verba vxoris Pentephres, ſiue al. Phutipharis, ad ipſum Pentephren metu perculſum, animoq; conſternatum, poſtquam audiuit Ioſephum iam dominari in Ægypto, quam antea, incarcerandum iuſſerat: quæ hic, quaſi ſic geſta interlocutoriè introducit, enarratq; Auctor; licet non ita in ſacra Geneſis ſit hiſtoria, vbi iſtud mulieris cum marito colloquium non recenſetur.*

Acceptis ergo mandatis patris, filij Iacob deſcenderunt in Aegyptum, vt alimenta ſibi compararent: quò cùm perueniſſent, acceſſerint ad Ioſeph, vt cibos emerent; non autem agnoſcebant eum, quòd frater ipſorum eſſet, &c.] *Vbi alia in antiquo Cod. MS. Cryptæferr. lectio habet:* Acceptis itaque mandatis, decem filij Iacob deſcenderunt pariter in Aegyptum, ad coëmenda ſibi alimenta, *&c. at in priore Latina verſione Camaldul. hic legitur:* Acceptis mandatis patris filij Iacob, deſcenderunt omnes emere ſibi cibos, &c.] *ſed quomodo omnes, ſi Beniamin deerat? ergo vel omittendum hic* (πάντες) *id eſt, omnes) aut ſanè legendum:* Acceptis mandatis patris, decem filij Iacob deſcenderunt omnes in Aegyptum, vt emerent ſibi alimenta, &c. *vt eſt in alio Græco Cryptæfer. MS. Hiſtoria porrò hæc refertur in Gen. cap. 42. vbi in vulg.* Deſcendentes igitur fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Aegypto, Beniamin domi retento à Iacob, &c. *at iuxta edit. LXX. ſic:* Deſcenderunt autem decem fratres Ioſeph, emere frumentum ex Aegypto. Beniamin autem fratrem Ioſeph, non miſit cum fratribus ſuis, &c.] *ex quibus etiam quæ hic Auctoris lectio potius ſit tenenda ſatis liqueſcit.*

Duodecim eramus omnes numero & vnus quidem ex his à fera peſſima interemptus eſt, lugetque ipſum pater in hanc vſque horam: alius autem frater cum patre noſtro eſt relictus in ſolatium illius. Responditque ipſis rurſus Ioſeph cum iracundia dicens, &c.] *vbi alia ſic habet lectio:* Fuimus aliquando duodecim numero: ex quibus vnus pulcherrimus, ac chariſſimus Patri, à mala ac ſæua beſtia peremptus eſt, lugetque illum pater in hunc vſq; diẽ. Frater verò alius, Patri noſtro adeſt in terra Chanaan, relictus in ſolatium Patris. Adhuc autem cum iracundia reſpondit eis Ioſeph, tollensque Symeonem vinculis tradidit, & dixit: Quoniam ego quidem Deum ſanctum timeo, & reuerenter colo; accipite eſcas, & continuò ad patrem veſtrum pergite, ſi vera dicitis, ac fratrem veſtrum minimum, quem ipſe amat, huc ad me adducite, ſicque tandem credam vobis, &c.] *vt ad verbum quaſi eſt in alio MS. Vat. Lector vtramque lectionem conferat, ſecumq; examinet, ac quam maluerit ſibi deligat. Locus hiſtoriæ ſacræ, eſt Geneſ. 42. vbi iuxta LXX. habetur:* Duodecim ſumus pueri tui, fratres in terra Chanaan: & ecce iunior cum patre noſtro hodie; alter autem non eſt, &c. *at in vulg.* Duodecim ſerui tui fratres ſumus, filij viri vnius in terra Chanaan: minimus cum Patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper, &c.] *De Symeone porrò in vinculis detento, donec Beniamin ad Ioſeph adduceretur, etiam ibidem clarè habetur, & enarratur.*

Ioſeph, vt conſpexit fratrem ſuum Beniamin magno cum metu adſtantem, commota ſunt viſcera eius propter ipſum, cupiebatque hunc fratrem ſuum complecti ac deoſculari, &c.] *Hæc in alio Cod. paullò aliter ſic leguntur:* Qui poſtquam iam intuitus eſt fratrem ſuum Beniamin magno cum timore atque pauore adſtantem, commota ſunt vniuerſa viſcera eius ſuper ipſum; quærebatque illum complecti atque exoſculari, & cum intimo affectu interrogare, numquid verè adhuc viueret Pater; & num Ioſeph in ſuo adhuc corde teneret? Quem cùm amplecti, vel vltra interrogare non poſſet, introiuit in cubiculum ſuum, & fleuit affatim, &c.] *Locus eſt Gen. 43. vbi in edit. LXX. legitur:* Turbatus eſt autem Ioſeph: conuoluebantur enim inteſtina eius ſuper fratrem ſuũ; & quærebat flere. Ingreſſus autem cubiculum, fleuit illic, &c.] *Cæterùm pro* (τὰ ἔγκατα, *id eſt, inteſtina) vt ibi eſt, alij Codices* τὰ ἔντερα *habent, quod idem valet: alij verò* (τὰ σπλάγχνα, *id eſt, viſcera) vt hic legitur apud S. Ephræm, & in vulg. Gen. 43.*

Denique vbi apud Auctorem habetur: Quibus iam digredientibus, extollens vocem ſuam Ioſeph, dixit ad eos idiomate Hebraico Ego ſum Ioſeph frater veſter, &c.] *notandum occurrit, illud* (τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, *id eſt, Hebraico idiomate, ſeu lingua) eſſe quidem in MS. Codic. Vatic. ſed deeſſe in alijs: quod tamen haudquaquam ſuperuacaneè, ac fruſtra etiam addi videtur: nam cùm antea per Interpretem cum fratribus ſuis locutus ſit, vt eſt Gen. 42. non eſt mirandum, ſi propria eos lingua poſtea alloquatur, volens paullò familiarius atque liberius cum illis agere, ac ſe ipſis patefacere, &c.*

EIVSDEM *

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

in S. Danielem Proph. & in SS. Tres pueros.

Et in eos, qui dicunt: quia tempora mala ſunt, ideo ſaluari * nequimus.

AGITE, iam contemplemur DANIELIS Prophetæ, & Sanctorum TRIVM PVERORVM geſta, quales hi Sancti extiterint in diebus illis, quando tradidit Dominus ciuitatem Hieruſalem, propter peccata populi; in manus Nabuchodonoſor Regis Babyloniæ. Attenderunt autem hi ſibi ab ineunte ætate, tutò: quare & in tantis, adeoque varijs periculis, atque vexationibus † probi ſunt reperti. Cuiuſmodi enim nō exantlarunt labores in confuſione facta, in illa captiuitate, pueri illi adeò pij, ac Deum amantes? & primùm quidem ſpectantes electum populum ab Aſſyrijs ita crudeliter diuexari. ait quippe Hieremias: Facies ſacerdotum non † ſuſceperunt, neque ſenum miſerti ſunt. Principes manu ſuſpenſi ſunt, & pueri in ligno infirmati ſunt, & quæ ſequuntur. Cernentesque ſanctam ciuitatem ab iniquis vaſtatam, & Dei templum igne combuſtum; & vaſa ſancta iniquorum manibus contrectata, ac in idolorum templis repoſita, Prophetasque vinculis ferreis conſtrictos: non tamen ob hæc cor eorum conuerſum eſt retrorſum, nec ſunt obloquuti Deo, neque vacillarunt: ſicut quidam alibi ait: Ecce hoc malum à Domino eſt: quid amplius exſpectabo à Domino? Poſtea adhuc captiui ducti, immenſum, per viam, coguntur ſubire laborem: dum ærumnas in ea varias cum nuditate patiuntur, famemque tolerant, eo quod ſe ab illicitis prorſus pollui nollent. Sub hæc in Babylonem ducti, aliud eos certamen manet. Fit electio ſelectiſſimorum puerorum, vt habet Scriptura: inter quos, connumerati ſunt Daniel, Ananias, Azarias, & Miſael. Cæterùm honeſtatis inimicus, conſpiciens nihil in obſidione ſanctæ ciuitatis, eos valuiſſe abſtrahere à Domino: neque in via, vt eſcis ſe contaminarent, illos inducere potuit. Quare in cor impij Regis ſeſe immittit, ſuadetque vt per ſingulos dies, rex conſtituat eis annonam de cibis ſuis, & de vino vnde bibebat ipſe: ſicque eos enutriat annis tribus, vt ſcilicet & per tyrannidem illos compelleret veſci cibis illicitis. Et vide hîc malignitatem Draconis: quandoquidem non ad diem vnum, neque ad menſem dierum, conſtituit præfinitum tempus: verùm ad tres vſque annos prorogauit certamen, vt partim timore, partim temporis diuturnitate, tandem ſubſterneret † amatores diuini cultus. Verùm hi, neque in illo virilem ſuum animum depoſuerunt, neque patriam legem † erubuerunt; rogantes clanculum eunuchorum præfectum, vt ipſis legumina dentur ad veſcendum, ne polluantur de menſa regis: non timentes periculum, quod niſi paruiſſent, aut ſi repugnaſſent, imminebat. Deinde licet princeps eunuchorum adduci nequiret, vt legumina ad veſcendum ſuppeditaret; non tamen ideo à pietatis ſcopo receſſerunt. Dominus enim glorificantes ipſum glorificat, & magnificat. volensque ad illuſtriora adhuc certamina eos reſeruare, diſponit ac præparat † Amelſad, quem conſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam, Miſaelem, & Azariam, vt daret ijs ſicut poſtulauerant. Et vt cognoſcas Dei illud opus fuiſſe, quod fiebat: comperti ſunt & illuſtriores exteriori corporis forma atque aſpectu, & in omni diſciplina ac ſapientia magis inſtructi, præ omnibus pueris qui veſcebantur cibo regio. Quòd ſi meticuloſi, aut impotentes † animi fuiſſent, nonne huiuſmodi vſurpaſſent verba: Quid agendum fratres? regia nos conſtringit neceſſitas, comminationes mortis intentantur; quid nobis per inobedientiam tormenta comparamus? Deo ſic viſum eſt, qui dum contuetur vim nobis illatam, etiam nobis † tranſgredientibus propter neceſſitatem, ignoſcet. Extra patriam ver-

* al. nequeo.

Dan.1.2.3.
Hiere.32.33.34.35.&c.

†al. probati.

Thren.4.

†al. non ſunt veriti. al. non erubuerunt

Thren.5.
Hiere.34.35.

4.Reg.6.

Daniel.1.

Ibidem.

Ibidem.

*al. ἐργάτας. i. operarios, ſiue operatores pietatis.

*al. προδόντες .i. prodiderunt.

Dan.1.
Ibidem.

1.Reg.2.
Dan.1.

† in vulg. Latin. (Malaſar.) at in Græco legitur: Ἀμελσάλ, & ἀμελσάδ

Ibid. Dan.1.

* al. dubij animi.

*al. pro παραβαίνουσιν, eſt παρανομήσασι, idemq; & cõ-

A verſamur, in ſeruitutem redacti ſumus; regionem noſtram perdidimus, proprijs
eiecti ſedibus: quòd ſi ex dura hac educatione, morbo aliquo corripiamur; quis
noſtri curam geret, aut nos viſitabit? Non præſto nobis erit pater, non mater, non
fratres, non propinqui; nec quiſquam alius, à quo ſolatium accipiamus in noſtris
anguſtijs: omnes ad egeſtatem, & in ſeruitutem redacti, apud gentem premimur
alienam. Nullum planè ſecundis rebus vtentem videmus, præter eos duntaxat qui
ſunt regiæ menſæ participes: quin & nos mortuos ne ſepultura quidem dignabuntur;
ſed canibus deuoranda noſtra corpora proijcientur. Verùm nihil horũ apud
ſe cogitarunt Dei ſerui; neque etiam quòd tantopere eſcam leguminum appeterent,
hanc ſibi delegerunt diætam: ſed quòd pro veritate certamen ſubirent. Tu
B igitur diſcerne mihi gloriam eorum, qui regio cibo ac pretioſo vino ſatiati ſunt,
& pro veritate laborare noluerunt; ab his, qui delicias vitæ huius à ſe propulſarũt,
& labores pro veritate ſubierunt: Quibuſcum partem dignetur largiri nobis Dominus,
vnà cum omnibus Sanctis ſuis. Amen.

tra legem agentibus.

Carnalium mẽtium cogitationes, atque anxiæ ſolicitudines.

NOTA.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

DE DANIELE, & TRIBVS PVERIS, poſt plurima in diuinis Scripturis adducta etiam
non pauca lectu digniſſima inuenies apud Ioſephum, antiquit. lib. 10. cap. 12 vbi horum hiſtoria plenè
recenſetur. necnon apud S. Chryſoſtomum in Homilia de Tribus pueris, circa finem tom. 1. cuius
C *initium eſt: Trium puerorum ſermo tractabitur, &c.] alijq; plures eiuſdem Chryſoſt. de iiſdem Sermones*
Græcè reperiuntur nondum editi. De quibus etiam lectu digna habet S. Athanaſius, in Sermone ad
virgines, ſiue de Virginitate, ac meditatione, poſt initium. vbi multa in laudem Danielis & Trium puerorum
in medium adfert. Et S. Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis in lib. de Patribus veteris teſtamen. ac S.
Fulgentius, in Serm. de Tribus pueris, qui incipit: Vicina eſt liberatio redemptorum, quia iam triumphat.
libera captiuitas puerorum, &c. Item S. Zeno Epiſcop. Veronenſ. lib, 2. ſuorum Sermonum, Serm.
30 31. 32. 33. 34. 35. & 36. Quibus deniq; accedit & Commentarius Simeonis Metaphraſt. de Propheta
Daniele, & de ſanctis Tribus pueris. qui incipit. Cùm Nebuchodonoſor Rex Aſſyriorum ciuitatem Hieruſalem
bello cepiſſet, &c, vbi copioſè de his agitur.

Ait enim Hieremias: Facies Sacerdotum non ſuſceperunt, neque ſenum miſerti ſunt. Principes
manu ſuſpenſi ſunt, & pueri in ligno, &c.] *Vbi in edit. 70. Thren. 4. ſic: Facies Sacerdotum non acceperunt,*
& prophetarum non ſunt miſerti, &c.] In pleriſq; tamen loco (prophetarum) legitur (ſenum) ac
pro (ſuſceperunt, vel acceperunt) non erubuerunt, vel non ſunt veriti.] vt hic quoque apud S. Ephræm,
D *& in vulg. vbi eſt: Facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.] Sequitur ex Thren. 5.*
poſtea: Principes manu ſuſpenſi ſunt, &c. paucisq; in ſacro Cod. interiectis: [& pueri in ligno infirmati
ſunt, &c.] quomodo in edit. LXX. ac hic apud Ephræm. At in vulg. ſic: Principes manu ſuſpenſi ſunt,
facies ſenum non erubuerunt, adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt; & pueri in ligno corruerunt, &c.] Reſpicit
autem hic Auctor partim ad verba Hierem. Thren. 4. & partim Thren. 5. vt in ſimilibus ſæpe alibi.
De quibus, & in Scholijs edit. LXX.

Sequitur paullo poſtea hic apud Auctorem: Ecce hoc malum à Domino, quid amplius expectabo
à Domino? *Locus eſt 4. Reg. 6. concordatq; lectio Ephræm, cum LXX. Pro quo, vulg. ſic:* Ecce tantum
malum à Domino eſt quid amplius expectabo, &c.] *vbi editio Cõplut. habet:* quid orabo Dominum
amplius? *& iuxta Hebræ.* quid expectabo Domino vltra? *per ſubauditionem præpoſitionis*
(à) & ſic in Græco textu Ephræm, & LXX. vbi etiam ea abeſt, quam ideo ex vulgat. hic adiecimus atq;
ſuppleuimus, & (à Domino) *repoſuimus.*

Diſponit ac præparat Amelſad, quem conſtituerat Princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam,
E Miſaelem, & Aſariam.] *Vbi pro* (Amelſad. *ſiue* Amelſal, *vt in alio eſt Codic. legitur in vulg.*
Malaſar. *ſed editio LXX. cum lectione Ephræm in hoc conſentit, vbi iſte locus Dan 1. ſic legitur: [Et dixit*
Daniel ad Amelſad, quem conſtituerat Princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam, Miſael,
Aſariam, &c] ac paulò ibidem poſt: Et fuit Amelſad tollens cibum eorum, & vinum potus eorum;
& dabat eis ſemina, &c.] ſicq; ferè apud alios etiam antiquos Patres, præſertim Græcos.

Comperti ſunt & illuſtriores exteriori corporis forma atque aſpectu, & in omni diſciplina ac
ſapientia magis inſtructi, &c.] *Adluſio clara eſt ex verbis Dan. 1. ſed ad verbum, apud Ephræm hic*
eſt Græce: ἐν τῃ γραμματικῇ σοφίᾳ. *i. in Grmamatica ſiue litterata ſapientia. notatq; S. Hieronym. pro hoc;*
Symmachum interpretatum eſſe hic artem Grammaticam; vt videri poſſit hæc eadem cum lectione Symmachi.
vbi tamen in editione LXX. ἐν πάσῃ γραμματικῇ, ϗ σοφίᾳ. *i. in omni litteratura ſiue diſciplina;*
& ſapientia.] quomodo etiam hic textum Græcum Ephræm, ex ſacro Cod. tranſtulimus, Cæterùm in vul.
hic Lat. eſt: Pueris autem his dedit ſcientiam & diſciplinam in omni libro & ſapientia.] ſicq; in Schol.

Græc. ἐν πάντι τῷ βίβλῳ. i. in omni libro, &c. Sed iſta ac ſimilia eruditis plenius examinanda, conciliandaq; relinquimus: nobis lectionum varietatem, & in pleriſque concordantiam oſtendiſſe ſat ſit. A

EIVSDEM *

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,
SERMO IN IONAM PROPHET.
Et, de Pœnitentia Niniuitarum.

IONAS Hebræus, ex mari reuerſus, inter incircunciſos prædicat in B
Ionæ 1.2.3. Niniue, ciuitate ſuperba & inſoleſcenti: quam quidem ingreſſus
Propheta, formidabili ſua voce turbatam, & attonitam reddidit.
Ionæ 1.3. Ciuitasque gentilium, confeſtim prædicatione filij Amathi, deterrita
eſt: & velut mare, vndique turbabatur eius voce, qui ex profundo
reuerterat. Et cum deſcendiſſet in mare, conturbauit illud:
& reuerſus in aridam, illam confeſtim exagitat. Concuſſum eſt mare per orationem
Ionæ 2.3. eius: & terra prædicatione ipſius conſternata eſt. Agitatum atque deterritũ
eſt mare, precatione eius: & terra, ob magnam pietatem & miſericordiam Dei,
Ibidem. obſtupuit. In ventre ceti ingentis orabat: ſimiliter & Niniuitæ, in ciuitate magna.
* τῆς πτώσεος. Oratio Ionam ex ventre ceti liberauit: & deprecatio Niniuen à lapſu * atque ruina C
* al. Niniuitæ. præſeruauit. Fugit Ionas à facie Dei: eodem etiam modo † Niniue, à lætitia &
* δικαιοκρισία. oblectatione. concluſitque duos iuſtum * iudicium, tamquam debitores quoſdam:
& protulerunt ei ambo pœnitentiam, vt partes ambæ liberarentur. Ionam
* μεταξὺ τῆς intra * continentem conſeruat: & à ſeipſo didicit propheta Ionas, æquum eſſe vt
ἠπείρου. viuant, qui pœnitentiam agunt. formam quippe & exemplum ipſi dedit diuina
* al. aſcendit. gratia. Ionas pœnitentiam faciens, † reuertitur ex mari, vt ciuitatem * demerſam
* βυθισθεῖσαν. reduceret. Perturbata eſt tota ciuitas, ſicut & mare, per vocem Ionæ. Ex profundo
Ion. 2.3. aſcendens iuſtus Ionas, os ſuum aperuit: & Niniue audiens, illico turbata eſt.
Iudæus prædicans, magnũ ciuitati terrorem incuſſit, mortem diuulgans apud auditores
ſuos. Conſtitutus eſt prædicator medicus, inter gigantes: & ex profunditate,
† ἔκλασε. velut pueri perterrefacti ſunt. Fregit † atque inflexit ſua voce corda Regum:
quia illorum vrbem ſuper ipſos † euertebat, vna voce omnem eorum ſpem præcidens D
* i. euerſum iri dicebat. nam poculo iracundiæ atque excandeſcentiæ potabat eam. Audierũt
Ion. 3. Reges, & humiliati ſunt; proiectisque coronis ſuis, luxerunt: & pro ſplendido amictu,
ſaccis induti ſunt. Audierunt ſeniores multo honore digni: & ſua capita
† al. coram pauperibus. cinere contexerunt. Audierunt diuites: & ſubitò theſauros ſuos † pauperibus
aperuerunt. Audierunt creditores: & mox tabulas † ac ſyngraphas quas habebant
† γραμματεῖα. ſciderunt, adhuc † ijs præterea largientes. Audierunt debitores: & ſecum cogitabant,
* al. debitoribus commodantes. iuſtum id eſſe, vt quæ debebant, redderent. nam quiſque ſtudebat, quæ
ſalutis ſuæ eſſent, curare, & Deum placare. Non erat ibi homo, qui ſubdola aliqua
† γριπίσαι. vafritie vellet quidpiam † lucrari: quoniam omnes vna iuſta voluntate atque
al. piſcari. propoſito in animum induxerant, qua ratione animam ſuam lucrari poſſent.
† τὰ σῦλα. Vocem Ionæ audientes fures, dominis † ſpolia quæ abſtulerant, reſtituerunt:
& inſanorum † more, qui à furibus erant ſpoliati, ne vllo quidem modo ſumebant;
† μωροποιήσαντες. ſed illis remittebant, & concedebant: ſe enim quiſque iuſtè dijudicans, humaniter E
ac benignè in proximum ſe gerebat. Audientes homicidæ, confitebantur
ſe iudicum timorem deſpexiſſe. Audierunt iudices, & condonârunt:
quia in tremenda illa ira, non erat qui iudicaret. nam quilibet benignitatem ſeminare
ſtudebat, vt & ipſe indulgentiam ac veniam ex ea metere poſſet. Audierunt
peccatores vocem Ionæ: & ſuas ipſi actiones confitebantur. Audierunt
quoque ſerui: & ampliorem ſuis dominis honorem detulerunt. Ad vocem Ionæ
† πλούσιαι, καὶ σοβαραί. opulentæ † ac ſuperbæ fœminæ elationem ſuam ac faſtum in ſacco humiliabant.
At noſtra pœnitentia, ſi cum Niniuitarum pœnitentia comparetur, velut
Pœnitentia noſtra in comparatione Niniuitarum, nulla. ſomnium quoddam eſt, & tamquam vmbra meridiana. Niniuitæ multas eleemoſynas
contribuerunt: & nos non ceſſamus iniuria afficere alios. Niniuitæ, cum honore

A honore ſeruos liberare donabant: vos autē liberos nolite iniuſtè in ſeruitutem redigere. Cum enim Ionas in Niniuen ciuitatē illam magnam eſt miſſus, vt eam peccatorum debitis liberaret; non ſe armis atque haſtis, ſed *præconio armauit. Medicus erat miſſus, ad incidenda illorum vulnera: & acribus *atque adſtringentibus medicamentis mundare volens morbos, aperiendo oſtendebat ipſis * eorum vulnera. Miſit Ionam diuina gratia in ciuitatem, non vt illam ſubuerteret, ſed vt curaret. Non dixit ad *eam Ionas: Reſipiſce. oſtendens ægrotantem confugere debere ad medicum. Excluſit eos ſpei foribus: vt quantitatem ac magnitudinem morbi ipſis declararet. Pulſarunt, veriti ſuam ipſorum damnationis ſententiam; eamque ieiunijs & orationibus reſciderunt, vt quantum pœnitentia valeret, demonſtraretur: nam ſententiam † iſta Dei immutauit, atque diſſoluit. B Peccatorum ægritudine detinebantur: & ſicut enſe, formidabili voce ſua Ionas perſuaſit ipſis. non quidem vt eos concideret, atque vaſtaret: verùm vt eo viſo, à malis, quæ morbos pariunt, deſiſterent. Medicus erat, qui morbos curaturus aduenerat: nudatumq; enſem ſuum infirmis exhibuit. Adſpexit eum ciuitas inſtar lictoris conſiſtentem, ac gladium iræ tenentem: & ſtatim conturbata eſt. Ex lecto, ægroti diligenter ac feſtinanter præ timore ad pœnitentiam currebant: & vox Ionæ, gladij inſtar, diuturnas putredines, atq; incurabilia vlcera incidebat: medicus enim erat, infirmos curans in virga comminationis. Plus quàm * cæteris pharmacis, medici erga ægrotos blanditijs vtūtur: at Ionas multa auſteritate ac minis. & populus ille velut ęgrotus ex ſuo fugit lecto: cernebat enim virgā iracundia atq; furore plenam, quæ ſanabat laborantes morbis concupiſcentiæ; ſingulique timore C ſanabantur. Varia regum obſonia prætermittebantur * atque ceſſabant; ſimiliterq; ſumptuoſa principum prādia. Quòd ſi matres tunc ſuos infantes non lactabant; quis inter ipſos, delicias requireret? Pecora ab aquis cohibebantur: quis igitur inter eos eſſet, qui vinum omninò biberet? Et ſi Rex ſeipſum ſacco induebat; quis ex ijs foret, qui ſplendido ſe amictu veſtiret? Et ſi meretrices tunc modeſtæ, ac continentes cernebantur: quis eſſet, qui ſe fornicationi † atque libidini emanciparet; vel etiam nuptui † ſe traderet? Si diſſoluti ac immodeſti, metu perculſi, reſipiſcebant, modeſtoſque ſe exhibebant; quis eſſet inter illos, qui prorſus rideret? Si hilares, tunc cuncti flebant, atque lugebant; cui, obſecro, res ludicræ placerent, iucundæq; viderentur? Si fures † iuſtitiam colebant; quis auaritiæ indulgeret? Et ſi ciuitas metu concidebat; quis ibi domum conſeruaret? Aurum in terram proiectum iacebat, & nemo erat qui furto illud auferret. Aperuerant theſauros, & non erat qui raperet. Cohibebant luxurioſi ſuos oculos, ne laſciuè atque impu- D dice mulierum pulchritudinem conſpicerent. Studebant fœminæ ſuam obſcurare venuſtatem; ne aſpicientes, in † ijs aliquod ſcandalum paterentur. Vnuſquiſque enim de proximo pariter curando, ſollicitus erat: vt omnes ſaluarentur. Vnuſquiſq; proximum, ad preces, & confeſſiones hortabatur: & effecta eſt tota ciuitas, velut corpus vnū. Vnuſquiſq; enim obſeruabat, ne quis laberetur inter ipſos. Nullus ibi precabatur, vt ſolus redimeretur: verùm vt membra, ſinguli pro ſe mutuò deprecabantur. Nam tota ciuitas, ſicut homo vnus, erat appellata; vt euerſioni & interitui traderetur. Rogabant iuſti pro peccatoribus, vt etiam illi ſaluari ſecum poſſent: viciſſim autem peccatores ad Deū clamabant, vt iuſtorum voces exaudiret. Animum tuum diligenter intende chariſſime, & conſidera quomodo in tam vehementi pariter degebant planctu: nam infantium eiulatus cùm valde eſſet mi- E ſerabilis, totam ciuitatem ad fletū ac luctum excitabat. Ploratus filiorum cum lachrymis † aſcendens, corda & viſcera parentum turbabat. Senes, lamentationibus ſeipſos † obruebant; euulſiſq; ſibi canis crinibus, in terrā eos proijciebant. Iuuenes autem dum in tantis cernerent lamentis ſenes poſitos, amplius ſuas ipſi voces extollentes, cum eiulatu atque ploratu pariter clamabant: quia concorditer vnico temporis momento moriebantur, ſepeliebant & ſepeliebantur. Apprehendebāt filij matres, & vtrimque trahebant eas, vt ipſos à morte eriperent. Infantes & pueri præ horrenda illa voce, in ſinum matrum cum eiulatu ſeſe † condebant. Veſperi & mane dies enumerabant, quibus prædicauerat Ionas, & quot adhuc ſupereſſet, vſque ad ſtatutum diem. Eiulabant cum lachrymis, patreſq; ſuos interrogabant: O patres, veſtris amantiſſimis enarrate filijs, quot iam dies tranſierint; &

Locus in Græcò mendoſus.

*κηρύγματι.

*ςυπτικοις.

*τὰ αὐτῶν τραύματα.

*al. non dixit ipſis, vel ad ipſos Ionas: reſipiſcit.

†al. Sententiam enim, qua illos Deus damnauerat, iſtà diſſoluit.

*ὑπὲρ ἄλλων φαρμάκων.

*ἤργησαν.

Ionæ.3.

†συνουσιαζόμενος.

*ἐγγαμίζων.

*κλέπται ἐδεκαιοῦντο.

*al. ex ipſis.

Ciuitas tota, velut corpus vnum.

Tota ciuitas, ſicut homo vnus.

*ἐν δακρυσὶ ἀναβαίνων.

*κατέχωσαν.

*ἀπέδυσαν. al. ὑπέδυσαν. i. ſeſe abdebant, vel condebant.

quot adhuc reſtent, ex quibus Hebræorũ hic prædicauit filius: & quænam ſit hora, qua nos ad inferos deſcendamus omnes? & quando læta atque iucunda olim ciuitas exterminabitur? Quæque ſit illa dies, quando fama perditionis noſtræ per vniuerſum terrarum orbem diuulgabitur: & videbunt ſæuum atque acerbum ſpectaculum cuncti præteruntes? Vbi verò iſta patres à ſuis filijs audierunt, amaras ſuper eos lachrymas † compreſſi eduxerunt, & reſponſum ijs dare nequiuerunt: quia ora ipſorum dolor obſtruxerat, ne filiorum tribulationem augerent, & ante præfinitum tempus morerentur. Cohibebant lachrymas, complectentes † viſcera ſua, vt chariſſimos ſuos conſolarentur filios. Verebantur, quod verum erat, patres dicere, quodq; propinquus eſſet dies, quem Propheta prædixerat. Et quemadmodum Abraham, ſuum cupiens conſolari filium Iſaac, inuitus prophetabat: ſic quoq; Niniuitæ, inuiti vaticinabantur, dum ipſi proprios cõſolari ſtudebãt filios. Iſaac, quæ * ouis erat rationis compos, ſciſcitatur de victima irrationali patrem: Pater mi, (inquiens) vbi eſt victima holocauſti? Nõ myſteriũ reuelauit Abraham: ne illo triſtitia affecto, ipſius donum inquinaretur. Studebat Abraham immolare filium ſuum: atque vt ex obſcuris incertiſque ſtudebat, ita incerta & obſcura prædicabat. Nam lingua Abrahæ, plus nouerat quàm cor; manebatq; mens eius otioſa: at lingua vaticinabatur. Os cùm ſoleat à corde addiſcere, hic cor edocetur ab ore myſteria futura. Ego & Iſaac, dixit Abraham pueris ſuis, poſtquam in montem aſcenderimus, reuertemur ad vos. Conſultò enim Abraham ad pueros dixit: vbi in montem aſcenderimus, ad vos reuertemur: nam Abraham, cùm putaretur mentiri, prophetauit. non tamen mendax erat: quoniam veritatis patrociniũ gerebat. Sic quoque Niniuitæ mentientes, vera loquebãtur: mentiri enim ſe exiſtimantes, Prophetas ſe veritatis præbebant. Nam illa lachrymantes ſuis dicebant filijs: Nolite timere, filij mei chariſſimi; at potius valde confidite: Dominus enim benignus eſt, & miſericors; & nullo modo delere ſuam ipſius vult imaginem. Nam ſi pictor propriam ſuam, quam depingit imaginem, omni cautela atque diligentia ſeruare ſtudet: quanto magis Dominus ſuam ipſe imaginem mente & ratione præditam, à malis & periculis cuſtodiet? Nequaquam ſubuertere atque delere veſtram vult ciuitatem: ſed per minas, ad pœnitentiam vos inuitat. Quoties etiam vos à nobis vt chariſſimi caſi eſtis; & minas intentatas noſtis? ex diſciplina autem atque correptione, prudentes, & hæredes euaſiſtis; verberumque dolor gaudio vobis exſtitit. Sic ergo & de hominum amatore Deo cogitate: quippe qui patris inſtar caſtigat, & rurſus miſeretur: virgam ſuam attollit, vt terreat, & in * officio contineat: corripit, & non occidit; imò potius conuertit. Nam ſicut nos patres, viſceribus miſericordiæ vos corripimus, verberum comminatione vos poſſidere cupientes: ita quoque Dominus, qui & ſi corripiat, & pater; gratia tamen ſua cuncta nos redimit ac liberat: & dum ſua comminatur virga, charitatem declarat; omnibuſque miſerationum ſuarum theſaurum aperit. Neque enim tantum diligere vos poſſumus: quantum Deus per viſcera miſericordiæ ſuæ, filios hominum amat. Conſolamini vos ipſi filij, & lachrymas † ſiſtite: non corruet ciuitas, ſed ira præteribit. Hæc porrò Niniuitæ, ad ſuos, loquentes, filios, conſolabantur eos; nec opinantes prophetabant, & quidem prophetæ erant veritatis: nam prophetas pœnitentia eos effecerat. Talia autem loquentes, à lachrymis non ceſſabant, licetque conſolationem acciperent, fletibus tamen indulgebant, minarum enim timor ieiunium † augebat, præſcriptoque die angebat ac cruciabat; ipſi autem precibus operam dabant. Egreſſus eſt Rex, & ſeipſum populo exhibuit: conſternataque eſt ciuitas, cernens eum ſacco amictum. Vidit etiam Rex totam lugentem ciuitatem, & ab inſpectione eorum, lachrymis oppletus eſt. Lachrymata eſt ciuitas ſuper ſuum Regem, cernens ſuper caput eius terram & cinerem. Plorauit Rex ſuper totam ciuitatem, adſpiciens eam in luctu, ſacco amictam. Omnes pariter flebant, atque lugebant; ita vt etiam lapides eius, ad † lugendum cum ipſis, prouocarent. Quis ſic orauit? Quis ita deprecatus eſt? aut quis ſic coram Deo humiliatus eſt? aut quis ita repentè ſuas & manifeſtas & occultas actiones † detexit? Quis tenui, nudaque voce permotus, cor ſuum ob ſcelera diſrumpere ſtuduit? Quis audito verbo, mox mente concuſſus, ac vulneratus eſt? Quis à miſerabili voce, morte † correptus eſt? Aut quis ante oculos ſuos, amatorem hominum Deum, per pœnitentiam con-

A

*συσχεθέντες.

† id eſt, filios ſuos.

A SIMILI. Gen. 22.

B

*τὸ πρόβατον λογικόν.

Ibidem.

NOTANDVM MYSTERIVM.

Ibid. Gen. 22.

NINIVITARVM COMPARATIO.

C

A MAIORE.

*ϗ σοφίσαι.

D

† al. lachrymari deſinite.

*τὴν νηστείαν ἐπέτεινεν.

E

*συνθρηνεῖν αὐτοῖς.

† al. exuit?

*θανάτῳ συνεσχέθη.

† al. morti addictus eſt?

A contemplatus eſt? Quis iuſtum vidit extrahentem gladium : & totam ciuitatem clamantem, atque plorantem; Quis tolerare poſſet lugubres ſenum, ac iuuentum voces? Cuncti enim audiebant ſuos impletos eſſe dies, omneſq; vno die deſcenſuros ad inferos, ciuitate ſubuerſa. quando non erit qui mortuos ſepeliat, neque qui ſepeliatur: propterea quod ad omnes* ſententia pertineret. Iuuenes matrimonio iam coniungendi, repentè ſuam mortem expectabant. Quis ergo ſponſarum eiulatus tuliſſet? nam cùm adhuc in nuptiali thalamo, pro oblectamento atque lætitia accumberent, ſubitò vnà cum ſponſis ſuis, in mortis caſum atq; ruinā vocatæ ſunt. Quis igitur poterat non lachrymari, ipſum tunc flentem Regem adſpiciens; quia repentè relicta regia ad inferos eſſet migraturus: & qui viuorū motus rexerat inter eos, iam vnà cum eis moriens, in terram eſſet ac cinerem B recaſurus? Pro vehiculo, & magno ſuo honore, audiebat ſuam ciuitatem mox ſubuertendam. Pro delicijs ſuis, varijſque obſonijs, audiebat mortem ſubitò deuoraturā ipſum: nam viui vocabantur totius ciuitatis incolæ, vt ad inferos deſcenderent. Vocabat Rex ſuas copias, ac flebat ſuper illas; atque etiam illæ ſuper eum, cœpitq; illachrymari, ac dicere coram ipſis: Quam * multis in prælijs, victor fui? atque etiam vos, quoties aduerſus hoſtes ſtrenuè decertantes, vbique celebrati eſtis? Non eſt amplius conſueti belli tempus, vt egreſſi rurſus vincamus. Multarum nationum, ac populorum victores fuimus: & nunc ab vno Hebræo ſuperari debem⁹? Sola noſtra vox Reges exterruit: & iam * miſerandi iſtius vox omnes nos perturbat? Nos frequenter quocumque tempore ciuitates depopulati ſumus: & in noſtra ciuitate nos modò peregrinus ſuperat? Viliſſimi hominis voce deterrita eſt ciuitas noſtra Niniue, mater gigantum, formidabilis leæna : ipſa inquam, in propria C caula * atq; ſpelunca vehementer ab Hebræo turbata eſt. In omnem terrarum orbem infremebat Niniue : & nunc vox Ionæ fremit ſuper ipſam? Siccine debilitatū eſt ſemen Nembrod ſtrenui gigantis, qui * condidit eam? Optimum conſiliū Rex dedit copijs ſuis, ſic ſuadens: ne quæſo iam relaxemur; vt non pereamus velut miſeri quidam. Nam quando quis tentationem aliquam viriliter ſuſtinet; ſi non ſuccubuerit, lucrum ſibi duplicabit: ſiue enim viuat, glorificabitur; ſiue etiam mortem obierit, laudibus celebrabitur. Inſtar igitur magnanimi ac ſtrenui pugilis, confortemur & viriliter agamus, armiſq; muniti fortiter decertemus. Quamuis enim victores non fuerimus, ſed tamen fortiter mortem oppetierimus; præclarū ſanè omnibus nomen relinquemus. Notū quippe eſt nobis rectū Domini iudiciū atq; benignitas. Metuamus * eius iuſtum iudicium, & honorem ipſius * miſericordiæ duplicatū deferamus. Quòd ſi placatū fuerit iudicium; multitudo D miſerationum ipſius nobiſcum erit: nam inter miſericordiam & iuſtitiam, noſtra pœnitentia nequaquam infructuoſa remanebit. Armaturam nobis ipſi iam iamque ad nouum imminens bellum paremus. Nolite deſpicere Ionam: non enim ſimpliciter ad prædicationem eius attendere oportet. In maximam nos ſollicitudinem atq; † mœſtitiam, ſua qua prædicat voce, coniecit. Siquidem aſpectus eius vilis eſt, ac minimus: at vox ipſius ſonora eſt, & terrore plena. Coram omnibus vobis interpellaui eum : vt tamquam * in fornace, illius verba probarentur. Non eſt territus à nobis, neque commotus: ſed neque in verbis quæ protulerat, mutatus eſt: prorſus, inquam, non eſt commutatus: quia veritati * conſentiebant. Blanditijs cum ipſo egi: ſed non perſuaſi. Terrorē incuſſi ei: ſed non eſt remiſſior effectus. E Oſtendebam ei diuitias: & irriſit me. Exhibebam ipſi gladium: & ſubſannauit eum. Enſem * neglexit, & munera contempſit: in nullo enim iſtorum hic remiſſior euaſit. Sunt qui munerum blanditijs flectuntur: alij gladium cernentes expaueſcunt: at hunc Hebræū inter aſſentationes & minas conſtitutum, vtraq; * in re inuenio fortem. Vidit hic gladium, & irriſit eum. Auaritiamq; tamquam rem nihili ſuperauit. Omnis ſermo ex eius ore fluens, ſuo acumine verba ſcindit. Non terretur omnino auſteritate mea. neque oblatis honoribus, perſonam † cuiuſquam reſpicit. Cunctas noſtras diuitias, vt ſtercus quod peſſundatur, æſtimauit. Numquid ergo faciem ſuam æream reddens, ſic ad nos è Hieruſalem aduenit? Sermo ipſius factus eſt nobis loco ſpeculi, in quo Deum habitantem, & malis noſtris actionibus comminantem vidimus: in ipſo autem, rectam † iuſtitiam prauis noſtris iraſcentem debitis, aſpeximus. Propterea ſententia peruenit ad ciuitatem, ex ore Dei

*διὰ τὸ κατὰ πάντων φθάσας τὴν ἀπόφασιν.

*εἰς ποταποῖς πολέμοις.

*τοῦ οἰκτροῦ.

*μάνδρᾳ.

*τοῦ κτίσαντος. al. τοῦ κτήσαντος, i. qui poſſedit eam, ſed altera lectio melior & certior, hoc loco.

*δείσωμεν αὐτοῦ τὴν δικαιοκρισίαν. *εὐσπλαγχνίᾳ

† al. moleſtiam.

*ὡς ἐν χώνῃ.

*ἐν ἀληθείᾳ καταδέδεντο. i. cum veritate erant colligata.

*ξίφους γέγονε ξένος, καὶ δώρων ἀλλότριος

* κατὰ ἑκάτερον.

† ἐπροσωπολήπτησε.

† δικαιοκρισίαν

cōtra nos egreſſa. Quod ſi aduentans, pacē prædicaſſet; ſuſpicari potuiſſemus, ipſum A velut aliquē turpis lucri cupidū, præclaris ſcilicet ac fauſtis, quæ nobis *vaticinaretur, munera à nobis pro mercede ſuorum ſermonum captare. Medicus veritatis, ad ægrotātem ingrediens, veritatem prædicat. Chirurgia vtēdum, igniſq; acerba eſſe cauteria adhibenda prædicit. Non veretur molarium *dentium enarrare euulſiones. Non pertimeſcit ad Regem properare, & ei ſuos morbos aperire. Non veretur vel ipſi auſteritatis pharmacum propinare. Quis ergo mendacem eum appellet, qui iram prædicat? Si enim mendax eſſet, etiam verbis adulatorem agere deberet. Superat † atque excellit, vt video, quoſcumque medicos: neque tantillum quidem panis vult à nobis porrectum comedere. Si iuſtus cùm ſit, Ionas ieiunat: ſtudeamus & nos ieiunare, quoniam peccauimus. Si ſanctus cùm ſit, rogat B & obſecrat: ſeriò ac diligenter etiam nobis, ipſi ſaccos ſubſternamus. Ieiunat, & orat: ne inſtar mendacis videatur. fortaſſe enim idcirco ita contendit, vt ciuitas conuertatur. Nam fidem haberi vult prædicationi, quam ipſe palam promulgauit nobis: & nos per eam † oppugnemus ipſum. Non peccauit Propheta: ſed peccata nos morte mulctant. Neque verò Hebræus noſtram ſubuertit ciuitatem: ſed eam noſtra delet malitia. Alium quippe inuiſibilē habemus inimicum, ô amici, cui fortiter reſiſtere par eſt. Certamina iuſti Iob audiuimus, cuius cognita eſt fortitudo & ſermo tentatioq; eius, inſtar tubæ victoriā † quæ ad illū pertinet, toto terrarum orbe prædicauit. Si ergo ſic inimicus aduerſus iuſtos decertat; quid nobis faceret peccatoribus? Ipſe eſt, qui egreſſus erat, & conuiuij tempore domum ſuper filios Iob euertit, vinum ſanguine miſcens; & qui eos, vnà cum poculis, nemini parcendo, contriuit. Vos in bello Reges viciſtis, at precibus Satanā nunc vincere ſtudete. Egrediamur deinceps caſtra † noſtra: & forte cum ipſo bellum committamꝰ. C Exuite thoraces: & induite ſaccos. Pharetras abijcite: & ad preces confugite. Relinquite enſes: & quærite fidem. Tela confringite: & ieiunium ſuſcipite. Nullius momenti eſt victoria, qua ſuperiores eramus, cum hoſtibus pugnantes, ac Regibꝰ terræ. Si hunc vicerimus; maius † quid erit victorijs, ac trophæis, quæ quondam ereximus. Et quemadmodum primus ſemper ego eram, qui in acie conſiſtebam, & me opponebam: ita in hoc quoque primus futurus ſum bello. Surgens itaque Rex, feſtinanter veſtem ſuam abiecit purpuream, ac ſacco ſe veſtiuit. Abiecerunt & illi ſua indumenta, ſaccoſq; geſtârunt, ac cum eo lugebant. Niniuitæ, qui antea ſemper ſplendidè veſtiti incedebant, tunc velut † Indi apparebant, metu futurorum malorum. Res ſuis aſſumptis copijs, egreſſus, totam luſtrauit ciuitatē. Emiſit con- D cionatores, qui vbiq; prædicarent, vt vnanimiter pœnitentiā agerent. Relinquat vnuſquiſque improbitatem ſuam; vt non lædatur in bello. Rapax, elargiatur. Luxurioſus, caſtum ſe gerat. iracundus, mitem ſe præbeat. delitijs indulgens, ieiunio ſe dedat. Nemo iniuriarum memoriam retineat. Nemo quippiam ſurripiat alienum. Nemo aliquem affligat † ac opprimat: neque verò maledictis inceſſat. Si remiſerimus deinceps cōſeruis noſtris, & Deus nobis dimittet noſtras in ipſum offenſas. Hæc noſtri ſit agminis † prælijq; ratio: & accipiemus victoriā, ſaluabiturq; ciuitas noſtra. Hæc atque alia eiuſmodi, in magna ciuitate clamabant † præcones; atque vt cum iumentis ieiunarent. Subſtitit Rex, inſtar medici morbos curans. Sanctificauit ieiunio ſua † caſtra: & glorioſum thoracem, ieiunij beneficio, ſuis militibus dedit. Vocans, adduxit omnem ſuū exercitum ad orationem: & illius adminiculo, ſcutū † liberationis conceſſit. Feſtinauit, vt in ea prædicaret manſuetudinis † pharetram: cuius ſagittæ ad cælos perueniunt, & dum mittuntur, vincūt. E Exertum adduxit enſem, gaudio perfundens qui tenuit illū. Vbi ſuū Rex ita armauit exercitū ieiunijs, & orationibus; incepit deinceps multitudinem viſitare, viros & mulieres, omnes † vnanimiter. dicebatq; ad illos: Omnes pro noſtra iam decertemus ſalute, viriliter ac fortiter: in ſuoq; ipſe ſacco exemplū illis præbebat, vt tota ſic armaretur ciuitas. Filius Nemrod ſtreui gigantis, à ferarum † cæde deſiſtens, prauas affectiones vulnerabat: & pro beſtijs, turpia iugulabant peccata. externiſq; † feris relictis, interna perimere ſtudebat improbitatem. Pro gloria & honore currus, pedibus per vrbem † incedebat: omneſque ad pœnitentiam ſtudioſè impellebat. Accedebat Rex ad vicos ciuitatis: vt ex ipſis peccati ſordes ablueret. Humiliter incedebat; & præſidium ipſemet ciuitatis ſibi † ſubiectæ, ne corrueret fiebat.

*al. προφητεύοι

*τῶν γομφίων.

* ὑπέρκειται.

*al. oppugnamus, ſed per cōiunctiuum hîc legendum.

*al. victoriam illius aduerſus hoſtem inuiſibilem, per totū orbem prædicauit.

Iob 1.

*q.d. egrediamur deinceps nos è caſtris noſtris contra Satanam, &c.

† al. maius quiddā eſt trophæis per nos aliquādo erectis, &c.

†ὡς Ἰνδοί.

PRAECONVM VOCES.

*θλιβέτω.

Matt. 6.18.

*τρόπος τῆς παρατάξεως.

*κήρυκες.

*παρεμβολάς.

*θυρεὸν λυτρώσεως.

† al. proclamaret in ea manſuetudinem pro pharetra.

* ὁμοθυμαδόν.

†al. omiſſa ferarum venatione, ac cæde.

* λιπὼν τοὺς ἔξω θῆρας.

* ἐπέζευε.

† al. ciuitatis, in qua ipſe regnabat.

A fiebat. Videbat iſta Ionas, & vehementer obſtupuit: cœpitque admirari alienige-
narum filios. Videbat bona Niniuitarum opera, atq; virtutes: & illachrymans lu-
gebat ſuper Abrahæ ſemen in fide iuſtificatum, & ſuper ſemen Iacob, quod forni-
catum * erat à Domino. Cernebat incircumciſos corda ſcindẽtes, & circumciſos
in duritie cordis perſeuerantes. Cognoſcebat Niniuitarum Rex cauſſam prædica-
tæ iræ, ob eorum eueniſſe peccata: præſcidit cauſſam, & mala depulit. Medicus e-
rat ſciens morbum ciuitatis: adhibitoque ieiunij pharmaco, ciuitatem curauit, in
ſacco & cinere peccatum ex ea profligans. At Ionas, tamquam iudex, pœnas, † ſibi
pendi poſcebat, & ieiunium ipſis peccata condonabat. Congregati erant Niniui-
tæ, modumque inquirebant placandi Dominum, & effugiendi mortem: cognoue-
B runtque ieiunium potens eſſe & efficax, ad ſedandam mortis ſententiam, & donã-
dam ipſis vitam. Ionas ieiunat, metuens ne fortè illius beneficio ſaluentur, ipſeq;
mendax reddatur. Sententiam Ionæ, pœnitentia irritam * reddidit: & vt ſapientes,
cognouerunt Deum benignum & miſericordem eſſe. Videbant Prophetam du-
rum * ac ſæuum, benigniſſimumq; Deum: relictoque duro, ad miſericordem con-
fugerunt. Ionas ſpem eorum, comminationibus præcidebat: quam tamen ieiuni-
um augebat, ac vitam promittebat. Vir autem, qui paullò ante, auſterum ſe illis o-
ſtenderat, illorum pœnitentia & magna humilitate poſtea exhilaratus eſt. Vrbs
labefactabatur: ſed eam, ipſius eleemoſynæ confirmabant. Infantes in matrum
conſeruati ſunt vlnis: quia tentationis tempore, ieiunare ſunt edocti. Senes in ſu-
is clamabant ſaccis: & vita ipſis prorogata eſt, quemadmodum etiam Ezechiæ. Et
quia in cordis compunctione, adoleſcentuli lachrymas profuderant: ſeruauit eos
C Deus ipſorum coronis. Et quia ſponſæ, triſtitia circumdatæ erant in thalamis ſu-
is; iterum cum gaudio reuerſæ ſunt. Clamabant quoq; animalia, quòd aquam non
biberent: eratq; omnium vox horrenda, hominum ac iumentorum. Iudicium *
rectum audiebat vocem eorum: & gratia confeſtim ciuitatem ſaluauit. Ex quo
die Ionas ipſis comminatus erat, aſſiduè ieiunabant, & ſine intermiſſione orabãt.
Non ſiccabat † eorum oculus pœnitentiæ lachrymam: nec lingua ceſſauit efflagi-
tare miſericordiam. neq; auditus aliud audiuit argumentum: ſemper enim lamẽ-
tationes audiebantur, & planctus, atque dolores. Non cernebatur ibi quiſquam
penitus hilaritati, aut riſui, vel ludicris rebus deditus: quia omnes, pectus tunden-
do * plangebant: nam lachrymarum vim quamdam inauditam aſſiduè † profun-
debant, & miſericordiam per pœnitentiam comparabant. Per ieiunium autem;
cum puritate continentiam abſque impedimento viri ſimul cum mulieribus ac-
quirebant. Quæ dum diuina cerneret gratia, miſericordiæ affectu tacta eſt; & vitæ
D rorem, atq; commiſerationem ſuper eos effudit. Non enim vult mortem pecca-
toris: ſed pœnitentiam, & ſalutem, amator hominum benigniſſimus, miſerator
& miſericors ſemper Dominus, Pater, cum Filio, & Spiritu ſancto. Nam inter ira-
cundos, reconciliatio & pax orta eſt. Adoleſcentes, temperatè ac modeſtè ſe gere-
bant. virgines, in caſtitate degebant. feroces ac temerarij, mites euadebant. Vnus
erat aſpectus omnium, & vnus amictus. Rex & † ſeruus, nudis pedibus incedebant.
Vnus diuitibus & pauperibus erat cibus. Vnus ex æquo erat potus, dominis & ſer-
uis. Sub vno cuncti pœnitentiæ iugo currebant, vt Dei miſerationes acciperent:
& in vno ſimul opificio concorditer operabantur, vt etiam remiſſionem vnam à
Deo referrent. Nam ciuitas, vt arundo à vento agitabatur; & inſtar paſſerculi in
ſpinis conſtituti. Non exiſtimabant manè ipſis appariturum diem. In faucibus
E mortis tota tunc conſtitit ciuitas: & ad portas inferni † iactata pulſauit. Ionas, dies
numerabat, & noctes: at Niniuitæ, ſua enumerabant peccata. In tugurio Ionas pre-
cabatur, vt † vera locutus videretur: & in ciuitate orabant Niniuitæ, ne moreren-
tur. Timebat Ionas, inſpiciens ipſorum lachrymas: vnde quod ciuitati euenturũ
erat, animaduertebat. Vmbram † habebat cucurbitæ, quam ipſe non plantauerat:
at illi, æſtu diei exſiccabantur. Tugurium Ionæ, ab imo exaruit: at illis obumbra-
uit dextera altiſſimi. Videbat illos inſtar aquæ contremiſcentes, à conſpectu Dei.
Cernebat puſiones, in ieiunio & cinere ad Dominum vociferantes. Adſpiciebat
infantes in lachrymas prorumpentes, vitulos † mugientes, & † agnos balantes.
Contuebatur viſcera matrum, omnesque vna voce miſericordiam Domini im-
plorantes. Conſpiciebat ſenes lugentes, & ad Deum confugientes: ſenes verò

*ἐκπορνεύουσαν ἐκ τοῦ θῦ.

†al. rationem ab ijs exigebat.

*κατήργησε.

*σκληρόν.
Ludit in ijſdem vocibus, & antithetis.

Eſa. 38.

†δικαιοκρισία.

†al. non exſiccabatur eorum oculus lachrymis pœnitentiæ.

†ἐκόπτοντες.
†κατέχεον.

Ezech. 18. 33.

†al. & Rex, & ſeruus nudis erant pedibus; q. d. in hoc quippe ſimiles erãt, Rex & ſeruus, quòd neuter calceos tunc geſtaret.

*σαλευομένη.

Ioan. 4.
†ἀληθεῦσαι.

†σκίαν τῆς κολοκύνθης.
Ibidem.

†al. vitulos & oues boantes.
†al. agnas.
Ibidem.

Iſrael ſeditioſos atq; diſſolutos. Contemplabatur Niniuen, valde pœnitentem: A
& Sion fornicantem, ſuiſq; idolis inſanientem. Reſpiciens Niniuen, reprehenſionem
aduerſus Hieruſalē ſemper ſeditioſam *ingeminabat. Vidit meretrices Niniuitas
reſipiſcentes, ac pudicitiam ſectantes: filias vero Sion furioſè † atq; inſanè
ſcortantes. Vidit mendaces, in Niniue veritatem meditantes: & falſos prophetas,
ſemper in Sion dolo ac fraude plenos. In Niniue palam idola confringebant: &
in Hieruſalem occultè illa adorabant. Idoneum † experimentum Ionas accepit à
gentibus: quia Moyſen ſuſcepit Rex idolorum, & vidua Eliam, & alienigenæ Dauidem,
quando ipſum perſecutus eſt Saul Rex Iſrael. Vidit Ionas tamquam Eccleſiam
congregatam Niniuen; & vt non † mendáx ſua efficeretur prædicatio, ſtudebat:
Dei autem templum, quod eſt in Hieruſalem, Iudęi ſpeluncam fecerunt latronum. B
Rex Niniuitarum, ſuppliciter Dominum obſecrabat: at Ieroboam, coram
ſculptili vitulo adorabat. Viui, ſuos deflere ſolent mortuos: at Niniuitæ, viuos
omnes filios ſuos, & affines plangebant. Ingens atque horribilis illic tunc erat luctus:
quia cuncti ſe viuos putabant in terram deſcenſuros. Quantò enim magis ingeminabantur
dies, qui præſcripti erant: tantò lachrymæ atque gemitus amplius
abundabant, quaſi deinceps ſuperſtites futuri non eſſent. Inſtabat iam dies ſubuerſioni
proximus: & ciuitas planctu atque eiulatu repleta erat. Lamentationibus
atque doloribus, aggeres terræ reſonabant. Lutum ex lachrymarum abundantia
fiebat, quas ipſi † fundebant. Excitabant patres coram ſe filios ſuos: vt ſimul acerbam
cum ipſis mortem lugerent; ſponſoſque ac ſponſas in medium adducebant.
Et quis ex ſæuo hoc ſpectaculo animum retineret? Spectabant patres pulchritunem
filiorum ſuorum: & præ magna triſtitia, offundebantur ipſis tenebræ. Putabantque
terræmotum fieri, & exaltârunt voces ſuas lamentabiles vſque ad cælū. C
Viri ſenes & anniculæ, ad ſepulchra abeuntes plorabant: quia qui ſepeliret, ipſiſque
oculos † clauderet, inter ipſos nō erat. Singuli ante oculos, mortem amarā
adſpiciebant; eiulatuſque emittebant, neſcij ad quod genus mortis peruenirēt. Dirumpebant
corda ſua, audientes diſrumpi terram. Mutatæ ſunt ſpecies ac formæ
omnium facierum: cùm ſimul † putarent fore, vt terra euerteretur. Rex ſaccum ferens,
grauiter doluit; dum ſecum cogitaret, poſtero ſe die ſuperſtitem non futurum.
Omnes cineribus veſcebantur, & Deo ſupplicabant. Omnes precatione os
ſuum ſtudioſè replebant. Cuncti ſuos amicos conuocabant: vt eorum ſatiarentur
aſpectu, priuſquam ad inferos ipſi deſcenderent. Impleto iam die, conſiſtebant pariter
in gradu mortis: apprehenſiſq; inuicem manibus, ſe mutuò deplorabant. Aduenit D
nox vltima, ipſiq; cum planctu differebant, qua hora vox ruinæ eorū audiri
deberet. Arbitrabantur veſperi ciuitatem ruiturā: ſuperuenit veſpera, & planè nihil
ciuitas paſſa eſt. Exiſtimabant ſe noctu * funditus perituros: aduenit nox, & nō
interierunt. Putabant in tenebris ſe morti tradendos: præterierunt tenebræ, & nihil
prorſus ſunt perpeſſi. Cenſebant manè ciuitatem euertendam: aduenit matutinum
tempus, & illorum ſpem atque exſpectationem † expleuit. Qua hora putabant
illi ſe non fore ſuperſtites, eadem ipſorum completum eſt gaudium. Amicis
& cognatis omnes gratulabantur; Deumq; glorificabant, qui ipſorum miſertus erat.
At Ionas à longe ſtetit, proſpiciens, ac metuens ne fortè mendax deprehenderetur:
& eadem hora, qua ipſe id ſperabat, ciuitas à morte liberata eſt. Nam Deus
pro infinita ſua bonitate, reſpiciens ipſorū lachrymas, miſericordia in eos motus
eſt. Et licet non fuerint mortui: malæ tamen mortis exſpectatione, iam antea
mortui erant. Et reuera iam mortem aliqui obierant, mortuiq; inſepulti remanebant. E
Nam timor rerum † grauiſſimarum, etiam viuentes enecabat: adeò enim emarceſcere
fecit eos periculorum comminatio, vt velut vmbra viderentur. Hæc
porrò Ionas ſecum † non reputabat: verùm quæ ad ſe pertinerēt ſpectans, omnes
occidere ſtudebat. Cæterùm Deus ipſorum miſertus eſt: & qui metu contabuerāt,
metum depoſuerunt; & mortua † reuixit ciuitas. omneſq; ſimul gaudio perfuſi,
ſpem bonam ceperunt, cernentes iram in miſericordiam eſſe conuerſam. In precib⁹
ſuis genua flectebant, manus autem extendebant, & Deo gratias agebāt, quòd
præter exſpectationem ipſos à morte ſaluaſſet, & vitam miſericorditer donaſſet.
Ionas autem cernēs ſe mendacē videri, Niniuitis ſaluatis, vehementer cōtriſtatus
eſt; at Niniuitæ ipſum obteſtari cœperunt, & blandtijs cum eo agere, ſic ipſum alloquen-

†ἐπλήθαυς.

†ἐμμανῶς.

†ἱκανὴν πεῖραν

Exod.2.
3.Reg.17.
1.Reg.27.

†al. & ne fictitia ſua videretur prædicatio, enitebatur.

2.Reg.12. & Tob.1.

†κατέχεον. al. κατέφερον.

†καμμήον.

†ἅμα ἐννοοῦντων pariter cogitarent.

*χαοῦθαι, abſorptum iri.

†ἐπλήθυνεν.

Hoc ideo dicit, quia ſpem aliquam ſemper habuerant cum timore coniunctam.

†al. acerbiſſimarum.

* εἰς νοῦν οὐκ ἐλάμβανε.

†al. & mortui reuixerunt ciues, qui metu contabuerant.

Ion.3.4.

A loquentes: Noli contriſtari, ô Iona; ſed gaude, quia nouam vitam agimus: per te enim bona inuenimus. per te, vniuerſorum Deum agnouimus. Non es mentitus, ne timeas: *ſubuerſa enim noſtra eſt malitia, & exaltata fides in manu tua. reperimus præſidia pœnitentiæ: & ex Domini theſauris ea accepimus. Dic nobis, Iona: quid tibi acceſſiſſet commodi, ſi noſtra euerſa fuiſſet ciuitas; & omnes mortē obiiſſemus? aut quid lucratus eſſes, ô Propheta: ſi cuncti in infernum demerſi eſſemus? Cur animum deijcis: cùm nos ex malis ſanando curaueris? Tota †hominum multitudo, tibi vt benefactori ſuo gratias agit: cur ergo ſuſpiras; quia cum ciuitate nō ad interitum, ſed ad Dei cognitionem negotiatus es * ac tranſegiſti? At cur etiam doles de ſaluatis, per pœnitentiam? Nunc * coronatus es: illudque quod accidit, te B gaudio afficiat. Nam Angelos in excelſis gaudio perfundens, meritò ipſe ſuper terram in eo gloriari & exultare debes: quia Deus de nobis gaudet in cælis.† Magnificari ne amplius tua mens potuit, quàm in eo, quòd cuncti cultum atque reuerentiam Deo adſcribunt? Conſolare teipſum, quòd tota ciuitas vnà cum Rege, in gaudio te adoret, cernens infantes à morte liberatos. Quare confirmatus pro eorum vita precare; rurſuſque conſeruatos intuere infantes, ac manus tuas eorum capitibus impone. Benedic ciuitati præter ſpem ſaluatæ: vt memoria tui in ea augeatur. Luctum depelle; & relicto ieiunio nobiſcum gaude, ô propheta Dei. Hæc, & his plura cum ea loquebantur, vt importunam eius triſtitiam mitigarent. Extra ciuitatem reſidebat Ionas: & ad eum tota egreſſa eſt ciuitas, videbantque aſpectu formidabili Ionam conſiſtentem, & in ipſius ore duos * diſceptantes audiebant, quomodo ſcilicet Ionas cum Deo * quæſtionem agebat, & quo pacto ipſe ex per- C ſona De reſpondebat. Spiritus quippe ſanctus, quem in ore ſuo iudicem * cauſſæ habebat, in ipſo loquebatur. Duas autem in ipſo diſceptantes oſtendit perſonas, Dei nimirum, & Prophetæ. Audiebat totus populus eum patrocinantem ſibi ſuper cucurbita, imò pro ſeipſo, ac Domino, & ciuitate eius. Si enim lingua Ionæ duobus inſeruiebat: ex ipſo profectò duæ diſtinctæ voces duarum audiebantur perſonarum: nam & ipſe loquebatur cum Deo, & ipſi Deus viciſſim per eius linguam reſpondebat. O formidabilem patronum. O quomodo ipſius lingua * patrocinabatur duobus, Deo ſcilicet, & ſibi ipſi. Veluti chori diſpoſiti, Niniuitæ exaudiebant, quo pacto Ionas ſua loquela cum Deo ageret * ac diſputaret. Domine, inquit, cur me vndique in anguſtum redigis; & cur me prodidiſti, ac mendacem effeciſti? Deinde qua paullulum fruebar cucurbita, vt me malis protegeret, eam tu D arefeciſti, æſtuque me exſiccas: ideo mortem expeto; accipe animam meam: magnum enim ſuper * cucurbita dolorem concepi. At confeſtim ſanctiſſimus Spiritus reſpondebat, & ex ore ipſius condemnabat eum. Lingua illius ſtatim impugnabat ipſum, & os redarguebat eum, tamquam Deum iuſtificans. Audierat enim multitudo populi ex ore Ionæ, quomodo pro ciuitate ad eum diceret Deus: Si tu, inquit, parcis cucurbitæ, in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret, quæ ſub * matutinum tempus nata ſimiliter exaruit: quantò magis parcam Niniuitæ ciuitati meæ. Figuram & vmbram tibi viuæ ciuitatis præbeo, in cucurbita arefacta. Cucurbita tibi nunc loco magiſtri efficitur; ex qua ſapientiam & prudentiam addiſce. debeſque in vili ac miſeranda cucurbita, quaſi per experientiam addiſcere, quanta ſit vis diuinæ * clementiæ. Tu parcis cucurbitæ: & ego ciuitati. Tugurium tuum ſit ſpeculum ciuitatis. Tugurium abiectum quæris: & vrbem funditus† euertis? Vbi rectum tuum iudicium ô Iona? Cur cucurbitam ciuitate potiorem E ducis? Super vili cucurbita, commiſerationis affectum oſtendis: & in ciuitatem, duriſſimum ac ſeueriſſimum te exhibes? ita ne in oculis tuis magnificata eſt cucurbita, in cibum conceſſa edentibus eam? Siccine rem corruptibilem, reſipiſcentibus Niniuitis prætuliſti & folia maioris æſtimas, homine ratione prædito? Hæc cuncta Niniuitæ tanquam vno ex ore audientes, gloriam dederunt Deo, quòd pro ipſis ipſemet cauſſam ageret, ac diſceptaret: Creator cum † creatura, Dominus cum ſeruo: ipſamque linguam Ionæ ex aduerſo contendentis, iuſtam ferre ſententiam faceret. Et præter voluntatem, Ionas victoriam attribuebat ei, quo cum diſceptabat: ac iure iuſtum ipſum cenſebat iudicem. Deus ob multas miſerationes ſuas, recuſabat comminatoriam † ſuam iterare vocem; vt ciuitas ſaluaretur: & Ionas ſummo iure cum Deo agere conabatur, vt ciuitatem euerteret; ne ipſe mē-

*κατεστράφη.

* al. totus populus.

* ἐπραγματεύσω.

*ἐστεφάνωσαι.

Luc.15.

* al. ſine interrogatione ſic: Magnificetur tua mens amplius in hoc, quod; &c.

Ion.4.

* διχαζομένους

*al. diſceptabat.

* διχαζόμενον. al. diſceptantem habebat.

Ibidem. Modus hic loquendi videtur Syriacus.

* al. duorum agebat cauſſam, Dei nimirum, & ſuam.

*ἐτύγχανε.

*ὑπὲρ κολοκύνθης.

* al. quę ſub vna nocti nata eſt, & ſub vna nocte præterijt, ita Ion. 4. in vulg.

* al. miſerationum Dei.

†ἐκριζοῖς.

*Sententia eſt aperta; Deum cum Iona pro Niniuitis diſceptaſſe. Appellat autem Ionam creaturam, & ſeruum hic, &c.

†τῆς ἀπειλῆς ἀνακαλέσασθαι φωνήν.

dax videretur. Gauiſus eſt vniuerſus populus, dum iſta audirent, & Ionam à Deo A
ſuperatum eſſe cernerent. Cognoſcenteſq; quo pacto ipſum conſolaretur Deus,
ſtuduerunt maiorem ei deferre honorem: quare & eum inter vlnas ſuas rapuerũt,
ac inſtar Regis, cum gloria ciuitatem ingreſſus eſt, & reſedit ibi. Congregatique*
reſipiſcentes, adorabant ipſum: ac munera cum decimis ſuis offerebant ei, & quæ-
cunque inter tribulationes deſtinauerant. Aperuit Rex theſauros, qui * erãt apud
ipſum; obtulitq; ipſi dona valde honorifica. Vno omnium ore, laudibus celebra-
tus eſt Ionas; ingreſſuſque in curru regio conſedit. In mari, ipſum portabat cetus:
& in * continenti, currus regius. In mari, cetus Ionam coarguebat: & in terra, cum
ciuitas magnificabat. In mari, piſces *venabantur ac cantabant ipſum: & dum ipſe
ſubuerſionem moliretur* principibus; Rex Niniue legatos emittebat, qui vbique B
appararent ei. Deus cetum deducebat, quò pergeret: & Rex Prophetæ viam com-
monſtrabat, obuiamque ei cum honore aſcendebat. Principes vnà cum Rege per-
territi, obuiam proceſſerunt ei, ob timorem ex prædicatione ipſius conceptum.
Omnis † ciuitas conſcia eorum quæ in Niniue geſta erant, ſibi ab ipſo metuebat,
ne fortè ab eo ſubuerteretur. Quando autem iam ipſe finibus appropinquauit
Hieruſalem, commonebat eos qui cum ipſo venerant, vt in Niniuen redirent: ve-
rebatur enim ne fortè illuc ingreſſi, gentilitatem cernerent, & magnam impieta-
tem; & qui iam reſipuerant, & colebant Deum, iterum ex ipſis diſcerent idolis ſa-
crificare. metuebat quoque ne vulnus ab eo curatum atque ſanatum, iterum reno-
uaretur. Admiſit † beneficium, oſtenditque gratum ſibi fuiſſe, quòd eouſque cum
proſecuti eſſent: oſculo atque complexu ſalutauit eos de more, & benedixit ipſis.
Conſilium dedit, vt reuerterentur: & non obediebant ei; ſed dicebant: ne nos per- C
ſequaris, ô Propheta. Tecum, ſine vt ingrediamur in terram Iſrael: vt illius con-
ſpiciamus virtutes ac regulas, actiones bonas, & rectas viuendi formas, ſermones
& mores. Ingreſſique cernamus terram, in qua prorſus gentilitas non viget: ſed
fides, & rectitudo, ac veritas. Permitte nos bonam contemplari radicem, ex qua tu
prodijſti, † ſurculus Hebræus. Loco mercedis, pro qua in itinere laborabamus, in-
dulge nobis vt tecum iſthuc queamus ire. Quæ dum ipſi dicerent, Ionas caput in
terram inclinabat: nam valde eum pudebat filiorum Iſrael, propter eorum impie-
tatem atque malitiam. Et hoc longè peius ac grauius ei erat, cucurbita arefacta:
quando animæ ſuæ mortem expoſcebat. Cœpit autem Ionas occaſiones quære-
re, & allegare hominibus illis prætextus † rerum quæ non ſunt. Nunc in terra no-
ſtra, inquit, magnum celebratur feſtum, & non licet alienigenis, illuc ingredi.
Et licet fideles ſitis; non tamen introire poteritis ad magnum feſtum Dei, cùm ſi- D
tis incircumciſi: propterea in pace, & gaudio reuertimini in patriam veſtram, ad
eum qui miſit vos: & quando feſtum Dei præterierit, ſi volueritis, huc redite.
Propter quæ verba, vehementer contriſtati ſunt, plorantesque † amplecteban-
tur ipſum: & deinde magno animi dolore reuertebantur, auditis Prophetæ Ionæ
verbis. Poſt Prophetæ verò diſceſſum ab ipſis, conſpiciebant dum † adhuc ibi eſ-
ſent, montem excelſum valde; cogitabantque conſcendere illum, vt ſaltem è
longinquo terram deſideratam proſpicerent. Ad cuius montis verticem
dum perueniſſent, vniuerſam terram conſpexerunt: & obſtupefacti ſunt, ani-
moque valde conſternati, cum illos dæmonibus ſacrificantes cernerent, & ſub
nemore libamina, ac ſub † collibus idola, ante ianuas ſimulacra; & eos, qui ingre-
diebantur, reuerentiam ijs exhibentes. Alius idolum adorabat, alius vitulum E
ſacrificabat, alius rurſus dæmonibus libamina offerebat. Quid multa? omnem
quippe † imposturam ac fraudulentiam ſathanicam ibi contemplabantur. Quã-
obrem & inceperunt dicere: Numquid ſomnium eſt, quod conſpicimus? Hieru-
ſalemne terram cernimus, an Sodomorum? Hoccine eſt ſemen Abrahæ? an dæ-
mones fortè ſuis nos præſtigijs faſcinant, atque illudunt? Numquid † ſuperſtitio-
nes patriæ noſtræ diffugerunt, & hic domicilium ſuum ſumpſerunt? Idola ibi di-
ligenter ac ſeriò confregimus: ſed numquid huc venerunt, & ſedem firmarunt?
Non ſolum autem illa, verùm etiam quæ vſquam alibi ſunt, hic reperiuntur ido-
la; & plurima, quæ nos in noſtra ciuitate non habebamus; quippe in qua ſer-
pentem adorare non licebat; at hi ſerpentem adorant. In patria noſtra, macta-
bamus animalia: at iſti filias ſuas, & filios iugulant. Populus, qui legem Dei

per

*μετανοήσαντες.

*al. qui iam reſipuerant.

*τοὺς ἐν αὐτῷ θησαυρούς.

*ἐπὶ τῆς ἠπείρου.

*ἐθήρευον.

*al. & dum ipſe ſubuerſionem moliretur: principes & Rex legatos miſerunt, qui, &c.

†f. omnes ciuitates, ad quas notitia eorum deuenerat, quæ in Niniue geſta erant, cum horrore ipſum verebantur, ne fortè ipſas euerteret, &c

*ἐδέξατο τὴν χάριν.

f. ἐδόξατο χάριν .i. gratias egit, ſcilicet ijs qui cum ipſo venerant, &c.

*ῥάδαμνος ὁ ἑβραῖος.

Ion. 4.

†προφάσεις τὰς μὴ οὔσας.

†al. complexu ſalutabant.

†ἔτι ὄντες αὐτόθι.

†βουνοῖς.

†al. incantationem.

†σεβάσματα.

A per Moyſen acceperat, idololatriam committit? *Surgentes*, profugiamus à populo illo peſſimo: vt non abſorbeamur in operibus eorum. Nam pro Niniue, quæ non eſt ſubuerſa, fortaſſe Iſrael ſubuertendus erit. His verò dictis, timore perculſi, in ſuam reuerſi ſunt patriam, glorificantes Deum. Et * primùm quidem, qui pœnitentiam egerunt per prædicationem Ionæ, ſaluati ſunt? at * poſtea qui venerunt, & peiora primis effecerunt, ſimul funditus perierunt, vt ait Propheta Hieremias. Quare & nos, Deum laudibus celebremus: qui nobis per Niniuitas, figuram & arrhabonem præbuit. nam ſicut eos liberauit per Ionam: ita & gentes per vnigenitum filium ſuum ſaluat; deletque * populum, ficum infructuoſam, impedientem * gentes, ne fructibus pœnitentię ſaluentur in Christo IESV Domino noſtro: Cui eſt gloria, & potentia, atque imperium, in infinita B ſecula ſeculorum, Amen.

*καὶ τὸ μὲν πρῶτον.
*ὕστερον δὲ.
Hier.7.16.
*καταργεῖ.
τὴν κωλύουσαν τὰ ἔθνη.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

DE IONA PROPHETA *ſcribit quoque Ioſephus, antiquitat. libro 9. cap. 11. nec non Epiphanius de vit. & interit. prophetar. cap 16. & S. Ioannes Chryſoſt. in Homil. de Iona propheta, quæ habetur circa finem primi Tomi Operum eiuſdem, incipitq́;:* Factum eſt verbum Domini ad Ionam dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam, &c. *ac Hom. 1. de pœnitentia apud eundem Tom. 5. vbi de Iona, eiusque prædicatione, & Niniuitarum pœnitentia agitur, multaq́; C cum illa 1. Tomi in Ionam Homilia iam citata, ſimilia, ac in haud paucis eadem, licet verbis commutatis adferuntur. De quo, & in Homilia 5. ad popul. Antochen. quæ eſt exhortatoria ad populum, de fortiter ac generoſè perferendis imminentibus minis: continetq́; multa exempla eorum, quæ acciderunt Iob, & Niniuitis, &c. Duplex quoque Græcè* εἰς τὸν ἰωνᾶν προφήτην, *id eſt, in Ionam prophetam, inter Opera S. Baſilij Epiſc Seleuciæ, reperitur Sermo: quorum vterque (nondum hucuſque, de quo conſtet impreſſus) habetur Romæ in Volum. Græco MS. Card Sirleti, nunc Aſcanij Card. Colum. n.* ροζ. *De quo, & S. Fulgentius Sermonẽ habuit, qui incipit:* Cùm Ionas mitteretur Niniuitis interitum prædicare, mox ei improba vanitas fugæ ingeſſit conſilium, &c.] *Quin & de eodem, eiusqué ſepultura apud Dioſpolim, agit S. Hieronymus ad Chromat. in procem. ſuper Ionam. De quo & Iſidorum vide cap. 45. & Dorotheum, cap. 6. ac Zenonem Epiſc. Veronenſem in Sermone 38 libro 2. Sermonum eiuſdem: nec non ipſum Ephræm alibi, ac præſertim in longiſſimo Sermone, aut potius tractatu de Pœnitentia, qui ſupra habetur hoc eodem 3. Tomo, incipitq́;:* Pœnitentia fertilis eſt fructus, quia omni ex parte præclarum Deo opus affert, &c.] *vbi inter alia de Iona, & Niniuitarum pœnitentia pluribus agitur.* D *De quibus denique etiam inuenies in Concilio œcumenico Tridentino, vbi de Contritione, prima parte Pœnitentiæ agitur, in hæc verba:* Hoc timore vtiliter concuſſi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt, & miſericordiam à Domino impetrârunt, &c.] *vt eſt ibi in ſeſſ. 14. cap. 4. conſonatq́; capitul. quamobrem. de pœnitent. diſtinct. 1. vbi de Niniuitarum pœnitentia quoque agitur.*

Conſtitutus eſt prædicator medicus inter gigantes: & ipſi velut pueri perterrefacti ſunt, &c] *Vult dicere Auctor quòd Ionas ſua prædicatione medicus fuerit inter gigantes; id eſt, inter gentiles ac barbaros, hominesq́; agreſtes atque terribiles, quales in magna atq́; ſuperba ciuitate Niniue erãt: & ipſi ad eius vocis prædicationem, puerorum inſtar vehementer deterriti ſint, &c. Quomodo autem ipſe inter Niniuitas egerit medicum, non multò hic poſtea oſtendit, vbi ait:* Medicus erat miſſus, ad incidenda illorum vulnera, & *στυπτικοῖς*, id eſt, acribus atque aſtringentibus medicamentis mundare volens morbos, aperiendo oſtendebat ipſis eorum vulnera. Miſit enim Ionam diuina gratia in E ciuitatem, non vt illam ſubuerteret, ſed curaret, &c.] *De varijs porrò medicinis, quibus in eorum curatione vſus eſt, plura deinceps habes in ſequentibus.*

Et effecta eſt tota ciuitas velut corpus vnum, &c.] *Quia vnuſquiſq́; ad prædicationem Ionæ in Niniue, non de ſe ſolum ſaluando, ſed etiã de proximo pariter curando ſollicitus erat, vt omnes ſaluarentur: hinc dicit effectã eſſe totam ciuitatem velut corpus vnum. Nullus enim inter eos (vt poſtea ſubdit) precabatur vt ſolus ſaluaretur: verùm vt membra inter ſe, pro ſe mutuo deprecabantur. Rogabant quippe iuſti pro peccatoribus, vt etiam illi ſecum ſaluarêtur: & viciſſim peccatores ad Deum clamabant, vt iuſtorum voces exaudiret, &c. Quare etiam poſtea ait,* quòd tota ciuitas, ſicut homo vnus, fuerit appellata, *& maximè per prophetam Ion. c. 3. vbi dicit:* adhuc quadraginta *(& al.* tres) dies, & Niniue ſubuertetur, &c. *Propter vnanimitatem igitur, & commune deſiderium omnium ſaluari cupientium, mutuamq́; inter ſe ſalutem curantium, aſſerere hic videtur Auctor, quod effecta ſit tota ciuitas Niniue, velut corpus vnum: totaq́; ciuitas ſicut homo vnus, fuerit* κληθεῖσα, *id eſt, vocata ſiue appellata, &c.]*

&c.] in quam ſententiam. plura vide apud Chryſoſtomum in Homil. de Iona propheta, poſt med. Tom. 1. A
ac Homil. 1. de Pœnitentia. Tom. 5.

Siccine debilitatum eſt ſemen Nembrod ſtrenui gigantis, qui condidit eam? &c.] *Alia lectio*
habet: Siccine elanguit ſemen Membrod fortiſſimi gigantis, qui poſſedit eam, &c.] *Eſt enim*
ibi (κτήσαντος, id eſt, qui poſſedit) pro (κτίσαντος, id eſt, qui condidit ſiue fabricauit eam, ſcilicet Niniuen,
&c) quam lectionem tamquam veriorem ac meliorem, in textum hic inſeruimus. Fuit verò hic
Nembroth, filius Chus, ac nepos Cham, pronepos autem Noe, primus gigantem poſt diluuium ſuper terram,
(vt eſt Gen. 10. iuxta 70.) qui, ſicut in Hom. 29. in Geneſ. ait Chryſoſtomus, auum ſuum Cham imitatus,
& abuſus naturæ priuilegijs, alium ſeruitutis modum adinuenit, & princeps atq; rex fieri tentauit.
Rex autem nondum erat, cum nondum eſſent ſubditi. Vbi vide (inquit Chryſoſt.) habendi auiditatem,
quid faciat? vide corporis robur non manens intra ſuos limites, & gloriæ appetentem naturam. neque
enim, vt defenderet illos, imperare ſtudebat: ſed & ciuitates ædificabat, vt imperaret bellatoribus, &c.
Quòd porrò hic Niniuen condidiſſe dicatur, explicatione ac conciliatione opus habere videtur, præſertim
cùm in ſacra hiſtoria Gen. cap. 10. expreſsè habeatur, quod Aſſur ædificauerit Niniuen: & S. Auguſtinus B
in lib. de ciuit. Dei, Niniuen affirmet à Nino conſtructam, ac dictam fuiſſe. Adhæc ergo quod
attinet, pro conciliatione ſententiarum, dicimus primò ad ſaluandā hîc mentem Auctoris, quòd Nembrod,
ſiue Nebrod (vt Græcè hoc loco, & apud 70 legitur) libidine dominandi condiderit, id eſt, inter alias
ciuitates quas moliebatur condere, iam inceperat Niniuen: cuius poſtea Aſſur ædificationem non ſolùm
promouit, ſed & perficit, vt vel ideo haud immeritò ipſe eam in ſacra Gen. hiſtor. ædificaſſe legatur:
quam quia Ninus Beli filius, & nepos ipſius Nembrod poſterius amplificaſſe fertur, etiā eam extruxiſſe
ſecundùm Auguſtinum, nomenq; illi impoſuiſſe perhibetur. Atq; iſti cum ex ſemine quoque Nebrod
ſeu Nembrod prodierint, rectè etiam ſecundùm noſtrum hic Auctorem, cenſeri atque intelligi poteſt,
Nembrod in ſemine, vel ſeminibus ſuis, id eſt, in poſteris condidiſſe Niniuen, &c. In quam ſententiam
legi quoque haud incommodè hic al. poſſet. Siccine infirmatum eſt ſemen Nembrod, quod: *(ſcilicet*
ſemen) condidit eam? *pro (qui, videlicet* Nembrod*)* condidit eam, &c.] *Quæ coniectura ſi eruditis* C
placuerit, & mihi ſatisfactum in ea adinuenienda putabo. Plura autem de magna illius ciuitatis conditore
qui voluerit, legat. S. Auguſtinum lib. 15. de ciuit. Dei, ac alibi, & S. Hieronymum in quæſtionibus
ſeu tradit. Hebraic. ſuper Geneſ. nec non S. Chryſo. Homil. ante citata 29. in cap. Geneſ. 10. non longè à fine,
aliosq; in Geneſim Scriptores.

Poſtea vbi habetur: Nam fidem haberi vult prædicationi, quam ipſe palam promulgauit
nobis; & nos per eam oppugnemus ipſum, &c.] *alia lectio hoc loco (πολεμήσομεν, id eſt, oppugnemus)*
habet πολεμοῦμεν, id eſt, oppugnamus. Sed in coniunctiuo hic potius legendum πολεμήσομεν, id eſt, oppugnemus.
Eſt enim optima ſententia: per fidem oppugnemus prophetam. nam ſi ei vaticanti credentes,
reſipiſcamus: vaticinium abrogabimus: ignoſcet enim Deus, atque ita non euertetur ciuitas, &c.

Surgens itaque Rex, feſtinanter veſtem ſuam abiecit purpuream, ac ſacco ſe veſtiuit: abiecerunt
& illi ſua indumenta, ſaccoſque geſtârunt, ac cum illo lugebant, &c.] *Concordant hæc de*
Regis & populi Niniuitarū pœnitentia, ſaccorumq; pro veſtibus aſſumptione, cum ipſa Ionæ prophetia.
vbi ca. 3 legimus, quòd Niniuitæ ad Ionæ prædicationem veſtiti ſint ſaccis, a maiore vſque ad minorem: D
quodq; ipſe Rex ſurrexerit è ſolio ſuo, & abiectis à ſe veſtibus ſuis, indutus ſit ſacco, &c. De quo pluribus
hic poſtea Auctor, & S. Baſilius Magnus, qui pulchrè in eandem ſententiam alibi ſic ſcribit: Rex ipſe
Niniuitarum, ſplendorem ac gloriam ſuam in pudorem tranſmutauit: purpura enim & corona,
ac ſceptro depoſitis, ſacco ſe induit, & puluere caput ſuum conſperſit, thronoque alto ac ſublimi
relicto, humiliter in terram ſe abiecit, ac humi cōſedit: proprijſque ac regijs dimiſſis delicijs, vna
cum populo lachrymas profudit, tanquam vnus è multis effectus, dum communem omnium
Dominum iratum conſpexit, &c.] *ita poſt alia Baſilius in Homilia 8. quæ eſt in Diuites auaros, ſuper*
illa verba Scripturæ: In fame & ſqualore: *quando poſt ſiccitatem, Cæſareæ fames inualuit, cuius initiū*
eſt: Leo rugiet, & quis non timebit, &c.] *ac in eiuſdem Oratione 4. de Pœnitentia, quæ incipit:* Duplici
timore, tui cauſſa afficior, &c.] *reperiturq; inter poſterius adiectas, vbi eadem repetuntur. De*
quibus & Chryſoſtomum videre licebit in Homilia ſuperius allegata. De Iona propheta, in fine Tomi primi,
& Homilia 1. de Pœnitentia, Tom. 5.

Niniuitę, qui antea ſplendidè veſtiti incedebant, metu futurorum malorum velut Indi apparebant, E
&c.] *Dicit Niniuitas velut Indos apparuiſſe: nam ſicut Indi fere colore ſunt ſqualido, fuſco ac*
ſubcinericio: ita & tunc Niniuitæ pœnitentiam agentes, abiecto ſplendido ſuo veſtitu; pallido ſacco ac
cinericio ſunt vſi, & præ timore imminentium malorum valdè in facie mutati ſunt, factiq; velut mortui,
&c. Vnumq; fuiſſe aſpectum tunc omnium, eundemq; amictum, Auctor poſterius oſtendit. vbi etiam dicit,
quòd Rex & ſeruus tum nudis incedebant pedibus, ſiue vt alia ad verbum habet lectio, & Rex
& ſeruus diſcalceati erant. q.d. in hoc ſimiles tunc erant Rex & ſeruus, quòd vterque in ſignum pœnitentiæ
diſcalceatus, nudiſq; pedibus eo tempore incederet, &c.

Si tu ô Iona, parcis cucurbitæ, in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret, quæ ſub
matutinum tempus nata ſimiliter exaruit: quantò magis ego parcam Niniuæ? &c.] *Argumentum*
fit à minore ad maius: & ſumitur ex Ionæ prophetia, cap. 4. vbi in vulg. eſt: Et dixit Dominus
ad Ionam: Tu doles ſuper hæderam in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret, quæ
ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte perijt: Et ego non parcam Niniuæ ciuitati magna, &c.]

gnæ, &c.] *at in edit. 70 paullo aliter ad verbum magis ſic:* Et dixit Dominus: Tu pepercisti ſuper cucurbita, pro qua non laboraſti ſuper eam, neque nutriſti eam, quæ nata eſt ſub noctem, & ſub noctem perijt: Ego autem non parcam ſuper Niniue ciuitate magna, &c.] *vbi inter alia illud* (ἣ ἐγενήθη ὑπὸ νύκτα, ϗ ὑπὸ νύκτα ἀπώλετο, *id eſt, quæ ſub nocte nata eſt, & ſub noctem perijt*) *vt eſt apud Septuaginta. hic aliter apud Auctorem ſic legitur:* ἥτις ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν φυεῖσα ὡσαύτως ἐξηράνθη, *id eſt,* quæ ſub matutinum nata, ſimiliter exaruit, &c. *hoc, vt puto, ſenſu: quæ vix nata noctu, mane deinde exaruit, &c.] Cæterùm non mirandum, ſi quid aliquando S. Ephræm mutet, aliterq́; ſubinde legat, cum & alibi ſæpè, vt etiam hoc Sermone, vel ex inſtituto non tam verba citare, quàm potius ſenſum reddere, & amplam paraphraſin efficere videatur: ſicut & tota hæc eius in Ionam Oratio, nihil aliud quàm longa quadam totius prophetiæ Ionæ Paraphraſis eſſe cernitur.*

Et primùm quidem, qui pœnitentiam egerunt per prædicationem Ionæ, ſaluati ſunt: at poſtea qui venerunt, & peiora primis fecerunt, ſimul funditus perierunt, &c.] *Suffragari planè his videntur, quæ S. Hieronymus in Prologo ſuo ſuper Ionam prophetam adducit in hæc verba:* Scio quæ locutus eſt Ionas propheta de Niniuæ, quoniam ſubuertetur. Et reuera, quantum ad hiſtorias tam Hebræas quàm Græcas pertinet, & maximè Herodotum, legimus Niniuen regnante apud Hebræos Ioſia, & Aſtyage rege Medorum, fuiſſe ſubuerſam. Ex quo intelligimus, primo tempore ad Ionę prædicationem acta pœnitentia, Niniuitas fuiſſe veniam conſecutos: poſtea verò in priſtinis vitijs perſeuerantes, Dei in ſe prouocaſſe ſententiam, &c.] *ita Hieronymus in Prooemio ſuo ſuper explanationem Ionæ prophetæ, ad Cromatium Epiſcopum. Colligiturq́; illud ipſum haud obſcurè etiam ex libro Tobiæ, cap. 14. vbi in editione Septuaginta ſic habetur: Magnopere autem ſenuit Tobias: & vocauit filium ſuum, & filias eius, & dixit ei: Fili, accipe filios tuos: ecce ſenui, & ad exeundum è vita ſum. Abi in Mediam fili, quoniam credidi, quæcumque locutus eſt Ionas propheta de Niniue, quia ſubuertetur: in Media autem erit pax magis, vſque ad tempus, &c.] idemq́; ingeminat ibidem paullo poſtea, vbi dicit: Et nunc fili, diſcede à Niniue: quoniam omnino erunt quæ locutus eſt propheta Ionas. Tu autem ſerua legem, & præcepta, & eſto amator miſericordiæ, & iuſtus, vt tibi bene ſit. Et ſepeli me honeſtè, & matrem tuam mecum, & non vltra maneatis in Niniue, &c.] paucisq́; interiectis ibidem, vbi poſtea ait: [Diſceſſit autẽ Tobias cum vxore ſua, & filijs ſuis in Ecbatana. Et ſenuit honorificè, & mortuus eſt annorum centum viginti ſeptem in Ecbatanis Mediæ. Et audiuit, priuſquam ipſe moreretur, perditionem Niniues, &c.] quò etiam veriſimile eſt hic Auctorem noſtrum reſpexiſſe, dum dicit eos, qui primùm per prædicationem Ionæ pœnitentiam egerunt, ſaluatos eſſe: at qui poſteæ venerunt, & peiora primis fecerunt, ſimul funditus perijſſe, &c.*

EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI,*
Sermo in ſanctum Heliam prophetam, & in Viduam Sareptanam.

* al. Reperitur in antiquiſſimo Græco MS. Bibliothecæ Sfortianæ, Romæ.

Eodem Gerard. Voßio Interprete & Scholiaſte.

SILENTIVM præbete mihi, ó Fratres, & inclinate aures: exponere vobis volo narrationem Sancti ac glorioſi HELIAE Prophetæ: qui zelum ardoris ſemper oſtendit, dum ſtuderet cunctos ad vnum ſolum Deum adorandum perducere: cæterùm vt cognouit populum multa ſceleſta atque illicita agentem, à Deo declinantem & idola adorantem, furore ac zelo repletus, aſpectu ſurſum ſublato, cælum lingua iaculans, verbo cælum penetrauit. & cum ſperaret atque confideret ſe populum ſic à dæmone ſeductum, poſſe adhuc ab errore auellere, vidit Helias populum multitudine idolorum depreſſum, & omnes pſeudoprophetas ex impijs illic congregatos: quare celo ac furore multo in populum ſceleſtum percitus, verbo iuramenti prolato cælum ligauit, nubilaque concluſit, ne plueret. Miſericordem Deum in ſuam adduxit ſententiam, vt ſerui verba perficeret: volensque oſtundere peccatoribus fortitudinem atque potentiam optimi Domini, per ipſum eis iurauit, dicens: Viuit enim (inquit) Dominus, in cuius conſpectu ſto: ne veniat pluuia & ros ſuper terram, niſi per os ſermonum labiorum meorum. Miraculum enim nouum atque

Adludit ad 3.Reg.17.

3.Reg.17. Eccles.48.

3.Reg.17. Iacob.5.

que

que inauditum accidit apud ipſum: nam miſericors Deus ſermone ſtatim ſerui A
zelum aduerſus eum qui iurauerat habentis, audito, confeſtim illius contra ipſos
in diuino zelo factum vaticinium adimpleuit. Concluſo autem cælo, &
nubibus obſignatis, omnia à facie terræ arefacta ſunt: vitis exaruit, frumentum
non germinauit. omnis arbor fructifera ſuos abſcondit fructus, terra fructum
non protulit, herba virens ſuper terram non eſt viſa, & omne ſimul viride
à facie terræ prorſus occultatum fuit, arboreſque in ea euanuerunt, quum
3.Reg.17. & Lucæ 4. aquæ continuò Eliæ ſententia defeciſſent. Cernere enim tunc licebat ſpectaculum
graue, & naufragium acerbiſſimum ſuper terram, velut in diebus Noë.
Non enim ſolum homines moriebantur, ſed & iumenta, ac fera animantia, &
volatilia. O zelotes Helia, homines ab inimico deceptos, Domino peccaſſe B
exiſtima; at infantes quid peccârunt? iumenta, & feræ, ac volucres quid deliquerunt;
*ὅτι καὶ τούτους πάντας ἐξέδωκας τῷ θανάτῳ. quòd *etiam hos omnes morti addixiſti? ſaltem horum innocentium
miſerere, & da pluuiam ſuper terram. At feruidus Helias nihil horum curabat:
& qui opibus atque pecunijs abundabant, fame ac ſiti, quum non cerneretur
pluuia, peribant. Cæterùm vniuerſorum Dominus ſemper volens miſereri
humani generis, omnia mouet atque molitur, vt Eliam ad miſericordiam
exhibendam, adducat. At quum non perſuaſit, vt iram commutaret; tunc ad
viduam remittitur Elias, eamque miſerabilem ac pauperem valde, vt pro neceſſarijs
ipſam interpellaret. Aduentante autem eo iam illuc ac circumſpiciente,
*ξυλάρια. vidit viduam parua * ligna colligentem. Animaduerſa igitur extrema eius inopia,
pudebat quidem Eliam alloqui illam: ſimul tamen cum rubore atque verecundia
præcepto paruit, ac velut audaciam cum pudore iungens, illam his
3.Reg.17. appellauit verbis: Cape mihi modicum aquæ, ô mulier, vt bibam: hanc enim C
ipſe ligauerat, ne rorem ſuum diffunderet ſuper terram. Et vidua ad Heliam:
O zelotes (inquis) quandoquidem iuramento linguæ tuæ clauſiſti cælos, ne dent
mihi pluuiam: quo pacto aquam à me requiris, quam lingua tua cohibuiſti, ac
etiamnum detines, exſiccans terram, & cuncta quæ in ea ſunt ſepeliens? vnde igitur
aquam ego tibi dabo? At ille ſtatim verbis viduæ compunctus, motus in ſe
ipſo ex parte eſt miſericordia. Vidua verò vocem Prophetæ audiens, pollicita
eſt ſe præbituram ei aquam, quam expetiuerat. Quumque illa recederet, vt
3.Reg.17. proferret, quid ad eam dixit Elias? Cape iam etiam mihi (inquit) buccellam
panis in manu tua, vt comedam. Quæ protinus ad vocem Eliæ reſpondit, ac
Ibidem. dixit: Viuit Dominus Deus, quia non eſt mihi ſubcineritius panis, niſi quantum
pugillus capere poteſt farinæ in hydria mea; & paullulum ſimiliter olei in D
*ἐν τῷ καμψάκη. * lecytho: propterea parua hæc collegi ligna, vt faciam mihi ac filio meo, vt
comedamus ac moriamur. Quibus auditis, Elias, & fame preſſus, ſecum de vinculis
tantis ſoluendis cogitare cœpit. Audiens enim commiſeranda viduæ verba,
illicò ad eam ſermonem miſerationibus plenum prolocutus eſt, dicens: Ingredere,
& fac ſicut dixiſti: veruntamen mihi primùm inde fac ſubcineritium:
3.Reg.17. tibi ipſi autem ac filio tuo ſimiliter facies poſtea. Hæc quippe dicit Dominus:
*al. in lecytho. Hydria farinæ non deficiet, neque oleum in * campſace minuetur, donec det
Dominus pluuiam ſuper terram, & germinet ſicut prius eſcam cunctis qui in ea
ſunt. Quaſi autem præter voluntatem, ſcribebat ſolutionem vinculorum cæli:
nam & famis afflictio eum ad id agendum impulit. Subitò autem ingreſſa mulier,
ſtuduit perficere ſermonem, quem ipſe ad eam loquutus erat, cognoſcens
3.Reg.17. in ſpiritu ipſum eſſe Prophetam Heliam, qui cælum verbo linguę ſuæ ligauerat: E
Iacob.5. & ſimul etiam credidit exitum habitura, atque euentu ipſo omnia comprobanda,
quæ vir iuſtus ad ipſam dixerat. Cæterùm Helias apud viduam diuerſatus
& paſtus, in priſtina ſeueritate permanſit. Immiſitque deinde Deus mortem
filio viduæ, volens tandem ſic Heliam allicere ad imperandam ſolutionem vinculorum.

Vidua verò quando vidit mortem filij ſui, accedens ad Prophetam cum lachrymis
dixit ei: Hei mihi, ô Dei Propheta, ſuper omnes zelotes: hunc animo
meo dolorem contuliſti, & planctum luctumque incurabilem. Cur viuo ego
ſuper terram infelix ac miſera? nam filium quem habebam vnicum, morte
affeciſti: eumque tua cauſſa noui mortuum: antequam enim huc accedentes, ſa-

A tes, ſanus ac robuſtus erat filius meus. Inter grauem etiam famem ac ſitim incōparabilem,
dum tu hac atque illac peregrinareris ſuper terram, ego & filius vitam
vtcumque tolerabamus, ac ſuſtentabamur: at nunc quum velut nutritor ac ſuſtentator
ad me viſus eſſes veniſſe, necator extitiſti filij, quem habebam vnicum.
Fame iam ſedata, nimio luctu deficio: & quem mihi exiſtimabam fore adiutorem,
illum habui proditorem; Te contubernalem ac hoſpitem excipiens, ſpoliata
ſum filio: cumque nos in fame aleres, eum morti tradidiſti: & nutriendo, occidiſti
quem habebam vnigenitum. In quo ſpes mihi repoſita erat, illo tu me priuaſti.
Quem mihi habebam oculum, morte deleuiſti. Meam ego, te adueniente,
conſolationem deperdo. Ad tuum occurſum, meo orbata ſuum filio: te enim ad
B me accedente, filius meus mortuus eſt. Acerbo lapſu cecidi, filio priuata deſiderabili.
Quæ enim mihi deinceps vtilitas ex abundantia farinæ & olei, ad ſatietatem
ciborum, filio meo iam mortuo? Expediebat mihi magis, ſimul cum omnibus
interire, & non in ſatietate priuari filio meo. Quis enim quæ dediſti, iam
comedat? Quod etiam mihi lucrum fuerit, ſubcineritios habere panes ad ſatietatem:
dum iam gloria vnigeniti mei filij, quem habebam, priuata ſum? Conficior
lachrymis atque ſuſpirijs propter ipſum. Quam vellem nō vidiſſe ac cognouiſſe
te, neque de tuo occurſu atque congreſſione quidquam inaudiſſe: noluiſſem
enim dilectiſſimo meo priuari filio. Cernere licebat viduam hanc amare flerem
atque illachrymantem, ad pedes Eliæ. Quum vero iſta audiret zelotes Elias, animo
contriſtatus ad orationem feſtinauit: & ſtans, Deum obſecrauit, dicens: Sol- Adluſio ad 3.Reg 17.
C ue Domine, vincula mortis ex filio viduæ, & reſuſcita eum. Miſericors verò
Deus ſua voce ad ipſum: Solue (inquit) tu cælum, quod lingua tua ligaſti: & nunc
verbo vincula mortis ſoluam, quæ diſpenſatoriè tua cauſſa induxi. Reſpice ac
vide Helia, quanta hominum multitudo interierit, ſenum ac iuuenum, infantium
ſimul & matrum. Cerne lachrymas totius terrarum orbis: quo pacto lugentes
ac flentes concidant, pluuiam depoſcentes. Propter vnam ſolam mulierem
lachrymantem ob cauſſam ſui filij, videris velle eſſe miſericors: mundus verò
lugens ac mœrens lachrymatur: tu id cernis, & omnia pateris interire. Noui
quòd zelo accenſus, diſciplinam intuleris: Scio Helia, non eſſe tui ſimilem. Tunc
ait Helias ad Dominum ſuum: Redde vitam puero, & cælum ſolue: ſolumque à
lamentationibus viduæ me libera: vt non diutius plorans exagitet atque obrundat
me. Vitæ autem reſtitutum iam puerum accipiens Helias, tradidit eum matri
ſuæ: vidua verò ſuum ſuſcipiens filium, magno cum gaudio ait ad Heliam: Nunc 3.Reg.17.
D cognoui te verè hominem eſſe Dei, & verbum verum eſſe in ore tuo. Tunc ait 3.Reg.18.
Deus ad Heliam: Vade, & dic Achaab, me pluuiam concedere terræ. Veniens
autem Helias ad Achaab, dixit ei, quòd Dominus pluuiam daturus eſſet ſuper terram. 3.Reg.18.
Et congregans omnem populum Iſrael, iugulauit ſacerdotes ſacrificantes
Baal. Quum verò omnes iam conuertiſſet ad credendum in Deum viuentem,
aſſumptus eſt Helias in curru igneo, in magna *commotione, quaſi in cælum, de- *ἐν σείσμῷ
miſſa melote ſupra Eliſæum. Deo noſtro ſit laus, honor, & gloria, in ſempiterna μεγάλῳ.
ſecula ſeculorum, Amen. 4.Reg.2.

E

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

De admirandis ELIÆ Prophetæ geſtis atque miraculis, præter ea quæ in diuinis Scripturis habentur, etiam Ioſephus inter alios ſcribit, libro 8. Antiquit. cap. 7. ac ſequent. Epiphanius quoque Conſtantiæ Cypri Epiſcopus, de vita & interit. Prophet. cap. 5. De quo & Baſilius Seleucius Epiſc. pulchram Homiliam conſcripſit. Agitq; de eodem prolixè ſatis Simeon Metaphraſtes, cuius de Magni Eliæ rebus geſtis, recitat Commentarium Lipomanus Tom. 6. & Surius Tom. 4. De quo etiam Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis, in libro de Patribus veteris Teſtamenti. Aguntq; de eodem Latinorum Martyrologia vigeſimo Iulij: & Græci eodem die commemorationem eiuſdem Prophetæ faciunt, illumq; ſic colunt ac celebrant, vt à ſeruilibus operibus plane abſtineant. ſicut etiam patet ex Emmanuelis Imperat. conſtitutione apud Theodorū Balſam. in Nomoc. Photij. tit. 7. c. 11. De æde Eliæ, Dominicum, nuncupata, extat *ta, extat Epigramma S. Gregorij Nazianzeni, inter eius opera. Et de templo Eliæ per Baſilium Imper.* A *reſtituto, meminit Cedrenus in comp. Hiſt. in Baſilio. De vita porrò Viduæ Sareptanæ, quæ Eliam pauit, pulchrè conſcripſit S. Ioannes Chryſoſtomus, in Sermone decollationis S. Ioannis Baptiſtæ, Tomo 2. & S. Ambroſius in libro de Viduis, circa principium.*

Hæc quippe dicit Dominus, Hydria farinæ non deficiet, neque oleum in campſace minuetur, donec det Dominus pluuiam ſuper terram. &c.] *Ita hunc Scripturæ locum (qui eſt 3. Reg. 17.) noſter hic legit Auctor, vbi in lect. vulg. paullò aliter ſic: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, vſque ad diem in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ, &c. nec diſcordat lectio apud LXX. vbi tamen (quod notandum eſt) Cyprianus libro de Opere, & eleemoſ. pro (lecytho) etiam Camſacen Latinè vſurpauit, & hunc locum ſic legit: Fidelia farris non deficiet, & campſaces olei non minuetur, &c.*

Poſtea vbi in fine huius Sermonis habetur: Ανελείφθη ἠλίας ἐν πυρίνῳ ἅρματι, ὥσπερ εἰς τὸν οὐρανόν *id eſt,* Aſſumptus eſt Heilas in curru igneo, quaſi in cælum, &c.] *Optimè cum his quadrant, quæ S.* B *Ioannes Chryſoſtomus in quodam Sermone de Aſcenſione Domini, nondum edito adducit in hæc verba: Agnouit Prophetam Heliam aſſumptum eſſe. ſed tamquam in cælum: tamquam, hoc eſt, non in cælum verum. &c.] Et in alio eiuſdē Chryſoſtomi Sermone, de eadem Aſcenſione, inter alia ſic:* Elias quando aſſumptus eſt, in curru igneo ſublatus eſt quaſi in cælum, nam ſeruus erat: Chriſtus autem in ipſum cælum, quoniam Dominus erat, &c.] *ita & in alijs eiuſdem Chryſoſtomi de Aſcenſione Domini Sermonibus, quales adhuc quinque pulcherrimos habeo, nondum in lucem editos.*

EIVSDEM
S. PATRIS EPHRAEM SYRI IN MARGARITAM PRETIOSAM.

Eodem Gerard. Voßio Interprete & Scholiaſte.

AMo & exoſculor tuum Euangelium Domine, quia me eſurientem nutrit: & deſidero ſermones tuos; quia dum ſitio, fontis inſtar D mihi fiunt. Nam quoſcunque volo, ad tua fercula conuoco; pluraque * relinquimus, quàm inuenimus. Cùm multis comedo, & ſolus inuenior. Bibo cum multitudine, & ſoli mihi * tuam propinas gratiam. Quid igitur tibi retribuam; niſi meipſum in conſenſionem atque concordiam? Et hoc quidem volo, ſed nequeo: nam Adam pater meus, debitum * naturæ à me repetit, conor, & ipſe me impedio: quia ſolutionem quæſtionis, quæ in me eſt, non habeo. Alijs, quæ naturæ ſunt, recenſeo: & ipſe me prauis perturbationibus impedio. Video voluntatis * inſtitutum, & me errare: at non animaduerto. In aliorum verò reprehenſionibus, me ipſum accuſo. Sed quid? tacebo ne; vt non condemner? Et qua ratione meum erga te ſtudium, & amorem oſtendam? Loquar igitur, nec deſiſtam. Malo enim meipſum E damnari, * modò tuus miniſter efficiat. Malo etiam mori: & vt tu glorificeris. Noui quòd haudquaquam condemnabor, abſtinens à reprehenſionibus in eos qui peccant: at non deſino id facere, vt te inſontem, nullaque peccati labe pollutum, demonſtrem. Cognoſcant gentiles, amoris vim atque potentiam; & Iudæi amicitiæ intelligant affectionem: quia abſque igne, & gladio, alijſque tormentis; mortem pro te eligo, fortaſſe hac credent * occaſione, quia propter te fero mortem viſibilem, atque ſenſibilem. Sed fortè dico, & non facio: vereor enim, ne, te abſente, vincar à natura: At mihi ſaltem perſuade, quia laborantem me adiuuas: & gentes in ſententiam meam adducam, à quibus ſupplicium tolero. Certiorem me fac, quòd mei patientis miſerearis: & iam nunc * profiteor. Iam exuo

*al. relinquo, quàm inuenerā.
*f. ex fonte tua propinas gratię.

*al. debiti naturę me admonet
*τὴν προαίρεσιν.

*al. & solùm effici tuum miniſtrum.

*al. ἐκ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, id eſt, hoc argumento.
*ἀπογράφομαι.

A exuo me, ad luctandum cum lictoribus & ſatellitibus idolorum. Iam enim gentilium tuba volentes ad bellum euocat, gentilitatisque tandem diſcurſitationem compellat; ac minæ ab * occidentalibus, ſupplicium in nos retorquent. Pertimeſco, quia peccatores odiſti: at rurſus gaudio perfundor, quòd pro ipſis ſis mortuus. Timore perculſus ſum, quia homines ſenſuales atque carnales abominaris: at ſolatio mihi eſt, quòd naturæ noſtræ * fragilitatem noueris. Noſti vt conditor, quod creaſti; & vt Iudex, exploratum habet quod condemnes: ac vt incarnatus, noſti quod cogitaſti. Tu enim eam mihi immaculatam dediſti: verùm pater meus Adam, multis hanc ſordibus contaminatam, debilitatamque reddidit: & nunc ego inuitus * obliquè feror. Naturæ corruptionem ipſe ad- B miſcuit: & ecce ego cum tempeſtate * depugno, periculumque ſubeo. Miſerere igitur mei, vt creator; & ignoſce mihi, vt iudex. Compatere infirmitati meæ, quippe * qui homo factus es. & ne me repellas, ô Domine, propter vitia atque pernicioſas affectiones meas: ſed impetum * voluntatis conſidera. neque ob ſordes me auerſeris: at operum ſedulitatem intuere. Et licet me ex parte ob cogitationum turpitudinem auerſatus fueris: verùm in planctus meos reſpice, & in conſcientiæ * compunctionem. Habeo propoſitum: at neſcio, an etiam vires. Quod habeo, promptè elargior: & ſi ipſe neceſſaria dare velis indigenti; mentem meam conſpicis, quodque ſim pauper, à dracone ſpoliatus. Imbecillus ſum præ corruptione: & quamuis edoctus ſim, tamen ſum rudis * & inſcius. nam à peccato in errorem impulſus, gratiam perdidi: & ob id, in inopiam ac mendicitatem incidi. Perdidi donum tuum: & ideo perfectam prudentiam, animique C ſenſum non habeo. Perdidi * conſuetudinem tuam: & idcirco, quò vadam ignoro. Nihil ergo habeo: & ſi quid habeo, tu mihi illud dediſti. natus inops, extrema * inopia laboro. Quòd ſi diues euaſero; tuum eſt totum iſtud munus, & quidem nunc, & omni tempore tuum erit: ſolumque gratiam tuam depoſco, confitens quod per te * ſeruabor, ſi quidem ſeruabor. Noui quẽdam diuitem in Scriptura: verùm prudens cùm eſſet, & te noſſet, pauperem ſeipſum diues ille apppellauit. Paupertatem ille ſibi * adſcripſit, potentiam bonitatis tuæ reſpiciens. & quid ego dicam; aut quid cogitabo? Noſtis autem & vos hũc hominem: nam parabolam * illius, vobis Euangelium enarrauit. Dixitque propter ipſum: quia omnis Sanctorum labor, propter hominem ſuſceptus eſt. Ait autem ſic: Diues quidam theſaurum in agro abſconditum ſciens, vendidit omnia quæ ha- D bebat, & emit argrum illum. Aliusque idem ob Margaritam pretioſam faciebat: quare vtriuſque diuerſitatem noſſe, & cuiuſque vim ſoluere atque interpretari oportet: nam duo iſta vnum ſunt. Continet autem breuem * ſolutionis ſermonem, margaritæ ſententia, ideoque illam cum primis exponamus. Margarita igitur pretioſa è mari eſt, magnæ autem æſtimationis, eò quòd inuentu difficilis ſit: non tamen cibum præbet, ſed gloriam; neque potus oblectamentum affert, ſed claritatem nominis. Multæ quidem pecuniæ, pondus efficiunt: at illa, grauitatem ſubleuat. Parua cùm ſit, magna poteſt; & ad portandum * facilis eſt, facileque in * ſuum ſtatum reſtituitur: facilè abſconditur, ſed difficilè inuenitur. Sic quoque eſt de cæleſti regno: ſic etiam de * Dei Verbo, quòd paucis & perſpicuè magnam in ſe vim continet. Non proponitur ad manducandum: neque enim ad tempus dumtaxat durat. Sed nec pauperibus eſt eius vſus: verùm eorum, qui in cognitione atque ſcientia diuites euaſerunt, illius eſt perceptio. nullus quippe virtutis inops, illo potiri poteſt: ſed perfectorum in rectè factis, eſt illius poſſeſſio. Reperiũtur ſæpe gradus in loco excelſo, per quos ad ſupremitatem quis conſcendit: & in Euangelio ſimiliter, eorum qui ad Deum accedunt, differentiæ ſunt. Et ſiquidem paupertate ſemper graueris; ſemper tibi panis, pro conſolatione paupertatis erit. Si autem infirmus ſis; holuſculo te * reficit: quod etiam ex iecinore, & ictero morbo laborantibus, vt vinum adhibetur: alijs loco piſcis proponitur; alijs frumentum, aliquibus falx putatoria, quibuſdam etiam ſecuris & enſis efficitur. alijs, ad * pellendum otium, flagella profert ex funiculis; panesque hordeacos * ruſticioribus apponit: virgis inertes caſtigat, & baculis fatigat atque exercet. Hæc, & his ſimilia pro gradibus habet Euangelium. Sunt autem iſta in parabolis dicta. Diuites quippe nouit virtutibus locupletatos:

Græca hic demendo ſuſpecta.

† ἐκ δυσμῶν.

† τὴν προπέτειαν.

i. fragilitatem. ac propenſionẽ, ad malũ ſcil.

† ἀκῶν πεπλαγίζομαι.

* θαλασσωμαχῶ.

† ὡς ἐνηνθρώπισας.

† τὴν ὁρμὴν, τῆς προαιρέσεω.

† Hoc ideo dicit, quia is dicitur compungi, qui ſua peccata in conſciẽtia damnat.

* ἀδαής.

* συνομιλίαν.

† πένομαι ἰσχυρῶς

† περιγενήσομαι.

Matth. 13.

† κατεγράψατο.

* al. nam parabolam de illo, Euãgelium vobis exponit.

Matth. 13.

* al. interpretationis.

MARGARITAE PRETIOSAE DESCRIPTIO.

* σύντομος.

† εὐμετάθετος.

* al. de diuino verbo, quod breuiter & aperte magnam in ſe efficaciam complectitur.

A SIMILI.

* ſcilicet ſacra Scriptura, ſiue Euangelium.

† εἰς χειραργίαν

* χωρικωτέροις.

pauperes quoque imbecilles: ac virtutum inopia laborantes. Quemadmodum A
ergo ſanos & integros eos cognoſcit, qui in fide valent: ita & imbecilles, eos qui
pietate ac religione imperfecti ſunt. Gladio multos perimit, ab idolis reſcindens,
*al. Cernit per illud occulte inferri ignem, &c. & populi impietatem auertens. *Cernis per illud in occulto, infert ignem
ac lumen, vt quod occulitur, in lucem proferat; & quod contra ſcientiam offertur,
abſumat. Cauterium adhibet ijs, quibus læthali morbo *depaſcuntur membra;
*ἐπινεμομένοις ſeparatque à communitate Eccleſiæ, pernicioſas affectiones. Inter ægrotantes,
eſt medicus; & inter ſimpliciores, paſtor inuenitur: inter athletas, arbiter
*βραβευτής. eſt ac *præmiorum diſtributor; & inter aduerſarios, iudex incorruptus: inter iniuſtos,
vindex inuictus; & inter afflictos, pauperum curator, & viduarum prouiſor
efficitur. aduerſus tyrannos, rex eſt: & ad humiles, tamquam frater accedit.
peregrinis, vt familiaribus occurrit; & inter orphanos, vt pater reperitur: ignoranterque B
*ἑκὼν γίνεται. maledicentibus, vt idiotam ſe exhibet. Hæc autem omnia, vltra *ac
ſponte præſtat; cùm quod vult, hoc etiam poſſit: omnibusque vtilia conſuluit.
propterea multæ parabolæ, & differentes; ideo quoque variæ potentiæ: & in cunctis
*πολύχορδος. ipſe, non quidem alius à ſe, ſed ſicut multarum *chordarum lyra, diuerſimodè
A minore. omnibus ſua commoda excogitat. Noui hominem, eundem medicum & fabrum,
ferrarium & ædium ſtructorem, œconomum & agricolam, inſpectorem &
Doctorem, argentarium & figulum, & coquum, & *mercatorem, multaſq; alias
*ἔμπορον. artes callentem: verùm in nulla earum artium cum verſaretur, naturam amittebat.
Ad Maiorem Quomodo igitur non multo magis Deus immutabilis erit; quamuis
Contra Marcioniſtas. multa faciat, & diuerſa velit? Hæc porrò dico, vt ne quis affirmet, ſicut in vna
*al. figulus. aliqua harum rerum, ita per figuram hominem apparuiſſe. aliud enim natura, &
aliud ſcientia: aliudque figura ſeu forma, & aliud hypoſtaſis. Non faber, & agricola, C
neque *luto operans, & gubernator, curator & rerum neceſſariarum ſuppeditator,
vnus his omnibus euadit: non ſecundùm quamlibet generationem, atq;
ſcientiam; ſed cùm ſemel ſit in ijs effectus artifex, exercitatione deinde ac meditatione
in ſingulis ſe exercet. At qui natus eſt homo, vt rurſus perfectus homo
*al. naſcatur. *reddatur, non exercitatione conſequitur, ſed natura illum perficit. Filius igitur
*διὰ φύσεως per naturam, id eſt, verè. Dei, non per exercitationem didicit apparere hominibus: verùm per *naturam
aſſumpſit hominem; vt fieret quod non erat, & inter homines verſatus eſt, vt homo.
Contra Marcioniſtas hereticos & Manichæos. Aduerſus Marcionem porrò hæreticum loquor, talia falsò apud ſuos hallucinantem:
& contra Manen diſſero, deteriora adhuc Marcione, de humanæ naturæ
aſſumptione ſentientem. Ecce Margarita nobis proponitur. Dicant hæretici,
*θησαυρὸν τῆς ἀποδείξεως. vnde illa ſit, & quomodo fiat? In ea enim demonſtrationis *theſaurum habeo:
& pro ſcripturis, illam iniquis debitoribus oppono. Dicant, dicant nobis, D
MARGARITAE GENERATIO. quænam ſit Margaritæ generatio: oſtendantque nobis, figuram duntaxat ei eſſe,
& non hypoſtaſin? Noui quid *dicant: ſed & ego aliquam aduerſus illos interrogationem
*al. quid dicturi ſint aut dicere poſſint. faciam. Abſque corporum (inquiunt) coniunctione natus, nequit
eſſe homo. & ſiquidem natus eſſet, vt Adam, haberet (aiunt) hypoſtaſin
hominis: cùm autem ex virgine ſit natus, ſine congreſſu viri; figuram ſolùm
*al. habeo enim qui vobis, &c. hominis aſſumpſit. Silebo equidem, ô hæretici: at *habeo, qui vobis pro me
reſpondeat. Ego quieſco: nam vobis pro me Margarita ipſa loquitur. Ediſſere
MARGARITAE GENERATIO. igitur quomodo nata ſis, ô Margarita? Tuam nobis expone naturam: & hæreticos
confunde. oſtende naturam tuam: & vanas, friuolaſque opiniones deſtrue.
Conchæ loquantur generationem Margaritæ. conceptionemque ipſius recenſeant. E
Doctores hominum, qui ſe in cælo verſari putant, fiant qui ſub aquis
ſunt murices: & à rationis expertibus, imò & ab inanimatis erudiantur, qui cæleſtes
*κολλυβίζοντες naturas *permutando mercantur: & ab ijs qui neque lege, neque ritu vtuntur,
*al. qui leges alijs præſcribere audent. qui leges *alijs præſcribunt, legem accipiant. Hæreſum enim dedecus,
probrumque non fero: quia rationem à diuina potentia repetunt, & modum
diuiniſſimæ illius actionis curioſè nimis inquirunt. Rationem *à Deo repoſcũt,
*λογοθετοῦσιν. cùm ſint ipſi peccato debitores: animumque intendere conantur *in ſationem
*ἐπιστῆναι τῇ γεωργίᾳ τῆς ἀφράστου φύσεως. & ortum ineffabilis naturæ; damnantque qui rei ſunt Iudicem, neſcientes
ipſi pro ſe reſpondere. Si incomprehenſibilia comprehenderitis; non iam amplius
incomprehenſibilia erunt: & ſi quę diuina ſunt, intellexeritis; non amplius
Actor. 17. erunt diuina, ſed cõmunia quædam. Et ſi in ignotum Deum, vt Paulus ait, aciem animi

A animi defixeritis; diuinam poteſtatem veſtra cognitione diſſoluitis. Refero igitur
exemplum, cuius naturam reuelabit qui * poteſt; modumque per quandam † ὁ δυνάμενος.
ſimilitudinem intelligo, non tamen vim actionis reuelo. Margarita, lapis eſt ex
carnibus genitus: quoniam ex * conchylijs prodit. Quis ergo non credat, etiam
Deum ex corpore hominem eſſe generatum? Illam, non concharum coniunctio † ἐκ τῶν ὀστρέων.
format, ſed fulguris & æquæ commixtio. Sic & Chriſtus in virgine conceptus eſt,
citra aliquam voluptatem; dum Spiritus ſanctus ex eius maſſa aſſumptionem
Deo conſtituit formauitque. Margarita, neque * vt murex generatur, neque vt *al. neq; murex abſque (vt) contra hæreticos.
ſpiritus in figura procedit. Et Chriſtus non permiſtus cum diuinitate, neque purus
eſt homo, neque cum immiſta diuinitate * permiſtus: ſed neque in figura † κεχραμένος.
B ſpiritali factus eſt. Margarita in hypoſteſi generatur, & alium per * ſe lapidem *al. ex ſe.
non generat: Chriſtus quoque non eſt alius, niſi qui ex Patre ab æterno genitus
eſt, & ex Maria Virgine in tempore natus. Non figuram dumtaxat dictus lapis
habet, ſed etiam ſubſtantiam: ita quoque filius Dei in hypoſtaſi eſt natus, &
non in figura. Duarum naturarum eſt particeps hic lapis pretioſus: vt oſtendat
Chriſtum, cum Verbum ſit Dei, ex Maria Virgine natum, non vnicam * particularem † μερικήν.
habuiſſe naturam; quoniam ne aliud quidem animal erat: ſed perfectam
* habet duplicem naturam, ne duas perdat. Neque enim in vna ſola natura *τελείαν δὲ τὴν διπλῆν ἔχει φύσιν ἵνα μὴ τὰς δύο ἀπολέσῃ.
Deus ſuper terram eſt viſus: neque in altera ſola, homo in cælos aſcendit, verùm
perfectus ex perfecto, homo ex homine, Deus ex Deo, ex Virgine Chriſtus. Non
attributa * atque permiſta eſt caro diuinitati: neque diuinam naturam humana
natura onerauit. non eſt * imminuta propter aſſumptionis nexum, ita vt per- *οὐχ ἐπεμερίσθη.
diderit quod habebat, & quod nō habebat fieret: ſed perfectum habet, quod erat;
C & perfectum ſimiliter habet, quod aſſumpſit. Vnio non eſt facta confuſio. non *i. nō eſt minor facta propter aſſumptionis coadunationē.
enim corpus coniunctum erat corpori: at homo erat hic cum deitate. Vinum
& aqua commiſta, perdunt naturam: at vinum & aurum, vtrumque * ſimul
immiſtum, conſtituunt hypoſtaſin. Tegitur enim Deus aſſumptione, ſicut aurea *ἐπιμιγέντα ἑκάτερα.
vrna, manna: abſconditurque Deus verbum in aſſumptione; velut in arca
calathus. Quod intus * eſt, exterius efficitur; & quod foris, intus: vt & vnitas *al. intrinſecum efficitur extrinſecum, & extrinſecum fit intrinſecum.
demonſtretur, & hypoſtaſis. Manna non eſt aſſumptio: at coniungitur vrnæ,
non * vt induens diuinitatem, ſed vt margarita ex fulgetro aquæ diuinitatem
habens. Intellige coruſcationis, & aquæ commiſtionem: & Chriſti parabolas *f. non vt quæ ſcilic. vrna diuinitatem induat, &c.
admirare. Conſidera vilis atque abiectæ carnis miniſterium in Margarita:
& credas reuera ex muliere natum eſſe Chriſtum. Murex, nec obolo quidem
D dignus, lapidem multis auri talentis pretioſiorem parit: ſic & Maria Deum,
cui nulla comparari poteſt natura, genuit. Non affligitur dolore oſtreum, dum
margaritam concipit; ſed ſolùm * aliquid ſibi acceſſiſſe ſentit: Et Maria citra *al. ſed ſolùm acceſſionis ſenſum habet.
omnem concupiſcentiam Chriſtum concepit, ſentiens ſolùm accedentem hypoſtaſin.
Non corrumpitur murex, neque dum concipit, neque dum parit;
perfectum enim parit lapidem ſine dolore: Et virgo, cùm ineffabiliter concepiſſet,
abſque labore genuit. Non ſolùm concipitur Margarita; verùm etiam dum
accreſcit, perdurat; atque etiam extra cochleam, ſuam poteſt hypoſtaſin oſtendere.
cùm autem carne indigeat pro adminiculo hypoſtatico, naturamque * ex- *ὀρεκτὴν.
tenſam adhibeat ad perfectionem ſubſiſtentiæ, latet tamquam * in vtero, in ſi- *ὡς ἐν κόλπῳ.
nu cochleæ: & quaſi naturaliter ad ſubſtantiæ perfectionem * inſita eſt. augmen- *ἐνεκεντρίσθη.
tum quoque accipit, per vitalem naturam; & qualitatem ſibi conducentem participat.
Natus etiam eſt filius ſimiliter ex carne, non ſeminatus: & filium * fru- *al. præbuit.
ctificauit natura, ſine viro ad generationem concurrente. O magna myſteria,
O cæleſtia decreta: quia peperit natura non * proprium: & filius natus eſt, non † τὸ μὴ ἴδιον.
ex viro procreatus. Virgo facta eſt mater, & natura fons; aluus * nutrix, & † μήτρα τροφὸς, καὶ ἡ κόρη συνεργός.
puella adiutrix ac ſocia. Aſſumptio ex vbertate naturæ, & generatio ex impletione
atque fœcunditate determinata ipſi naturæ. Sola mulier abſque viro
genuit: nam corruptionis expers erat qui generabatur. Virgoque peperit propter
eum qui puritatis ac caſtitatis fons erat. voluptatis expers, procreationi
filij ſeruiuit: nam vitiorum extirpatorem produxit. Quomodo igitur figuram CONTRA HAERETICOS.
tantummodò ſuſcepit; qui & naturam, & eſſentiam, & tempus generationis
participauit? Quo pacto igitur homo prodijt, qui omnem creaturæ præbet

MARGARITAE GENERATIO.

experientiam, abſque corruptione ac partus dolore? Neque enim paſſa eſt Maria, A
vt mulier: neque partus dolorem ſenſit, vt virgo: neque aliena à genito erat:
nam propter naturam quæ nutriuit, communicationem ſocietatemque habebat:
& mater filij Dei erat, propter *aſſumptionis munus. Creuit in vtero Chriſtus,

*διὰ τὴν χορηγίαν τῇ προσλήψεω.

*τῆς λειτουργησασης.

cùm vt Deus nullius indigens eſſet: & filius ex muliere natus, cùm filius eſſet
Dei. Agnouit Mariam matrem, impertita atque ſubminiſtrata per eam humanitate
diuinitati. Filius erat eius, *quæ ſuppeditauerat; quia non ſolum fidei voluntatem
atque electionem præbuit, verùm etiam naturam in aſſumptionem impertiuit.
Si figuram duntaxat, Verbum aſſumpſiſſet, quid natura fuiſſet opus? Si

Contra hæreticos Marcioniſtas, & Valentinianos.

tamquam in ſpecie proceſſit, quæ mulieris neceſſitas? Si velut per canalem, ac
fiſtulam deſcendit, cur conceptione indiguit? Cur in virgine tamquam in loco B
diuerſabatur, qui erat ex natura proditurus? Qui ſic natus eſt, vt qui de cœlo

* al. ex cælo.

delapſus in virgine habitaſſet; cur non illicò, terræ cælitus apparuit? Qui naturam
humanam non aſſumpſerat; cur ſubitò inter homines ex *aëre, ſe notum
non reddebat? Si perfectam œconomiam habebat, quid ex virginali natura aſſumebat?
Neque ſuperuacaneus eſt Deus, neque illuſor; at ſuperuacanea Maria,

*Locus in Græco obſcurus, & de mendo ſuſpectus.

ſi Chriſtus in figura venit. Illuderet etiam Deus, generationem hominibus apparentem
dumtaxat oſtendens. Sit iſta *neceſſitas, cauſſarum rationes damnans.
Nam Chriſtum veritatem eſſe noui, & in Margarita eum ſuſpicio. Habeo porrò
& aliud argumentum afficaciſſimum, de vera ipſius ſubſtantia, incrementum
nimirum, vſque ad perfectam ætatem illius. Nam ſi figuram habebat Verbum,
& veſtimentis indutum erat; oſtendite veſtium incrementum? Et ſi in figura

*al. tunicā cum eo creſcentē, & quæ fulgens afficiatur, & non inuetereſcat?

*al. hæc, ſcilic. conceptio.

Chriſtus aduenit; oſtendite *amictum in eo creſcentem, ac refulgentem, & non C
inueteraſcentem? Et ſi Chriſtus in figura, ex infante vſque ad ſtatum & conditionem
perfecti viri, adoleuit: quomodo augmentum conceptioni teſtimonium
præbet, & conceptio incrementum teſtatur? Neque enim illud citò factum
eſt, neque * hæc tempus naturæ præbuit. Non ſunt figuræ, communicatio naturæ
ſubſiſtentis: ſed veſtimenta, artis ſunt inuenta. Quis igitur naturæ vſus,
dum ars famulatur Domino? Et quid opus fuiſſet conceptione muliebri; cùm

*locus in Græco intricatus, & perobſcurus.

*materia aerea non à viuis hominibus procedat, ſed in terra inueniatur? Virgo
naturæ miniſtrauit diuinitatis: ac propterea naturam ei incorruptibilem
præbuit Deus. Si actio quæcumque fuiſſet illud munus; etiam homo hanc efficere
potuiſſet. Et ſi figura fuit illud miniſterium: ars igitur hominum, diuinitatem

*μισθὸν τὴν ἀπονίαν ἀπέλαβεν.

*ἄπονον ἀυτὴν

*al. & forte ac validum ipſum accepit.

iuuiſſet. At ob promptam obedientiam, beata Virgo *mercedem accepit, D
vt ſine labore atque dolore fœtum geſtaret ac pareret. Produxit enim Deus virginis
naturam labori atque moleſtiæ obnoxiam: & ipſa laboris *corruptioniſque
eam expertem recepit. Donum infirmum obtulit, *validumque illud recuperauit.
dedit vterum labori atque dolori ſubiectum: & eundem integrum, illæſumque
ipſa recepit. Medicus erat, qui natura eius vtebatur: ac propterea etiam
ſanam illam reſtituit. Non erat homo, qui virginem pro filij generatione adhibere

† ἄρρηκτον.

*ἐξώλισθεν.

*γεώδης.

† ἐκ τῆς τοῦ ἐνόντος δυνάμεως.

*φυσικῶς, i. naturaliter, hoc eſt, verè & realiter.

volebat, ſed Deus: atque ideo naturæ, quod non habebat, præſtitit: vt
oſtenderet ſe non veniſſe ad dirumpendam naturam, ſed vt integram *atque
incorruptam eam conſeruaret. Margarita erat, qui generabatur: ideoque *elapſus
eſt, & abſque labore atque dolore natus. Neque aſper ac durus erat: neque
terreus *ac luteus, neque vt humidus ac fluxus, effuſus. neque im multas partes E
diuiſus, velut materialis ac craſſus: ſed infans Deitatem perfectam continebat,
quæ ſub natura ſimplici tegebatur: ac propterea vi *illius qui in ipſa erat,
virgo inſtar cochleæ *naturaliter peperit, & vt mulier affecta eſt: nulla tamen
ratione, rurſus natura, ſicut conchiliorum plicis ac ſinibus vſu venit, ad
virginalem ſtatum recurrente. Non perdidit ſigillum natura virginis, Chriſto
concepto: & ob id, neque eo genito reſerata eſt, vt partum in lucem ederet.

Contra Marcioniſtas negantes verum hominē aſſumptum.

neque verò rupta eſt, dum gigneret: nam neque rupta erat, dum conciperet.
Cogor autem inhærere ſermoni, vt omnia commemorans, impijs
oſtendam hæreticis, Chriſtum vere natum eſſe; ita vt homo verus, & non qui
ſolum videretur homo, prodierit. Nos quemadmodum concipimur, ſic etiam
generamur. Corrumpitur enim matrix, dum concipit; laborat ac dolet, dum
parit; perdit naturæ ſigillum, vt concipiat: propterea quoque dum parit, non modò

A modò deducitur, verbum etiam ob naturæ imminutionem flacceſſit atque langueſcit; doloreque torquetur, * dum corruptionis quæ initio accidit, recordatur. quando porrò ſemen vbi proceſſit, ad maturitatem proſeminatæ carnis peruenit, dolores partus comparat. At non ſic Chriſtus: ſed ſine dolore genitus eſt: quoniam & ſine corruptione fuerat conceptus, in virgine carnem * accipiens, non à carne, ſed à Spiritu ſancto. propterea & ex virgine prodijt, Spiritu ſancto vterum aperiente, vt egrederetur homo qui naturæ opifex erat, & virgini virtutem in ſuum augmentum præbebat. Spiritus erat qui puerperam * thori maritalis neſciam in partu adiuuabat: quapropter neque quod natum eſt, ſigillum virginitatis commouit; neque virgo laborem ac dolorem in partu ſenſit. Vidi B multos melius id recepiſſe, quod vtendum dederant; quoniam qui vtendum ſumpſerant, cùm eſſent opifices, rei datæ vitium corrigentes, éam ſanam & integram reddiderunt: quanto magis Deus, non deterius id quod ſanum mutuatus eſt, ſed multò melius reddidit, quàm accepiſſet? propterea igitur corruptibilem mutuatus naturam, incorruptibilem reddidit. Eodemque artificio mechanici contraria præſtare poſſunt: aquas enim in vaſis, & per alas quaſdam vltrò aperiunt, & emittunt; rurſus cum volunt, claudunt latentes in vaſis vias. Nonne igitur Deus hominibus artificio præſtet, in dilatanda & coarctanda natura; ita vt nulla ex parte labefactetur eorum corporum mole, quæ per * medium prodeant? Reges, in quibus exaltantur ciuitatibus, priuilegia donant: at filius Dei, virginitatem virgini matri ſuæ conceſſit, quippe cùm poſſet. Quin & locorum profeſſores ac domini, fontes excogitant, & naturas aquarum emendant; & cæli temperiem meliorem, habituali * ſolertia reddunt: At Chriſtus C nonne multo amplius etiam ea, quæ videbantur naturæ permoleſta, correxit ac reparauit? aut quaſi vnus ex hominibus, ſic inemendata reliquit? Quemadmodum igitur ſolus ex Virgine natus eſt Chriſtus: ita etiam Mariam in partu virginem permanere conueniebat, matremque abſque dolore fieri. Ne igitur te propria excæcet natura. vt in Deitatem non credas: neque te, corpus tuum * perturbationibus atque affectionibus obnoxium deprauet, vt humanam damnes naturam. Non enim aduenit Chriſtus, vt paſſionibus ſeruiret: ſed vt peccatum exterminaret. Non admiſit corpus, vt naturæ illuderet. Non fugit * aſſumptionem, vt honoraret figuram. Si per figuram aliquibus placet, dignum quid admiratione facere: multò ſanè amplius ipſe omninò per ipſam peregit naturam. Si figuram honorauit naturæ; præclarum ſanè quiddam eſt natura, à D diuinitate honore dignata. Et ſi ob correctionem venit in figura: nobilior ſanè natura, quàm figura. Si nihil conferre * nouerat figura: ſine ipſa vtique effeciſſet quod erat propoſitum. Quòd ſi nihil in figura perfecit; fruſtra ſanè ipſa inferebatur. Attendite * margarito, & nolite errare: non enim ceſſabo reprehendere, donec corrigam accuſatores. Cernite non eſſe figuram, ſed actionem: & naturæ * coadunationem ſuſpicite. Inuiſibilis iſte pretioſus eſt lapis. neque enim aliquis aſſumptū hominem, ab aſſumente natura diuina ſeparare * poterit. Fulgur & aqua conſenſerunt in vnum: & duo ſe contraria complexa ſunt. Quo igitur pacto quod tenes, ignoras: & quod non tenes, curioſè inueſtigas? Ex igne fulgur, & quod ignitum eſt, illuſtrat atque inflammat. Conchæ ex aqua, & per aquam creſcunt. Quomodo ergo non comburit coruſcatio, cochleæ corpuſculum? Quomodo ſubſtantialiter * atque eſſentialiter tunc conueniunt E aqua & ignis, ac ſeinuicem non perdunt atque corrumpunt? Non potes dicere: ſed cogeris credere, quod vides & tangis. Sit tibi pro teſtimonio, natura, quam edicere neſcis: quia filius Dei abſque ſemine naſcitur. Illic duo ſunt contraria; quorum eſſentialiter concordant hypoſtaſes, & in qualibet oſtenduntur natura. Veſtram enim anteuerto accuſationem: quòd ex vobis quoſdam dicentes nouerim: Deus ingenitus, Deus inuiſibilis, caro viſibilis; Deus * paſſionis ac perturbationis expers. Quomodo ergo inter tot contraria, coadunatio * atque conſenſio cum vna hypoſtaſi facta eſt? Habes margaritum, omnium quæ dicta ſunt, apertiſſimum explanatorem: nam ignis, deitatem ſignificat; & aqua aſſumptionem. Non aqua fulgetrum aſſumpſit, grauis quippe eſt naturæ, & ad ſublimiſſimum ignis locum non prodit: ſed fulgur * ſuperuolitans coniungitur

* al. nempe vt corruptionis, quæ initio accidit, admoneatur.

† σαρκὶ καταβληθεὶς.

† λόχον ἄλοχον.

À MAIORE.

† ἐκ τῶν διὰ μέσου προϊόντων ὄγκων.

† ἐπινοίᾳ σχέσεως.

† ἐμπαθὲς σῶμα.

† τὴν πρόσληψιν.

* al. poterat

† μαργαρίτῃ.

† πλοκὴν.

† al. χωρίσει τὴν πρόσληψιν i. ſeparabit aſſumptionem, &c.

CONCHARVM ORTVS.

† οὐσιωδῶς.

* al. Deus impaſſibilis.

† ὁμόνοια.

† ἐπιπετόμενος.

aquæ, & concha turbata vtrumque ſimul iunctum concludit. calorque corporis vnitus eſt rei * quæ aduenit; & firmitas plicaturarum quæ committurtur ac coeunt, conſeruat ac retinet, ne diffluat humor, qui intus laborat. Natura verò per coniunctionem, auget quod incluſum tenebat: progreſſuque temporis aqua * & ignis in margaritam reſoluuntur. Dicit etiam Euangelium, ſic Spiritum ſanctum ſuperueniſſe in virginem. Cur ita? vt ſcilicet virtutem acciperet ſuſcipiendi Deum. Et virtus, inquit, altiſſimi obumbrabit tibi. Fulgetrum tuæ inſidebit naturæ: quia quod ex te naſcetur ſanctum, * erit filius Dei. Non dixit, quod genitum fuerit, iterum gignetur. neque dixit, quod naſcetur ex virtute, vel Spiritu ſancto: ſed, ex te: vt virginis naturam oſtenderet Deitati miniſtrantem, aſſumptionemq; in ipſa, & ex ipſa, Deo Verbo coniunctam. Niſi enim dixiſſet, quod naſcetur ex te, fortaſſe figuram exiſtimatum fuiſſet Verbum aſſumpſiſſe. Quædam tamen exemplaria ſupprimunt illa (ex te) vt hæreſibus gratificentur. Tametſi non admittis, ô hæretice, hæc verba (ex te) tamen additio verbi, adhuc ſententiam conſeruat. ait enim: ideo & quod naſcetur, aſſumptionis nexum ſignificans. Cæterùm conceptio naturam arguit, & figuram reijcit; archangelique locutio Deitatem teſtificatur. Ob nihil enim aliud, virgini obumbrauit, quàm vt naſceretur homo. Potuiſſet quippe citius vniuerſæ apparuiſſe terræ, niſi per veram humanæ naturæ * aſſumptionem at homines accedere voluiſſet. Attende igitur ad Margaritam, & videbis eam duas continentem naturas. Speciosiſſima ſiquidem eſt propter Deitatem: at candida, ob aſſumptionem. In candore ergo claritatem cernis: & in virtute inhabitantem potentiam vides. dura quidem eſt, propter naturam humanam: * leuis autem ob conditionem cæleſtem. aquatica propter terrenam naturam, ignita verò ob deitatis hypoſtaſin. Cunctis eſt conſideratio phyſica, quia ſingulis velut in ſpeculo, quæ illius ſunt, reſplendent. Specula quidem arte fiunt, ac propterea habent quandam fallaciam, ad * rem propoſitam percipiēdam: at Margarita naturalem continet gratiam, vtilitatemque innatam. Multa quoque ſunt alia, quæ ex duobus aliquibus fiunt quid vnum: at non, ſicut Margarita, naſcuntur; neque ex igne & aqua concipiuntur. Vide, ne quæras exempla in margaritis quibuslibet: non enim omnes ſunt veræ, continentes in ſeſe cuncta perfectè quæ diximus: nam magna illarum copia, potius terream habet partem. Multæ cochleæ in profundo morantur, quæ etiam veras producunt margaritas. Quæ autem in locis * opertis ac denſis ſunt, quò ſol non penetrat, neque fulgetra; limo & cœno gaudent, ac diuerſis opacitatibus, * vmbroſiſque humoribus veſcuntur, & rarò bonas margaritas producunt. Habet porrò & aliam margarita cauſſam: nam ſi perfectum non fuerit tempus generationis eius, velut intempeſtiua, lapidoſa reperitur; quare & multæ ex ijs quæ in profundo ſunt, improbantur: & ſi arte non expolirentur, non liceret inter eas inuenire pretioſam. Cæterùm multas eiuſmodi non reperiunt, verùm ex illis conchis eas colligunt atque decerpunt: perfectæ autem ideo atque probatæ dicuntur, quia dum quaſi augmentum perficiunt, & ſubſtantiam in vim naturæ tranſmittunt, non † auferuntur, verùm generantur: atque illæ valdè quoque pretioſæ redduntur. Et vt diſcas animalia in mari etiam ex aqua conſtare; legem reuolue, & Deum atteſtantem audies, quòd aquis imperauerit omnibus, vt producerent etiam * mytulos & conchas: nam hæ quoque ex illorum ſunt genere, quæ in aquis repunt. Et margarita ex immundis naſcitur animantibus: ipſeque Chriſtus ex natura ſordibus obnoxia natus eſt, quæ purgationibus per viſitationem ipſius indigebat. Quemadmodum autem fulgur vniuerſa explorat: ſic etiam Deus. & ſicut occulta illuminat, ita quoque Chriſtus recondita naturæ luſtrat, purgatque. Ideò virgine prius purificata, ſic natus eſt: vt oſtenderet, vbi Chriſtus eſt, ibi omnem puritatem * agere. Mundauit eam in ſancto præparans Spiritu: & ſic ipſum virgo, ſuo concepit vtero, purificata. Mundauit eam in caſtitate ac ſanctificatione: ideoque natus, virginem ipſam reliquit. Cochleæ oſtendant atque declarent, non per fœmineum membrum cōcepiſſe virginem: nam illæ duabus explicatis * commiſſuris, non carneam cōſtitutionem præbent, ſed * diuiſim ſolutum habentes corpus, repentè fulgetro replentur. Ita quoque beatiſſima Virgo, Deum verbum toto ſuſcepit corpore, ſimplicitateque naturæ, &

non

*ἐπεισελθόντι.

*al. ex aqua & igne margaritũ prodit.

Luc 1.

*vulg. Sanctum vocabitur filius Dei.

NOTA.

ADVERRVS HAERETICOS.

*προσπλοχὴν.

Margarita, vt duas naturas contineat.

*λεῖος.

Conſideratio Phyſica.

*εἰς τὴν τοῦ προκειμένου παράληψιν al. ad res propoſitæ perceptionem.

*ἐν τεγανώδεσι

*καὶ διαφόρους σκαιωρίας σιτούμενοι.

*οὐκ αἴρονται.

Gen. 1.

*τοὺς μύακας

*al. operari.

*Gręc. πλοχὰς.

*μερίμνως ἀπόλυον ἔχουσαι τὸ σῶμα.

A non curioſo ac redundanti motu, deitate impleta eſt: intellexitque ex conditione humana, ſe aſſumptionem † ſuſcepiſſe. cognoſcebat conceptionem: at viri congreſſum † & conſuetudinem ignorabat. & intelligebat quidem inhabitatorem ſuum † latentem: ſed appetitum ſuperfluæ corruptelæ experta non erat. omniaque ad pudicitiam concurrebát membra, proprij impetus & appetitus oblita. Etenim ad ortum Solis, cuncta redduntur ſplendida; apparensque foris ſol, illuminat vniuerſa: quid agat in cubiculo, † totus ad vnum admotus? Accepit † Paulum Chriſtus, ex cælo eum illuminans, & ad pietatem transferens: fecitque lupum ouem, & perſecutorem Apoſtolum; crudelem miſericordem, & obedientem atque tractabilem, eum, qui olim inobediens atque intractabilis fuerat: & cur non multo magis intus in Maria Virgine cùm eſſet Deus Verbum, ipſam ab omni corruptione B atque mutatione alienam effecit? Pro arrhabone fidem accepit puellæ; & non amplius † propendens erat gratia: ſed dum iure optimo incorruptionis vim illi præbet, fides naturam adduxit; & hanc excipiens gratia, non amplius eſſe corruptibilem paſſa eſt: verùm ſibi ipſam adiunxit, ſicut Rex vas priuati alicuius hominis proprium faciens. atque ita facta eſt ſancta Maria, non iam mulier, ſed Virgo, & gratiæ plena: ſicut cibus iumentorum regius efficeretur, ſi rex illum † participaret, ex eoque veſceretur. Non dico immortalem illam fuiſſe, ſed quòd ab appetitu ſeducta euerſaque non fuerit: cumque gratiæ efficacia illuſtrata eſſet, rubiginem quam natura habebat, † adhærentem ferro, gratia mundauit, & illuſtrauit, conſeruauitq;. Amo & exoſculor Euangelicum lapidem, quia cibus animæ meæ factus eſt, Suſpicio ad collaudo Margaritam: quia de Chriſto loquitur mihi narrationes myſticas atque arcanas. Adhibui parabolam: quia duplicem mihi cognitionem C contulit. Cognoui in ipſa naturæ coniunctionem, & deitatis potentiam. Intelligo contrariarum rerum conſenſionem, ac permutationem naturalis conſtitutionis. Conſidero cælũ cum terra ſimul vniri. Video duos angulos † atque amfractus in vnum coaluiſſe vinculum. Obſignauit gratia concordiam: neque inuenio, qua ratione cuiuſque † ſubſtantiam ſeparem. Intelligo vim differentem, & margaritæ circumferentiam. Abducit mentem meam, ne comprehendat quo pacto ſimul conuenerint, atque coniunctæ ſint. Aequa eſt vndique margarita: etenim Chriſtus inæqualitatem abſtulit; & velut artifex duas curuitates † ac flexus æquales reddens, in vnum conglutinauit; nemoque † eſt, qui ea ſeparare poſſit. Concharum commiſſuræ diſterminantur: at margaritæ termini † atque dimenſiones ſunt inſeparabiles. Illę ſectionem admittunt: iſta verò † inſecabilis eſt: vt D intelligas duas quidem legis tabulas; ſed & Euangelij rectitudinem, † ac ſphericam perfectamque figuram, atque præſtantiam. Terrena quidem, lex continet: at Euangelium, cæleſtia. Ecce concha & margarita, quas ſimul cõiunxit Chriſtus. Per gratiam ad generationem recurrens, & ſpiritalis Margaritæ naturam exquirens, agnoui virtutem, intellexi † connexionem, & naturam deprehendi. Volo rurſus conſiderare ſapientiſſimi artificis opificium. Intelligo igitur rerum omnium opificem, agricolam eſſe: & intelligo non ab eo agros hos terræ, ſed naturæ † campos coli, quos ſerat ac demetat. non tamen vindemiat, & ex magno torculari vectigal exigit, prius dat naturæ humanæ mutuum filium: & fœnus exigit. vniuerſam animæ libertatẽ. Et propter debitũ terreſtria paſcua ſibi vindicat: & breui cõmercio Dominus omnium efficitur, non ſolum vt creator, verùm etiam vt † redemptor. Et non modo vt Deus, ſed etiam vt qui ſudoribus emit, tradit margaritam: ne & E ipſum naturæ obolum deperdat. Elocat filium, vt & ſeruum ſubmittat. O immenſam, † & periculorum contemnentem liberalitatem. conchæ enim committit margaritam: & pro obolo lapidem pretioſum violari ſinit. Cernis mercatorem? Conſideras eum qui omnia vendit, vt margaritam emat? Cognoſcis diuitem: quomodo cuncta vendat, vt agrum, & inuentum in eo theſaurum comparet? Hic enim cæleſtis eſt pater, qui per filium ſuuum omnia emit humanæ cõditionis † frugigera: cunctas autem poſſeſſiones ſuas terrenas vendidit, vt † iugerum quod ipſe † condiderat, & Adę tradiderat, compararet: at hic eam, vanarum rerum cupiditate, vendidit. Emit verò agrum, non propter terræ vſum: ſed ob theſaurum in ea recõditum. Quis igitur iſte eſt ager? corpus humanum. Et quis theſaurus? anima, quæ in eo eſt. Siquidem propter animam, quam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam

*ὅτι προσέλαβει τὴν πρόσληψιν.
*συνουσίαν.
*τὸν κρυπτόμενον.
A MINORE.
†al. ſolus.
†f. Rapuit, ſeu aſſumpſit Paulũ
Act. 9. 13. 22. 26.
Galat. 1.
A MAIORE.
†προσκλινής.
Luc. 1.
†al. ſi Rex eius particeps fieret, atque eo veſceretur.
*συνεπικούμενον for. leg. συνεπόμενον, vel potius συνενούμενον .i. ſimul coniunctam, ſeu vnitam, &c.
*ἀγκῶνας.
Pſalm. 117. & Epheſ. 2.
*ὑπόστασιν, hic accipere videtur, pro (οὐσίαν.)
*ἀγκῶνας,
†al. erit, qui.
†τὰ μέτρα.
†ἄτμητος.
†τὸ ὄρθιον, καὶ μονόβολον.
†πλοκήν.
†νομούς.
Græca hic de mendo ſuſpecta; & perobſcura.
†λυτρωτής.
†ὢ ῥιψοκινδύνων.
Matth. 13.
N O T A:
†χρήσιμα.
†ἄροτρον.
†ἔκτισεν.
Agri, & theſauri nomine, quid intelligendum.

ipſe fecit, vendidit omnia; & ad comparandam poſſeſſionem, miſit filium. Non A
igitur diuinitati vendidiſſet tyrannus; niſi illa tuliſſet, & obieciſſet humanitatem:
nouerat enim potentiam, ac timebat venditionem. ſed homini vēdebat, ſciens
eius infirmitatem, cognoſcensque ſe quando vellet, rurſus per vim auferre
poſſe eius poſſeſſionem, atque theſaurum. Mittit ergo ſuum filium ad tyrannum,
dicitq; ad ipſum: Trade illi poſſeſſiones reliquas, de quibus non eſt controuerſia,
quia meæ ſunt. Solus autem homo voluntate libera dominium meum facit ambiguum:
per confeſſionem tamen & negationem † theſaurum habet abſque labore,
verùm quia ad gloriam meam pertinet, vt non perdam quod mihi ipſi ad obſequium
meum ac miniſteriū procreaui; da ipſi iumenta, & cuncta rationis expertia:
ſolum autem hominē redde liberū. Præbet igitur ei porcos in regione Geraſenorum: B
emitque agrum cum theſauro, ac hominem ex dæmonis poteſtate redemit.
Porci, aſini, tauri, atque leones nullam præbent gloriam poſſidenti: homo
autē magna tribuit: quia eius venatio non eſt ex cibis corruptibilibus, verùm ex
cæleſtibus theſauris, virtutibus inquam. Hic theſaurus eſt, & hic ager, cuius quidem
mercator eſt pater: at interpres † & mediator Chriſtus. Acceſſit vt hoſpes, &
coëmit tamquam mercator: auctoritatemq; exercuit velut Dominus: quoniam
ipſe & Pater vnum ſunt, in deitate. Auctoritatē † & poteſtatem exhibuit in natura
& ratione aſſumptionis: porrò mediatoris functus eſt munere in actione, atque in
ijs quæ egit ac pertulit, & emit; potentia autem ſuperans, accepit agrum: & cùm eum
tyrannus non cognoſceret, etiam theſaurum diuendidit. Aſſumpſit ſeruum
Dominus, hominem dico: ignorabatque inimicus ſe etiam peculium vendidiſſe
ipſi. potius enim homine Chriſtus, ſimul accepit etiam in ſeipſo cuncta quæ ſerui C
ſunt. Omnia rationis expertia animantia mancipata Adamo erant: at inimicus ſibi
ea videbatur vindicare; vt ſi quis corpus acciperet, etiam veſtes lucraretur: ita
compos Adami factus inimicus, illa quoque ſimul cum Domino vendito abiecerant;
quippe quæ iam ſubiecta, naturale dominium agnoſcerent. Amiſit ergo tyrannus
etiam hominem, cum cunctis animalibus ratione carentibus. nam homo
ſponte illa Deo obtulerat: ideoque ad extremum cunctas ſibi gentes cum Iudæis
acquiſiuit. Coëmit agrum in Cruce Chriſtus, pro pretio ſuum ipſius præbens ſanguinem.
Ager enim erat terra: & theſaurus, qui in ea occulti latent ſancti. Accepit
interim poſſeſſionem, quæ conſpiciebatur: & quando voluit, etiam apprehendit
pecuniam † quæ tegebatur. In paſcua venit viuorum: comprehenſos verò etiam D
mortuos qui non apparebant, extulit interim non accepto theſauro, vt illum in
reſurrectione accipiat. Profectusq; eſt in ſua ad cælum aſcēſione, cuſtodibus theſauro,
& œconomis agro adhibitis: vt quando iuſſerit, theſaurus per reſurrectionem
præſentetur Regi. Theſaurus ergo in teſta, velut † in vaſe ſeruatur: ager autē
figuli, eſt tanquam officina, quemadmodū Prophetæ dixit Dominus: ingredere in
agrum figuli. at cuius figuli; niſi Dei? quoniā ipſe eſt, qui ex agro iſto reſurrectionem
facit. Ergo vſque ad conſummationem, luteū efficit agrum in humanis corporibus:
poſt ſeculi verò conſummationem, teſtacea efficit vaſa: ſanctorum quidem
per gratiam, ac peccatorū per gehennam ignis. Modus ergo margaritæ iam
patefactus eſt: non enim in agro defoſſa remanſit, ſed illicò à mercatore excepta
eſt. Atq; ipſe eſt † auctor crucis: ac propterea etiā ſolus reſurrexit, quia & ſolus emerat,
qui per mortem emit margaritam: quoniā in Cruce inimicū profligauit, quo E
deuicto armaturā ipſius accepit, & ſic eum ſpoliauit, atq; ideo ait: Poteſtatē habeo
ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam, quia poteſtatem
habuit mortis, & antequam moreretur ipſe, viſa eſt detineri margarita, non
quidem ab hoſte, ſed à natura: & dum adhuc illa eſſet in terra, commercium & commutatio
facta eſt, mercesque mediatoris margarita facta eſt. Nam ſtultus eum eſſe
Dominum ignorabat, quem deſpuebat. propterea accepit mercedem Chriſtus accepit
& agrum, ac pretium agri: ſimul enim ſequuta eſt natura rationis expers ducem,
quem habuerat ab initio. Habet ergo viuorum poteſtatem in agro. Habet &
mortuorum reſurrectionem, atque dominium in theſauro. Habet & aſſumptionem,
in margarita perpetuò † manſuram. Habet quoque † inuictam gratiam Spiritus
ſancti, vngentem Chriſti corpus ad certamen contra tyrannum. Hoc enim Pater
ad victoriam † proponebat, & præmium victori dabat. Verùm paullò altius, & ab

Loquitur de diabolo qui non reſtituiſſet humanum genus, ſi Deum latere in humanitate Chriſti cognouiſſet, &c.

†al. ex confeſſione ac negatione, theſaurum habet, ac fruitionem, &c.

Matth. 8.
Marc. 5.
Luc. 8.

†μεσίτης.

†αὐθέντησεν ἐν τῇ φύσει τῆς προσλήψεως. quod ideo dicit: nam infinitam poteſtatē in aſſumenda natura humana oſtendit in vnitate perſonæ diuinæ, &c.

†τὸ κρυπτόμενον χρῆμα.

†καταγγίζεται.

Hierem. 18.

†αὐτός ἐστιν ἡ ἀρχὴ τοῦ ϛαυροῦ.

Ioan. 10.

†ſtultus, ſcilic. diabolus. nam Diabolus Chriſtum contempſit, exiſtimans ipſum purum hominem.

†συνδιαιωνίζουσαν.

†ἀῤῥαγῆ.

†βραβεύων.

& ab initio repetentes, cognoſcamus quæ dicta ſunt: vt quaſi ſummatim, intelligamus ſingula ſicut oportet. Siquidem Deum Patrem, agricolam, & opificem, & mercatorem, & figulum, mediatorem, ac creditorem, præmiorum * diſtributorē, & munificum noſtra appellauit oratio. Magnum ſanè Domini verbum, duobus verbis tantam ſcientiæ vim concludens. Rurſusq; margarita ſit nobis † Euangeliū: quia ſimplici ac minuta littera tantam myſteriorum vim continet; & in vili atq; abiecta chartula, cæleſtis continetur ſcientia. aſſeruntq; hæretici filium Dei, indignum cenſuiſſe aſſumere naturam humanam. Cælum Deus chartæ commiſit: & filium humanam ſumere naturam non permiſit? non propter æqualitatem dico: ſed patris erga nos * benignitatem demonſtro, qua ſe ita demiſit, & cōmercia nobiſcum iunxit. Non igitur in figura viſus eſt Chriſtus: non enim in figura vili ac B miſeranda, procederet diuinitas, vt in terra verſaretur. Naturam domini terræ, aſſumpſit naturæ Dominus: vt dominium Adamo firmaret, quod per errorē amiſerat. Quòd ſi in figura Chriſtus apparuit: etiam figura filius erat Dei. Cernis quo pacto corruant hæretici, dum periculosè tentant Chriſti negare ſubſtantiam. Verùm eorum attende dementiam: nam linguam dumtaxat habent, & non mētem; loquuntur quæ volunt, & non intelligunt quæ conſequentium ſit inttelligentia. Etiam tibi † fœneratorem oſtendam Deum, ô hæretice: & quomodo in virgine excoluerit margaritam. & commonſtrabo tibi præterea, quo pacto Agricola deitatem * præbuerit naturæ. Voloq; oſtendere mercatorem, quomodo ſocium mercaturæ Deum nactus, diues vno exſtiterit obulo: ita vt & debitum perſolueret, & ex reſiduis agrum coëmeret, ipſumq; cælum ac Dei regnum in hæreditatem ſtabi- C lem ſibi tribui promeruerit. Accepit natura mendica diuinitatem, & decertauit aduerſus tyrannum. communicauit cum patre: & tabificum † peccatum emptione ſua eraſit atque expunxit, anathematizans illud per gratiam. Illud enim affectibus ac paſſionibus hominem † titillabat: hæc autem Dei munere & ope illud exterminabat. illud, voluptatis illecebris pelliciebat: hæc autem, caſtitate ac pudicitia ſimiliter extrudebat. Chriſtus tyranno naturam exhibuit, vt & ipſe humanitati conſociaretur † ac copularetur perſuaſit. oſtenditque homini gratiam, ſi ad eam accederet; ac patris prouidentiam, qualis ac quanta eſſet: dolorem item intellectualium poteſtatum, & aduerſus terrena inimicitiam. perſuaſit propitiationē, ad reconciliationem mediator fuit, promiſit placationem; modumque ſignificauit, quòd per crucem fieret: ac ſeruum, vt ad Dominum recurreret, ſubornauit; fi- D lius patrem recognoſceret. Et contra tyrannum † propugnator effectus, patri dominium confirmauit; & ſeruum reuera ab acerba tyrannide liberauit. Audi etiam agricolæ artem: nam in vtraque dignitate, modus diſpenſationis Chriſto erga humanitatem exſtitit, bellumque aduerſus peccatum. Ne ergo admireris varietatem interpretationis: nam Deus diuerſorum egregiorum operum fons eſt, & quantam quis vim habet intelligendi: tantum ſe extendit, & ſimul inuenit quoties quis intelligere poteſt. † Inſeuit naturæ diuinitatem, ac tamquam in rimam † quandam & ſciſſuram ſuum incluſit filium: vt qualitatem participans, naturam redderet communem in aſſumptione hominis. Fuit igitur Maria patri arbor, filio mater, hominibus fons † ſpiritus æterni, & pudicitiæ atq; incorruptionis præceptum. Habet porrò pro vinculis hæc inſitio, prophetarum teſtimonia, & oculus † ſiue rimula, pro ſpatio habet naturæ † diſtinctionem. Agricola falcem habet, E quæ mundat & expolit, virginis animo prius & corpore præparato, ac virtutem in ſe continet Spiritus ſancti: arborq; ad melioris naturæ ſuſceptionem facta, ſanctæ mulieris fidem habet. Ne † vacilles igitur ad ea quæ dicuntur: ſed fide res inuiſibiles cernens, ne ſuſpectam habeas narrationem, ex te ipſo diſcens quinam ſit rerum ſtatus atque conditio, quæ ſub aſpectum non cadunt. Nam ſi in te non eſſet anima; non cerneret oculus, nec auris audiret, neque guttur guſtaret, aut manus operarentur. Itaque anima facit omnia, corpus autem cooperatur tantùm. Ita etiam conſidera in ſtupendis operibus diuinam poteſtatem, occulta atque ineffabili quadam ratione cuncta dirigentem. Ego verò à terrenis quoque artibus ac dignitatibus, Chriſti † ortum perſuadere volo. ideoque variè expono, non vt ex multis, ſiue in vno aſſequar: verùm vt multa deſcribens atque adumbrans, vario † artificio diuinitatem oſtendam, qua ratione ſingulis ætatibus proprio quodam

*βραβευτήν.

†hoc eſt, Euangelio tanquam conchylio continetur margarita pretioſa, id eſt Chriſtus, eiusq; myſteria, &c.

†τὸ φιλάγαθον.

Contra hæreticos, Chriſti negantes ſubſtantiam.

†al. creditorem.

†ἐδάνεισεν τῇ φύσει τὴν θεότητα.

†al. ἱδρύσασαν τὴν ἁμαρτίαν. pro (ἱδρυμένην) i. ſtabilitum, ac confirmatum peccatum eiecit ex mercatura.

†ἐγαργάλισεν.

†συναγελάζεσθαι.

†πρόμαχος.

Vide Scholis.

†ἐνεκέντρισεν.

†ἔν τινι θυρεῷ:

†al. fons ſpiritualis.

ὁ θυρεὸς.

†διαίρεσιν.

†μὴ διστάσῃς οὖν πρὸς τὰ λεγόμενα.

†τὴν γέννησιν.

*ἐν πολυχειρίᾳ τὴν θεότητα:

dammodo ſeſe peccato oppoſuerit. Et in natiuitate quidem tali modo: aliter poſt A
natiuitatem: alirer in adoleſcentia, aliter viciſſim in ætate virili: ac ſuo deinceps
Ioan.15.
modo noſſe par eſt, qua ratione quolibet tempore ſe geſſerit, & accommodarit.
Cæterùm antedictis fidem habete. nam & ipſe ait Saluator: Ego ſum vitis, & vos
Confirmatio à plantis, & ab Amygdalis.
palmites. Pater autem meus agricola. Poſſum porrò etiam tibi ex eorum arte,
qui plantandi ſtudio ſunt dediti, confirmare antedicta: In amygdalis quippe, optimarum
†ἐμφυλλίζουσι.
arborum germina inſerunt: alij etiam ramos cum † frondibus inſerunt,
† per (τὸν λόγον) hîc intelligit, perſonam ipſam Verbi, &c. at (τὴν πρόσληψιν) .i. aſſumptione, appellare videtur ipſam humanitatem aſſumptam, vſus abſtracto pro concreto.
& in vitibus ſimiliter faciunt. Cur ergo præter fidem ſit, ſi etiam Deus in ijs quæ
ſub aſpectum non cadunt, ſimili arte vtatur? ſiue in † Verbo, cùm aſſumptionem
inſeuit, ſiue in aſſumptione Deum, verumtamē nō ex ſuperinducto ſemine, quod
abſit cogitare, virgo ſuam ipſius ſubſtantiam genuit: ſed ſine carnali motu concepit, B
atque inuiolata myſterium peregit: & non lapidibus aſcia vel ſecuri dolatis,
humanoque quodam artificio politis, ſapientia ſibi domum ædificauit. Non eſt
auditus ferri ſonus in ædificio: neque enim vir in Maria miniſtrauit, ſed virgo ipſa
permanſit. Vt enim in templo Salomonis, politi per ſe ac dolati iam lapides erant,
non ibi ab hominibus præparati; ita etiam in Maria, aſſumptio non virili opera
facta eſt, ſed ex natura noſtra delecta, de caſtiſſima ac venerabiliſſima Virgine.
†διὰ τῆς φύσεως.
Et terra ſumpti fuerant lapides, & aucti: ſimiliter & aſſumptio per † naturam, &
diuinitas manſit immaculata propter incontaminatam naturam. Abſque ferro
3. Reg. 6.
conſummatum eſt templum: & ſine dolore atque corruptione natus eſt Chriſtus.
Ibidem.
Sola illic terra miniſtrauit: ſicut etiam hic ſola Virgo concepit. Non eſt ſciſſa
petra, neque ſenſit lapidum percuſſionem terra: & virgo neque mota eſt, neque
†οὐκ ἐπεισάχθη τις τῇ προσλήψει.
ex carnali voluptate concepit. Non aliunde terra lapides acceptos præbuit: verùm C
ipſa eos ſine labore atque experientia, ex ſeipſa ſuppeditauit. Similiter
quoque in Virgine, non † ſuperinductus quiſpiam aſſumptioni fuit: ſed ab
ipſa aſſumptus extitit. nam alioquin nutrix fuiſſet, & non mater; cuſtos depoſiti,
Lucæ. 2.
& non fons præſtantiſſimæ procreationis. Euangelium, illam matrem appellat,
Ioſeph quomodo pater dicatur.
& non nutricem: & Ioſephum quoque patrem vocat, cùm nullam in ea generationis
partem haberet: non enim propter Chriſtum dicitur pater, ſed propter virginem;
Appellatio quid efficiat ac præſtet.
vt non ex fornicatione putaretur peperiſſe, ſicut Iudæi auſi ſunt dicere.
Non appellatio naturam tribuit. nam & nos crebrò patres nuncupamus, non quidem
†μνηστήρων.
genitores, verùm ſenio conſpicuos. Porrò ipſi Ioſeph natura appellationem
indidit, honoremque tempus præbuit: quoniam virginis & Ioſeph ſponſorum †
Palmarum mares.
ac candidatorum arrhabones, vt hoc nomine vocaretur effecerunt. Poſſum autem D
†εὐκάρπους.
etiam contra oſtendere patrem, qui non genuerit. Palmarum mares, qui dicuntur,
Ficulnearum effectus.
dum obumbrant fœminis, † fructuoſas illas efficiunt: cùm tamen neque
illis miſceantur, neque vllam ipſis ſubſtantiam præbeant, & ficulnearum quoque
nonnullæ fructum non ferunt, niſi ramis maribus obumbrentur. Quemadmodum
†ſcilicet quoad maritalem thalamum.
igitur iſta quamuis non generent, patres appellantur: ita & Ioſeph pater eſt
dictus, licet maritus virginis † non eſſet. Magnum myſterium, ad quod perſcrutandum
†μείζων τῆς διανοίας ἡ φύσις.
oportet omnem vocare creaturam. Maior natura, † quàm vt eam cogitatio
ac mens aſſequi poſſit. Maius omni imaginatione atque opinione, quod factū
†παρείτωσαν.
eſt. Cur ergo omnis ars rationalis non perſuadet, huiuſmodi efficacibus argumentis?
Deus erat, quod factum eſt: & cuncta vt mancipia † præſto ſunt. Deus
erat & homo, qui natus eſt: & omnis comparare debet creatura, vt ſuum admiretur
Gen.1. & Pſalm.148.
creatorem, & obſtupeſcat, quemadmodum omnia procreauit; & credat ea, E
†ἄνευ τῆς ζυγαδικῆς φύσεως.
quæ ſecundùm naturam ſunt impoſſibilia, ei exiſtere poſſibilia: intelligatque id
fieri, quod ipſe vult, neque indigere natura. Doceantur quoque gentiles, eum
†primum hominem intellige.
non per materiam cuncta feciſſe: ſed quia ipſe voluit. Perſuaſum ſit ijs abſque materia
factum eſſe mundum, & quæ in eo ſunt: Ecce enim ſine † coniugali natura cōflauit
† hominem, qui ſeculum continet inuiſibile, & viſibile. Solus tantæ rei enarrandæ
†De hac noua ſtella, quæ Magis in Oriente apparuit, vide plura in noſtris Scholijs.
non ſufficio: loquantur igitur mecum, & quæ naturæ ſunt, & quæ artis,
quæque operationis intellectualis. Dicat cælum, quòd † ſtellam præbuit teſtem,
quam non accepit cum Sole & Luna. Teſtentur æthera in coruſcatione, quæ
in cochleas inſilit, exemplum eius qui naſciturus erat ex virgine. Proclamet
terra theſaurum abſconditum; & mare, margaritam non apparentem: agricultura,
& ars ædificatorem: ſtudium atque diligentia mercatorem: ſolertia piſca-

A piſcatorem: Regum conſilium, & † militum acies: hominum contradictio, & ſapientum inuentio: aſtrologorum comprehenſio, & tyrannorum perturbatio: aduerſariorum commotio, & peſſimorum ſacerdotum † maleuolentia: infantium confeſſio, & ruſticorum gaudium, paſtorumque vaticinium. cuncta veniant † atque concurrant ad Dei natale: vt vel ſic hæretici credant, Chriſtũ non in figura apparuiſſe, ſed verè in humana natura ex virgine natum eſſe. Dicunt quoq; Iudæi, ſe non credere Deum cum hominibus conuerſatum eſſe, vt hominem. At quid maius ô Iudæe, arca, an homo? Et in arca credis concluſum fuiſſe Deum: & ſuper terram in humana ipſum veniſſe natura, non credis? Nos, inquiunt, non credimus eum, ſi Deus erat, crucifixum fuiſſe. Sed cur in eo non es incredulus, quòd arca quæ Deum continebat, ab alienigenis capta ſit? Nam ſicut illa videbatur B ſuſtinere ignominiam: ita etiam Deus Verbum, quamuis impaſſibilis eſſet, per aſſumptionem tamen iniurijs & contumelijs affectus eſt; dum ipſa ſcilicet aſſumptio crucifigeretur. Et quemadmodum inter † alienigenas, arca ipſum Dagon deſtruxit atque ſubuertit: ita etiam in Cruce Chriſtus diabolum profligauit ac vicit; & blaſphemos corripuit, cognitionemq; diuinæ ſuæ potentiæ infidelibus vel inuitis præbuit. Non creditis Chriſtum tertia die reſurrexiſſe? cur ergo creditis Ionam, poſt tres dies ſaluum & integrum è ventre ceti exijſſe? Non creditis, quòd virgo Deum genuerit & hominem? cur ergo creditis templum illuſtre, ex lapidibus in ipſo non dolatis factum; in cuius vniuerſa ſtructura ferrum non eſt adhibitum? & fuit illud omnium ædificiorum, templorumq; pulcherrimum. Non ferò Iudæorũ debacchationem, atque † temulentiam: quia demonſtrationes tenent, & non credant. Non fero hæreticorum dementiam: quia gentilibus atque paganis potius C fidem præbent, quàm diuinis Scripturis. Si domus abſq; ferro fabricata non eſt, templum dico, ad Dei miniſterium etiam Chriſtus in figura venit. At ſi etiam hunc fundamenta eius ſubſiſtunt: nolite contendere, ſed credite. Ego verò etiam mori pro hac fide expeto. Conuenite † cum gentilibus ac barbaris, quod non opto: & facite quod opto, pro Chriſto, vt ſcilicet, pro eo moriar. Ego quidem, quod ad me attinet, mortem pertimeſco: verùm ſpes atque fiducia mea Chriſtus eſt. In me timeo: at in illo confido. in me refugio: at in illo ſubſiſto. in me confundor: at in illo fiduciam capio. Ipſe enim eſt margarita: ego verò lutum. ipſe theſaurus: ego autem cinis. ipſe eſt vita: at ego mors. ipſe iuſtitia: ego autem peccatum. ipſe veritas; at ego mendacium: quia ob vanitatis dilectionem, veritatem repudiaui. Ipſe naturam mihi rectam conceſſit: ego verò eam, morboſis ac prauis meis affectibus deſolaui atque deſtruxi. Ipſe mihi ſufficienter liberam † voluntatem donauit: ego D autem illam mutilam reddidi, peccatis eam implicans atque inuoluens. Ipſe eſt, qui ad profunda maris deſcendit, margaritam per varia illinc pericula eruens: ſimulque † aderat diuinitas in tentationibus, & aſſumptionem in cælos ſecum ſuſtulit. Ipſe eſt, qui ſæpe multumque in agro fodiebat; & in cruce laborabat, vt theſaurum ſanctorum quaſi in ſepulchro reconditum, inde ſibi ipſe vendicaret. Ad laboremus porrò etiam nos: vt participes ipſius mercaturæ atque neque negotiationis euadamus. Ipſi gloria, in æterna ſecula ſeculorum. AMEN.

†al. & ducum belli acies.

†κακόνοια.

†ἡκέτασαν.

CONTRA IVDAEOS.

1. Reg 4.

†al. Philiſtæos: 1. Reg. 5.

Ion. 2.

3. Reg. 6.

†al. delitium atque ſuperbiã.

Adluſio ad 3. Reg. 6. Domus autem cum ædificaretur, &c.

† q. d. Conuenite cum Tyrannis, & eorum imitamini ſæuitiam in Chriſtianos, (quod non opto) vt ſcil. peccatis ſæuiendo: & facite quod opto pro Chriſto, vt ſcilicet pro eo moriar.

†προαίρεσει. *σιῶνς τε ἡ θεότης ἐν τοῖς παρασμοῖς:

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

E *MVlta in exemplari Græco huius Sermonis mutila deprehendimus atque mendoſa, quæ, quia ex aliorum Græcorum manuſcript. Codic. (eo quòd non reperiantur) collatione corrigere nequiuerimus, probabilibus ſaltem coniecturis ea reſtituere, atque emendare, ac ſupplere in pleriſque conatiſſimus. Et quia multa quoque intellectu ſunt difficilia, ne in prauum ab impijs detorqueantur ſenſum, ſano illa intellectu vbique quantum potuimus explicare conati ſumus: & quæ videbantur obſcuriora, in multis dilucida reddidimus. Reliqua pius atque eruditus ſuppleat Lector, boniq; induſtriam atque laborem noſtrum conſulat: cui accuratoria hæc libenter ſuo tempore dabimus, vbi emendatius exemplar nacti fuerimus.*

Ad primum ergo quod attinet, vbi non longe à principio dicitur: Iam exuo me ad luctandũ cum lictoribus, ac ſatellitibus idolorum, &c. *Videtur S. Pater Ephræm ſecum coram Deo loqui, ſibiq; ipſi pericula perſecutionum obijcere. Et quia acturus eſt de rebus fidei Chriſtianæ, ait ſe pugnaturum in*

hæc

A *hæc diſputatione atque tractatione contra hoſtes fidei,(cuiuſmodi inter alios erant Marcion,& Manes, eorumq́; aſſeclæ) à quibus prouocari ſe dicit ad hoc diſputationis bellum,&c. Siquidem hæretici quoque videntur eſſe lictores idolorum,& adminiſtri quodammodo. nam fere hæreſis(vt alibi ait Epiphanius, & S. Auguſtinus, ipſeq́; Ephræm,& experientia ipſa docet) ad impietatem vergit:& ferè peruerſi atque obſtinati hæretici tandem planè* ἄθεοι, *ſicut & paſſim in non paucis videre licet.*

Quæ porro hic poſtea adduntur: Iam enim gentilium tuba volentes ad bellum euocat; ac minæ ab occidentalibus ſupplicium in nos retorquent, &c.] *in Græco intricata ſunt & obſcura, ac de mendo ſuſpecta, quare quem potuimus ſenſum eruimus ac dedimus. vbi tamen inter alia, (pro* ἀπειλὴ, *id eſt, minæ) non malè meo quidem iudicio hic legeretur (*ἀπειλεῖ. *i. minatur) vt ſit ſenſus :* τῆς ἑλλάδος δήμους, *id eſt, Græciæ populos (hoc eſt Orientis) ad fines tuendos conuocat, & minatur nobis ex Occidente perſecutionem atque ſupplicium,&c.*

B Ac vt incarnatus, noſti quid cogitaſti,&c.] *Hoc ideo dicit, quantum colligi licet, quia cogitauerat Deus per incarnationis myſterium reſtituere amiſſam ſimilitudinem, ac reparare imaginem (vt ait S. Athanaſius de incarnatione Verbi) quam Adam ſuo peccato partim deleuerat,& partim inquinauerat,&c. Poſſet tamen & illud (*noſti*) hoc loco tranſitiuè ſumi atque exponi, pro (noſcere feciſti quid cogitaſti) vt ſit phraſis Scripturæ, quomodo Gen.22. dicitur ad Abraham: Nunc cognoui, quod timeas Deum. i. cognoſcere feci,&c. ita & hic, quia per incarnationem cognoſcere fecit, quomodo ipſe cogitaret cogitationes pacis & non afflictionis, vt etiam eſt apud Hierem. cap. 29. vbi habetur: Ego enim ſcio cogitationes quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, cogitationes pacis,& non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam,&c.*

Poſtea ibi : ϗ νῦν ἐγὼ ἄκων πεπλαγίζομαι, *id eſt,* & nunc ego inuitus obliquè feror, &c.] *Significare vult Auctor naturæ humanæ imbecillitatem, Dei gratia firmandam atque corroborandam. reſpicitq́; hic ad illud Pauli: Non quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago, &c. ac ad illud: Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ,& illudq́;: Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei: carne autem legi peccati,&c. vt eſt Rom. 7. Cuiuſmodi & illud eſt: Senſus & cogitatio humani* C *cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua,&c. Gen. 8. quibus Scripturæ locis hæc & ſimilia Auctoris verba commodè explicantur, atque intelliguntur.*

Ne me repellas, ô Domine, propter vitia atque pernitioſas affectiones meas: ſed impetum voluntatis conſidera,&c.] *vbi* τὴν ὁρμὴν τῆς προαιρέσεως, *id eſt, impetum voluntatis, haud obſcurè appellat liberi arbitrij propenſionem ad virtutem,&c. quatenus eſt à Deo inſita, vnde ſyndæreſis,& compunctio,&c. quæ omnia, rogat Deum, vt reſpicere dignetur; ac naturæ fragilitati ignoſcat, infirmitatiq́; humanæ (quippe qui homo propter hominum ſalutem eus factus eſt) compatiatur,&c.*

Nam à peccato in errorem impulſus, gratiam perdidi,&c.] *vbi alia lectio habet:* gratiam à te acceptam amiſi. *Et al.* gratiam meam perdidi,&c. *quæ, ſcilicet, mea erat, ſed à te accepta; & ideo in ſummam inopiam atque miſeriam dilapſus ſum,&c.*

D *Poſtea vbi in Græco eſt:* εἰ δὲ ἀσθενὴς ὑπάρχεις, λαχάνῳ σε διατρέφει, *id eſt,* Si autem infirmus ſis, holuſculo te paſcit ac reficit. *ſcilic. ſacra Scriptura, ſiue Euangelium. i. ſe accommodat imbecillitati tuæ, & nutriens ac paſcens te leuioribus, conuictuq́; facilioribus alimentis: ſpiritalibus, inquam, animæ cibis, & ſalutaribus vitæ diſciplinis,&c. illud enim hic dicere, atque oſtendere noſter vult Auctor.*

Poſtea ibi: Cernis per illud in occulto: infert ignem ac lumen, vt quod occulitur, in lucem proferat,&c.] *vbi al. pro* βλέπεις, *id eſt, cernis, reperitur hic:* ἐλέπει δι᾽ αὐτοῦ. *i. Cernit per illud occultè inferri ignem, vt quod occultatum eſt, manifeſtetur,& quod contra ſcientiam allatum eſt, abſumatur,&c. ſed potius hic legendum atque interpungendum videtur, vt in priore lectione :* βλέπεις δι᾽ αὐτοῦ ἐν κρυφῇ· εἰσάγει τὸ πῦρ, *id eſt, cernis per illud in occulto: infert ignem,&c. notaturq́; ibi alius ſacræ Scripturæ, ſiue Euangelij effectus.*

Noui hominem eumdem, medicum & fabrum, coquum & mercatorem, multaſque alias callentem artes, & in nulla earum artium naturam amittebat : quomodo igitur non multo magis E Deus immutabilis erit,&c.] *Argumentum fit à minore,& eſt eiuſmodi: Si homo, qui multas nouit artes, in nulla, dum ſe exercet, humanam naturam amittit: quanto magis Deus idem ſemper erit, quamuis pro variarum rerum diſpoſitione varios producat effectus,&c.*

At qui natus eſt homo, vt rurſus perfectus homo reddatur, non exercitatione conſequitur, ſed natura illum perficit,&c.] *Differentiam haud obſcurè inſinuat inter ea quæ fiunt ab arte,& à natura, nam quæ ab arte, non acquiruntur per generationem: Homo verò acquirit eſſe per generationem,& poſtquam eſt natus homo, vt reddatur perfectus homo, non exercitatione conſequitur, ſed à natura perficitur. Nam ex principijs naturæ, homo hominem generat, non autem exercitatione, vt in artificibus accidit,&c. Sic quoque (inquit) Chriſtus filius Dei, non per exercitationem didicit apparere hominibus: verùm propria virtute humanam naturam ſuſcepit,&c.*

Quod intus eſt, exterius efficitur:& quod foris, intus,&c.] *Res obſcura apparet, quæ tamen hunc admittere videtur ſenſum: Quod intus eſt. i. diuinitas Verbi, exterius fit. i. exterius obumbra-*

viri

A *virginem, ſecundùm illud Luc.1.dictum: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi,&c. Et quod foris,id eſt,natura humana,quæ tegebat Verbum, à Spiritu ſancto protegitur & obumbratur,&c. Quod idem & immediatè hic præcedentibus indicari videtur verbis,nimirum iſtis: Tegitur enim Deus aſſumptione,ſicut aurea vrna tegit manna;abſconditurq́; Deus Verbum in aſſumptione,velut in arca calathus,&c.*

Si figuram dumtaxat Verbum aſſumpſiſſet,quid natura fuiſſet opus?&c.] *Impiam illorum acriter confutat hæreſim,qui blaſphemo ore adſeuerare audebant Chriſtum non veram ſumpſiſſe carnem,ſed in figura dumtaxat ac ſpecie apparuiſſe,&c,cuiuſmodi fuerunt Marcion,& Manes, (quos nominatim hic perſtringit Auctor) nec non Saturninus,Cerdon,Priſcillianus,ac alij. Valentinus hæreticus veram quidem carnem in Chriſto agnoſcit,ſed ex cæleſti ac ſyderea materia per virginem tamquam per fiſtulam tranſmiſſam dixit,cuius quoque impietatem hoc loco detegit. confutatque Auctor, dicens:* Si B velut per canalem ac fiſtulam deſcendit,cur conceptione indiguit? &c.] *Cæteri figuram tantummodo ac ſpeciem admittebant,quos hic pariter omnes pluribus validiſſimis rationibus atque argumentis confutat,& confundit noſter Ephræm.*

Quid opus fuiſſet conceptione muliebri,cùm materia aerea non à viuentibus hominibus procedat,ſed in terra inveniatur,&c.] *Contra eoſdem hic hæreticos diſputare videtur,qui falsò putabant atque affirmabant corpus aereum à Chriſto Domino fuiſſe aſſumptum. Redarguit autem illos, ac dicit non fuiſſe opus muliebri conceptu,ſi corpus aſſumpſiſſet aereum,ſicut interdum aſſumere ſolent Angeli: quia materia(inquit) aerea non à viuentibus procedit,ſed extra viuentes inuenitur,&c.*

Poſtea vbi habetur: διὸ ἐκ τῆς τοῦ ἐνόντος δυνάμεως,*&c.id eſt,*propterea vi illius, qui in ipſa erat, virgo naturaliter peperit,& vt mulier affecta eſt;nulla tamen ratione rurſus natura,ſicut conchyliorum plicis accidit,recurrente,&c.] *Significare haud obſcurè hic videtur Auctor, hoc illi accidiſſe* C *naturaliter, vt eadem via,eodemq́; modo,quo cæteri ſolent,fœtus egrederetur:illud verò ſupra naturam; vt non reſerata ſint clauſtra,& ideo non fuiſſe quoque deinde claudenda,cum præſertim ianua nūquam fuit patefacta,ne occluſa quidem dici queat,&c. virtus enim Spiritus ſancti,qui ſuperuenerat, & in ea habitabat,effecit ne Chriſto egrediente ex vtero,clauſtra virginalia reſerarentur; ſicut & ex adiunctis Auctoris noſtri verbis clarius patet:* οὐκ ἀπεσφραγίσθη.*&c.id eſt,*non perdidit ſiggillum natura virginis,Chriſto concepto;& ob id neq; eo genito reſerata eſt,vt partum in lucem ederet,&c. *Cæterumne Auctor ſibi ipſi contrarius eſſe videatur,dum non multo poſt dicit:*propterea & ex virgine prodijt,Spiritu ſancto vterum aperiente,vt egrederetur homo qui naturæ opifex erat, &c. *dicimus ibi per allegoriam dici Spiritum ſanctum vterum aperuiſſe,quòd ſcilicet ab eo fœcunditatem ac vim cōcipiendi pariendiq́; acceperit. Si enim Deus ſæpe dicitur in ſacra Scriptura aperire vterum ſiue vuluā, cùm videlicet dat liberos,& claudere dum eos negat,&c.vt eſt Gen.20.29.30.ac 1.Reg. 1. alijsq́; pluribus in locis. Quo pacto etiam intelligendi videntur, Epiphanius hæreſi ſeptuageſima octaua. Item ſanctus Ioannes Chryſoſtomus,Gregorius Nyſſenus,& Amphilochius de occurſu Domini nec non ſanctus Am-* D *broſius libro ſecundo in Lucam,ac ſanctus Hieronymus libro ſecundo contra Pelag. vbi inter alia ad ſpecialem Saluatoris natiuitatem referendum cenſere videtur Hieronymus,vt ſic dicatur Chriſtus aperuiſſe clauſtra ipſius virginalis pudoris,vt tamen eadem iugiter clauſa permanſerint, &c. quomodo & hic b Auctore dici,intelligiq́; putandum eſt,vt cum ſuperiore conueniat ſententia, qua dicitur, naturam eatiſſimæ Virginis in partu reſeratam non fuiſſe,&c. Atque ſic accipiendæ quoque videntur, illorum Patrum ſententiæ,qui paullò aliter de hoc myſterio loqui videntur,vt ita nimirum Chriſtus per ſacra virginei vteri clauſtra tranſierit,vt interim ea clauſa remanſerint, ſecundùm illud, quod propheticè ab Ezechiele (cap.quadrageſimoquarto(de porta illa Orientali dictum eſt: Porta hæc clauſa erit, & non aperietur,&c.*

Longius poſtea,ibi: Ad ortum Solis,cuncta redduntur ſplendida,apparenſque foris Sol illuminat vniuerſa:quid agat in cubiculo ſolus ad vnum admotus? *Argumentum fit à minori ad maius, & eſt tale: Si Sol oriens,cuncta colluſtrat:quāto magis ſi totus vni cubiculo oriretur atque applicaretur, ſiue admoueretur,illud totum ſua luce compleret? &c. Intelligiturq́; id de Chriſto Domino in vtero virginis incluſo,q.d. Si Sol cuncta illuminet,quid agat Chriſtus Sol iuſtitiæ in cubiculo vteri virginei clauſus,& quaſi in vnum coacto lumine?&c.*

Non igitur diuinitati theſaurum vendidiſſet tyrannus,niſi illa tuliſſet & obieciſſet humanitatem,&c.] *Loquitur de Diabolo, qui non reſtituiſſet humanum genus,ſi Deum latere in humanitate Chriſti cognouiſſet: ſed oblatum ſibi Chriſtum vt hominem occidit,atque ita ius in cæteros homines perdidit,&c.ſicut etiam ſanctus Leo Papa magnus non vno in loco,& alij ſancti Patres loquuntur, pleniusque demonſtrant. Vide ſanctum Leonem in Sermone 2.de Natiuitate Domini,& de Paſſione Domini, Sermone 8.9.10.11.12.18.ac alibi,vt etiam in Epiſtolis pluribus,ſicut legendo ex ijs perdiſcere licebit.*

Solus autem homo voluntate libera dominium meum facit ambiguum,&c.] *Modus loquendi eſt per quandam hyperbolem ſiue exceſſum. facit ambiguum, hoc eſt, videtur facere ambiguum, cum* *ſcilicet libera voluntate à Deo accepto, ſubducit ſe quoddammodo diuinæ poteſtati, quando non vult eius voluntati morem gerere, &c. vel facit ambiguum dominium Dei homo, quod nimirum in ipſo eſt, per voluntatem liberam: quia per peccatum fit ſeruus peccati, & quodammodo ſe aufert à Dominio Dei, & veluti conſtituit ſe ſub dominio diaboli, &c.* A

Comprehenſos verò etiam mortuos qui non apparebant, extulit non accepto theſauro, vt illum in reſurrectione accipiat, &c.] *Vbi videtur loqui de theſauro perfecto ac toto non accepto: quia non accipit (inquit) corpora, quorum theſaurum in reſurrectione vniuerſali, quando cuncti cũ corporibus ſimul reſurgent, accipiet, &c.*

Cœlum Deus chartæ commiſit, &c.] *hoc nimirum ſenſu: nam ſacra fidei myſteria, Euangeliſtæ ſcriptis mandârunt; vt ex charta, & papyraceis libris pendere quodammodo cœlum, id eſt, beatitudo noſtra videatur, &c. Vel dicitur cælum Deus chartæ commiſiſſe: quia commiſit Euangelio ſcripto, quod qui ſeruauerit, cælum æternamq́; beatitudinem aſſequetur.*

Naturam Domini terræ, aſſumpſit naturæ Dominus, &c.] *Vbi & ſi per Dominum terræ, tam primus parens Adam, quam ſimpliciter homo intelligi poſſit: paullò tamen melius de homine in vniuerſum accipi hîc videtur, qui ex inſtitutione naturali Dominus eſt terræ, cui ideo à Deo dictum eſt, (Geneſ. 1.) dominamini, &c. Vide S. Baſilium in Hexamer. homil. decima, & Chryſoſtom. in Geneſ. 1. homil. nona & decima.* B

Et quantam quis vim habet intelligendi, tantùm ſe extendit, &c.] *Senſus ac ratio iſtorum hinc pendet: Nam cùm dixiſſet non eſſe mirandum varijs rationibus, & allegorijs declarari res diuinas; addit rationem: Deus enim ſeſe naturæ noſtræ accommodat, & varias pro cuiuſq; viribus ad intelligendum ſimilitudines proponit; cumq́; ſit ipſe infinitus, non tot eſſe poſſunt varietates & facultates hominum ad intelligendum, quin ipſe plures habeat rationes, quibus obiecta facilia reddat ad percipiendum ſingulis, &c.*

Fuit igitur Maria patri arbor, &c] *Quomodo arbor dicatur, ipſemet S. Ephræm conſequenter explicat perſequendo rationem inſitionis. Inſeuit enim (inquit) velut in arbore ramum in Maria filium, cũ ex ipſa carnem ſumere voluit, &c. Vel, dicitur beata Virgo fuiſſe velut arbor Patris: quia per illam Pater dedit nobis fructum benedictum, qui eſt Chriſtus Dominus, &c. ac denique fuit arbor, de qua flos exiuit, iuxta illud Eſaiæ: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, &c. Eſa. 11. qua virga (vt ait S. Leo) haud dubiè beata virgo Maria prædicta eſt, quæ de Ieſſe ac de Dauid ſtirpe progenita, & de Spiritu ſancto fœcundata, nouum florem carnis humanæ, vtero quidem materno, ſed partu eſt enixa virgineo, &c. ita S. Leo Sermone 4. de Natiuitate Domini.* C

Dicat cælum, quòd ſtellam præbuit teſtem, quam non accepit cum Sole & Luna, &c.] *Patet ſignificari atque intelligi hîc Stellam illam quæ nouiter ac miraculosè Magis in Oriente apparuit. Quod autem illa noua fuerit ſtella, Auctor indicat, dum dicit:* quam non accepit cum Sole & Luna, &c. *Suffragaturq́; non vno in loco huic ſententiæ S. Leo Papa Magnus, vt in Serm. 1. de Epiphania Domini, vbi ait: Tribus igitur Magis in Regione Orientis Stella nouæ claritatis apparuit, &c. ac Serm 3. de ead. ſollemnitate, vbi dicit: Ad creandam ergo promiſſam poſteritatem, hæredes in ſyderibus deſignati ortu noui Syderis excitantur &c. item Serm. 6. in eadem ſollẽnit. mox in principio, ibi: Illa hodie cordibus noſtris concipienda ſunt gaudia, quæ in trium Magorum fuere pectoribus, quando Regem cæli & terræ ſigno & ductu noui Syderis incitati, quem crediderant promiſſum, adorauere conſpicuum, &c. ita & S. Baſilius in Homilia de humana Chriſti generatione, vbi de hoc plura adducit, ac alij alibi.* D

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI,

Aduerſus eos, qui Filij Dei naturam curiosè ſcrutari nituntur. E

†al. S. Patris Ephræm Sermo de natura Dei minimè ſcrutanda.

REX cæleſtis, immortalis Dominus, & Deus omnipotens, Filius vnigenitus, dilectus Patris, qui per ineffabilem gratiam ſuam virtute Diuina hominem ex limo terræ finxit, immenſæ ſuæ pietatis miſerationibus victus, propter ipſum hominem (quem ſanctæ & immaculatæ ipſius manus formauerant) deſcendit de cælis, vt ſaluaret, ac curaret omnes varijs morbis preſſos atque afflictos. Cunctos quippe pernicioſis languoribus infecerat callidi inimici verſutia, & machinatio: vnde & putredo ſubſecuta eſt grauis atque incurabilis, adeò vt nec Prophetæ, nec Sacerdotes exitiale ipſum vulnus ſanare valuerint. Quamobrem ſanctus vnigeni-

Gen. 1. 2.
Ibidem.

Ioan. 1. 3.
Rom. 5.
Gen 3.
Heb. 1. 2. 4.

genitus Filius, cum cerneret humanum genus in tantis malis iacere infirmum, voluntate æterni Patris è cœlo deſcendit; & incarnatus in ſanctiſſimæ Virginis vtero, atque ex ea genitus, voluntariè proceſſit: vt gratia, & miſerationibus ſuis, omnes varijs infirmitatibus detentos ac feſſos curaret, cunctoſque morbos ſolo verbo ſanaret. Et cùm iam omnes à fœtido vulnerum ſuorum pure ac tabe liberaſſet; ipſi contra, ægroti, poſt beneficiem curationis † acceptum, dum optimo Medico gratias pro cura ac ſanitate referre deberent, eouſque ingratitudinis proceſſerunt, vt incomprehenſibilem Medici naturam nefaria curioſitate rimari atque ſcrutari niterentur. O expaueſcendum miraculum. O inutiles ac reprobos, impioſque ſtultorum atque ingratorum mortalium conatus. Quis talia (quæſo) vmquam audiuit? aut quis vidit curata alicuius vulnera, quæ plurimis annis fuerant putrida; ipſum autem ſanatum, per ſummam vecordiam in medicum adhuc fuiſſe contumelioſum? Medici cæleſtis naturam atque ſubſtantiam curioſè perſcrutari vis, ô infelix? An quia propter te aſſumpſit formam tuam Medicus, vt ſanitatem tibi reſtitueret, ideone impia temeritate naturam ipſius rimari conaris? Audi quæ ego immanitati, & impudentiæ tuæ dicturus ſum. Si ſcrutari perrexeris ſubſtantiam atque eſſentiam Medici; nullus impiæ curioſitati tuæ aditus, nullus tranſitus, nulluſque exitus patebit. Nam quicumque eiuſce inueſtigationis iter ingredi tentauerit, è veſtigio via ei omnis occludetur; & ante ſe nihil, niſi loca deſerta, & inuia conſpiciet, nullamque prorſus manſionem, aut requiem habentia. Quando igitur in loco deſerto ac inuio, manſionem & requiem non inueneris; quid agis miſer? aut quò ſtulte perges? Cur horrenda deſerta ſectaris; in quibus (vt iam diximus) nulla eſt manſio, nulluſque finis? Quorſum, improbe, vergis? Pelagus immenſum atque infinitum eſt, vnigeniti Filij diuina † natiuitas. Quàm verò inſipiens es, ac temerarius; ſi tu cùm ſis gleba puſilla ex puluere terræ compacta, tam vaſtum atque profundum huius inueſtigationis pelagus penetrare te poſſe credas? Et quò tandem euades, miſer? quis vmquam quid tale conſpexit? vel quis audiuit, quòd modicus ac fragilis puluis in immenſum pelagus deſcenderit ad perſcrutandum omnem maris profunditatem, qui leni ventorum flatu vbique diſpergitur, ſubſtantiam atque virtutem nō habens vel tenuiſſimo ventorum flatui reſiſtendi? Et quemadmodum natura ſtipulæ vim ignis explorare tentans, ab eo comburitur: ita & homo à diuinæ perſcrutatione naturæ abſumitur, atque confunditur. eſt enim ignis comburens, diuinæ naturæ perueſtigatio. Cur ergo teipſum, infelix, horrendis flammis comburrendum tradis? Dic mihi, ô impudens ac temerarie, quomodo in mente tua ipſum effingere auſus ſis creaturæ totius Conditorem atque auctorem infinitum glorioſum, admirabilem, ac formidabilem: à cuius aſpectu, omnis creatura, vt cera à facie ignis, liqueſcit? Creatura, inquam, omnis viſibilis & inuiſibilis, eius ab aſpectu in momento & ictu oculi liqueſcit ac deficit: & tu veſane ac improbe, magnum atque glorioſum, terribilem & inæſtimabilem, tua impudentia atque temeritate comprehendiſſe te arbitraris? Ebrietate † captus videris, miſer, qui teipſum, & humilem ac vilem naturam tuam ignoras; & quo pacto ipſe, ô puluis viliſſime, creatus ſis, planè te latet: qui ergo te ipſum neſcis; Dominum maieſtatis glorioſum & terribilem, qua fronte atque audacia ſcrutari pertentas? Attende, ô infelix ac calamitoſe, Magos illos, qui de longinquis partibus, ad adorandum nuper editi Regis infantiam aduenerant: quomodo non illi Regem in purpura iacentem inuenerint; neque diademate pellucentibus gemmis intexto, caput eius inſignitum: ſed infantem vilibus inuolutū pannis, in præſepio repererunt: & continuò apertis theſauris ſuis, cum gaudio cordis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Vbi cerne mihi excellentiſſimam Magorum fidem. offendunt in vili ac humili præſepio iacentem Regem cæleſtem ſanctum, nuper pro totius mundi ſalute in carne natum: repeRiunt, inquam, in præſepio reclinatum, ne tamen vlterius inquirere pergunt. Et quid, obſecro, anguſto præſepio vilius? Inter tot porrò vilia atque abiecta, & ſi nullum Regis indicium Magi cernerent, nihil tamen de illius Maieſtate dubitabant, nihil pannorum vilitate mouebantur, neque Geniti naturam curioſè ſcrutabantur. At tu miſer & infelix, cùm ad dexteram Patris ſcias vnigenitum Filium, omni ſubnixum maieſtate Regem conſidere Patri, & cum ipſo lau-

Luc. 5. 6. 10. Ioan. 15. &c.

Rom. 5. & Heb. 1. 2. Luc. 5.

*al. acceptæ.

Prouer. 25. & Sap. Sirach 3.

Hypophora elegans, & accommoda.

Pſalm. 62. 106. Luc. 11.

Ibidem.

* al. natura.

Gen. 1. 2. 3. & 1. Cor. 15.

Ab abſurdo.

Á SIMILI.

Sap. Sirach 3.

Pſalm. 67. Eſa. 6. Ezech. 1. 10. Matt. 17. 27.

†al. Ebrius mihi videris. Gen. 2. 5.

Matt. 2

Magorum exēplo, Diuinam à nobis maieſtatē curioſè non eſſe ſcrutandam, demonſtrat.

Pſalm. 71. Matth. 2. Luc. 2.

Ibidem. Matth. 2.

N O T A.

Epheſ. 1.

dari atque adorari, adhuc illum temerè rimari & perſcrutari audes? Non vereris, A
†al. audaciam? miſer? non ſtuitè, perhorreſcis? Qui te ipſum ignoras, Creatorem ita temerè perue-
Heb.1.10.12. ſtigas? Quis talem in te non deteſtetur †impudentiam? Deus, & Dominus vnigeni-
Eſa.6. & Ezech.1.10. tus Patris, in cælis ad dexteram ſedet Patris: Angeli & Archangeli, Cherubim quo-
Gen 2.3. que ac Seraphim, cum metu & tremore ei adſtant, preſſis cum horrore deorſum
Eſa.6.& Apoc.4. reuerenter obtutibus: puluis autem ac cinis in terra ſedens, ſummum illum ſcru-
tari præſumit opificem? Cherubim prope ſolium gloriæ conſiſtens, ſuam ſub alis
contegit faciem, neque tantam illam maieſtatem intueri ſuſtinet: homo verò ter-
†γεώδης. renus † ac luteus, qui ſeipſum, & mortis ſuæ tempus neſcit, Dominum cunctorũ
creatorem rimatur? Audi miſer, qui curioſè Dominum tuum ſcrutaris: & admi-
randa quædam te enuntiaturum polliceris de ipſius Deitate, de vnigenito dilecto
Patris. Qui ergo inuiſibilem Deitatem, glorioſam, & incomprehenſibilem, te cõ- B
templari in illo ſecreto ſuo petulanter affirmas; pauca prius de creaturæ ratione
Dan.7.& nobis explica: & ſecundum tuam ſapientiam atque intelligentiam, miniſtrorum
Apoc.5. Pſal. 103. Heb.1. expone ordines, qui iugiter coram Deo adſtant. Exhibe nobis, & exprime, ac in lu-
Ezech.1. cem profer naturam Angelorum, figuram Cherubim, Seraphim imaginem pro-
Heb.1. priam, Gabrielis faciem, ignem Michaelis verè flagrantem. Miniſtri autem Dei-
tatis, & Spiritus cùm ſint omnes, ignem quo pacto conſpiciunt? Lux quippe in
circuitu eſt. Quo item ordine ac modo ſpiritum ducit adminiſtratorius Spiritus?
Flagrantis ignis vbi ſunt oculi? vbi nares, ad requiem ſpiritus? Quænam illorum
ſunt ſtaturæ? erectæne, in iuſtæ atque honeſtæ altitudinis ac proceritatis ſpeciem;
an globoſæ, atque rotundæ? Tractabileſne ſunt; an intractabiles? Hæc omnia recẽ- C
ſe, homo temerarie, atque inſane: iſta expone, quæ nobis ſunt ignota; quænam ſci-
Ezech.10. Eſai.6. licet, igneorum Spirituum ſint alæ, & qui flammantium pedes. Dic, vt illi igneos
ſuos operiant axes, ſub igneis alis: & quo pacto inter igneas alas, ſuam velent faci-
em, non ſuſtinentes intendere aciem in ignem illum immortalem gloriæ Domi-
†al. Opificis. ni. Si iſta te ſuperant, homo ignare atque ingrate, neque inæſtimabilis † Domi-
ni creaturas eloqui vales: ipſum Creatorem qua temeritate circumſcribere co-
naris? Dices autem, miſer, rerum magnitudine ſuperatus: Inuiſibilis eſt natura
†al. in ſupernis. conditionis Angelicæ: apud † ſuperos commorantur Deitatis miniſtri. Sed dic
ſaltem, vel ipſa viſibilia: in quibus & ipſe ſuccumbes, ſcio. Ignis ſanè nobis in v-
Ezech.1.10. ſum datus eſt, atque in miniſterium: hunc igitur temerè tibi ipſi in os inijciens,
carbonem ignitum intrepidus comede, vt auditoribus omnibus, pariterque ſpe-
ctatoribus perſuadeas, te ipſius quoque Domini opificis ſummi naturam probè D
†λογοδαίδαλε. eloqui poſſe. At ſi id nequiueris; faceſſe hinc temerarie † garrule, & teipſum defle,
ac luge: nam fide ſancti Conditoris deſerta, quæ ſaluare omnes poteſt, qui ſaluari
per eam deſiderant, in propriam perniciem arma ſumpſiſti; exacuenſque gladi-
†al. guttur. um, ſpontè illum in tuum ipſius † cor infixiſti: quin & derelicta Patris maieſtate
ac gloria, curioſus ſummi æternique opificis ſcrutator effectus es. Infelix profectò
Prouer.25. ac miſer, & impudentiſſimus eſt, qui opificẽ ac conditorẽ ſuum curioſè rimari at-
Sap. Sirach 3. que ſcrutari præſumit. Millia millium, & centies millies millena millia Angelo-
Dan.7. rum & Archangelorum cum timore atque horrore ipſum glorificant, tremuliq;
Eſa. 6. & adorant: & homines lutei, pleniq; peccatis, de Diuinitate intrepidè diſſerunt? Nõ
Philip.2. illorũ contremiſcit corpus, non perhorreſcit animus: ſed loquaciter ac temerariè
de Chriſto Dei Filio, qui pro nobis indignis peccatoribus paſſus eſt; deque vtraque
ipſius generatione, verba effutiunt: neque ſaltem, quòd in vehementiſſima luce E
cœcutiant, ſentiunt: ſemper enim, vt lux clariſſima, & igneum Solis iubar exupe-
rans, reſplendet glorioſa Saluatoris natiuitas. Cæterùm dic mihi rurſus, ô infelix:
Per oculum cæ- Si voluerit cœcus quiſpiam, qui nunquam Solis radios adſpexerit, cum aliquo cla-
ci nati, ad Solẽ, ris luminibus prædito, de Sole iſto viſibili, eiuſque radijs loqui; contenderitq; cœ-
eos coarguit, cus ille à natiuitate, ſolem ipſum in ſublimi cæli regione extra ſuos radios, ſine lu-
qui Diuinam ce ſuum curſum peragere; quis fidem verbis cæci iſtius habere volet? Nonne poti-
naturam ſcru- us decebat, vt cœcus de lumine audiens ab alio oculis prędito, crederet, certaque
tantur. fide teneret, Soli ſemper ſuos adeſſe radios, ipſumque ſua luce numquam deſti-
tui: cùm hæc præſertim (vt iam diximus) ab ijs, qui viderent ita eſſe certa, & in-
dubitata ratione probarentur? At ſi cœcus ille credere ijs quæ dicuntur, recu-
ſet; figuram Solis ſecum in corde infinitis cogitationibus effingit atque deſcri-
bit,

A bit, cùm formam veram inſignire nequeat, eò quòd ſplendentem Solem cum
radijs ſuis, oculis corporeis nunquam intueri potuerit; & neque his quidem, qui
ſolem inſpexiſſent, fidem præſtare voluit. Sic quoque nos cuncti, niſi ſanctis credere
voluerimus Prophetis, & Apoſtolis de vnigenito Patris filio loquentibus,
(quòd nimirum hominem Deus aſſumpſit, natusq; eſt ex Maria Virgine de Spiritu
ſancto) cœco etiam peiores erimus. Sancti quippe illi Prophetæ, & Apoſtoli
cõſpexerunt eum; illi quidem in Spiritu ſancto: iſti verò etiam viſione corporea.
Nam alius quidem in Spiritu ſancto, Filij ad homines aduentum præuidit, atque †
præſciuit: alius autem conceptum, partumque Virginis expreſſit, ipſiusque apertè
nomen † præſignauit, quod eſt Emmanuel, id eſt, nobiſcum Deus noſter. Alius,
cum matris adhuc eſſet incluſus vtero, ipſum ad ſe venientem Dominum, Spiritu
B afflatus ſancto agnouit, & intra materna viſcera magno exultauit cum gaudio, ac
quaſi in occurſum mox contendere geſtiens, lætus exiliuit in vtero. Idemque ipſe
denuò immaculatum Dominum corporea vidit inſpectione, ac ipſum in Iordane
flumine baptizauit. Illumque idem rurſus intuitus, confidenter exclamauit, ac dixit:
Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi, per gratiam ſuam. Apoſtoli
quoque corporeis eum oculis conſpexerunt, certiſſimeque nobis tradiderunt
quæ ſibi verè explorata erant, vti, quod reuera noſtrum corpus aſſumpſiſſet, multaque
ſigna atque miracula edidiſſet, præſentibus, teſtibuſque eius diſcipulis: quomodo
item mortem in crucis patibulo ſubijſſet, ac tertia die à mortuis reſurrexiſſet;
& deinde ad Patrem ſuum aſcendiſſet, conſeſſumque ad dexteram eius accepiſſet.
Quæ omnia ſancti Euangeliſtæ nobis veraciter fideliterque in ſcriptis reliquerunt,
C ita vt nulla prorſus ex eorum verbis ac dictis enaſci poſſet dubitatio. Cæterùm
nos, niſi his omnibus firmam fidem habere velimus, oculis profectò fidei inuenimur
cœci; & quilibet noſtrum prout libuerit, iuxta inſipientiæ ſuæ temeritatem
ventilare conceptionem, natiuitatemq; Dominicam incipit. Ecce paratam
ac tutã per diuinas litteras habemus viam: venite igitur, & fideliter incedamus per
illam. Abſque enim fide, ſcire nemo valet ea omnia, quæ de Domino noſtro, &
Redemptore mundi ſunt conſcripta. Quare & tu (ſi me audire velis) indubitanter
credas, & iſta curioſè perſcrutari caueas. Audiſti chariſſime, quia Deus Pater vnigenitum
filium ſuum ad ſalutem tuam in mundum miſit: firma itaque ac indubitata
fide crede. nam verax eſt ſanctus Deus. Audiſti item, quod vnigenitus ipſe
carnem aſſumpſit ex Sanctæ Virginis vtero, natusque verè ex ea ſit, & de Spiritu
D ſancto conceptus. Certiſſimum igitur id tuo in corde habeas; nihilque penitus ex
his, quæ de illo quotidie ſancta loquuntur Euangelia, in dubitationem vertas: verùm
omnia, fide pleniſſima ſuſcipias, iugiter ipſa opera puris fidei oculis reſpiciens.
Intuere quoque Dominum oculis cordis tui: eumque tota fide amplectens,
quocumque ierit, ſequere: & cum eo loca ſingula, magno cordis affectu perluſtra.
Gaudeat tua anima, Dominum cernens per ſuam gratiam morbos omnes
curantem, dæmoneſque ſolo verbo, ac poteſtate diuina expellentem. Ad nuptias
item in Cana Galileæ, cum ipſo indiuiduus comes ingredere: & de vino benedictionis
eius bibe. Imò verò intuere ſpeciem ac pulchritudinem Domini: & nuſquam
à contemplatione ſancti vultus, atque à ſuauiſſimo eius aſpectu aciem deflectas:
præcede illum rurſus in locum deſertum: & cerne magnalia illius, dum panes
in ſanctis manibus ipſius, ad † maximam paſcendam turbam multiplicantur.
E Perge mi frarer, perge: & toto animi affectu Chriſtum, quocumque perrexerit, ſequere.
Nam ſi ſic illum ſequaris, greſſibuſque veri amoris ac fidei comiteris, non
accedet ad te malum, & malignus iuxta te haudquaquam appropinquabit. Sequere
quoque illum, ad vltimam cœnam; in qua & diſcipulis ſuis ſancta tradidit myſteria:
prudenterque conſidera, quo pacto ibi pedes diſcipulorum lauerit; atq; intra
temetipſum alta puræ fidei conſideratione petmotus, ac cum timore admirãs dicito:
Deus creator omniũ, qui per ſuam gratiam ex puluere finxit hominem, ipſe
ſui figmenti ac plaſmatis pedes abluit. Iſta tecum, ô frater, perpendens, infinitam
ipſius bonitatem adora, & glorifica. Quin & diligenter intuere, quomodo in manibus
panem accipiens, benedixit, ac fregit, in figuram immaculati corporis ſui;
calicemq; in figuram pretioſi ſanguinis ſui, benedixit, deditque diſcipulis ſuis: &
eſto tu quoque Sacramentorum eius particeps. Atq; inde deſcendens, in impij atq;

Matth.1. Luc.1.
Prophetæ & Apoſtoli vt differenter Chriſtũ conſpexerint.
†al. & præcinit:
†al. indicauit.
Eſa.7. & Matt.1.
Luc.1.
Ibidem.
Matt.3.& Mar.1.
Luc.3.Ioan.1.
Acto.1.2.13.&c.
1.Cor.15.&
1.Pet.2.3. &c.
Diuinas litteras tutam nobis ad Deum ſternere viam.
Luc.1. Ioan.3.
Rom.3. Matth.1.
Luc.1.&
Ioan.1.3.&c.
Matt.4.8.9.11.
Luc.5.6.10. &c.
Ioan.2.
Ioan.6.
†al. innumerabilem.
Pſalm.109.
Pſalm.5.
Ioan.13.
Ibidem.
Gen.2.3.
Ioan.13.
Matth.26.
Marc.14.
Luc.22.
De hoc vide noſtra Scholia.
Matth.26.
Ioan.18.

iniuſti Caiphæ atrium cum Domino tuo ingredere:& perſiſte conſtanter,vt contumelias, A
quas ipſe pro te paſſus eſt,conſpicias; perfectuſque amator Domini tui
Ibidem. inueniaris.Sequere vlterius illum: & ad Crucis locum adſiſte, tamquam fidelis
Matt.27. Mar.15. ſeruus Domino tuo.Intuere quo pacto ex ipſius latere ſanguis manauit & aqua, in
Luc.23. & Ioan.19. redemptionem animæ tuæ, frater: ac ſedulò quoque attende, vbinam illum de
Matt.28. Mar.16. cruce depoſitum recondunt:primoq; manè cum mulieribus ad eius ſepulchrum
Luc.24. & Ioan.20. perge,ac reuolutum ab eo lapidem cerne,& aſſiſtentes illic Angelos vide. Audi
Ibidem. quid Angeli dicant mulieribus:Surrexit Dominus verè,ſicut dixit vobis. Hæc omnia
prudenter,perfectè,fideliter,atque indubitanter conſidera : & cuncta vera
NOTA. eſſe ſicut geſta referuntur,firmiſſimè crede. Nam niſi fidei oculis iſta omnia clarè
perſpexeris;non poteris à terra in cælum eleuari, Chriſtique paſſiones ſpiritaliter B
1.Cor. 5. Apoc.5. contueri.Siquidem fidei oculus cùm in corde cuiuſpiam clarè ac liquidè, lucis inſtar
Matth.26. & Ioan. 6. effulſerit; purè quoque atque ſyncerè Dei agnum contemplatur, qui pro nobis
occiſus ac immolatus eſt,donauitq; nobis corpus ſuum ſanctum & immaculatum,
vt iugiter eo veſcamur:ſitque ipſius nobis participatio in remiſſionem peccatorum.
NOTA. Hunc fidei oculum qui poſſidet,manifeſtè ac lucidè intuetur Dominũ:
& certa,pleniſſimaque fide ſanctiſſimum agni immaculati, vnigeniti Filij cæleſtis
Patris corpus manducat,ac ſanguinem bibit, haudquaquam curioſè diuinam,ſanctamque
Qui Filij Dei naturam ſcrutantur, curioſos potius quam fideles eſſe. fidem perſcrutans. Nam fides Dei eſt , quæ in nobis operatur , & futura
proſpectat;fideſque ſemper appellatur,& non curioſitas. Credis chariſſime, vnigenito
Filio Chriſto Ieſu , quod pro te ſuper terram ſit natus in carne: quid ergo
inſcrutabilia ſcrutaris,ac imperueſtigabilia veſtigas? Si enim iſta curioſè rimaris,
De veritate corporis Domini in Euchariſtia. non iam fidelis nuncupaberis,ſed curioſus. Eſto itaque fidelis, atque innocens. C
Participa immaculatum corpus,& ſanguinem Domini tui fide pleniſſima; certus,
quòd agnum ipſum integrè comedas. Ignis immortalis ſunt myſteria Chriſti: caue
Gen.18. Heb.13. ea temerè ſcruteris,ne in ipſorum participatione comburaris. Abraham Patriarcha
cæleſtibus Angelis terrenos cibos appoſuit,illique eos comederunt. Ingens
ſanè miraculum eſt,cernere Spiritus incorporeos,in terra carnium cibos manducantes.
De præſentia corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia. Sed hoc profectò omnem excedit admirationem , omnem mentem, omnemque
ſermonem,quod nobis fecit vnigenitus Filius Chriſtus Saluator noſter.
Ignem quippe & ſpiritum manducandum atque bibendum præſtitit nobis carne
veſtitis,corpus videlicet ſuum,ac ſanguinem. Ego ſanè,fratres, cùm Chriſti Sacramenta
intellectu meo non percipiam,ad vlteriora progredi non audeo,neque
arcana illa,ſacratiſſimaque myſteria rurſus attingere:neque verò (ſi de his proteruè D
Prouerb. loqui voluero)Dei ſacramenta comprehendere potero:verum imprudens, atque
temerarius ero,& cum aëre inanibus irritiſque conatibus luctans ; ſiquidem
aërem ob tenuitatem ſuam prorſus tenere nequeo.Illa etenim ſancta,& veneranda
atque tremenda myſteria cunctas ingenij mei vires ſuperant. Potius ergo celebrabo
ac glorificabo Deum & Patrem,quòd per vnigenitum ac dilectum Filium
ſuum,me indignum peccatorem,corde ſimplici in ſe credentem ſaluare dignatus
NOTA. eſt:quippe qui ſemper illicitas eiuſmodi curioſitates,omnemque præſumptionẽ
Gen.2.3. & 1.Cor.15. Deo diſplicentem fugi,odi,ac deteſtatus ſum. Mortalis ego ſum, & terrenus ex
* al. humilitatẽ. terra,effictuſque per gratiam ex humi natura. Agnoſco lubens † vilitatem conditionis
meæ:& Creatorem meum nullatenus ſcrutari volo. Terribilis eſt enim, &
natura prorſus incomprehenſibilis:Quare benedicam, & adorabo excellentiſſimam
poteſtatem ac gloriam ipſius,in infinita ſecula ſeculorum. Amen. E

SCHOLIA ET VARIÆ
Lectiones.

NAturam Dei minimè rimandam atque ſcrutandam eſſe,varijs rationibus & Scripturæ auctoritatibus,exemplisq; demonſtrat. Magorum inter alia exemplum primò adducit,quo id clarè efficaciterque oſtendit. Ab Angelorum natura,figura,conditione, ac ordine temerariam ſimilium curioſitatem confutat. ac poſtea per oculum cæci nati ad Solem,tales diuinæ naturæ perſcrutatores coarguit ac taxat.:eoſq; qui naturam filij Dei curioſè ſcrutantur,potius curioſos habendos, quàm fideles dicens

A *dicendos confirmat. Sacras litteras ſecuram nobis ad Deum parare viam, docet. Quomodo credere, ac quæ credere firma fide oporteat, oſtendit: tum quo pacto Chriſtum greſſibus fidei & amoris ſequi, fideiq; oculis contemplari debeamus, nos inſtruit. Denique de vera & reali præſentia Corporis & ſanguinis Domini noſtri* IESV CHRISTI *in ſacra Euchariſtia, notatu digniſſima pro orthodoxæ fidei noſtræ confirmatione, & impiorum hæreticorum confuſione adducit.*

Aduerſus eos qui filij Dei naturam curioſè ſcrutari nituntur.] *Pro hoc titulo, alia Inſcriptio reperitur eiuſmodi: Sermo S. Patris Ephræm, de natura Dei minimè ſcrutanda.] Et al. Eiuſdem Sermo, aduerſus Diuinæ maieſtatis ſcrutatores.] Ad hoc porrò Argumentum pertinent illa Scripturæ verba: Qui ſcrutator eſt Maieſtatis, opprimetur à gloria. Prouerb. 25. Et illa apud Eccleſiaſticum: Altiora te ne quæſieris: & fortiora te, ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. non eſt enim tibi neceſſarium ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter: & in pluribus operibus eius non eris* B *curioſus, &c. Eccleſiaſt. ſiue Sapient. Syrach. 3. Huc quoque ſpectant, quæ S. Baſilius Magnus alibi adducit in hæc verba: Chriſti generatio propria ac præcipua diuinitatis eſt, quæ quidem ſilentio magis ac fide veneranda, quàm diſputatione aliqua noſtra ſeu curioſitate veſtiganda, &c. paulloq; poſtea, ibi: Dicere poſſum ex ſacris voluminibus, quòd ſplendor gloriæ & imago ex archetypo ſit: veruntamen quoniam nec ratio, nec cogitatio talibus renouationis verbis tuæ curioſitati ſatisfacit, ad ineffabilem, incomprehenſibilemq; gloriam confugio, & fateor indeprehenſum, ac verbis humanis inenarrabilem diuinæ generationis eſſe modum, &c. ita Baſilius in Serm. de humana Chriſti generatione, in die natali, ſeu Epiphaniæ, mox in principio, vbi plura conſequenter in hanc rem adducuntur. Quò referri etiam poteſt S. Gregorij Nazianzeni Oratio. 34. (iuxta Billianam edit.) quæ eſt 2. de Theologia, vbi Dei naturam nec verbis explicari, nec mente comprehendi poſſe, oſtendit: & rationem, cur Deus intellectu humano comprehendi nequeat, reddit, &c. de quo & ibidem Nicetas Nazianzeni Sholiaſtes. Cuius Argumenti plura qui volet, apud S. Ioannem Chryſoſtomum reperiet, ac primò quidem in cap. Geneſ. 1. Homilia 2.* C *ſuper illud: In principio fecit Deus cælum & terram, &c. vbi habet: Magna gratitudine accipiamus, quæ dicuntur, ne progrediamur vltra, quàm fert naturæ noſtræ tenuitas, neue curioſius quæ ſupra nos ſunt, indagemus: id quod veritatis hoſtibus accidit, qui proprijs voluerunt rationibus vniuerſa expendere, non cogitantes quod impoſſibile ſit humanæ naturæ Dei opificium penitus ediſcere, &c.] ac eodem Tomo primo Operum eiuſdem Homilia 2 de verbis Eſaiæ: Vidi Dominum, &c. circa med. ibi: Dic iſtu qui curioſè ſcrutantur ineffabilem ac beatam naturam, his qui audent non audēda. Ipſa Seraphim ne demiſſionem quidem Dei ſuſtinuerunt intueri: & homo auſus eſt dicere, imò potius homo auſus eſt animo concipere, quòd naturam ipſam ſummam poſſit ad plenum, clareq; videre? &c.] Quin & grauiter in eos inuehitur Chryſoſtomus, qui occulta Creatoris & creaturæ perſcrutantur, ſub finem Homiliæ 7. in Epiſt. ad Theſſal. 1. cap. 4. Sed longè pleniſſimè idem hoc perſequitur Argumentum Chryſoſtomus in ſuis de incomprehenſibili Dei natura, contra impios Anomæos, Homilijs, quarum quinque à Theodoro Gaza Theſſalonicenſi traductas, in fine quinti Tomi Operum eiuſdem inuenire licebit: & præter has, adhuc alias eiuſdem generis contra eoſdem hæreticos, nondum quod ſciam Latinè redditas, in Biblioth. Vatic. Cryptæferrat. Syrlet. num. φοϛ, quæ iam eſt Columnen. necnon in Sfortiana S. Floræ num. 9, vbi Græcè nomen* D *diſtinctæ Homiliæ reperiuntur.*

Attende Magos illos, qui è longinquis partibus ad adorandam nuper editi Regis infantiam aduenerant; quomodo illi non in purpura iacentem Regem inuenerint: ſed infantem vilibus inuolutum pannis in præſepio reperiuntur, &c. *paucisq; interiectis ibidem:* Inter tot porrò vilia atque ſubiecta, & ſi nullum Regis indicium cernerent, nihil tamen de eius maieſtate dubitabāt, nihil pannorum vilitate mouebantur, neque Geniti naturam curioſe ſcrutabantur, &c.] *Vbi Auctor pulcherrimo Magorum exemplo Diuinam à nobis maieſtatem haudquaquam curioſè ſcrutandā eſſe, efficaciter demonſtrat. Quod idē alibi oſtendens Magnus Baſilius, etiam Magorum exemplo ad curioſos illos ſcrutatores coarguendos vtitur, dum ſic aduerſus tale genus hominum exclamat ac loquitur.* O Dei bonitatem altiſsimam. O abſurdam & prauam hominum ingratitudinem. Magi adoratum veniunt: & Chriſtiani curioſius quærunt, quomodo in carne Deus ſit, & quali carne; & an aſſumptus homo perfectus ſit, an imperfectus. Taceant curioſi, & in Eccleſia Dei E ſuperuacanea veſtigare deſiſtant. Laudentur quæ nobis cōcredita ſunt: at de quibus ratio omninò non redditur, ne veſtigentur, &c. *ita S. Baſilius ſub finem pulcherrimæ Homiliæ de humana Chriſti generatione, in die Natali, ſiue Epiphaniæ.*

Audi miſer, qui curioſè Dominum ſcrutaris: Admiranda quædam te enuntiaturum polliceris de ipſius Deitate, ac de vnigenito dilecto Patris?] *Vbi al. ſine interrogatione, ſic:* Auſculta miſer, qui ſcrutaris Dominum tuum; & miranda quædam te elocuturum de ipſius Deitate, de vnigenito dilecto patris promittis Qui ergo inuiſibilem Deitatem, &c.] *Sed ne ſententia hiulca videatur, ac non ſatis cum illo quod hic ſequitur* (Qui ergo, &c) *cohærere: viſum eſt potius interrogationi inſiſtere, ac per eam iam dicta efferre: vel alias iſta, vſque ad* (Qui ergo, &c.) *hic prætermittere, ſicut al. prætermiſſa quoque reperiuntur. Veruntamen eruditus de his iudicet Lector, & quæ magis probabuntur, amplectatur atque ſequatur.*

Quin & diligenter intuere, quomodo Chriſtus in manibus panem accipiens, benedixit

ac fregit in figuram immaculati corporis ſui: calicemque in figuram pretioſi ſanguinis ſui benedixit, A
deditque diſcipulis ſuis, &c.] *Hic quamuis Doctor noſter Ephræm aſſerat panem & vinum
à Chriſto benedicta fuiſſe in figuram corporis & ſanguinis ſui: non tamen inde colligi atque inferri licet
ſub pane & vino non contineri verè & realiter verùm corpus & ſanguinem Domini noſtri. Species enim
panis & vini conſecratæ, quia Sacramentum ſunt, reuera ſunt ſigna corporis & ſanguinis Chriſti ſub ipſis
verè & realiter contenti. Quibus accedit, quòd multa ſæpè in ſacra Scriptura, vt exempla & figuræ proponuntur,
quæ verè id ſunt, quod in figuris deſignantur: ſicut & pulcherrimè hoc ipſum alibi deduxit
Innocentius Pontifex, haud immeritò inter alia quoſdam ridens, qui crederent in Euchariſtiæ Sacramento
non eſſe Chriſti corporis & ſanguinis veritatem, ex eo, quòd non rarò myſterium id & imaginem,
& exemplum vocari legimus. Quorum itaque errorem idem Innocentius Papa refellens: ſi, quia figura,
inquit, eſt Sacramentum altaris, veritas eſſe negatur: ergo nec mors, nec reſurrectio Chriſti veritas eſt:
ſiquidem eas imaginem, & ſimilitudinem eſſe tradit Apoſtolus: quin & Petrus, exemplum in ſua paſſione
Chriſtum nobis reliquiſſe ſcribit, &c. Vide de hoc Innocentium, lib. 4. Myſteriorum Euangelicæ* B
legis, & alios alibi.

Eſto fidelis atque innocens, participa immaculatum corpus Domini tui fide pleniſſima.
Ignis imortalis ſunt myſteria Chriſti, noli ea temerè perſcrutari, &c.] *ac paullò poſt:* Ignem &
ſpiritum manducandum atque bibendum præſtitit nobis, corpus ſcilicet ſuum, ac ſanguinem,
&c.] *Cùm Auctor alibi ſæpè (vt ſuis locis demonſtrauimus) teſtetur veritatem corporis & ſanguinis
Domini in Euchariſtia, nuſquam tamen clarius & efficacius quàm hoc loco id facere videtur, ſeruitque
hic locus optimè contra Hæreticos, qui ad præſens Ephræm teſtimonium haudquaquam reſpondere, aut
quid ei auſu temerario opponere poterunt. Nam altiſſimi myſterij inſcrutabilitas, & miraculum excedens
omnem admirationem, omnemque mentem atque ſermonem (quæ hic prædicat Ephræm) efficaciſſimè
oſtendunt Euchariſtiam eſſe verum corpus Domini. Vtiturque hic pulchra quadam antitheſi Auctor
ad id magis confirmandum: ait enim valdè mirabile fuiſſe, quòd Angeli, qui ſunt incorporei, in* C
*corpore aſſumpto manducarint cibos corporeos, (vt eſt Geneſis 18. at longè mirabilius eſſe, quòd nos
homines corporei ac lutei ignem & ſpiritum comedamus, corpus nimirùm cæleſte Chriſti, &c.] atqui
hæc de veritate Corporis Domini in ſacra Euchariſtia ex noſtro Ephræm, qui ante mille trecentos quaſi
annos in Eccleſia floruit. Cui in eadem veritate conſentiunt, & reliqui orthodoxi Patres antiqui, qui
ante & poſt Ephræm fuerunt, tam Græci quàm Latini. S. Ignatius in Epiſtola ad Romanos, & Epiſtola
ad Smyrnenſes. Dionyſius Areopagit. in lib. de Eccleſiaſt. Hierarchia, cap. 3. 5. parte 3. Iuſtinus
Martyr in Apolog. 2. ad Antoninum Imperat. Irenæus lib. 4. contra hæreſes, cap. 34. Origen. Homil.
13. id Exod. explicans. cap. 25. illius libri: & Homil 5. in diuerſa loca Euangelij, agens de puero Centurionis.
ac Homil. 7. in lib. Numeri, & Homil. 2. in Pſal. 37. &c. S. Athanaſius in Orat. de fide. vt etiam
citat Theodoritus dialog. 2. Cyrillus Hieroſolymitan. in Catecheſi 4. ac 5. Myſtagog. S. Baſil. Ephræm
noſtro contemporaneus, ac perquàm familiaris, in 2. lib. de Baptiſmo, cap. 2. & in libro de Spiritu ſancto,
cap. 27. & in Regulis moralium ſentent. regul. 21. cap. 1. 2. 3. 4 ac alibi ſæpius. S. Gregorius Nyſſenus
Baſilij frater, in lib. de vita Moyſis, & in Orat. catechet. cap. 36. 37. vbi multa expreſsè de veritate huius
Sacramenti habet: citaturque hic locus ab Euthymio in Panoplia, part. 2. tit. 21. S. Gregorius Nazianzenus* D
*in 2. Oratione de Paſchate, ac alibi S. Epiphanius in Ancorato, circa med. & alibi. S. Ioannes
Chryſoſtomus plurimis in locis, vt Homilia de Euchariſtia in Encenijs. & Homilia 60. ad populum
Antiochen. quæ eſt contra indignè ſumentes diuina & ſancta myſteria, & Homil. 51. & 53. in Matth.
& Homilia 24. in priorem ad Corinth. 10. item Homilia 3. in Epiſtol. ad Epheſ. cap. 1. & Homilia 3. de
incomprehenſibili Dei natura, contra Anomæos, circa finem. & libro 3. ac 6. de Sacerdotio, alibique
ſæpiſſimè. Item Theophilus Alexandrinus ſuper Euangelium S. Marci, exponens illa conſecrationis
verba:* Hoc eſt corpus meum. *Vbi pulchrè & efficaciter eandem Euchariſtiæ veritatem probat ac
docet. Quod idem facit & Cyrillus Alexandrinus, lib. 3. in Ioannem, cap. 37. declarans illud dictum
Domini:* Qui venit ad me, non eſuriet. *&*, Qui credit in me, non ſitiet vnquam, &c. *item lib. 4. in
Ioannem, cap. 9. & lib. 10. in Ioan. cap. 13. necnon in Epiſtola ad Neſtoriũ (vbi duodecim adiuncti reperiuntur
anathematiſmi) quæ ab Epheſina Synodo & alijs duabus approbata fuit. Proclus quoque Epiſcopus* E
*Conſtantinop. in lib. de traditione diuinæ Liturgiæ, validiſſimum pro confirmanda ſacræ Euchariſtiæ
veritate teſtimonium adfert. item Euſeb. Emiſſenus, vel quiſquis Auctor fuerit in elegantiſſimo Serm.
de corpore Domini, cuius initium eſt: Magnitudo cæleſtium beneficiorum, &c. vbi multa rara atque
præclara de veritate Euchariſtiæ in medium adducuntur. Heſichius item Hieroſolymæ presbyter, ac poſtea
Epiſcopus (ad quem ſcripſit ipſe Gregor. Pont. lib. 9. regiſtri, in Epiſt. 40.) lib. 2. in Leuit. cap. 8. & lib. 6.
cap. 22. &c. Ioannes quoque Damaſcenus lib. 4. Orthodoxæ fid. cap. 14. ac 84. Cui ſuffragatur & Epiphanius
Damaſceni æqualis, in diſputatione cũ Gregorio, quæ reperitur in VII. Syaodo. Act. 6. Tom. 3. Theophylactus
quoque de veritate corporis Chriſti (Chryſoſtomum in hoc imitatus) apertiſſimè ac copioſiſſimè
ſcripſit in cap. 26. Matth. declarans illa verba Domini:* Hoc eſt corpus meum, &c. *ac in ca. 14. Mar.
& in cap. 6. Ioannis, & in cap. 10. ac. 11. prioris ad Corinth. Oecumenius item in cap. 11. prioris ad Corinth.
necnon Euthymius in cap. 26. Matt. ac in Panoplia eiuſdem tit. 21. vbi ex Patribus Nyſſeno, & Damaſceno
pleniſſimè & efficaciſſimè tranſmutationem panis in carnem Domini probat, oſtenditque. Sed poſt citatos
Græcos, etiam ad Latinos veniamus: ex quorum catalogo ac claſſe primùm ſe nobis offert Tertullianus,*

A anus,qui in libro ſuo de Reſurrectione carnis, apertè dicit: Caro corpore & ſanguine Chriſti veſci-
tur, vt & anima de Deo ſaginetur. Et lib.2.ad vxorem, haudquaquã obſcurè indicat Euchariſtiam
non eſſe panem materialem, licet id videatur eſſe gentilibus: ſed eſſe Chriſtum,&c. Idem in libro de Co-
rona militis,tradit ſummam adhibendam cautionem,ne aliquid Euchariſtiæ in terram cadat,&c.item
in lib.3.& 4.contra Marcionem,& lib.de Pudicitia.& lib de Oratione,vbi inter alia,illam petitionem
Orationis Dominicæ declarat: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie,] Succedit Cyprian.
Epiſcopus Carthaginenſis,qui eandem veritatem teſtatur atq; tuetur in lib.2. Epiſtolarum,epiſt.3. quæ
eſt ad Cecilium. & in Sermone 5.qui eſt de Lapſis. & Serm. de Cœna Domini, qui Sermo & ſi illius non
eſſe videatur, refertur tamen inter eius Opera, & cuiuſcunque ſit alterius,fatendum ſanè antiqui ali-
cuius doctiſſimi & ſanctiſſimi eum eſſe Patris. Eandem quoque Euchariſtiæ comprobat veritatem Hi-
larius grauis & antiquus Auctor,lib.8.de Trinitate,explicans illa Domini verba: Caro mea verè eſt
B cibus,& ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem,
in me manet,& ego in eo,&c. item Optatus Mileuitanus,in lib.6.contra Parmenianum,& Gauden-
tius Epiſcopus tractat.2.de Exodo,vbi multis oſtendit,probatq; veritatem Euchariſtiæ Suffragaturq; S.
Ambroſ. lib.4. de Sacramentis,cap. 4. 5. 6. & in Decreto de conſecrat. diſtinct.2 can.omnia. vbi pro
eadem veritate, Ambroſ.efficax teſtimonium allegatur. Idem quoque Ambroſ.in Orat præparatoria
ad Miſſam,pluribuſq; alijs apud eum locis. Itidem & S. Auguſtin. in Sermone de corpore & ſanguine
Domini. Idem de verbo Domini,in Lucam,Serm.28. item in S. Luc.cap.24. vbi de duobus Diſcipulis
in Emaus euntibus, & de fractione panis agit: illumq; panem, quem accipiens benedixit, fregit, diſtri-
buitq; duobus diſcipulis illis, fuiſſe ſacram Euchariſtiam clarè oſtendit; confirmatq; idem diſertis verbis
in lib.3. de conſen.Euangel.cap.28. Idem Auguſt.tract.in Ioan.& tractat.26.in Ioannem ſuper illud:
Panis quem ego dabo, caro mea eſt,&c. item tract.27.& 31.in Ioan. & Serm.2. de verbis Apoſtoli.
ac lib.50.Homil.26 & Serm.2. de tempore, vbi inter alia dicit: Inuitati ſumus ad menſam. vbi non in-
uenitur cibus hominum, ſed panis proponitur Angelorum, &c. Idem in Pſal.33 Conc.1. vbi exponens
C illum titulum Pſalmi,in quo ſcriptum continetur: Et ferebatur manibus ſuis, &c. ſic inter alia ibi ad-
ducit: Ferebatur (inquit) Chriſtus manibus ſuis,quando commendans ipſum corpus ſuum, ait: Hoc eſt
corpus meum, ferebat enim illud corpus in manibus ſuis, &c. Idemq; ab eodem euidentur comproba-
tur Auguſt.in lib.de Salutaribus documentis,ad Iulianum comitem.cap.33.& in lib 9.Confeſſion.cap.
13 & lib.12.contra Fauſtum, cap.10. ac 20. & lib.1. de peccatorum meritis, cap.24. ac lib.1. contra Cre-
ſconium.cap.25.& lib.22. de ciuit.Dei,cap.8, Idem in Epiſt.23. quæ eſt ad Bonifacium.& in Epiſt.44.
ad Maximum,& in Epiſt.86.ad Caſulanum.ac Epiſt.118.cap.3.& Epiſt.ad Honoratum,cap.27.alibiq;
ſæpiſſimè. Et poſt Auguſtinum,S.Hieronymus in Comment.Matth.cap.26. & in Comment. Pſal.109.
ac in Epiſt.ad Hedibiam.quæſt.2. Idem in Comment.11.cap.prioris ad Corinth & in Comment.1. cap. ad
Epheſ.&c.alijſq; varijs locis alibi.Confirmatq; eandẽ veritatem S.Leo Papa Magnus in Serm.7.ac 14.
de Paſſione Domini, & Serm 6 de ieiunio Septimi menſes. ac in Epiſt. 23 ad Clerum & populum Con-
ſtantinop. ac alibi crebrius. & S.Gregorius Papa cognomine quoque Magnus,in Hom.22.in Euangelia.
& lib.4.Dialog cap.58.&c. S. Remigius Epiſ Remenſis in Comentar. cap.10. prioris ad Corinth. Haymo
D Epiſcopus Halberſtatenſis in Comment.ſuper 10.cap.primæ Corinth.in illud: Calix benedictionis, cui be-
nedicimus,&c. Primaſius in cap.10. Epiſt.ad Hebr. Paſchaſius Abbas Corbeienſis in libro quem ſcripſit
de corpore Domini.& in Epiſt.ad Frudegardum,& in libello de inſtitutione Sacramenti. S. Anſelmus
in cap.11.primæ ad Corinth.ac Beda in eundem ad Corinth.locum. S Bernardus in vita S.Malachiæ.
& in 2.Serm.de Cœna Domini.alijq; alibi. Quibus omnibus accedunt Generalium Conciliorum decreta
atque teſtimonia,& inter alia Concilij illius magni Lateranenſis ſub Innocentio tertio, vbi in ipſo ſtatim
primo cap. Decretorum eiuſce Concilij, ſic eſt: Chriſti corpus, & ſanguis in Sacramento altaris ſub
ſpeciebus panis & vini veraciter continetur,&c. ac Concilij generalis Viennenſ. ſub Clemente V. in
quo extat Decretum inſigne, de ipſo feſto Corporis Domini: vbi plura expreſſa teſtimonia habentur de
veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia,ſicut etiam eſt in Clement.vnica,de Reliquijs,& venerat.San-
ctorum,&c. necnon Generalium aliorum poſteriorum Conciliorum,nimirum Conſtantienſ. ſeſſ. 13.&
E Florentini, in Decreto de vnione Latinorum cum Græcis, & in Armenorum inſtructione. ac denique
œcumenici Concilij Trident.ſeſſ.13.cap.1 vbi de reali præſentia Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſanctiſſimo
Euchariſtæ Sacramento docetur: & cap.2.3.4. ac 5. vbi de cultu & veneratione huic Sacramento ex-
hibenda,agitur: quo eodem cap.5.declarat etiam ſancta œcumenica Synodus,piè & religioſè admodum
in Dei eccleſia inductum fuiſſe morem, vt quotannis feſtum Corporis Chriſti ſolenniter celebraretur,vtq;
in proceſſionibus reuerenter ac honorificè venerabile hoc Sacramẽtum per vias ac loca publica circum-
ferretur. ſicut etiam poſtea idem tradit Concilium Can.6. Et de huius ſolennitatis inſtitutione extat
Conſtitutio primi illius Inſtitutoris (qui fuit Vrbanus Papa IV.) incipitq;: Vrbanus Epiſcopus, ſeruus
ſeruorum Dei,&c. ac altera Clementis V. in Concilio Viennenſi, cuius initium eſt: Si Dominum in
ſanctis eius laudare iubemur,&c. In honorem verò tanti Sacramenti, eiuſq; feſti, S. Thomas Aquinas
iuſſu Vrbani IV. officium ordinauit. Miſſam videlicet; ac horas Canonicas; & Hymnum,
Pange lingua, &c. Sermonemq; compoſuit; qui in dictæ Fe-
ſtiuitatis officio legitur.

EIVS.

A

† E IVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

Sermo, in Transfigurationem Domini & Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

* al. C. V. Beatiſſimi, & Sanctiſſimi Patris noſtri Ephræm Syri Sermo, de Transfiguratione Domini & Dei, Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

B

Eodem Gerard. Voſsio Interprete & Scholiaſte.

EX agro procedit meſſis cum lætitia, & ex vinea fructus eſculenti
ac delicati: & ex Scriptura, doctrina viuifica atque ſalutaris. Ager
vno tempore habet vindemiam: ex Scriptura verò ſemper ſcatu-
rit doctrina ſalutaris. Ager quando demeſſus fuerit, ceſſat * ac va- — * al. otioſus & deſertus iacet.
cat: & vitis iam vindemiata, vilis redditur atque abiecta: Scriptu-
ra autem quotidie licet metatur; ſpicæ tamen interpretum, in ea
nunquam deficiunt. quotidie etiam dum vindemiatur, botri eius, quæ * eſt in — † τῆς ἐν αὐτῷ ἐλπίδος
ipſa, ſpei, haudquaquam conſumuntur. Accedamus igitur ad agrum hunc, & vi-
uificis * ſulcis eius perfruamur; ex eoque ſpicas vitæ metamus, verba nimirum — † τῶν αὐλάκων.
Domini noſtri IESV Chriſti, qui ad ſuos dixit diſcipulos: Sunt quidam de hic C — Matth. 16.
ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis venientem
in * gloria ſua. Et poſt dies ſex, aſſumpſit IESVS Petrum, & Iacobum, & Ioan- — * al. in regno ſuo.
nem fratrem eius in montem excelſum valde: & transfiguratus eſt ante eos. Et — Matth 17.
reſplenduit facies eius ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut * nix. — * al. ſicut lux.
Viri etenim, quos dixit non guſtaturos mortem, donec videant figuram * & — Matth. 16. 17.
adumbrationem aduentus eius, ſunt hi tres Apoſtoli: quos aſſumptos duxit in — * al. locum perfectionis, & aduentus eius.
montem, & oſtendit eis quo pacto venturus ſit in die nouiſſimo, in gloria di-
uinitatis, & in corpore humanitatis ſuæ. Duxit autem rurſus ipſos in montem:
vt eis demonſtraret, quiſnam iſte ſit filius, & cuius. Quando enim illos inter- — Matth. 16.
rogauit, dicens: Quem dicunt homines eſſe filium hominis? dixerunt ei: Alij — * vulg. Alij Ioannem Baptiſtam: alij autē Eliam, alij, &c.
quidem * Eliam; alij verò Hieremiam, aut vnum ex Prophetis. Ideo eos ſur- D
ſum duxit in montem, oſtenditque ſe non eſſe Heliam, ſed Deum Heliæ: neque
rurſus Hieremiam, ſed qui ſanctificauit Hieremiam in vtero matris: neque vnum — Hierem 1.
ex Prophetis, ſed Prophetarum Dominum, & qui miſerat eos. Et denuò oſten-
dit illis, ſe cæli & terræ Creatorem eſſe; ſeque viuorum & mortuorum eſſe Do-
minum: imperauit enim cælo, & Eliam deduxit: innuit terræ, & Moyſen ſuſ- — Matt. 17. Mar. 9. & Lucæ 9.
citauit: ipſosque in montem Sina adduxit, vt eis oſtenderet ſe eſſe filium Dei, & — Heb. 1. 5. 7. &c.
ante ſecula ea ex Patre genitum, ac nouiſſimè ex Maria Virgine incarnatum; &
(ſicut ipſe nouerat) ſine ſemine ineffabiliter natum, citra vllum virginitatis il-
lius corruptionem. Vbi enim vult Deus, ſuperatur naturæ ordo. Habitauit
namque in vtero Virginis Deus Verbum: & ignis diuinitatis ſuæ, non combuſſit — Ioan. 1.
membra corporis Virginei: quin & in habitaculo illa ſuo, per tempus nouem
menſium eum ſeruauit. Habitauit in vtero Virginis, non reſpuens fœtorem
naturæ: & ex ipſa prodijt Deus humana carne indutus, vt nos ſaluaret. Addu- E
xuit rurſus eos in montem ſeorſum; vt diuinitatis ſuæ gloriam ipſis oſtenderet, — Matt. 17. Mar. 9. Lucæ 9. &c.
ſeque redemptorem eſſe Iſrael declararet, ſicut per Prophetas ſignificauit; &
non ſcandalizentur in ipſo, dum voluntarias eius cernerent paſſiones, quas pro-
pter nos ſecundùm humanam naturam ſubiturus erat. Agnoſcebant enim ip-
ſum & hominem: ſed Deum eſſe ignorabant. Agnoſcebant ipſum filium Ma-
riæ, & vt hominem cum eis in mundo conuerſantem. Indicauit ipſis in monte — Ibidem.
ſe Dei eſſe filium, & Deum ipſum. Sciebant illum eſurijſſe & comediſſe, ſiti-
uiſſe & bibiſſe, laboraſſe & requieuiſſe, dormitaſſe & dormijſſe, timuiſſe quoque
& ſudaſſe: quæ omnia diuinæ eius naturæ minimè conueniebant. ſed ſolùm hu-
mani-

A manitati; & propterea eos duxit in montem, vt Pater ſua voce appellet filium, oſtendatque eis ipſum ſuum eſſe filium in veritate, & Deum. Duxit rurſus eos in montem, * vt oſtenderet ipſis regnum ſuum ante mortem ſuam, & pœnitentiam ac gloriam ſuam ante ignominiam: vt quando detentus fuerit, & crucifixus à Iudæis, cognoſcant ipſum non fuiſſe ab eis crucifixum ob eius impotentiam: ſed quòd ei ſpontè propter gratiam ſuam, ad mundi ſalutem placuiſſet. Rurſuſque in montem eos duxit, & gloriam Diuinitatis ſuę ipſis ante reſurrectionem ſuam oſtendit? vt quando à mortuis in gloria naturæ ſuæ * diuinę reſurrexerit, ſciant ipſum non accepiſſe quaſi mercedem laboris ſui, gloriam, vt qui illa indigeret: ſed * eam ab æterno illum habuiſſe, cum Patre, & cum Spiritu ſancto B eius; ſicut dixit iam ad voluntariam paſſionem veniens: Pater, glorifica * me gloria, quam habui antequam mundus hic eſſet apud te. Hanc igitur diuinitatis ſuæ gloriam, quæ erat obſcura & ignota humanitati ſuæ, demonſtrauit Apoſtolis ſuis in monte. Adſpiciebant enim faciem eius inſtar fulguris relucentem; & veſtimenta ipſius alba ſicut niuem. Duos Soles in monte videbant diſcipuli, vnum ex conſuetudine in cælo reſplendentem, & alterum præter conſuetudinem: vnum qui eis lucebat, & vniuerſum mundum illuminabat in firmamento: & vnum, qui ipſis ſolis tunc reſplendebat, faciem nimirum Ieſu, inter ipſos. Veſtimenta autem ſua oſtendit eis alba inſtar lucis: quia ex toto corpore eius, gloria diuinitatis ſuæ ſcaturiebat; & ex omnibus membris ſuis, lux eius refulgebat. Non enim vt Moyſi reſplenduit eius facies extrinſecus: verùm ex ipſo ſcaturiebat diuinitatis eius gloria, & in ipſo manebat. Ex ipſo oriebatur lux eius, & in ipſo * cogebatur. Neque enim in alienam abijt partem, & ipſum dimiſit: quia non C venit ex * obliquo, & eum ornauit: neque etiam eam pro tempore vtendam accepit. ſed neque totam gloriæ * ſuæ abyſſum eis oſtendit: at quantum pupillæ oculorum ſuorum capere, ac cernere poterant. Et apparuerunt ipſis Moyſes & Elias, ſimul cum eo loquentes. Sermones autem ipſorum, quos cum eo loquebantur, tales erant: Gratias ei agebant, * quòd impleti ſui eſſent ſermones, & verba omnium cum ipſis Prophetarum. Adorationem ei offerebāt pro ſalute, quam in mundo fecerat generi humano: quodque myſterium prius ab ipſis deſcriptum, ipſe reipſa impleſſet. Perfuſi ergo ſunt gaudio Prophetæ, & Apoſtoli in ipſo aſcenſu montis. Lętati ſunt Prophetæ, cùm iam vidiſſent humanitatem eius, quam non nouerant Lætati ſunt autem & Apoſtoli, vbi vidiſſent gloriam Diuinitatis D ipſius, quam non cognouerant. Cumque audiſſent vocem Patris * filio teſtimonium ferentis, per ipſam cognouerunt fuiſſe aſſumptam ab eo humanitatem, quæ quidem adhuc obſcura erat apud eos: ipſiſque fidem fecit cum voce Patris, gloria corporis eius, quæ reſplendebat ex ea * quę in ipſo vnita fuit, diuinitate immutabiliter, atque inconfusè. Et ſigillatum fuit trium teſtimonium, in voce paterna, in Moyſe & Helia: qui quidem ei aſſiſtebant velut ſerui, & alter alterum aſpiciebant, Prophetæ Apoſtolos, & Apoſtoli Prophetas. Cernebant ibi ſe inuicem principes veteris, principes noui. Vidit Moyſes ſanctus Simonem ſanctificatum. Vidit œconomus Patris, procuratorem filij. Ille quidem ſcidit mare, vt populus in medijs ambularet fluctibus: Hic verò tabernaculum excitauit, vt ædificaret Eccleſiam. Adſpexit virgo veteris teſtamenti, virginem noui, Elias nimirum Ioannem. Qui aſcendit ſuper currum ignis, illum qui recubuit ſuper pectus flammæ. Factuſque eſt mons in figuram Eccleſiæ: & vniuit in * eo Ieſus duo teſtamenta, quæ ſuſcepit Eccleſia: nobiſque indicauit ipſum datorem eſſe duorum. Vnum accepit eius myſteria: alterum verò gloriam ſuorum factorum manifeſtam reddidit. Dixitque itaq; Simon: Domine bonum eſt * nobis, hic eſſe. Quid dicis, ô Simon? Si hic permanſerimus, quis verba adimplebit Prophetarum? quis verba obſignabit præconum? quis iuſtorum myſteria perficiet? Si hic manſerimus; illud: Foderunt manus meas, & pedes meos, in quonam adimplebitur? iſtud: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem, cui accommodabitur? iſtud: Dederunt in cibum meum, fel; & in ſiti mea potauerunt me aceto, cui conueniet? illud: Inter mortuos liber, quis confirmabit? Si hic remanſorimus; chirographum Adæ quis ſcindet? eiuſque debitum quis perſoluet? & gloriæ indumentum quis ipſi reſtituet?

Ibidem.

* al. oſtenditque ipſis regnum ſuum, &c.

* al. diuinitatis.

* al. ſed illum à ſeculo habuiſſe eam, cum Patre & S. Spiritu.

Ioan. 17. * al. clarifica me claritate, &c.

Matt. 17. Mar. 9. & Lucæ 9.

Duplicē Solem in monte cernebant Diſcipulorum oculi.

Veſtimētorum alborum myſterium.

Exod. 34.

* συνήχθη.

* al. ex alio obliquo ac latere.

* al. diuinitatis ſuæ.

Matt. 17. Mar. 9. & Lucæ 9.

* al. quòd vera fuiſſent verba prophetarum in aduentu eius, &c.

* al. de filio teſtimonium perhibentem.

ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ ἑνωθέισης ἀτρέπτως ϗ ἀσυγχύτως θεότητος.

Exod. 14.

4. Reg. 2.

Ioan. 13. 21.

* al. in ſeipſo.

Matth. 17. & Mar. 9. Lucæ 9.

* al. nos.

Pſal. 21. Matt. 27. Mar. 15. Luc. 19. Pſal. 68 Pſal. 87.

Matth.16.18. ruet? Si hic manſerimus: quæ dixi tibi, quo pacto fient? Eccleſia quo pacto A
Ibidem. ſuper te ædificabitur?& claues regni cælorum, quo pacto à me accipies? Quem
ligabis? quemue ſolues? Si hic manſerimus; ceſſabunt cuncta, quæ per Pro-
Matth.17. phetas dicta ſunt. Ait rurſus: Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moy-
Marc.9.& ſi vnum, & Eliæ vnum. Simon miſſus eſt ad ædificandam in mundo Eccleſiam;
Luc.9. & facere vult in monte tria tabernacula: adhuc enim Chriſtum humano more
attendebat, & cum Moyſe & Elia ipſum collocabat. Protinus autem ei oſtendit,
ſe tabernaculo ipſius minimè opus habere. Ipſe quippe erat, qui patribus eius
Num.9.10.14. tabernaculum nubis fecerat in ſolitudine, per quadraginta annos. Adhuc autem
*al. eo loquente. illis * loquentibus, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Cernis Simon, taberna-
Matth.17.& culum abſque labore; tabernaculum quod arcet æſtum, & tenebris caret: ta- B
Luc.9. bernaculum, quod fulget atque reſplendet? Admirantibuſque diſcipulis, ec-
Ibidem. ce vox, quæ à Patre prodijt, è nube audita eſt, dicens: Hic eſt Filius meus di-
*al. Poſt vocem. lectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Cùm * voce Patris, reuerſus
eſt Moyſes in locum ſuum; & Elias in religionem ſuam; & Apoſtoli in faciem
Ibidem. ſuam ceciderunt ſuper terram: & IESVS ſtetit ſolus, quoniam vox illa in ipſo
ſolo implebatur. Fugerunt Prophetæ, & Apoſtoli proni in terram ceciderunt:
quoniam non in eis implebatur vox Patris, quæ teſtimonium perhibebat, di-
cens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite.
Matth.17. Docuit illos Pater impletam fuiſſe diſpenſationem Moyſis, & iam Filium ab
Mar.9.& eis audiendum eſſe. Nam ille tanquam ſeruus locutus fuerat, quæ iuſſus erat;
Luc.9. & ea, quæ dicta ipſi fuerant, prædicauit: omneſque itidem Prophetæ, donec ad-
ueniſſet ille cui repoſitum erat, nimirum Ieſus, qui eſt filius, & non * vernaculus:
*οἰκογενής. Dominus, & non ſeruus: dominator, & non ſubiectus imperio: legiſlator, & C
non is cui lex impoſita eſt; filius * natura, & non adoptione. Quod itaque
*al. natura diuina, hic filius meus dilectus. Apoſtolis de filij Dei deitate adhuc erat obſcurum, Pater in monte reddidit ma-
niſeſtum. Qui eſt, illum qui eſt, ſignificat. Pater ſua voce manifeſtat filium: &
ad eius vocem, Apoſtoli proni in terram ceciderunt. Erat quippe tonitru ad-
Ibidem. modum terribile, ita vt voce ipſius terra contremuerit, & illi in terram collapſi
*al. & eum vocaſſe filium, ſuaque voce etiam eos excitaſſe. ſint. Oſtendit eis Patrem acceſſiſſe, & * illum ſua voce compellaſſe filium, qui
& excitauit eos. Nam quomodo tremenda illa vox patris eos deiecit: ita etiam
vox filij, virtute diuinitatis ſuæ illos exſurgere fecit: quæ quidem cùm in eius
carne habitet, in eaque ſit vnita immutabiliter, ambæ in vna hypoſtaſi, & in vna
Exod.24.34. perſona citra diuiſionem atque confuſionem permanent. Neque enim ſicut Mo-
yſes, decorus apparebat extrinſecus: ſed tanquam Deus reſplendebat, in gloria D
2.Cor.3. Moyſes enim lumine vultus ſui, vnctus decore cernebatur: at IESVS toto cor-
Matth.17.& Mar.9. Luc.9. pore ſuo, velut ſol ſuis radijs, gloria diuinitatis ſuæ fulgurabat. Clamauit ve-
rò Pater: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum au-
dite; non ſeparatus à gloria diuinitatis filij. Nam vna natura eſt Patris, & Fi-
lij, cum Spiritu ſancto: vna potentia, vna eſſentia, vnum regnum: & in
*ἐν ὀνόματι εὐτελῶ. vnam clamauit vocem, in nomine * ſimplici, & in gloria formidabili. Et Ma-
ria ipſum appellabat filium, non ſeparatum corpore humano à diuinitatis eius
NOTA. gloria. Vnus quippe eſt Deus, qui in corpore viſus eſt in mundo. Gloria eius,
Naturæ diuinæ & humanæ in vna hypoſtaſi vnio. diuinam ſignificauit naturam, quæ eſt ex Patre: & corpus eius, humanam in-
dicauit naturam, quæ eſt ex Maria: ambas naturas, quæ conuenerunt atque
vnitæ ſunt in vna hypoſtaſi ſiue perſona, immutabiliter & citra confuſionem.
Idem vnigenitus ex Patre, & ex Maria vnigenitus. Et qui diuidit, diuidetur à E
regno ipſius: & qui confundit eius naturas, peribit à vita eius. Qui negat Ma-
riam genuiſſe Deum, non adſpiciet gloriam diuinitatis ipſius: & qui negat eum
*ἀναμάρτητον, carnem geſtaſſe ab omni * peccati labe alienam, eijcitur à ſalute, & à vita quæ
per eius corpus data eſt. Ipſæ teſtantur res, & diuinæ ipſius virtutes docent il-
CHRISTVM ESSE VERVM DEVM, ET HOMINEM. los qui valent diſcernere, ipſum eſſe Deum verum: paſſioneſque eius apertè
demonſtrant, ipſum verum eſſe hominem. Et ſi id ſibi perſuaſum non habent,
qui infirmi atque imbecilles ſunt mente; pœnas luent in die eius formidabili.
Matth 1.Luc.1. Si enim non erat caro: quorſum Maria in medium producta eſt? Et ſi non erat
Ibidem. Deus; quemnam Gabriel Dominum vocabat? Si non erat caro; quiſnam in
Lucæ 2. præſepio recumbebat? Si non erat Deus; quemnam deſcendentes glorificabant
Ange-

A Angeli? Si non erat caro; quiſnam inuoluebatur faſcijs? Si non erat Deus; paſtores Ibidem.
quemnam adorabant? Si non erat caro; Ioſeph quem circumcidit? Et ſi non Ibidem.
erat Deus; ſtella in cælo in cuius honorem accurrebat? Si non erat caro; Maria Matth. 2.
quemnam lactauit? Et ſi non erat Deus; cui munera Magi offerebant? Si non erat Ibidem.
caro; Simeon in Vuluis quem geſtauit? Et ſi non erat Deus; ad quem dixit: Lucæ 2.
dimitte me in * pace? Si non erat caro; Ioſeph quemnam accepit, & in Aegyptum * al. cum pace.
fugit? Et ſi non erat Deus; illud: Ex Aegypto vocaui filium meum, in quonam Matth. 2. & Oſeæ 11.
adimpletum eſt? Si non erat caro; Ioannes quem baptizauit? Et ſi non erat Matth. 3.
Deus; Pater è cælo, cui dixit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui? Matth. 3. 17.
Si non erat caro; quis ieiunauit, & eſurijt in deſerto? Et ſi non erat Deus; Matth 4. Ibidem.
Angeli deſcendentes, cui miniſtrabant? Si non erat caro; quis inuitatus fuit ad
B nuptias in Cana Galilææ? Et ſi non erat Deus; aquam in vinum quis mutauit? Si Ioan. 2.
non erat caro; panes in cuiuſnam poſiti erant manibus? Et ſi non erat Deus; quinque Ioan. 6.
millium hominum turbam, præter mulieres & pueros, in deſerto quinque Ibidem.
panibus & duobus piſcibus, quis pauit atque ſatiauit? Si non erat caro; in naue
quis obdormiuit? Et ſi non erat Deus; ventos & mare quis increpauit? Si non Lucæ 8.
erat caro; Simon Phariſæus cum quo manducauit? Et ſi non erat Deus; delicta Lucæ 7.
peccatrici quis remiſit? Si non erat caro; ſupra puteum fatigatus ex itinere quis
ſedebat? Et ſi non erat Deus; aquam viuam Samaritanæ quis dabat: eamque Ioan. 4.
quòd quinque viros habuiſſet, quis redarguebat? Si non erat * caro; indumentum Ibidem.
hominis quis geſtabat? Et ſi non erat Deus; virtutes & miracula quis faciebat? * al. homo.
Si non erat caro; in terram quis expuit, ac lutum ex ſputo fecit? Et ſi non Ioan. 9.
erat Deus; oculos cæcorum, ex luto quis adſpicere coëgit? Si non erat caro; in Ioan. 9.
C Lazari monumento quis flebat? Et ſi non erat Deus; mortuum iam quatriduanum Ioan. 11.
ſolo iuſſu quis eiecit? Si non erat caro; ſuper pullum quis ſedebat? Et ſi non Ibidem.
erat Deus; cuinam cum gloria turbæ obuiam procedebant? Si non erat caro; Iudæi Matth. 21.
quem vinctum tenuerunt? Et ſi non erat Deus; terræ quis imperauit, illoſque Matt. 26. 27.
pronos humi deiecit? Si nõ erat caro; alapis quis cædebatur? Et ſi non erat Deus, Ioan. 18.
auriculam à Petro abſciſſam quis curauit, & in ſuum ipſi locum reſtituit? Si non Matth. 26.
erat caro; cuiuſnam facies ſputis accepta eſt? Et ſi non erat Deus; Spiritum ſanctum Marc. 14.
in faciem Apoſtolorum quis inſufflauit? Si non erat caro; quis coram Pilato Lucæ 22.
in iudicio aſtabat? Et ſi non erat Deus; vxorem Pilati in ſomnis quis perterrefaciebat? Ioan 18. Ioan. 20.
Si non erat caro; cuiuſnam veſtimenta milites exuerunt, & diuiſerunt? Matth. 27.
D Et ſi non erat Deus; ſol quo pacto in cruce obſcuratus fuit? Si non erat caro; in Ibidem.
cruce ſuſpenſus quis erat? Et ſi non erat Deus; terram à fundamentis quis mouit? Lucæ 23.
Si non erat caro; cuiuſnam manus & pedes clauis confixi ſunt? Et ſi non erat Matth. 27. Ibidem.
Deus; quomodo velum templi ſciſſum eſt, petræ ruptæ, & ſepulchra aperta ſunt? Ioan 19. 20.
Si non erat caro; quis clamauit: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Matth. 27.
Et ſi non erat Deus; quiſnam dixit: Pater ignoſce illis: neſciunt enim quid faciunt? Ibidem.
Si non erat caro; in cruce cum latronibus quis pependit? Et ſi non erat Lucæ 23.
Deus; quo pacto dixit latroni: Hodie mecum eris in paradiſo? Si non erat caro, Ibidem.
fel & acetum cui obtulerunt? Et ſi non erat Deus; infernus cuiuſnam audita Ibid. Luc. 23.
voce contremit? Si non erat caro; cuiuſnam latus lancea aperuit, ſanguiſque & Pſal. 68. Mat. 27.
E aqua mox exiuit? Et ſi non erat Deus; inferorum portas quis confregit, vinculaque Pſal. 23.. Phil. 2. Ioan. 19. Pſ. 106.
dirupit? Et cuiuſnam iuſſu * mortui in monumentis concluſi, egreſſi ſunt? * al. mortui è ſepulchris exierut
Si non erat caro; quemnam Apoſtoli in cœnaculo viderunt? Et ſi non erat Matt. 27. Ioã. 20.
Deus; ianuis clauſis quò pacto intrauit? Si non erat caro; * cuiuſnam in manibus * al. cuius clauorũ & lanceę plagas, ſuis manib⁹ Thomas contrectauit?
plagas clauorum, & lanceæ in latere, Thomas contrectauit? Et ſi non erat
Deus; cuinam ipſe clamauit, dicens: Dominus meus, & Deus meus? Si non erat
caro; in mari Tyberiadis quis manducauit? Et ſi non erat Deus, cuiuſnam iuſſu Ioan. 21.
impletum piſcibus erat rete? Si non erat caro, Apoſtoli & Angeli quemnam Marc. 16. Act. 1.
conſpexerunt in cælum aſſumi? Et ſi non erat Deus, cuinam cælum apertum Matth. 3. 17.
fuit: & poteſtates quemnam cum tremore adorarunt? & Pater cuinam dixit: Sede Pſal. 109. & Act. 2. Heb. 11.
à dextris meis; & quæ ſequuntur? Si non erat Deus & homo, falſa de cætero * al. Ea enim quę iuſſi fuerãt; Spiritus S. per ipſos loquebatur.
eſt noſtra ſalus, falſæ quoque Prophetarum ſunt voces. Sed vera locuti ſunt
Prophetæ, & ab omni mendacio alieniſſima fuerunt eorum teſtimonia. * Dixerunt
enim ea, quæ iuſſi erant: & Spiritus ſanctus per eos locutus eſt. Quapropter

*Ioan. 13. 21.
Ioan. 1.
Ibidem Ioan. 1.
†al. Qui eſt ex eo qui eſt, verbū ante ſecula, ex Patre genitus.
Heb. 1. 5. 7. &c.

& caſtus Ioannes, qui ſuper pectus * flammæ recubuit, voces Prophetarum confirmans, ac de diuinitate diſſerens, in Euangelijs nos edocuit, dicens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Qui eſt ex Deo Deus Verbum, & ex Patre Filius vnigenitus. Qui conſubſtantialis eſt Patri. Qui eſt * ex eo qui eſt: Verbum ante ſecula: ex Patre genitus abſque matre, ante omnia ſecula ineffabiliter: idem in nouiſſimis diebus naſcitur ex filia hominis, ex Maria Virgine, abſque patre Deus incarnatus; ex ipſa carnem gerens, & ex ipſa homo effectus, quod quidem non erat; manens Deus, id quod erat, vt ſaluaret mundum. Et ipſe eſt Chriſtus filius Dei, vnigenitus ex Patre, & ex matre vnigenitus. Confiteor eundem eſſe perfectum Deum, & perfectum hominem: qui in duabus naturis, in vna hypoſtaſi, ſiue perſona vnitus cognoſcitur indiuiſibiliter, incōfusè & immutabiliter; carnem indutus animatam, & animam ratione atque intelligentia præditam, factus eſt per omnia iiſdem quibus nos * paſſionibus obnoxius, præter tamen ſolum peccatum. Idem terrenus & cæleſtis, temporarius & æternus: qui incepit, & eſt abſque principio; expers temporis, & tempori ſubiectus: creatus, & increatus; paſſibilis, & impaſſibilis: Deus & homo; in vtriuſque perfectus; vnus habens duo, & in duobus vnus. Vna perſona Patris, & vna perſona Filij, & vna perſona Spiritus ſancti. Vna Diuinitas, vna potentia, vnum regnum in tribus perſonis, ſiue hypoſtaſibus. Sic glorificamus ſanctam Vnitatem in Trinitate, & ſanctam Trinitatem in Vnitate. In quo Pater è cælo clamauit: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Hæc ſuſcepit ſancta Dei Catholica Eccleſia. In * ipſa ſancta Trinitate baptizat in vitam æternam. Ipſam ſanctificat honoris æqualitate: & ipſam confitetur citra diuiſionem, ac ſeparationem, eamq́ue adorat ſine errore, profitetur & glorificat. Ipſi in tribus perſonis Vnitati conuenit gloria, gratiarum actio, honor, potentia, atque maieſtas, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

PVLCHRA FIDEI PROFESSIO, DE CHRISTO VERBO DEO ET HOMINE.
*ὁμοιο παθής.
Matth. 17. & Mar. 9. Lucæ. 9.
†al. in his baptizat in vitam æternam.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

DE *Transfiguratione Domini, etiam extat Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini Sermo lectu dignus, cuius initium eſt:* Qui rectè quidem decertare norunt, ſpectatorum plauſibus delectantur, &c.] *reperitur Græcè in Vaticana Bibliotheca, num. 538. ſub quo etiam num. ibidem Græcè inuenitur duplex alius in eandem Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Transfigurationem Sermo, vnus quidem Andreæ Hieroſolymitani Archiepiſcopi Cretenſis, (qui & in Bibliothec. S. Floræ eſt, num. 39. & Syrlet. num. 18. alter verò ſancti Baſilij Epiſcopi Seleuciæ Iſauriæ, qui etiam vtrobique eſt, & incipit:* Sol in terram modo ſuos emittens radios, ſtellarum choros contegit, & Lunę lumen obſcurat, &c.] *De hac ipſa quoque Domini Transfiguratione, vide apud S. Ioannem Chryſoſtomum, Homil. 57. in caput Matth. 17. cuius etiam Sermo diſtinctus in eandem Chriſti Transfigurationem reperitur Græcè in Vaticana Bibliothec. num. 785. & Cryptafer. litera A. & S Floræ, numer. 11. incipitq́;:* Audiſti modo Chriſtum Dominum dicentem: Amen dico vobis, ſunt aliqui inter vos hic ſtantes, qui non guſtabunt mortem, donec, &c.] *De qua Chriſti Transfiguratione, etiam Orationem conſcripſit Leontius in Cypro Epiſcopus, cuius meminerunt acta ſecundæ Synodi Nicenæ. act. 4. dum præclara eiuſdem Leontij ſcriptorum monumenta recenſent. Quibus denique accedit S. Leonis Papæ cognomine Magni Homilia de eadem Domini Transfiguratione, ſuper illud Euangelij:* Aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit eos in montem, &c. *incipitq́;:* Euangelica dilectiſſimi lectio, quæ per aures corporis interiorem mentium noſtrarum pulſauit auditum, &c.] *Quam quidem Homiliam in noſtra Leonina recognitione cenſuimus debito ac iuſto ordine ponendam ante Leonis Sermones de Paſſione Domini, ſicut & paſſim in antiquis manuſcriptis Vaticanis, alijſq; alibi repoſita inuenitur, & rectè ſi myſterium conſideremus, cùm & Transfigurationis myſterium anteceſſerit paſſionem Chriſti: quare & minùs conuenienter in hactenus impreſſis poſt Sermones de Ieiunio ſeptimi menſis collocata eſt, vnde omninò eam amouendam, & ſuo vero loco reponendam ideò duximus, vt & myſterij ratio habeatur, & ritus Eccleſiæ ſeruetur, cuius S. Leo in primis maximus obſeruator fuit.*

Eiuſdem S.Patris noſtri Ephræm Syri Sermo in Transfigurationem Domini & Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.] *Pro hoc Titulo, alia inſcriptio MS.Vatic.num.785. ſic habet: Beatiſſimi & ſanctiſſimi Patris noſtri Ephræm Syri Sermo in Transfigurationem Domini, & Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.] alia autem in alio ibidem MS. ſimpliciter magis ſic: Sancti Patris Ephræm, in Transfigurationem Saluatoris. & al. in Transfigurationem Chriſti Saluatoris, ac al. Eiuſdem Sermo in Transfigurationem Domini.] quomodo & in Sfortiano S.Floræ Græco Cod.num.39 reperitur. Cæterùm in antiquo MS. Paſſionario Bibliothecæ Vatic.num.1119, pag.84. & alio adhuc vetuſtiore MS. S.Mariæ ad Martyres Romæ vulg. Pantheon, hic S.Patris Ephræm Sermo præmiſſis verbis Euangelij ſic inſcribitur, atque inchoatur:* Lectio S.Euangelij ſecundùm Matthæum. In illo tempore: Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum: Et reliqua. Homilia S.Ephræm. De regionibus meſſis gaudij, de vinea fructus ſuauitatis, &c.] *vt in antiquiſſima huius Sermonis tranſlatione (neſcitur quo Interprete) erat. Atqui hinc conſtat non ſolùm in Oriente poſt lectionem Scripturarũ, publicè in Eccleſiis (vt ait S.Hieronym.) fuiſſe S.Ephræm Syri ſcripta antiquitus recitata: ſed etiam in Occidente, & quidem in Baſilicis verbis Romæ, Sermones quoſdam eiuſdem Patris Latinè traductos, poſt Scripturam olim fuiſſe lectos, ſicut de præſenti Transfigurationis Sermone clarum eſt, qui in Romano ac Vaticano Paſſionario, aut ſi mauis lectionario, ſeu Homiliario ante 500. annos manuſcripto, alioq; Eccleſiæ S.Mariæ ad Martyres vetuſtiore (vt dictum eſt) reperitur Transfigurationis ſolennitati applicatus, ac poſt eius diei Euangelium (quod eſt Matth.17.) ritè ab Eccleſia vſurpatus ac lectus: quod vel ideo hic commemorare viſum eſt, vt cunctis pateat quantum S.Patris huius ſcriptis omni tempore tributum fuerit.*

Et poſt dies ſex, aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius in montem excelſum valdè, & transfiguratus eſt ante eos, &c.] *Verba ſunt Scripturæ Matth.17. vbi tamẽ paulò aliter in vulg. ſic: Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix, &c.] ac apud Marcum, cap.9. hîc legitur: Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis. Et veſtimẽta eius facta ſunt ſplendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere, &c.] Cæterùm apud Lucam cap.9. pro his reperitur: Factum eſt autem poſt hæc verba, ferè dies octo, & aſſumpſit Petrum, & Iacobum, & Ioannem: & aſcendit in montem vt oraret. Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius, altera: & veſtitus eius albus & refulgens, &c.] Vbi inter alia, ne contradictionem ac diſſonantiam parere videatur, quòd hîc Lucas* (poſt dies octo) *ponat, Matthæus autem ac Marcus* (poſt dies ſex) *conformiter hîc legant, quomodo & noſter hoc loco Auctor: dicimus re benè conſiderata nullam verè in his diſſonantiam eſſe. Nam Lucas tam illam hîc diem qua Chriſtus prædicta locutus eſt, quàm qua in mõtem eos adduxit, recenſuit: alij autem Euangeliſtæ inter medias duntaxat dies connumerarunt. quomodo & has ſententias optimè conciliatas inuenimus apud S.Chryſoſtomum, in Homil.57. ſuper cap.Matth.17. vbi Transfigurationis myſterium exponitur: & apud S.Hieronymum in eundem hunc locum, vbi eandem cum Chryſoſtomo cauſſam illius allegat.*

Et apparuerunt ipſis Moyſes & Elias, ſimul cum eo loquentes, &c.] *Hæc ex eodem loco Matth.17. recenſere Auctor: vbi Marcus cap.9. ante citato habet: Et apparuit illis Elias cũ Moyſe, & erant loquentes cum Ieſu, &c. Lucas verò cap.9. ſic: Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyſes & Elias viſi in maieſtate, &c.] Cauſſas porrò, cur Moyſen & Eliam in medium produxerit, plures aſſerit eſſe S.Chryſoſtomus: & primò quidem, quia turbæ dicebant Chriſtum eſſe Eliam, aut vnum ex Prophetis; Apoſtolis ſe cum eis oſtendit, vt ſeruorum & Domini differentiam cernerent. Deinde etiam quia de tranſgreſſione legis Iudæi aſſiduè Chriſtum accuſabant, & blaſphemum eum putabant, tanquam ſibi gloriam patris attribuentem; eos qui in vtroque fulſerunt, in medium adduxit. Etenim Moyſes legem dedit, & Elias gloriæ Dei zelator fuit: quare nec ei aſſiſterunt, ſi Deo & legi ipſius contrarij eſſent. Et vt ſcirent, quòd vitæ ac mortis poteſtatem haberet, propterea & Moyſen qui mortuus erat, & Eliam qui nondum mortem obierat, in medium introducit. Alias cauſſas breuitatis cauſſa hîc prætereo: quas ſi voles, in ſupra adducta Chryſoſtomi Homilia 57. in cap.17. Matth. reperies, ac in Oratione alia eiuſdem Chryſoſtomi etiam de Transfiguratione Domini, quam prius inter alios Auctores allegauimus. nec non in ante citata Cyrilli Alexandrini Orat. de Transfiguratione Domini, vbi inſuper conſiderationes aliquot lectu dignæ ponuntur.*

Poſtea vbi apud Auctorem habetur: Cernebant ibi ſe inuicem principes veteris teſtamenti, principes noui, &c.] *in antiqua tranſlatione incerti Interpretis, quædem adhuc alia his præmiſſa atq; inſerta inueniuntur ſub hoc verborum tenore: Et in aduentu eorum, quod factum fuerat ante Ieſum dixerunt Apoſtoli. Quoniam Ieſus ſepeliuit Moyſen, & ipſe vocauit & eduxit Eliam. Non erat enim qui ſciret ſepulchrum Moyſi, niſi qui eum ſepelierat. neque aliquis ſciebat vbi eſſet Elias, niſi qui iuſſit, & aſſumpſit eum. Et non erat, qui potuiſſet eos reducere à mortuis, niſi omnium Dominus, qui habebat poteſtatem cæleſtium & infernorum. Et viderunt ſe principes inuicem, veteris & noui Teſtamenti: Moyſes ſcilicet Simonem ſanctificatum, &c.] Sed quia iſta non ſunt in noſtris Græcis, nec in tranſlatione hîc noſtra addere viſum fuit.*

Dixit itaque Simon: Domine bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus hic tria tabernacula, &c.] *Vbi apud Marcum (cap.9) legitur: & reſpondens Petrus, ait Ieſu: Rabbi bonum eſt nos hic eſſe: faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum. non enim ſciebat quid diceret: erant enim timore exterriti &c.] Lucas verò (cap.9.) iſta ſic enarrat Præceptor, bonũ eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moyſi, & vnum Eliæ: neſciens quid diceret, &c.] Vbi Chryſoſt. ponderans inter alia, illud* (neſciebat quid loqueretur) *haud obſcurè inſinuat ex quodam pauore, mentiſq; confuſione ac perturbatione ſic Petrum tunc fuiſſe locutum, &c. ſicut pluribus ab eodem Chryſoſtomo hic oſtenditur in allegata Homil. 57. in cap. 17. Matt. & in Orat. de Transfiguratione Domini: vbi etiam Euangeliſtarum ſententiæ de his verbis Petri adducuntur, & conciliantur. De quibus etiam Cyrill. Alexandrinum loco ante citato, alioſq; alibi vide: ſed maximè hac parte Sermonis ipſum Ephræm, qui inter multa dicit, quòd Petrus adhuc tunc Chriſtum humano more attendebat, & cum Moyſe & Eliæ eum collocabat. ſiue (vt alia ibi habet lectio) adhuc Chriſtum tanquam hominem attendebat, & velut Moyſen & Eliam, ipſum putabat, &c.* B

Adhuc autem illis loquentibus, ecce nubes lucida obumbrauit eos. &c.] *Vbi vulg. lectio Matth. 17. habet in ſingulari: Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, &c. quomodo etiam cap. 9. legitur apud Lucam, in hæc verba: Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes, & obumbrauit eos, &c,] quo pacto etiam loco ante citato hic legit Chryſoſt. cauſſamq; reddit cur hic nubes apparuerit lucida, & non tenebroſa, vt alibi. Cùm enim Dominus comminatur (inquit) tunc nubem oſtendere ſolet tenebroſam, ſicut in Sina fecit: intrauit enim (vt habetur Exod. 16.) in nubem, & in caliginem Moyſes; & velut vapor ita ferebatur fumus. Quin & de minis eius Propheta (Pſal. 17 ? differens: Tenebroſa, inquit, aqua in nubibus aeris, &c. at hic quia non terrere, ſed docere volebat Dominus, nubes apparuit lucida: & vt crederent ab ipſo Deo vocem venire, è nube vox emittitur quæ lucidiſſima erat, &c.] ita inter alia ibi Chryſoſtomus.*

Sequitur poſtea: Admirantibuſque diſcipulis, ecce vox quæ à Patre prodijt, è nube audita eſt, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite, &c.] *Vbi alia apud Ephræm lectio habet:* Et obſtupefactis diſcipulis, ecce vox è nube fertur, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, &c. C *apud Matthæum autem loco citato ſic:* Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite, &c.] *Vbi Chryſoſt. in Homilia, & Sermone antea citatis, notat quòd neque Moyſes, neque Elias locutus ſit, ſed Pater omnibus maior ac fide dignior magnam ex nube vocem emiſerit: vt ſcilicet diſcipuli credant, quòd à Deo hæc vox erat. Sed cur ex nube vocem emittebat? Sic enim ferè ſemper (inquit Chryſoſtom.) apparere ſolet Deus, ſicut ſcriptum eſt,: Nubes & caligo in circuitu eius, &c. Et hoc eſt quod hic dicitur:* Et ecce vox de nube, &c.] *Cæterùm ne aliqua fortè dubitatio ſuboriretur, de quonam vox illa emitteretur, & vt de Chriſto ſolùm id dictum intelligeretur, illis iam duobus, Moyſe nimirum & Elia remotis, vox fertur:* Hic eſt Filius meus dilectus, &c.] *per quod etiam (vt rectè hoc loco ait Auctor) docuit illos Pater impletam fuiſſe diſpenſationem Moyſis, & ideò iam Filium ab eis audiendum eſſe, &c. ſiue vt alia ibi noſtri Auctoris habet lectio: in hoc igitur verbo docuit ipſos Pater, quòd impleta eſſet diſpenſatio Moyſis & Eliæ, iuſſiq; ſunt Ieſum audire.* D

Poſtea vbi habetur: Clamauit verò Pater: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; non ſeparatus à gloria diuinitatis Filij. &c.] *Quæ hinc ad finem vſq; Sermonis ſequuntur, conformiter in manuſcriptis Græcis, Vaticanis, alijſq; per nos collatis habentur, vt & in antiquo illo Paſſionario Vatic. num. 1119. & altero illo MS. S Maria ad Martyres, vulg. ad rotundam (quorum antea meminimus) ſed deſunt in hac de Transfiguratione, Homil. ab incerto Interprete tranſlata, in quodam libro nonnullorum Sermonum S. Ephræm, olim Coloniæ An. 1547. impreſſo: vbi horum loco, quædam exegetica eiuſdem quidem Argumenti, ſed non (vt videtur) Auctoris pro fine Homiliæ huius poſita inueniuntur: ſed cùm hæc noſtri Auctoris magni momenti ſint, & plurimum ad conuellendas ac deſtruendas impias hæreſes faciant, minimè ſunt hoc loco omittenda.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

E

Sermo, De Paſſione SALVATORIS noſtri IESV CHRISTI.

Eodem Gerard. Voßio Interprete & Scholiaſte.

ELOQVI pertimeſco, & linguæ inſtrumento aggredi verec narrationem terrore plenam, de Chriſto Saluatore noſtro: cùm & reuera magnus ſit horror, de paſſione eius aliquid in medium proferre. Hodie namque traditus eſt Dominus noſter in manus peccatorum. Sed quamobrem eſt traditus Sanctus, cæleſtis Dominus, &

A nus, & omnis peccati expers? qui enim in nullo peccauerat, traditus eſt hodie.
Adeſte, fratres, & diſcamus, quorſum Chriſtus Saluator noſter ſic traditus: propter 1.Pet.2.
nos impios eſt traditus. At quis non admiretur? quis eum non prædicet? Seruis Rom.5.
peccantibus traditur Dominus: vt ſcilicet propria morte, filios peccantes liberaret. Heb.9.
Perditionis ac tenebrarum filij exierunt in tenebris ad comprehendendum
Solem, qui in momento temporis cunctos exurere potuiſſet. Cæterùm Dominus Matth.26. Marc.14.
hanc eorum cernens audaciam, & animum iracundum, ſpontè ſeipſum Luc.22.& Ioan.18.
omni cum mãſuetudine atque benignitate in manus impiorum tradidit. Ligantesque
immaculatiſſimum Dominum ſcelerati illi, illuſerunt ei, qui nexibus inſolubilibus Matth.27.&
ligauit fortem, & nos à peccatorum vinculis exſoluit. Texueruntque Marc.15.Luc.23. Ioan.18.
ei coronam ex ſpinis proprijs, quas vinea Iudæorum fructificauerat: illudenteſq;
B ei, Regem ſalutabant. Conſpuerunt perditi illi, in immaculatiſſimã faciem eius: Eſaiæ.50.
ad cuius adſpectum, omnes cælorum Poteſtates, Angelorumque ordines contremiſcunt. Matt.26.
Ecce iterum, cor meum dolore ac lachrymis occupatur, dum mecum
contemplor, quomodo quantaque lenitate Dominus cõtumelias & opprobria,
verbera, ſputa, atque alapas à ſeruis ſuſtinuerit. Adeſte chariſſimi, & cognoſcite Eſaiæ 53.& Apoc.8.
miſerationum eius magnitudinem, tolerantiam, ac miſericordiam dulciſſimi Matt.26.27.
Domini. Seruum habuit inutilem in paradiſo voluptatis, qui vbi peccauit,
traditus eſt tortoribus: hunc autem animo deficientem inter tormenta videns Gen.2.& 3. Matth.18.
bonus Dominus, miſericordia in ſeruum motus eſt, & ſeipſum pro eo flagellandum PARABOLICE DICTVM.
exhibuit. Volueram hic mihi ſilentium imponere, præ nimio mentis ſtupore:
& rurſus contremui, ac timui, ne meo ſilentio repellerem gratiam Saluatoris.
C Dicam tamen hæc vobis cum tremore, fratres: ſiquidem vniuerſa mihi
contremiſcunt oſſa, dum iſta penitus mecum animo complector, examinoque.
Creator ipſe vniuerſorum Dominus Deus noſter, hodie tamquam aliquis ex reis
ſiſtitur ante Caipham, miniſtrorumque vnus ipſi impegit alapam. Tremor me
hæc omnia cogitantem, occupat. Seruus ſedebat, & Dominus adſtabat: & qui Matt.26.Mar.14. Luc.22. Ioan.18.
iniquitatibus abundabat, ſententiam aduerſus inſontem pronuntiabat. Contremuerunt
cæli: inhorruerunt fundamenta orbis terrarum. Angeli & Archangeli
omnes obſtupuerunt. Gabriel & Michael, vultum ſuum alis contexerunt.
Cherubim in throno, ſub rota ſe abſconderunt. Seraphim in ſe mutuo alas in Eſa.6.
illa hora concuſſerunt, quando ille impietatis ac tenebrarum miniſter alapam Ezech.1 10.
dedit Domino maieſtatis ac gloriæ. Sed quomodo ipſa terræ fundamenta tulerunt Matth.26.
illum motum ſuum, atque tremorem in illa hora, cùm tantis contumelijs Ioan.18.&c.
afficeretur Dominus? Cogito, & contremiſco, compungorque denuò, tantam
D longanimitatem optimi Domini adſpiciens. Ecce enim renes mei, me loquente
tremunt. quoniam Creator, qui ex puluere terræ hominem per gratiam Geneſ.1.
finxerat, ab eodem iam puluere formator ipſe, alapa cæditur. Sed nè ſimpliciter Matt.26.Mar.14. Lucæ.22. Ioã.18.
ac leuiter cuncta iſta quæ propter nos pertulit Chriſtus Saluator, audiamus
nobis fratres, verendum eſt. Dic ergo ſerue miſer ac nequam, cur alapam optimo
impingis Domino? Omnes quidem ſerui dum libertate donantur, alapam Ibidem.
accipiunt, vt corruptibili libertate fruantur: ipſe verò, ô miſer, iniuſtè ipſum
vniuerſorum liberatorem alapis cædis? Quid igitur à Caipha expectaſti: nmquid NOTA.
alapæ huiuſce præmium? An ergo non audiſti, aut non didiciſti, quòd
IESVS ſit cæleſtis Dominus? Alapam quidem omnium Domino dediſti: ſed
per hoc ſeruus ſeruorum in perpetuum effectus es, opprobrium & abominatio
E omnium, æterno damnatus ſupplicio, in igne inextinguibili. Res admiratione
digniſſima eſt, fratres, videre Chriſti regis ac Domini noſtri clementiam: alapa
quippe à ſeruo percuſſus, prudentiſſimè cum omni manſuetudine, pietate, ac reuerentia Ibidem.
reſpondit. Indignatur ſeruus: tolerat Dominus. ſeruus ira concitatur: A contrario.
Dominus in ſua benignitate permanet. Et quis iram, animique tumultuantis
perturbationem, iræ præſertim occaſione oblata, reprimat? at Dominus noſter
hæc omnia benignitate ſua ſuſtinuit. Quis igitur, ô Domine, manſuetudinem
tuam poterit enarrare? Adeſte hic chariſſimi, in Chriſto dilecti, qui corde
compungimini, & in Chriſtum amore tangimini. Venite, atque diſcamus, quid
hodie acciderit in Sion ciuitate Dauid: & deſiderabile atque electum ſemen Abrahæ
quid egerit hodie? Immaculatum Dominum hac die morti tradidit. Chri- Matt.27. Mar.15. Luc.23. Ioan.19.

ſtus Saluator noſter hodie per manus impiorum, in ligno Crucis per ſummam A
iniuriam ſublatus eſt. Venite omnes, & lachrymis atque ſuſpirijs noſtrum corpus
Pſal.23. abluamus: quoniam Dominus noſter, & Rex gloriæ, in mortem propter
Rom.5. nos impios eſt traditus. Si quis fortè ex inopinato, de morte chariſſimi alicuius
ſui amici nuncium accipiat, vel etiam repentè ipſum dilectum ſuum ante oculos
mortuum videat; mox eius immutatur vultus, & venuſtas aſpectus obſcuratur.
Matt.27. Mar.15 Sic quoque Sol lucidus ex ſublimi axe cæli, contumeliam Domini pendentis
Lucæ.23. Ioã.19. in ligno crucis cernens, immutata facie, contraxit ſerenitatis ſuæ radios,
iniuriam Domini contueri non ſuſtinens, ſed luctu ſe ac tenebris induit. Rurſus
Spiritus ipſe ſanctus, conſpiciens dilectum Filium Patris in ligno Crucis pendentem,
rupto mundiſſimo illo templi velo, quod à ſurſum erat vſque deorſum,
Ibidem. in ſpecie columbæ continuò de templo exiuit. Omnis creatura timore B
ac tremore perculſa eſt, quando Saluator noſter Rex cæleſtis paſſus eſt. Nos
Rom.5.& Heb.9. verò peccatores, etiam deſpicimus ſemper; propter quos & traditus eſt, qui
ſolus habet immortalitatem. Quin & ridemus quotidie, paſſionem & contumelias
Matt.27. Saluatoris noſtri audientes. Singulis diebus delitias ſectamur, omnemque
Marci.15. Lucæ.23. curam in veſtium ornatu ponimus. Sol in cælo lucens, ob iniuriam
Ioan.19. Domini, ſplendorem ſuum conuertit in tenebras: vt & nos, qui iſta videmus,
imitari ſtudeamus. Dominus in cruce propter te contumelijs afficitur: ipſe
verò, ô miſer, veſtium ſemper ornamenta ſectaris. Non tibi cor tremit? Non
*al.abſque peccato eſt. mens tua horreſcit, cuiuſmodi audiens? Qui ſolus * immortalis eſt, propter te
1.Tim.6. impium, morti, contumelijs, & opprobrijs eſt traditus: ipſe autem vaga * ac
*μετέωρως. diſtracta mente, hæc omnia excipis? Atqui decet gregem omnem ratione vtentem,
aſſiduè paſtorem ſuum obſeruare; ipſumque ſemper deſiderare, ac revereri, C
Superfluus veſtium ornatus reprehenditur, & delitiæ nimię taxantur. (cùm pro illo paſſus ſit, licet impaſſibilis, & immaculatus eſſet) & nequaquam
inani ac ſuperfluo corruptibilium veſtium cultu delectari, aut etiam delicias
atque epulas ſeculi quærere: quin omni potius exercitatione, ac vitæ ſanctimonia
contendendum eſt, vt creatori atque paſtori noſtro placeamus. Neſimus
imitatores Iudæorum, velut populus durus, incredulus, ſemperque bona ac
beneficia Dei repellens. Deus in altiſſimis, propter Abraham & teſtamentum
Exod.16. ſuum, ab initio duritiem atque perfidiam tulit populi. Manna de cælo admanducandum
Num.11. Num 20. dedit eis: ipſi verò cæleſti pane indigni, petierunt ſibi allia dari, cibos
Matth.27. peſſimè olentes. Ex petra rurſus aquam produxit eis in deſerto: verùm ipſi
contra, pro his dederunt ei acetum, ſuſpendentes in Cruce. Adnitamur, fratres,
*al.ne ſimiles Iudæorum reperiamur,&c. ne * cum Iudæis, qui Dominum Creatorem ſuum crucifixerunt, reperiamur D
participes. Timeamus, ſemper præ oculis paſſionem Saluatoris habentes:
*παθήματα. eiuſque * cruciatus aſſiduè meditemur. Propter nos ſiquidem paſſus eſt, impaſſibilis
Eſaiæ.53. Dominus, propter nos crucifixus eſt, qui ſolus ſine peccato erat. Quid nos
1.Cor.15. 1.Pet.2. fratres, pro his ei retribuemus? Attendamus ergo nobis: & paſſiones eius aſpernari
caueamus. Venite huc cuncti Eccleſiæ filij, qui pretioſo ac ſancto ſanguine
*al.agni. immaculati * Domini, redempti eſtis. Venite, paſſiones Domini cum lachrymis
atque ſingultibus meditemur: atque inter meditandum contremiſcamus,
Ibidem. & ad inuicem dicamus: Chriſtus Saluator noſter propter nos impios morti
1.Pet.2. eſt traditus. Diſce, atque perpende, frater, quid ſit, quod audiſti: Deus, qui ſine
Luc.1. peccato eſt, filius Dei altiſſimi, propter te traditus eſt. Aperi cor tuum, & addiſce
1.Pet.2. diligenter paſſiones eius, atque ita tacitus tecum loquere: Deus, in quem cadere E
Matt.26.27. nequit peccatum, hodie traditus eſt, hodie illuſus eſt, hodie conſputatus eſt,
Marc.14.15. hodie alapis cæſus, hodie flagellatus, hodie coronam ſpineam geſtauit: hodie,
Luc.22.23. inquam, cæleſtis Agnus crucifixus eſt. Contremiſcat cor tuum, perhorreſcat
Ioan.18.19. anima tua. Diſtellent tibi iugiter lachrymæ, ex hac paſſionis Domini meditatione:
dulceſcunt namque lachrymæ huiuſmodi, illuminaturque anima paſſiones
Pia & ſalubris admonitio. Chriſti aſſiduè verſans. Eiuſmodi tua ſemper ſit meditatio. Lachrymare per ſingulos
dies, gratias agens Domino, pro tot, tantiſque, quæ tui ſolius gratia paſſus
eſt: vt in die aduentus eius, ſint tibi lachrymæ tuæ, gloria & exultatio coram tribunali
illo tremendo. Perfer tu quoque afflictiones, memoria recolens, quæ
*al.mitiſſimus. tua cauſſa pertulit pius ac benigniſſimus Dominus. Perfer tentationes, gratias
ex animo referens. Beatus ſanè homo, qui ob oculos ſemper habet cęleſtē Dominum,

A num, ac paſſiones eius: ſeque ipſum crucifixit mundo, cum vniuerſis concupiſcentijs eius, rebusque terrenis; qui factus eſt imitator Domini ſui. Hæc prudentia, hæc cura, atque affectio eſt bonorum famulorum, cùm ſemper imitari ſtudent ſuos † Dominos in operibus bonis. Contemplaris, ô homo, immaculatiſſimum Dominum in cruce ſuſpenſum: audesque ô impudens, & infelix homo, in delicijs ac riſu vniuerſum vitæ tuæ tempus, in terris tranſigere? An neſcis, ô miſer & impudens, quòd de his omnibus negligentijs, atq; deſpicientijs rationẽ abs te exiget, qui pro te crucifixus eſt Dominus? Nunc quidem hæc dum audis, negligis; in † delicijs rides? & omni cura vacuus, ac liber viuis: ſed veniet profectò dies illa terribilis, dies vltionis, vt ſine fine lugeas, exclamesque præ doloribus tuis in igne perenni. B neque prorſus ibi erit, qui reſpondeat, animæque tuæ miſereatur. Adoro te, Domine. Benedico, ac laudo te, pie. Supplico tibi, ſancte. procido tibi, hominum amator Deus; & glorifico te Chriſte: quòd tu, qui vnigena es, vniuerſorum Dominus, ſolus abſque peccato, pro me indigniſſimo peccatore in mortem es traditus, mortem autem crucis: vt ſcilicet, à peccatorum vinculis animam peccatoris liberares. Et quid tibi, pro his omnibus retribuam, Domine? Gloria tibi, benigniſſime. Gloria tibi, miſericordiſſime. Gloria tibi, patientiſſime. Gloria tibi, qui † cunctis peccata remittis. Gloria tibi, qui deſcendiſti, vt ſaluares animas noſtras. Gloria tibi, qui in Virginis vtero incarnatus es. Gloria tibi, qui nobis natus es. Gloria tibi, qui noſtri cauſſa tentus es. Gloria tibi, qui vinctus es. Gloria tibi, qui flagellatus es. Gloria tibi, qui conſputus es. Gloria tibi, qui illuſus es. Gloria tibi, qui crucifixus es. Gloria tibi, qui ſepultus es. Gloria tibi, qui reſurrexiſti à mortuis. Gloria tibi, C qui prædicatus es. Gloria tibi, cui † creditum eſt. Gloria tibi, qui in cælum aſſumptus es. Gloria tibi, qui magna cum gloria ad dexteram Patris ſedes: & iterum venturus es in gloria Patris, ſanctorumque Angelorum, ad iudicandam omnem animam, quæ te, ac ſanctas tuas paſſiones aſpernata eſt, in hora illa formidabili atque tremenda, quando mouebuntur virtutes cælorum: quando ſimul venient Angeli & Archangeli, Cherubim & Seraphim, cum metu atque tremore in conſpectu gloriæ tuæ: quando rurſus contremiſcent fundamenta terræ, & expaueſcet omnis Spiritus præ incomparabili gloria magnæ maieſtatis tuæ. In illa hora, † gratia tua, obſecro abſcondat me ſub alis ſuis: libereturque anima mea ab igne illo horribili, ſtridore dentium, tenebris exterioribus, & fletu ſempiterno. Vt dicere poſſim, benedicens ac gratias tibi agens: Gloria tibi Domine, qui ſecundum multitudinem miſerationum magnæ pietatis tuæ, me peccatorem ſaluare dignatus D es. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis & regnas, per infinita ſecula ſeculorum. AMEN.

Gal. 5.
† al. Dominum ſuum.
† al. inter delicias quaſi contemnens rides.
Precatio efficaciſſima & ſaluberrima.
Philip. 2.
† al. qui cuncta peccata dimittis.
Luc. 2.
Matth. 26. 27.
Marc. 14. 15.
Luc. 22. 23.
Ioan. 18. 19 20.
1. Timoth. 3.
Marc. 16.
Coloſ. 3.
Heb. 1.
Ioan. 1. 2.
*ὁ πιστευθείς.
Matth. 24. & Luc. 21.
Eccleſ. 16.
Eſa. 24.
Matth. 24.
† al. manus tua.
Matt. 8. 13. 22. 24. 25. Luc. 13.
1. Pet. 3.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

INuenitur & S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandriæ pulcher Sermo in Sanctam Chriſti Paſſionem Græcè in Biblioth. Vatic. & Sirleti Cardin. nu. ϛϟϰ. Aliusq; eiuſdem Athanaſij Alexandrini Archiepiſcopi in eamdem Paſſionem Saluatoris noſtri Dei, Græce extat Sermo, nondum quòd conſtet Latine translatus, in Bibliotheca Cryptæferratenſi, ſub lit. A. (qui tamen ab aliquibus Euſebio Epiſcopo Alexandrino tribuitur) cuius principium eſt: Heſterni promiſſi mei debitum, dilectiſſimi, hodie adimplere volo, &c. *vbi inter alia etiam oſtenditur, quòd quo die Adam ex paradiſo eiectus fuit, eodẽ quoque Latronem in paradiſum fuiſſe ingreſſum, &c.*] *Cui & alius ibidem Sermo eiuſdem Athanaſij* E *adiunctus eſt, etiam huc faciens, in proditionem Iudæ, qui in incipit:* Crucis paſsiones, luctus quidem Iudæorum; ac lætitia Eccleſiæ: illis ſiquidem calamitatem, nobis autem gaudium paſsio Chriſti peperit, &c. *Aliusq; eiuſdem ibid. nondum editus, in Sanctam paraſceuen. cuius principium eſt:* Magnum quidem cæli opificium eſt, & viſibilis creaturæ, &c.] *Sequiturq; in eodem Græco Cod. manuſcrip. Cryptæferrat. Procli Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Sermo huc quoque pertinens, in eamdem ſanctam paraſceuen. qui incipit:* Tremenda hodiernæ aciei, ac prælij myſteria, &c. *ac alius poſtea in eodem MS. eiuſdem Procli Archiepiſcopi Sermo in paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſub litt. A. & H. Aliusq; ibidem poſtea huc etiam ſpectans ponitur Sermo Euſebij Epiſcopi Alexandrini in proditionẽ Iudæ, ſic incipiens:* Huc adſis fili mi, & de proditione Iudæ ſermonem tibi enarrabo, &c. *Cuius & alius adfertur Sermo, nondum, quod ſciatur, editus, in ſanctam Paraſceuen, in Græco MS. Sfortianæ Biblioth. num 84. Et alius Græcè S. Ioannis Chryſoſtomi pulcher Sermo in ſanctam Paraſceuen, & in crucem, ac latronem, in MS. Codice Sirleti Card. num. ια. Eiuſdemq; Chryſoſtomi Sermo adducitur* *alius, nondum, quod conſtet, impreſſus, in voluntariam Domini paſſionem, & in carne crucifixionem, in* A *alio Græco MS. eiuſdem Sirleti, ſub num. ιε. qui & in Sfortiano eſt cod. num. 84. & hactenus de Græcis nondum, quod ſciatur, editis. Ex impreſſis porrò, ſeptem Chryſoſtomi extant Sermones, ſub finem quaſi Tomi tertij Operum ipſius, de proditore, & myſterijs vltimæ cœnæ, ac paſſione Dominica: poſt quos, & quædam Homiliæ huc etiam pertinentes, ibidem ſequuntur, de proditione Iudæ, de Latrone, item de Cruce & latrone; quibus paſſionis quoque Dominicæ myſterium reſeratur. De quo, & Homilias eius in cap. 26. ac 27. Matth. videre licet. & S. Gregorium Nazianzenum in Tragœdia, quæ inſcribitur, Chriſtus patiens. ac S. Athanaſium, in duplici Sermone inter opera eius edito, altero in paſſionem Saluatoris: altero in paſſionem, & crucem Domini interprete Petro Nannio, publico Latinæ linguæ olim in catholica ac celebri Vniuerſitate Louanienſi, Profeſſore. Et inter Latinos Patres, S. Leonem Papam cognomine Magnum vide, qui de Paſſione Domini habuit Sermones decem & nouem, qui in eius continentur Operibus, noſtro ſtudio iam recens, ex variorum Manuſcriptorum collatione recognitis, auctis, atque illuſtratis.* B *Extat & inter opera S. Bernardi Abbatis Claræuallis, deuotiſſimus Sermo de Paſſione Domini, cuius initium eſt:* Ieſum Nazarænum à Iudæis innocenter condemnatum, à gentibus crucifixum, Chriſtiani diuinis honoremus obſequijs, &c. *Poſtea ſequitur ibidem eiuſdem S. Bernardi libellus ſiue Tractatus de Paſſione Domini, ſuper illud Ioan. 15.* Ego ſum vitis vera, &c. *in capita 46. diſtinctus. Poſt quem, etiam huc faciens, ſequitur rhythmica eiuſdem Oratio, ad vnumquodlibet membrorum Chriſti patientis, & à Cruce pendentis, cuius ibi principium eſt:* Salue mundi ſalutare. Salue, ſalue Ieſu chare, &c. *Poſtea ponitur Iubilus eiuſdem S. Bernardi, in commemorationem Dominicæ paſſionis, qui & rhythmica conſtat modulatione, ac ſic incipit:* Ieſu dulcis memoria, dans vera cordi gaudia, &c.] *Venerabilis quoque Bedæ meditationes Paſſionis Chriſti, per ſeptem diei horas, extant inter ipſius Opera, Tom. 8. Et S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi Dialogus paſſionis Domini, habetur inter eiuſdem Anſelmi opera, tom. 3. vbi & ſalubris meditatio redemptionis generis humani poſtea ponitur. S. Bonauenturæ* C *quoque officium de paſſione Domini reperitur in 2. parte ſuorum Operum, tom 1. vbi etiam Philomena paſſionis Domini, aptata per ſeptem horas canonicas, continetur. ac poſtea de ſeptem verbis Domini in cruce, per eumdem Bonauenturam pulchrè, pieq́; agitur.] Qui Scripturæ Noui Teſtamenti loca ſuper hoc paſſionis Dominicæ myſterio velit, apud quatuor Euangeliſtas reperiet, Matth. 26. ac 27. Mar. 14. 15. Luc. 22. 23. & Ioan. 18. 19. & vt veram illorum intelligentiam habeat, varietatemq́; in illis rectè conciliet, Sanctos Eccleſiæ Doctores, Gregorium, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, Chryſoſtomum, aliosq́; orthodoxos Patres tam Græcos quàm Latinos pro Interpretibus adhibeat.*

Vbi in textu huius, de Paſſione Domini, Sermonis, ſecundùm noſtram hanc è Græco Latinam tranſlationem habetur: Spiritus ipſe ſanctus conſpiciens dilectum Filium Patris in ligno crucis pendentem, rupto mundiſſimo illo templi velo, quod à ſurſum erat vſque deorſum, in ſpecie columbæ continuo de templo exiuit, &c.] *in alio Græco MS. exemplari, cum additione ſic legitur:* τὸ ἔνδον τὸν ναοῦ, *id eſt, qui erat intus in templo, conſpiciens dilectum Filium Patris in cruce pendentem, &c. vt referatur* πρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα, *id eſt, ad Spiritum ſanctum, & ſit ſenſus: Spiritus qui erat intus in templo, &c. verum prior lectio Textus, quam hic ſequimur, plauſibilior, & hiſtoriæ Euangelicæ conformior eſſe videtur; paulloq́; etiam accommodatior, quàm ſit Camaldul. illa: Spiritus ſanctus ex templo conſiderans* D *dilectum Ieſum appenſum in ligno Crucis, rupto honeſto illo templi velo à ſummo vſque deorſum, exiuit, &c, quæ noſtris hic Græcis minus reſpondet. Adluſio porrò in his fit ad illud Matth. 27. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum, &c. Sed quòd hîc dicit hic Auctor, Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ exiuiſſe è templo, id de ſuo explicationis gratia veriſimiliter adiecit, cùm ab Euangeliſta expreſſum non ſit.*

Poſtea vbi in noſtro habetur Textu: Neque prorſus erit qui reſpondeat, animæque tuæ miſereatur. Adoro te, Domine. Benedico ac laudo te, pie. ſupplico tibi ſancte. procido tibi hominum amator Deus, &c. *alia lectio paullò aliter ſic:* Nulluſque omninò aderit qui reſpondeat, tuique miſereatur, aut miſeram animam tuam eripiat ac liberet. Adoro te Domine. Laudo te, optime. Supplico tibi, ſanctiſsime. procido tibi, benigniſsime, &c. *Sed vtrobique lectio clara eſt ac bona, & proinde parum refert quomodo hic legatur.* E

Deinde vbi legitur: In illa hora, gratia tua, obſecro, abſcondat me ſub alis ſuis, libereturque anima mea, &c.] *alia lectio habet:* In illa hora, quæſo, operiat me manus tua ſub alis tuis, & liberet animam meam à ſempiterno igne, &c. *at alia lectio:* In illa hora, abſcondat me manus tua ſub alis ſuis, *poniturq́; ἡ χείρ σου, id eſt, manus tua, pro ἡ χάρις σου, id eſt, gratia tua, &c. vt eſt in prima lectione, quæ in textu eſt, magiſq́; hîc probatur: non enim manui, ſed gratiæ alas tribuere ſolemus. vt ſæpius apud noſtrum hunc Auctorem.*

Denique vbi in fine Sermonis habetur: Vt dicere poſſim, benedicens ac gratias tibi agens: Gloria tibi Domine, qui ſecundùm multitudinem miſerationum pietatis tuæ, me peccatorem ſaluare dignatus es. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas, &c. *alia lectio habet:* Vt benedicens, dicam: Gloria tibi Domine, qui me peccatorem ſaluare dignatus es, propter magnas immenſæ pietatis

pietatis tuæ miſerationes. Tibi honor & gloria, in ſempiterna ſecula. Amen. *cuius loco al.* Gloria ei, cui ſecundum multitudinem miſerationum pietatis ſuæ, placuit me peccatorem ſaluare.] *ſicq; concluditur, nec aliud quid amplius ibi additur.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI THRENI, id eſt, Lamentationes glorioſiſſimę Virginis Matris MARIÆ, ſuper PASSIONE DOMINI.

†al. Eiuſdem Threnos, ſeu Lamentatio Beatiſſimæ Virginis Matris, quæ magna & ſancta Paraſceue dicitur.

STANS iuxta Crucem pura & immaculata virgo, Saluatoremque in ea ſuſpenſum cernens, diriſſimas plagas perpendens, & clauos, querimonias, alapas, flagellaque proſpiciens, magno cum planctu, lamentiſque dolore plenis exclamabat dicens: Mi Fili dulciſſime, fili mi chariſſime, quo modo Crucem iſtam portas? Mi Fili, & mi Deus, quo pacto ſputa, clauos, & lanceam ſuffers? quo pacto colaphos, irriſiones, iniurias, ac contumelias pateris? quo pacto coronam ſpineam, veſtemque purpuream, ſpongiam, arundinem, fel & acetum ſuſtines? Quomodo in ligno pendes mortuus, ac denudatus, mi Fili, qui cælum nubibus tegis? Quomodo ſitim tuliſti: qui vniuerſorum es conditor, quique maria & aquas omnes creaſti? Quomodo innocens, in medio flagitioſorum & impiorum moreris? Quid feciſti: aut in quo Hebræorum gentem, Fili mi, offendere potuiſti? Et cur ſcelerati ſimul atque ingrati illi, te in ligno Crucis ſuſpenderunt? quorum claudos, & languentes plurimos ſanaſti, mortuos ad vitam reuocaſti, paralyticum conſolidaſti, mi Fili benigniſſime: quique à natiuitate cœcum illuminaſti Saluator optime, & viduæ filium vitæ reddidiſti, ô vita vniuerſorum: qui Chananææ filiam ſeruaſti, & Centurionis filium à morte liberaſti. Arena quantumcunque numeroſa, ſuam habet menſuram: at tua, mi Fili, miracula omnem planè modum ſuperant. Lazarum à monumento ſuſcitaſti fœtidum: Lazare mi, inquiens, exi de ſepulchro foras: & tua eum vox traxit ab inferis, & ad vitales † reuocaſti auras. At tu quomodo iam occideris, mi Fili dulciſſime, idemque magnanime Deus? Deficit mihi animus, dum de Cruci ſuffixum intueor, conclauatumque ac plagis plenum, amantiſſime Fili. O Iudæi impij, Chriſtiq; interfectores, in Deum iniqui, & in Creatorem veſtrũ ingrati. Numquid in eremo ipſe vos manna aluit? Numquid per Moyſen, mare diremit: & in terram promiſſionis vos traduxit? Verùm tu, popule nequam, & abnegator Chriſti, pro beneficijs maleficia; pro bonis & commodis, mala atque contraria rependis: fel, pro manna; & pro aqua, acetum reponens. potione enim amariſſima, te potauerunt iniquiſſimi illi, mi Fili. Quinque hominum millia, quinq; pauiſti panibus: & ipſam Iudæam tuis impleuiſti prædicationibus, dilectiſſime Fili. Sed vbi modo ſpecies atque pulchritudo tua, mi Fili? vbi tuus ille nunc decor? Et quomodo in Cruce iam exſtinctus es Fili mi, & Deus meus? Sol ſuum obſcurauit lumen, & à ſe alius factus eſt. Lucida luna in tenebras verſa eſt: petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta, ipſumque templi velum in duas partes diſciſſum eſt. Creaturæ illæ ſuum agnouerũt Creatorem atq; opificem: & peruerſi iſti, ac miſeri Hebræi ſuas obturârunt aures, clauſeruntq; oculos, ne Solem nullo vmquam tẽpore occidentem adſpicerent, mi Fili. O Gabriel Archangele, & miniſter Dei. O Gabriel Archangele, age iam, & tuere cauſſam. Vbi illud nunc Aue, ô Angele? Vbi aue illud benedictum, quod ad me dixiſti, ô nuntie? Vbi modo illa lætitia, ac benedictio, qua dixiſti mihi: Benedicta tu in mulieribus? Quorſum verò dolorem, & victimam, quã dilectiſſimi Filij mei nomine acceptura erã, nõ patefeciſti: dũ magnum illud mihi gaudium, ꝙ ab initio percepi, ſignificaſti? In continuis tribulationibus, atque gemitibus fui: ſemperq; immenſam Iudæorum inuidiam, & peruerſorũ erronũ ac tranſgreſſorũ ingratitudinẽ ſuſtinui. O Simeon admirãde: ecce

iam

Ioan. 19.
Pſalm. 146.
Matt. 8. Mar. 1.
Luc. 5. 6. 7. 14.
Ioan. 9. 11.
Matth. 15.
Matth. 8.
Ioan. 11.
†al. reuocauit.
Exod. 16.
Exod. 14. 15. & Ioſu. 2. 3.
Matth. 27.
Marc. 15.
Luc. 23. Ioan. 19.
Pſalm. 68.
Ioan. 6. Luc. 9.
Matth. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.
Luc. 1.
Ibidem.
Ibid. Luc. 1.
Luc. 2.

Matth.8.& Luc.9.

Pſalm.30.

iam gladius quo cor meum traijciendum prędixiſti. Ecce gladium: ecce vulnus, mi fili, & Deus meus. Mors tua, cor meum ſubijt: diſrupta ſunt mea viſcera: lumẽ meum obſcuratum eſt; pectusq; meum dirus gladius pertranſijt. Tremendam tuam paſſionem intueor, fili mi, & Deus meus. Immeritam mortem tuam cerno: nec ſuccurrere queo. Vbi modo forma tua, ac decor, mi fili? Miſerere iam deſolatæ, atque orbatæ matris, mi fili. Miſerere deiectæ ac derelictæ Mariæ, ô dulciſſime. Miſerere pientiſſime fili: & me conſolare. Reſpice, mi fili, lachrymas meas: attende ſuſpiria mea ac gemitus, & os tuum aperi. Solatium mihi præbe mi fili. Non enim habeo prorſus, vbi vel caput reclinem. Non alius mihi ſupereſt cognatus, pater vel mater, frater aut ſoror, qui animum mihi reddant. Tu mihi es pater, tu frater, tu filius. Tu mihi vita, & ſpiritus, ſpes atque protectio. Tu mea es conſolatio, & creatio. Tu Dominus meus, & Deus meus: tu creator, & opifex meus. Plangite iam mecum, cunctæ diſcipulæ Domini: quę dolores meos, & profundiſſima cordis mei vulnera adſpicitis. Tu mihi, iam Crux ſanctiſſima, lignumque benedictum decumbe: vt dilectiſſimi Filij mei, ac Dei mei plagas exoſculer, propriumque Filium ſalutem: vt Filij mei corpus amplectar, & os ſuauiſſimum, oculoſq; ac faciem, manus atque pedes, & cædem iniquiſſimam deoſculer. Decumbe, Crux veneranda, decumbe. Eximia, ô Crux, tua eſt gloria: magna tua gratia, immenſaque vis tua atque potentia: O lignum ſanctum, ac benedictum: in quo Deus tuus atque Creator innocens, inſtar latronis, expanſus eſt.

Honor ac reuerentia vt exhibeatur lanceæ Domini, arundini, clauis, ac ſpongiæ, reliquiſque paſſionis Dominicæ inſtrumentis, contra hæreticos.

Mi Fili, Fili mi ſuauiſſime atque chariſſime, honoro tuas illas afflictiones: colo & adoro miſericordiam & magnanimitatem tuam. Veneror lanceam, vulnus, arundinem, clauos, ſpongiam, alapas, irriſiones atque opprobria, fel & acetum, ſputa, colaphos, & verbera, mi Fili dulciſſime. Sed quoniam cuncta illa, creaturæ tuæ gratia, perpeti placuit; ignominia tua, mi Fili, gloria cunctis facta eſt: tuaq; mors toti mundo vita euaſit. Verum enimuerò, reſurge quamprimum, mi Fili, & Deus, ſicut prædixiſti mihi: vt totus mundus ſaluus fiat. Mortem atque interitum tua morte protriuiſti ac conculcaſti: vt gaudium maius mihi humili matri tuæ affulgeat, mecumque lætentur cuncti dilecti tui: erubeſcant autem, & confundantur quicumque tui inimici.

Precatio Auctoris ad glorioſiſſimam Virginem Mariam.

Matth.8.13.22.25. Marc.9. Luc.3.

Sed te iam nos, ô pura & immaculata, eademque benedicta Virgo, magni Filij tui, vniuerſorumque Dei mater inculpata, integra, & ſacroſanctiſſima, deſperantium atque reorum ſpes, collaudamus. Tibi, vt gratia pleniſſimæ benedicimus, quæ Chriſtum genuiſti Deum & hominem: omnes tibi procidimus: omnes te inuocamus, & auxilium tuum imploramus. Eripe nos, ô Virgo ſancta, atque intemerata, à quacumque neceſſitate ingruente, & à cunctis tentationibus diaboli. Noſtra conciliatrix & aduocata in hora mortis, atque iudicij eſto: noſque à futuro inexſtinguibili igne, & tenebris exterioribus libera: & Filij tui nos gloria dignare, ô Virgo, & mater dulciſſima, ac clemẽtiſſima. Tu ſiquidem vnica apud Deum Chriſtianorum, ſpes noſtra es ſecuriſſima, & ſanctiſſima. Cui gloria & honor, decus atque imperium, in ſempiterna ſecula ſeculorum. AMEN.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

Valdè pathetica, & ad affectus piè mouendos efficax eſt hæc Oratio, & digna profectò quæ ſæpè à Chriſtianis attentè legatur, eorumq; pectoribus, ad memoriam paſſionis Dominicæ bene debiteq; recolendam, inſculpatur. Cuius quoque generis atque argumenti eſſe videtur Tractatus S. Bernardi Abbatis Clarauallis, quem de lamentatione ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ compoſuit: qui inter Opera eius reperitur inter poſterius adiecta, & ſic inchoatur: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt poſſim flere per diem & noctem, &c] *vbi Threni, ac lamentationes quoque variæ ſub perſona Virginis Matris plangentis paſſionem ac mortem dilectiſſimi Filij, ſicut & hic apud Ephræm, adducuntur, digna etiam quæ à pijs legantur, & cum hiſce Ephræmiticis noſtris conferantur. Quò etiam ſpectant, quæ S. Bonauentura in 2. parte tom. 1. de laudibus B. Mariæ Virginis, ac de corona, & compaſſione eiuſdem, in medium adducit. Reſpondetq; planctus ille ſub perſona Virginis Matris ſtantis iuxta crucem Domini, compoſitus, qui à deuotis in Eccleſia recitari ſolet, cum eiuſmodi principio:* Stabat mater doloroſa, iuxta Crucem lachrymoſa dum pendebat filius, &c. *quâ*

A *&c. quæ Oratio tota rhythmica eſt, & threnetica, ac pathetica, vt etiam hæc noſtri Auctoris. Plura huc pertinentia, ab Interpretibus Euangelij S. Ioannis requirenda, ac præſertim ſuper locum cap. 19. vbi de Sanctiſſima Matre iuxta crucem Domini ſtante agitur. De qua, & S. Ambroſius in libro de Inſtitutione Virginis, cap. 7. vbi inter alia dicit:* Stabat ante crucem Mater, & fugientibus viris ſtabat intrepida, &c.]

Ad Titulum, ſiue Inſcriptionem huius Orationis quod attinet ea alia atque alia inuenitur: nunc enim ſic: Eiuſdem S. Patris noſtri Ephræm Threni, id eſt, lamentationes glorioſiſſimæ Virginis Matris Mariæ, &c. *vt hic repoſuimus.*] *nunc verò al. ita:* Lamentatio Sanctiſſimæ Dei genitricis ſtantis iuxta crucem Domini. per eumdem S. Patrem Ephræm.] *Et nunc al.* Eiuſdẽ S. Patris Ephræm Syri Threnos, ſeu lamentatio Beatiſsimæ Virginis matris: quæ & ſancta, ac magna Paraſceue dicitur] *& rectè quidem, quòd ſcilicet illi potiſſimum diei propria ſit hæc pathetica, atque threnetica, id eſt, lamentatoria actio, ſiue Oratio, ob myſterium nimirum ſacratiſſimæ Paſſionis Dominicæ, cuius tunc præ-* B *cipuè memoria à Chriſti fidelibus in Eccleſia ſolenniter recolitur,*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI Sermo, in pretioſam, & viuificam Crucem Domini.

†al. S. Patris noſtri Ephrem Sermo de ſanctiſſima Cruce Benedic Pater.

C Et, de ijs quæ poſt Crucem reuelanda ſunt, in formidabili illo Secundo Aduentu Domini noſtri IESV CHRISTI.

Eodem Interprete & Scholiaſte Doct. Gerardo Voſſio.

OMNIS celebritas Domini noſtri IESV CHRISTI, ſalus & redemptio, & gloria noſtra fidelium eſt. Exultationum autem gloria eſt Crux: porro celebritas celebritatum, quando paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus: aut potius, quando ex mortuis reſurrexit Chriſtus agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hæc enim domina & regina eſt dierum. Et reliquæ dierum celebritates, ſanctæ D ſunt, & inter ſe inuicem in gloria differunt; quoniam cunctæ fulgore diuinitatis illuſtrantur. has vero honorat, & celebrat omnis Chriſti fidelis, cui præſertim obſeruatio mandatorum Dei curæ eſt: at immundi, & peccatis atque ebrietatibus contaminati, etiam diebus feſtis atque ſolennibus, ſunt omnis celebritatis expertes. Celebritas bona ac pulchra, & Deo grata, eſt pœnitentia cum lachrymis, & à peccatis abſtinentia, Deique cognitio, atque æternorum bonorum deſiderium: & tunc in Domino peragitur, tunc Eccleſia gloriatur & exultat, & fideles conuocat, dicens: Congratulamini mihi: quoniam filius meus hic mortuus erat in peccatis, & reuixit per pœnitentiam. Celebritas pulchra, & Deo accepta, vbi Chriſtus celebratur: concelebratur autem Chriſtus, vbi congregati ſunt in nomine ipſius in caritate, ſine inimicitia & omni iniuriarum memoria. Concelebratur Chriſtus, vbi pauperes atque mendici curantur, vbi pupilli & orphani conſolatione afficiuntur, vbi peregrini & hoſpites reficiuntur. Concelebratur Chriſtus, vbi Deus in Pſalmis & Hymnis, canticisq; ſpiritalibus honoratur. Qui igitur in ipſius congregati ſunt nomine: in medio illorum, promiſit Dominus ſe inuentum iri. Beati, qui hoc modo congregati ſunt: nam cùm Dominum in medio ipſorum habeant, nihil eis deeſſe poterit. Sic ergò feſtiuitates Dominicas honoremus: non panegyricè, ſed diuinæ; non mundanè, ſed ſpiritaliter: non more gentilium, ſed Chriſtianorum. Non veſtibula † ac poſtes ædium noſtrarum coronemus. non choræas ducamus. non tibijs, & citharis auditum effœminemus. non mollibus veſtibus induamur. non cingulis vndique auro radiantibus cingamur. Non comeſſationibus, & ebrietatibus dediti ſimus. Neq; ob cibum & eſcam,

1. Cor. 5. Mar. 16. Ioan. 1.

Celebritas bona & Deo grata.

Luc. 15.

Matth. 18.

Chriſtus vbi, & quando concelebretur.

Ibidem.

Feſtiuitates Dominicæ, vt honorandæ.

*προθυρα.

Matth. 11. Luc. 7. Rom. 13.

opus

opus Dei, frater, diſſolnas: aut inſatiabilis ventris gratia, circa culinam occupatus, atque diſtractus, iniuriam diuino miniſterio inferas. Cæterùm hæc omnia illis relinquamus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum. Nos verò parui pariter ac magni, viri & fœminæ, Chriſtiano more feſta Dominica celebremus, in Pſalmis & Hymnis, & canticis ſpiritalibus, melodijsq; Angelicis. Coronemus portarum frontes, vt Chriſtiani: & non, vt gentiles atque pagani, lauris aut floribus, alijsve herbarum generibus: quod quidem gentilium eſt, & Iudæorum. Vmbra enim legis præterijt. & ſicut Apoſtolum clamantem audimus: vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua: omnia autem ex Deo. Error idolorum deſtructus eſt, mors ſpoliata eſt, inferorum captiuitas reuocata eſt, imperium erroris multorum deorum confractum eſt; homo liberatus eſt: Dominus regnauit à ligno: creatura lætatur: Crux* dominatur, quam omnes adorant gentes, & populi, tribus, & linguæ: in qua, cùm beato gloriemur Paulo dicente: Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri IESV Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Depingamus & inſculpamus in ianuis noſtris, & in frontibus, & oculis, & in ore, ac pectore, & in omnibus membris noſtris viuificum hoc ſignum. Hac ornemur, atque armemur inuincibili Chriſtianorum armatura: quippe quæ victrix eſt mortis, ſpes † mundi, lux finium orbis terræ, reſeratrix paradiſi, propulſatrix atque deſtructrix hæreſum, firmamentum orthodoxæ fidei; magna, ſalutariſque cuſtodia, gloria † perpetua orthodoxorum Eccleſiæ. Hanc igitur, ô Chriſtiane, armaturam ſingulis diebus ac noctibus, horis atq; momentis circumferre omni in loco non † omittas. Nihil abſque ea peragas: ſed ſiue dormias, ſiue expergiſcaris, ſiue operi inſiſtas, ſiue comedas, ſiue bibas, ſiue iter agas, ſiue per mare nauiges, ſiue flumen traijcias, ſiue quid aliud agas; omnia membra tua, ſalutari ac viuifico hoc crucis ſignaculo ſemper conſignes atque communias: & nunquam timebis à timore nocturno; aut à ſagitta volante per diem, à negotio perambulante in tenebris, à † ruina, & dæmonio meridiano. Huius propugnaculo ſi adiutus fueris; non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Nam hoc ſigno conſpecto, cunctæ mox aduerſariæ poteſtates perterrefactæ declinant, atque recedunt. Hoc idolorum errorem † peſſum dedit. hoc orbem terrarum ſanctificauit. hoc tenebras depulit, & lucem † reſtituit. Hoc gentes ab ortu Solis, & occaſu, à † ſeptemtrione & meridie collegit, & in vnã Eccleſiam, in vnam fidem, in vnum Baptiſma, in charitate coniunxit. Hoc, orthodoxorum inexpugnabiliſſimus murus eſt. Cuiuſmodi ergo os, aut qualis lingua dignè laudare poterit victricem hanc armaturã magni Regis Chriſti Dei noſtri? Crux, ſpes Chriſtianorum. Crux, reſurrectio mortuorum. Crux, claudorum baculus. Crux, pauperum conſolatio, Crux, frænum diuitum. Crux, ſuperborum euerſio. Crux, triumphus aduerſus dæmones. Crux, iuuenum pædagogus, Crux, inopum † abundantia, deſperatorum ſpes, nauigantium † gubernatio. Crux, fluctuantium portus, † oppugnatorum murus. Crux, orphanorum ac pupillorum pater, iuſtorum conſiliarius. Crux, afflictorum conſolatio, ac ſubleuamen. Crux, infantium cuſtos, virorum caput, ſenum † corona. Crux, lumen eorum qui in tenebris ſedent; & Regnum magnificentia. Crux, ſeruorum libertas, imperitorũ ſapientia, & barbarorum philoſophia. Crux Prophetarum prædicatio, Apoſtolorum † congregatio, & martyrum gloriatio. Crux, Virginum pudicitia, & Sacerdotum gaudium. Crux, † Eccleſiæ fundamentum, ac orbis terrarum ſecuritas: templorum idolorum deſtructio, & Iudæorum ſcandalum. Crux, imbecillorum fortitudo ac firmitas, & ægrotorum † medicina. Crux, leproſorum purgatio, atq; paralyticorum erectio. Crux, cibus † eſurientium, & fons ſitientium. Crux, monachorum fiducia, & nudorum tegumentum. Hæc eſt, quæ eſt in medio orbis terrarum defixa in loco Caluariæ, mox optimum vitæ noſtræ racemum germinauit. Hæc in medio terræ plantata, ſapientiſſimè fines mundi complexa eſt. In hac exaltatus Chriſtus Deus noſter, viciſſim captiuam duxit captiuitatem, quæ à tyranno apud inferos detinebatur. In † ea, Chriſtus voraciſſimum inferni diſrupit ventrem: & † machinabundum, nimiſque patulum diaboli os obſtruxit. Quo conſpecto, contremuit, & exhorruit mors: omneſq; quos à primo homine ad illud vſque tempus ſub ſua ditione ac tyrannide vinctos tenuerat, liberos dimiſit: Hac crucis

Philip. 3.

Dominica feſta, vt piè celebranda.

2. Cor. 5.
Apocal. 21.

Pſalm 95.
*πολιτεύεται.
Gal. 6.

Viuificum crucis ſignum in nobi· vt depingendum.

†al. ſpes fideliũ.

†al. gloria Eccleſię.

†al. nõ verearis.

NOTA.

Pſalm. 90.
†vulg. ab incurſu.
Ibidem.

†al. repreſſit.
†al. reduxit.
†al. ab Aquilone & Auſtro.

S. CRVCIS ENCOMIA MAXIMA.

†al. indigẽtium lucrum.
†al. gubernatrix.
†al. pugnantiũ.
†al. perfectio.
Luc. 1.

*al. comes.
*al. Eccleſiarũ.
1. Cor. 1.

*al. medicus.
*al. pauperum panis.

Matt. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 19.
Philip. 2.
Epheſ. 4.
†al. in hac pretioſa armatura.
*πολυμήχανον

A crucis armatura muniti† ſancti Apoſtoli, omnem inimici potentiam conculcârunt, cunctaſq; gentes ſuis ſagenis ad huius adorationem attraxerunt,† & congregarunt. Hac, thoracis loco, amicti militis Chriſti, ſancti Martyres, quaſcumq; artes & adinuentiones, audaciamque tyrannorum ſuperarunt, ac deſtruxerunt: & audacter atque intrepidè Chriſtum crucifixum prædicarunt. Hanc ſancti baiulantes Monachi, abdicato ſeculo, ingenti cum gaudio atque alacritate in ſolitudinibus, & montibus, ſpeluncis, & terræ cauernis ſibi manſiones habitationesque delegerunt. O ineffabilem atque immenſam benigniſſimi Dei bonitatem: qui tot, & tanta† bona per Crucem generi humano donauit. Gloria ipſius benignitati, & adoratio, atque imperium in ſempiterna ſecula. Amen.

†al beati.
Matth.13.
†al. ceperunt, & collegerunt.
1.Cor. 2.
†al. beneficia.

DE IIS QVAE POST CRVCEM EVENIENT.

Audiſtis Chariſſimi, & Chriſto dilecti fratres, quæ ac quanta ſit Crucis potẽtia: B quantæ eius virtutes, quantaque bona. Hæc ſiquidem, boni inſtar gubernatoris, præſentem hanc vitam noſtram gubernat, & in pace conſtituit, cuſtoditque. Hæc futuram quoque nobis vitam æternam conciliat. Hæc rurſus in ſecundo aduentu Domini, prima in cælo† apparebit, tanquã pretioſum & venerabile magni Regis Chriſti ſceptrum, ſecundùm verbum Domini dicentis: Et apparebit ſignum Filij hominis in cælo, cum multitudine exercitus Angelorum, vniuerſam terram illuminans, à finibus vſque ad fines, ſuper claritatem Solis, & aduentum Domini adnuntians. Et hæc quidem de Cruce, pro præſenti dicta ſufficiant. At quæ poſt eam reuelanda erunt, cuiuſmodi? Excedunt ſanè iſta omnem ſermonem, omnem mentem, omnem cogitationem, omnemque narrationem: & vniuerſum deterrent auditum. Hei mihi, fratres mei Chriſto dilecti, recordatus ſum horæ illius, C & contremui. Et hic finem dicendi facere volebam præ timoris magnitudine; cũ ea mecum animo perpenderem, quæ poſt Crucem tunc reuelanda erunt. Quis enim iſta enarret? Quis exprimere audeat? quale os enuntiare ea ſufficiat? quæ lingua eloqui queat? quæ vox explicare valeat? quæ denique auris illa audire poterit? quibus fieri incipientibus, etiam virtutes cælorum commouebuntur. Quis non† horreat, & contremiſcat in hora illa? quando Rex† regum à throno gloriæ ſuæ exurgens, deſcendet viſitaturus cunctos habitatores orbis, rationem ab eis exacturus, & ſingulis mercedem ſecundùm opera eorum redditurus: bonis quidem ac dignis, bonam mercedem; at indignis ſupplicia retributurus, vt iuſtus Iudex. Hæc igitur dum mente mecum reuoluo, timore corripiuntur omnia membra mea, diſſoluorque vndique: oculi mei, præ timore lachrymas fundunt; vox me deficit, D labia mea tamquam ſibi conglutinata hærent, lingua mea contremiſcit, & cogitationes meæ ſilentium meditantur. Dolor† me ad dicendum, veſtræ vtilitatis cauſſa, compellit: ſed timor me retinet, ſilentiumque mihi imponit: ingens quippe timor eſt atque immenſus. Talia enim magna, & tam horrenda admirabilia, neque ab initio contigerunt creaturæ, neque vmquam in vniuerſis generationibus accident. Et nunc quidem ſæpe ſi repentè fulgur aliquod, vel tonitruum clarius ac vaſtius contingat, omnem ſubitò ſui formidine perterret hominem: cunctique horrore perculſi, in terram nos inclinamus. Et ſi tantilla, nobis adeò magnum horrorem incutiunt: quo pacto, obſecro, tunc ſuſtinebimus, quando tubæ vocem de cælo audiemus, ſuper quoduis tonitruum horribiliter reſonantem, omneſque qui à ſeculo obdormierunt, excitantem, iuſtos & iniuſtos. Tunc omnia humanæ conditionis oſſa, ad ſonitum tubæ mox ex tumulis exilient; diſcurrentq; E cum feſtinatione, artus ſuos, iuncturaſque requirentia. cumque ipſi adſpexerimus omnem humanam naturam, ac ſpiritum in momento & ictu oculi reſurgentem, quemlibet ex loco ſuo; congregarique omnes à finibus orbis terræ ad iudicium. Solo enim iuſſu magni Regis, qui poteſtatem habet omnis carnis, è veſtigio cum tremore ac ſtudio terra ſuos reddet defunctos, & infernus ſuos mortuos, ac mare ſuos, quidquid item humanorum corporum vel beſtiæ dilaniarunt, vel piſces deuorarunt, vel aues diſcerpſerunt, ſubitò in priorem ſtatum remeabit: omneſq; in ictu oculi reſurgent, & coram tribunali adſtabunt; & ne vnus quidem capillus capitis ipſis deerit. Quo pacto tunc, fratres mei chariſſimi, ſuſtinebimus? quando igneum viderimus fluuium ab ortu ſolis vſque ad occaſum cum furore emanantẽ, ac inſtar ferocis aſperiq; maris, montes ac valles† deuorantẽ; terramq; omnem, ac quæcumq; in ea ſunt, exurentem. Tunc chariſſimi mei, ab illo igne deficient flu-

†al. reuelanda erit.
Matth.24.
Apoc.1.5.6.
Dan 7. &c.
Quæ poſt Crucem reuelanda erunt in die Iudicij, qualia futura ſint.
Matth.24.
Luc.21.
†al.concutiatur.
†al. Rex gloriæ.
Rom.2.14.
Matth.16. 25.
†al. Amor meus in vos, ac deſiderium, ob veſtram vtilitatem in verba me cõpellunt, &c.
Exemplum fulguris, atq; tonitrui vehementioris.
1.Cor.15.
Ezech.37.&
1.Cor 15.
Ioel.2.3.&
1.Cor.15.ac
1.Theſſ.4.
Apoc.20.
1.Cor.15.
Luc.21.
Daniel.7.
†al. deuorantis.

uij, euaneſcent fontes, mare exſiccabitur, aër † turbabitur, aſtra è cælo decident, ſol A
deficiet, † luna vertetur in ſanguinem, cælum vt liber complicabitur. Tunc Angeli
emiſſi cum feſtinatione diſcurrent, congregaturi electos à quatuor ventis, ab extremitate
cælorum vſque ad extremitates eorum. Tunc cælum videbimus nouũ,
& terram nouam, ſecundùm promiſſum eius: primum enim cælum, & prima terra
recedent, atque euaneſcent. ſicut ſcriptum eſt: Quoniam ſicut opertorium mutabis
eos, & mutabuntur: & iterum renouabis faciem terræ. Si porrò tolerare potueritis,
dicam & quæ poſtea ſequentur: at ſi præ timore nequiueritis, ſermonem concludam:
nam quę poſt conſequentur, adhuc formidabiliora ſunt iſtis. Quo pacto
enim ſuſtinebimus, Chriſti amatores, quando adſpexerimus tremendum ſolium
paratum? quando viderimus ſignum Filij hominis in cœlo † reſplendens, ſicut B
ait Dominus: ſanctum, inquam, & immaculatum, ac pretioſum ſignum, cui ſponte
clauis affixus pro nobis fuit ipſe Chriſtus Dominus? Tunc cuncti in ſublimi aſpicientes
ſanctum ac formidabile magni Regis apparere ſceptrum, cognoſcent,
& in memoriam redibunt ſermonis illius Domini, dicentis: quia ſignum apparebit
Filij hominis in cælo; certique inde erunt omnes, illicò poſtea ipſum quoque
Regem † appariturum. In illa hora vnuſquiſque pauidus conſiderabit, quo pacto
obuiam tremendo occurret Regi, reuoluetque mente cunctas actiones ſuas. Deinde
quilibet propria, ante faciem ſuam conſtituta videbit opera. Tunc cuncti, qui
miſericordiæ opera coluerunt, & verè pœnitentiam egerunt, quique anguſtam &
arctam ingreſſi ſunt viam, ſuamque in ſolitudinibus, & montibus atque ſpeluncis
profeſſionem ad finem vſque caſtè ac integrè ſeruarunt; hilares conſpecturi ſunt †
opera ſua bona, quæ ante ſe præmiſerunt. Et miſericordes quidem, contuebuntur
ibi mendicos ac pauperes, quorum hîc ſunt miſerti, pro ipſis intercedentes, ipſorumque C
bona opera coram Angelis & hominibus adnuntiantes. Qui verò hîc lachrymas
pro peccatis fuderunt, & labores atque moleſtias per pœnitentiam ſubierunt;
hilares ibi atque alacres cum gloria adſtabunt, beatam ſpem exſpectantes, &
aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Et cur breuiter, cum
timore licet, maiora non refero? Quando ingentem illum atque horribilem clamorem
audiemus, ex ſublimitate cęlorum perſonantem atque dicentem: Ecce
ſponſus venit: Ecce Iudex adeſt: Ecce Rex apparet: Ecce ſupremus Iudicum Iudex
reuelatur: Ecce vniuerſorum Deus aduenit, vt iudicet viuos & mortuos: Tunc, ô
Chriſti amatores, à voce clamoris illius contremiſcent fundamenta & renes terræ,
à finibus vſque ad fines, & mare, omneſq; abyſſi. Tunc fratres mei, anguſtia &
timor ac ſtupor, in omnem irruent hominem, ex clangore atque reſonantia tubarum, D
& à metu exſpectationis eorum, quæ vniuerſo ſuperuenient orbi. Tunc virtutes
mouebuntur cælorum. Tunc Angelorum præibunt exercitus, Archangelorumq;
concurrẽt chori. Cherubim quoq; ac Seraphim multis † oculis clara, in fortitudine,
metuq; proclamabũt: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth,
qui eſt, & qui erat, & qui venit omnipotens. Tunc, omnis creatura in cælo, & in
terra, & ſubtus terram, cum timore atque tremore, validè exclamabit: Benedictus
qui venit Rex, in nomine Domini. Tunc ſcindentur cæli, & reuelabitur Dominus
dominantium, & Rex regum, & Princeps principum; immaculatus, & terribilis,
atque glorioſus Deus noſter, inſtar fulguris horribilis, cum poteſtate & maieſtate
magna atque incomparabili. quemadmodum & Ioannes prædicauit Theologus,
dicens: Ecce veniet cum nubibus cæli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, E
& plangẽt ſe ſuper eum omnes tribus terræ. Quo in ſtatu, putas; tunc anima
inueniri optabit, vt ſuſtinere poſſit? quando cælum, & terra in fugam vertentur,
ſicut rurſus Theologus præſignauit, dicens: Vidi ſolium † candidum magnum,
& ſedentem ſuper illud; à cuius conſpectu fugit cælum, & terra: & locus non eſt
inuentus † illius. Vidiſti terrorem eiuſmodi aliquando? Vidiſti res vſqueadeò
horrendas vnquam? Cælum & terra tunc fugere tentabunt: & quis poterit ſubſiſtere?
Noſque peccatores quonam profugiemus: quando thronos adſpiciemus
poſitos, & Dominum omnium ſeculorum, Deumque noſtrum ſedentem? quando
innumerabiles Angelorum cõtuebimur exercitus in circuitu † throni gloriæ circumſtantes
cum timore. Tunc † prophetia implebitur Danielis, dicentis: Ego Daniel
adſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Veſtimentum

eius

† al. concutietur.
† al. & luna præteribit.
Marc. 13.
Eſa. 34.
Apoc. 21.
Eſa 65. 66.
Pſalm. 101.
Pſalm. 103.
Matth. 24.
† al. apparere.
Matth. 27.
Matth. 24. 27.
Eſa. 53.
Philip. 2.
Matth. 24.
† al. reuelandũ.
Matt. 7. Luc. 13.
† al. præcepta, quæ promiſerunt, &c.
N O T A.
Tit. 2.
Matth. 25.
Iacob. 5.
Luc. 21.
Sap. Sirach 16.
Matth. 24.
1. Cor. 15.
Matth. 24.
Luc. 21.
Marc. 13.
*πολυόμματα.
Eſa. 6 &
Apoc. 4.
Matt. 1. Mar. 11.
Lucæ 19.
Ioan. 12.
1. Tim. 6 &
Apoc. 17. 19.
Matth. 24. 25.
Apoc. 1.
Ibidem.
Apoc. 20.
† vulg. thronum magnum candidum, &c.
† al. illis. & al. ab eis.
Daniel 7.
† al. thronum.
† al. viſio Danielis Prophetæ.
Ibidem.

A eius candidum vt nix, & capillus capitis eius ſicut lana munda. Thronus eius, † flāma ignis: & rotæ eius ignis accenſus. Fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius: millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebāt † ei: Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Magnus in hora illa horrenda atque tremenda pauor erit, fratres mei chariſſimi, ingensque ſtupor ac terror, quando iudicium illud, in quo nulla erit perſonarum acceptio, ſedebit: & libri illi formidabiles aperientur, in quibus conſcripta reperientur opera noſtra, quæ fecimus in vita noſtra ſuper terram, & verba quæ locuti ſumus, actusque ac cogitationes omnes, arbitrantes latere Deum ſcrutatorem renum ac cordium: vbi deſcripta erit humana quæcunque actio, ſiue bona ſiue mala, ſecundùm quod ſcriptum habemus: Nam & capilli capitis noſtri, omnes numerati ſunt: cogitationes ſcilicet, atque B intentiones cordis, de quibus rationem quoq; redditurі ſumus. O quàm multis indigemus lachrymis, ad horæ illius pauorem euadendum: & negligimus. O quantopere plorabimus & ſuſpirabimus, vultumque percutiemus, ac nos ipſos diſcerpemus: quando magna atque plura illa contuebimur dona, quæ à Rege gloriæ accepturi ſunt, qui bonum hîc certamen decertârunt. Quando noſtris contemplabimur oculis ineffabile cælorum regnum: & ex alia rurſus parte videbimus ſupplicia horrenda, tormentaq; expaueſcenda reuelari atq; apparere: medium verò horum adſiſtere vniuerſum humanum genus, omnemque ſpiritum, à primo formato Adam, vſque ad vltimum omnium hominum; cunctosque cum timore in faciem procidentes, atque adorantes, ſecundum illud Scripturæ: Viuo ego dicit Dominus: quia mihi curuabitur omne genu. Tunc & ſermo adimplebitur Apoſtoli, di C centis: In nomine Iesv Chriſti, omne genu † flectetur, cæleſtium, terreſtrium, & infernornm: & omnis lingua † confitebitur, quia Dominus Iesvs Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Amen.

†al. flammæ.
Ibidem Dan. 7.
Apoc. 5. 20.
†al. coram ipſo.
Rom. 2
Coloſſ. 3.
Apoc. 20.
Ibidem.
Pſalm. 7.
Hierem. 17.
Rom. 8.
Apoc. 2.
Matth. 10. & Luc. 12.
NOTA.
2. Tim. 4.
Rom. 14.
Eſa. 49.
Philip. 2.
† al. flectatur.
*vulg confiteatur.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

Reperiuntur Romæ in Biblioth. Vatic. plures aliorum quoque Sermones in pretioſam ac viuificam Crucem Domini, nondum, de quo conſtet, è Græco Latinè redditi, cuiuſmodi inter alios ſunt in mſſ. Cod. ſub num. 436. S. Ioan. Chryſoſt. Ioſeph Archiepiſc. Theſſalonicenſis: (qui & Sfort. eſt nu. 84.) D Andreæ item Archiepiſcopi Cretæ Hieroſolymit. aliiq; alibi. Et Timothei presbyteri Antiochiæ in ſanctam Crucem, ac transfigurationem Domini noſtri, Sermo nec dum traductus, in Biblioth. Cryptafer. ſub litt. A. vbi alia adhuc habetur oratio Andreæ Archiepiſcopi Cretæ Hieroſolymit. in exaltationem pretioſæ ac ſanctæ Crucis Domini. & Chryſoſtomi alius in pretioſam Crucem, ac in latronem pulcher Sermo. Cuius plura quoque inueniuntur Encomia Græcè in Biblioth Card. Syrlet. hodie Colum. ſub num. 1ε. ac alibi. Neque ſilentio prætereundus eſt Sermo, ſiue tractatus egregius Epiphanij Epiſcopi Cypri, de ſigno ✠, quæ apparuit Conſtantino Magno Imperatori, qui Græcè in Biblioth. Vatic. eſt, vt & Sfortiana S. Floræ, nu. 91. Ter autem Conſtantino apparuiſſe ex cælo Cruces, tradit poſt alios Nicephorus lib. 3, cap. 32. ac primum quidem Romæ, dum contra Maxentium pugnaret. ſecundo, dum commiſſo cum Bizantijs prælio, trophæum de eis ſtatuit. & tertio, cùm Iſtroponte iuncto Scythas vltra illud flumen ſubegit. Et ad imitationem triplicis iſtius viſionis, tres quoque ex ære Cruces mox fieri curauit, eiſq; ſacra hæc nomina impoſuit: ἰησȣς χριςὸς νικᾷ *id eſt,* IESVS CHRISTVS VINCIT. *De quibus plura ibidem Nicephorus, ac* E *alibi. Quin & de honore primùm Cruci per Conſtantinum delato, & apparitione illa Crucis admirabili, cuius præſidio ac ductu Maxentium tyrannum fugauit, pluribus inter antiquiores agit Euſebius in vita Conſtantini, lib. 1. cap. 22. 23. 24. ac alibi. & Zonaras in Conſtantino, vbi etiam de ſigno Crucis, quod media die Conſtantino in cælo apparuit, & ſcriptura circa crucem Romanis litteris formata (*IN HOC VINCE*) cum Euſebio in eamdem ſententiam ſcribit: & quomodo hanc iubens prægredi exercitum ſuum Conſtantinus Maxentium aggreſſus ſit, at cum Maxentianis fortiter prælium commiſerit, eoſque ſuperarit. Extat & Epiſtola Cyrilli Hieroſolymorū Epiſcopi ad Conſtantium Imperatorem Conſtantini Magni filium, de ✠ ſigno, quod admirabiliter ſupra Hieroſolymam meridie in cælo apparuit. incipitq; hoc modo:* Imperatori religioſiſsimo, & pientiſsimo Conſtantio Auguſto Cyrillus Hieroſolymorū Epiſcopus in Domino ſalutem. Hanc primam ex vrbe Hieroſolyma Epiſtolam ad te mitto, religioſiſsime Imperator, &c. *nonnullis q; interiectis poſtea ibi:* Quo quidem tempore, diuinæ pietatis amantiſſimus, & beatæ memoriæ Conſtantinus pater tuus imperabat, ſalutare Crucis ſignum Hieroſolymis inuentum fuit, diuina gratia ei viro, qui pietatis erat ſtudioſus, quique res ad pietatem ſpectantes diligenter exquirebat, occultam prius ſanctorum locorum notitiam aperiente.

Te autem imperante, religioſiſsime Domine, propter tuam in Deum pietatem, cæleſtia etiam mi- A racula ſunt edita: ipſius, inquam, Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti Filij Dei trophæum contra mortis victoriam erectum, beata ſcilicet illa Crux multæ lucis ſplendoribus effulgens Hieroſolymis apparuit. His enim ſanctis diebus ſanctæ Pentecoſtes, nouis Maij circa tertiam diei horam, ingentis magnitudinis CRVX, quæ tota ex luce conſtabat, ſupra ſanctiſsimum Golgothæ locum, vſque ad ſanctum montem Oliuarum extenſa in cælo apparuit, non vni aut duobus hominibus, ſed ab vniuerſa Vrbis illius multitudine manifeſtiſsimè viſa: neque vt aliquis putaret, repentè apparens ſtatim euanuit, ſed pluribus horis ſupra terram ſpectantium oculis viſa eſt, ſplendoris fulgore Solis radios vincens, &c. *ſequiturq; pleriſq; interiectis ibidem poſtea:* B Nos igitur, qui vrbem Hieroſolymam incolimus, & miraculum valde magnum noſtris oculis adſpeximus atque comprehendimus, Deo ipſi vniuerſorum Regi, & vnigenito Dei Filio, vt decebat, gratias egimus, atque agemus: quem adoramus, & adorabimus, aſsiduasque pro religioſo imperio tuo in ijs ſanctis locis preces ad illum ipſum mittimus, ac mittemus. Decuit autem huiuſmodi viſiones cæleſtes non ſilentio præterire, ſed pietati tuæ, recenti adhuc eius rei memoria, ſignificare: vt ad fidei, quæ in te eſt, bona fundamenta, earum rerum quæ nuper oſtenſæ ſunt, cognitionem adiungens, firmiorem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fiduciam aſſumas, ſimulque omni fortitudine conſueta vndique roboratus, vt Deum ipſum adiutorem habens, ſalutare Crucis trophæum, ac omni gloria ſublimius præferas: ſignum, inquam, illud cuius figuram cælum ipſum hominibus oſtendens, maximè glorioſum eſſe docuit, &c.] *de quibus plura S. Cyrillus poſt Catecheſes. Et cùm Latini, feſtum inuentionis S. Crucis tertio Maij, & exaltationem S. Crucis 14. Septembris celebrent; Græci (ſicut ex ipſorum conſtat Menologijs) aliam adhuc de ſancta Cruce ſollennitatem celebrare conſueuerunt ad 16. Kalend. Iunij, qua recolitur memoria admirandæ illius apparitionis ſigni ✱ ſupra Hieroſolymam ipſo meridie in cœlo factæ. de qua hîc ex Cyrillo hactenus.* C *Cuius etiam Sozomenus hiſtoriam recenſet lib. 4. cap. 4. necnon Simeon Metaphraſtes, ac alij. In laudem præterea ſanctæ & viuificæ Crucis extant Orationes duæ perpulchræ apud S. Ioannem Chryſoſtomũ, tom. 3. ſuorum operum Qui & eiuſdem ✱ præconia alibi recitat in libro aduerſus Gentiles:* Quòd Chriſtus ſit Deus, *vbi dicit:* Neque ſic regia corona ornatur caput, vt Cruce, &c. *& in Homilia 55. in Matth. vbi habet:* Omnia quæ ad ſalutem noſtram conducunt, per crucem conſummantur: nam cùm regeneramur, crux Domini adeſt, &c. *ac Homilia 21. ad pop. Antiochen. ſub finem, ibi:* Ignoras quanta S. Crux perfecit? mortem diſſoluit, peccatum extinxit, orcum inanem reddidit, diaboli potentiam ſoluit, &c.] *Item Serm. 13. in Epiſt. ad Philipp. cap 3. ibi:* Si Dominum tuum amas; mortem illius morere: diſce quanta ſit Crucis potentia, quàm in tuto vitam collocet, &c. *De qua, etiam Sermo Damaſceni habetur, lib. 4. orthodoxæ fid. cap. 12. incipitq;:* Sermo crucis ijs qui pereunt, ſtultitia eſt: nobis autem qui in ſalute reſpiramus, virtus Dei, &c. *Sophronius quoque Patriarcha ſiue al. Epiſcopus Hieroſolymitanus elegantem ſermonem conſcripſit de veneratione & adoratione S.* D *CRVCIS, eiuſque exaltatione, & in ſanctam Domini reſurrectionem. cuius initium eſt:* Crucis hoc panegyricum ſolenne eſt, quis gaudio non exultet? Reſurrectionis hæc prędicatio, quis igitur non applaudat? &c. *reperitur Græcè in Biblioth. Vatic. & in Regia Galliæ. item in MS. Cod. Card. Sirleti, hodie Colum. num. ρμη. id eſt, 148. necnon Sfortiano S. Floræ, num. 65 vbi & alius eiuſdem Argumenti inuenitur ſermo, quem Leo Imperator in honorem ſanctiſſimæ Crucis, eiuſq; exaltationem edidiſſe fertur. De cuius laudibus etiam pulchrè S. Martialis agit in Epiſtola ad Burdegalenſes, cap. 8. vbi inter alia ait:* Crucem Domini, in quem credidiſtis, ſemper in mente, in ore, in ſigno tenete, &c.

Si ergo feſtiuitates Dominicas honoremus non panegyricè, ſed diuinè, non mundanè ſed ſpiritaliter, non more gentilium, ſed Chriſtianorum, &c.] *Similia planè alibi ſunt apud S. Ephræm, quaſi in principio Tomi primi, in breui tracta. cuius titulus eſt: De feſtis diebus, & de dignitate Diuinorum myſteriorum ibi:* Feſtiuitates haſce Dominicas honorare, ſtudioſe contendite celebrantes eas non panegyricè ſed diuinè, non mundanè ſed ſpiritaliter: non inſtar gentilium, ſed Chriſtianorum, &c. E *de quibus ibi latius in noſtris Scholijs, concordatq; optime hiſce, quæ Sophronius Epiſcopus Hieroſolymitanus iam ante citatus in ſua in S. Crucem Oratione paullo poſt medium adducit in hæc verba:* Feſtorum igitur vim myſticam non ignorantes, vtpute quę nos acceptorum beneficiorum admonent, & cur inſtituta ſint ipſa, declarant; ſic in ijs quoque celebrandis atque obſeruandis nos geramus ipſi, quemadmodum celebrari ſe, obſeruarique eadem poſtulant: non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentionibus, non in rebus alijs denique, quorum numerum, ac nomina prudens ſupprimo, &c.

Poſtea vbi apud Auctorem hunc noſtrum habetur: Dominus regnauit à ligno, creatura lętatur: Crux dominatur, &c.] *haud obſcure adluſio fit ad illud Pſalm. 95. vbi eſt:* Commoueatur à facie eius vniuerſa terra? dicite in gentibus, quia Dominus regnauit. Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur, &c. *Sed apud S. Auguſtinum, & in Pſalterio veteri, & Romano ibi additur (à ligno) vt hic apud Ephræm: quomodo etiam legitur à S Cypriano, Iuſtino Martyre, Tertulliano, & S. Leone Papa cognomine Magno in Sermone 4. de Paſſione Domini. ſicq; in Hymno Eccleſiaſtico, qui Theodulpho authori adſcribitur, & per hebdomadam Paſſionis ad Veſperas canitur:* Vexilla Regis prodeunt, fulget Crucis myſterium, &c. *ibi:* Impleta ſunt quæ concinit Dauid fidelis carmine, dicens

cens in nationibus: REGNAVIT A LIGNO DEVS.] *hæc ibi.*

Cuiuſmodi os, aut quæ lingua dignè laudare poterit victricem hanc armaturam Magni Regis Chriſti Dei noſtri? Crux, ſpes Chriſtianorum. Crux, reſurrectio mortuorum. Crux, baculus claudorum. Crux, pauperum conſolatio. Crux, diuitum refrænatio, &c.] *Magna & ampla hic conſequenter ſanctiſſimæ CRVCIS trophæa atque encomia adducit Auctor, lectu notatuq́ digniſſima: quibus ſi alia ſimilia in triumphum atque honorem ac laudem eiuſdem ſanctæ Crucis audire lubet, ea tibi ex vnius ſancti Chryſoſtomi fonte depromam, vnde eiuſmodi laudum præconia in hæc verba dulciter ſcaturiunt:* Crux, ſpes Chriſtianorum. Crux, reſurrectio mortuorum. Crux dux cœcorum. Crux, deſperatorum via. Crux, claudorum baculus. Crux, conſolatio pauperum. Crux, refrænatio diuitum. Crux, deſtructio ſuperborum. Crux, malè viuentium pęna. Crux, aduerſus dæmones triumphus. Crux, deuictio diaboli. Crux, adoleſcentum pædagogus. Crux, ſuſtentatio inopum. Crux, ſpes deſperatorum. Crux, nauigantium gubernator. Crux, periclitantium portus. Crux, obſeſſorum murus. Crux, pater orphanorum. Crux, defenſor viduarum. Crux, iuſtorum conſiliarius. Crux tribulatorum requies. Crux paruulorum cuſtos. Crux, virorum caput. Crux, ſenum finis. Crux, lumen in tenebris ſedentium. Crux, regum magnificentia. Crux, ſcutum perpetuum. Crux, inſenſatorum ſapientia. Crux, ſeruorum libertas. Crux, imperatorum philoſophia. Crux Prophetarum prædictio. Crux Apoſtolorum adnuntiatio. Crux, Martyrum gloriatio. Crux, Monachorum abſtinentia Crux, Virginum caſtitas. Crux, gaudium Sacerdotum. Crux, fundamentum Eccleſiæ. Crux, orbis terræ cautela. Crux templorum gentilium deſtructio. Crux, idolorum repulſio. Crux, Iudæorum ſcandalum. Crux, impiorum perditio. Crux, languentium robur, & infirmorum medicina. Crux, leproſorum emundatio, & paralyticorum requies. Crux, eſurientium panis, & fons ſitientium. Crux, nudorum protectio, &c. *Hæc S. Chryſoſtomus in Homilia de Cruce Dominica, tomo tertio.*

Audiſtis chariſsimi, quæ ac quanta ſit Crucis potentia, &c.] *Hæc pars quoniam in quibuſdam Græcis manuſcriptis ſeparatim cum proprio titulo inuenitur, ideo & diuiſim ſub finem primi Tomi Ephræm, ante Sermones de extremo Iudicio, vt ſunt in antiquo Græco manuſcripto Cryptaferrat. repoſuimus. Sed quia in tribus manuſcriptis Vaticanis, necnon Sirletanis, & Cretenſibus ſiue Candianis, aliiſq́ hæc ſequentia conſequenter poſt ſuperiora de Cruce ponuntur, etiam coniunctim ea hic relinquere, ac legere viſum eſt.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

SERMO,* De ſanctiſsimȩ Dei Genitricis Virginis MARIÆ Laudibus.

*al. De Beatiſsimæ ac glorioſiſſimæ Dei Matris laudibus.

INVIOLATA, integra, planeq́ue pura ac caſta Virgo Dei genitrix Maria, Regina omnium, ſpes deſperantium, Domina † noſtra glorioſiſſima, eademq́ue optima, ac præcellentiſſima: ſublimior cælitibus, candidior Solis radijs atque fulgoribus: honoratior Cherubim, & multis oculis † claris Spiritibus perſpicacior. Sanctior Seraphim, & incomparabiliter reliquis omnibus ſupernis exercitibus glorioſior. Vnica ſpes Patrum, gloria Prophetarum, præconium Apoſtolorum, honor Martyrum, lætitia Sanctorum, & lumen † probatiſſimorum Abraham, Iſaac, & Iacob: decus Aaron, ſplendor Moyſis, & Gedeonis vellus: cœtus Hierarcharum; omniumq; Sanctorum, ac Virginum corona, ob immenſum fulgorem atque ſplendorem inacceſſa. † Thuribulum aureum, lucerna clariſſima, vrna pulcherrima cæli manna geſtans: tabula ſcriptam legem mortalibus adferens, arca vera, charta diuiniſſima, princeps omnium prudentiſſima ac ſagaciſſima, & † lucifera virgo: conſolatrix ſanctiſſima, & dux vniuerſorum, ſacratiſſima puella. O rube ardens incombuſte, & prædium patens, viridansq́ue Aaronis virga. Virga enim verè extitiſti: & flos, Filius tuus. Ex radice quippe Dauid, ac Salomonis germinauit Chriſtus creator noſter, Deus & Dominus omnipotens, ac ſolus altiſſimus. Tu Deum genuiſti & hominem. Virgo ante partum, virgo in partu, & virgo poſt partum. Claues illas portæ orientalis ſemper clauſæ non excuſſit Deus creator tuus, in virginali tuo vtero ſine ſemine carnem indutus; teq́ue, ô clariſſima, talem

† al. mea.

* πολυμμάτων

† al. perſpicaciſſimis ſpiritibus.

† al. optimorũ.

Iudic. 6.

* θυμιατήριον.

Heb. 9. & Apoc. 8.

* al. clariſsima.

Exod 3.

Num. 17. & Heb 9.

Ezech. 44.

Eſa. 22.

Apoc. 3.

præſeruans, qualis ante partum fueras. Per te reconciliati ſumus Christo Deo noſtro, Filio tuo dulcisſimo. Tu paccatorum, & auxilio deſtitutorum vnica aduocata es, atque adiutrix. Tu portus† naufragantium tutisſimus: tu mundi ſolatium. Tu orphanorum ſuſceptio: tu captiuorum redemptio atque liberatio: tu ægrotantium exultatio, mœſtorumque conſolatio, & omnium ſalus. Tu monachorum ac ſolitariorum ſtabilimentum, & ſpes ſecularium. Tu virginum gloria, corona ac gaudium. Tu mundi lætitia, ô Domina princeps, atque regina præſtantisſima, & perquàm benedicta, puella honoratisſima, & dominarum domina purisſima atque caſtisſima. Sub tuum præſidium confugimus, ô ſancta Dei genitrix: ſub alis pietatis atque miſericordiæ tuæ, protege & cuſtodi nos. Miſerere noſtri, qui ſordibus peccatorum conſpurcati ſumus: qui ſceleribus atque delictis quampluri-mis Creatorem Deum noſtrum, & iudicem vniuerſorum offendimus: ne aduerſus nos inſoleſcat, ac glorietur Satanas pernicioſisſimus, ne in nos inſurgat deteſtandus inimicus noſter: ne ſeruos tuos à tui ſpe excidere † cognoſcamus; neue calumnietur nos † detrectantium lingua. Non nobis eſt alia, quàm in te fiducia, ô virgo ſincerisſima. Ex vlnis ſiquidem maternis tibi, Domina noſtra, dediti ſumus miſeri, tuique clientes appellati: ne igitur à maligno Satana ad inferni portas abduci nos ſinas. Tu enim noſter es portus, ô Virgo intemerata, & præſes pia auxiliatrix. Sub tua denique tutela, & protectione toti ſumus: quare ad te vnicam confugimus, crebriſque te lachrymis, ô † beatisſima mater, imploramus, tibique procidimus, ſuppliciter clamantes ac deprecantes, ne dulcis Filius tuus Saluator noſter & vitæ omnium dator, ob plurima quæ commiſimus ſcelera, è medio tollat nos, miſerabileſque animas noſtras, inſtar leonis diripiat; aut ſicut ficum † ſterilem, nos excidat. Cæterùm † obſecramus, vt ad Chriſtum ſecuri peruenire posſimus, aulasque illas beatorum ſubire, vbi non ſunt lachrymæ, neque luctus, non vexatio, non moleſtia, non calamitas, non mors, non cruciatus, non locorum anguſtæ: ſed lætitia inexhauſta, voluptas iuſtorum maxima, deliciæ infinitæ, exultatio & iubilatio, gloria & ſplendor. Reple deinceps os meum gratia dulcedinis tuæ ô † Domina: & illumina mihi mentem, ô gratia plena. moue lingua meam, & labia, ad laudes tibi alacriter, lætoque animo decantandas, & præſertim dulce illud melos angelicum longè celebratisſimum, quod Angelus Gabriel in Nazaret, ſeruili habitu ad te Virginem, matremque Dei mei integerrimum, clamans cecinit: ſalutationem, inquam, maximè congruentem atque decentem, & dignisſimam mundi ſalutem cunctarumque animarum medelam atque tutelam. Dignare me ſeruum tuum humilem laudare te, Virgo ſacrata, ac ſuauiter dicere: Aue præclarũ & electum vas Dei. Aue Domina Maria, gratia plena. Aue inter mulieres, virgo beatisſima. Aue ſtella † fulgidisſima, ex qua Chriſtus proceſſit. Aue lux ſplendidisſima, mater & virgo. Aue, quæ admirabiliter Regem omnium peperiſti. Aue, per quam clarisſimus Sol iuſtitiæ nobis illuxit. Aue Regina, ac Domina cunctis ſublimior. Aue canticum Cherubim ac Seraphim, & hymnodia Angelorum. Aue pax gaudium, conſolatio, & ſalus mundi. Aue humani generis lætitia. Aue Patrũ præconium, & decus Prophetarum. Aue pulchritudo Martyrum, & ſanctorũ corona. Aue piorum gloria, & † laus in ſolitudine degentium. Aue præclarisſimũ cæleſtis hierarchiæ ornamentum. Aue pulchra hymnigraphorũ omniũ oratio. Aue præſtantisſimum vniuerſi orbis terræ miraculum. Aue terrigenarum omnium oblectamẽtum. Aue paradiſe deliciarum: totiusq; amœnitatis, & immortalitatis. Aue lignum vitæ, gaudium, & voluptas. Aue lilium conualliũ, & † vallis fidelium, mũdique ſalus. Aue portus tranquillisſime, & à fluctibus procelliſque agitatorum liberatrix deſideratisſima. Aue periclitantiũ opitulatrix. Aue progenitoris illius Adam reſurrectio. Aue iucunda libertas. Aue omniũ parens. Aue † fons gratiæ, & totius conſolationis. Aue peccatorũ refugiũ, atq; diuerſorium. Aue laborantiũ propitiatoriũ. Aue profugiũ in Hieroſolymis. Aue throne Creatoris † noſtri glorioſisſime. Aue æui ſplẽdor illuſtrisſime, ac fulgentiſsime. Aue ſpes omniũ proborum, rebus aduerſis afflictorũ. Aue dulce conuerſorum † ſolamen, atq; præſidium. Aue virorum pariter atque mulierum regina & patrona. Aue Dei & hominum mediatrix optima. Aue totius terrarum orbis cõciliatrix efficaciſsima. Aue domina noſtra, fœdus pacemq; fidelibus tuis impetrans, & † ſceptrum cunctis imperãs.

Aue

†al. procellis aduerſitatum diuexatorum, &c.

INVOCATIO PIA S. MARIAE VIRG.

†al. videamus.

†al. os loquentium iniqua.

†al. O celeberrima.

Matth. 21.
Marc. 11.

† al. rogo atque obſecro, &c.

Eſa. 25.
Apoc. 7. 21.

†al. O Maria.

Luc. 1.

Ibid. Luc. 1.

Ibidem.

†al. aue radix ſanctiſsima, ex qua, &c.

ENCOMIA PVLCHERRIMA.

*ὕμνος.

†al. vallum.

*al. flos.

*al. mei.

*al. refugium.

*σκῆπτρον.

A Aue gloria, & lætitia omnium ſacerdotum. Aue virgo, ſolitariorum ſolatium. Aue regina ſupernorum ciuium, & domina Angelorum. Aue porta cælorum, & ſcala, aſcenſuſque omnium. Aue portarum cæleſtis paradiſi reſeramentum. Aue noſtra conſolatrix: quæ mœrores ſedaſti, & oppreſſorum moleſtias lenijſti, cunctaſque oppreſſiones ſuſtuliſti. Aue clauis * regni cæleſtis. Aue portus tutiſſime, in hac vita nauigantium. Aue animæ noſtræ ſpes fida, & optima. Aue firma ſalus vniuerſorum Chriſtianorum, ad te ſyncerè ac verè recurrentium. Aue lumen lucidiſſimum, quo mundus illuſtratur. Aue mater alma Chriſti Filij Dei viui. Aue noſtra * omnium protectio inſignis, & gloria. Aue, quæ nullo ſpatio comprehenſum, tuo ſinu ac vlnis comprehendiſti. Aue, quæ Chriſtū vitæ datorem educaſti: Chriſtum, inquam, miſericordiſſimum omnium creatorem, dulciſſimum B Dominum * noſtrum Ieſum, educatorem atque altorem totius mundi, benigniſſimum humani generis amatorem, & Patrem * cunctorum omnipotentē: Cui conuenit omnis honor, gloria, decus, & potentia in perpetuum: laus & iubilatio, atque magnificentia, vnà cum æterno Patre, & S. Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

*al. clauis cælorum, & regni Chriſti.

*al. noſtrorum genitorum protectio.

*al. meum.

*al. & Patrem meum omnipotentem.

Precibus & meritis Sanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ ſemper Virginis, exercituumque omnium cæleſtium, & vniuerſi cœtus Angelorum, Cherubim & Seraphim, Prophetarū & Apoſtolorum, Martyrum & * Confeſſorum, Sanctorumque omnium interceſſionibus, ac beatorum ſupplicationibus, miſerere tuæ creaturæ, C mi Deus clementiſſime: & à dextris tuis in hora tremendi iudicij, humiles ſeruos tuos colloca. Neque, ô Domine, vitæ auctor ac dator, ad opera noſtra mala, quæ, * legem tuam tranſgrediendo, commiſimus, aſpexeris: ſed potius ad immenſam clementiam, & pietatem, atque miſericordiam tuam benignè reſpicias, obſecro, noſtrique miſerearis. Amen.

*al. ac hierarchiarum.

*al. aduerſus legem tuam præuaricando, fecimus, &c.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

D INuiolata, integra, planeque pura, ac caſta Virgo Dei genitrix Maria, regina omnium, &c.] *Conformia hiſce ab eodem noſtro Auctore adducuntur laudum Beatæ & immaculatæ Virginis Mariæ, Dei genitricis epitheta, etiam in proximè hic ſequente encominſtica eius Oratione, mox in principio, vbi ait:* Immaculata & intemerata, incorrupta, & prorſus pudica, atque ab omni peccato alieniſſima, Virgo Dei ſponſa, ac Domina noſtra, quæ Deum & hominem mirifica conceptione tua genuiſti, &c.] *Quibuſcum rectè conſonant, quæ ab alijs antiquis orthodoxis Patribus, in eandem quaſi ſententiam afferuntur elogia, eidem quoque Sanctiſſimæ Virginis matri attributa: & primò quidem à S. Athanaſio, qui in Epiſtola ad Epictetum, beatam Mariam vocat Virginem impollutam, in qua nouum huiuſmodi conditum fuit, quale (inquit) in nulla alia fœmina, &c. ac in Sermone 4. contra Arianos, vbi ſæpè Deiparam Virginem appellat, pulcherrimiſq; eam epithetis exornat. Et Sermo in Euangel. de eadem Sanctiſſima Deipara ſic: Quandoquidem (inquit) ipſe Rex eſt qui natus eſt ex Virgine, idemq; & Dominus & Deus: ea propter & mater qui eum genuit, & regina, & Domina, & Deipara propriè ac verè cenſetur, &c. Subduq; poſtea dicens: Ad te clamamus, recordare noſtri, ô ſanctiſſima Virgo, quæ etiam à partu Virgo permanſiſti: & retribue nobis pro iſtis eloquijs, magna dona ex diuitijs tantarum gratiarum, &c. Quibus accedit, quòd S. Baſilius Magnus quinquies in ſua Liturgia, hæc verba vſurpet: Sanctiſſimæ & intemeratæ, dominatricis noſtræ, Dei genetricis, & ſemper* E *Virginis Mariæ, cum omnibus Sanctis memorantes, nos ipſos, & ad inuicem, atque omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus, &c. Et ne hic S. Chryſoſtomi elogia prætereamus, qui & ipſe in Liturgia ſua aliquoties his vtitur verbis: Sanctiſſimæ, incontaminatæ, ſuper omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ noſtræ Deiparæ, & ſemper Virginis Mariæ, cum omnibus Sanctis memoriam agentes, omnem vitam noſtram Chriſto Deo noſtro commendemus. Et poſtea: Verè dignum & iuſtum eſt glorificare te Deiparam, & ſemper Beatiſſimam, & penitus incontaminatam matrem Dei noſtri, &c.] Quæ vel ideò ex iam citatis adducere hic viſum fuit, vt quanta ſit epithetorum (quibus & alij S. Patres in celebranda glorioſiſſima Virgine Matre, vſi ſunt) cum hiſce noſtri Auctoris conformitas, ſaltem hinc haud obſcurè cuiuis conſtare poſſet.*

Adducitur deinde hic apud Auctorem, in laudem eiuſdem Sanctiſſimæ Dei genitricis Virginis Mariæ, ſtatim in initio: Honoratior Cherubim, & multis oculis claris ſpiritibus perſpicacior, &c.] *vbi in antiqua tranſlatione incerti Interpretis conuerſum reperitur:* Honoratior Cherubim, & Polyommatis, *id eſt,* multoculis Spiritibus, &c] *quod cùm* ὑποσολικὸν, *& ſubobſcurum ſatis hoc loco genus Latinè loquendi & interpretandi videatur, putauimus accommodatius & explicatius hic reddi poſſe vti tranſtulimus ac repoſuimus:* Et multis oculis, claris ſpiritibus perſpicacior, *id eſt, Spiritibus, qui clari ſunt multis oculis, &c. nam hoc per voc.* (τὰ πολυόμματα,) *hic ſignificatur; ſicut & in Sermone S. Ephræm, de ſancta & viuifica Cruce Domini, antea accipitur, transferturq́; vt ſit adluſio ad verba Ezech. 1. & Apoc. 4 vbi de illis, qui pleni erant oculis ante & retrò, agitur. quamquam tamen haud incommodè etiam hic verti, reddiq́; illa ad ſenſum Auctoris poſſent:* Honoratior Cherubim, & perſpicaciſcimis ſpiritibus illuminatior.] *Vel, ſi ad verbum magis velis:* Honoratior Cherubim, & vario oculorum lumine claris ſpiritibus perſpicacior, &c.] *Ex quibus tamen docto Lectori per me ſit liberum, amplecti ac ſequi quod magis probabitur.*

Inter reliqua poſtea Epitheta Beatiſſimæ Virgini matri ab Auctore attributa, ſubiungitur: Thuribulum aureum, lucerna clariſſima, vrna pulcherrima, &c.] *Vbi inter alia, pro* (θυμιατήριον, B χρυσοῦν, *id eſt, thuribulum aureum*) *in antiqua iam dicti anonymi Interpretis traductione conuerſum reperio:* (Acerra aurea, &c.) *Sed cùm illud vocabul.* (*Acerra*) *ancipitis ſit ſignificationis alia atque alia denotans, minusq́; Scripturæ, ad quam hic fit alluſio, accommodatum, potius viſum eſt hic conceptis verbis ipſius Scripturæ vti, ſicut in ſacro Codice etiam Latinè expreſſa reperiuntur: nam clarè hic adludit Auctor ad locum Hebr. 9 vbi mox in principio, thuribuli aurei fit mentio; & ad Apocalypſ. 8. vbi quoque* τὸ θυμιατήριον χρυσοῦν, *id eſt, thuribulum aureum exprimitur, in hæc verba: Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum; & data ſunt illi incenſa multa, &c. Sicq́; reliqua deinceps laudum epitheta ex ſacra Scriptura per noſtrum Auctorem deſumpta & Deiparæ Virgini applicata, etiam inde quantum potuimus ob reuerentiam verborum ipſius Scripturæ, ſuis verbis exprimere conati ſumus: cùm minimè deceat verbis æquiuocis, & improprijs, minusq́; claris in materia præſertim ſacra vti, vbi ipſa Scriptura (quæ citatur, vel ad quam adluditur) verba nobis clara ac propria ſuppeditat.*

C

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

Ad Sanctiſſimam Dei Genitricem, Oratio.

IMMACVLATA & intemerata, incorrupta & prorſus pudica, atque ab omni ſorde ac labe peccati alieniſſima, Virgo Dei Sponſa, ac Domina noſtra: quæ Deum & hominem mundo mirifica D ac glorioſa cõceptione tua peperiſti, Deumq́ue verbũ hominibus miro modo conciliaſti; & rèbellem humani noſtri generis naturam cæleſtibus conſociaſti: vnica ſpes deſperantium, oppreſſorum auxilium, & ad te recurrentium præſentanæum ſubleuamen, omniumq́ue denique Chriſtianorum firmum præſidium: me * maximum peccatorem, enormibusq́ue meis cogitationibus, verbis, ac factis effectum viliſſimum, atque adeò fallaces voluptatum illecebras animo planè ſeruili atque abiecto amplexatum, ne auerſeris, obſecro: quin potius, ſicut mitiſſimi ac clementiſſimi Dei mater es, ita me peccatorem benigniſſimè ſuſcipe, & meam ſordidiſſimam, * impurisq́ue labijs meis expreſſam orationem clementer admitte: nec non dulcem quidem Filium tuum, meum autem Dominum ac Deum maternis E pietatis tuæ viſceribus amanter libenterq́ue exora: vt ipſe mihi quoque illa inexhauſtæ miſericordiæ ſuæ viſcera reſerare dignetur: & poſtpoſitis innumerabilibus peccatis meis, ad ſalutarem me pœnitentiam conuertat, ſuaq́ue me rectiùs complere mandata faciat. Adeſto mihi nunc, & ſemper, ô Virgo Dei genetrix, mater miſericordiæ, benigna & clemens, in præſenti quidem vitæ curſu feruens & protectrix atque auxiliatrix, hoſtiles quoſcumque impetus à me auertens, meam in via ſalutis me conſtituens; ac in extremo vitæ articulo miſeram animam conſeruans, & tenebroſos atque horrendos peſſimorum dæmonum aſpectus ab ea procul repellens: in tremendo autem die iudicij, ab æterna me damnatione liberans: & poſtremò, in numerum iuſtorum me referens; atque inacceſſæ tui Filij & Dei gloriæ me hæredem efficiens. Quod vtinam, per piam

*al. ſceleſtiſſimum.

*al. indignisq́;.

INVOCAT B. MARIAM VIRGINEM.

inter-

A interceſſionem tuam atque patrocinium, Domina mea, ſanctiſſima Dei mater mihi & omnibus humiliter ad te recurrentibus, & ſpem totam in te figientibus poſt hoc exilium concedatur, gratia, miſeratione, & benignitate vnigeniti tui Filij, Domini Dei ac Saluatoris noſtri IESV Chriſti. Quem decet omnis gloria, honor, potentia, & adoratio, cum æterno eius Patre, & Sancto ac viuifico Spiritu: nunc & ſemper, & in æterna ſecula ſeculorum, Amen.

AVCTORES ALII, DE LAVDIBVS B. Marię Virginis.

B *De ſanctiſſimæ Dei Matris vita ac laudibus, plena ſunt monumenta orthodoxorum Patrum, tam Græcorum quam Latinorum. Et vt à Græcis incipiam. S. Athanaſij pulcher in primis extat Sermo in Eueng. de ſanctiſſima noſtra Deipara, qui & aſſumptioni eius ſub finem applicatur, legiturq́; in ſecundo nocturno feſti Aſſumptionis, in Breuiario Romano. De qua idem pluribus in locis ſupra citatis. Quin & S. Gregorij Thaumaturgi tres quoque inueniuntur elegantiſſimæ Orationes in laudem beatiſſimæ Virginis Matris, quas Græcè habeo nondum editas, quæ & annuntiationi eius conueniunt. Epiphanij item luculenta reperitur Oratio, quam de laudibus ſanctiſſimæ Mariæ Virginis habuit. Quem de eadem etiam vide lib. 3. aduerſus hæreſes, contra Antidicomarianitas, hæreſi 78. ac. alibi. Et, quem prius nominare oportuiſſet ob antiquitatem, Irenæum Epiſc. & Martyrem, contra hæreſes. lib. 3. cap. 33. vbi pluribus elogijs laudes & virtutes beatiſſimæ Dei Genitricis celebrat. vt & alibi haud rarò, ac libro 5. poſt med.* C *De qua item Baſilius Magnus agit in Homilia de humana Chriſti generatione, quæ eſt 25. in ordine reliquarum. & in Comment. in 8. cap. Eſaiæ Prophetæ, poſt initium. ac in ſua Liturgia. Et germanus eius frater Gregorius Epiſcopus Nyſſenus, in Orat. quam habuit in die Natiuitatis Domini. item S. Cyrillus Epiſcopus Homilia 6. contra Neſtorium, Tomo 4. in initio, vbi habet:* Hilarem videt hodie cœtum fidelium omnium, qui conuenerunt promptis animis, à Sancta & Dei matre Maria, ſemper Virgine conuocati, &c.] *ac S. Gregorius Nazianzenus, in Tragœdia quam inſcripſit: Chriſtus patiens. vbi in laudem B. Mariæ Virginis pulchra ab eo elogia adducuntur. De qua, idem & in ſua prima Epiſtola ad Clidonium, & alibi. Cuius quoque fuſius laudes celebrat S. Ioannes Monachus & presbyter Damaſcenus, in Sermone ſuo qui habetur lib 3. de Orthodoxa fide, ca. 12. incipitq́ue:* Deiparam, Dei genitricem, Deiq́ue parentem, & propriè, & verè ſanctam Virginem celebramus, &c.] *item in lib. 4. Orthodoxæ fidei apud eundem, cap. 15. & in Oratione eiuſdem de dormitione ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ, cuius initium eſt:* Nemo quidem hominum eſt, qui poſ- D ſit pro dignitate ſatis laudare ſacroſanctum diſceſſum Dei matris, &c.] *vbi varia laudum eius præconia prolixè recenſentur. reperitur Græcè in Bibliothec. Vatican. Sirlet. & Sfort. num. 39. vbi etiam Andreæ Hieroſolymit. Archiepiſc. Cretæ Sermo Græcè habetur in eandem obdormitionem matris Dei, cum plurimis quoque eiuſdem encomijs. Extat & S. Patris Georgij Archiepiſcopi Nicomediæ de laudibus Beatæ Mariæ Virginis Sermo, qui & Præſentationis eius feſto conuenit, quando fuit oblata in templo Græcè inuenitur in Biblioth Sfort. nu. 85. item Euthymij Monachi encomium in laudes Sanctiſſimæ Dei genitricis, & in venerationem zonæ eius, & faſciarum Domini; necnon in anniuerſarium diem dedicationis templi in honorem glorioſæ Virginis matris, &c. Græcè habetur in eadem Sfort. Bibliothc. num, 39. Cæterùm omiſſis Græcis ad Latinos iam Patres tranſeo, inter quos S. Ambroſius Archiepiſcopus Mediolani, primus mihi occurrit, qui lib. 2. de Virginibus, inter alia de laudibus S. Mariæ Virginis ſic loquitur:* Sit vobis, ô ſanctæ Virgines, tamquam in imagine deſcripta virginitas, vitaq́ue Beatæ Mariæ: de qua, velut ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. Hinc ſumatis licet exempla viuendi: vbi tamquam in exemplari, magiſteria expreſſa probitatis, E quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, oſtendunt. Primus dicendi ardor, nobilitas eſt magiſtri. Quid nobilius Dei matre? Quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? Quid caſtius ea, quæ corpus ſine corporis contagione generauit? &c.] *Poſtquam autem conſequenter inſignes gratias, & virtutes beatiſſimæ Virginis in particulari recenſuit, tandem pro concluſione idem Ambroſius addit, & dicit:* Talis enim fuit Maria, vt eius vnius vita, omnium diſciplina ſit, &c.] *Apud quem, plura de eadem vide in Epiſtola ad Syricium Papam, libro 10. Epiſtola 81. & in libro 1. Officiorum eiuſd. cap. 18. ac alibi. De qua etiam S. Auguſtinus pluribus in locis, vt in Sermone 6. 15. 18. de Tempore, & Sermone 35. de Sanctis, & in tractat. de Symbolo ad Catechumenos, libro 2. cap. 4. Tomo 9. & in Sermonibus de Annuntiatione, ac Aſſumptione beatæ Mariæ Virginis, vbi plurimas eius laudes commemorat, ſicut & alibi ſæpius. S. Hieronym. quoque de eiuſdem agit laudibus, aduerſus Iouinianum, in Apologia ad Pammachium. & in Epiſtola ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis. & in Epiſtola ad Celantiam, de inſtitut. matris famil. item in Serm. de Aſſumptione eius, vbi inter multa dicit;* Talibus decebat virginem oppignerari muneribus, vt eſſet gratia plena, quæ

na, quæ dedit cælis gloriam, terris Dominum pacemque refudit: fidem gentibus, finem vitijs, A
vitæ ordinem, moribus diſciplinam, &c. *paulloq́; ibidem poſtea ſic*: Bene Maria gratia plena, quia
cæteris per partes præſtatur gratia: Mariæ verò ſimul ſe tota infudit gratiæ plenitudo. Verè plena,
per quam largo ſancti Spiritus imbre, ſuperfuſa eſt omnis creatura: & ideo, inquit: Benedicta
tu in mulieribus, id eſt, plus benedicta quam omnes mulieres: ac per hoc, quidquid infuſum
eſt maledictionis per Euam, totum abſtulit benedictio Maria, &c.] *De qua, etiam varijs in*
locis S. Leo Papa Magnus, vt in Sermonibus de Natiuitate Domini, ac pluribus ſuis Epiſtolis, vt in
Epiſtola ſua dogmatica ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum de Incarnatione Domini, contra
Eutychetis perfidiam ac hæreſim: quæ eſt decima in ordine. & in Epiſtola 13. quæ eſt ad Pulcheriam
Auguſtam, ac alijs varijs. Et S Gregorius Papa in expoſitione ſuper libros Regum, atque alibi. item
S. Bernardus in pluribus de laude B. Mariæ Virginis Sermonibus, vt in illo de verbis Apocalipſ. 12.
Signum magnum apparuit in cęlo: mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite B
eius corona ſtellarum duodecim, &c.] *ac in Sermone de aquæ ductu, qui incipit*: Fœcundæ Virginis,
&c. *qui & natiuitati Mariæ ſeruit. & in Sermonibus de Aſſumptione eiuſdem, ac alibi incidenter*
ſæpiſſimè. Et ne celebritates Dei genitricis, Auctoresq́; qui de illis conſcripſerunt, hic preteream:
celebratur inter alias Conceptio B. Mariæ Virginis, de qua inter alios ſcriptores Sermonem encomiaſticum
fecit Leo Imperator, qui Græcè reperitur in Bibliothec. Vatic. & in MS. Cod. Sfort. num. 65.
vbi & alius in eandem Conceptionem extat Georgij Epiſcopi Nicomidiæ Græcè Serm. De qua, & S.
Anſelmus in ſuo Commentario egregio de conceptu virginali, &c. De Natiuitatis ſanctiſſimæ Dei genitricis
celebritate, in iam citato Græco MS. Cod. Sfort. num. 65. leguntur Sermones ſub nominibus Sanctorum
Ioannis Chryſoſtomi, Procli Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Ioannis Damaſceni, Andreæ
Archiepiſcopi Cretenſis, Iacobi Monachi, & aliorum, quorum plerique nondum putantur Latinè
conuerſi. Quin & in Sacramentario S. Gregorij (quod antiquiſſimum Romæ adſeruatur in Bibliotheca
Vatican. manuſcript.) de eadem ſolennitate ſpecialis ponitur Præfatio, cuius etiam S. Ildefonſus Epiſcopus
meminit in libro de Virginit. & Ordo Roman. de diuinis officijs, de eadem agens, ſic habet: In Natiuitate
S. Marię leguntur Homiliæ Sanctorum Patrum ad ipſam diem pertinentes, &c.] *De* C
Præſentatione porrò beatæ Dei genitricis Virginis Mariæ in templo, reperiuntur Sermones S. Germani
Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, cũ eiuſmodi principio: Ecce rurſus dies feſtus, & celebris matris
Domini, &c.] *ac Georgij Archiepiſcopi Nicomidiæ, cũ tali initio:* Pulchra nobis initia argumenti
dicendi oſtendit hic dies feſtus, &c.] *extant Græcè in Bibiothec. Vatic. & Sfort. numer. 19. & 85.*
De Annuntiatione quoque B. Mariæ Virginis tres inſignes Orationes Magnus Gregorius Thaumaturgus
conſcripſit, quarum antea meminimus. De qua, & aliæ aliorum inueniuntur Orationes Heſychij
presbyteri, & Andreæ Cretæ Archiepiſcopi, & tres Abſalonis Abbatis, &c. De Purificatione
B Mariæ Virginis agit Nicephorus lib 17. Hiſtor. cap. 28. Et Ionaaes Diaconus in Hiſtor. Miſcell.
Act. 15. Iuſtiniani Imperat. De qua & tres S. Bernardi Sermones, ac totidem Abſalonis Abbatis extant.
De Aſſumptionis denique celebritate plures Græcorum extant Sermones, S Athanaſij, Ioannis
Damaſceni, Andreæ Cretenſis, Metaphraſtis, & alij aliorum. Inter Latinos autem, S. Bernardi Sermones D
quinque. item Innocentij. 3. Abſalonis Abbatis, Petri Damiani, Petri Chryſologi Serm. 140. 142.
143. Honorij Auguſtodunenſis, necnon Guerrici Abbatis Igniacenſis de eadem Sermones quatuor, & alij
aliorum. Quin & eiuſdem Aſſumptionis meminit quoque Dionyſius Areopagita, de diuinis nominibus
cap. 3. & Gregor. Epiſc. Turonenſ. de Gloria Martyrum, lib. 1. cap. 4. ac. 9. item Nicephorus lib. 2. cap.
22. & lib. 15. cap. 14. ex antiqua maiorum traditione. Glycas item, ac Metaphraſtes, alijq́; plures de
eadem. Et hæc ſunt quæ in honorem ac laudem, celebrationemq́; ſanctiſſimæ Dei genitricis Virginis Mariæ
hic occaſione encomiorum in eandem S. Patris noſtri Ephræm, ex varijs orthodoxis Patribus in medium
producere atque allegare viſum eſt. Et ſi quis plures adhuc alios Auctores antiquos noſſe velit,
partim obiter & incidenter, & partim ex inſtituto de eius laudibus tractantes, videat S. Ignatium in
Epiſt. ad Trallianos, ad Philip, & ad Epheſ. Martialem in Epiſt. ad Tholoſanos: Iuſtinum Martyrem
paſſim in Dialog. lib. de Trinitate quæſt. 66. & 136. ad orthodox. Clementem Alexandr. lib. 7. Stromat.
Tertullianum lib. de carne Chriſti: Nazianzen. in ſupra allegata Tragœd. quæ inſcribitur, Chriſtus
patiens. & denique S. Ildefonſum Epiſcopum Toletanum, in lib. de Virginitate S. Mariæ E
contra Infideles. qui ob ſingularem vitæ integritatem, ſuſceptumq́; defenſionem
aduerſus hæreticos, Dei genitricis virginitatem impugnantes, ab
eadem Virgine donatus candidiſſima
veſte legitur, &c.

EIUSDEM

S. †PATRIS EPHRAEM SERMO
In Mulierem peccatricem.

Eodem Interprete & Scholiaſte Doct. Gerardo Voſſio.

B INTER multos viros ſanctos ac dignos Dei * noſtri, qui piè atque
religiosè laudant, prædicantq; immaculatum Dominum, dignus
& ego ſum habitus licet indignus, qui cum eis collaudem, celebremque
gratia ac dono fidei, magnam Domini Dei noſtri, quæ
ſuper humilia reſpicit, potentiam. Nunquam enim gratia quemquam
reijcit hominum, ſaluari cupientium. Nam quemadmodum
fons ſine intermiſſione ſcaturiens atque effundens pura fluenta, varioſque
* latices, nunquam aliquem impedit affatim ex mundis ac limpidis ſuis aquis refici,
ac quidem gratis cupientem: ſic & diuina gratia omnibus expoſita eſt ac patet
ſemper ea frui volentibus, & vnicuique quantum voluerit. Quando enim Saluator
in Euangelijs diuina ſua voce omnes inuitabat, dicens: *Si quis ſitit*, veniat ad
me, & bibat; non diſtinxit omninò pauperem à diuite, neque peccatorem à iuſto.
C Quapropter & ego, quamuis indignus, particeps eiuſdem factus ſum gratiæ, ad
eam liberè collaudandam, audacterque etiam cum lachrymis deſiderandam: vt
& ego remiſſionem peccatorum accipiam, ſicut mulier illa peccatrix, quæ intrepidè
ingreſſa eſt in feruore animę ad medicum * iucundum ac bonum, in domum
conuiuij: vbi indultor debitorum recumbebat. Conſidero iſta, & maximam alacritatem
capio, vt & ego impudentiſſimus in petitione reddar. Cerno enim
feruoris * animæ illius magnitudinem atque exceſſum, & pulchræ illius mulieris
honeſtam inuerecundiam. Adeſte igitur auſcultatores, Chriſto dilecti, atque
perfecti; & * delicias ex hac pulchra narratione magnæ illius atque ſuſpiciendæ
mulieris capite: quæ ſingulis nos horis ad diuinam hanc expoſitionem,
conuiuiumque inuitat. Diuinum porrò hic dico, ſpectaculum illud, in quo mulier
vnà cum Angelis & hominibus conuiuata eſt. Sed quomodo palam ingreſſa
D eſt, quæ prorſus vocata non erat? Et quo pacto * ſic ad diſcumbentem acceſſit,
cuncta cordis ſui arcana enuntians, omniaque ipſi abſque ſono * & voce exponens?
Vides eminentem animæ promptitudinem, & deſiderium? Quo pacto
ſeipſam in ſua circummuniuit * atque corroborauit inuerecundia? Non ianitores,
ac famulos domeſticos virilis atque generoſa mulier timuit, neque duram
adſtantium increpationem; vnum hoc ſecum cogitans, dicenſque: * quòd ſi totam
meam faciem quaſi ferream aut æream non reddidero, ſaluari ex turpi inundatione
laſciuiæ meæ non potero. Rurſuſque quemadmodum exteriores
oculos meos inhoneſtos exhibens prius neminem erubeſcebam, ſed à multis
me rapi permittebam; ita & nunc, niſi internos cordis mei oculos cum multa
auſteritate atque inuerecundia commutans, ingreſſa fuero; non potero occulti
deſiderij mei compos fieri, neque etiam à ſordido impudicitiæ meæ profluuio
E purgari. Nunc igitur priori meo dedecori impudentiam hanc antepoſui. Nunc
tempus eſt præcedentis turpitudinis acta, in honeſtam vetuſtatem permutandi.
Nunc tempus magni certaminis: vt à momentaneis & immundis liberer inquinationibus,
per quas in profundo peccati inueteraui. Nunc tempus reſipiſcendi,
quærendique mihi luminis vitæ Auctorem: per quem gratia Angelica potiri
poſſim, & contra, tenebroſæ noctis acerbum repellere nomen; per quam quæ
minimè decent, peregi. Nunc me oportet bellum atque certamen aduerſus
iniquum dæmonem ſuſcipere, proſeminantem in me zizaniorum immunditiem:
vt ipſo in pugna deuicto, caſtitatis indumentum portem, & ſimul victoriæ
præmium referam à clementiſſimo rege acceptum. Mortiferi vnigeniti me deinceps
obliuiſci oportet, cùm iam tempus me ad aliud hoc inuitet: & vt ad ve-

rum

*al. Sancti & beati Patris noſtri Ephrem Syri Sermo, in Peccatricem, & Pharisæum, Benedic Pater.

*al. Domini noſtri.

Pſal. 101. 112. 137.

AB EXEMPLO.

† νάματα.

Ioan. 7.

Lucę 7.

*al. in iucundã ac delectabilem illam domum; vbi, &c.

*al. feruentiſſimę animę illius exceſſum.

*al. voluptatẽ.

Spectaculum diuinum.

*al. ad eum, qui ſic diſcũbebat, acceſſit?

*al. ſono vocis.

*περὶ τείχισεν.

*al. ſi vultum meum ferri ac æris inſtar durũ inuerecundũq; non reddidero; ſaluari nequibo.

Vitæ anteactæ, cum poſteriori comparatio, & vtriuſque differentia.

*al. vt ipſius pugna ſuperata.

NOTA.

rum accedens medicum, æternumque vnguentum, vitam omnis peccati expertem recipiam. Hominibus, per abominandum hoc meum peccatum, complacui: ac tempore definito, etiam Deo ſancto, in corde puro & anima fideli, me per ipſum purificatam placere oportet. Cognoſco enim hoc tempus, eorum qui ſaluari cupiunt, eſſe: cùm * & Saluator ipſe præſto ſit. Contemnam igitur momentaneas irriſiones, atque conſputationes; & pudorem, conuitiaque domeſticorum pro nihilo putabo. Contendam ad * deſiderati abſconditam ſalutem: & turbam imminentium mihi contumeliarum, gratia ſuperabit: quoniam hoc tempus exiguum, honeſtæ eſt impudentiæ; pluriſque mihi faciendum eſt illo, quando adhuc indecentem illam meam impudentiam exercebam. Tunc enim impudenter in * biuijs conſiſtens, omnes ad opus abſurdum illicitumque aduocabam: veſtimentiſque iucundis ac ſpecioſis ornata, cantileniſque turpibus adhibiatis, obuiam omnibus proceſſi. Capillos meos certo numero complicabam, & ſupra maxillas colluſtrans, ad deceptionem aliorum formabam: vt omnem adoleſcentem * compoſitum ac ſpecioſum ad meipſam pertraherem, ipſumque amatorē mihi haberem. Multos tunc cœno peccati paſcebam: & ego, multorum cauſſa, Deum ſalutis non agnoſcebam. At nunc tempus bonum eſt atque opportunum, & expectatæ à me ſalutis promptitudo iam adeſt. Nunc gaudium mœſtorum appropinquauit. Nunc * variorum morborum infirmitas, ad viſitationem veri medici peruenit. Laqueus diaboli iam planè effecta eram, animas captans atque deprædans in iudicium æternum. Nunc conandum eſt mihi, vt celeriter vadam ac curer, & bona pro malis commiſſis agam: incerta ſunt enim, & humanitatis atque benignitatis omnis expertia. Nunc hinc abiens, magno procidam Medico, qui omnes ſuſcipit, & neminem ſpernit; qui gratis malè habentes curat, & magno cum gaudio dimittit qui omnia nouit, & vnum ſolum ignorat, mercedem medicinæ recipere neſcit: ſolam * autem fidem requirit, quæ peccatum abluit; eamq; ſolùm ad animæ purgationem ſcit exigere. Ingreſſa igitur, dicam ipſi: Omnia, quæ corpore meo ad iuuenum deceptionem illicitè egi, in bonum commutare poſthac volo: & pulchros meos capillorum * nexus in oblectationem ac ſcandalum multorum renidentes, iam explicabo * & lintei loco adhibebo; palpebraſque meas turpiter annuere ſolitas, cum pupillis oculorum, in fontes lachrymarum conuertam: & deinceps veſtigia ſanctiſſimi Medici vigilanter perſequar, vt ipſi procidam, ac ab eo ſaluer. Audio quippe ipſum, non ſolum gratis beneficia in alios conferre, ſed etiam cogitationum cuiuſque * præſcium eſſe. Quid igitur faciendo, aut quid * cogitando, vel potius prætexendo, ad benefactorem ingrediar? Quem adiutorem, ac ſocium huiuſmodi boni mei propoſiti, ad perfectam magis libertatem fiduciamq; adhibebo: vt ad bonum meum ſcopum finemq; perueniam? Quem deſiderati à me theſauri * proditorem, virum bonum inuenire potero? Magnopere ſanè de hoc laboro atque conturbor: nequeoque aliquem conſequi, qui meæ ſollicitudinis dux ſit ad ſalutem: propriam autem conſcientiam magis in hoc ſatisfacturam mihi arbitror, que nullam in me exercebit inuidiam. Ad hunc igitur ſcopum cum fiducia contendam: cogitoque paruum aliquod donum in manibus meis ſumere, & ſic ad eum pergere; cuiuſmodi & me inuenturam confido, ipſique haud diſpliciturum illud meū munuſculum exiſtimo: neque enim * oneroſum atque importunum eſſe videbitur, ſiue etiam quoad cibum potumve quem ipſi parabo. Solam mentem componam meam, & ſic ad ipſum ingrediar. Si verò me, donum illud adferētem auerſatus fuerit: ex eo tunc cognoſcam, indignam me eſſe, quæ à peccatorum vinculis liberer, abſoluarque. Hoc autem bonum propoſitum cùm haberet admirabilis illa mulier, tempus obſeruabat, quo poſſèt vehementiſſimum animæ ſuæ deſiderium explere, & pedes Domini feruenter complecti atque exoſculari. Cognoſcens porrò, quòd Simon vnꝰ ex Phariſeis inuitaſſet Saluatorem, ſummoperè exultauit; & currens, abijt magno animi ardore ad quendam * pharmacopolam, vt alabaſtrū vnguenti coemeret; atque inter eundum aiebat intra ſe: vbinam reperire & accipere potero vnguentum ſelectum, ac tam magno & ſancto Medico dignum: vt illud libenter prompteque vna cum lachrymis meis ſuſcipiat? (hæc autem, neceſſarium eſt ad audientium compunctionem hic dicere) dabo largiſſimum pretium, vt ſolúm

optato

*al. Quoniam & qui ſaluare poteſt, adeſt.

*τοῦ ποθȣμένȣ

*ἐν ἀμφόδοις.

*εὐϛαλῆ.

*al. comptum.

*al. pro (ποικίλων) hic eſt ποικίλη, vt legatur: Nunc diuerſi generis infirmitas, ad viſitandum verum medicum acceſſit.

†Reſpicit hic ad illud Luc. 7. Fides tua te ſaluam fecit, &c.

*πλοκάμȣς.

*λέντιον ϰ̀ προμάξιον ποιήσω.

*προγνώϛην.

*al. conſiderando.

*προδότην.

*φόρτικον.

Lucæ. 7.

*al. aromatarium, ſiue vnguētarium.

A optato meo fine potiar: ipſumque vnguentarium indeſinenter * interpellabo,
aut potius coniurabo in nomine Dei Sanctorum Patrum, in quem ipſi credunt;
vt det mihi vnguentum electum ad honorem magni Medici, largo accepto à me
pretio. Cùm autem ad quendam iam aduentaret aromatariorum, dixit ad eum
lætè ac hilarè: Pax tibi aromatarie; vnguentum ſelectum quæro, regale ac pretioſum,
cui nullum vnquam inuentum fuerit ſimile: nam cui illud deferre debeo,
maior eſt omnibus; & non eſt alius, qui cum illo conferri poſſit. Reſpondens
autem aromatarius, dixit ad eam: O mulier, magnifica * atque ſuperba ſatis
protuliſti verba: quis te non nouit in biuijs ciuitatis * magnam amatorum habere
frequentiam? Et cui ex his omnibus planè cupis deferre vnguentum hoc regale,
B atque electum? Quidnam ille præbere tibi poterit pro vnguento, quod tanto
vis comparare pretio? Noui tuos amatores: ſed non adeò quis ex ipſis ſufficiens
ac potens eſt, vt æquiualens tibi donum retribuere poſſit. Vnguentum, quod
coëmere quæris, & vni ex ipſis offerre, etiam ego tibi vendere volo: diſcere tamen
ex te priùs cuperem, cui illud tanto ſtudio atque * tumultu deferas. Numquid
regiæ progeniei atque familiæ eſt tuus ille amator: aut alicuius ex primatibus
filius? vel etiam præſtans atque excellens quiſpiam ſtirpis Dauidicæ: quo
quidem Rege maior in Iſraei non reperitur alius? Anne ex illius eſt genere iuuenis
ille tuus amicus, ô mulier? volo enim ego ex te audire, (ſiquidem largum
vnguenti iſtius pretium, ipſumque tuum ſtudium in ecſtaſim ac ſtuporem animi
me rapiunt) quiſnam ſit ille talis tuus amicus? Tunc admiranda illa mulier animo
conturbata, reſpondit aromatario dicens: Deum Patrem time, ô homo, &
C alabaſtrum vnguenti mihi præbe, vt citò aſſequar quod efficere contendo. Adiuro
te per Deum: qui tantam dedit potentiam in manu Moyſis, vt virga ſua diuideret
mare, & firmaret aquas vt petram duriſſimam, traduceretque populum in ſicco
puluere. Adiuro te, ô adoleſcens, per ſancta oſſa, quæ tulit Moyſes in ventre
maris ſecum: dico autem reliquias præmiorum * relatoris Ioſeph, qui aſpidem
in ſpelunca deuicerat: & per virgam Aaron, quæ in momento temporis germinauit
* nuces in tabernaculo teſtimonij, in medio aliarum virgarum: in voce
ſancta, quæ locuta fuerat Moyſi in flamma * ardenti, & rubo qui non abſumebatur.
Per Deum: qui ſplendorem dedit in facie Moyſis in monte, & gloriam
oſtendit inacceſſibilem. Adiuro te, per arcam ſanctam, quæ firmauit alueos
fluminis Iordanis in defectione perfecta. Adiuro te, adoleſcens, per virtutem
D ſanctam, quæ in ictu oculi ſeptem effregit muros ciuitatis Iericho. Per manus
quoque ſanctas Ieſu filij Naue, extenſas ad eum qui in ſublimitate aëris apparuerat,
& ſolo verbo curſum elementorum firmârat, ita vt * vnus dies duraret
duobus. Si porrò quæcumque tibi recenſui, nomen inquam Dei, & Sanctorum
omnium qui grati acceptique ei fuerunt, religioſè colis & veneraris; præbe mihi
deinceps vnguentum, & cape quodcumque volueris pretium à me alabaſtri: ſolum
pretioſum atque electum mihi porrige; & me iam dimitte, vt citò videam
magnum & deſideratum meum amatorem immaculatum. Rurſuſque vnguentarius
mulieri reſpondit: Conſpicio largitatem pretij alabaſtri; ſed quid, inquit,
obeſſe poterit, ô mulier, ſi & mihi de amatore illo tuo dixeris, quem nunc tanto
talique amore ac deſiderio tibi acquiſiuiſti? nam & me deſiderio haud exiguo,
mulier, videndi ipſum affeciſti: & quod petis vnguentum, tibi dare nequeo, niſi
mihi quiſnam ille ſit, recenſueris. Quid me ita vrges & cogis, inquit mulier, ſic
E inquam accuratè perquirendo, quæ * diſcere non licet? Vides quo pacto flagret
anima mea, & inardeſcat cor meum: quando tandem ipſum adſpiciam, vt gaudio
me repleat? Vereor, ne fortè tempus mei deſiderij prætereat, & ſimilem illi
non reperiam aliâs vnquam. non enim temporibus ſuper terram concluditur:
neque * fraudulentorum medicorum noſtri temporis eſt inſtar? aut medicamenta
aliqua terrena parat: ſed ſolo verbo, opera ac facta confirmat; & in vniuerſa
ſecula, medicina ipſius valida permanet. Tempus numero annorum definitum
habet degendi ac conuerſandi ſuper terram; & per omnia ſecula inuiſibilis
exiſtit: nam ciuitas ipſius, inuiſibilis eſt; & regnum eius abſque ſucceſſione
manet. Reliquum eſt, vt me dimittas, & dignam tuam mercedem recipias: vt
non auctor grauiſſimi mihi fias doloris, & in nihilũ mihi recidãt, quæ exſpectan-

*al. condemnabo.

Colloquium Mulieris peccatricis cum Aromatario.

* ὑπέρογκα.

*al. copioſam amatorum habere multitudinem.

*al. animi perturbatione.

Exod.14. 15.

Geneſ.50. & Exod 13. Ioſ.24.

* ἀθλοφήρου.

Gen.39.

Num.17.

†vulg. amygdala.

Exod.3.

*al. in flammâ ignis, & rubo nõ ardenti.

Ibid. & Act.7.

Ioſu.3. 4.

Ioſu.6.

Ioſ.5. & 10.

*al. ex duobus diebus vnus fieret, de quo Ioſue 10.

*al. dicere.

*ψευδοτεχνῶν.

Matth.8. & Lucę 5.7. &c.

Lucæ 1.

Daniel.7.

† ἀφανῆ. do ſperaui. Si enim * latentem cordis mei noſſes amorem; iam dudum abſque A
alia interrogatione præbuiſſes mihi donum, iuſto atque decenti pretio accepto.
Ideo ne me vlterius retardes: fortè enim & tibi profuerit; futurumque confido,
vt & tu pari modo incitatus, in illius deſiderium atque amorem rapiaris. Talis
quippe eſt, & tam præſtãs ac bonus, qui in eo eſt amor: accedentes enim ad ipſum,
* φιλομανεῖ. magno cum gaudio remittit; & in ſecula ſeculorum, amicos * ardentiſſimo charitatis
amore complectitur. Ad hæc verò etiam cum ſupercæleſtibus Angelis, paris
eos honoris facit. Time Deum puriſſimum & immaculatiſſimum, ô homo,
Gen.12.15.17.22. & me iam bono reſponſo recrea. Per Deum te ſanctum adiuro, qui Abraham
Gen.26.27. vocauit, & Iſaac glorificauit; ſimiliterque Iacob Iſrael denominauit, & Patriarcham
Gen.32.35.&c. in duodecim tribubus poſuit. Per Deum, qui Annæ Samuelem dedit, cum
1 Reg.1. *al. agnam Suſannam. dolore oranti, & in afflictione cordis. Per Deum iuſtum, qui confeſtim * caſtam B
Dan.13. Suſannam ex ſæuiſſimis lupis liberauit: crede mihi ac morem gere adoleſcens,
& alabaſtrum da ſolum, regale atque electum, ſicut iam ante dixi. Si enim ſcires,
ô homo, flammam cordis mei, ipſe ſanè feſtinares hinc me dimittere. Rurſus
autem pharmacopola ad eam: Interrogare, inquit, te volo de alabaſtro, me
* κατέκρινας. auſculta, ô mulier. Multis me coniuraſti, & * condemnaſti, vt tradam tibi vnguentum;
& ego te frequens rogaui, vt diceres, quiſnam iſte talis ſit; & dicere mihi
* al. decori ac pulchritudini eius offerre cupias? noluiſti. Nunquid omnibus ſuperior atque ſublimior ille eſt hominibus: &
non eſt eo ſuper terram ſpecioſior alius, quòd ita pulchritudine illius vulnerata
ſis, vt vnguentum electum * ſpecioſo illi deferre velis: Numquid, vt prius dixi,
ex progenie eſt Dauidis Regis iuſti; aut magni Abraham amici Altiſſimi? Dic C
iam ergo mihi, quis ille ſit: quòd tanto ſtudio, atque deſiderio tenearis videndi
pulchritudinem eius? Tunc admirabilis ait mulier: Quid ita me cogis recenſere
tibi arcana mea? Non vt tecum diſputarem, ſed vnguentum abs te compararem,
veni: quocirca ne moram mihi nectas, vt non auctor æterni mihi doloris fias,
tali tantoque theſauro orbatæ. Ad quam denuò vnguentarius: Niſi, inquit, aliqua
labores inuidia, patefacito mihi illum tuum benefactorem; vt & ego promptè
libenterque eum amplectens, præbeam tibi quod à me depoſcis regale vnguentum:
quin etiam me tam bonæ exſpectationis tuæ, vt puto, adiutorem ſociumque
*al. viri. inuenies. Cernens igitur mulier magnam * adoleſcentis inquiſitionem
* al. illius. verborum ad ipſam factorum, vehementer ſtudium atque diligentiam * viri admirata
eſt, quòd tanto deſiderio cognoſcere illum contendebat. Et deinceps reſpondit,
ac dixit: Neminem (vt arbitror) in ciuitate latent, quæ ego admiſi, quacunq; D
meipſam hora fornicationibus polluens, & alios ad eandem immũditiem
alliciens, atq; ineſcans. Vidi autem repentè ſanctum illum, qui in terris apparuit,
* al. immaculati illius pulchritudine eſt capta. Medicum & Saluatorem: & anima mea illicò * immaculata pulchritudine eius
capta eſt. conſpexi quippe* oculis meis medicamenta horribilia, & ſigna incomparabilia;
*al. in oculis ipſius. maximãq; in ipſo compaſſionem atq; indulgẽtiam. Peccatores recipit,
Luc.5.7.15. ad publicanos accedit; leproſos non reſpuit, impios non repellit: ſed omnes pariter
Matt.8.11.26.& Luc.4.7.17. ſuis commiſerationibus ſuſcipit, non ſuccenſens vllis ad ipſum accedentibus.
Hæc autem cernẽs, obſtupui, & ad meipſam dixi: Quomodo viuam ego miſera
& infelix, niſi ad ipſum acceſſero? nam & laſciuia atque impudicitia, putredo
maxima. Quare teipſam negligis? nam aliud tempus eiuſmodi inuenire nunquam
*al. certum teneo, credoque Deum illum eſſe qui apparuit. &c. poteris, neque aliũ talem medicum adeò benignum. Ego * perſuaſiſſimum
mihi habeo, quòd Deus is ſit qui apparuit, magnam auctoritatem ac poteſtatem E
habens. Verbo omnia iubet: verbo cunctos ſanat, & peccata condonat, magna
Matt.8. & Luc.5.7.&c. cum poteſtate atque auctoritate. Tempus cùm eiuſmodi iam inuenerim, medicumque
talem, obtorpeſcere non debeo, nec me ſanitatem propriam negligere
γραμματεῖον, oportet. Propterea feſtino tradere optimo indultori tabulam ac ſyngrapham
debitorum: quia ſupra menſuram & modum peccaui; & nequeo coniectura conſequi
atque exprimere impudicitiam, ac laſciuiam meam. Cæterùm ad multitudinem
viſcerum pietatis ac miſericordiæ ipſius comparata, velut guttæ aquæ ſtillicidia
Lucæ 5.7. ſunt omnia mea peccata: certoque noui, quòd ſi ſolùm ad eum acceſſero,
mundabor ab omnibus peccatis meis, expellens à me quodcumque opus abſurdum
atque illicitum: quoniam cæleſtis eſt, & ſanctus atq; immaculatus. Ecce
adoleſcẽs, omnia tibi occulta cordis mei percenſui, præbe mihi deinceps vnguentum:

A tum: iam enim multo me tempore detines ac impedis, & dicere compellis, cuinam
vnguentum hoc deferam. Quæ omnia aromatarius audiens, cum gaudio
cordis ad mulierem dixit: Gratias tibi ago, ô mulier fideliſſima, quòd bonum
animi tui inſtitutum atque propoſitum reuelaueris mihi, magnum repentè acquiſiuiſti
tibi amatorem cæleſtem, qui verbo ſolo omnes ſanctificat ac mundat: Matth. 8. &
diuinum planè opus, & omni laude plenum. Rem valdè vtilem vis agere, O mulier, Lucæ 5. 7.
cunctis generationibus. Maxima hæc reuera eſt ſalus, tibi autem ipſi prima,
& omnibus peccatoribus. Filia tu es Patrum, & conſanguinea Sanctorum
eorum, qui rectè in Deum ſanctum crediderunr. Paruum tibi ego conſilium ſuggeram,
B quod bono velim animo citra omnem reprehenſionem accipias. Noſti
& ipſa clarè, quòd Phariſæi improbi ſint, & ei contrarij ac repugnantes: quoniam
Deus magnus eſt, & amator hominum benigniſſimus, ſua pietate ac miſericordia
peccata dimittens. Si te igitur illic ingredientem conſpexerint: occludent
tibi ianuam, & contumelijs indeſinenter te excipient: ipſa verò audiens,
ne animo percellaris omninò; ſed mente eſto quauis petra ſolidior ac firmior.
Nam ſi in operibus mundanis fuiſti impudens: quanto magis hic pro tua ſalute
inuerecundam te prebere debes. Futurum quippe eſt, vt omnes liberi & ſerui,
ianitores, atque miniſtri grauiter te ibi increpent: at tu * cuncta contemnens, *al. cunctos.
audacter ad ipſum Sanctum magna cum humilitate ingredere, ſicut ipſamet prius
dixiſti: ac veſtigia immaculati Domini cum deſiderio circumplectere, & beata
eris. Ecce enim audiui in domo Simonis vnius ex Phariſæis ipſum eſſe hodie: vade Lucæ 7.
ergo in pace, & cum gaudio ad eum ingredere, ac hilarè alacriterque accede; *al. vt munus
C *& ipſe munus tuum ſuſcipiet. Ecce vnguentum regale, electum, pretioſum & ipſe tuum ſuſcipiat.
Saluatore dignum tradidi tibi, O mulier fideliſſima: vade ergo, & pro me ora.
Sumpto itaque vnguenti alabaſtro, mulier læta abijt, & intra ſe orans dixit: Quis
dabit mihi oſtium apertum; vt ſtatim ingreſſa, ad ſancti Medici mei veſtigia accedam?
ipſumque iam amplexa, non dimittam donec * debitorum ab eo remiſſionem *al. delictorum
accepero. Precabor autem alacriter Dominum, qui omnium noſtrum meorũ veniam ab eo impetra-
nouit occulta: & priuſquam illi appropinquauero, me nouit. Sed cur ego vado to.
conſpectura ipſum in domo Simonis, vt * hominem exiſtentem? Tu vides Dan. 13. Pſal. 7. Luc. 7. 8. &c.
Domine, animæ meæ cogitationem; & quamobrem ego mihi coemerim alabaſtrum †ὡς ἄνθρωπον
vnguenti, noſti mi Domine: nimirum vt ingreſſa, prouolutaque veſtigijs ὄντα.
ſanctiſſimæ diuinitatis tuæ, ſaluer. Noui enim quòd Deus ſis ſanctus, & propria
miſericordia ſalues cunctos. Nam in plateis duntaxat te vidi, & credidi quòd
D omnia poſſis. Hoc porrò mihi Saluator concede ac præſta, vt accedens, ſine * impedimento †ἀκολύτως.
ingrediar, vbi ipſe recumbit. Et dum ipſa hæc diceret, peruenit ad & al. ἀκολού-
domum vbi Chriſtus recumbebat, inuenitque portam domus opportunè apertam, θως, id eſt,
& ingreſſa eſt, ſtatimque à tergo ad eum acceſſit, ac ſanctiſſimos pedes ipſius congruenter.
tetigit: & inclinans caput ſimul cum corde, multis ſuſpirijs, lacrymarumque
riuis rigabat pedes eius cum gaudio; vehementiſſimoque deſiderio eos deoſculabatur, Lucæ 7
quos & capillis capitis ſui abſterſit, ac oleo ſtudiosè inunxit. Dicebatque
intra ſe: Ecce (inquiens) ſolus ipſe noſti, quomodo ego auſa ſim iſtud agere. Ibidem.
non ignara Domine, * vitiorum meorum, auſa ſum ad te immaculatiſſimum *al. improbitatis meæ.
accedere: at ſaluari cupiens procidi tibi, inſtar publicanorum & peccatorum. Luc. 5. 7. 15.
Suſcipe igitur Domine, lachrymarum mearum riuos. ſuſcipe Domine, deſiderium
animæ meæ. Audacia mea pro obſecratione ſit mihi: & impudentia mea
in orationem, ac vnguentum meum in propitiationem fiat, & contritio cordis
E mei in illuminationem. A pueritia audiui, Deum ex Virgine * naſciturum: ὅτι τεχθήσεται
& cupiens accuratius addiſcere, ego perquirebã quo pacto poſſet qui carnis * expers †ἄσαρκος.
eſt, incarnari: Et reſpondentes parentes mei, dicebant eam tradationem à
maioribus de eo manaſſe, quòd Deus ſanctus ex Virgine in humana carne naſceretur
ſuper terram: quod quidem & ego intellexi, cùm adhuc iuuencula eſſem.
Ecce iam cerno oculis veritatis, Deum magnum & ſanctum in carne noſtra apparuiſſe,
vt ſaluet nos. Non te video, Domine, ſicut videt Phariſæus, qui te ad Lucæ 7.
prandium inuitauit: at video Deum magnum opificem * atque creatorem, qui *δημιουργόν.
verbo vniuerſa conſtituit. Agnicula ſum ouilis tui errabunda: conuerte me in *al. Ipſe enim
mandram ac caulam tuam Domine. De * te enim, vel vnico ac ſolo bono dici vel ſolus bonus diceris, qui congregas, &c.

poteſt? qui congregas aberrantes in caulam atque ouile tuum. Columba tua ſum A
ego, benigniſſime, rapta ab accipitre callidiſſimo, atque ſæuiſſimo. Flagrat anima
mea, magno ſanctitatis tuæ immaculatæ amore vulnerata. Peſſimum fœtorem
iniquitatum mearum expuli gratiæ tuæ beneficio. Pro vnguento, Domine, cicatrices
grauium delictorum meorum, lachrymarum ablutione emunda. Gratia
tua os mihi aperuit, ad iſta ex corde coram te recenſenda: vt forma atque figura
pulchra reddar cunctis peccatoribus, quos ipſe ſaluaturus veniſti, benigniſſime.
1.Reg.16. Solo corde mulier peccatrix orauit Creatorem, qui ad ſola corda hominum
reſpicit: & pro vnguento ſuo, vnguentum vitæ recepit; pro corruptibili, incorruptibile
ac permanens. Non erat comparandum vnguentum illud, quantumuis
Ibid. Luc.7. fragrantiſſimum, cum vnguento verbi Domini. Obtulit illa vnguentum bonum
Dan.13. Pſal.138. cum charitate: & debitorum atque peccatorum veniam accepit. Siquidem Saluator B
Deus, qui futurorum præſcius eſt, exploratum animæ ipſius habebat deſiderium;
*al. non quidē occulta pandēs delicta, quæ. &c * neque in occulto remanere permiſit delicta, quæ antea peregerat admiranda
mulier; ſed prius debita, poſtea verò charitatem eius prædicauit, dum
Matth.26. & Marc.14. ac Ioan.12. diceret ad diſcipulos: Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata
eſt in me. nam ſemper pauperes habebitis vobiſcum: me autem non ſemper
*vulg. in corpus meum. per habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in * caput meum, ad ſepeliendum
me fecit. Amen dico vobis: vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium
in toto mundo, dicetur & quòd hæc fecit in memoriam eius. Hæc ego
mente mecum perpendens, chariſſimi, ſummoperè de illa obſtupefactus ſum, vt,
quomodo ingreſſa ſit; quomodo ſine timore ad ipſum acceſſerit coram omnibus
Lucæ 7. ſimul adſtantibus. quomodo ante conſpectum omnium conuiuarum ibi diſcumbentium C
fleuerit, quomodo ita liberè atque audacter capillos ſuos explicuit.
quomodo pedes ipſius inuerecundè irrigauit. & quo pacto nullus omninò
eam inde expulerit: nullusq; prorſus indignatus ac ſtomachatus in eam fuerit:
ſed perquàm ſuauis potius atque iucundus ipſis fletus illius erat, & cunctis gemitus
*ἔννεοι. eius dulcis. Multi enim * & obſtupefacti nouitate rerum, quæ cernebantur,
Ibid. Lucæ 7. erant. nouum ſiquidem & inauditum miraculum erat, quod in conuiuio illo
*ἐπὶ ςήθȣς. apparebat, mulierem ſcilicet non vocatam illuc ingreſſam eſſe, & retrò menſam
comparuiſſe, & capitis capillos ſuos ſuper * pectus geſtaſſe: & quòd manibus alabaſtrum
vnguenti teneret, ac Domino aſſiſteret: & non eſſet qui eam interrogaret,
cur huc intraſti? aut diceret, quid hic quæris, ô mulier? neque ex diſcumbentibus
quidem illis, atque comedentibus; ſed erat omnibus dulce ac ſuaue miraculum,
*θεαμα παράδοξον. & ſpectaculum * admiratione digniſſimum, iucundiſſimumque. Cuius vtinam D
mulieris admirandæ & nos imitatores reddamur; & confitentes peccatorum
*al. vt à ſanctiſſimo & miſericordiſſimo Deo &c. ſordes, lachrymis eas cum illa expurgemus, * & à Sanctiſſimo Deo benignitatem
atque clementiam conſequamur. Quoniam ipſi gloria, in ſempiterna
ſecula ſeculorum, Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ
Lectiones.

E

DE *hac Peccatrice agit Origenes in Matth. tractat. 35. ſed ex profeſſo magis in luculenta ac celebri illa Homilia, quam de Magdalena conſcripſit, vbi inter alia clarè oſtendit vnam eandemq; fuiſſe mulierem, quæ in domo Simonis vnxit pedes Ieſu, cum Maria ſorore Marthæ, ac Magdalena. quæ cum vnguento ad ſepulchrum Domini acceſſit, &c. De qua & S. Ioannes Chryſoſtomus in Matth. Homil. 81 ex cap. 26. & in Ioannem Homilia. 61. ſed plenius in eiuſdem Sermone hic adiecto, & nunquam ante hac edito, in Peccatricem & Phariſæum. cuius initium eſt.* Semper quidem Deus, vt benignus ac bonus, tempus ad pœnitentiam peccatoribus conceſſit, &c.] *item S. Ambroſius in Luc. 7. & in lib de Salom. cap. 5. ac alibi. S. Auguſtinus de conſenſu Euangeliſtarum, lib. 2. cap. 79. ac libro 50. Homiliarum, Homilia 23. Tomo 10. in illud Euang. Luc. 7.* Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, vt manducaret cum illo: Et ingreſſus domum Phariſæi, diſcubuit, &c.] *item S. Hieronymus in Matth. 26. & in Epiſt. 148. ad Marcellam, ac alibi. & S. Gregorius Papa in Homil. 25. in Euang. Ioan. cap. 20. vbi incipit:* Maria Magdalena, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatem, lauit

A lauit lachrymis maculas criminis: & vox veritatis impleta eſt, quæ dicit: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, &c.] *ac Homil. 33. & in regiſt. epiſt. 186. &c. item Beda in Lucam 5. ac 7. & denique S. Bernardus in Sermone ſuo de S. Maria Magdalena, cuius initium eſt:* Hodie miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, & multitudo miſerationum Domini in peccatricem fœminam refuſa eſt, &c.]

S. PATRIS EPHRAEM Sermo in peccatum, &c.] *Sermo hic in pluribus manuſcript. Vaticanis & alijs reperitur, cum alio atque alio titulo ſiue Inſcriptione, nimirum:* Eiuſdem S. Patris Ephrem Sermo in mulierem peccatricem. Benedic Pater.] *Cuius loco, ac ſimpliciter ſic:* S. Patris Ephrem, Sermo in peccatricem.] *abſque alia additione. In alio autem Græco MS. Vatic. talis præmittitur Inſcriptio:* S. Patris noſtri Ephræm Syri Sermo in meretricem, & in Phariſæū.] B *At in antiq. MS. Cryptaſer. Græco Cod. ſub litt. A. titulus adhibetur eiuſmodi:* S. Ephræm Sermo in peccatricem, & in vnguentum.] *Et in tanta varietate, Lectori delectus relinquitur, cùm omnes probentur, & in re non diſſentiunt.*

Poſtea in corpore Textus longiuſculè poſt medium, vbi habetur: Cæterùm ad multitudinem viſcerum pietatis ac miſericordiæ ipſius comparata, velut guttæ atque ſtillicidia ſunt omnia peccata, &c.] *alia lectio per interrogationem ſic effertur: Verùm quid ad infinitam eius miſericordiam comparata, ſunt omnia peccata mea, niſi guttæ atque ſtillicidia: &c. & rectè quidem, cùm hic* (τί) *ſit interrogatio, quæ figura (vt notant Rhetores) vim habet inſtandi, neque omittenda abſque neceſſitate.*

Poſterius circa finem Sermonis, ibi: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me: mittens enim hæc vnguentum hoc in caput meum, ad ſepeliendum me fecit, &c.] *Hæc verba & ſi non tunc dixerit Chriſtus, quando primùm ad pedes acceſſit Peccatrix in domo Simonis Phariſæi: ſed aliàs cùm eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, ibiq́; illa fregit alabaſtrum* C *vnguenti pretioſi, quod & effudit ſuper caput ipſius recumbentis &c. vt eſt Matth. 26. quia tamen ad maiorem hic mulieris iſtius pietatem ac deuotionem, dilectionemq́; in Chriſtum demonſtrandam illa faciunt, haudquaquam otioſè ac fruſtra hoc loco ab Auctore noſtro adiecta putanda ſunt, colligiturq́; ex ijs ſatis efficaciter atque dilucidè Chriſtum ab eadem muliere ſæpius alijs atque alijs locis & temporibus vnctum fuiſſe. Quod & Origenes pulchrè confirmat in Matth. tractat. 35. vbi inter alia teſtatur, complures, qui ante ſua tempora vixerunt, ſcriptores Eccleſiaſticos vnam duntaxat, eandemq́; extitiſſe mulierem, quæ ſæpius Ieſum vnxerit, eſſe profeſſos: neque aliquem dicit fuiſſe, qui de pluribus ſententiam adſtruere ſit auſus, &c. adeò vt qui contrarium hodie tenent, pluresq́; Magdalenas fuiſſe affirmant, ſuas rationes non aliundè quem ex Apocryphorum ſomnijs deducere videantur. Et licet ipſe aliquando Origenes tres, vel quatuor inter ſe diſtinctas fœminas, quæ Ieſum vnxerint, poſuiſſe dicatur, eumq́; in hoc ex Græcis Theophylactus in Marc. 14. & Euthymius in Matth. 26. ſecuti putentur: idem tamen Origenes ſanioris iudicij effectus, longè diuerſam à iam dicta affirmat ſententiam, nempe vnam eandemq́; fuiſſe mulierem, quæ in domo Simonis vnxit pedes Ieſu, cum Maria ſorore Marthæ,* D *ac Magdalenæ, quæ ad ſepulchrum cum vnguento acceſſit, &c. ſicut ipſe id plenius in inſigni illa ac celebri Homilia de Magdalena profitetur. Quibus denique pro maiore iam dictorum robore, ac confirmatione ſententia noſtri Auctoris, ſubſcribit in ſuo de S. Maria Magdalena Sermone S. Bernardus, quaſi circa med. in hæc verba:* Eſt enim vnguentum bonum, quod Maria pedibus Saluatoris infudit: eſt & melius, quod eadem ſuper caput recumbentis effudit: eſt & optimum, quod & ipſa præparauit toti corpori Chriſti. primum vnguentum, contritionis eſt, de recordatione peccatorum, de ſpiritu contrito & contribulato deſcendens, &c. ſecundum vnguentum, eſt deuotionis de recordatione beneficiorum Dei. Vnxit quippe Maria ſanctum Domini verticem, profectò iam electa, iam familiaris effecta. &c.] *ac poſtea:* Porrò ſi duo præmiſſa vnguenta tantæ dignitatis ſunt, vt alterum pedibus, alterum complaceat capiti dominantis; illud tertium quod optimum eſt & ſuperexcellens, vbinam inuenire poterimus? Eſt ergo tertium vnguentum pietatis, quod eſt ſuper omnia aromata morbis omnibus & periculis ſalutare, &c. de ipſa namque E ſic legitur: Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum, &c. *concluditq́; idem Bernardus poſtea in hæc verba dicens:* Felix Maria vnxit pedes Ieſu: felicior eadem vnxit caput Auctoris: feliciſſima, quæ rorem vnguentarium toti corpori Chriſti præparauit, &c.] *quibus quid clarius?*

◆

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Sermo, in Peccatricem & Phariſæum.

* al. Serm S. Patris noſtri Ioan. Chryſoſtomi in eandem peccatricem. Domine Benedic.

Eodem Gerard. Voßio Interprete & Scholiaſte.

SEMPER quidem Deus vt benignus ac bonus, tempus ad pœnitentiam B peccatoribus conceſſit: ſed propria ſegnitie ſuam ipſius animam deperdit negligens. Nam dum vana atque terrena & momentanea amat, cæleſtibus & æternis bonis deſtituitur. Et qui cõſtitutus eſt rex & Dominus omnium à creatore & Deo, homo, ſeruus peccati propter mundanas concupiſcentias efficitur. Quamobrem & Dauid de ijs qui talia faciunt, dixit: Neſcierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant. Et Chriſtus peccatores ſignificans ac taxans, ait: Non veniunt ad lucem, ne redarguantur eorum opera. Omnis enim qui * mala agit, odit lucem. Rurſuſque ait: Dum lucem habetis, ambulate ad lucem; vt non vos tenebræ comprehendant. Et denuò: Ego, (inquit) veni in mundum, non vt pereant, ſed vt vitam habeant. Et iterum: Non veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluem illum. Ac rurſus: Animam meam pono pro C ouibus meis. Quæ verba tamquam aromata audiens mulier peccatrix vbique prædicari, & omnibus dignis odorem vitæ præbere; mala ſua opera ſecum reputans, ſtatim obliuioni illa tradidit, deplorans infamiam ac turpitudinem ſuam, & mala inde ſecutura conſiderans: magna quippe tribulatio & anguſtia ac dolor fornicarijs illic erit. Atque ab iſtis ſibi peccatrix hæc metuens, vitam in melius commutauit, ac pœnitentiam egit: & non amplius peccatrix remanſit, ſed illicò quauis virgine caſtior verecundiorque euaſit. Seorſum enim ſedens, iudicium ſibi conſtituit, & ſeipſam coarguens intra ſe dicebat: Hei mihi, hei mihi peccatrici, laſciuæ atque impudicæ; quouſque à malis, & peccatis non recedo? quouſque Dei miſericordiam mecum non reputo: & quomodo propter me inſtar ouis oberrantem, cunctas vias circumiuerit Dominus? Nam mei cauſſa D cælos inclinauit, & deſcendit, propter me, apud peccatorem Phariſæum conuiuatur, qui dat eſcam omni carni, ad peccatorem acceſſit, qui omnis peccati eſt expers. Menſæ terrenæ particeps fit, qui cunctos nutrit. In terra diſcumbit, qui fertur ſuper Cherubim. Accumbit, & cunctis peccatoribus chirographum ſuorum peccatorum * donat. Quid manes, atque exſpectas? Confide, ô anima mea; audacter accede: non enim venit vt iuſtos ſaluaret, ſed peccatores ad pœnitentiam vocaret. Hæc, ipſa ſecum dicente, ſtatim * bona indulgentiæ atque remiſſionis fragrantia ſuper peccatricem ex menſa Chriſti venit. Et quæ aliquando fuerat laſciua atque impudica, nunc facta eſt modeſta ac caſta: quæ quondam fera, nunc autem ouis: olim peccati ſerua, at nunc per pœnitentiam libera: olim meretrix, nunc verò honeſta atque pudica. Et ſanè cùm auxilium perſenſiſſet, alacri mox animo venit ad redemptorem: cernenſque E in menſa Dominum, non quæſiuit ſicut Chananæa micas; ſed ipſum panem vitę amplexa eſt. Chananæa enim pro filia à dæmonio vexata interpellabat, & dum ſeipſam canis nomine appellari audiret, micas de menſa cadentes petijt. Hæc verò non filiam dæmonio vexatam habebat: ſed totum corpus laſciuiæ atque impudicitiæ dæmoniacæ deditum. Verùm Chananæa prorſus fortiter clamabat: Miſerere mei, fili Dauid; filia mea malè à dæmonio torquetur. At peccatrix hæc, non clamorem edebat: ſed conſiderans, quòd ipſe omnia vt Deus noſſet, ſilens ore, corde cum cordis inſpectore ad ſcrutatore loquebatur; & plorans deoſculabatur pedes, atque ita Dominum ad ſui compaſſionem indulgentiamque induxit. Cæterùm vellem, fratres, ſapientis huius fœminæ mentem indagare, & qua ratione illam Dominus exceperit, cognoſcere; & quomodo ani-

mæ tene-

Geneſ. 9.
Ioã. 8. Rom. 6. & 2. Petr. 2.
Pſalm. 81.
Ioan. 3.
* al. malè.
Ioan. 12.
Ioan. 3. 10.
Ioan. 3.
Ioan. 10.
1. Cor. 6. 10. & 2. Pet. 2. & Iudæ 1.
Pſalm. 17.
Lucæ 7.
Pſalm. 135.
Pſalm. 17.
* al. remittit atque condonat.
Matth. 6. & Marc. 2.
* al. bonus ac gratus veniæ obtentæ odor.
Matth. 15.
Ibidem.
Lucæ 7.
Matth. 15.
Marc. 7.
Pſalm. 7.
Lucæ 7.

A mæ tenebris circumfuſæ Chriſt⁹ illuxerit. Etenim verè vaticinatus eſt Dauid: Spe- Pſalm. 44.
cioſus forma præ filijs hominum Dominus: & non ſolùm ſpecioſus, ſed & ſpecio-
ſorum amator. Siquidem hanc, priuſquam ad ipſum ingrederetur, cognoſcebat †al. caſti ac ſan-
†bono ac pulchro animæ propoſito decoratam eſſe. Sed ſi videatur, etiam dictum cti animi habe-
Euangelij audiamus: Accumbente quippe Chriſto in domo Phariſæi, mulier quæ- re propoſitum. Lucæ. 7.
dam in ciuitate peccatrix audiuit atque intellexit: quæ & accepto ſecum vnguen-
to pretioſo, ingreſſa vnxit ipſius pedes, ac lachrymis rigauit, capillisq́; capitis abſ-
terſit. Magnum profectò ſtudium, atque diligētia mulieris. magnus ſalutis curſus:
magnum animæ, voluntatisque à periculo liberari cupientis propoſitum. Audi-
uit, & feſtinauit, adiecit † ac impulit cogitationem ad pœnitentiam, hæc apud ſe *ὤθησεν.
B dicens: O anima peccatrix, atque infeliciſſima, quem exſpectas, & quid attendis?
Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Ecce, purus atque imma- 1. Cor 6.
culatus, quem quæris, aduenit. Ecce adeſt, qui tollit ac delet, abſtergitque peccata. Ioan. 1.
Adeſt iam vnguentum, quouſque in cœno atque fœtore cunctaris? ad ipſum abi-
to: nam & ipſe propter te venit. Dimitte cuncta vana præterita; & concupiſce,
quæ nunc ſe offerunt, ſpecioſa: illa enim abominabilia ſunt, hæc verò deſidera-
bilia, & æterna. Deteſtare mentem, atque voluntatem antiquam: & iam eum, qui
vnguenta creauit, inunge. Inueniſti amatorem, ſuper omnes quos prius amicos
habuiſti. Illos quippe amans, multis teipſam peccatis † coinquinaſti: hunc verò †ἐκοίνωσας.
ſi amaueris, etiam peccata priora, quæ ex illis acquiſiuiſti, ipſe tibi indulgebit atq;
remittet. Hæc, ſecum ipſa conſiderans atq; expendens, domum ſubit, & dicit: Ab
antiquis recedo malis, & recenti bono placeo atque adhæreo. Inſufflo † & abrenū- * ἐμφυσῶ καὶ
tio cuiuis malo, & cum bono deinceps pactum ineo. Prophetam quippe Dauidem ἀποτάσσομαι.
C dicentem audiui: Accedite ad eum, & illuminamini. ipſumque etiam Dominum Pſalm. 33.
aſſerentem: Appropinquate mihi, & appropinquabo vobis. Et ego appropinqua- Iacob. 4.
bo Deo: ſed vereor ego peccatrix accedere ad eum, qui omnis peccati eſt expers,
cœnum ego ac limus ad ipſum vnguentum: at habeo arrhabonem miſericor- 1. Pet. 2.
diæ, ipſius vocem dicentem: Venite ad me, omnes peccatores. Non improperat Matt. 11.
mihi. neque dicit mihi: Recede hinc à me, peccatrix. Quamdiu hactenus in tene-
bris degiſti, & modò viſura venis me iuſtitiæ Solem? Sed quid moras nectam, &
attendam? Accipiam vnguentum, & ibo ad ipſum; faciamque Phariſæi domum Luc. 7.
*illuminatricem; ac lachrymarum fluentis lauacrum † atque piſcinam mihi para †φωτιστήριον.
bo, & alabaſtrum vnguenti pro baltheo atque ſignaculo ſumam fidelium, in † †κολυμβήθραν.
fronte: pœnitentiæque remedio mea expiabo peccata; & ſalubri verbo ipſius, la- †κατὰ μετώπου
D queos diaboli effugiam. Nihil mihi † deſperandum eſt. Noui in veteri teſtamento
†Raac meretricem in porta ciuitatis miſericordiam ſui peccati obtinuiſſe: verum †ἀπελπιστέον.
ipſa exploratores filiorum Iſrael ſuſcipiēs, pro hoſpitalitatis mercede vitam rece- †al. Raab. Ioſu. 2.
pit. Qui enim ſeruauit illam Ieſus filius Naue, figuram veri IESV referebat, bo- Heb. 11. &
na meretrici pro opere bono donans, retribuensque. Si igitur tunc nomen IESV, Iacob. 2. Ioſu. 2.
ſalutem & remiſſionem peccatorum præbuit: nunc verus IESVS virgo ipſe, & ex A MINORE
Virgine, peccatricem hoſpitio excipientem, & vnguento pedes vngentem repel- AD MAIVS.
let; nec peccata ei condonabit? Atqui ibi † Raab à ſe dimiſit exploratores: ego ve- *al. Raac.
rò retinere eum conor, quem deſideraui: non quidem vt illa, exploratores mul-
tos; ſed hunc tanquam Epiſcopum omnium animarum hominum. Ecce iam, ſi-
cut ante dixi, tempus aduenit, quod videre concupiui. Illuxit mihi dies & Sol iuſti-
E tiæ, annusque acceptabilis à Domino, & magna à Deo viſitatio. Verè enim viſita-
uit nos Oriens ex alto, † illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent. Luc. 1.
In domo Simonis diuerſatur Dominus, ad ipſum proficiſcar: ſed quid faciam? *i. ad illuminandum.
Flebone quemadmodum Anna ſuam deplorauit ſterilitatem? at exiſtimabit me Luc. 7.
Simon velut temulentam, ſicut olim Heli ſacerdos etiam reputabat Annam. Cæ- 1. Reg. 1. Ibidem.
terùm corde meo in precibus ad pedes Chriſti perſiſtam, illudque cum lachrymis Lucæ 7. Ibidem.
faciam. Auxiliata autem eſt fides peccatricis puro atque ſyncero eius propoſito;
venitq; ad venditorem vnguenti, & dicere cœpit ipſi: Quoniā magnus mihi ami-
cus præ cunctis filijs hominum aduenit, ſi egregium † ac præſtantiſſimum aliquod †ἐπάξιον.
vnguentum habeas, da mihi: vt pro dignitate offeram ei, qui meritò à me ama-
tur, quique cor meum ac renes incendit atque inflammauit: de pretio autem non
ſit tibi curæ. Si oportuerit me cuncta etiā vſque ad corpus & oſſa vendere, & dare

tibi, promptiſſimè faciam; vt ſaltem modicum quid habeam quod illi offeram, A
qui ſic me à peccatorum ſordibus purgaturus eſt. Atque is fidei ipſius cernens
†προαιρετικὸν. feruorem. & † alacritatem animi, ait ad eam: Dic mihi, quiſnam ille ſit, quem concupiſcis,
quòd vſqueadeò amore illius flagret cor tuum: aut quid pro vnguento te
accepturam ab illo exſpectas? Illa verò ad ipſum ait: Quid mihi dicas, ô homo,
*αὐτάξιον. ignoras; & quid loquaris, neſcis. Reddere is mihi poteſt pro vnguento † æquiualens,
aut nullus prorſus huic pro dignitate par pari referre poterit, neque ipſum
cælum, neq; terra: cùm neque vllus in mundo cum eo qui ad me venit, conferri debeat
ac poſſit. Quam autem tu vt vilem atq; abiectam cõtemplaris; eam ille pro ſua
Matth.22.& Lucæ.1 18.20. benignitate & miſericordia dignatus eſt à peccatis liberare. Hic filius eſt Dauid,
ſecundùm carnem; & propterea conſpicuus eſt atque ſpectabilis. Et de eo ipſe dicebat: B
Pſalm.44. Speciosus forma præ filijs hominũ. Hic filius eſt Dei, & Deus ipſe. Hunc cùm
*al. Michol. nondũ vidiſſem, audiſſem tamen de ipſo, vulnerata eius amore ſum, ac deſiderio.
1.Reg 18.19.25. &c. Dauidis quidem amore capta † Melchol filia Saul, regiam reliquit: ego verò proprias
2.Cor.8. diuitias, quas & malè conquiſiui, vendo, vt vnguentum emam: & accurro ad
Lucæ 7. eum, qui ex Dauid ſemine propter me pauper factus eſt. Et accepto vnguento, cucurrit
fidelis peccatrix, tanquam vocata ad domum Phariſæi. Phariſæus verò cernens
peccatricem amplectentem pedes IESV, eoſq; inungentem, & totam domũ
Ibidem. ſuauiſſimo odore repletam, cogitabat & dicebat intra ſe: Hic ſi eſſet Propheta, ſciret
vtique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Et audaciam
Ibidem. peccatricis conſiderans, tamquam quæ inuerecundè nimis acceſſiſſet, & illum tetigiſſet, C
etiam Dominũ ipſum coarguebat, tamquam incõſideratè omnes ad eum
Phariſæi temerarium taxatur iudicium. accidentes ſuſcipientem, & tamquam ignorantiæ ipſum inſimulans, aiebat intra
ſeſe: O res ſtupendas, & admirabiles. Vocaui ad prandium, eum tamquam vnum
ex Prophetis: & hanc, quam omnes nouerunt qui in ciuitate habitant, quamque
Lucę 7. vnuſquiſque nouit, ille ignorat. quòd ſi Propheta eſſet, cognoſceret vtique quæ
Pſal 7 Hier.11. 17.20. ac qualis ea ſit mulier. Cæterùm IESVS, qui corda & renes ſcrutatur, cernebat
Phariſæi cogitationes: eoque iam fluctibus cogitationum agitato, tranquillitatẽ
atque ſerenitatem ipſi internam præbet Chriſtus, & dicit ad eum: *Simon, habeo*
Lucæ.7. *tibi aliquid dicere.* At ille ait: Magiſter dic. Qui dixit ei: Reprehenſibiliſne tibi
†al. confuſam nõ reddiderim. ego videor, quòd peccatricem hanc non † repulerim, ſed protexerim? Reprehenſibiliſne
tibi videor, quod hanc peccatricem auerſatus non ſim, ſed receperim? Reprehenſibilis
tibi videor, quòd illam non reiecerim, ſed iuſtificauerim? Reprehẽſibilis
*al. ἠπαλύνθην i. mollitus ac mitigatus ſim. tibi videor, quod illi non ſuccenſuerim, ſed † ignouerim? Reprehẽſibilis tibi
videor, quòd cupientẽ deinceps fugere atq; euitare ſuas iniquitates, eam ego ad rectum D
vitæ tramitẽ rauocauerim? Te potius gaudere ac gratulari oporteret ſuper
conuerſione illius, quæ poſt lapſum denuò ſurrexit. Triſtaris de bonis: at non
eſt † rationi conſentanea illa tua reprehenſio. Confer & expende tecum, quod tibi
†al. recta ac iuſta. iam ſum dicturus: Duo debitores erant cuidam fœneratori: quorũ vnus debebat
Ibid. Luc 7. denarios quingentos, alius verò quinquaginta. Illis autem non † habentibus vnde
*ἀπορήσασιν. redderent, † donauit atque remiſit vtriſq; ſua chirographa fœnerator. Quis ergo
†al. condonauit vtriſque creditor. iſtorum plus eum amare debet? At Phariſæus hæc audiens, dixit: Aeſtimo quia
Ibidem. is, cui plus donauit. Cui ille: Rectè iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni:
Vides hanc † peccatricem, quam tu reijciendam cenſes? Pedes mihi lauare
†vulg. mulierẽ. Ibidem. non es dignatus: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit.
Oſculum mihi charitatis non dediſti: hæc autem ex quo intrauit, nõ ceſſauit oſculari E
Ibidem. pedes meos. Oleo caput meũ nõ vnxiſti: hæc autẽ vnguento vnxit pedes meos.
Quis hic fœnerator ſit ac creditor; & debitores quinam. Cæterùm audi Phariſæe, ac diſce quiſnam ille ſit fœnerator, & qui debitores: Ego
fœnerator ac creditor ſum amborum, tui nimirum & illius: neque ſolum veſter,
ſed & omniũ planè hominũ. Ego enim cunctis, quę & acceperunt à me, animam,
ſpiritum, corpus, ſenſum, mentem, motumque conceſſi. Fœneratori igitur ac creditori
non repetenti abs te data, quæ ab illo affatim largeq́; accepiſti, ſi non habes
quod reddas; ſaltem ſupplica, vt mutuum ac debitum tibi condonet, atq; remittat.
Si verò nec reddere potes, neq; vt remittatur ſupplicare dignaris; ſaltem impudenter
atque loquaciter multa non effutias, neque te illi opponas: at tace, ſicut
Pulchra, ac ſalubris conſideratio. hæc peccatrix, quæ varijs ſe debitis obſtrictam cernens, dixit intra ſeſe: *Quid loquar,*
aut quid reſpondeam, non habeo. ſi dicere voluero, non debeo mutuum: ipſe

A omnia nouit; & quæ ac quanta debeam, callet, & à quibus quotque temporibus ego rea ſim ac debitrix. Ideo cùm videret illum omnia noſſe, nihilque malorum ab ipſa admiſſorum eſſe quod eum lateret, cum ſilentio ad illum acceſſit ſuſpirans ac lachrymans: & corde cuncta ſua debita confitens, Deum placatum, reconciliatumque ſibi reddidit. Tace ergo & tu Phariſæe, vt tibi quoque Dominus tua debita remittat. Ne tu culpæ † obnoxius cùm ſis, ream condemnes. Ne tu vilis & abiectus cum ſis, humilem † abiectamque deprimas: ſed quieſcas, ac conticeſcas. Neque enim tuis, neque illius ego rebus indigeo: verùm vtriſque condonaturus debitum veni. Duorum quippe debitorum ſum creditor benigniſſimus; nec ſolùm vobis, & omnibus non habentibus vnde reddant, ſi modò debitum confeſſi fuerint; & me, vt per pœnitentiæ chirographum eis condonem, rogauerint. Si quis ergo B debitorem ſe nouerit; veniat & accedat dono ac gratia baptiſmi pœnitentiæ: & per eam ſuo debito liberabitur. Ite igitur, ecce iam debita vobis remiſſa, iam omni obligatione liberi eſtis, gratia liberati. Ne igitur aliud vobis chirographum inferatis priore proſciſſo. Cæterùm Domine mi IESV Chriſte, quoniam quæ debeo tibi, non habeo, nec reddere valeo; (multis enim iniquitatibus meis, totam † ſummam ſimul & lucrum malè conſumpſi,) ideo obſecro, ne requiras à me quam tribuiſti mihi animæ ſummam, & corporis vſuram ac lucrum: ſed pondere atque grauitate debitorum meorum me ſubleua, vt benigniſſimus. & dic quoque mihi ſicut peccatrici: Remittuntur tibi peccata multa. Tu enim ſolus abſque peccato es, & bonus atque benignus, qui & peccata remittis. † Tibique debetur gloria, honor, & potentia, ſimul cum Patre, & ſancto Spiritu, in æterna ſecula ſeculorum. Amen.

† al. reus.
† εὐτελιζομένην.

Pulchra & accommoda Creditoris expoſitio.

Cohortatio ad auditores.

PRECATIO.

† κεφάλαιον σὺν τῷ τόκῳ.

Luc. 7.
1. Pet. 2.
Lucæ 18.

† al. Teque decet gloria, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

C

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

REperitur hic Sermo Græcè ſub nomine S. Ioannis Chryſoſtomi in varijs illuſtrioribus Bibliothec. nimirum Vaticana, Cryptaferrat. Sirletana, ac iam Columnen. Sfortiana S. Floræ. item Antonij Card. Carafa, ex cuius MS. Codice eum Græcè deſcriptum habemus. necnon Veneta S. Marci, & Regia Galliæ, &c. vt dubitare de Auctore non debeamus, cuius non ſolùm nomen, ſed & ſpiritum ac phraſim refert. Viſum autem eſt conſultò eumdem hic Sermonem, poſt alterum Ephræmiticum in Peccatricem & Phariſæum, edere: tum quòd eiuſdem cum illo ſit argumenti; tum quòd ante hac Latinè (quod ſciatur (non prodierit, quæ etiam ratio me ad illius recentem traductionem permouit: tum verò quòd in MS. Vatic. & Cryptafer. ſub lit. A. immediatè poſt alterum illum S. Patris Ephram ſubijciatur; quare D & nos hîc opportunè eumdẽ addidimus, alteriq; ſubiecimus, quòd ad illius quoque illuſtrationem plurimum faciat.

Atque ab iſtis ſibi Peccatrix hæc metuens, vitam in melius commutauit, & non amplius peccatrix remanſit, ſed illicò quauis virgine caſtior euaſit, &c.] *Vbi alia lectio paullò aliter ſic:* Atque hincà futuris malis mulier peccatrix, ob vitam præteritam in ſordibus peccatorum tranſactam, ſibi metuens; de reſipiſcendo, ac melius deinceps in gratia Dei viuendo, ſeriò mentem adiecit: & non amplius in peccatis perſtitit, ſed ita mox ſe geſſit, vt virgines honeſtate ſuperaret, &c. *Suffragaturq; ſententia S. Gregorij Papæ in homil. ſic de eadem Peccatrice loquentis:* Quot in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum Deo ſeruiret in patientia, quidquid ex ſe Deum contempſerat in culpa. Sic igitur meretrix effecta eſt honeſtior virginibus, &c. *ita ibi S. Gregorius cognomine Magnus.*

Inueniſti amatorem ſuper omnes, quos prius amicos habuiſti. Illos quippe amans, multis teipſam E peccatis coinquinaſti, &c. *Differentiam ponit inter amorem Dei, & ſeculi; carnalem item, & ſpiritalem: quantumq; damni ac mali ex carnali ac improbo amore naſcatur; ſicut contra, quantum boni animæ ex Dei amore, atque ſpiritali proueniat, exemplo hic Peccatricis pœnitentiam agentis optimè oſtendit. Quod porrò hic dicitur:* multis te ipſam peccatis coinquinaſti, &c. *Græcè eſt* ἐκοίνωσας, *& non* ἐκένωσας, *vt mendoſè in alio hic exemplari habetur: nam* κοινόω, *id eſt, communico, etiam Hebraico more ponitur pro (inquino) vt hoc loco, & in ſacris litteris ſæpius, quod Iudæi animalia quædam immunda, à quorum eſu abſtinebant, communia vocarent, &c. vt in Act.* ἃ ὁ θεὸς ἐκάθαρσε, σὺ μὴ κοίνου, *id eſt, quæ Deus purificauit, tu commune atque immundum ne dixeris, &c. Act. 10.*

Paullo poſtea ſequitur: Accipiam vnguentum, & ibo ad ipſum, faciamque Phariſæi domum illuminatricem; ac lachrymarum fluentis, lauacrum atque piſcinam mihi parabo, & alabaſtrum vnguenti pro ſignaculo ſumam fidelium in fronte, &c.] *Vbi quod dicit* (φωτιστήριον.) *nos illuminatricem vertimus, nec conuenientiori vocabulo vim rei hic explicare potuimus. fuit enim hoc nomen* *olim apud SS. Patres ac præſertim Græcos nomen penè proprium idem ſignificans quod βαπτιστήριον. nam & φωτισμόν, baptiſmum appellant, propter lumen fidei quo colluſtramur in baptiſmo; ſecundum illud Pauli, ad Heb. 10. Rememoramini priſtinos dies, quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum, &c. quibus Apoſtoli verbis tempus ſignificari baptiſmi, haud obſcurè in tract. de Baptiſmo etiam indicat Catechiſmus Concilij Trident. ad parochos. Et quia mulier hæc peccatrix, ſiue Magdalena contritione ac lachrymis ſe veluti baptiſmo quodam conſperſit. ideo haud immeritò locum hic appellat φωτιστήριον: atque ideò etiam rectè addit deinde κολυμβήθραν. id eſt, piſcinam, &c. ac σφραγῖδα, id eſt, ſignaculum. nam & in Baptiſmo adhibetur hæc metaphora, quòd nimirum veluti ſigno aliquo oues Chriſti efficiamur, & charactere notemur ac diſtinguamur à cæteris gentibus baptiſmi Sacramento non ablutis, &c. De quo plura Magnus Baſilius in exhortation. ad Baptiſmum, ac S Gregor. Nazianzenus in Orat. in ſacrum Baptiſma, & Nicetas in eandem orat. & S. Ioannes Chryſoſtomus in Homilia 4. ad Baptizandos, tomo 5. quæ incipit:* O quam dulcis iſta fratrum caterua conuenit, &c. *vbi multa & diuerſa nomina atque appellationes Baptiſmi, à S. Chryſoſtomo in medium adducuntur, & ſuis rationibus atque auctoritatibus explicantur, quæ pro noſtro hic inſtituto optimè ſeruiunt, quadrantq;.* A B

EIVSDEM

BEATI EPHRAEM SYRI

Encomium, in ſanctum ac Magnum Baſilium.

Ex antiquiſſimo MS. Codic. Græco monaſt. Cryptæferrat. C

Eodem Interprete & Scholiaſte Doct. Gerardo Voßio.

PRæbete mihi aures, Fratres chariſſimi, & pulcherrimam vobis narrationem exponam. Siquidem Regum conſilia arcana tenere, pulchrum: at Dei myſteria reuelare bonum eſt, qui propter ſuos famulos fideles, corroborare ſolet imbecillos, quorum primus ego ſum. Deſideriũ itaq; mihi inceſſit, attingendi res quæ ad curandam infelicem meam animã faciunt. Telam ego hodie volo exordiri ex pulcherrima lana rationalis ouis. Veſtem cupio varijs † diſtinctam coloribus pertexere, ex vellere † ſpiritalis atque optabilis linguæ. Arietem enim aliquando vidi, cui pulchra erat pellis, & cornua ratione prædita diuinitus loquentia: ad quem ego propius cum multa anxitate accedens, paruum † filum ex ipſo ſenſim abſtuli. Inuaſit autem me timor intolerabilis, quòd cùm ſatis prudens atque intelligens nõ eſſem, talia tentare ſim auſus. Vultis igitur vobis palam dici, quis ac qualis iſte ſit D aries, qui tantis ac tam elegantibus, varijsq; coloribus exornatus eſt? Sapiens hic eſt & fidelis Baſilius, Cappadocenſium Epiſcopus: qui in ciuitate Cæſarea, ſalutaria vniuerſo terrarum orbi præſcripſit dogmata. Baſilius etenim verè greſſus eſt virtutum, liber laudũ, vita miraculorum: qui in carne gradiens, ſpiritu incedebat; cõmunemq; cum alijs in terra vitam degẽs, ſuperna contẽplabatur: berylliũ † plectrũ myſticæ citharæ, regionẽ ſanctorũ Angelorũ oblectans: certus agnus matricis vitæ Spiritus ſancti † agrum ac hortum illuſtrans; deſiderio atque amore exultans, ac florem ex ima radice pretioſiſſimæ Crucis decerpens: præſepe ſacrorum dogmatũ: lingua verborum: præmium rectarum atque vtilium cogitationum, demergens ſeipſum in profundum Scripturarũ, & præclaram inde margaritam exhauriẽs: racemus ornatus diuinæ vitis, cælitus diuinam dulcedinem enuntians: membrana E pulchra diuinę ſapientiæ, quæ de cælo diuinas elementorum impreſſiones accepit: optimus † regni ſuperni campus, qui Deo fructus producit iuſtitiæ: collis varijs ornatus floribus myſtici roſeti, cuius odor in ipſum cælum redolet ac ſpirat. qui clamat in Domino grata cantica: & accipit in cælis coronas, quæ facilè † ac perlibẽter admittũtur. qui intelligit gratiã; & inſtar Iacob gratiarum actionem reddit Saluatori vniuerſorum: Spiritus, inquiens, Domini, qui fecit me, & Spiritus omnipotentis: confirmans ſcilicet, quod per Spiritum ſanctum cunctis Ieſum Chriſtum prædicaret. Adhuc orationi attexere cupio, quæ ad encomia pertinent: vt quaſi * epulis & commemoratione iuſti, precibus noſtris cognitionem inueniamus atq; compunctionem. Oportet igitur radium ſpiritus reſumere, & ſententiarum filum com-

Adluſio ad cap. 12. Tobię.

†ποικιλτικόν.

†νοητῆς.

†χρόκην, al. ſubtegmen, trãmam, lanam.

Arieti Baſilius comparatur

S. Baſilij laudũ preconia, & epitheta varia.

†βηρύλλιον πλῆκτρόν, id eſt plectrum pretioſum ex beryllo lapide conſtans, &c.

†i. Eccleſiam

†βέλτιστον χωρίον.

†εὐπρόσιτα.

Gen. 28. 31. 25.
Eſa. 61. 66

* al. oblectatione & recordatione iuſti.

A comparare, atque ita huiuſmodi opus efficere, velut in † ſtamina tramam conijciens.
Si quis enim filum hoc diligenter neuerit, ſtolam immortalitatis, deſiderantibus
ipſam præbebit. Tales ſunt primitiæ myſtici † alumni, talia vectigalia fructuſq;
ſanctæ poſſeſſionis. ſic aſſiduè abundabat doctrina eos induens qui cum eo verſabantur,
ſpiritalis aries armenti Chriſti, in miſerationibus effloreſcens illuſtris Eccleſiæ:
tonſura quidem ſua pauperes refouens, cornibus verò diuites fodiens; atq;
in ipſis penetralibus dies noctesque conſiſtens, ab alto gratiam accepit, vnde quotidie
florenti ſermone immutabilem mundum animabus renouabat; cunctis verò
ſeſe accommodans, varietate ſua non ſuperabatur. Cùm enim in floribus incorruptibilibus
vegetaretur, cùm ſanctis nutriretur florum caliculis, cum ſemper in
Scripturas incumberet, ac regulis Apoſtolicis vacaret, ſacriſque tibijs decantaret,
B ideo & fluminis inſtar fluebat eius oratio, & iuſtitia velut fluctus maris. Ibi ſugebat
diuinas cogitationes, inde verò guſtabat verba æterna: ibi deguſtabat † ſplendidas
epulas, inde autem reſonabat amabilia verba. Non enim auſterus, aut vulgaris
erat ei cibus: ſed aut roſa, ac lilium, crocus, & cinnamomum huiuſmodi paſcua
obſeruabat myſtico germine tanquam balſamo cibum imbuens: propterea &
præclara illius erant vellera, quæ eſſent ad diuinorum dogmatum † texturam accommodata.
Et quid pluribus de hoc ariete agere opus eſt; vbi ſermo factus eſt vas
perfectum, vas autem non qualecumq; ſed quale Petrus vidit, quattuor initijs ſubmitti
de cœlo, cæterùm illud ad terram deſcendens, volatilia cæli, & quadrupedia
terræ ſe continere oſtendit: at Baſilius in cælum aſcenſum inueniēs, oracula nobis
demonſtrauit † inclyta & admirabilia. Atque illud quidem vas ad modicum tempus
C apparuit, & † conformata eſt ſpecies eius, reuelataq; vni ſoli: hic autem multo
tempore in altum ſublatus, gratiam Spiritus ſubminiſtrauit multis. Per illud, Petrus
è cœlo audiuit: quæ ego purificaui, tu quoque participa. De hoc autem, dictum
eſt omnibus: quem ego ſanctificaui, & vos honorate. Quis igitur non laudaret,
quem Pater glorificauit: aut quis eum non honoraret, quem Filius ſanctificauit;
aut quis illum non beatum prędicaret, quē ſapiens atq; intalligens, & † venerandus
Spiritus beatificauit? Papæ; quomodo complacuit ſibi conſilium potentioris in eo
habitare, & incedere. Requieſcam enim, inquit Dominus, ſuper manſuetum &
contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos. Sic ipſius gratia mentem proluit,
† atque inundauit. Illa quippe veneranda & perennia fluenta eiuſmodi ſunt,
quæ illos etiá qui ſuis peccatis inquinati ſunt, ita cōpoſitos & ornatos reddant, vt
D eos etiā qui baptizati ſunt. Vbi ergo Dominus miſerendi occaſione ſe offerente in
quadā ciuitate, miſericordia motus eſt ſuper me, illic vocem ad me dicentem audiui:
Surge, ô Ephræm, & comede cogitationes † atq; ſententias. Cui reſpondens,
dixi in magna anxietate: Vnde ego, Domine, comedam? Et ait ad me: Ecce in domo
mea, vas ſplēdidū eſt ac magnificū, quod tibi ſuppeditabit cibum. Super dictis
autem, multum admiratus, exurgens perueni ad templū Altiſſimi: & cū ſenſim ad
veſtibulum aſcendiſſem, & præ deſiderio in introitū proſpexiſſem, vidi in Sanctis
ſanctorū vas electionis coram armento ouiū præclarè extenſum, verbiſq; maieſtate
plenis exornatum atq; diſtinctum, omniumq; oculos in illud defixos. Vidi templum
ab eo, ſpiritu vegetatum, eiuſque in viduas ac orphanos potiſſimum commiſerationem.
Vidi ibi apud eum, fluminis inſtar lachrymarum fluenta, & vellus
vitæ cunctis quaſi aureos † radios diffundens: ipſum autem Paſtorem pennis ſpiritus
ſurſum pro nobis preces ſuſtollentē, filumq; orationis deducentē. Vidi ab ipſo
E eccleſiā ornatā, & dilectā aptiſſimè compoſitā. Proſpexi ab ipſo manare doctrinam
Pauli, legem Euangeliorū, & timorē myſteriorū. Proſpexi ibi vtilem ac ſalutarem
ſermonem, ad ipſum vſq; cælum fideliter ſe attollentem: atq; (vt rem paucis complectar)
vniuerſum illum cætum ſplendoribus gratiæ renidentem. His verò cunctis
ita religioſè ex electo vaſe Regni effloreſcentibus laudaui ſapientem, & benignum
Domininum, qui ſic ipſum glorificantes glorificat. Peracto autem auditorio,
Spiritu ſancto reuelante, me adeſſe cognouit: qui meam vilitatem accerſendam
curans, per Interpretem interrogabat me, dicens: Tune es Ephræm, qui præclarè
collū inclinatū iugo ſalutaris verbi ſubieciſti? Et reſpondens, dixi: Ego ſum
Ephræm, qui meipſum à cæleſti curſu ſequeſtraui. cumq; me apprehēdiſſet, ſancto
ſuo oſculo conſalutauit, inſtruxitque menſam epulis ſapientis ac ſanctæ & fidelis
animæ

† ἐν τοῖς στημόσιν τὴν ῥοδάνην εἴρξας.
* al. gregis.
Baſilius, vt ſpiritalis aries fuerit armenti Chriſti.
† ἐτιθηνίζετο.
† al. immortales.
Allegoriæ pulchræ & accommodæ.
† ὑφὴν.
Acto. 10.
Ibidem.
† χλεινὰ.
† ἀνεπλάσθη.
Adludit ad verba Act. 10 Quod Deus purificauit, &c.
† σεβάσμιος.
Eſai. 66.
† ἐπλημμύρησεν.
Viſio S. Ephręm.
† νοήματα.
Eadem ſunt apud Amphilochium.
† χρυσαυγοῦντα.
Verba Baſilij ad Ephræm.
Baſilius S. Ephræm oſculatur aduentantē.

animæ ipſius, non quidem corruptibilibus conditam ferculis, ſed immortalibus A
*εὐπραγίαις. refertam ſententijs. Dicebat enim, quibus rectè † factis poſſimus nobis conciliare
Dominum, quo pacto peccatorum prohibeamus inſultus, quo pacto etiam paſſionum
occludamus ingreſſum, quo pacto Apoſtolicę virtutis poſſeſſionem capiamus:
& quo pacto incorruptum placabimus iudicem. Lugensq; exclamaui, ac dixi:
*al. Deus Patrum. Tu pater, remiſſum ac ſegnem cuſtodi. Tu me in rectam ſemitam dirige. Tu, cor
*κατάνυσον. meum lapideum compunge. Ad te enim, ſpirituum † Deus abiecit me: vt animam
Apoſtrophe ad auditorem meam cures. Tu, animæ meæ nauem expedi † atque perduc ad aquam requietis.
*τὴν ῥάβδον. Hic mihi præclari Magiſtri ſtudium diligenter attende, vnde meam virtutem
comprehendit, formam complexus eſt, & (vt eo verba vtar) † virgam corporis: euellenſque
*τὴν φθίσιν. indolem irrationabilium paſſionum, detraxit ſiliquas meas ac † tabem
*φρόνησιν. oculorum. Subtrahenſque mihi viriditatem ac immaturitatem ſermonis, æmulatione B
me cepit, demerſitque me in pocula doctrinæ ſuæ. Tunc ſenſum † ac cogitationem
Inſtitutum Encomij 40. Martyrum, vnde concepit venter meus, pariendi quadraginta Martyrum laudes. omnem
enim rationem ac modum tolerantiæ ipſorum meis infudit auribus vir ille egregius:
quemadmodum ſcilicet, mortem ſibi pro Chriſto delegerint; quantaque pericula
deſpexerint, vt ipſum lucrifacerent: tum quot numero Sancti fuerint, reliquaque
pietatis eorum commemorabat certamina. Quòd ergo ad eiuſmodi inſignem
Adluſio ſit ad Orationem, in Martyres. 40. effectum, nos dignos cenſuerit fidelis Pontifex, vt triumphantium iſtorum
virorum de tam illuſti martyrij ſui reportata victoria, in alia oratione laudes deſcriptas
relinqueremus, eſt quod ſanctum hunc Chriſti, eiuſdem cum illis admirationis,
Comparatio inter S.Baſilium, & SS.40.Martyres. pariſque honoris virum, beatum prædicemus atque felicem. Nam quemadmodum
Sancti iſti, viriliter Licinio reſtiterunt tyranno, & Doci præſidi: ita &
Sanctus hic ſe oppoſuit Valenti, & Ario, ac audaci præfecto. Verum illi ſpinas errorum C
†τοῦ Δοκός. euellerunt: hic autem hæreticæ inſaniæ tribulos. Illi ſepta Licinij ſoluerunt:
al. Agricolai. hic Valentis edicta euertit. Illi iuſſa † Docis præſidis peſſumdederunt: hic Arij
propugnacula confudit. Illi, præfecti temeritatem diremerunt: at hic, Modeſti
Num. 25. Pſalm. 105. præfecti inſaniam perfregit. Horum ſiquidem certamine exſtimulatus, inſtar
Phinees, linguas contra Deum fornicantes perfodit: vnde & multo magis calicem
Martyrum 40. cum S.Baſilio comparatio. bibere deſiderabat, & ſtatuere trophæum per martyrium ſtudebat. Martyres,
propter fidem in Chriſtum, quamcumque in ſe pariter tribulationem tolerantes,
fortiter ſuſtinebant: at Baſilius, ob quem in Chriſtum, tentationum procellas
viriliter pertulit. Illi ſuis veſtibus ſpoliati, membra verberibus ſubiecerunt:
Hic vilem atque detritam veſtem colli, ipſumque corpus ſuum cum primis exuere
†ἐν τῇ λίμνῃ. feſtinabat. Illi in † lacu tyrannum in ſua impietate errabundum ad ſe pertraxerunt, D
atque honore dignati ſunt: Hic verò in piſcina infideles baptizans, conciliauit
illis regnum cælorum. Illi in aquis deſiderio inflammati, lumen cum coronis
ſuper capita ſua conſpexerunt: at hic dogmatibus Sanctiſſimæ Trinitatis
incenſus, præmium certaminis aduerſum infames, retulit. O quanta improbus
machinatus eſt Belial, vt Baſilium à ſuperno Regno ſepararet. Irritauit quippe
Reges, Principes, ac populos: Baſilius autem, baſis ac fundamentum euaſit fidelium.
Excitauit omnes procellas ſuas: verùm ignitum Sapientem ne vlla quidem
ex parte turbauit. Excitauit tempeſtates per ſuos miniſtros hæreticos: &
gubernationis ars magis in Sancto hoc enituit. Aduerſus Eccleſiã excitauit † fluctus
†τρικυμίας. maximos: ſed nauem fidei Baſilij ſubmergere nequiuit. Verbis hæreticis impugnauit
eum: ſed confeſtim diuinis dogmatibus, in ipſum retorquebatur impetus.
Aduerſus eum armauit Arium inſtar Goliath: & tribus ab ipſo lapidibus fidei, E
*ἐσφονδονίζετο quaſi funda † miſſis, petebatur. Peruerſa ventorum procella concuſſit turrem
adludit ad fundam Dauidicam, de qua 1. Reg. 17. ipſius: (venti enim erant ſermones impiorum) at hunc à ſententia non dimouerunt:
muniebatur ſiquidem tribus inexpugnabilibus muris immaculatiſſimæ
*πολυθείας, καὶ μοναρχίας nomine, quid hic denotetur. Trinitatis. Emiſit dæmon ſagittas impietatis, † quæ deorum multitudinem
inducit: & mox recta ac vera de vnius Dei religione, ſententia fugabatur. Aggrediebantur
eum caſtra latrantium canum: & ipſe virga Crucis vulnerabat illos.
Pelle rurſus ouina tegebantur lupi: & protinus illorum redarguebat hypocriſim.
Feſtinabat iniquus ipſum turbare ſpiritus: & ſubitò iuſtitia viri ſancti vincebatur.
Contendebant fictè imitari infideles fidem atque doctrinam illius:
& illicò perfida, atque iniqua eorum ſententia detecta eſt. Captabant eius libertatem;

tem; ſtatimq́; apparebat illorum † ſtultitia. Cum autem & aduerſarij nouerint in veneratione atque honore habere virtutem, animiq́; fortitudinem: dum graui morbo detineretur filius Tyranni, rogabant Sanctum hunc virum, vt pro eo Deum deprecaretur. Cumque † is hanc conditionem proponeret, ſi eum, inquit, mihi ita tradideris, vt eum ad immaculatam fidem traducam, & ab omni doctrinę Arianæ impietate liberem, curabo ego ipſum. Tyrannus † verò cùm eſſet aſſenſus, ſubitò Baſilius pro Imperatore terreno, apud cæleſtem, ſe mediatorē interpoſuit: accepit eius promiſſum, & illi ſanitatem filij mox attulit. Vt autem puerum ſanitati reſtitutum viderent ſerpentes, rurſus leuis Imperatoris mētem deprauârunt, eiusq́; filio accepto, baptizârunt illum aqua: non tamen ſpiritu: docebant ęnim † reijcere Filium Dei, intus † irretientes eum, & foris induentes. Foris ille Chriſtum induebat, & intus abſcindebat: ideoque non multo poſt, ſpiritum miſeri illius atque infelicis peremit, ingratam illius mentem † declarans. Atque iſta rebus ſtupendis Heliæ non inferiora, ſigniſq́; Eliſæi non minora Baſilius edidit. Quemadmodum enim illi mortuos ad vitam reuocârunt: ſic & fidelis Baſilius oratione moriturum iam puerum, à periculo abripuit. Et ſicut rurſus Petrus Ananiam & Saphiram fraudantes de pretio agri, enecauit: ita & Baſilius locum Petri obtinens, eiuſque pariter auctoritatem † libertatemque participans, ſua ipſius promiſſione fraudantem Valentem redarguit, eiuſque filium morte multauit: vnde ad ſummam animi deiectionem atque anxietatem redegit miſeros illos, ac Imperatorem ipſum infidelem. Et quis dignè enarrare poterit * imbres miraculorum, quæ oſtendit Beatus ac fidelis Baſilius rebus ipſis? Cùm autem impoſſibile ſit narratione complecti tanta illius viri rectè facta; omnibus prætermiſſis, vnum tamen commemorantes, oſtendamus etiam quomodo rationis ac ſenſus expertia ſimul cum viro iſto ſpugnauerint. Nam cùm omnem mouerēt lapidem genimina viperarum, quò iuſtum è medio tollerent, aſſiduè præſertim illius verbis ſimul ac miraculis tamquam telis quibuſdam vulnerati; acceſſerunt poſtulantes è medio eum tolli, atque exterminari: grauis enim, inquiunt, ille nobis eſt etiam † aſpectu, ſiquidem valde noſtris aduerſatur ſermonibus, propterea impoſſibile eſt, ô Imperator, noſtram fidem progreſſum capere, iſto ſuperſtite. Imperator autem illorum † adductus ſermonibus, incubuit ad voluntatem eijciendi Baſilium in exilium: cæterùm calamus ſtatim, nolens iniquo ſubſeruire conſilio, vltro confractus eſt, inſipientem illum erudiens, quàm enorme facinus patrare niteretur in ſeruum Chriſti, vnam diuinitatem Patris & Filij, & Spiritus ſancti prædicantem, eoſque qui ſecus ſentirent aut dicerent, tamquam canes rabidos ſapienter reprehendentem. Cùm autem non intelligeret Tyrannus, vt qui inanimato calamo inſenſibilior erat, ac filius erroris, ſecundum quoque arripuit, ad ſubſcribendum ſententiæ exilij, & ad voluntatem ſuam iniquam perficiendam: quem etiam vidit confringi, nolentemq́ue communicare malo, quod ipſe facere enitebatur. Quid ſtudes, ô Imperator, in peregrinam eijcere regionem, eum, qui inhabitatorem continet vniuerſa implentem? Cur † circumuenire atque opprimere tentas eum, qui † à nemine capi, expugnari ve poteſt? Quamobrem ciuitate pellis ciuem cæleſtem, & domeſticum Dei? Nam ſi & tertium calamum ſumpſeris; etiam confringi eum videbis, nolentemq́ue parere ac cooperari tibi, ſicut etiam reipſa compertum eſt. Tunc perſpicuè coram omnibus, præconis voce victoria pronuntiata eſt, & illuſtre trophęum inuicti militis Chriſti erectum. Tres calami, conſubſtantialitatem Trinitatis prædicandi, patrocinati ſunt. Manus ad ſententiam proferendam accelerabat: & calami illam iniuſtam demonſtrarunt. Manus ad improbum exilij decretum ſcribendum feſtinabat: & calami inanem feſtinationem ac ſtudium retardabant. Et ſicut virga Moyſis confudit omnes incantatores, & reliquos veneficos Aegypti: ita & calami ſubitò conſilium impiorum, ac filiorum tenebrarum deſtruxerunt. Quomodo te beatificabimus, ô Pater Baſili: qui doctrinæ ſtimulo errorem pungis? & abigis qui † ſoluis atq; diſcedis ſagaciter cum apibus, & florida ac iucunda loca diuinitus inſpiratarum Scripturarum inhabitas: vnde nobis flores decerpis propheticos, rorem Apoſtolicum, vitamq́ue Euangelicam, qui ſemper virtutum aluearibus inſides, & ex ijs diuinam nobis † crepidinem paras. qui mel diuinæ & immaculatæ fidei ſapienter in Spiritu ſancto operaris, qui improbas deſpicere † veſpas, &

*al. pro ἀφθοσύνη. leg. ἀφροσύνη, ſtultitia.

*τοῦ δὲ προτείναντος.

*κἀκείνου δὲ συνθεμένου.

*ἀθετεῖν.

*περιβάλλοντες al. implicantes.

†al. redarguens.

Actor. 5.

†παῤῥησίαν.

*ὄμβρους τῶν θαυμάτων, hic dicit, ob multitudinem ſcilicet ac magnitudinem miraculorum, quibus claruit Baſilius.

†τῷ βλεπόμενος.

†al. deceptus.

Calamus miraculosè confractus.

NOTA.

†ἀναλίσκειν.

*τὸν παντὶ ἀνάλωτον.

Trium calamorum myſtica ſignificatio.

Exod. 7. 8.

*ὁ ἀπαίρων. Metaphora à nauigantibus ducta, quando terra ſoluunt.

*προβολήν.

*σφηκῶν.

al. fucos. Pſalm. 118.

fidem in ipſum cælum facere, nos doces, qui cum Dauide clamas: Dulcia eloquia tua gutturi meo ſunt, ſuper mel ori meo. O fidelis Baſili, velut Abel acceptus es, & ſicut Noë ſaluatus, tamquam Abraham, amicus Dei vocatus: vt Iſaac, pro victima Deo oblatus. inſtar Iacob, tentationes fortiter pertuliſti: & ſicut Ioſeph, magnificè glorificatus es. vt Moyſes, Pharaonem poſteriorem virga Crucis demerſiſti, mare paſſionum ſecans. vt Aaron, ſummus Sacerdos Domini fuiſti. vt Ieſus filius Naue, inimicos in fugam vertiſti. vt Phinees † æmulator, gratia dignus habitus. vt Eſaias, ſpiritali igne mundatus. vt Ezechiel, ſedentem ſuper Cherubim ſpectaſti. Vt Daniel, ora leonum obturaſti: & ſicut tres pueri, aduerſariorum flammam rectè conculcaſti. Inſtar Petri, prædicaſti. Inſtar Pauli, docuiſti. Inſtar Thomæ, Filium Dei paſſum confeſſus es. Inſtar Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, de rebus diuinis diſſeruiſti. Inſtar Apoſtolorum, iniquos erudiſti, impios conuertiſti, & Deo gratus fuiſti. Deprecare pro me admodum miſerabili, & reuoca me tuis interceſſionibus Pater: fortis imbellem, ſedulus pigrum, alacris inertem, ſapiens inſipientem. Qui theſaurizaſti tibi theſaurum omnium virtutum, me omnis boni operis inopem reducito. Te enim magnificat Pater miſericordiarum, ac te beatificat Filius Dei, templum ſanctum te renouat Spiritus ipſe ſanctus. Cui conuenit gloria, potentia, & magnificentia, in infinita ſecula ſeculorum. Amen.

APOSTROPHE AD S. BASILIVM.

* al. zelator.

Adluſio fit ad Eccleſiaſt. 49. Dan. 3.

S. Ephrem petit iuuari precibus S. Baſilij.

A

B

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

C

De hoc eodem BASILIO *ſancto, eiuſque laudibus luculentiſſimè quoque dixerunt atq; ſcripſerunt Gregorius Nyſſenus germanus ipſius frater, & Amphilochius Iconienſis, præſules. Poſt quos & ſuam in eumdem Sanctum, monodiam exarauit S. Gregorius Nazianzenus Epiſcopus, elegantiſſimam ſcilicet, pulcherrimam, longiſſimamq; Orationem Encomiaſticam, qua egregiè accurateq; vitam, actionesq; Magni Baſilij deſcribit, mirisq; ipſum in cælum laudibus effert. ac de eo quidem ipſe ſuam monodiam exordiens, mox in principio ſic ſcribit:* Ego autem & ſi poſtremus omnium ad hoc officium venerim, cùm & Gregorius Nyſſenus, & Amphilochius Iconienſis Antiſtites, ac nonnulli alij de eo luculentiſsimè dixerint, veniam iure precabor ab eo primum de quo agimus. Nã & ipſe dum viueret, me ſæpè meaque ſcripta, ſi quid erraſſem, emendare ſolebat: neque id me pudet, quando eius virtutem pro lege ferè omnes habuerunt, &c.] *Plura de eodem particularia reperies apud eumdem Nazianzen. in Oratione, quam habuit in funere Patris. & in pluribus Epiſt. 22. 23. 24. ad diuerſos. & 29. ad Euſebium Epiſcop. Samoſatenſem, cùm ad electionem Baſilij conueniſſet. & in Epitaphio in S. Baſilium. Ac in catalogo ſcript. Eccleſiaſt. apud S. Hieron. in Baſil. item in collectaneis Suidæ. ac apud Philoſtorgium, necnon Theodoritum lib. 4. cap. 19. &c.*

D

Siquidem Regum conſilia arcana tenere, Pulchrum: at Dei myſteria reuelare, bonum eſt, &c.] *Adluſio fit ad illa Tob. 12. verba:* Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. Etenim Sacramentum Regis abſcondere, bonum eſt: opera autem Dei reuelare & confiteri, honorificum eſt, &c.] *Siue vt in edit. LXX. legitur:* Myſterium Regis bonum eſt occultare: opera autem Dei reuelare honorificè.] *quod opportunè hic allegat Auctor, quia intendit reuelare ac prædicare myſteria atque magnalia Dei, in fideli & dilecto ſeruo eius Sancto ac Magno Baſilio: cuius deinceps vitam, doctrinam, moresq; ſanctos deſcribit, & laudum ipſius præconia celebrat.*

Baſilius verè greſſus eſt virtutum, liber laudum, ac vita miraculorum, &c.] *Vbi quàm aptè & accommodè S. Baſilius à noſtro Auctore hic dicatur* ἡ βάσις τῶν ἀρετῶν, *id eſt, greſſus virtutum, &* βίβλος τῶν ἐπαινῶν, *id eſt, liber laudum, &c. ipſemet ſubſequenter mox explicat dicens:* qui in carne gradiens, ſpiritu incedebat; communemque cum alijs in terra vitam degens, ſuperna contemplabatur, &c. *quibus accedit, quod & ipſe modum ac rationem gradiendi & incedendi per viam virtutum alijs in ſua ipſius vita tamquam in virtutum ſpeculo præmuniebat ac demonſtrabat: vt hinc non immeritò & ipſe verarum quoque laudum liber dicatur, tum quòd in ipſo tamquam in libro aliquo omnium virtutum laudes contineantur atque legantur: tum etiam quod virtutibus laus debeatur, ſicut rectè quoque alibi hoc ipſum Ariſtoteles ſuis confirmat verbis dicens:* ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος, τῆς ἀρετῆς ἐστι, *id eſt, laus enim virtutis eſt, &c. quod ſcilicet per eam homo ornetur atque laudetur. Quam verò omnibus virtutum numeris Baſilius hic noſter expletus fuerit, variisq; laudum præconijs, miraculisq; effulſerit, conſequenter hîc in eius Encomio per S. Ephræm deſcripto, eluceſcit.*

E

Tunc ſenſum ac cogitationem concepit venter meus pariendi quadraginta Martyrum laudes: omnem enim modum tolerantiæ ipſorum meis infudit auribus vir ille egregius, &c.] *Adludit haud obſcurè ad ſuum in quadraginta Martyres Encomium, quod partim ex inſtructione, & partim ſuaſu atque impulſu Magni Baſilij (qui prior de illorum laudibus egerat) plenè deſcribendum celebran-*

A *brandumq́; in ſe ſuſceperat, ſicut & ipſe conſequenter hic de S. Baſilio & ſeipſo teſtatur apertius, dicens:* Quòd ergo ad eiuſmodi præclarum opus nos dignos cenſuerit fidelis Pontifex, vt triumphantium iſtorum virorum, de tam illuſtri martyrij ſui reportata victoria, in alia Oratione laudes deſcriptas relinqueremus eſt quòd Sanctum hunc Chriſti virum beatum prædicemus, &c.] *Vbi diſertis verbis affirmat S. Baſilium ipſi occaſionem præbuiſſe conſcribendi Orationem in laudes Quadraginta inſignium Martyrum; quem & hic conſequenter Sermonem ab eodem Auctore noſtro compoſitum ſubiecimus: in cuius ſtatim principio Auctor huius ſui de illis inſtituti atque promiſſi meminit, dum ait:* Non enim oblitus ſum mei promiſsi, quo vobis de egregijs pollicitus ſum triumphatoribus, quando ea quæ Sancti ac fidelis ſunt Baſilij, electi viri Dei enarrabam, &c.] *Loquitur autem ibi clarè de hac ſua in S. Baſilium encomiaſtica Oratione.*

Illi in lacu, Tyrannum in ſua impietate errabundum ad ſe pertraxerunt, &c.] *Loquitur de 40. Martyribus, qui carceris cuſtodem prius cum cæteris perſecutoribus ſæuientem, ac Licinio tyranno adhærentem,* B *ex infideli fidelem reddiderunt, atque vt cum ipſis* ἐν τῇ λιμνῇ, *id eſt, in ſtagno, quod pro manibus ciuitatis erat, corona per martyrium potiretur, effecerunt: de quo, plura vide apud S. Baſilium, & hunc noſtrum Auctorem in Orat. in quadraginta Martyres.*

Poſtea vbi eſt: Emiſit ſagittas impietatis, quæ deorum multitudinem inducit, &c.] *Vbi* τῆς πολυθέας *nomine, ſignificatur apertè (vt apparet) impietas gentium, quæ multos deos eſſe putabant:* τῆς μοναρχίας *verò recta & vera vnius Dei religio atque ſententia. vt hic ſit ſenſus: Emiſit ſagittas (ſcilicet dæmon) impietatis, quæ deorum pluralitatem inducit, & confeſtim vera de vnius Dei religione ſententia, per S. Baſilium fugabatur, &c. oſtenditur autem varia Baſilij contra quoſcunque hoſtes victoria.*

C

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

Encomium, in Sanctos Quadraginta Martyres.

IMAGINEM Sanctorum Martyrum deſcribere cupio; & ſi, cùm non illuſtribus illorũ conſtantiã poſſim exornare coloribus, cõſidero & reformido Dauidem, ne ad me loquatur: Dicit tibi Dominus per me, peccator, quare tu enarras iuſtitias meas? Cupio illorum narrando perſequi fortitudinem, & contremiſco; cùm omnis boni operis ſim inops. Magnum ac glorioſum pelagus laudũ patientiæ illorũ † traijcere deſidero: & inſtar inexperti alicuius gubernatoris perhorreſco, D ne illorum laudibus celebrandis ſuccumbam. Sanctorum exercitum prædicare dum quæro, vertigine laborare incipio, armis iuſtitiæ deſtitutus. In prata illorum ingredi compellor, & floribus virtutũ bene redolere: ad paradiſum autẽ SS. Martyrum properans, fructibus laudum capiendis non ſufficio. Curram ad enarranda victoriæ eorum brauia: ſed quo pacto? cùm debilis ſim atq; peccator. Quoniam igitur indignus ſum atque infirmus, tacendo priuabone vos hac vtilitate: aut potius miſerationibus ac viſceribus pietatis Chriſti cõfiſus, dicere aggrediar Martyrum encomia? Arbitror autem hoc magis expedire, celebrare ſcilicet laudibus ſanctos Dei Martyres, quàm defodere talentum, & condemnari: præſertim cùm debitor ſim charitati veſtræ, cùm fœnore mutuum rependere. Non enim oblitus ſum mei promiſſi, quo vobis de egregijs pollicitus ſum victoribus, quando ea quæ Sancti ac fidelis ſunt Baſilij, electi viri Dei enarrabam. Subuenite ergo mihi, Sãcti, E veſtris interceſſionibus; & vos dilecti, ſanctis veſtris precibus: vt Chriſtus ſua gratia linguam meam ad dicendum moueat, os ad enarrandum, cor ad intelligentiam, animum ad compunctionem, mẽtem ad illuminationem, eorundemq́; imitationẽ: vos autẽ ad ſobrietatem, æmulationẽ, & auſcultationẽ, deſideriũ ac vigilantiã, ſtudium atq; continentiã. nam ad hoc pręclarũ munus obeundũ, nos vocandos cẽſuit fidelis † Pontifex. Sed tempus deinceps eſt ſermonem ad ipſa Athletarũ ſepta admouendi, fratres dilectiſſimi: tempus melius iter aggrediendi, tempus duplicãdi lucra talenti. Dixit autem * ille in legione quadam quadraginta Martyres piè atque religioſè vixiſſe, qui ſtatim oſtenderunt initio glorioſum ſe efficere chorum, atque honore digniſſimum: quin & prophetica imagine hiſtoriã nobis propoſuit enarrandã, de ſanctis hiſce Martyribus. Nam Moyſes quadraginta dies ieiunans, in monte Sina legem accepit: At hi iuxta illum numerum corpora ad cædẽ

Pſaml.49.

*διαπεράσαι.

Matth.25.

Adludit ad ſuã in magnum Baſilium orationẽ

De S. Baſilio loquitur.

* ſcilic. S. Baſilius.

Exod 24.34.
Deut.9.10.

deſtinātes, vitam æternam adepti ſunt. Et ille quidem populum inſanientem perſpiciens, tabulas in monte cum indignatione confregit: hi verò, dæmones rabidos deſpicientes, incōcuſſam ſuam fidem ſeruârunt. Iterumque manſuetus Moyſes tabulas apprehendens, ſic tandem cunctis Hebræis legem ſanxit: Iſti autem in vno Crucifixi ſignaculo, Chriſtum in ſe quaſi legis loco omnibus præſcripſerunt. Et quid mirum eſt, ſi & Eliæ virtutem his inueniamus adæquari? nam in fortitudine cibi vnius, Elias Theſbites per dies quadraginta ad montem Choreb peruenit: at hi corpore Chriſti guſtato, quadraginta pariter ad cælos peruenerunt. Apparuit huic † Deus per iter currenti, dicens: multa adhuc tibi reſtat via, ô Elia: Innotuit quoque iſtis Deus, confirmans intellectum eorū, ac dicens: præclarum eſt veſtrum ſtudium ad pietatem directū. Reliquit Zelotes caprinam ſuam pellem ſuper Eliſæum, & aſcendit curru: largitus etiam eſt ſuam pacem Saluator ſuper quadraginta iſtos; & aſſumpſit eos in gloria. Sicut igitur numerus quadraginta dierum, omnem Noë tempore ſuſtulit laſciuiam: ita & numerus quadraginta Martyrum, iniquam tunc Tyranni inſaniam repulit, eiecitque. Venit columba portans ramū in ſignum ſerenitatis, Iuſto: abierunt Sancti iſti perferentes labores, & præmia victoriæ offerentes Deo. Accepit arca irrationales victimas, multaſque ex eis in ſacrificium dedit: accepit caminus ſancta corpora, & vniuerſa Domino in ſacrificium adduxit. iuxta quod etiam diuinitus inſpirata nobis teſtatur Scriptura: quoniam omne ſacrificium igne conſumetur. Sed dicat iam nobis voraciſſima fornax, quomodo Sanctorum rurſus contubernalis euaſit? & quo pacto ab Oriente ad partem † Aquilonarem traiecit, quærens eiuſmodi ſegetem? & non in Chaldæorum terra perſtiterit, quæ res varias depaſcit; ſtupam, ac ſulphur, bitumen, atque ſarmentum proferens. Quo pacto à Babylone in Sebaſten iam te transferens, accendiſti faculam? Imò verò, inquit, in terra Aſſyriorum habitabam: procul à Romanorum finibus, & vlterius: verùm audiui in regione Boreali quadraginta glebas aureas repertas, & veni igne probatura & illuſtratura illas: vt eaſdem probatas artifici ſuo reddam. Nam vbi Domini reperitur opificium, illuc meam transfero † aëris potentiam. officinam enim me fecit Deus, ad ſeparandam bonos de medio improborum. In afflictionem namque conſtitutus ſum eorum, qui oderunt Deum; & in indignationem exiſto illorum, qui non diligunt eum. Cognoſco ſanctos, & ignoro inutiles: abominor impios, & complector pios. Non adiuro Sanctos, vt exiſtimant inſipientes: neque lædo fideles, ſicut conſiderant gentiles. Duos ignes poſſideo, & in duobus ego operor; vnum ad mortem, & alterum ad vitam. Inualuit Licinius, & Nabuchodonoſor; plus autem Nabuchodonoſor cum miniſtris ſuis: ſiquidem ille Sidrach, Miſach, & Abdenago cum tiaris viuos in fornacem atque ardorem ignis iniecit. Hic autem Sanctos abſque indumentis fractos, omnes ad me emiſit. Et cùm arbitrentur, inquit, iniqui Tyranni, quòd ignem pernicioſum habeam aduerſus fideles, non ſecum reputat, quo pacto vtriſque tamquam ancilla obediens, myſticè miniſtratura venerim. Quos enim accepi viuos, emiſi viuos: & quos tuli mortuos, ad vitam incendi. neque illorum ſancta inquinaui corpora: neque horum venerandas minui reliquias. Non ſacrificârunt illi imagini aureæ: neque iſti ignominioſis Idolorum formis. Illos † flamma tamquam ros illuſtres reddidit: hos verò fluminis fluentum purificando illuſtrauit. Tres illic accipiens, hic quattuor effeci, vt quadraginta decadas texerent; & quattuor duces † atque promotores quartæ decadis, ante tempora non pauca myſticè deſignaui. Hæc verò effingebam per virtutem illius qui aſtitit Azariæ, & ijs qui cum eo erant in fornace, qui eſt Deus verus, per Prophetam loquens: quoniam ſi in igne conſtiteris, flamma non nocebit tibi. Cernis quantum certamen effecerit memoria præclaræ fortitudinis ſtrenuorum Chriſti pugilum? Volebam ergo rurſum trutinare hic ſermonem, vt pietatis modum perdiſcam. Nam quemadmodum qui numero quadraginta erant, habebāt † ſignacula quod ſtrenui atque inuicti eſſent: ſic & perſpicuè interiora cordis eorum, Crucifixi figura inſignita erant. Quid enim? & ſi corruptibili corpore coram Rege mortali conſiſtebant; ſpiritu tamen ac mente, immortali Regi ſeruiebant: & omnes Tyranni † immoderationem tenentes, crucem ſignifera figura in mente geſtabant. Non valuit caliga intolerandæ impietatis amorem præclaræ pietatis obſcurare. Non aboleuit

Exod. 32. & Deut. 9.

Exod. 34. & Deut. 10.

3. Reg. 19.

Ibidem.

† al. Angelus Domini.

4. Reg. 2.

Gen. 7. & 8.

Gen. 8.

Ibidem.

Leuit. 6.

† al. Borealem.

Loquitur hic cum fornace.

Fornax ignis fingitur loquēs.

† f. ignis.

Duplex ignis.

Dan. 3.

Fornax Martyrum inducitur loquens.

Adludit ad tres pueros, & hos 40. Maatyres.

† al. Illos ex flamma tamquā ros illuſtres effeci, &c.

* προαγέτας.

Ibid. Dan. 3.

Eſa. 43.

† al. oſtendebant ſtrenuorum atque inuictorum pugilum ſigna.

† al. ſæuitiam ſcientes.

A dolus amorem pacis:vt neq; rurſus odiū,charitatis curſum. nō exſtinxit obſcuritas
impiæ idololatriæ,lāpadem illam cognitionis Dei. Nō fregit metus illorū qui
caſtris præerāt, zelū, neq; ſtudium ad cælū contendentium non perturbauit error
luctā virtutis:neq; ipſa pugna verā orationem. Inuiſibiliter ſuper terram ijdem intra
ſe pro ſua dignitate iuuentutem tranſigebāt. Foris ſcuto atq; thorace induebātur:
intus Sanctiſſimæ Trinitatis fide armabātur. foris pharetras corpori admouebant:
intus autē animæ cuſtodem ſapientiā adhibebāt. Foris ſagittas ac tela manibus
circumgeſtabant:intus gloriam & honorē Deo deferebant. cùm enim dicantur
Deo eſſe occulta omnia manifeſta, multo magis erunt nota quæ ſunt hominibus
aperta. Foris† hominibus gladium intentabant:intus verò enſem Spiritus ſancti
B adhibebant. Alius quidem repellebat ſenſibilem barbarum : alius verò intelligibilem
tyrannum exterminabat. Alius in acie contra aduerſarium ſtabat:& alius
aduerſus principatus & poteſtates inuiſibiles pugnabat. Ille hoſtis iugulū petebat:
hic improbi aduerſarij capita amputabat. Ille inimicorum inſidias retundebat: hic
verò Beliar fraudes præuidebat. Ille depopulantiū hoſtiū ſuperbiā reprimebat: hic
autē dęmonum cuneos† ac copias proculcabat. Licebat enim nouū & inauditum
in vno certamine videre ſpectaculum, ac duo† fortitudinis documenta. Idque profectò
apertè declarat & loquitur, in prælijs quoq; fortes & inſuperabiles eos fuiſſe:
non quidem in prælio quaſi vnico cōflictu;nam duplex erat pugna, & duplex prælium:
vnde victoriam vtrimq; reportātes, iuſtitiæ corona† cincti ſunt. Præclara igitur
proſpicere licet, fratres chariſſimi, iſti⁹ hiſtoriæ ornamēta. Quadraginta enim
numero erant† perſonæ, & omnibus diuina prouidentia diuerſi aſpectus, ac nominum
appellationes:ſed æqualis inter eos cognominationis pulchritudo. Non expunxit
C immarceſſibilè ipſorum pulchritudinem infidelitatis ſqualor, neq; erroris
peſtilentia. Non diſſecuit ac ſeparauit eos telum impiorū, neq; coinquinauit ipſos
ſagitta acuta:quin & indiuiſibilē, atq; robuſtā Athletarum aciem erga Saluatorem
Chriſtum reddidit. O ſingularis ſanctorū, ac fideliū conſeſſus. O chorus aërius, &
ſors cæleſtis. O vinculum cōpactum, & nexus indiſſolubilis. O ſplendidum ſympoſium,
& tremenda neceſſitudinis† coniunctio. O via indiuiſa, & concilium ineffabile.
O exercitus incomprehenſibilis, ac ſenatus irreprehenſibilis. O gens ſancta,
& populus electus: hæredes vitæ, atque reſurrectionis: aſtra lucidiſſima, ac lucernæ
inexſtinguibiles:incolæ glorioſi amœniſſimi paradiſi, digni ſponſali thalamo,
& cæleſti vocatione;digni nuptiali conuiuio æternæ lucis. Qui potiora ſibi
mutuo conſtituerunt, vt ſequerentur ſceptrum Regni : qui admouentes manum
D aratro, nequaquā reſpexerūt retrorſum:qui reſpuentes honorē rerū præſentium,
elegerūt ſibi gloriā futurorū:qui pariter in occiſionem† aſſociati, cōcorditer ad vitam
cōmigrârunt. celebritas ſacra, quæ inter primos fructus charitatis Chriſti relata
eſt. Chorus munitiſſimus eſt, quadraginta militum turris:quam ſapientiſſim⁹
ædificauit artifex. acies ſancta, à Deo† erepta ex ore ſecundi illius Pharaonis. Nam
ſicut Iannes & Mambres, ac Pharao reſtiterunt Moyſi, & exemplo † propoſiti ſunt:
ita etiam præfectus ille, ac ſathanas, Sanctis hiſce reſiſtentes, citiſſimè vt nequiſſimi
conuicti ſunt. Quo pacto enim quadraginta expugnare potuiſſet, qui ab vno
mitiſſimo confuſus eſt in Aegypto? Nam ſi Moyſes & Aaron, quos genuerat Abraham,
ita mendacij ſemina ſunt vlti:nonne multò magis qui ex Spiritu ſancto nati
ſunt, erroris dogmata redargurre poterant? Exiſtimabant Principes poſſe ſe ſuis
E venenatis verbis ſanctorum Martyrum perrumpere cōſtantiam; quemadmodum
venefici draconteis ſe putabant ineſcare virgis ſeruum prudentem : verùm ſicut à
vera Moyſis virga, veneficorum baculi conſumpti ſunt;ita ab incōcuſſa Sanctorū
fide, Iudicum verba ſuperata. Vnde enim Iſrael confirmabatur? perſpicuum, quòd
per Moyſen, Aaron, & Mariam. Et Sancti iſti vnde magis corroborabantur? planè
trium exemplo, qui omnibus duces ſunt ad imitandum propoſiti. Denuntiatum
quippe erat, tres ex ijs eſſe, qui verbo doctrinæ omnes ornarent, repræſentantes &
in eo Chriſtum caput Martyrum: eò quòd libenter admonitiones ſuſciperent, &
in charitate ſibi mutuò parerent, quodq́; ad omne opus bonum obedientes eſſent.
Cernitur vnus illis adeſſe, qui dicebat: quo pacto aduerſarios ſuperauimus? cùm
hos quidem †imminentes, gladio interfecerimus : illos autē inter ſe conſpirantes
repulerimus. Sed non eſt ita mirabile iſtud, quòd ſenſibilis belli inſultus deſtruxe-

Matth. 10.
Marc. 4.
†al. Exteriori homini inimico gladium intentabant: interiori autem hoſti enſem Spiritus ſancti.
†στίφη.
†δύο ἀνδραγαθίας.
†ἀνεδήσαντο.
†al. facies.
†ὁμογνήσιον.
Lucæ 9.
*al. congregati.
*al. liberata.
2.Tim.3.
†ἐδειγματίσθησαν.
Num.12. 16.
Exod.7.8.
Ibidem.
Quadraginta Martyres exemplo Trium puerorum confirmati.
†al. inuadentes.

rimus: ſicut multo admirabilius fuerit, tentationum huius ſeculi & inuiſibilis inimici A
machinamenta viciſſe. hæc quippe veriſſima eſt palæſtra. hæc ſtrenuitas eſt,
†al. trophæum. & valida fortitudo. hoc certamen eſt glorioſum, & † vexillum tremendum. hęc victoria
NOTA. eſt atq; potētia, & gloria æterna. hæc regio noſtra, atq; corona: hæc fama, &
honor, ac laus in Deū. Dicamus igitur quaſi ſemper & omni tēpore ad miſericordiſſimū
Dominū: Deus in nomine tuo ſalua nos. & mox emittet auxiliū ſuū ab alto,
Dan. 6. 14. addetq; vires animabus noſtris. Hoc etenim Daniel proclamans in lacu, etiam
Ion. 2. ferarū agreſtiū fauces effugit. Huius quoq; Propheta meminit Ionas, in ventre ceti:
& ab omni interitu ſaluata eſt vita eius. Ex medio ardentis ignis, ſanctiſſimum hoc
Dan. 3. †ἐξοίσεως τῆς νίκης. nomen tres pueros liberauit: quod idem & nos ab errore eximere poterit, & ab*
elatione victoriæ alacritatē noſtrā continere. Sicut ergo in momentanea hic militia B
cum hoſtibus congreſſi ſumus: ita etiam ad perennem dignitatem coniungamur,
†ἐπὶ τὰς ἀρχικὰς κορυφάς. & ſicut ad ſummos hic † honoris grad⁹ aſſequēdos, feſtinauimus atq; contēdimus
pro omni ſecuritate nos galea induere: ita quoq; animabus noſtris, pro galea
ſpē ſalutis aſſumam⁹. Ne igitur locū noſtrū diuidat inimicus: neue ſuperbiā aduerſus
nos ſtatuat ſeductor. ne ſanctorū athletarū deprædetur numerū: neq; in Deum
†al. ſubſidio. ſperantium corda territet; eiuſmodi † commeatu Dominus ſanctus, paſſionis ac
Martyrij ſui ſocios vbiq; inſtruit. Et alij quidem hoc atq; huiuſmodi viaticum cuſtodiebant,
die noctuq; oratione inungentes. alij verò ad illorū temporum tribunalia
ducti, pro omni clero ad Iudicem dicebant: Deum diligimus, te autem odio
habemus: nobis verò cum ſis odio, noli diligere nos. Sume igitur zonas noſtras, C
accipe & corpora: nobis enim nihil optabilius eſt Chriſto. Conſidera porrò hinc
ſyncerum deſiderium. perſpice deſiderium ac zelum perfecti amoris: Tolle, tolle
corpus noſtrum acclamabant: nihil enim nobis, aiebant, Chriſto eſt optabilius.
Quid enim, inquiunt, aſſentaris mentibus noſtris? optabant enim adſpicere verbum
†εἰδωλομανία. cæleſte. Quid ſimulacrorum † inſania nos conaris attrahere? transfiguratus
enim eſt Chriſtus in cordibus noſtris. Quid effringere atq; deſtruere tentas fundamenta
noſtra: quæ vtiq; ſupra firmam fidei petram firmata ſunt? Quid noui teſtamenti
†al. diuexas. athletas † tentas: quorū mens ad Altiſſimi miniſterium exercitata eſt? Quid
porrò ſurreptitiam, ac falſi nominis conſuetudinem connectis aduerſus rectitudinem,
al. addicis. nequiſſime? Munerum promiſſa prædicis nobis: ſed oleum ab impijs non
ſuſcipimus. agreſtis aſſentator appares in verbis, ſed lenitatem † ſermonis noſtris
†al. manſuetum ſermonem noſtrum. non confundes. latenter nos omnes perdere cupis: ſed ſeruos Chriſti ſubuertere
nunquam poteris. Confundantur igitur ora impudentiſſima loquentium iniquitatem D
aduerſus Deum: nam Domini eſt victoria, ac potentia, gloria & honor in
†παῤῥησωσάμενοι. ſecula ſeculorum. His atque ſimilibus † ſuperantes generoſi illi pugiles, ad ſupra
cæleſtem properabant Dominum. Vere igitur fortia horum fuerunt certamina:
†ἀνεπιβούλευτοι. verè magna fidelium atq; inſignium victorum iſtorum præmia. nam qua aliâs ratione
in tanta perſecutionis perturbatione manſueti remanſiſſent, & inſidias † minimè
Sap. 3. †vulg. mori. curaſſent? Et quamuis in oculis hominum viſi ſunt † mortui: finis tamen eorum
non ſine honore. Tyrannum fregerunt: errorē exſtinxerunt, & victoriá retulerunt.
Epheſ. 6. præparauerūt pedes ad ſanctè incedendum, in præparationē Euangelij. cinxerunt
Martyres vt in ſtagno illuminati ſint. robore lumbos aſcendendum in ſupernam ciuitatem Hieruſalem. Cùm
enim lampades ex igne ſpiritali, atq; illud viuificum oleum ſecum geſtarent, his
ignis ille fulſit in ſtagno; Sicut enim Iſraeli columna ignis fuit in mari: ita hic ignis
ſanctos Martyres ſaluauit ex medio caliginoſi erroris dæmonum. Hic ipſis cælitus E
†al. non extulit, ſed protexit eos, &c. de nocte apparuit, dum algore corpus obrigeſceret. Non reliquit eos diuinus ignis
nunc retro, nunc ante apparens. non † deſeruit eos nubes, cæleſti dono ſuper illos
†Adludit ad illud: Lętata eſt Aegyptus in profectione eorum, &c. die noctuque extenſa. non reliquit eos gratia ſupernæ potentię, mentem eorum
in aquis conſolans. Et in exitu quidem filiorū Iacob, creatura † viſibilis exultauit:
at in Sanctorum Martyrum redemptione, cunctæ inuiſibiles poteſtates exultârūt.
Pſalm. 104. In illis, montes exultauerunt ſicut arietes: In his, Angeli gauiſi ſunt, & ſpirituum
Pſalm. 113. Deus. Plura igitur ac maiora, vt exiſtimo, in egregijs iſtis ac ſtrenuis victoribus
Exod. 14. & Pſalm. 113. reluxerunt miracula, quàm in illis veteris teſtamenti. Ibi ſiquidem mare conuerſum
Gen. 50. Exod. 13. & Ioſu. 24. eſt in aridam, ne Iſrael pertranſiens ſubmergeretur: hic verò Martyres intra aquas
†συνήγετο. quaſi in thalamo ſuo diuerſantes, non ſunt ſubmerſi. Ibi, oſſa Ioſeph ad Hebræos
ſimul † ferebantur: at hic, corpus Chriſti ſimul continebat Sanctos. Ibi, virga
Aaron

A Aaron conſequebatur populum : hic autem brachium Domini conſeruabat fideles. Ibi, cymbalorum ſonus in medio vndarum : hic, vox Domini in aquis. Ibi, columna ignis apparebat in millibus: hic, crux Chriſti reſplendebat in Martyribus. Ibi, Moyſes & Aaron, ac Maria præerant : at hic, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Vides quanta admiratione plena, longeque mari rubro præſtantiora, per fortes illos athletas in ſtagno acciderint? Gloria & adoratio, atque magnificentia ei, qui ipſos in iſtis certaminibus confirmauit. Tunc amare fleuit, qui iuxta paluſtrem herbam * butomon, papyrum, & arundinem, deliteſcit ſerpens. Tunc corde diſcecabatur, quòd accedere nequiret, ac funditus glorioſum illorum exercitum ſuccendere. Tunc ſtridebat in conflictu oppreſſus, B qui aduerſus Sanctos illos, fines orbis turbauerat. Nam qui Iordanem vnico obtutu de medio * tollit, vnica adſperſione Trinitatis præfocabat eum. qui obūbrabatur ramis ac ſurculis, nudus ac perditus lacerque perijt. qui arctabat puppim ſuam ſicut cypreſſum, inſtar paſſeris illuſus eſt à ſeruis Dei. Theſaurorum pretioſorum receptaculum erat ſinus ſtagni : & ſacrilegum nequaquam ſecum admittebat. Sibilabat draco, terrorem ijs, qui coram erant, incutere tentans: & tamen ſupinus vnà mox ferebatur. repebat pectore ac ventre: & ad aquarum ſtagni ductus non peruenit. Quare ne conturbaret Martyres Chriſti inimicus, Angeli *ſpatium ſtagni cuſtodiebant: hinc quidem Gabriel, illinc verò Michael: & ab alto, Chriſtus vniuerſorum inſpector, qui protinus ſuper ipſos demōſtrauit coronas, vt numerum deficientem expleret; vtque dignus loco indigni referat dignitatem ac meritum Sanctorum in luce: & veniat corona eius,* qui locum ſibi aſſignatum deſeruerat, ſuper caput eius qui Chriſtū deſiderauerat; & (quod etiam C dicere oportet) clanculum Sanctorū choro adhęſerat. Qui enim cum ipſis fuerat ab illis pellebatur : & qui ad eos acceſſit, contrarius ipſis fuerat. Qui ad calorem confugit, charitate refrixit: & qui frigore tremebat, deſiderio atq; amore incenſus eſt. Quin & opportunū hic fuerit referre, chariſſimi, quomodo Iudas ex numero atque collegio Apoſtolorum exierit, & Matthias eius loco ingreſſus ſit: quo pacto item Paulus, qui aliquando ſpirârat minas atque furorem in diſcipulos Domini, factus ſit ipſius diſcipulus, quomodo etiā hic, qui antea perſequebatur prædicatores Chriſti, ipſe Chriſtum Dominū in ſtagno poſtea inuocauerit: circumfulſitque eum lux de cęlo, media nocte, quemadmodū Paulum tēpore meridiei. Illius ſquamas detraxit Ananias: huius autem malitiam ſuſtulit Sanctorum exercitus. Ille dum perſequutorem agit, vulneratus eſt, & ſanatus: hic autem cùm venatur, D captus eſt & ſaluatus, vt quartam decadem ſanctus ipſe cum ſanctis expleret. Quales igitur imagines conferre ſuffecero, cum inuicta illa inſignium athletarum victoria? & quibus figuris aſſimulare potero hiſtoriæ iſtius mutuas * ſimilitudines? Dicam plura & maiora horum victorum egregiorum tempore, quàm Ieſu Naue, accidiſſe miracula. Ibi ſiquidem quadraginta millia bellatorum in Iericho, errorem ſuſtulerunt ex Iſrael : hic autem quadraginta Martyrum numerus, quæcumque de terra ſculptilia deleuit. Traiecerunt illi fluenta Iordani, occideruntque Sion cum potentia eius: ſubierunt & iſti ſtagneas aquas, ac Sathanam cum miniſtris ipſius dedecorârunt. In * petrinis tunc gladijs circumcidit Ieſus Hebræos in tentorijs conquieſcens : at in ſanctis largitionibus Chriſtus fideles coronauit athletas, abripiens eos cum luce. Admirabilis erat arca in Iordane : ſed magis ſuſpiciendi hi Sancti in medio aquarum. E Iucunda etiam fuit lex, ac virga, & tabulæ : delectabiliora verò in cunctis ſunt oſſa Sanctorum Martyrum. Pretioſum quoque fuit manna, & vrna aurea : at multo his amplius, ſanguis ſanctus. Sicut Leuitæ ex Iordane tulerunt lapides, vt miraculum poſteris dicerent: ita in memoriale, coram Chriſto iacent eædem paſſiones fortiſſimorum pugilum. Sic exornatum eſt teſtamētum nouum pretioſo ſanguine electorum Dei virorum. ita Eccleſia armaturis ſpiritus corroborata eſt, & è terra ad cælos euecta. ita quoque germina ac fructus membrorū Martyrum, animas fidelium enutriunt; & frumentum electum Deo euadunt, ſeminati ſuper campum ſtagni : & quæcumque dici poſſunt ad germinationem opportuna atque vtilia, piè in corporibus ſuis ſuſcipientes, * gelu, frigus, atque rigorem; deinde etiam ſuperna * virtute calorem, donec ſpica animę ad ſuperna limina vitę æternæ de-

Exod 7.8.14.
Exod.15.
Exod.13. 14.
Exod.7.14.15.
* παρὰ τὸν βούτομον.
Exod 14. & Ioſue 3.4.5.
* hoc eſt, ſolò nutu exſiccat.
*ἄπλωμα.
*τοῦ λιποτακτήσαντος.
*al. qui de ſtatione ac acie deceſſerat.
Antitheſes ſententioſæ.
AB EXEMPLIS.
Actor.9.
Ibidem.
† ἀνθομοιώματα.
Conferuntur trophæa 40. Martyrum, cum veteris teſtamēti rebus geſtis.
Ioſue 1.4.7.
Ioſue 5.
* al. lapideis cultris.
Ioſue 3.4.6.
Hebr.9.
Ibidem.
Ioſue 4.
* τὸ πάγος.
* al. ſuperno nutu.

næ deportata eſt. O amabiles ſurculi charitatis * atque cõcordiæ Pauli: quomodo A
varijs diſtinctam coloribus Lunam obſcurârunt. O veri fructus agriculturæ
Petri: quo pacto rabidam obmuteſcere fecerunt locuſtam. O rami * ſancti plantationis
Chriſti: quo pacto cuncta corruptionis pericula ſuperârunt. Radices
egerunt in profunditate charitatis: & ſic vehementem fregerunt impetum ventorum.
Statuerunt etiam amoris carbones acutos, & bruchi ora palo ſuffixerunt.
granum abſconderunt in receptaculis ſpiritus; & ſerpentem vulnerarunt
virga arundinea: ac deinde cuncti pariter ſalui atque impolluti, ad dignitatem
decem * agnarum commigrarunt. Ipſi eximiam pulchritudinem cæleſtis ſuæ
meſſis Deo obtulerunt, & Euangelicis ſermonibus irrigati, centeſimum fructum
produxerunt: ideoque etiam tyrannica demeſſi falce, manipulos ſalutis in * terram
repoſuerunt. plauſtris verò inde tanquam frumentum, ad latiſſimum Eccleſiæ B
adytum vecti ſunt, vt pſalmodijs fideliter impinguati, miſericordiam petentibus
tribuant. Quis igitur vnquam vidit tales admirandos manipulos * ſtillantes
ſanguinem, & coronas? Quis germina vidit eiuſmodi muneribus conſpicua:
aut corpora, medicamenta hominibus præbentia? Quis porrò linum adſpexit
meſſis tempore demeſſum, & à meſſoribus vegetatum? Vt enim vnum adhuc
ſpirantem cernerent infelices tortores, non aſſumpſerũt eum cum reliquis Martyribus:
ſtulto igitur conſilio vſi, vnum ex numero ſurripere voluerunt. Cæterùm
diligens colona mater eius, in humeris ipſum tollens, coniunxit reliquis
manipulis, vt ad ſpiritalem ſimul aream peruenirent, & ad cumulum * ſpiritalis
vocationis; vtque in * ventilabro intelligibilis ſpiritus, ipſe citiùs è terra in cęlos
referatur: vt qui ſuper terram filium lucis cognouit, introducatur in viuentem
ciuitatem Hieruſalem, fiatque ſanctus panis cum cæteris in perenni menſa cælorum.
Sic reputabat ſecum fidelis ac ſancta mater, filium geſtans via * regia. *Sic* C
ſuas ſuffulciebat ceruices, ipſumque ad cæleſtia regna dirigebat. *Sic* fide contemplabatur
onus * accumulatum, & ſuum filium iam eruditum. Nam ſi iniqui ac
fraudulenti illi, inquit, operarij permiſerunt mihi fructum meum, & non aggregarunt
ſibi; ego te germen dolorum partus mei deſpiciam? Imò verò ipſum colligam,
& Chriſto offeram, vt in immortalitate recipiam eum, quando venerit
qui pro ipſis crucifixus eſt. Non diſſoluor, neque ſuccumbo tali oneri: quoniam
muliebrem indulgentiam repudiaui. montes omnis moleſtiæ, & horoſcopia
fœminarum diffregi, virilis facta ſum atque robuſta: iter pulcherrimum chariſſimi
filij mei amplector, ac ſequor. Nouem menſes ipſum in vtero portaui: vt
deſcendens, continentis ac terræ latitudinem videat. parumper iterum humeris D
eum geſtabo: vt aſcendens, cælorum pulchritudinem intueatur. In vtero * concluſum
circumgeſtabam eum, donec cum omnibus alijs eum mundo peperiſſem:
cruentatumque rurſus ipſum collo impono, quouſque cum Angelorum
multitudine choræas ducat. Semel eum ex vtero in mundum produxi, venitque
mortali & caduco amictus corpore: poſtremò autem iam humeris eum altiſſimo
& immortali Domino offero; illumque cætero, loco rerum omnium
habebo. Ecce enim magnus mentem meam ſtupor inuadit; quippe quæ * filium
meum etiam nunc tanto ante proſpicio: & ecce præcurrit mihi, & iuueneſcit. reſupinus
mihi puer iacere videtur fractus, ſeſeq; in cælum ipſum erigere: vulneribus
& cicatricibus notatus eſt vndique, ſtolaque valde glorioſa circumamictus
apparet: ſilet ore, & ſpiritu Deũ laudat: pennas habet plantas, & ad excelſa pertingit.
Vox cælitus eum cum martyrij conſortibus inuitat, dicẽs: Venite ingredimini
in thalamum lucis. Propterea ſuper his omnibus gaudebo, dicamque ad filium E
meum: Beatus es, fili dilecte: qualem repentè dignitatem tua pulchritudine
attigiſti ac conſecutus es? qualem nunc hæreditatem tua inuenit iuuentus; diuinumque
conuiuium tua obtinuit vita? Beatæ tuę ſunt manus, fili chariſſime: quoniam
inuiſibiles diuitias contrectarunt. Beati tui pedes, dilectiſſime: quoniam
à cœno denſiſſimo iam extracti ſunt. Quoties ego animo mecum reuolui, dicens:
Vnde filio meo nuptias parabo? paupercula ego ſum, & ipſe ignobilis. quo pacto
ergo nos quiſpiam in affinitatem ſecum admittet? quomodo opes acquiram: aut
generis ſplendorem in noſtram vtilitatem ſe inclinantem? Iſta mecum expendebam,
& non noueram quòd ineffabili modo apud Dominum conſtitutus
* adſtabas.

† τῆς πάυλου ξυνωρίδος.

* al. ſanctæ.

* δίχα ἀμνάδων.

Matth. 13.

* al. in terra condiderunt.

* al. ſtillantem.

Virile atq; præclarum piæ matris facinus.

* ἐν λικμητῷ. al. λικμῷ, i. in vanno.

† κατὰ τῆς λεωφόρον.

* al. cruentatũ.

Vox conſtantis atque intrepidę matris, in martyrio filij.

* al. ἡμαγμένον, i. cruentatũ, ab αἱμάσσω, i. cruento, intelligendo hic maſſam illam in aluo cruentam, ſcil. embrionẽ.

* al. de filio meo

Vox matris ad filium Martyrẽ.

A *adſtabas. Neque cognoueram, fili, quòd oculis intellectus aſcendiſſes, ac ſpi- † al. ἦσθα eras.
ritu ſupernis virtutibus adhæſiſſes. neſciebam quòd corporis paſſiones exſtinxiſ-
ſes & incorporeorum locum omnis paſſionis expertem acquiſiuiſſes. Vnde præ-
clarus in te Rebeccæ quadrat arrhabo, dilecte fili, propter quam, Abraham ſer Gen. 24.
uum ſuum miſit: at propter te, ſuum vnigenitum Deus. Illa, in fonte * donaria ac- † ὅρμασρα,
cepit: tu autem in ſtagno immaculatas coronas. Illa, per quam inaures tulit: ſed † al. monilia.
tu per ſanguinem, gratiam ſpiritus. Non ita puellam decebat tunc accuratus ille
ornatus: vt te hodie, propter Chriſtum ſuſcepta vulnera. Non ſic aurum tunc or-
nauit puellam iuuenculam: quantum te martyrij huius flagella. Non ſic obuiam Ibidem.
iuuenculæ proceſſit Iſaac in * agro: vt tibi in occurſum venit ipſe Dei filius. Non † εἰς πεδίον.
B in terram Chananæorum, habitaturus pergis; ſed in ſanctam ciuitatem proge-
nitorum: non vt Abraham ſolum ibi ſpectes, ſed & Deum ipſum patris tui Abra-
ham. Non ergo cognationem ac domum dumtaxat odiſti: ſed & mundum vni-
uerſum, vt Chriſtum tibi lucrifacias. Ipſe tibi dotes * adſcribit in cælis. Ipſe tu- † προικῷα γρά-
am infantiam illuſtrat, capitique tuo coronam imponit, ac reſidere magnificè φω.
facit in ſplendore lucis. Cognoſcebas, fili, me iam diu viduitatem cum extrema Viduitas & pau-
paupertatem amplexam eſſe: & ideo ſic contendiſti ad patrem orphanorum, & pertas in matre
iudicem viduarum confugere. Ideo animam tuam potius elegiſti: vt eam puram Martyris.
& immaculatam Domino gloriæ traderes. ideo fidelium te domicilium vadis
conſtituturus in vitam æternam. Suſpicio te, & glorifico Dominum, quòd ita re-
pentè in tantam tranſilieris altitudinem. Ecce tibi ipſi diuitias adinueniſti inte-
gras: quas non theſaurizarunt tibi parentes tui antea. Ecce dignitatem inueniſti
C firmam atq; infractam: quam non dedit tibi Rex aliquis terrenus. Ecce inueniſti
fratres ibi omni ex parte * germanos: quos tibi non peperit pauperrima mater. † πασης γνη-
In iucundũ comitatum teipſum retuliſti: & cum fidelibus viatoribus ad Chriſtum σιότητος.
modo proficiſceris. pulchram hinc regionem deſideraſti atq; amaſti: pulchram
dico, & celebrem atque inſignem. Iſtis adhæreſce nunc & in perpetuum. cum iſtis
etiam ad dexteram Patris conſiſte. Paullulum iam hic in plauſtro conquieſce: vt
decem ciuitatibus in cælis imperes. Admiſceatur ſanguis tuus pretioſo aliorum Lucæ 19.
ſanguini: vt nomen tuũ libro inſcribatur vitæ. Surſum * voluatur rota à reliqui- † ὑπλιασθῇ.
is tuis: vt rotas throni altiſſimi adſpicias. Vnico adhuc momẽto * recumbe cum † ἐπαναχλήθητε
ipſis: vt ad cæleſtem manſionem cum ijs peruenias. In ſenſibilem nunc ignẽ cum
eis proficiſcere: vt verò cũ ipſis lumine mox induaris. In fornacem vnà cum illis
D congredere: vt aurum cum ipſis purum egrediaris. Noui quippe ex quali procella
erepti ſitis, & in quem modò portum transferimini. Noui vos eiuſdẽ vocationis
ſocios factos eſſe, & ad cæleſtem Patrem contendere. Noui vos ad regionem illam
capiendam currere: vbi exultat dolor, luctus ac gemitus. vbi nõ regnat anguſtia; Apoc. 22.
neque corporis corruptio: non inuidia conſumens, non inimicus inſidiator. vbi
non eſt malitia, atque adeò ne vllæ quidem tenebræ, ſed lux * veritatis, & ſplẽdor * al. vera.
decoris. vbi optimus ordo eſt & beneficentia: vbi ſalus vera & immortalitas. Cur
me non ſimul vobiſcum impius Tyrannus ſupplicijs * affecit? Quare nõ hanc fe- † ἐτιμωρήσατε
licem oppetij mortem, filij, & eſſem beata? Quamobrem ad ſplendidum hoc con-
uiuium & ego non diſcubui: vt delicias eſſem nacta? An quia nuda ſum, atq; pec-
catrix? an quia miſeranda ſum, & valde miſerabilis? Verùm non his de cauſſis, vo-
biſcum non venio: nam qui vocauit vos, pauperum * amator eſt: ſed quòd inter † φιλόπτωχός.
E vos plures non admittatis. Eſtis enim Deo vna quadragenaria cohors: quia eſtis
deni ac deni ad conuiuium euocati Euangeliorum. & quia in numero quatuor Ezech. 1. 10.
facierum animalium iuſſi * eſtis offerre diuinum currum; omniq; tempore illud: † προσετάχθη-
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Rex gloriæ, dicere. Quoniam ergo tali- τε.
bus dignatus es, mi fili, Chriſtum Saluatorem pro me ora, quando ad vos dictu- Eſa. 6. Apoc. 4.
rus eſt; Venite, poſſidete regnum meum, quod præparaui vobis. Recordare Matth. 25.
mei, fili, cum conſortibus tuis, & mercedem à Patre luminum depoſce mihi: Iacob. 1.
vbi ſicut corpus tuum in me animam egit, ac ſpiritum duxit: ita aſpirent mihi cæ-
litus, Chriſti miſerationes. Et ſicuti laceras veſtes meas ſanguis tuus tinxit: ita
miſericordiæ Domini, ab alto me irrigent. Et vt tecum veni ad milliare hoc
vnum: ſic ad iſtas tecum Sanctorum manſiones perueniam; vt & ego vnà cum
ijs Deum prædicem, dicamque quòd non eſt ſanctus, ſicut Dominus Deus no- 1. Reg. 2.
ſter:

Lucæ I. ſter: quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, & erexit cornu omnium ſeruorum A
ſuorum: inimicos confudit, ac pauperes ſaluauit: ipſique ſemper conuenit glo-
ria, & in perpetuum. Ecce quàm myſticam atque arcanam enarrauit tragœdiam
†διέπλασεν. apta hęc & vocalis hirundo. En quomodo * effinxit, vt dicitur, aluearis fiſtulas, ad
mel conſeruandum, apis iſta ſapientiſſima. En, quantam ſcripturarũ materiam
*πρόπολιν * florum inſtar collegit, & vndique melle circumdedit. Idcirco veſpæ, ſtimulo
ἠνθολόγησεν. malitiæ non perturbarunt * atque infecerunt fidei ipſius dulcedinem, neque rur-
*οὐκ ἐκάκωσαν ſus locum inuenerunt, vbi ſpiritalis mellis pulchritudinem reuelent, ac come-
dant. Ideoque pia mater tanquam prudens regina fœtum ad ramum vitæ profer-
† κηρουργίαν. re cupiens, ipſum * ceroma cum mellificio integrum ſeruans, orationũ alimen-
tis munita, opus non fictum ſuperis exhibuit, in myſticam illam cœnam donum B
†τῷ ἡδεῖ. remittens, quod ſuauitate * ac dulcedine guſtus etiam lætificat Angelos. Quid
igitur pro his retribuemus optimæ mulieri? Quid ad iſtà dicemus, chariſſimi? ita
enim illa amorem ſuum ac deſiderium in Chriſtum demonſtrauit, laudibusque
ipſum celebrauit, vt dicẽdo vix aſſequi queamus: quare & ex multis pauca ſaltem
attuliſſe ei hic encomia ſuffecerit. Siquidem & ex ipſis iam diligenter enarratis,
diſcimus hanc fidelem, valdeq; Deo deuotam fuiſſe: quoniam quæ ſurſum ſunt
ſapiebat, regnique penetralia inſpiciebat, ac immortalitatis præmia apprehen-
†ἡγουμένη. debat. Sanguinum fontes, & corporum vulnera, diuitias perfectas * arbitrata,
mortem filij in immortalitatem iam verſam cernebat, mentis oculis proſpiciẽs.
Dicebat enim: nunc magis me recreas, amantiſſime fili, nuncque te melius edu-
*σῶον. care queo, quàm cùm te ſaluum * atque incolumem produxi ex vtero. Sed quo
pacto fieri iſta poſſunt, ô ſancta fidelis atque beata? Vides cerebrum confractum, C
†ἀποπηδήσαν- vides pupillas oculorum * exſilientes. vides illiſa ora contuſa: vides labia in duas
τας. partes diuiſa, ipſaſque verborum ſcintillas exſtinctas. & (vt vno verbo dicam) cer-
nis vniuerſam altitudinem corporis attractione ac pondere verberum mutilla-
tam: & dicis, nunc me viuam magis reddis, amantiſſime fili? Imò verò, inquit, &
optimè poſſum, ac valeo. Sed quo pacto, & in quo, ac qua medicina? ego autem
amplius dico: quo pacto, & in quo, ac quali gratia? Proferam Ezechie-
lem Prophetam in medium, qui euangelizabit ei, quod ad te dixit Dominus,
Ezech.37. ô adoleſcens: Ecce ego intromittam in oſſa tua ſpiritum, & ſtabunt ſuper pedes
ſuos, & viuent in perpetuum. deinde Paulum adducam affirmantem atque dicen-
tem: Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: quoniã ipſe Dominus deſcen-
1.Theſſ.4. det de cælo, & reſuſcitabit te in vitam æternam. poſtea ipſum quoq; Dominum,
Matth.10. diuina ſua voce ediſſerentem: Qui perdiderit animam ſuam propter me, in vitam D
Ioan.12. æternam cuſtodiet eam. In iſtis tribus ſignis certis ac veris, apparuit mihi dilectiſ-
ſimus meus filius: & propterea non contemplor illum vt mortuum, ſed tanquam
viuentem, atque ſuperſtitem, & permanentem in ſecula. Ideò & me oportebat
manifeſtari Tyranno, quòd mater eius ſim: deſiderio enim deſiderauit anima
*al. ſuauitate. mea videre ipſum bibentem calicem iſtum: & ecce eum ebibit multa cum * faci-
Matth.15. litate, & abijt in gloriam, referens mercedem ſuam. O mulier, magna eſt fides
†ἔπαθλα. tua: verè, inquam, magna & celebris. magna fortitudinis tuæ * præmia, ac valida
Rom.11. pietatis tuæ brauia. Radix tua ſancta, & remus tuus ſanctus, & ſanctitas tua perma-
nebit in æternum. Reliquiſti hominibus nomen gratum, atque amabile: & inue-
niſti inter Angelos laudem ſempiternam. Vt ſuauis odor agri, in conſpectu agri-
*ἐν εὐκλεία. colæ: ſic bona fragrãtia tua coram Angelis. Vt arbores fructiferæ in bona * tem- E
ἀέρων. perie aëris: ita oratio tua in conſpectu Saluatoris. Inſtar Sarræ benedicta es & in-
Gen.17.29. ſtar Liæ ſanctificata. Tamquam Rebecca, & Rachel, pulchritudinis flore glorifi-
Gen.24.29. cata es. Velut Ruth conuerſa ad Dominum, directa es. Sicut Martha & Maria, à
Ruth 2.4.
Luc.10.Ioan.11. Chriſto dilecta es. Vt Anna & Salome, in precibus exaudita es. In libro vitæ tuum
1.Reg.1.2.&c. inſcriptum eſt nomen: & inter filios lucis, memoria operis tui. Iurauit enim
†ἀνθ' οὗ. Dominus bonitate ſua: propterea * quòd opus hoc feciſti propter me, choro An-
gelorum adſcribam te, in requiem meam. Vnde à te depoſco, ô ſancta atque fide-
lis, & beata, ora pro me Sanctos, dicens: Intercedite ô triumphatores Chriſti, pro
minimo ac miſerabili Ephræm: vt miſericordiam inueniam, Chriſtique gratia
ſaluus fiam. Quoniam ipſi conuenit gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum.
Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

DE Sanctis hiſce quadraginta Martyribus, pulchrum quoque inter alios deſcripſit Encomium ſanctus ac Magnus Athanaſius, quod nondum (de quo conſtet) impreſſum Romæ in Bibliotheca quondam Cardinalis Syrleti, hodie Aſcanij Card. Columnæ inuenitur Græcè, num. σλζ. Extat in eoſdem Sanctos quadraginta Martyres etiam Sermo encomiaſticus inter opera S. Baſilij Magni: vbi licet luculenter encomia atque trophæa horum inſignium Martyrum deſcribantur, fuſius tamen ac plenius meo iudicio hic quàm ibi: ſicut Lector ex vtriuſque perlectione atque collatione (ad quam, hiſtoriæ exactioris cognoſcendæ cauſſa, eum inuito cohortorq́;) melius cognoſcet, decernetq́;. De quibus etiam ampliſſimum Encomium à ſe ſcriptum reliquit Greg. Nyſſenus S. Baſilij frater, ſcriptor quoq; inſignis. eſt Græcè in manuſ. Græco Cod. Card. Syrleti, ſub num. ιδι. extatq́; inter Opera eiuſdem Nyſſeni Latinè edita, & reperitur Tomo 2. Vitarum Sanctorum Patrum apud Lipoman. Quorum quoque acta ex antiquis monumentis collegit ac edidit Simeon Metaphraſtes, quæ habentur apud Surium Tomo 2. & Lipoman. Tomo. 7. De quibus inter Latinos etiam copioſè egit S. Gaudent. Epiſc. Brixienſis, in Sermone quem habuit de dedicatione Baſilicæ eorundem Sanctorum quadraginta Martyrum.

Non enim oblitus ſum mei promiſſi, quo vobis de egregijs pollicitus ſum victoribus, quando ea, quæ ſancti ſunt Baſilij, electi viri Dei enarrabam, &c.] *Adludit ad ea, quæ de quadraginta Martyribus promiſit ac dixit in Oratione ſua encomiaſtica in ſanctum ac Magnum Baſilium ſupra, vbi inter alia habet: Tunc ſenſum ac cogitationē concepit venter meus pariendi quadraginta Martyrum laudes. omnem enim rationem ac modū tolerantiæ ipſorum meis infudit auribus vir ille egregius: quemadmodum ſcilicet mortem ſibi pro Chriſto elegerint, quantaq́; pericula deſpexerint, vt ipſum ſibi lucrifacerent: tum quot numero Sancti fuerint, reliquaq́; pietatis eorum commemorabat certamina. Quòd ergo ad eiuſmodi inſignem effectum nos dignos cenſuerit fidelis Pontifex, vt triumphantium iſtorum virorum de tam illuſtri reportata victoria, in alia Oratione (hanc de 40. Martyribus intelligens) laudes deſcriptas relinqueremus: eſt quòd ſanctum hūc Chriſti, eiuſdem cum illis admirationis, pariſq́; honoris virum beatum prædicemus, &c.] Ad quæ hic verba proximè præcedentis in S. Baſilium Orationis, ſuam adluſionem facit. ſeq́; de 40. hiſce ſanctis Martyribus, Baſilio adhortatore atque inſtructore Encomium iſtud concepiſſe & inſtituiſſe, palam ibi fatetur: vbi & conſequenter inſignē comparationem inter ipſum Baſilium, & Sanctos 40. Martyres facit.*

Quo pacto à Babylone in Sebaſten te transferens, accendiſti faculam? Imò verò, inquit, in terra Aſſyriorum habitabam procul à Romanorum finibus, ſed audiui in regione Boreali 40. glebas aureas repertas, & veni igne probatum illas, &c.] *Sermonem cum fornace hic inſtituit, eamq́; duplicem notat: vnam, quæ iuſſu Nabuchodonaſor Regis incenſa erat in Babylone ad cruciandos tres pueros, eo quòd ſtatuam auream ab eo erectam adorare nollent. de qua agitur Dan. 3. & hoc loco adluſiuè apud S. Ephræm. Altera fornax quæ notatur, eſt ea quæ apud Sebaſten ciuitatem Armeniæ minoris (de qua hic agitur) ſub Licinio tyranno, ac præſide Agricolao inſtructa atque accenſa erat, ad Sāctorum quadraginta Martyrum corpora, poſt mortem varijs antea tormentis illatam, concremanda: eoq́; hic fit adluſio, dum ſub fornacis nomine diciter:* Audiui in regione Boreali quadraginta glebas aureas *(id eſt, quadraginta militum Chriſtianorum corpora martyrio affecta)* repertas, & veni igne probatura & illuſtratura illas, &c.] *Quòd porrò Sancti illi 40. Martyres apud Sebaſten Armeniæ paſſi ſint, cum noſtro Auctore conueniunt omnes, qui de eorum Martyrio ac laudibus ſcripſerunt: conſentiuntq́; pariter in hoc Græcorum Menologia, & Latinorum Martyrologia, eodem etiam die 9. Martij, feſtum illorum atque memoriam celebrantia. Quin & Gaudentius Brixianus Epiſcopus in ſuo de dedicatione Eccleſiæ in honorem ipſorum Sermone, eundem martyrij locum confitetur, ipſoſq́; paſſos eſſe in Sebaſte ciuitate metropolitana minoris Armeniæ, diſertis verbis affirmat.*

Quid enim? & ſi corruptibili corpore coram Rege mortali conſiſtebant, ſpiritu tamen ac mente immortali Regi ſeruiebant; & omnes Tyranni immoderationem tenentes, crucem ſignifera figura in mente geſtabant, &c.] *Hæc de 40. illis ſtrenuis militibus dici, accipienda: qui & ſi terreno ac mortali Regi militarent: ſpiritu tamen ac mente, cæleſti atque immortali Regi Chriſto adhærebant: & cùm immoderatum iam animum, tyrannidemq́; Licinij Imperatoris in Chriſtianos tenerent ac noſſent, relicto eius ſigno militari Crucem Chriſti, quam pectore ſemper geſtauerant, palam amplexi ſunt, & ſe Chriſtianos profeſſi, &c. quod hic indicare videtur Auctor. Cui etiam ſententia S. Baſil. adſtipulari apparet in ſua in 40. Martyres Homilia, vbi de illis narrat, quòd in tantam Imperatoris dignationem venerant, vt ab bellorum experientiam & animi fortitudinem primas apud eum tenerent. Sed vbi iniquo præconio atque edicto iam omnibus denuntiauit, ne quis Chriſtum profiteretur, propoſitis etiam cunctis pœnarum generibus in Chriſtianæ fidei profeſſores. Tunc (inquit Baſilius) hi quadraginta inuicti & generoſi Chriſti milites, cùm Præfectus litteras Imperatoris oſtendiſſet, & obedientiam requireret, libera voce audacter ac fortiter minas omnes contemnendo, in medium procedentes, ſeſe Chriſtianos eſſe profeſſi ſunt, &c.] Hæc ibi de iſtis S. Baſilius.*

Quadra-

Quadraginta enim numero erant perſonæ ac facies, & omnibus diuina prouidentia diuerſi aſpectus, ac nominum appellationes: ſed æqualis inter eos cognominationis pulchritudo, &c.] *Hic & ſi Græca de mēdo ſuſpecta videantur, tamē ex vi & circumſtantijs verborū, eam admittere ſententiam ſatis accommodam videntur, quam hoc loco in noſtra tranſlatione expreſſimus. Nam ſicut quadraginta ipſis facies erant diſtinctæ, ſiue diuerſi aſpectus: ita diſtincta quoque ſingulis nomina, quia alijs atque alijs nominibus appellabantur: ſed æqualiter tamen omnes vna communi pulchra denominatione vocabantur Chriſtiani, quod hic indicatur. Ipſis porrò diuerſa fuiſſe nomina, ex eorundem enumeratione conſtabit. recenſentur autem ſigillatim ab Euodio, & Metaphraſte quadraginta numero iſta:* Domitianus, Euodius, (*al.* Eunoicus) Siſinnius, Eradius, (*al.* Heraclius) Alexander, Ioannes, Claudius, Athanaſius, Valens, Helianus, Meliton, Hecditius, Acacius, Viuianus, Heluius, Theodolus, Cyrillus, Flauius, Seuerianus, Cyrion, Valerius, Chudion, Sacerdon, Priſcus, Eutychus, Smaragdus, Philoctimon, Aerius, Michallius, Lyſimachus, Domnus, Theophilus, Euthycius, Xantius, Angias, Leontius, Iſychius, Caius, Gorgonius, & Candidus.] *De quibus Metaphraſtes 9. Martij, & Euodius in eorum Martyrio, quod Romæ Græcè reperitur in Vaticano, & in MS. Cod. Bibliothecæ S. Floræ, nu. 84. & 114. vbi paſſio Quadraginta Martyrum ponitur cum proprijs eorum nominibus. Quòd verò in æquali ac communi etiam omnes nominis appellatione conuenerint, dictique pariter eadem nuncupatione ſint Chriſtiani, pulchrè S. Baſilius in eorundem demonſtrat encomio, vbi de illis ſic ait: Horum enim quilibet in medium procedens: En, ait, Chriſtianus ſum: & ſicut qui in ſtadijs ad certamen prodeunt, dicunt ſua nomina, & in locum pugnæ deſcribuntur: ſic & hi tunc nobilitatis, generisq́; ac dignitatis propriæ obliti, tantùm Saluatoris ſui profeſſi ſunt nomen, quod omnes ordine fecerunt. Ex quo facta eſt omnium vna appellatio. non enim talem ac talem, ſed Chriſtianos ſe omnes clamârunt, &c.*

QVADRAGINTA MARTYRVM NOMINA.

Quare ne conturbaret Chriſti martyres inimicus, Angeli ſpatium ſtagni cuſtodiebant, &c.] *De rigenti illo ſtagno hæc intelligēda, in quo nudi ſub dio expoſiti ſancti Martyres, gelu ac frigore immenſo nocte illa horrendè cruciabantur: ſed vt patienter atque conſtanter tormentum illud perferrent ad coronam, ab Angelis Dei ſtagnū cuſtodientibus confortabātur, &c. quod hoc loco vult Auctor. Stagnum porrò illud non in media ciuitate erat, ſicut plerique perperam ex lectione colligunt Baſiliana; ſed* πρὸ τῆς πόλεος, *id eſt, ante ciuitatem, vt in Græcorum eſt Menologio 9. Martij, ſiue* παρά, *& al.* κατὰ τὴν Σεβαστίαν, *id eſt, iuxta, ſeu prope, ſecus, vel apud Sebaſtiam, vt in diuerſis antiquis Græcis ac Latinis eorundem Martyrij actis legitur: ſiue, pro mœnibus ciuitatis, vt in antiqua Latina Sermonis S. Baſilij in Quadraginta Martyres reperitur tranſlatione. Quare & meritò emendandus locus Homiliæ eiuſdem S. Baſilij in hoſce ſanctos 40. Martyres, vbi habetur:* Iuſſit omnes nudos ſub dio in media ciuitate congelando mori, &c. *legendumq́; ibi omnino videtur:* Iuſſit omnes denudatos ſub dio in medio ſtagno gelu conſtrictos mori, &c. *ſicut etiam Græcè ad verbum in longè antiquiſſimo MS. Græco exēplari Baſiliano Cryptaferrat. ſub littera M. legitur:* Ἐκέλευσε πάντας γυμνωθέντας ὑπὸ τὸ αἴθριον ἐν μέσῃ τῇ λίμνῃ πηγνυμένους ἀποθανεῖν. *&c. quæ optima & veriſſima eſt lectio, varijsq́; auctoritatibus comprobata. Et ne quis hic nobis opponat multitudinem exemplarium huius Homiliæ, cōtinentium alteram lectionem:* ἐκέλευσε πάντας ἐν μέσῃ τῇ πόλει πηγνυμένους ἀποθανεῖν. *id eſt, iuſſit omnes in media ciuitate congelando mori, &c. Dicam in hoc, ſicut mihi in re ſimili ſuperioribus annis, dum in recognitione Librorum S. Bernardi de Conſid. verſarer, occaſione certi cuiuſdam loci, de quo dubiū natum tunc erat, docto ac maturo iudicio dicebat eruditiſſimus Cardinalis Toletus, ſcilicet, non ſemper ad firmandam aliquam lectionem attendendum eſſe ad multitudinem exemplarium vnius rei: cùm ſæpè pluris faciendum ſit vnum ſolum antiquum exemplar in Scriptura, vel auctoritate aliorum Sanctorum Patrum fundatum, quàm viginti aut etiam quinquaginta exemplaria vnius rei, fundamentum non habentia, teſtimonijsq́; aliorum bonorum Scriptorum deſtituta. Iam hic mihi dicant, qui de multitudine textuum vnius rei adeò ſibi blandiuntur, quinam poſt S. Baſilium Auctores vnquam ſcripſerint, dixerintve ſic Sanctos illos Quadraginta milites in media ciuitate martyrium paſſos eſſe, &c. vel qui abſolutè negauerint, illos in ſtagno apud Sebaſtiam martyrium ſubijſſe? Si Auctores habeant, allegent nobis obſecro illos: quòd ſi non ſuppetant, eò quòd nullos inueniant, neque vlli ſint: illam de media ciuitate lectionem corruptam ac deprauatam, hãc verò noſtram (de ſtagno, & quòd in ſtagno ſancti illi Martyres paſſi ſint) in vetuſtiſſimo Græco exemplari Cryptaferratenſi ante citato contentam, adeoq́; multis auctoritatibus ſuffultam, veram & germanam agnoſcant, eiq́; ſubſcribant, neceſſe eſt. Cui etiam lectioni, ac veritati poſt tot à ſancto noſtro Ephræm producta teſtimonia ſuffragantur antiquiſſima Acta Martyrij horum Sanctorum 40. militum, quæ Græcè & Latinè in Bibliotheca Vatic. ſub num. 908. & 1119. (vt & in alijs Biblioth. pluribus) reperiuntur, & ſic Græcè inchoantur:* Κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους τοῦ Λικινίου βασιλέως, ἦν διωγμὸς μέγας τῶν χριστιανῶν, *&c. id eſt, Temporibus Licinij Regis, erat magna perſecutio Chriſtianorū, &c. vbi quaſi circa mediū, diſertis verbis de illis ſic habetur:* Τότε ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν δηθέντας αὐτούς, καὶ σχοινισθέντας εἰς τοὺς τραχήλους ἄγεσθαι πάντας εἰς τὴν λίμνην, &c. *id eſt,* Tūc Præfectus iuſſit eos vinctos, & funibus ad collū cōſtrictos abduci omnes in ſtagnum, &c. *de quibus ibi poſtea copioſius. Sed quoniam in peruetuſto Latino Paſſionario Vatic. num. 1119. (vt & in alijs Biblioth. antiquis) eadem Latinè tranſlata inueniuntur, carptim inde quæ ad inſtitutum hic noſtrum faciūt, decerpere, & in medium adducere viſum eſt. incipit autem ibi Latinè paſſio ac martyrium eorundem, hoc modò:* Temporibus Licinij Imperatoris feruebat ingens

gens perſecutio Chriſtianorum, &c.] *vbi poſtea non longè à medio de hiſce ſic narratur* : Stantes autem Martyres in medio populi, aiunt ad Principes : Cur moras patimini ? Facite quod facturi eſtis. Tunc Agricolaus furibundus præcepit eos funibus collotenus ligari, & ad ſtagnum protrahi, quod ſecus Sebaſtiam plurimis redundabat aquis, ibidemque illos proijci nudos, &c.] *paulloq; ibidem poſt de illis apertius ſic dicitur* ; Mox autem miniſtri iuſſa complentes, miſerunt Sanctos in medium ſtagni, &c] *quibus quid clarius & accommodatius pro lectione noſtra Baſiliana prius adducta, & pro veritate ſtagni, in quo martyriũ paſſi ſunt, dici proferriq; poſſit, non video. Poſtea verò vbi in eodem antiquiſſimo Paſſionario, amplius de illo qui ab eis in cruciatibus defecerat, & de Ianitore ſiue clauiculario in illius locum immiſſo agitur, ſic de illis refertur* : Proh dolor, vnus eorum amiſſo charitatis igne, nequaquam tolerans ad balneum fugit, tactuſq; calore ſtatim liquefactus ſpiritum exhalauit. Cernentes autem milites Chriſti ſic ſuum periſſe collegam, toto conuerſi ad Dominum corde, vna voce cœperunt dicere: Non in fluminibus iraſcaris nobis Domine, neque in fluminibus furor tuus ſæuiat, &c.] *pluribuſq; interiectis, poſtea de illis ac Ianitore ſiue clauiculario ibidem ſic agitur* : Iſtis talia ſupplicantibus, lapſa eſt ſuper eos de cælo lux magna, & quaſi per æſtiuum ſolem ſic diſſoluta penitus niue incaluit aqua. Tunc clauicularius cæteris cuſtodibus ſomno depreſſis vigilabat ſolus, ſecumque reuoluens qualiter ille vnus calore lauacri reſolutus, & iſti omnes in tanto algore ſoſpites eſſent, apertis diuinitus oculis, aſpexit ſuper eos lucem, & curioſè intentus vidit per eandem lucem deſcẽdere triginta nouem coronas ſuper eos. Mox ipſe pertractans non illum qui fugit dignum cæleſti fuiſſe diademate, repentè ſuſcitatis cuſtodibus, & abiectis indumentis, ante illos proſiliens clamabat, & ego Chriſtianus ſum. Hæc dicens, proiecit ſe in lacũ inter medios Sanctos, &c.] *ita in antiquiſſimo ac digniſſimo illo Paſſionario MS. Vatic. numero 1119. de Sanctis quadraginta Martyribus. continetur autem ibi vniuerſus proceſſus eorundem Martyrij copioſè pleneq; deſcriptus, dignus qui legatur, & ab omnibus cognoſcatur : vbi inter multa, valdè apertè, fuſè ac copioſè Sanctos illos in rigenti ſtagno apud Sebaſtiam martyrium ſubijſſe, narratur & demonſtratur. Et ne quis vulgaria, paruiq; momenti illa Martyrium Acta exiſtimet, præmittitur ibi Prologus in initio ab ipſo Latino antiquiſſimo Interprete, qui è Græco fonte primus ea Latinè reddidit, in hunc modum* :

INCIPIT PROLOGVS IN PASSIONEM SANCTORVM QVADRAGINTA, MENSE MARTIO DIE IX. Martyrium Quadraginta Sanctorum ſcripturus, adiutorem inuoco Spiritum ſanctum, &c.] *additq;ue ibi poſtea in hoc ſuo Prologo Interpres, cuius id iuſſu fecerit, ſic dicens* : Dominus enim Ioannes ſpiritalis noſter Pater, Abbas quoque monaſterij Sancti Seuerini, cùm me infeliciſſimum Ioannem Diaconum ſeruum S. Ianuarij Martyris, non meis meritis vnicè diligeret, & crederet ſuis iuſſis in nullo me ire ſiniſtrum : cœpit ſæpiſſimè coram me deuotionem referre, quam erga prędictos Marryres haberet. Tandemque hilariter mihi præcepit, vt paſſionem eorum Latinè transferrem, &c. quare affectum tanti Patris implere curaui, &c.] *Hæc inter alia notatu digna, ibi in Prologo habentur : quæ propter fidem antiquitatis, vt omnibus pateant, conſultò hic addere viſum fuit. Conſonantq; his antiquis Vaticanis monumentis Paſſionaria ac Lectionaria etiam aliarum Bibliothecarum Vrbis, ex quibus vnum inſigne & peruetuſtum in magna MS. volumine Latino 700. annorum (vt volunt aliqui) ſi non plurium, in folio maiore reperitur in Bibliotheca Statiana, hodie Patrum Congregationis Oratorij Romæ, vbi hæc ipſa iam producta Acta cum vniuerſo Martyris proceſſu quaſi ad verbum ex Græco tranſlata etiam habentur, & de Sanctis illis Quadraginta, quòd in ſtagno Martyrium ſint paſi, pag. 33. inter alia ijſdem verbis vt ſupra ſic refertur* : Tunc Agricolaus furibundus præcepit eos funibus collotenus ligari, & ad ſtagnum protrahi, quod ſecus Sebaſtiam plurimis redundabat aquis, ibidemque illos proijci nudos, &c. *paucisq; interiectis poſtea de ijſdem ſic* : Mox autem miniſtri iuſſa complentes, miſerũt Sanctos in medium ſtagni, &c.] *de quibus ibi plura in ſequẽtibus. Adſcribuntur autem illa anonyma Acta à doctis Euodio, Sancti ac Magni Baſilij diſcipulo, & in Epiſcopatu eius ſucceſſori: ſub cuius etiam nomine in Bibliotheca Sfortiana Græcè reperiuntur. Tria quoque inſignia Lectionaria antiqua manuſcripta haud parui facienda extant in Archiuio Canonicorum Baſilicæ S. Petri de Vrbe, quorum olim vſus in choro eiuſdem fuit Eccleſiæ: quæ per nouem Lectiones diſtincta, pariformiter etiam continent nono Martij Sanctos quadraginta Martyres apud Sebaſtiam in ſtagno paſſos eſſe. Ita in antiquo ibi ad longum habetur MS. Volumine ſiue Lectionario, quaſi ſexcentorum (vt apparet) annorum, in folio maiore, lit. B. pag. 129. ita ſimiliter in alio vbi MS. vetuſto Lectionario quingentorum plus minus annorum, in folio ſignato lit. E. pag. 212. vbi Martyrium horum Sanctorum Quadraginta etiam ad longum ponitur per nouem Lectiones diſtinctas, habeturq; ibidem Lectione quinta de ijſdem ſic* : Poſt hæc Agricolaus furibundus præcepit eos collotenus ligari, & ad ſtagnum gelu conſtrictum protrahi, ibidemque illos proijci nudos, &c.] *vbi in ſequentibus ibidem in eundem ſenſum plura, & quidem cum antea adductis, planè conformia. His accedit Tertium eiuſdem Baſilicæ atque Archiuij S. Petri de Vrbe aliud MS. Lectionarium in folio minore, charta pergamenæa, ſignatum lit. H. pag. 50. vbi pro cõfirmatione eiuſdem, ſic quoque Lectione ibi prima legitur* : Apud Sebaſten Armeniæ minoris, Sanctorũ quadraginta militum, tẽpore Licinij Regis ſub Præſide Agricolao, qui poſt vincula & carceres creberrimos, poſt cæſas lapidibus facies, miſſi ſunt in ſtagnum, vt gelu conſtricta corpora eorum nocte diſrum-

perentur, &c.] *Quæ propter antiquitatem & reuerentiam illius Baſilicæ, ex Archiuio eiuſdem hic lu-* A
bens produxi. In Paſſionario quoq; Græco Bibliothecæ Statianæ prius citatæ, manuſcripto vetuſtiſſimo,
idem Martyrium Sanctorum Quadraginta militum habetur, & quòd in ſtagno apud Sebaſtiam paſſi
ſunt, pluribus in locis ibidem aſſeritur. incipit autem illud ibi ſic: Εἶχε μὲν τὰ ῥωμαίων σκῆπτρα Λικίνιος
ὁ βασιλεὺς τῶν πάλαι παρανομώτατός τε ϗ δυσσεβέστατος, &c.] *contineturq; idem planè in Græco etiam*
MS. Biblioth. Cardin. Sirleti, hodie Cardinalis Columnæ, numero 137. cum tali Inſcriptione: Μηνὶ
Μαρτίῳ θ΄. Ἄθλησις τῶν ἁγίων ϗ ἐνδόξων τεσσαράκοντα Μαρτύρων, *id eſt,* Menſe Martio 9. Certamen
Sanctorum & glorioſorum quadraginta Martyrum.] *Vbi longius a principio de illis inter alia ſic*
habetur: Ταῦτα ὁ ἡγεμὼν ἀκούσας, κελεύει σχοινίοις αὐτοὺς τῶν τραχήλων ἀποδεθέντας, ὁμοῦ πάντας ἐπὶ
τὴν λίμνην ἀπάγεσθαι. ἐστὶ δὲ κατὰ τὴν Σεβάστιαν λίμνη ὕδατι πολλῷ πλήθουσα, *&c. id eſt,* Hæc audiēs Præfe-
ctus (*quòd ſcilicet, ſancti illi Quadraginta milites planè nollent dijs ſacrificare*) iubet eos funibus col-
lotenus cōſtrictos, ſimul omnes abduci in ſtagnum. Eſt autem apud Sebaſtiam ſtagnum, in quo
eſt magna aquæ copia, &c.] *pluribuſq; in eandem ibi ſententiam interiectis, poſtea de cuſtode ſiue Ia-* B
nitore etiam agens, qui in locum deſertoris, in ſtagnum deſcenderat, de eo ſic ſcribit παραχρῆμα οὖν δι-
υπνίσας τοὺς σὺν αὐτῷ φύλακας, ῥίπτει τὰ ἱμάτια, ϗ τῇ λίμνῃ ἐφάλλεται, μέγα κράζων, χριστιανὸς εἰμὶ, &c.
id eſt, Statim igitur expergefaciens cuſtodes, qui cum ipſo erant, proijcit à ſe veſtes, & inſilit in
ſtagnum, proclamans: Chriſtianus ſum, &c.] *Longiuſq; ibidem de eodem poſtea, in eundem quoque*
ſenſum, ſic: ἐκεῖνος δὲ τὰ ἱμάτια ῥίψας εὐθὺς εἰσεπήδησεν εἰς τὴν λίμνην, κράζων, χριστιανός εἰμι, &c *id eſt.* Ille
autem (*ſcil. Ianitor*) mox proiectis veſtibus, inſilijt in ſtagnum, clamans, Chriſtianus ſum, &c.]
Plura inde ad cōfirmationem eiuſdem noſtri inſtituti producere poſſem, quæ breuitatis cauſſa prætereo:
quare ad alia aliorum etiam teſtimonia tranſeo, & quæ in ipſo antiquiſſimo Græcorum Menologio de his
ipſis Quadraginta Martyribus, in ſtagno apud Sebaſtiam paſſis, reperiuntur, in medium profero. habetur
autē inter alia clariſſimè de ijs, μηνὶ Μαρτίῳ θ΄. *id eſt, menſe Martio, die nona ſic:* Ῥίπτοντες περιβόλαια
πάντα, βαίνοντες ἀτρόμως εἰς λίμνην πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον οἱ ἅγιοι Μάρτυρες: Διὰ παράδεισον ὃν ἀπωλέσα- C
μεν, ἱμάτιον φθαρτὸν, σήμερον μὴ ἀντισχώμεθα. καταφρονήσωμεν κρύους λυομένου, ϗ σάρκα μισήσωμεν, ἵνα
τοὺς στεφάνους τῆς νίκης ἀναδησώμεθα, *hoc eſt:* Proijcientes à ſe veſtimenta omnia, intrepideque in ſta-
gnum deſcendentes, ad inuicem ſancti Martyres dicebant: Propter paradiſum quem amiſimus,
corruptibilem veſtem hodie ne retineamus: Frigus quod diſſoluitur, pro nihilo ducamus, &
carnē oderimus vt coronis victorię exornemur, &c.] *Sequiturq; poſtea ibi ſic:* Βλέποντες ὡς τρυφὰς
τὰς βασάνους, τρέχοντες πρὸς λίμνην κρυώδη, ὡς πρὸς θάλψιν, ἔλεγον οἱ ἅγιοι Μάρτυρες: Μὴ ὑποπτήξωμεν
ὥραν χειμέριον, ἵνα τὴν φοβερὰν γέενναν τοῦ πυρὸς φύγωμεν. καυθήτω ὁ ποῦς, ἵνα χορεύῃ αἰώνια. ἡ δὲ χεὶρ ῥυέ-
τω, ἵνα ὑψοῦται πρὸς τὸν κύριον, &c. *id eſt:* Et cùm intuerentur velut delitias, tormenta, currentes ad
rigens ſtagnum, tanquam ad oblectamentum, dicebant Sancti Martyres: Non reformidemus
tempus hybernum, vt formidabilem gehennam ignis effugiamus. Incendatur frigore pes, vt tri-
pudiet in æternum: diffluat autem manus, vt attollatur ad Dominum, &c.] *Ecce antea apertè*
dicitur, quomodò abiectis ſuis veſtibus intrepidè in ſtagnum deſcenderint: hic verò, quo pacto ad rigen-
tem lacum, velut ad oblectamentū Sācti cucurrerint, &c. In reliquis ex Menologio hic adductis adluſio
fit ad verba S. Baſilij in eius Sermone in 40. Martyres contenta, cùm inde carptim pleraque Menologij D
verba deſumpta ſint, & ad ſenſum eiuſdem Baſilij accommodata: vt valdè etiam credibile ſit, ea quæ hic
de Sanctorum iſtorum in ſtagno martyrio dicuntur, ad ſenſum quoque dici ipſius Baſilij, cui Auctor Me-
nologij ſe conformare (vt patet) in hiſce voluit. Additurq; poſtea in Menologio, τῷ αὐτῷ μηνὶ Μαρτίῳ
θ΄. *id eſt eodem menſe Martio die 9. de tempore & loco ac genere eorundem Martyrij inter alia claris-*
verbis ſic: Ἔπειτα ἐν ὥρᾳ χειμερινῇ, γυμνοὶ διανυκτερεύειν κατεδικάσθησαν, μέσον τῆς λίμνης, τῆς πρὸ τῆς
πόλεως, &c.] *id eſt,* Deinde cùm hyems eſſet, nudi pernoctare condemnati ſunt in medio ſtagni,
quod ante ciuitatem erat, &c.] *Quibus omnibus quid apertius? quæ etiam per Troparia, aliaq; poſtea*
in eodem Menologio ſubiecta, confirmantur amplius.

Quòd ſi Sanctorum etiam Patrum teſtimonijs, ad comprobandum Sanctos hoſce quadraginta mi-
lites in ſtagno Martyrium paſſos eſſe, opus fuerit; ea quoque perlibenter hic pro multorum ſatisfactione
producemus: ex quibus primus in medium prodit ipſe S. Baſilius, qui in ſuo in ſanctos quadraginta Mar-
tyres Encomio, inter alia de horum perſecutore, ac genere Martyrij ſic enarrat: Ἐκέλευσε πάντας γυμνω-
θέντας ὑπὸ τὸ αἴθριον ἐν μέσῃ τῇ λίμνῃ πηγνυμένους ἀποθανεῖν, &c.] *id eſt, Iuſſit omnes denudatos ſub dio in*
medio ſtagno congelatos mori, &c.] Sicut in longè antiquiſſimo Græco MS. exemplari Cryptæferrat. ſub lit. E
M. ad verbum legitur, eamq; lectionem γνήσιον, *ac veram eſſe, multis hic antea comprobauimus, &*
multas pro ea auctoritates aliorum eſſe demonſtrauimus.

Confirmat hanc eandem veritatem Sāctus Pater noſter EPHRÆM SYRVS, qui S. Baſilio
non ſolùm fuit σύγχρονος *id eſt, contemporaneus, ſed & amiciſſimus, ac ſenſus illius callentiſſimus, (vt e-*
tiam de ipſo S. Gregorius Nyſſenus, Magni Baſilij frater, in eius vita teſtis eſt) eiuſq; hortatu atque in-
ſtinctione laudes ac geſta horum ſanctorum Quadraginta Martyrū (ſicut de ſe hic ipſe fatetur) deſcrip-
ſit: & tam in ſuo in S. Baſilium Encomio, quam in hoſce quadraginta Martyres Sermone (quorum v-
trumque in hoc tertio Tomo coniunximus) adeò luculenter, & efficaciter, frequenterq; illos in ſtagno &
aquis Martyrium paſſos eſſe teſtatur, vt vix alijs aliorum in hoc teſtimonijs opus ſit.

Succedit S. Gregorius Nyſſenus, qui etſi ſtagnum, in quo Martyres illi paſſi ſunt, non nominet,
tam

A *rem tamen ipſam ita apertè indicat, vt non poſſit apertius, vbi de illorum Martyrio in ſecundo ſuo in illos Sermone inter alia ſic recenſet:* Imperat Tyrannus, vt gelu Athletæ excruciati extinguantur, &c.] *ac poſtea de iiſdem ibidem ſic:* Vnanimiter vniuerſi hoc occupato loco, qui publicis tunc balneis vacabat, quaſi & ipſi lauacro corpora abluturi eſſent, haud cunctanter tunicarũ amictum deponebant, &c. *paulloq́; inferius de illis amplius ſic dicit:* Defluebant digiti gelu paullatim, carptimq́ue exciſi, &c.] *Quæ omnia in aquis accidiſſe, quis eruditus verba hæc expendens dubitet?*

IOANNES MONACHVS, alias Damaſcenus dictus, Stagni quoque, in quo Sancti quadraginta Martyres paſſi ſunt, ſæpius meminit. ſicut ex antiquis Græcorum Menologiis ac Breuiariis nona Martii clariſſimum eſt: vbi cùm ex Ioanne Monacho Lectiones atque Troparia citentur, alius Ioannes Monachus, teſtibus etiam ipſis Græcis eruditis, quàm Damaſcenus (qui fuit Monachus Ordinis S. Baſilii) intelligi nequit: quòd nullus alius ex antiquis eius nominis fuerit, qui Troparia pro Eccleſiis Græcorum ſcripſerit. Quibus accedit, quòd & ipſe in ſuis ſcriptis atque ſermonibus ſe modeſtiæ cauſ- B *ſa, & ob reuerentiam Monaſtici inſtituti, Monachum libenter appellare ſoleat, ſicut in plerisq; antiquis eius Græcis manuſcript. obſeruaui.*

SIMEON Metaphraſtes eorundem quoque martyrium prolixè deſcribens, illos etiam in ſtagno apud Sebaſtiam paſſos eſſe diſertis verbis affirmat, vbi in ſuo de illis Commentario ſic ait: Tunc Præfectus imperauit, vt funibus omnes vincti in lacum traherentur. Eſt enim apud Sebaſtiam ſtagnum, in quo eſt magna aquæ copia. & quo tempore ſancti martyrio cruciabantur, vehemens erat frigoris vis. Nudi igitur in medio lacu ſunt conſtituti, cùm hyems eſſet & diei hora acerbiſſima, iam enim veſper appetebat, &c.] *quibus quid clarius?*

NICEPHORVS quoque lib. 14. ca. 10. de Euſebia quadam deuota fœmina ſcribit, quòd extra muros Conſtantinopolitanæ ciuitatis domicilium & hortulum habebat, vbi reliquias Quadraginta militum, qui in lacu apud Sebaſtiam certamen pro Chriſto obierunt, adſeruauit, &c.] hæc ibi.

S. GREGORIVS Turonenſis inter Latinos etiam rem eandem confirmat, dum libro 1. de C *Gloria Martyrum, cap. 96. pluribus teſtatur ſanctos hoſce Martyres in lacu martyrium paſſos eſſe.*

MOMBRITIVS eandem quoque veritatem tuetur, ſicut in Paſſione eorundem Martyrum per eum deſcripta videre licet, vbi illos in medio ſtagni, quod circa Sebaſten (vt ipſe ſcribit) erat, poſitos, paſſosq́; demonſtrat.

Ita de iiſdem etiam planè ſentit ac ſcribit PETRVS de Natalibus, & alii plurimi, quos hic recenſere foret longius.

Tranſeo ad MARTYROLOGIA, quæ pariformiter omnia, nullo penitus diſcrepante, comperio ſemper tenuiſſe ac tradidiſſe Sanctos hoſce Quadraginta Martyres in ſtangno apud Sebaſtiam glorioſum martyrii certamen pro Chriſto ſubiiſſe, ſicut de iis palam eſt.

BEDA Venerabilis (qui ante nongentos annos floruit) ita omnino pro eadem veritate in ſuo Martyrologio in hæc verba ſcribit: VII. ID. MART. In Sebaſte in Armenia minore 40. militum, tempore Licinii Regis, ſub Præſide Agricolao, qui poſt vincula & carceres creberrimos, poſt cæſas lapidibus facies, miſſi ſunt in ſtagnum, vbi gelu conſtricta corpora eorum nocte diſrumpebantur, & manè crurifragio martyrium conſummauerunt, &c.] *& iſta ad verbum ex antiquiſſimo* D *MS. Martyrologio Venerabilis Bedæ (quod Romæ in Bibliotheca Achillis Statii, hodie Patrum Congregationis Oratorii adſeruatur) deſumpſimus.*

VSVARDVS (qui ſuum hortatu Caroli Magni Martyrologium conſcripſit) idem de hiſce poſt Bedam planè teſtatum reliquit.

Poſt quem, etiam ADO Epiſcopus Treuerenſis (qui ante quingentos annos ſub Gregorio VII. floruit) eandem in ſuo quoque Martyrologio ſententiam ſequitur & tuetur. Pro quorum omnium confirmatione ac robore ſuffragatur nobis denique Martyrologium Romanum, eandem cum aliis Martyrologiis in hiſce veritatem ſuſtinens, & affirmans. Ita & de his ipſis, quòd ἐν τῇ λίμνῃ, *id eſt, in ſtagno Quadraginta Martyres paſſi ſint, tenent (vt ante dictum eſt) Græcorum Menologia, quorum vſus ante mille annos fuit in Eccleſia. Ita quoque in omnibus Officiis, Minæis, atque Tropariis Monachorum antiquiſſimi inſtituti S. Baſilii, nona Martii reperitur. Ita & in picturis Eccleſiarum non ſolùm Orientalium, ſed & Occidentalium hi ſancti Martyres in ſtagno nudi depicti viſuntur: ſicut etiam Romæ in Eccle-* E *ſiæ 40. Martyrum in regione Tranſtyberina, in Eccleſia item S. Stephani in monte Celio, & in Eccleſia S. Vitalis videre licet.*

Probatur poſtremò eadem veritas amplius à Conſenſione, & in hoc vnione omniũ nationum ac populorũ. Ita enim hactenus tenent ac ſemper tenuerunt non ſolùm Latini, ſed & Græci, Syri, Chaldæi, Maronitæ, Armeni, & quicunq; Orientales alii. Quòd ſi Orientalibus iſta affirmantibus fides non habeatur: credatur antiquiſſimis ipſorum Eccleſiaſticis Officiis ac Libris. credatur antiquiſſimis Græcorum non ſolùm Patribus per nos ante citatis, ſed & ipſorm Minæis, Tropariis, ac Breuiariis. Credatur Syrorum, & Chaldæorum monumentis ita quoq; de his atteſtantibus. Credatur Maronitis Chaldæorum Officium legentibus atque ſequentibus, vbi apud eos in parte Quadrageſimali idem continetur & aſſeritur. Credatur non ſolùm Armeniæ populis idem de Sanctis hiſce, quòd in ſtagno apud ipſos paſſi ſint, adſeuerantibus: ſed & eorum antiquis Paſſionariis atque Hymnariis idem prorſus continentibus. Credatur deniq; antiquiſſimæ in his traditioni Eccleſiæ, cui contradicere non licet.

Reperitur in duplici antiquiſſimo MS Græco Cod. Cryptafer. vnde tranſcripſimus, & Latinè reddidimus.

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

Encomium, in omnes Sanctos Martyres Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui in toto mundo Martyrium ſunt paſsi.

ILLVSTRIS & peramabilis eſt ſemper Angelis atque homi- B
nibus memoria Sanctorum: vt & nos pari zelo atque feruore
decertemus, & ad eorum imitationem, Deum diligamus. Igne
namque ardentius * incidit in corda, ſuadetque vt contemna-
mus vanum hunc mundum, & omnia quæ in eo delectabilia
apparent, ac iucunda; omnemque vitæ iſtius conſuetudinem
noxiam, & parentum amorem, ac fratrũ beneuolentiam, con-
iugem & liberos, * poſſeſſionemque nimiam curam atque ſollicitudinem: quin
& in ſublime mentem * noſtram erigit, cogitationemque à cunctis rebus terre-
nis eleuat, & choros cum Angelis ducere facit, atque hinc throno Altiſſimi ad- C
ſiſtere: & dum adhuc in corpore * ſumus, vt imitemur incorporeos; & in terra
incedentes, cæleſtia ſapiamus. Sic enim & Paulus vas electionis, prædicator fi-
dei, & Doctor gentium, omnes cohortatur, ſcribens, vt quæ ſurſum ſunt ſapiant
vbi Chriſtus eſt à * dextris Dei. Quicumque igitur toto pectore ad Deum acce-
dunt, & omnem curam atque ſollicitudinem in eum proijciunt; non amplius
propriæ indulgere debent voluntati, neque carnis voluptates deinceps ſequi,
corporeiſque perturbationibus ineſcari, ac decipi. Nam qui in Deum credit,
non debet hæſitare * ac dubitare, tanquam penuria aliqua laboraturus in ſuo
miniſterio. qui enim modicæ eſt fidei, incredulus inuenitur, non firmam in
Deum, fidem habens. Sic quippe ſancti Martyres toto ſe corde ac animo tradi-
derunt Deo, vt deinceps & ipſam mortem, & cunctas inimicas Tyrannorum in-
ſidias contemnerent; parati ad perferẽda verbera, & tormentorum neceſſitates,
diuerſoſque totius corporis cruciatus. Terga in locorum dederunt ſectiones, & D
in varias * fibrarum atque medullarum conciſiones. Ideoque impij tyrannorum
miniſtri, quòd ſanguinarij * & parricidæ eſſent, arreptos Sanctos flagris diuelle-
bant, vnguibus autem latera acriter dilacerabãt. poſtea plumbatis dorſa ipſorum
atroci animo crudeliter contundebant: pectoris verò iuncturam acutis * veru-
culis, infrementes atque rugientes truculentarum ferarum inſtar, * diffindebant;
& eorum axillis globos ignitos admouentes, magna eas crudelitate adurebant.
Crura ac femora cum neruis, enſibus præcidebant: venarum autem fiſtulas cul-
tris diſcindebant; & membrum vel vnum ſine tormento atque ſupplicio non re-
linquebant. Quin & oſſa ipſorum immaniter confringebant: atq; ideo virtutem
à Deo accipiebant, vt cunctas fortiter paſſiones ſuſtinerent: & quaſi ſenſus do-
loris expertes, ſeſe ad quaſcumque inſidias gerebant, & tamquam in alienis cor-
poribus paterentur. imò & * principibus ipſis atque iudicibus audacter inſulta- E
bant, & ad maiorem eos iram excitabant, dicentes: Si grauiora habetis tormen-
ta, admouete nobis: hæc enim nullius momenti ſunt. Quare etiam illi magis
incenſi, itaque efferueſcentes, velut immaniſſimæ feræ aduerſus ipſos rugiebant:
vocatiſque lictoribus, vehementius ſancta fortium pugilum corpora cædenda,
dilacerandaque curabant. Illi verò viciſſim ad Præfectos, ac Iudices: vbi ſunt (in-
quiebant) ſuppliciorum veſtrorum minæ? nam ignis veſter frigidus apparet, ac
tormenta inefficacia, percuſſores imbecilles; & gladij veſtri, ligna marcida. ni-
hil quod noſtræ reſpondeat promptitudini atque alacritati, habetis: ad plu-
ra & maiora toleranda parati conſiſtimus. Quapropter mortui, tamquam
viui operantur: ægrotos ſanant, dæmones expellunt, omnemque tyran-
nidis ipſorum nequitiam virtute Chriſti in fugam agunt. Semper enim ſan-
ctis

*ἐμπίπτει.

q al. creaturarũque,

* al. ipſorum.

* al. ſunt, imitentur in corporeos, & cæleſtia ſapiant.

1. Tim. 2.
Coloſ. 3.

* vulg. in dextera Dei ſedens.

Rom. 8. & Galat. 5.

*διστάζειν.

SS. Martyrum prompta ad patiendum pro Chriſto voluntas.

*ἰνῶν, καὶ μυελῶν.

*αἱμοχαρεῖς καὶ φονειώδεις.

Varia SS. Martyrũ tormenta.

*ὀβελισκοῖς.

*ἐμέλιζον.

SS Martyrum virtus atque conſtantia.

* al. tyrannis.

Tyrannorum minas, atque tormenta, non reformidarunt S. Martyres.

Miracula Sanctorum Martyrum.

A ctis Reliquijs gratia adeſt Spiritus ſancti, quæ cuncta in eis miracula edit; quo- Reliquiæ Sanctorum.
niam viriliter Chriſtum coram hominibus in magna patientia confeſſi ſunt:
quare & ipſe eos coram Patre, & Angelis ſuis prædicauit, promiſitque eis bona
illa, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis mortalis Eſaiæ 64. & 1.Cor. 2.
venerunt: & in quæ Angeli proſpicere deſiderant. Et quid amplius hic ſermo- 1.Pet. 1.
ne perſequi atque explicare volumus? Cohæredes ipſe ſibi eos effecit. hæredi-
tas autem Chriſti quænam ſit, vt ego exiſtimo, nemo ignorat: Cæli cælorum, Hæreditas Chriſti quænam ſit, & cuiuſmodi poſſeſſiones eiꝰ.
& omnia quæ in eis ſunt: lux inacceſſibilis, thronus gloriæ, fons manſuetorum:
& omnis paradiſus, cum cunctis quæ in ea ſunt arboribus, fructuque ſuauiſſimo.
hæ Chriſti regis ſunt poſſeſſiones, & aliæ præterea infinitæ? quarum etiam igno-
tæ ſunt nobis appellationes: quoniam hominum conſpectui non patent. Feli- Sanctorum felicitas.
B ciſſimi ſunt omnes Sancti ob hæreditatem illam cæleſtem qua perfruentur, per-
petuamque conuerſationem cum Chriſto: in quo lumen reſplendet, quod eſt
ſuper omne lumen: cuius inexplicabilis gloria ſubſtantiæ, & imperueſtigabilis
magnificentia, & inſcrutabilis manifeſtatio diſpenſationis myſterij incarnati-
onis ſuper terram. Perfecta figura atque imago eius, qui genuit ipſum: & fons Hebr. 1.
vitæ, omniumque opifex. Immobile confeſſorum fundamentum, certantium Coloſ. 1.
corona, & vincentium remunerator: Deus fortis, & princeps pacis, inferorum Eſaiæ 9.
ſpoliator, & mortuorum * viuificator. Ipſe ſanctos Martyres corroborauit, 1.Cor. 15. * al. reſuſcitator
ad Tyrannorum crudelia conſilia ſuperanda. Ipſe omni genere armaturæ ſuos
milites ad hoc bellum inſtruxit, circummuniens eos vndique ſcuto fidei, & cha- Sancti Martyres vt à Chriſto corroborentur, ac muniantur.
ritatis thorace, mentiſque ac voluntatis firmitate: accingens eos gladio Spiri-
tus, quo hoſtis caput amputârunt, templa idolorum funditus euerterunt, ſtatuas
vt puluerem munitiſſimum confregerunt; delubra atque altaria immundorum
C ſacrificiorum, iniquorumque libaminum diruerunt. & execrabiles ipſorum
Sacerdotes ſimul cum ædituis igne comburendos curauit Chriſtus; fallaciumque
ſimulachrorum dæmones ab eis depellens, gehennæ tradidit. Cernentes por-
rò iſta glorioſi Martyres, ſic agi virtute Chriſti; maiorem alacritatem pro nomi- *al. pro nomine potentię ipſius.
ne * ipſius patiendi ſumpſerunt, manuque propria deinceps idola deiecerunt,
conterentes in terra cunctas abominationes: & vbicunque ſimulachrum conſti-
tutũ inueniebant, lapidibus * confringẽtes in lutum proijciebant, ad extremam * κατακλάζοντες.
ignominiam atque deriſionem eorum qui colebant & adorabant ea. dicebant-
que ad iniquos Principes, ac tyrannos: Ecce ſimulachra veſtra * ſenſus expertia, * al. ſtolida ac ſtupida.
muta, ſurda, & infirma, cæca, & immobilia, quæ vos colitis: vos, inquam, qui ra- Galat. 4.
D tione præditi eſtis, & quos Deus * ſecundùm propriam honorauit imaginem: vt * al. ſua ipſius honorauit imagine.
eius potentiam agnoſceretis, ipſique cum timore ac tremore ſeruiretis; & quæ
grata atque accepta ei eſſent, quotidie faceretis. Ipſe enim Deus abſque princi- Coloſ. 1. 3.
pio, & terribilis, fortis & potens, glorioſus & inuiſibilis. omittentes porrò ado-
rare Creatorem veſtrum, creaturam potius colitis in exacerbationem ipſius. So Rom. 1.
lem ad illuminationem fecit diei; vt lucem & calorem eius percipientes, Crea- Gen. 1. & Pſal. 135.
torem illius ſemper glorificaretis, qui eius vobis vſum præbuit, atque oblecta-
mentum: vos autem tamquam cæci relicto Creatore, creaturam potius ipſius Rom. 1.
coluiſtis. Lunam ſimiliter propter vos creauit ſapiens opifex, vt præluceret no- Gen. 1. & Pſ. 135.
cti: vos verò velut inſipientes, etiam hanc pro Deo reputantas, * ipſi cultum * al. in ea cultũ diuinum poſuiſtis.
attribuiſtis. Cæterùm miſericors Deus patienter tolerans, expectat ſemper con-
uerſionem omnium: cùm nolit mortem peccatoris, ſed conuerſionem ipſius Ezech. 18. 33.
E præſtoletur. ſemperque clamat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & Matth. 11.
onerati eſtis peccatis; quique grauati eſtis ponderibus oneroſiſſimis illicitarum
actionum, ac voluptatum carnalium: & ego in delicijs æternis vos reficiam;
concedens vobis remiſſionem peccatorum, & vt filij regni mei efficiamini, ac
cum omnibus pariter electis meis reficiamini. In hanc ſententiam ad conuerſio- Salubres SS. Martyrum admonitiones.
nem ſancti Martyres cunctos impios hortabantur, ſi fortè ſaluari vellent: at con-
tra inſipientiſſimi illi ſubſannabant eos, maledictis impiè inceſſentes ac proſcin-
dentes eorum admonitiones: quoniam in maleuolam ac dæmoniacam animam Sap. 1. at aliter in vulg.
non introibit ſapientia atque intellectus. Cuncti verò Sancti omnia dicebant, &
faciebant in conuerſionem ipſorum. & quidem flagellati atque percuſſi, imple-
bant dictum ſui Domini: Diligite inimicos, & eos qui oderunt vos, vt ſimiles red- Matth. 5. & Lucæ 6.

A damini Patri veſtro qui in cælis eſt, obliuioni iniurias acceptas tradentes, & omnium miſerentes. Beati ergo ſunt hi Chriſti pugiles, qui lucem & vitam modò æternam participant, fidei columnæ, & charitatis vincula: viua fundamenta, & qui omnia nunc continent: filij caſtæ * ac venerandæ Chriſti Eccleſiæ; turres graues Sion, quæ in cęlis eſt. Hi nunc ſponſam Saluatoris exhilarant. hi decorē eius exorant. hi ornatu atque elegantia quadam * ſpiritali ipſam illuſtrant; & ſicut reginam * circumornatam veſtitu deaurato, varijs eam virtutibus adornant. Huius porrò ſponſor * ac paranymphus diuinus Paulus, ſapiens architectus, qui antea quidem expugnabat, ac depopulabatur ipſam, æmulationem habens legis, ſed non ſecundùm ſcientiam. Salus enim cum adhuc diceretur, omnia æmulatione & perturbatione, magnaque confuſione replebat: trahenſque ac flagris cædens eos qui Chriſtum colebant, vinctos omnes in carceralem cuſtodiam tradebat, B minas & cædem incomparabilem ſpirans aduerſum eos, qui prædicationem adnuntiare volebat: & in externis ciuitatibus ſummoperè elaborans, diligenterque inueſtigans, ſi quis fortè inueniretur Chriſtum nominans: ita quippe odio vel in ipſum nomen exarſerat, quod omnibus hominibus dulce eſt ac expetendum, genuſque humanum ab errore ſaluat. Vehementer autem ſęuiens in Verbi diſcipulos, * euolat cum Epiſtolis Pontificum: vt ſi quos inueniret Chriſtum nominantes, viros pariterque ac mulieres, allegatos traderet cruciandos Præſidi ac Iudici, mortiſq; pœna multarentur. E cælo autem vocatus à benigniſſimo Domino, cohibitus * eſt & retardatus à curſu quem peſſimè currebat: *Saule enim, Saule, inquit, quid me perſequeris, ignorans potentiam regni mei? inhibe, atque omitte deinceps importunam æmulationem; & deſine perſequi eos qui me* C *adorant.* Saulus autem oculis corporis excæcatus, vi immenſæ lucis, quæ ad ipſum loquebatur in nube lucida, ſtupefactus iacebat in terra: apertiſque oculis ſuis, neminem eorum videbat qui comitabantur cum ipſo. Accipiens enim ſermonem ſicut piſcis hamum, è profundo ſurſum tractus, vtiliter excœcatus eſt: * largaque vita Iudaicorum inſtitutorum ac rituum abdicata, exinde ſecutus eſt Chriſtum. Et in piſcinam dulcium fluentorum immiſſus, reſpexit ad vocationem ſuam: ac Paulus * mutato nomine vocatus, * requiem præbuit Chriſti diſcipulis, & prædicator ſecurus, & columna firma fidei effectus, affirmauit ſemper ipſum eſſe Chriſtum: qui paullò etiam poſtea propriam tradidit animam, præ nimia ſua dilectione. Sic enim tota mente Chriſtum amauit atque deſiderauit, vt ſeipſum toto pro ipſo periculis traderet. volenſque demonſtrare amorem deſiderij, quo in eum ferebatur, ita omnibus ſcribebat, dicens: Quis nos D ſeparabit à charitate eius, qui vocauit nos, Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas corporis? an periculum? an gladius? Recenſuitque dicens: neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque altitudo, neque profundum, neque aliqua creatura alia ſeparare * me poterit à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto IESV Domino * vniuerſorum. Quis, obſecro, dicere nunc poterit ſe ita diligere eum, qui deſiderauit nos, & ſaluauit mundum? Quis ſic toto animo præſentem contemnit vitam, vt ab omnibus facilè recedat? Quis ita paſſiones atque affectiones omnes ſuperat, vt vanæ gloriæ vincula diffugiat? Quis rurſus ita planè renuntiauit omnibus rebus, vt omnibus relictis crucem portet; * ſecundùm illud, quod Dominus dicit in Euangelio: Si quis venit ad me, & non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus. E Quamuis enim vel modicum quid ex * ſacrificio ſibi ipſe ſumat atque retineat, etiam ſic peccat: non enim prorſus cunctis ſuis renuntiauit: at in diffidentia * & hæſitatione acceſſit. Oportet igitur talem, penitus abnegare ſeipſum, & ſuſceptis Cruce ſequi Chriſtum. Sicut enim qui corpore affixus eſt cruci, nequit ſecum portare quidquam: ita & qui ſeipſum crucifixit ijs, quæ in mundo ſunt; nihil earum quæ in hac vita ſunt rerum, attrahere ſibi debet: vt non ſimilis reddatur Ananiæ & vxori eius, qui ea quæ Dei erant, ſurripuerant. Sic enim per omnia ſeipſum ab huius vitæ rebus ſeparauit Apoſtolus Paulus, vt diceret ac ſcriberet: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo, & omnia vt ſtercora arbitror, vt Chriſtum lucrifaciam, quem & dilexi. Hunc glorioſi imitati Martyres, ſeipſos cuicunque obtulerunt tormento atque ſupplicio; reſpicien-

tes in

SS. Martyrum felicitas.
*τῆς σεμνῆς.
*νοητῷ.
Pſal. 44.
*al. circũamictam, & vulg. circumdatam.
*νυμφαγωγός.
Galat. 1.
Rom. 10.
Actor. 8. 9 22.
Ibidem.
Ibidem.
Lucæ. 1. 2.
*πτεροῦται.
Actor. 9. 22.
*ἐπεσχέθη.
Actor. 9.
Ibidem.
Ibidem.
†al. & vitæ Iudaicæ deceptione liberatus, &c.
Act. 13.
*μετακληθείς.
*Ludit in nomine Pauli, nã παῦλος ἀπὸ τῆς παύλης, id eſt, requie, παρὰ τὸ παύω, &c.
Rom. 8.
Ibid.
†al. nos
†vulg. Domino noſtro.
Matth. 10. 16.
†al. dicente in Euangelijs Domino.
Lucæ. 14.
*ἐκ τῆς θυσίας
†δυσπιστίᾳ καὶ δισταγμῷ.
Matth. 10. 16.
Pulchrum à ſimili Exemplũ.
Actor. 5.
Galat. 6.
Philip. 3.

A tes in ipſum ſapientem magiſtrum, belli huius principem atque victorem: qui factus eſt dux omnibus cupientibus inuenire æternæ vitæ fructum atque oblectamētum. Et quia promptè alacriterque magna cum patientia mortem perpeſſi ſunt, ecce beati prædicantur, in infinita ſecula ſeculorum.

SS. Martyrum certamina, & præmia.

Quapropter velimus nolimus debemus cuncti Sanctorum encomia atque certamina celebrare: quippe qui virili animo ſtrenuè decertârunt, vt Deum placatum redderent, proprioque ſanguine propitiatorium nobis omnibus facti, in holocauſta ſeipſos pro nobis obtulerunt, velut agni innocentes, atque irreprehenſibiles, & immaculati, primitiæ pro omni populo facti: ſuasq; ipſi animas in ſacrificium gratum & acceptum multa cum fragrantia Deo offerentes, habebant pro exem- B plo ſtrenuos illos Tres pueros, legis cuſtodes, & Dei præcones: Quibuſcum & nos Saluatorem mundi collaudemus. Quoniam ipſi gloria, & potentia, atque Imperium, in ſempiterna ſecula ſeculorum. AMEN.

Dan. 3.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

HVnc S. Patris Ephræm in omnes Sanctos Chriſti Martyres Sermonem, ſiue encomium ex Biblioth. Græca Cryptaferratenſi accepimus, vbi in triplici Græco man. ſcrip. Cod. ſub litt. A. M. & HH. reperitur: ex quorum collatione eum, emendatum magis reddidimus, & Latinè, vt hic iam prodit, tranſtulimus. In quo Auctor laudes atque virtutes omnium ſanctorum Martyrum mirificè celebrat, & eorum certamina, perſecutionesq; à Tyrannis, quas paſſi ſunt, nec non flagella atque tormenta va- C *ria à carnificibus illata, inuictam quoque ipſorum patientiam atque conſtantiam, victoriam denique & coronam graphicè pleneq; deſcribit, quod idem & in alio hic immediatè ſequenti etiam de Martyribus Sermone longè pulcherrimo præſtat.*

Impij Tyrannorum miniſtri, quòd ſanguinarij & parricidæ eſſent, arreptos Sanctos flagris diuellabant, vnguibus autem latera acriter dilacerabant: poſtea plumbatis dorſa ipſorum crudeliter contūdebant, &c.] *Varia hic Tormentorum genera recenſet, quibus crudeliter Sancti Martyres excarnificabantur: de quibus & in proximè hinc ſequēti ſermone ac fortè copioſius. Et vt de plumbatis, quarum hic ſit mentio, aliquid dicam: erant Plumbatæ (quæ Græc. μολυβδωταὶ) genus tormentorum, quaſi flagellum ex funiculis, in quorum ſummitatibus pilæ ſiue glandes plumbeæ impactæ erant, quibus terga, ac colla damnatorum hominum, atque Martyrum verberabantur: quarum formam in antiquis quibuſdam Martyrum picturis Romæ adhuc hodie in S. Laurentio extra muros, alijsq; Baſilicis videre licet. De quibus Prudentius ſic in Periſteph. hym. 10, in Roman. Mart. his verſibus:*

D Tundatur tergum crebris ictibus,
Plumboque ceruix verberata extuberet. *Et paullò ibidem poſt:*
Pulſatus ergo Martyr illa grandine, &c.

Cæterum licet eiuſmodi plumbatarum verbera non eſſent ad inferendam mortem, (quoniam ciuilium legum interdicto, verberare reum vſque ad mortem cautum erat) complures tamen inter plumbatarum ictus, reddidiſſe ſpiritum inueniuntur, ſicut & S. Ambroſius haud obſcurè teſtatur in Epiſt. 17. lib. 2. edit. Rom. vbi habet: Quid reſpondebo poſtea, ſi compertum fuerit data hinc auctoritate, aliquos Chriſtianorum aut gladio, aut fuſtibus, aut plumbatis necatos, &c.] *Sed de his plura CARD. BARONIVS in ſuis Notationibus in Martyrolog. Rom. octauo Idus Iunij, in Artemio Martyre.*

Longiuſculè poſtea apud noſtrum hic Auctorem, vbi de Sanctis Martyribus dicitur: Hi nunc ſpōſam Saluatoris exhilarant: & ſicut Reginam circumornatam veſtitu deaurato varijs eam virtutibus adornant. &c.] *alterius manuſ. Cod. lectio paullò aliter cum additamento ſic habet: Hi nunc Chriſti Eccleſiam exornant, & ſicut Reginam forma ſpecioſam, quæ & aſtitit ei à dextris reſplendens, circum-* E *ornata veſtitu deaurato variarum virtutum, præclarorumq; operum proprij Domini, ſplendore ſpiritus ſemper coruſcans, ac ſupra claritatem veſtis Solis præfulgens, & per excellentiam infinitam, multipliciter omnem humanam cogitationem amplius quàm dici poteſt, excedens, &c.] Sed prior lectio hic accommodatior ac clarior eſt, magisq; probatur.*

Huius porrò ſponſor ac paranymphus, diuinus Paulus ſapiens architectus, &c.] *Vbi alia ſic habet lectio:* Huius verò ſponſor ac pronubus eſt magnus & admirandus Apoſtolus Paulus, &c.] *Cauſſam porrò, cur Paulus ſubinde à Sanctis Patribus ſponſor, ac paranymphus ſponſæ appelletur, reddidimus alibi in noſtris Scholijs in Theodoriti Orat. de Charitate (quam in vtraque ſimul lingua aliâs Romæ edidimus) ſuper illa ibi verba:* Hujus etiam pulchritudinis amore captus illius ſponſor, ac paranymphus diuinus Paulus, &c.] *diximusq; inter alia ibi, adluſionem in iſtis fieri ad verba ipſius Apoſt. 2. Cor. 11. vbi ait:* Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto, &c. *& ad primum cap. prioris ad Corinth. vbi de coniugibus, viduis, atque virginibus agit, & quomodo ſingula in ſuo ſtatu viuere debeant, oſtendit. Ex quibus cur ϖρομνήστωρ, ϗ νυμφοστόλος, ϗ νυμφαγωγός, id* *eſt, ſponſor, paranymphus, ac pronubus à Theodorito, Ephræm, & alijs orthodoxis Patribus interdum S.* A *Apoſtolus Paulus vocetur, haud difficile erit colligere.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

Sermo alius, de Laudibus Sanctorum Chriſti Martyrum.

* al. Encomium in omnes Sanctos Chriſti Martyres, per vniuerſum mũdum Martyriũ paſſos.

IMperitus & inſipiens, horridus atque incultus pictor, venuſtiſſimã B ſpectatoribus imaginem proponere deſiderat, eamque illuſtrem ac ſplendidam omnibus exhibere, Sanctorum, inquam, Martyrum glorioſum certamen atque coronam. Verùm cùm dignos illa imagine colores non habeat, nec adſit manus, quæ in ea effigie perfectè delineanda atque exprimenda ſufficere valeat: quomodo, obſecro, præſumet rudis aliquis atque ignarus imaginem eiuſmodi omnem virium ſuarum excedentem modum, vel aptis exornare coloribus, vel ſpectatoribus ad inſpiciendum contemplandumque proponere? Quandoquidem autem ſuæ non inſcius imperitiæ, neque ſuæ immemor eſt humilitatis artifex huiuſmodi, ſupplex in precibus proſternitur, rogans ac obſecrans Dominum vniuerſorum Regem Chriſtum: vt qui ſanctis ſuis Martyribus inter certamina atque preſſuras donauit vires, addiditque animum, quo varias callidi inimici artes atque verſutias C vincerent, & corronam incorruptibilem ac immarceſſibilem ſibi † raperent; ipſe benigniſſimus Deus, pius, ac ſanctus inſipienti atque inerti ac rudi opifici † ſapientiam & intelligentiã, virtutemq; largiatur, quibus præſtantiſſimã digniſſimamq; imaginẽ valeat erigere, & glorioſa SS. Martyrum certamina atque trophæa cũctis poſthac generationibus ſpectanda, ſuſpiciendaq; proponere: vt omnes hinc poſteri raram illorum patientiam, præclaramq; conſtantiã addiſcant, conſiderentq;. Verè etenim † firmiſſimi, cõſtantiſſimiq; fuerunt propoſiti, omniq; laude digniſſimi. Nam cùm ſæuiſſimę perſecutionis † feruor Chriſtiano gregi ſtrages atque calamitates maximas inferret, plurimiq; timore perculſi, ac fide infirmi ad certamẽ venire † non auderent; Chriſtumque Dei Filium intrepide confiteri, tormentorũ metu detrectarent: generoſiſſimi atque fortiſſimi iſti Chriſti milites inſtaurârunt aciem, & cõmiſſo prælio fortiter hoſtẽ fuderũt, victoriáq; retulerunt. Fide quippe D integra atq; perfecta ſuos accincti lumbos, impauidi Chriſtũ Dominũ, ſummaque animi conſtantia confitebantur: contra verò, qui terrore atq; pauore victi, terga inimico dederant, cæleſti ſeipſos regno abdicârunt & priuârunt. Miſeri ſanè illi atq; infelices, quos tepor atq; ignauia, tanta felicitate ac gloria reddidit indignos. Stabant igitur in magna conſtantia tempore certaminis, validiſſimi pugiles Dei, pœnas quaſcumque ingenti alacritate animi, pro nomine vnigeniti Filij Dei, ac Saluatoris noſtri Chriſti, perferentes. Quàm autem in pugna ſtrenui, quãtaque laude fortitudinis præditi illi fuerint, vel hinc conſtare vnicuique poteſt, ꝙ ſubiecta oculis expaueſcenda tormenta aduerſum ſe parata, non ſolùm nihil reformidârunt, ſed & maiori conſtantia decertantes, omnia perferendo fortiter ſuperârunt. E Adſpiebant ardentem rogũ, ignitas ſartagines, & ollas efferueſcentes: quæ ardore atq; feruore nimio guttas picis, & adipis longius à ſe eiaculabantur. Intuebantur quoq; ferratas & aculeatas rotas, inter ignium globos, nimia velocitate verſari ac circũuolui. Cernebant vngulas ferreas, & laminas candentes, fuſtes, vectes, aculeos, terebra, vincula, cõpedes atq; cathenas; omnemq; planè artem ac machinam, quam veritatis inimicus contra Martyres & cõfeſſores Domini Saluatoris adinuenire potuit: omnia quippe tormentorũ genera Martyribus in conſpectũ callidus ac improbus hoſtis adduxit, vt terrorem eis incuteret, & in formidinem Sanctos verteret; aſpectuq; ipſo, ac ſuppliciorũ perterrefactione, lingua eorum non amplius confiteri Dominum IESVM, metu præpedita tentaret atque præſumeret. Quid porrò fideliſſimi illi, promptiſſimiq; athletæ Chriſti, inter eiuſmodi ante oculos

propo-

* al. pararent.

† al. ſenſum & intellectum, atque virtutem præſtet, &c.

† al. generoſiſſimi.

† al. furor.

* al. venire recuſarent.

Sanctorum Chriſti Martyrum ſumma cõſtãtia, & fortitudo in tormentis.

Tormentorum, quibus ſancti Martyres cruciabantur, varietas.

propoſita, horribilia, inauditaq; tormentorum genera? Fortiores atq; alacriores effecti, maiore fiducia atq; conſtantia animi, citra vllam hæſitationem intrepidè coram Iudicum ac præfectorum tribunalibus Chriſtum Dominum Saluatorē cōfitebantur. Non enim rogus ardens: non ſtridens flamma, non ignitæ ſartagines, non ollæ feruentes atq; ebullientes, non expaueſcendæ aculeatarum rotarū vertigines, non candentes laminæ, non ferratarū vngularū dentes, non reliqua ſupplicia, non vincula, non compedes, non immenſa catenarū pondera, non Tyrannorum minæ, non principum fremitus, non omnia machinamenta diaboli, miniſtrorumq́ue eius, deterruerunt animoſiſſimos ac fortiſſimos Chriſti milites; non pietatem abnegare impulerunt, neq; à charitate Dei & Saluatoris noſtri eos abduxerūt: at contra, hi † clypeo fidei muniti, vniuerſas inimici machinas euerterunt & proculcârunt; nihilq́; omnino ipſos à ſancto firmoq́; propoſito deterrere, atq; auellere potuit. Perſpexiſti bonorū & fidelium ſeruorum fortitudinē? Perſpexiſti pugilum Chriſti cōſtantiam, ac gloriam? Perſpexiſti ſummam athletarū alacritatem, tota fide regnum cæleſte quærentium, Chriſtumq́; regem ſuum omni pietatis affectu atq; deuotione † concupiſcentium? Vidiſti perfectam athletarum fidem, verè perfectorum? Vidiſti in beatiſſimis Martyrū pectoribus charitatem flagrantem, qua, res cunctas terrenas contempſerunt, vt Deum ſuum conſpicerent, quem adeo ardenter dilexerunt: Vidiſti propenſum Chriſti affectum, quo pacto è terra extollat cunctos legitimè exaltari deſiderantes? Adſpexiſti geſtientem atque exultantem paradiſum † ob inuictos Chriſti milites cum gaudio in æterna luce ac pace ſuſceptos? Huc age iam, chariſſime frater, & mente reuolue atque conſidera glorioſos Sanctorum Martyrum triumphos. Intuere oculis cordis raram atque eximiam cæleſtium pugilum fidem, inuiolabilemq́ue deuotionis ac pietatis eorum affectum. Non enim valuit immenſa pœnarum vis animos iuſtorum flectere, aut à ſententia dimouere: nec mors ipſa tantæ charitatis ardorem vllatenus potuit exſtinguere. Cæſi quippe, magno cum gaudio verberum ictus tanquam ſummas delicias excipiebāt; ſerenoq; ac hilari vultu gratias Deo, quod meruiſſent pro ipſiꝰ nomine pati, referebāt. Quibus igitur vos encomijs celebrem, ô perfecti pugiles Chriſti? aut quo vos nomine appellem, viri inclyti, ac ter quaterq́ue beati? Quiſnam magnæ veſtræ fidei laudes explicet? Obſtupuit namq; ſummorum oratorum eloquentia, & Philoſophorum ſapientia, dum adeò mirabilia in Chriſti ſeruis fieri cernerent. Tyrannis atque Iudicibus verba defecerunt, ſanctorum Chriſti Martyrum fidem atque conſtantiam, alacritatemq́ue cum incredibili tollerantia atq; perſeuerantia intuentibus. Nam cùm lictorum manus, eorum membra torquerent, viſceraq́ue nudarent; non triſti eos facie adſpexerunt, neque inter tormenta gemitum ediderunt: verum hilariore ac lætiore vultu gaudia interna teſtati ſunt, quippe quibus illi cruciatus pro conſolatione erant ac requie, carnificesq́ue ijs potius obſequi, quam ſęuire videbantur. Quam ergo nos, quæſo dilectiſſimi fratres, in die extremi Iudicij excuſationem apud Deum habebimus: qui abſque vlla perſecutionis attrocitate, tormētorumq́; vi, charitatem Dei, vitamq́; noſtram vſqueadeò neglexímus, ac tam profundo torporis atque deſidiæ ſomno demerſi ſumus? Ecce, ſancti Martyres miris modis exagitati, afflicti, tentati, verberati, exquiſitiſque tormentis cruciati, Deum toto corde ac tota mente ſemper dilexerunt. Nullis tentationibus, aut minis, ſupplicijsq́ue licet grauiſſimis atque atrociſſimis flecti quiuit tanta eorum conſtantia: nulliſq́ue prorſus perſecutorum terroribus diuinæ dilectionis feruor in ſacris ipſorum pectoribus exſtingui vmquam potuit: Nos † verò etiam in requie, atque delicijs diligere benigniſſimum Deum ac Dominum noſtrum detrectamus. Sed quidnam acturi, quidve dicturi ſumus in die illa horrenda: quando beatiſſimi illi Chriſti Martyres iuxta ſolium gloriæ, magna cum gloria atque fiducia adſtantes, oſtendent vulnerum ſuorum, atrociumq́; cruciatuum ac verberum cicatrices in ſuis corporibus relucentes, ac Solis ſplendorem ſua claritate ſuperantes? Nos, inquam, chariſſimi fratres, quid obſecro, tunc ibi oſtenſuri ſumꝰ? quas illic virtutes præferemus? Num charitatem erga Deum, & proximum? num integram, inuiolabilemq́ue fidem? num voluntariam paupertatem, ac terrenorum omnium nuditatem? num fortè quietem, atque tranquillitatem? num eleemoſynas? num commiſerationis affectū? numquid ſpiritum manſuetudinis?

†al. baltheo fidei præcincti.

†al. ambientiū.

†al. paradiſum amplecti atque fouere ſui olim cupidos pugiles Chriſti, in æterna iam requie ac luce gaudentes?

Actor. 5.

Heb. 11.

†al. Et nos in otio atque delicijs conſtituti, clementiſſimum Deū ac Dominum noſtrum diligere recuſâmus?

NOTA.

numquid orationes mundas? numquid compunctionem ſalutarem? num vigili- A
as? num lachrymas? num veram pœnitentiam atque reſipiſcentiam? Felix profe-
ctò atque beatus erit, quem iſta ibi comitabuntur; Martyrumque tunc reuera futu-
rus illic eſt ſocius, neque à cæleſti illo plenoque luminis thalamo repelletur: ve-
rùm eamdem coram Chriſto Domino, & Angelis eius habiturus eſt fiduciam, hiſ-
ce bonorum operum meritis fretus, gloriamque Martyribus haud inferiorem.

Inuocatio Sanctorum Christi Martyrum.
Obteſtamur igitur vos, ô ſanctiſſimi Martyres, qui pro Domino Saluatore, eiuſ-
que amore, ſpontè ac promptè atrociſſima tormenta ſubijſtis, quamobrem etiam
*al. iam Christo coniuncti estis.
familiarius iam † ei coniuncti eſtis: vt pro nobis miſeris peccatoribus negligentiæ
ſqualore obſitis Dominum deprecemini, vt diuinam ſuam in nos infundat grati-
am, quæ corda noſtra ſanctæ charitatis radio iugiter illuſtret atque illuminet, quo B
ipſum toto corde totaque mente diligere valeamus. Vos etenim verè nunc beati
ac glorioſi eſtis, quos Angeli pariter & homines vna voce atque conſenſu felices
& beatos prædicant: ſiquidem preſſuræ tempore, cùm tormentorum in vobis do-
lor augeretur, vos mentis oculis gaudia paradiſi parata contemplabamini, ſic vo-
*al. corona augeatur, ac gloria.
biſcum reputantes atque dicentes: Multiplicentur iam hic pœnæ corporis: vt in
paradiſo illic voluptatis, † requies propagetur ac gloria. Cumque in altum valde
fluctuum montes, moleſque vndarum per tormenta paſſionum ſeſe attollerent;
repromiſſa vobis à Deo beatitudo continenter ante oculos verſabatur, affir-
mans atque teſtificans perfectè credentibus, Deum mentiri nullatenus poſſe,
qui hæc ipſa promiſerat. Quandoquidem ergo futura ac ſempiterna illa bo- C
na iugiter ante oculos mentis veſtræ defixa tenebatis, certoque credebatis vos eis
ſine fine perfruituros; ideo, beatiſſimi, moueri, flectique haud quaquam potuit ve-
ſtra conſtantia. Læta quippe ac iocunda vobis fuit futurorum exſpectatio, quæ vos
ita animauit atque coroborauit, vt ſingulis horis noua vobis atque acriora admo-
ueri cuperetis ſupplicia, neque vllis ſatiari tormentis potueritis. Adſpexit vos
crudelis arbiter ſecuros, ac fiducia plenos, & planè intrepidos in certamine perſi-
ſtentes: nullamque cruciatuum atrocitatem, nullos verberum ictus, nullaſque car-
nificum manus prorſus reformidantes. Vidit quoque confractas ſuæ improbitatis
atque inſaniæ vires: quare vehementer obſtupuit, & indoluit. Quando verò pœ-
nas quaſcumque, ô validiſſimi pugiles Dei, incredibili virtute ſuperaſtis; opinaba-
tur demens ac furibundus Iudex, terrore ferri ſe robur conſtantiæ veſtræ poſſe in-
fringere, vobiſq; horrorem incutere: vt ſaltem formidine pœnæ ac mortis, Chri-
ſtum abnegaretis, quem totis viſceribus ſemper deſideraſtis atque amaſtis, cuique
in veſtris pectoribus, vt in puriſſimo gratiſſimoque domicilio inhabitare placuit. D
Ignorabat ſiquidem inſanus ille, fore, quod ſuo gladio (quo immenſos ſanguinis
riuos ex Sanctorum iugulo fuderat) ſibi in primis necem pararet: vt vel ipſis pij, in-
nocentiſque cruoris vndis ipſemet miſerè ſuffocaretur infelix. Dicebat autem ad
milites ſuos, iam victus atq; cõfuſus: Reformido ac pertimeſco hunc ſanguinem,
qui de interemptorum pro IESV Nazareni nomine, ceruicibus diffluit: ſe quippe
inuicem ad mortem fortiter pro ipſius confeſſione ſubeundam cohortantur, & a-
*al. tanti.
nimant. Terrorem mihi incutit † tanta ipſorum ſanguinis effuſio: nec ad momẽ-
tum quidem temporis coram tanta diſcipulorum Chriſti conſenſione, tantaq; in
fide concordia, conſiſtere amplius valeo. Pœnitet me nũc facti mei, mallemq; me
aduerſus ipſos non concitaſſe Principum animos: nam ecce vndiq; eorum ſanguis
me conturbat atq; exagitat. En ſanguinis effuſi odor iam meas diſſoluit vires, ne- E
queoq; prorſus illuc oculorum intendere aciem, vbi oſſa diſcipulorum IESV in-
*ἄθαπτα. al. inhumata.
ſepulta † iacent. Hæc ſunt, ô fortiſſimi milites Chriſti, præclara victoriæ veſtræ in-
ſignia. Iſta, ô probatiſſimi athletæ, perfectiq diuini prælij pugiles, veſtræ fidei, ve-
ſtræq; fortitudinis præmia. Iſta, veſtræ victoriæ trophæa: hæc corona, ac gloriatio
veſtra. Mors iſta veſtra, vitã vobis peperit ſempiternam. Intuiti ſunt ſapientes hu-
ius ſeculi, immenſam ſtragem veſtram: & in ſtuporem tota ſapiẽtia illorũ cõuerſa
eſt. attonitiq; ad ſe inuicem aiebant: Verè magnus & potens eſt Deus Chriſtiano-
rum; in quem ipſius diſcipuli ita firmiter crediderunt, vt nullis minis, nulliſque
tormentis ab eius fide diuelli, amoueriq; potuerint. Frequenter autem & lictores
atq; tortores ipſi, tanta beatorum Martyrum permoti cõſtantia, Chriſtum venerá-
ter adorârunt: & patientia atq; tolerantia maximè eorundem, exhortationibuſq;
(quibus

A (quibus ſe inuicem in ipſo certaminis ardore ad tormenta quæcumque ſubeunda animabant) prouocati, in Dei timore ac fide perfecti euaſerunt. Conſpexiſtis, fratres, diuinæ conſenſionis eminentiam. Vidiſtis chariſſimi, immenſam charitatem Dei, ſua membra inter dolores atque † agones mirificè corroborantem. Siquidem Sācti illi ſe inuicem in ipſo certaminis feruore, ad fortiter tolerandos pro nomine ac fide Chriſti cruciatus, cohortabantur, puſillanimesq; conſolabantur; ita vt & ipſi illorum ſerui, vna cum Dominis, in ſancto Martyrij agone atque certamine coronam referrent: dum nos interim mali atq; peruerſi, ob immanitatem nequitiæ noſtræ, inuicem inuidemus, inuicem mordemus, & comedimus. Huc igitur iam age, & ſanctorum te Martyrum diſcipulum præbe. Nam ſi te illis in † diſcipulum dederis: erunt & ipſi viciſſim tibi magiſtri optimi; addiſcesque ab ijs paſſiones B quaſcumque ſuperare, ac nullatenus † locum eis dare: diſces quoq; ab eiſdem perfectam fidem, dilectionem Dei, ac ingentem commiſerationis affectum, futurorumq; bonorum deſiderium: nam ardentem hi rogum ac flammam virtute Dei, fideque perfecta exſtinxerunt, atque vicerunt: quare & tu ſemper prauæ ac noxiæ concupiſcentiæ flammas in teipſo reſtingue, ac vince. Varia illi tormenta ſuperârunt, ſpe, quæ eſt in Chriſtum, ſuffulti: quocirca & tu turpes cunctas paſſiones caſta piaque mente atq; cogitatione ſuperare contende. Vicerunt illi Tyrannos ſua modeſtia, atque longanimitate: vince igitur & tu tyrannidem iracundiæ, ijſdem † inſtructus armis. Illi palam Martyres fuerunt: at tu in ſecreto ſaltem, Martyrem perfectum te præbe. Illi in aperto certamen conſummârunt: perfice tu quoque certamen in occulto; vt in die retributionis, corona cum ipſis doneris, ac in cæleſti regno † ſocius gloriæ illorum inueniaris, ſimulque ſempiterno gaudio perfruaris.

* al. & paſſiones.
Galat. 5.
† al. in diſciplinam tradideris.
† al. eis cedere, atque ſuccumbere.
Heb. 11.
Ibidem.
† al. eadem munitus armatura.
† al. particeps.

C Nunc ergo, ô beatiſſimi viri, & glorioſi Martyres Dei, me miſerum peccatorem veſtris precibus adiuuate: vt in hora illa tremenda miſericordiam cōſequar, quādo manifeſtabuntur occulta † cordium. Velut pincerna aliquis inutilis atque † imperitus, vobis hodie, ô Sanctiſſimi Chriſti Martyres, effectus ſum. nam de vino inclyti veſtri certaminis, filijs ac fratribus fidei veſtræ poculum tradidi: & de præclara victoriæ veſtræ menſa, omni ferculorum atque epularum genere inſtructa, Patres, ac fratres, cognatos, affinesq; veſtros quotidie menſam ipſam frequentātes, toto animi affectu ac deſiderio recreare ſtudui. Ecce enim pſallunt, Deumq; cum exultatione ac iubilo glorificant, qui ſacratiſſima virtutis veſtrę capita coronis incorruptibilibus atque cæleſtibus decorauit: ingentiq; cum gaudio ſacras certaminis veſtri Reliquias circumſtant, benedici optantes, ſecumq; referre ſancta D animæ & corporis remedia deſiderantes. Omnibus igitur benedictionem impertiamini, vt boni diſcipuli, fideleſque miniſtri benigniſſimi Domini, & Saluatoris noſtri. Ego quoque quantumuis imbecillus ac debilis, accepto veſtris meritis atq; interceſſionibus robore, tota animi deuotione ante ſanctas veſtras Reliquias decantaui hymnum laudis veſtræ ac gloriæ. Quare obſecro, pro me vili ac miſero peccatore Ephræm, ante thronum diuinæ maieſtatis † adſiſtite: vt precibus veſtris ſalutem conſequi merear, & vobiſcum ſempiterna felicitate perfrui, gratia & benignitate, atque miſericordia Domini ac Saluatoris noſtri IESV Chriſti: Cui ſit cum Patre, & Spiritu Sancto laus, honor, virtus, & gloria, in infinita ſeculorum ſecula. AMEN.

1. Cor. 4.
† al. hominum.
† al. impolitus.
Sanctarum Reliquiarum veneratio.
NOTA.
† al. intercedite.

E

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

Pulcherrimi & elegantiſſimi, lectuq; digniſſimi ſunt hi duo ſimul iuncti Ephræmitici, in laudē omniū Sanctorum Chriſti Martyrum, Sermones: quibus & ſi vix abſolutius quid, magiſque ad mouendos affectus accommodatum dari poſſit, alios tamen etiam Auctores in gratiam eorum qui Scriptorum varitate delectantur, in eodem genere Argumenti, vt in alijs ſoleo, lubens citabo. Et primò quidem, ex Græcis occurrit mihi copioſiſſimus in Sanctos Chriſti Martyres Sermo encomiaſticus Aſterij Epiſcopi Amaſia nondum è Græco Latinè conuerſus, quem ex antiquo Græco MS. Cod. Antonij Card. Caraſæ tranſcriptum aliquando accepi. incipitq;: Licet, vt videtur, etiam à vehementer infenſis & implacabilibus inimicis lucrum capere interdum vel maximum, &c. *vbi multa valde pathetica ac*

pia

pia in laudem Sanctorum Martyrum ad finem vſque Sermonis adducuntur. In quo Cod. & aliud S. A *Ioannis Chryſoſtomi luculentum Encomium in omnes Sanctos Martyres nondum editum habetur. cuius initium eſt:* Nondum ſeptem dierum præterijt numerus, ex quo ſacram Pentecoſtes celebritatem peregimus: & rurſus nos Sanctorum Martyrum occupat chorus, aut potius Martyrum exercitus atque acies, &c. *qui Sermo Chryſoſtomi etiam in Græco MS. Vatic. nu. 381. ac 827. & Card. Sirleti, ac Sfort. num. 11. & 84. immediatè poſt Serm. in Pentecoſten (qui incipit:* Rurſus feſtiuitas, & rurſus celebritas, &c.) *inuenitur, dignus ſanè qui Latinè traducatur atque edatur. quemadmodum & alius eiuſdem Chryſoſtomi ſermo etiam in ſanctos Martyres & Apoſtolos nondum traductus, qui in antiquiſſimo Græco MS. Cryptaferrat. extat ſub lit. A. immediatè poſt Encomium Ephræm in ſanctos Martyres, ſubiectus, cum eiuſmodi principio:* Sol ab alto reſplendet videntibus, & ſermo de Martyribus lumen præbet audientibus: & quemadmodum cælum ornatur aſtris; ita & Eccleſię, ſanctorum exornantur corporibus, &c. *Oratio pulchra eſt, & quæ ferè tota in laudatione Sanctorum Martyrum* B *conſumitur: agitur autem & de Apoſtolis in initio, atque ideo etiam al. de Apoſtolis & Martyribus ſiue in Apoſtolos & Martyres oratio inſcribitur. Extat quoque in eadem Biblioth. Cryptafer. Heſichij presbyteri Hieroſolymitani Græcè in ſanctos Martyres encomium nondum editum, ſub lit. oo. Et hactenus de Græcis Encomijs necdum euulgatis, quæ citaui atque recenſui, vt à doctis cognoſcantur, ipſiq; ad eorum è Græco tranſlationem ac publicationem excitentur. Ex impreſſis, reperiũtur præterea duo S. Chryſoſtomi Sermones, tom. 3. etiam de Sanctis Martyribus, quorum prior incipit:* Nemo eſt qui neſciat Martyrum glorias ad id diuino conſilio, à Dei populo frequentari; niſi, vt & illis debitus honor dicetur, & nobis virtutis exempla monſtrentur, &c. *poſterior ibidem Sermo eſt de Martyribus, quòd aut imitandi ſunt, aut non laudandi, inchoaturq;:* Qui ſanctorum merita, religioſa caritate miratur, & iuſtorum glorias frequenti laude eloquitur; etiam mores eorum ſanctos atque iuſtitiam imitetur neceſſe eſt, &c.] *Sed iam ad Latinos Patres tranſeo, ex quibus S. Cyprianus in laudem Sanctorum* C *Martyrum, multa præclara adducit in quadam ſua Epiſtola lib. 2. vbi Martyres ſic alloquitur:* Quibus ego vos laudibus prædicem, fortiſſimi Martyres? robur pectoris veſtri, perſeuerantiam fidei quo præconio vocis exornem? Toleraſtis vſque ad conſummationem gloriæ duriſſimam quæſtionem, nec ceſſiſtis ſupplicijs, ſed vobis potius ſupplicia ceſſerunt, &c. *ita in pulcherrima epiſt. ad Martyres & Confeſſores, vbi de his plura, ac alibi apud eumdem. Huc faciunt & plures S. Auguſtini Sermones de Sanctis, ac de pluribus Martyribus inter ipſius opera editi, quorum etiam aliqui per octauam omnium Sanctorum in Eccleſijs leguntur. Quibus accedit & ille, qui ſub nomine eiuſdem Auguſtini, in communi plurimorum Martyrum recitatur in Breuiario Romano in 2. nocturno, incipitq;:* Quotieſcunque, fratres chariſſimi, Sanctorum Martyrum ſolennia celebramus, ita ipſis intercedentibus expectemus à Domino conſequi temporalia beneficia, vt ipſos Martyres imitando, accipere mereamur æterna, &c.] *habetur inter Sermones S. Auguſtini de Sanctis, 47. ſed in eo deſunt haud pauca Sanctis Martyribus propria, quæ ego ex antiquo MS. Cod. Card. Sirleti reſtitui atque ſuppleui, integrè eumdem Deo volente poſt Sermones S. Leonis Papæ (vbi quoque in quibuſdam editionibus quaſi illius proprius adiectus reperitur, ſed an rectè dubito) in mea Leonina recognitione, vita comite editurus.* D *Huc quoque ſpectant alij nonnulli Sermones de Martyribus, qui ſub nomine S. Auguſtini reperiuntur nondum (vt putatur) typis excuſi, in antiq. Cod. man. ſcrip. Eccleſiæ S. Mariæ ad Martyres Romæ, vulgo rotundæ, vt, quem Auguſtinus habuiſſe dicitur de Maſſa candida, qui incipit:* Dilectiſſimi fratres, &c. *vbi & alius additur, qui inchoatur:* Delectat videre campos ſegetum, &c. *quamuis tamen ille ab alijs Fulgentio potius adſcribatur, inter cuius etiam opera reperitur, cum tit. de Martyribus, eodemq; exordio. ac tertius alius Sermo, cuius initium eſt:* Sancta feſtiuitas, &c. *de quibus & in quodam vetuſto man. ſcript. Sirlet.*

Perſpexiſti bonorum, & fidelium ſeruorum fortitudiuem? Perſpexiſti pugilum Chriſti conſtantiam, ac gloriam? &c.] *Vbi abſque interrog. al. ſic:* Vides fidelium ſeruorum robur. vides inſignium pugilum Chriſti conſtantiam, ac gloriam. vides alacritatem incredibilem cæleſte regnum tota fide quærentium, Chriſtumque regem ſuum omni pietatis affectu ambientium. vides fidem perfectam athletarum verè perfectorum, &c.] *Sed priori per interrogationem (quæ inſtandi vim* E *habet) lectioni hic potius inſiſtimus, quam & Ambroſius Camald. in eiuſdem Sermonis traductione ſequutus eſt.*

Longius poſtea ſub finem Serm. ibi: Ecce pſallunt, ac Deum cum iubilo glorificant; ingentique cum gaudio ſacri certaminis veſtri reliquias circumſtant, benedici optantes, &c. *pauloq; ibid. poſt:* Ego quoque quantumuis imbecilllus ac debilis, tota animi deuotione ante ſanctas veſtras Reliquias decantaui hymnum laudis veſtræ ac gloriæ, &c.] *Quin quantumq; ipſe Ephræm ac alij (quorũ hic meminit) Reliquijs ac venerationi Sanctorum Chriſti Martyrum tribuerint, vel ex præſenti hoc loco abundè colligere licet: qui haud parum etiam ob venerandam antiquitatem, contra hæreticos ſanctis Reliquijs oblatrantes ſeruit. Quò etiam faciunt, quæ Aſterius Amaſiæ Epiſcopus in Sermone de Martyribus ante allegato, quaſi circa med. in honorem atque defenſionem ſanctarum Reliquiarum Chriſti Martyrum, contra Eunomianos, aliosq; hæreticos in medium adducit. Contra quos hæreticos etiam pro Sanctorum Reliquijs S. Auguſtinus alibi ſic ſentit ac loquitur:* Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum Martyrum Reliquias, ac ſi Chriſti membra, & ſynceriſſimè honoranda, & Baſilicas eorum nominibus appella-

A *pellatas,velut loca ſancta diuino cultui mancipata,affectu pijſſimo,& deuotione fideliſſima adeundas credimus.Si quis contra hanc ſententiam venerit,non Chriſtianus,ſed Eunomianus.& Vigilantianus creditur,& ita Auguſtin.in lib.de diffinitionibus orthodoxæ fidei, & Eccleſiaſticis dogmatibus, cap.73. In quam ſententiam & S.Hieronymus in Epiſtola ad Riparium presbyterum,aduerſus Vigilantium ſic ſcribit: Honoramus reliquias Martyrum,vt eum,cuius ſunt Martyres,adoremus;&c. Et S.Athanaſius allegatus actione 3.Septimæ Synodi,ait: Martyrum oſſa morbos fugant,infirmis medentur,cæcis viſum reſtituunt, lepras emundant, tentationes ac mœrores ſoluunt, &c. ita quoque S. Baſilius in Homil. ſuper Pſalm.115.poſt med & S.Chryſoſtom.homil 66.ad pop. Antioch.& in homil. de natiuitate ſeptem Machabæorum,plurimiſq; alijs apud eum locis.Et Damaſcenus lib.4.orthodoxæ fidei cap.16. Prudentius in Periſteph.hym.11.ac alibi.Et denique Concilium Tridentinum ſeſſ.25.in Decreto de inuocatione, veneratione,& Reliquijs Sanctorum,&c.*

B

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI * IN VITAM BEATI ABRAMII.

*al. Vita Beati Abrahæ Eremitæ Syri,& neptis eius Mariæ peccatricis, per S. Ephræm Syrum ſcripta.

Eodem Interprete & Scholiaſte Gerard. Voſsio.

FRATRES mei dilecti,enarrare vobis volo pulchram,perfectamq́; vitæ rationem admirandi viri Abramij: quam quidem ipſe ſic inchoauit atq; perfecit, vt poſt cõſummationem promeritus ſit gloriam ſempiternam. Cæterùm vereor teſtimonium illuſtre atque C admirabile texere imaginis eius † Deo acceptæ virtutis. Ecce enim vita ac cõuerſatio quidem viri bona & perfecta eſt: at ego infirmus & imperitus. ſiquidem imago virtutis eius luculenta & admiranda eſt: colores verò quibus ea mihi depingenda eſt, valde triſtes ſunt ac horridi. Verumtamen quamuis imbecillus ſim & imperitus ſermone,perfectionemq́; illius dignè cõprehendere nequeam;tentabo tamen vel ex parte enarrare qualiſcumq; ſim , atq; diſſerere,licet inſufficiens,de vita ac moribus eiuſdem viri, † Abramij nimirum ſecundi: quippe qui noſtris extitit temporibus,& Angelicam cæleſtemque vitam in in terris duxit;poſſeditque patientiam,duriſſimi adamantis inſtar , per quam meruit cæleſtem conſequi † gratiam. Et quoniam à iuuentute ſua caſtũ pudicumq́ue D ſe exhibuit,templum Spiritus ſancti effectus eſt,& vas ſanctum:† vt in eo,qui vocauerat ipſum Deus,ſuum hoſpitium domiciliumq́ue teneret.

† τῆς θεοφιλοῦς ἀρετῆς ἀυτοῦ.

*al. Abrahæ poſterioris

*al.gloriam.

*al.in quo ſibi domicilium habitationemque elegit Deus.

NARRATIO EORVM QVAE IN VITA GESSIT.

Hic igitur beatus Abramius parentes habuit admodum diuites: qui cùm ſupra modum humanæ affectionis atque naturæ,ipſum diligerent;diſponſârunt ei puellam adhuc puero,exſpectantes vt ſic ad dignitatem aliquam ſecularem promoueretur. At hic longè aliter ſentiens,ab ipſa mox ætate iuuenili Eccleſias frequentare cœpit: & ſi quando ſacras ibi Scripturas legi audiret,lubens aures accommodabat,& ſtudioſè in ijs ſe exercebat,& meditabatur. Cæterùm parentes eius,iam tempus nuptiarum appropinquare cenſentes,compellebant ipſum quantumuis reluctantem matrimonij vinculis obſtringi: quibus cùm ille antea obſiſteret , coniugiumq́ue detrectaret,tandem tamen nimium ab ijs moleſtatus , pudoriſq́ue vere- E cundia victus,acquieſcere ac conſentire omnino cogitur. Celebratis ergo die † ſeptimo nuptijs,ipſoq́ue iam in thalamo cum ſponſa ſedente, ſubitò tamquam lux quædam in corde ipſius, diuina gratia refulſit:quam,veluti ducem aliquem ſui voti ac deſiderij nactus atque ſecutus ; illicò domo exſiliens , è ciuitate egreſſus eſt. Duobus autem quaſi milliarius procul inde cellulam quamdam vacuam inuenit; in quam † ingrediens,ſuum ibi domicilium fixit,cum gaudio & lætitia cordis ſui glorificans Deum:de quò facto eius,maximo correpti ſunt ſtupore tam parentes quam vicini & cognati ipſius. Qui egreſſi, vbique beatum illum requirebant: eumq́ue poſt decem & ſeptem dies in iam dicta cella preces ad Deum fundentem inuenerunt,ad cuius ipſi aſpectum valde obſtupuerunt. Beatus autem ad eos:quid(inquit)admiramini? Deum potius benigniſſimum ſuſpicite, qui me à cœno iniquitatum mearum eripuit: & pro me orate,vt in finem vſque vitæ,iugum hoc ſuauiſ-

ABRAMIVS à parentibus ad matrimonium compellitur.

*al. (die ſeptimo) hic deeſt.

*al.ingreſſus, magno ibi cum gaudio habitabat,lætoque corde Deum glorificabat.

A ſimum, quod me licet indignum ſubire voluit Dominus, valeam ſuſtinere, vitamque meam beneplacitam ſecundum ipſius voluntatem per omnia inſtituere. Cui, cùm omnes verba eius audientes, reſpondiſſent, Amen: hortatus ac deprecatus eſt ipſos, ne ſæpius ei moleſtiam prætextu viſitationis inferrent. Quibus iam inde recedentibus, ipſe oſtium ſuæ cellulæ obſtruxit, ſeipſumque intus recluſit, minima dumtaxat feneſtella relicta, per quam tempore debito cibum neceſſarium acciperet. Illuſtrataque eſt mens eius diuina gratia, qua indies in optimo vitæ inſtituto proficiebat: continentiamque magnam poſſidebat, ac vigilijs & orationibus, planctui, & humilitati, atque charitati vacabat. Cumque vbiuis locorum, ſanctitatis fama de eo percrebreſceret; cuncti audientes, B vndique ad eum viſendum, & vt ab eo ſpiritaliter iuuarentur atque ædificarentur, confluebant. Datus quoque eidem à Deo eſt ſermo ſapientiæ & intelligentiæ: eratque opinio ac fama de ipſo inter* vicinos lucidiſſimi luminaris inſtar refulgens. Accidit autem poſt † decem annos à tempore renuntiationis ſuæ, parentes eius ex hac vita migrare: à quibus, quòd † multæ pecuniæ, opeſque ipſi relictæ eſſent, rogauit amicum quemdam ſibi fidum ac charum, vt vniuerſa quæ ipſi obtigerant, in pauperes & orphanos diſtribueret: ne per ea ab orationibus auocaretur, impedireturque. Quibus ſic actis, ſecuro animo tranquillaque mente remanſit. Illud quippe beato viro erat curæ, vt mentem nullis rebus terrenis obſtrictam haberet: atque ideo nihil ſuper terram præter ſagum vnum, & tunicam vnam cilicinam quam geſtabat, vnumque exiguum * catinum ex quo edere ac bibere conſueuerat, poſſidebat. Cum his verò omnibus, humilitatem ſupra modum, & charitatem erga omnes parem ſibi vindicabat. C Non diuites pauperibus in honore præferebat, nec Principem ſubdito, nobilem ve ignobili: Verùm omnes æqualiter citra acceptionem perſonarum diligebat, ac honorabat. Neque interdum quemquam durius procaciuſque increpabat: ſed erat ſermo ipſius ſale charitatis & manſuetudinis conditus. Nam quis pulcherrimas eius reſponſiones audiens, ſatiari aliquando dulcedine eloquiorum ipſius potuit? aut quis vultum eius venerabilem, aſpectumque Angelicum quandoque intuens, non magis accenſus fuit ad ſæpius eum videndum? Toto porrò tempore renuntiationis ſuæ, canonem ſeu regulam ſemel arreptam nunquam mutauit: ſed quinquaginta annorum ſpatio in vitæ religioſæ inſtituto alacriter ſe exercuit: propter nimium autem amorem ac deſiderium quo in Chriſtum erat, omne temporis illius æuum quaſi dies paucos reputabat, nullaque ſatietate religioſi inſtituti ſui capi vmquam poterat. D Erat verò non longè à ciuitate illa vicus valde magnus ac ſpatioſus, in quo cuncti pariter pagani admodum atroces à minimo vſque ad maximum degebant; quos nullus planè ab idololatria auertere poterat: ſed omnes, qui id tentabant, re infecta ac citra vllum ſalutis ipſorum fructum ab ijs recedebant, nullatenuſque afflictionis moleſtiam, qua ab ijs premebantur, perferre poterant: quoniam non ſolùm illi non admoneri ſe ſuæ ſalutis patiebantur, ſed & perſecutiones in eos, à quibus admonebantur, mouebant, ſeditioneſq; concitabant. Et cùm turba nihilominus Monachorum ſemel atque iterum illos adire, & cum ijs agere tentaſſent; nihil omnino ſuper eorum conuerſione profecerunt. Vna ergo die Epiſcopus ſedens cum clericis ſuis beatiſſimi huius viri memor, dixit ad eos: Talem ego virum cunctis temporibus meis non noui, nec vidi, ita in omni bono opere perfectum, omnibuſque E exornatum virtutibus, in quibus † acquieſcit Deus, ſicut nunc habetur † domnus Abramius. Clerici autem reſpondentes, verè illum Dei famulum, monachumque perfectum eſſe affirmabant. Ad quos Epiſcopus: Volo (inquit) eum in hoc paganorum vico ordinare presbyterum: magna ſiquidem patientia & charitate ſua illos ad Deum conuertere poterit. Et conſurgens è veſtigio, vnà cum clero ad cellulam Sancti viri contendit: quò cum pariter perueniſſent, eumque ſalutaſſent, cœpit mox Epiſcopus de gentilibus vici iſtius cum illo agere, ipſumque hortari atque rogare, vt iſthuc ob ſalutem eorum proficiſceretur. Quo ille audito, vehementer contriſtatus ait ad Epiſcopum: Permitte mihi, obſecro Pater ſancte, vt meas iniquitates ac peccata deplangam: neque eiuſmodi negotium mihi homini vili & infirmo imponas]. Ad quem denuò Epiſcopus: Dei (inquit) beneficio ac gratia idoneus es; quare nolim te in hac ſancta

Conſanguineorum, atque affinium, & familiarium crebras viſitationes detrectat.

* al. inter parentes.

† al. duodecim.

† al. magna vis auri, ſubſtantiæque relicta ei eſſet.

Paupertas voluntaria.

* χαύκιον.

B. ABRAMIVS parem erga omnes charitatem exhibebat.

Canonem ac regulam ſui inſtituti numquã mutauit.

Vicus, in quo atroces habitabant Pagani, valde in ſua idololatria obſtinati.

* ὥσπερ ἀγαπᾷ ὁ Θεός.

† al. beatus Abrahamius.

Epiſcopus cum clero ad cellulã Abramij contendit.

Epiſcopi cum B. Abramio collocutio.

A ctâ obedientia cunctabundum fieri. Cui vir beatus iterum reſpondit, dicens: Rogo ſanctitatem tuam, vt paruitatis ac vilitatis meæ miſereatur, meq́ue propria deflere mala permittat. Et ad eum Epiſcopus: Ecce (inquit) omnia reliquiſti, & mundum ac quæcumque in eo ſunt odiſti, teque ipſum mundo crucifixiſti: verumtamen licet hæc cuncta rectè perfeceris, obedientia tamen adhuc cares. Quæ cùm ille audiret, fleuit amarè, & dixit: Quis ſum ego, canis mortuus (& quæ eſt vita mea, quòd talia de me † iudicaſti? Cui rurſus ait Epiſcopus: Ecce hîc reſidens, tuam dumtaxat ſalutem curas, illic verò diuina adiuuante gratia plurimos ſaluare, & ad Deum conuertere poteris. Perpende igitur tecum, vnde ampliorem conſequi mercedem poſſis, hincne, an inde: vtrum ſi teipſum ſolum ſaluaueris, an ſi plures alios tecum B ad ſalutem adduxeris? Beatus autem ille vir Dei tunc plorans, dixit: Fiat voluntas Dei; attamen propter obedientiam, hinc quò iniunxeris, proficiſcar. Eductumq́ue iam illum ex ſua cellula, in ciuitatem ſubitò introduxit, ibiq́ue per impoſitionem manus eum presbyterum ordinauit: ac protinus ad vicum Paganorum cum gaudio comitantibus clericis, deducendum curauit. Quo dum beatus Abramius ſe conferret, precabatur in via Deum, dicens: Benigniſſime ac optime Domine, reſpice imbecillitatem meam, & gratiam tuam in auxilium meum mitte, vt nomen ſanctum tuum glorificetur. Perueniens verò ad vicum conſpexit cunctos ibi idololatriæ inſania vehementer eſſe detentos; quare ſuſpirans fleuit amarè, ſublatiſq́ue in cælum oculis, dixit: Tu Domine, qui ſolus abſque omni peccato es, quique ſolus es miſericors, & ſolus clemens atque benignus, ne deſpicias opera manuum tuarum. feſtinanterq́; miſit nuntium verſus ciuitatem, ad C quemdam chariſſimum ſibi amicum, vt pecunias ex patrimonio ſuo relictas ei mitteret; quas cùm accepiſſet, intra paucos dies exſtruxit Eccleſiam, in qua aſſiduè preces Deo offerebat, & ſic multis cum lachrymis orabat, atque dicebat: Congrega, ô Domine, populum tuum diſperſum, & introduc eum in hoc templum tuum: oculoſque mentis ipſorum illumina, vt repudiata ſimulachrorum cultura, te ſolum verum Deum cognoſcant. Qua expleta precatione, confeſtim ab Eccleſia egreſſus contendit ad templum gentilium: vbi abominationes eorum deſtruxit, & aras cum ſimulachris, proprijs manibus detraxit, atque euertit. Quod factum cernentes pagani illi, tamquam feræ agreſtes in eum irruerunt, multiſque verberibus laceratum, ex vico fugârunt: Ipſe verò clam illuc nocte reuerſus iterum in Eccleſiam ſe recepit, vbi conquieſcens nec plagarum ſuarum lacerationem curans, cum fletu, ac gemitu pro illis, tantummodò vt ſalui fierent, D deprecabatur Dominum. Manè autem iam facto, aduentantes pagani repererunt ibi hominem Dei orantem: vnde magno perculſi ſtupore, quaſi†ſtupidi euaſerunt. Quare etiam ad Eccleſiam quotidie veniebant, non quidem orandi gratia: ſed vt pulchritudinem ædificij, & ornamentum Eccleſiæ ſuis oculis contemplantes, recrearentur. Cœpit itaque quadam die vir Sanctus rogare eos; vt verum Deum agnoſcerent. Illi verò atrociores effecti, baculis eum tamquam lapidem aliquem exanimem percuſſerunt; & poſtea adhuc, pedibus eius fune ligatis, extra vicum traxerunt, lapidibuſq́; obruerunt: mortuum autem illum exiſtimantes receſſerunt, ſemiuiuo eo ibi relicto. Media verò nocte ad ſeipſum reuerſus, ingemiſcens fleuit vehementer, & dixit: Cur deſpexiſti humilitatem meam, ô Domine, & quare faciem tuam à me auertis? Et quamobrem animam meam repellis: & operra E manuum tuarum contemnis? Et nunc igitur benigniſſime Domine, reſpice ſuper ſeruos tuos, & concede eis vt cognoſcant te: quoniam tu ſolus es Dominus, & præter te non eſt alius Deus. Poſt orationem vero ſurgens intrauit in vicum, ingreſſuſque Eccleſiam, pſalmos decantabat Domino. Facto autem diluculo, rurſus aduentantes conſpexerunt eum ibi: & obſtupefacti, atque in inſaniam verſi, vt truculenti & omnis miſericordiæ expertes, diris illum tormentis crudeliter confecerunt; & iterum ſicut prius, funibus alligatũ extra vicum traxerunt. Iſta autem cùm per triennium pateretur, veri adamantis inſtar fortiter perdurabat: neque tot tantiſque tribulationibus, atque neceſſitatibus vnquam ceſſit: ſed cùm percuteretur, & contumelijs afficeretur, cùm traheretur, cùm affligeretur atque opprimeretur, cùm lapidibus obrueretur, cùm fame & ſiti conficeretur; in omnibus tamen his, quæ ipſi accidebant, numquam auerſatus eſt illos, neque indignatus ac commotus

† al. cogitaſti?

NOTA.

Epiſcopus S. Abramium ordinat presbyterũ, & ad conuerſionem Paganorũ deſtinat.

Precatio Abramij ad Deum.

S. Abramius ex patrimonij ſui pecunijs Eccleſiam exſtruxit.

Pro Barbarorum orat conuerſione: eorumque aras, & ſimulachra euertit.

* ἔννεοι.

Barbarorum in S. Abramium atrocitas, & furor.

Precatio S. Abramij ad Deũ.

S. Abramij patientia, atque conſtantia admiranda.

eſt, numquam aliqua puſillanimitate eſt fractus, vel tędio fatigatus: verùm cùm A duriſſima quęque ab eis ſuſtineret, magis magiſque eius in ipſos charitas augebatur: & quaſi rogum † ardentem, iracundiam eorum, ſua modeſtia ac manſuetudine reſtinguebat: modo enim eos obſecrabat, modò modeſtè admonebat, modò dulcium verborum blandimentis ipſos deliniebat: & quidem ſeniores, vt patres rogabat: iuuenes autem, vt fratres; & pueros, vt filios: licet interim ex aduerſo ipſe ab eis irrideretur ac ſubſannaretur, multiſq; iniurijs atque opprobrijs afficeretur. Vna porrò dierum, incolæ vici illius ſimul congregati à minimo vſque ad maximum, vehementerque obſtupefacti, dicere cœperunt ad inuicem: Videtis, inquientes, adeò magnam patientiam viri, ineffabilemque ipſius in nos amorem & charitatem: quoniam in tantis tribulationibus ac malis per nos ei illatis, nequaquam hinc abſceſſit, neq; verbũ aliquod malum cuiquam noſtrûm dixit; neq; B alienior à nobis eſt factus: verùm magno cum gaudio hæc omnia patientiſſimè ſuſtinuit Niſi † ſanè eſſet Deus viuus cum eo, ſicut dicit, & regnum, & paradiſus, ſuppliciũ, & retributio; non hæc vtiq; perferret à nobis: quin & deos noſtros omnes ipſe ſolus confregit atque euertit, & in nullo eum offendere vel lædere potuerunt. Verè ſeruus Dei hic eſt, & quæcunq; ab eo fuerunt dicta, diuina ſunt ac vera. Venite igitur, credamus in Deum, qui ab ipſo prædicatur. Quæ cũ inter ſe loquerentur, omnes pariter ad ipſum in Eccleſiam contenderunt, clamantes, & dicentes: Gloria cæleſti Deo, qui huc famulum ſuum miſit, vt nos ab errore liberaret atque ſaluaret. Beatus autem vir Dei iſta conſpiciens, gauiſus eſt gaudio magno, & facies ipſius vt flos † pulcherrimus apparuit: aperiensq; os ſuum, dixit ad eos: Patres chariſſimi, fratres, ac filij, benedicti vos qui huc intraſtis in nomine Domini: venite vnanimiter demus gloriam Deo, qui oculos mentis veſtræ illuminauit, vt C ipſum agnoſceretis; & ſignaculum vitæ accipite, vt ab idolorum immunditie purificemini: totoque corde ac animo credite, quod vnus ſit Deus † creator cæli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, omnis principij expers, incomprehenſibilis, inenarrabilis, inſeparabilis, inalterabilis, omni fine carens, dator luminis, amator ac redemptor hominum, magnus & admirabilis, & terribilis & fortis, ſuauis atq; benignus: & in Filium eius credite vnigenitum, † qui eſt potentia Patris, & ſapientia gloriæ eius, ac ſplendor, per quem & omnia facta ſunt: & in ſanctum eius Spiritum, ipſi † conſubſtantialem, qui ſimul cum eo regnat in immenſa ac infinita ſecula, omniaq; viuificat: vt credentes, vitam æternam † adipiſcamini. Reſpõdentes autem cuncti dixerunt: Ita ſanè pater noſter, ita dux vitæ noſtræ; ita fiet, ſicut aſſeris, & nos doces: ita credimus, & ſic ſentimus. Et illicò Beatus ſanctum baptiſma D arripiens, baptizauit eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, à minimo vſque ad maximum, ad mille vſque animas. Per ſingulos autem dies, ſacras Scripturas eis legebat, diſſerebatque cum ipſis de fide, iuſtitia, & charitate; de mortuorum reſurrectione, & de tremendo iudicio, de regno Dei, de delicijs paradiſi, & de gehẽnæ ſupplicijs. Quemadmodum autem terra bona ac bene elaborata percipit ſemen bonum, affertq; fructum, aliud quidem centeſimum, aliud verò ſexageſimum, & aliud trigeſimum: ita † & illi magna alacritate verba eius ſuſcipientes, libentiſſimeq; doctrinam ipſius audientes, vberrimos inde fructus referebant. In conſpectu autem ipſorum velut Angelus Dei videbatur, & quaſi firma ac pulchra quædam ædificij ligatura: ſic quippe charitatis & amoris vinculo omnis anima colligata cum eo erat, totaque ipſorum mens conſolatione fidei ac doctrinæ eius E illuminata. Totum porrò annum egit apud eos vir beatus, poſtquam fidem ſuſceperunt, docens ac prædicans eis indeſinenter dies noctesq; verbum Dei. Cæterùm vbi iam ſtudium eorum erga Deum, & fidei firmitatem perſpexit; magnam quoq; in ipſum charitatem, curam, honorem, ac reuerentiam: veritusq; ne illorum occaſione cogeretur religioſæ vitæ diſciplinam relaxare atque diſſoluere, & nequocunque modo mens eius terrenarum rerum curis adſtringeretur, conſurgens noctu, ſic Deum precatus eſt: Tu qui ſolus abſque peccato es Deus, qui ſolus ſanctus, qui in Sanctis requieſcis, qui ſolus miſericors, & benignus Dominus, qui è tenebris populum hũc tuũ reuocaſti, & in admirabili lumine cognitionis tuæ firmaſti: quique eos ab aduerſarij vinculis abſoluiſti, & à ſimulachrorum erroribus conuertiſti, eiſque in te fidem tribuiſti; obſecro, in finem vſque conſerua

cos

† al. incendium aliquod, ac flammam.

Barbati admirati ſunt ſummam in Abramio patientiam & charitatem.

† al. Vnde niſi eſſet (vt affirmat) Deus viuus, quem prædicat, & regnũ, & paradiſus, &c.

* καλλίχροον ἄνθος.

Barbarorum per S. Abramium conuerſio.

* al. (ποιητὴς. i. creator) hic deeſt.

† al. quæ eſt potentia Patris.

† ὁμοούσιον.

† al. habeant.

S. Abramius infideles cõuertit, & baptizauit.

Matth. 13. & Mar. 4. Luc. 8.

† al. ſic & iſti verba eius libenter audientes, atque in timore Dei proficientes, largiſſimos fructus afferebant. &c.

Pia S. Abramij pro populo ad fidem conuerſo precatio.

A eos Domine, & ſuccurre gregi tuo, quem benignitate tua poſſidere voluiſti; e-
oſque omnipotenti gratia tua communias, & ſemper corda ipſorum illumines:
vt ea, quæ grata atque accepta tibi ſunt, perficientes, æternam vitam conſequi me-
reantur, ac mihi quoque infirmo auxilium impertias, & non reputetur mihi hæc
† res in iudicium atque peccatum: quoniam deſiderio ſequendi te, flagro. Et com-
pleta oratione abiens, ter crucis ſignaculo vicum ſignauit, ac latenter in alium lo-
cum receſſit, & quibus potuit latebris ſe occultauit. Manè autem facto, pro ſolito
ſuo ad Eccleſiam turbæ conuenerunt, ſed quòd eum ibi non inueniſſent, obſtupu-
erunt: vnde quaſi oues errantes, diuerſa loca obibant, paſtorem ſuum perquiren-
tes, magnoque cum timore ac planctu nomen eius inclamantes. Cùm autem
B diutius perquirendo, eum inuenire nequiuiſſent, nimium contriſtati, è veſtigio
ad Epiſcopum pergunt, & quod eis acciderat, denuntiant. Qui cùm hoc audiſſet,
ipſe quoque mœrore deiectus, confeſtim cum diligentia plures ad requirendum
beatum virum emiſit, † maximè propter lachrymas, & conſolationem gregis ip
ſius. Cumque vbique tamquam lapis aliquis pretioſus quæreretur, & minimè re-
periretur, illique qui ad eum perquirendum deſtinati erant, iam re infecta rediſ
ſent; Epiſcopus cum toto clero ſuo ad memoratum vicum conceſſit, & conſola-
torium vitæ ſermonem ad eos habuit, magnumque dolorem, quem de viri Dei
diſceſſu conceperant, leniuit. Et quia omnes in fide ac charitate Chriſti iam opti
mè confirmatos deprehendit, † viros ex eis magis probatos elegit, quos presbyte-
ros, & diaconos, ac lectores deſignauit. Audiens verò beatus Abramius de acceſ-
ſu atque incremento cleri, illorumque ſtatu, admodum gauiſus eſt, & Deum glo-
rificans, dixit: Quid retribuam tibi, benigniſſime Domine Deus meus, pro om-
C nibus quæ retribuiſti mihi? Adoro, & glorifico ſalutarem diſpenſationem tu-
am: ſicque orans atque exultans, ad priſtinam ſuam cellam reuertit. Fecit au-
tem alteram paruam cellam † extrinſecus, & ſemetipſum magno cum gaudio at
que lætitia cordis ſui concluſit in interiore, obſtructis foribus. Quo intellecto, in-
habitatores vici illius aduentantes ad beatum Abramium, gauiſi ſunt gaudio ma-
gno, quòd eum tamquam reuera vitæ ducem inueniſſent, accedebantque ad ip-
ſum quaſi ad patrem, vt docerentur, & illuminarentur: & quia ſupra quàm dici
poſſit, eius vitæ inſtituto ædificabantur; pro maxima gratia ducebant, ſi ſal-
tem videre, & verba ab ipſo ſalutis audire † concederetur. O miraculum, fratres
chariſſimi, verè laudibus & gloria plenum, eſt hic vir talis: quippe qui in tantis
tribulationibus atque anguſtijs, quas in ſæpe dicto caſtello ac vico ſuſtinuit, num-
D quam religioſæ vitæ ſuæ regulam infregit, neque ab ea ad dexteram vel ſiniſtram
declinauit. Gloria & magnificentia Domino Deo noſtro, qui talem ei patienti-
am præſtitit: qua & alios potuit conuertere, & ſui inſtituti gratiam ſeruare. Vi
dens igitur Satanas, qui ab initio † honeſtatis ac virtutis hoſtis fuit, quòd in tantis
afflictionibus, quas illo in vico aduerſus eum excitauerat, non valuiſſet virum Dei
lędere, neque in ſegnitiem atque pigritiam eum trahere, neque in aliquo men-
tem eius à bono propoſito abducere; at ſicut aurum in fornace, ita ipſe inter preſ-
ſuras magis reſplendeſceret, ampliuſque ad multorum ſalutem in patientia, &
in Chriſtum charitate atque alacritate proficeret: vehementer honeſtatis inimi-
cus aduerſus beatum Abramium exacerbatus, acriterque efferatus, venit ad
eum magno cum phantaſmate; vt ſaltem ſic terrorem ipſi incutiens, facilius fal-
lere atque decipere eum poſſet. Cum igitur media nocte Sanctus ſtaret ac pſalle
E ret, repentè lux † magna in cella eius refulſit, & vox quaſi multitudinis cuiuſdam
audita eſt, dicens: Beatus es domine Abrami, verè, inquam, beatus es: quoni
am nullus in cunctis rectè factis inuentus eſt, ſicut tu; nulluſque ita omnes volun-
tates meas perfecit, vt tu. Subitò autem vir beatus dolum maligni cognoſcens,
exaltauit vocem ſuam, & dixit: Tenebræ tuæ tecum ſint in perditionem, ô plene
dolo atque fallacia: homo enim peccator ſum ego: quia tamen charitatem Dei
mei habeo, & ſpem in ipſum, atque auxilium; in nullo ego te, tuaſque inſidias per-
timeſco, neque plurima tua phantaſmata, ac ſpectra terrorem mihi incutiunt.
Pro muro ſiquidem munitiſſimo atque tutiſſimo, eſt mihi nomen Domini mei &
Saluatoris IESV Chriſti, quem dilexi ac diligo: in quo te nomine increpo, immũ-
diſſime canis, ac miſerabiliſſime. Quæ cum ipſe diceret, illicò inſtar fumi à

† al. hic diſceſſus meus ab illis, in peccatum: quia te ſolum deſidero, ac ſequi appeto.

S. Abramij diſceſſus, & ad ſuam cellam reditus.

† al. præſertim ob conſolationem gregis eius, quod cerneret eos lamentabiliter contriſtari.

† al. ex ipſis preſbyteros, & diaconos, lectoreſque conſtituit.

S. Abramius Deo gratias agit.

† al. intrinſecus, intra priorem, & ſeipſum intus concluſit.

† al. poſſent.

Prouer. 4.

† al. virtutis ac ſalutis hominũ hoſtis fuit.

Prou. 17. 27.

Tẽtationes dæmonis aduerſus S. Abramium.

† al. lux ingens tamquam Solis reſplenduit.

Satanæ fallacijs vi reſtiterit, eumque à ſe repulerit.

Nomen IESV, pro muro muniuſsimo eſt contra quaſcumque diaboli inſidias.

conſpectu eius euanuit. Beatus autem Dei famulus multa cum alacritate tranquillo † animo benedicebat Deo, tamquam qui nullum prorſus phantaſma conſpexiſſet. A Rurſus verò paucos poſt dies orante eo noctu, tenens ſecurim Satanas, cœpit cellam eius euertere, cumque iam eam videretur perforaſſe, magna exclamauit voce dicens: Feſtinate celeriter, ô amici mei, feſtinate, & introeuntes citò eum ſuffocate. Beatus autem vir Dei, contra ad illum: Omnes (inquit) gentes circundederunt me, & in nomine Domini vltus ſum † eos. Ille verò protinus hac voce audita, euanuit; cella interim ſancti viri integra atque illæſa permanente. Iterumque paucis interlabentibus diebus alijs, dum media nocte Pſalmodiæ vacaret, conſpiciens † ſtoream, ſuper quam pſallens conſiſtebat, vehementi flamma comburi, ignem intrepidus conculcans, aiebat: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & B conculcabis leonem & draconem: omnemq; potentiam inimici, in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI mihi auxiliantis, ſuperabo. Diffugiens autem Satanas, exclamauit ac dixit: Ego te deuincam, improbe, arteſque inueniam quibus te conteram, qui me iam deſpectui habes. Quadam igitur die, cùm vir beatus, ſicut conſueuerant, cibum ſumeret; ingreditur in cellam ad eum inimicus dæmon, in forma ac habitu adoleſcentis, & propius accedens, † catinum eius nitebatur euertere: at ille cognoſcens, manu illud retinebat, nihilque eum curans, intrepidus comedebat. Tuncque exſiliens cacodæmon, ad aliam mox illuſionem ſe conuertit: & ecce quaſi candelabrum coram eo ſtatuens, ardentemque deſuper candelam imponens, magna voce pſallere incepit, ac dicere: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Cumque plura ex eo Pſalmo verba decantâſſet; nihil vir beatus ipſi reſpondit, donec cibum ſolitum ſumpſiſſet. C Qui vbi iam comedit, ac è menſa ſurrexit, ſigno ſe Crucis muniens, ait ad ipſum: Canis immunde, & ter miſerande, inſulſiſſime, & timidiſſime; ſi noſti quòd beati ſint, cur igitur moleſtas eos atque perturbas? etenim verè beati ſunt omnes, qui toto corde Deum diligunt. Cui reſpondens diabolus, dixit: Ideo moleſtias eis ingero, vt eos ſuperem, ipſoſque ab omni opere bono impediam. At beatus ad eum: Non (inquit) bene tibi ſit, execrande ac maledicte dæmon, quòd tu quempiam timentium Deum impedire ac ſuperare coneris, niſi fortè eos qui tui ſunt ſimiles, & propria voluntate à Deo recedunt: quos facilè vincis ac decipis, quoniam Deus in eis non eſt. Ab ijs verò qui diligunt Deum, inſtar fumi à vento rapti deficis, atque euaneſcis. Vna ſiquidem eorum oratio lachrymis permixta, ſic te perſequitur ac deijcit, ſicut puluis à turbine agitatus diſpergitur. Viuit Deus meus, qui eſt benedictus in ſecula, ipſe gloria & exD ultatio mea: quare non te reformido, etiam ſi toto tempore tuo hic conſtiteris, nihilque te facio, canis impure: ſic autem ſe contemno, quomodo ſi vnus catulus ab aliquo contritus ſperneretur. Quæ cùm vir beatus diceret, ſubitò ille iterum euanuit. Denuo poſt † aliquot dies, cùm pſalmodiam ſuam nocturnam perfeciſſet, venit ad eum inimicus cum alio phantaſmate copioſæ cuiuſdam turbæ ac multitudinis hominum, qui quaſi ex coniectis in cellam funibus ſe inuicem conſtringere ac trahere videbantur, & inter ſeſe dicere: proijcite hominem illum in foueam. Quos beatus vir conſpiciens, ait: Circumdederunt me ſicut apes fauum, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Domini vltus ſum eos. Et tunc exclamans Satanas, dixit: Hei mihi, hei mihi: quid deinceps tibi faciam, ignoro. Ecce enim in cunctis me viciſti ac ſuperaſti; & vniuerſis E viribus meis deſpectis, me vndique conculcaſti: verumtamen nec ſic quidem aliquando à te recedam, donec ſuperans, humilem te mihi ſubiectumque reddidero. Ad quem vir beatus: Anathema (inquit) tibi ſit, & cunctis viribus tuis, ſceleſtiſſime atque impuriſſime dæmon: gloria autem & honor, atque adoratio Domino noſtro, ſoli ſancto ac ſapienti Deo; qui te nobis ſeruis atque amatoribus ſuis conculcandum tradidit, & ideo verſutias tuas omnes ſubſannamus, & ſpernimus: quare agnoſce infeliciſſime atque infirmiſſime Satan, quòd nos neque te, neque vllas tuas pertimeſcimus † phantaſias. Per multum verò temporis, quamuis varijs tentationibus, & imaginationibus, atque inſaniæ machinis beatum virum oppugnâſſet: nequaquam tamen potuit vel timorem aliquem

menti

†ἀταραχῶς.

Alia Satanæ tẽtatio atque illuſio.

Pſalm. 117.

†al. in eos.

†ψάθιον. al. ψιάθιον, i. tegeticulam.

Pſalm. 90.

Alia dæmonis tentatio.

†χαύκιον.

Alia illuſio.

Pſalm. 118.

S. Abramius vt dæmonẽ ſigno Crucis à ſe repulerit.

B. ABRAMIVS ſua reſponſione dæmonem confundit, profligat, exterminatque.

†al. poſt quinque dies.

Alia illuſio dæmonis, & eiuſdem repulſio.

Pſalm. 117. iuxta LXX.

†al. illuſiones.

A menti ac cogitationi eius incutere: quin potius ad maiorem alacritatem, & in Deum charitatem, ipſum excitabat. Cùm enim Deum toto corde ac animo diligeret, ſuamque vitam ac conuerſationem ſecundùm eius voluntatem inſtitueret, affluenter diuinam gratiam promeruit: Ideoque in nullo eum lædere diabolus valuit. Patienter enim atque perſeueranter pulſauerat, vt ei theſaurus Chriſti gratiæ panderetur: cuius cùm iam ingreſſus patefactus eſſet, tres ſibi inde lapides pretioſos elegit, fidem, ſpem, & charitatem; quibus & reliquæ in eo virtutes exornabantur. Texens quoque pretioſiſſimam ex bonis operibus coronam, Regi regum, à quo munus acceperat, obtulit. Quis namque ſic toto ex corde Deum dilexit: & proximum, vt ſeipſum? Aut quis ita laborantibus compatiebatur, & miſericordiæ viſcera oſtendebat? Quem etiam aliquando B monachum intelligens bonæ conuerſationis eſſe; non pro eo precatus eſt Dominum, vt à quocunque diaboli laqueo liber conſeruaretur, curſumque vitæ ſuæ irreprehenſibiliter conſummaret? Aut quem peccatorem, vel impium quandoque audiens; non confeſtim pro eo, vt ſaluaretur, Deum obſecrabat? Per omne porrò tempus * conuerſationis ſuæ, nunquam à regula ſui inſtituti deflexit: neque vnquam iiſdem temporibus dies illum aliqua ſine lachrymis præterijt. Non facile ſua labia in riſum ſoluebat: ſed ne * ſubridebat quidem. Non appropinquauit corpori eius oleum: neque faciem ſuam, aut pedes aqua vmquam abluit. ſic autem ſe in ſui inſtituti certamine exhibebat atque gerebat, quaſi quotidie moriturus eſſet. O ſtupendum atque glorioſum, in hoc viro miraculum, fratres: quippe qui in admiranda illa ſua abſtinentia ac C continentia, aſſiduiſque vigilijs, ac lachrymarum fluentis; humicubationibus quoque & corporis emaceratione, numquam remiſſior aut imbecillior factus eſt, neque ſegnitie vel tædio aliquo fatigatus: ſed veluti eſuriens quiſpiam aut ſitiens, ſic mens eius (quæ diuinæ gratiæ præſidio nutriebatur) numquam ſui inſtituti dulcedine poterat ſatiari. Erat verò aſpectus eius, tamquam flos roſæ; & corpus eius quaſi nihil abſtinentiæ egiſſet, ſanum validumque apparebat: diuina enim ipſa gratia ſuſtentabatur in omnibus, & iucunditate ſpiritalis lætitię fruebatur. Qui & in hora obdormitionis ſuæ ita ſpecioſo vultu cernebatur, quaſi * Angelorum comitatu ſtipatus fuiſſet. Sed & alia in eo admiranda Dei gratia viſa eſt, quòd totis quadraginta abſtinentiæ ſuæ annis veſtem cilicinam, qua indutus fuerat, nunquam mutauerit: quæque ita perſeueranter ad finem vſque vitæ ipſi ſeruiuit, vt etiam alij participes eiuſdem illius veſtis poſtea fuerint, quæ ei prius iam D inueterata vſui fuerat.

Deut. 6. 11. &c.

Tribus lapidibus pretioſis, vt refulſerit S. Abramius.

Matth. 22. & Marc. 12.

*al. religioſæ vitæ ſuæ.

NOTA.

† μήτε μειδιάματι.

NOTA.

Aſpectus Abramij ſerenus, & corpus validum apparebat.

*al. quaſi qui nequaquam vitæ ſuæ tempus in abſtinentia tranſegiſſet.

Volo porrò chariſſimi, etiam aliam rem admiratione digniſſimam, quam in ſenectute ſua beatus vir geſſit, charitati veſtræ enarrare: eſt enim intelligentibus ac ſpiritalibus viris verè admirabile, & plenum vtilitatis atque compunctionis exemplum. Habuit beatus Abramius fratrem vnicum, quo defuncto, filia vnica eius ſeptem annorum relinquitur. Quam quidem dum parentibus orbatam noti atque amici ipſius cernerent, protinus ad patruum eius adducunt. Ipſe verò quia in interiore ſua cella recluſus degebat, eam in exteriore collocari iuſſit. Erat autem perexigua in medio vtriuſque cellulæ feneſtra, per quam edocebat eam pſalterium, & reliquas Scripturas. Cum ipſo quippe in diuinis laudibus vigilabat, pſalmoſque concinebat: & ſicut ille, ita & ipſa abſtinentiam colebat. alacriterq; in arrepto pietatis inſtituto proficiens, cunctas animi virtutes complere nitebatur, E atque perficere. Vir etenim beatus frequenter pro ea obſecrabat Deum, vt mentem in eum defixam retineret; neque rerum terrenarum curis implicaretur, eò quòd pater eius ex hac vita migrans, magnam vim pecuniarum ipſi reliquiſſet: quas illicò vir Dei diſtribui mandauit pauperibus & orphanis. Ipſa quoque aſſiduè ſuum interpellabat patruum, dicens: Pater, rogo atque obſecro ſanctitatem tuam, quatenus pro me depreceris Dominum, vt ab abſurdis ac prauis liberer cogitationibus; cunctiſque inimici inſidijs, & diuerſis laqueis diaboli eripiar. ſicque alacriter ſe exercens, ſeruabat regulam inſtituti ſui. Exultabat autem * vir beatus quod ita feliciter eam in optimo vitæ inſtituto, ac in manſuetudine, & inſigni erga Deum charitate cerneret proficientem.

DE MARIAE NEPTIS B. ABRAMII VITA: EIVSQ. LAPSV. ET RESIPISCENTIA.

*al. eius patruus

Viginti enim annis cum eo in abſtinentia degens, velut columba caſtiſſima

& immaculata Chriſti agna, ei conuixit. Quo annorum tempore expleto, cernens eam fraudulentus ac callidus ſerpens in virtutibus ſolitariæ vitę excellere, A ac cæleſtia dumtaxat contemplari, vehementi inuidiæ igne tabeſcebat, & inſidias tendebat, vt illam irretiret: ac ſi ſaltem beato viro mœſtitiam anxietatemque incuteret, mentemque ipſius, ob moleſtiam de ea conceptam, aliquantulum à Deo auelleret, atque ſepararet. Et quemadmodum in primis parentibus, liuore incenſa maligna ac callida beſtia ſerpentem pro inſtrumento ad decipiendum apto inuenit; vt eos qui in felicitate demorabantur, terram ſpinoſam atque laborioſam incolere curaret: ita & hic aliquamdiu explorans, inuenit ſibi vas ad perditionem præparatum. Erat enim quidam nomine dumtaxat monachus, qui ſtudioſè admodum prætextu ædificationis atque colloquij ad beatum virum concedere ſolebat: ſed & beatam illam per feneſtellam adſpiciens miſer B mente excœcatus, cum ea potius colloqui cupiebat: inſidiasque ipſi multo tempore tendebat, quaſi ad vnum vſque annum, donec tandem inuenta opportunitate eam penitus à beata veri paradiſi conuerſatione alienam reddidiſſet. Siquidem à ſerpente iam ſeducta atque decepta, ianuam cellæ ſuæ aperuit, & egreſſa eſt: fraude enim maligni draconis, ab eminenti piæ atque religioſæ vitæ ſtatu, puriſſimaque virginitate elapſa eſt. Et ſicut primi parentes, vbi de fructu ligni, quod eſt in medio paradiſi, guſtaſſent, cognouerunt ſe eſſe nudos: ita & iſta, poſtquam peccatum admiſit, corde expaueſcens in tenebroſam deſperationis caliginem ſe coniecit: conſcindensque cilicinam veſtem, quæ erat induta, pectus ſuum tundebat, & faciem manibus verberabat, cupiens ſeipſam nimio dolore præfocare, mortique tradere. Aiebat enim intra ſe, plangens: Ego deinceps mortuam me ſentio: dies enim religioſæ exercitationis meæ, fructumque continentiæ, & laborem lachrymarum, vigiliarum atque orationum planè C perdidi: Deum meum exacerbaui, & meipſam occidi, ſanctumque patruū meum amariſſimo mœrore affeci, & diabolo ludibrio facta ſum. quid eſt quòd deinceps ego miſera atque infelix viuam? Hei mihi, quid feci? Hei mihi, quid fieri mihi paſſa ſum? Hei mihi, vnde excidi? Quomodo mens mea obſcurata eſt? Quomodo à maligno decepta * ſum? Non intelligo, quomodo elapſa ſim: quomodo contaminata ſum, ignoro. Cuiuſmodi * nebula obtexit cor meum: vt quid egerim, conſiderare nequeam? Vbi abſcondar? quo me vertam? aut in quam foueam meipſam præcipitabo? Vbi ſunt monita beati mei patrui? Vbi doctrina ſocij & amici eius Ephræm? * quando dicere mihi ſolebat: Attende tibi ipſi: & animam tuam incorruptibibi atque immortali ſponſo tuo immaculatam conſerua: nam ſponſus tuus ſanctus eſt, & zelator. D Hei mihi, quid agam? non amplius in cælum reſpicere audeo: nam apud Deum pariter & homines, me iam mortuam eſſe cognoſco: neque feneſtram illam fixis intueri oculis deinceps valeo. Quomodo enim ego peccatrix & immunda, rurſus cum Sancto illo viro loqui tentabo? Et ſi id auſa fuero, nonne ignis per feneſtram erumpens illicò me comburet? Satius igitur fuerit, me hinc aliò abire, vbi nullus ſit qui me agnoſcat: quoniam ſemel iam mortua ſum, nec vltra mihi ſpes ſalutis eſt reliqua. Conſurgens ego è veſtigio, perrexit in aliam ciuitatem, priſtinoque habitu mutato, ſe ibi in quodam * diuerſorio conſtituit. Quæ ruina dum huic fœminæ accidiſſet, viſio per ſomnium talis beata viro oſtenditur: Conſpexit ſiquidem draconem ingentem atq; horribilem, aſpectuque ipſo fœtidiſſimum, & in fortitudine ſibilantem, qui quaſi ex loco ſuo egreſſus, deuenit vſque ad cel- E lam eius ibique columbam repertam deuorauit, & rurſus ad ſuum locum ac foueam remeauit. Expergefactus autem vir beatus, contriſtatus eſt vehementer, fleuitque amare, veritus ne perſecutionem aliquam Satanas aduerſus Dei Eccleſiam concitaſſet, ac multos à veritatis fide auertiſſet: aut ne ſchiſma aliquod, vel hæreſis in ſancta Dei Eccleſia exſurrexiſſet. Quare in genua prouolutus, Deum precatus eſt, dicens: Benigniſſime Deus, qui ſolus vniuerſorum es præſcius, tu ſolus noſti quid magna hæc ſibi velit viſio. Denuò autem poſt alios duos dies, eundem vidit draconem prodeuntem ex antro ac loco ſuo, & in cellam ad ipſum ingredientem, caputque ſuum ſub pedibus eius poſuiſſe, ac diruptum fuiſſe: columbam verò illam, quam deglutiuerat, adhuc viuam in ventre

Maria neptis viginti annos ſuo patruo in omni caſtitate, & abſtinentia conuixit.

Gen. 3.
Ibidem.

Varij improborum prætextus, inſidię & impoſturæ.

Ibid. Gen. 3.

Præuaricatio ac lapſus neptis & Abramij.

Compunctoria & lamentatoria peccatricis verba.

* ἐχλάπην.

* al. nubecula.

* al. qua mihi dicebat: Attende mihi.

* al. ſtabulo.

Viſio horribilis S. Abramio apparuit.

A ventre * eius abſque læſione repertam. Protinus autem à ſomno experrectus, ſemel atque iterum Mariam neptem ſuam (exiſtimans adhuc in cellula eam adeſſe) vocabat, & dicebat: Euigila, ô filia, cur pigreſcis atque torpeſcis? hodie enim duo ſunt dies, ex quibus os tuum ad laudandum & glorificandum Deum non aperuiſti. Sed cùm reſponſum ab ea nullum acciperet, totoque biduo eam non amplius pſallentem more ſolito audiret; intellexit ſuam quam conſpexerat viſionem, ad illam ſine dubio pertinere: quare ſuſpirans fleuit amarè, profundensque lachrymas, ait: Hei mihi, agnam meam lupus crudelis rapuit, & filia mea captiua effecta eſt. Extollensque vocem ſuam, dixit: Chriſte Saluator mundi, conuerte * ad me agnam meam Mariam, eamque in ouile vitæ reſtitue: vt non ſenectus mea cum mœrore ad inferos deſcendat. neque deſpicias B deprecationem meam, Domine: ſed velocius gratiam tuam emitte, vt de ore draconis eam incolumem euellas. Duo itaque dies illi, qui per viſionem ei reuelati ſunt, duorum annorum curriculo terminantur, quibus diſſolutè viuendo neptis eius foris, quaſi in ventre ſæuiſſimi draconis, egit: at Sanctus vir, per omne tempus die noctuque numquam, pro ea Deum obſecrando, animum ſuum relaxauit. Duobus porrò interlapſis iam annis, cùm vbi eſſet, & quomodo ſe gereret certò intellexiſſet, rogabat quemdam * ſibi notum atque familiarem, vt illucuſque pergeret, & cuncta de ea diligenter exploraret, locumque ac vitam eius notaret atque obſeruaret. Abiens igitur ille qui miſſus erat, omnia C certò compertòque cognouit: & reuera ei, quomodo ipſam vidiſſet, & qualem vitam degeret, renuntiauit, locumque deſignauit. Ipſe verò certior de ea factus, planeque edoctus, illam ipſam eſſe; curauit ſibi habitum militarem deferri, cum equo ad ſedendum. Apertoque iam cellæ ſuæ oſtio egreditur, & habitu militari induitur, ac galerum * longum atque profundum capiti ſuo, quo facies velaretur, impoſuit: ſed & ſolidum vnum ſecum ferens, equumque aſcendens, concitus abijt. Quemadmodum enim explorator aliquis patriam vel ciuitatem quampiam explorare cupiens, habitum loci illius, ne facilè ab incolis agnoſcatur, aſſumit: ſic quoque beatus iſte Abramius in alieno peregrinabatur habitu; vt inuiſibilem inimicum in fugam verteret. Verè igitur admiratione dignus eſt egregius hic ſecundus Abraam. Siquidem primus Abraham ad Regum prælium exiens, percutiensque illos, Loth nepotem ſuum reuocauit: & hic ſimiliter ſecundus Abraam contra diabolum ad bellum perrexit, * eoque ſuperato Mariam D neptem ſuam ſecum reduxit. Poſtquam ergo ad locum appuliſſet, in hoſpitium diuertit, vbi ſollicitis curis huc illucque circumſpiciens, vt eam videret adnitebatur. Deinde cùm iam multa hora præterijſſet, videndique ipſam occaſio non tribueretur, ſubridens dixit ad hoſpitem: Audiui, ô amice, quòd hic pulchram habeas puellam, quam, ſi permitteres, libenter peruiderem. Hoſpes autem cùm ætatis eius cerneret canitiem, ipſum * coarguit; & deinde ſic ei reſpondit: Eſt, inquit, hic quædam, & quidem ſupra modum ſpecioſa, erat quippe Maria hæc penè vltra quàm natura fert, formæ pulchritudine decora. Cumque ſenex nomen puellæ requireret, Mariam nuncupari ille reſpoodit. Tunc hilari vultu, obſecro, inquit, mihi accerſas illam; vt hodie cum ea epulari poſſim atque exhilarari: valde enim vel ex auditu, amore eius captus ſum. Quæ cùm vocata iam adeſſet; atque in laſciuo ornatu, habituque meretricio ſanctus eam E patruus conſpexiſſet, parum abfuit quin ingentem ipſe vim lachrymarum profunderet: quas tamen ſapienti ac forti conſilio repreſſit; ne, ſi fortè illum fœmina agnouiſſet, fugæ conſilium illicò captaſſet. Reſidentibus ergo illis, atque bibentibus, cœpit cum ea loqui vir beatus, tamquam amator quiſpiam inextinguibili amoris igne flagrans: (ſic enim Sanctus ille fortiter ſe diabolo opponens, captiuam eam accepit, & in Chriſti thalamum reſtituit.) Illo autem cum illa colloquente, ipſa conſurgens, & complexa collum eius, oſculis eum excipiebat. Cumque iam inter oſculandum, odorata eſſet eius corpus ſuauiſſimo Angelici inſtituti odore fragrare, recordata eſt dierum ſuorum priorum, quibus vitam in ſumma abſtinentia peregerat: quare tamquam aliquo ſpiculo in corde percuſſa, vehementer ingemuit, & in lachrymas prorumpens, dixit: * Væ mihi, væ mihi miſeræ ſoli. Hoſpes autem iſta animaduertens, ait ad eam: Quid eſt domna

Maria,

* al. in ventre ipſius repertam, extenſaq; manu ſua viuam eam recepiſſe. Protinus autem, &c.

Viſionis manifeſtatio, atque explicatio.

* al. conuerte agnam tuã Mariã in ouile vitæ: vt nõ ſenectus mea cum dolore de hoc mundo recedat.

* al. quoſdam ex ſibi notis ac charis, vt aliquẽ illuc mitterent, qui accuratè omnia de illa cognoſceret, &c.

* al calamanchum.

A ſimili pulchrũ exemplũ.

Abramij ſecũdi cum primo apta comparatio. Gen. 14.

* al. vt eo deuicto, neptem ſuã Mariã maiorem cum triumpho ſecũ traduceret.

* κατέγνω αὐτοῦ. al. eum cõdemnauit, tanquam malo amore puellæ captum.

Colloquiũ Abramij cum ſua nepte peccatrice.

Corpus Abrámij optimis odoribus fragrans.

* al. Heu me, heu me infelicem ſolam.

A Maria, quòd ita grauiter ingemiſcas? Duorum annorum in ſpatio hîc degis, & nunquam talia tua ſuſpiria, aut verba audiui: nunc autem quid ſolito triſtius tibi acciderit, velim mihi recenſeas? Ad quem, illa; * Vtinam, inquit, ante triennium mortua eſſem, & felicem me putarem. Confeſtimque beatus ſenex, ne auſterior videretur, quaſi cum quadam ſerenitate ad illam ait: Modò me præſente, cùm hilaritati indulgendum eſſet, tu peccata tua in memoriam reuocare incipis? O admirabilem diuinæ diſpenſationis clementiam. Putaſne puellam non dixiſſe in corde ſuo: quomodo aſpectus viri iſtius, formam mei refert patrui? Cæterùm qui ſolus benigniſſimus, & ſapientiſſimus eſt Deus, ita diſpenſauit, ne ipſa illum agnoſceret, timoreque perculſa fortaſſe aufugeret. Proferens itaque beatus ſenex mox ſolidum, dedit eum hoſpiti, dicens ipſi: Para nobis, ô amice, bonam cœnam, vt cum hac puella hodie epulari B ac lætari liceat: longo enim itineris interuallo, amore illius huc adueni. O verè ſecundum Deum ſapientiam. O verè intellectum ſpiritalem. O aſtutam ſupplantationem diaboli, & reconciliationem animæ. O prudentiam draconi exitialem, & animæ illuminatricem. Qui totis quinquaginta ſuæ religioſæ exercitationis, atque abſtinentiæ annis panem non guſtauerat; nunc carnes intrepidè, vt animam à diabolo captam reuocaret, comedit. Chorus Sanctorum Angelorum ſuper hac beati iſtius * inconſideratione, aut potius magnanimitate, atque ſapienti conſilio * ſolertiaque vehementer obſtupuit, quòd ita alacriter & ſine vlla hæſitatione ibi comedit & bibit, recitans & ipſe dictum illud Euangelicum: Hodie epulari & gaudere oportet, quia hæc filia mea mortua erat, & reuixit; perierat, & inuenta eſt. O ſapientia ſapientum, & intellectus intelligentium. C O ſtupendum miraculum, & negotium ſuſpiciendum. O dignam admiratione * indiſcretionem, & quauis accurata * diſcretione eminentiorem: quæ ex venenatis draconis dentibus, animam deuoratam eripuit atque ſaluauit. Poſtquam igitur iam ſimul epulati ſunt, prouocabat eum puella, vt ad cubandum in cubiculum introirent. At ille, intremus, inquit: ingreſſusque videt lectum altum ſtratum, aſcendensque alacriter conſedit ſuper eum. Quo pacto te appellem, aut quomodo te nominem, ô * perfecte Chriſti vir, equidem ignoro: Continentem ne te dicam, an incontinentem? * conſideratum, an inconſideratum? ſapientem, an inſipientem? qui per annos quinquaginta conuerſationis tuæ, ſuper vnam tegeticulam dormiuiſti; nunc quanta cum alacritate ad ſedendum, ſuper lectum aſcendiſti? Cæterùm hæc omnia ad * gloriam & laudem D venerabiliſſimi inſtituti tui feciſti: manſionum quippe iter prolixum arripuiſti, carnes manducaſti ac vinum bibiſti, & in hoſpitium diuertiſti, vt animam perditam ſaluares: at nos quia * puſillanimes ſumus, ſi ſaltem verbum vtile cum proximo loqui volumus, ſubitò importunè, cuncta diſcernimus. Conſidente itque ipſo ſuper lectum, ait ad eum puella: Veni ac permitte Domine, vt calceamenta tibi extraham. Ille verò ad eam: obſera ac muni, inquit, bene oſtium? & tunc vt ea abſtrahas, permittam. Nitebatur autem illa prius diſcalceare ipſum: ſed cùm id ille non pateretur, tunc foribus diligenter obſeratis venit ad eum. Senior autem ad illam: Domina, inquit, Maria, accede ad me, cumque acceſſit ad ipſum, tenuit eam firmiter per manum, ita vt non poſſet eum effugere. Tollens quoque * camalaucion, ceu galerum è capite ſuo, & in lachrymas prorumpens, dixit ad eam: Filia mea Maria, numquid me agnoſcis? E nonne ego ſum * pater tuus Abramius? numquid tibi notus ſum? Nonne ego ſum, qui te educaui? quid tibi nunc accidit, ô filia mea? Vbi eſt habitus ille angelicus, quem antea habuiſti, ô filia chariſſima? Vbi continentia? vbi lachrymæ? vbi vigiliæ, quæ cum tanto dolore animi & cordis contritione erant? vbi humicubationes, & aſſiduæ genuflexiones? Quo pacto à cæli celſitudine in hoc perditionis barathrum præcipitata es, ô filia mea? Cur non indicaſti mihi, quando procella ab inferis inuaſit te? & ego ſanè cum dilectiſſimo Ephræm, clamaſſem ad eum, qui poteſt ex morte ſaluare. Quare tamquam omnino tuam ſalutem deſperans, ita te diabolo tradidiſti Quamobrem ſic me deſeruiſti, & in hunc mœrorem intolerabilem deduxiſti? Quis autem inter homines, abſque peccato eſt, niſi ſolus Deus? Illa verò quaſi tota perterrefacta, abijciebat animum,

*al. Beata (inquit) eſſem, ſi ante triennium defuncta eſſem.

Solidus pro cœna ſoluitur.

Quinquaginta annorum abſtinentia.

* ἀδιαφορίας.

f indiſcretione.

* δραματουργία.

Lucæ 15.

*al. inconſiderationem.

*al. conſiderationem.

* al. perfectiſſime Chriſti athleta.

*al. diſcretũ, an indiſcretum?

*al. ad laudem & gloriam Chriſti feciſti.

† ὀλιγόψυχοι.

*χαμαλαυχιον al. calamanem, id eſt, pileum.

*al. patruus.

Abramius ſuam compellat, compunctamq; reddit neptem Mariam.

S. Abramius, vt amicus Ephrẹm fuerit, ipſeque illius meminerit.

Eſa. 73. & .Pet. 2.

A mum, nec vultum attollere poterat: verùm lapidis inſtar immobilis, & velut amens in manibus eius remanſit, confuſione pariter atque timore oppleta. At beatus Senex iterum cum lachrymis appellabat eam, dicens: Non mihi loqueris, filia mea Maria? nonne tua cauſſa, mœſtus huc adueni? Super me ſit hoc peccatum, ô filia. Ego pro te in die iudicij, Deo reſpondebo. Ego pro hoc tuo peccato pœnitentiam agam. Sicque ad mediam vſque noctem, eam conſolabatur & ſalubriter admonebat. Illa autem cùm parumper fiduciam accepiſſet, ſic ad eum locuta eſt: Si, inquiens, in te reſpicere, ob confuſionem vultus mei, nequeo: quo pacto ſanctum atque immaculatum nomen Dei mei, dum ita * cœno immunditiæ contaminata ſum, inuocare audebo? Et beatus vir ad eam: Super me ſit, inquit, iniquitas tua, ô filia: ex meis manibus Deus B peccatum hoc tuum requiret; tantummodo tu me auſculta, & veni, concedamus pariter in locum noſtrum. Ecce enim & clariſſimus noſter Ephrem vices tuas dolet ac plangit, & ſedulò pro te Dominum deprecatur. Quare ſenectutis meæ miſerere, & caniciei meæ compatere, filia mea dilecta, obſecro: & iam conſurgens, me ſequere. Illa verò ad eum: Si * pœnitentiam (inquit) adhuc agere poſſum, meamque ſatisfactionem ſuſcepturus ſit Deus; ecce vt iubes, tecum veniam. procido autem ac ſupplicio ſanctitati tuæ, ſanctaque veſtigia tua exoſculor, quòd ita pietatis tuæ viſcera in me demonſtraueris, & huc vt ex laqueo diaboli me eriperes, adueneris. ponensque caput ſuum ad pedes eius, tota plangebat nocte, dicens: Quid * retribuam tibi Domine Deus meus, pro his omnibus que tribuiſti mihi? Diluculo autem iam facto, dicebat ad eam beatus ſenex: Exſurge filia, & hinc recta ad cellam noſtram abeamus. Quæ reſpondens, aiebat ad ipſum: Habeo hic aliquantulum auri, ac paucas veſtes, & quid de ijs à me C fieri iubes? Reſpondensque ei vir beatus, dixit: Relinque illa hic: nam omnia iſta, pars maligni ſunt. Et ſurgentes confeſtim exierunt: illamque equo imponens, * trahebat, lætus præcedens. Et ſicut paſtor quando ouem perditam reperit, cum gaudio eam ſuper humeros ſuos tollit: ita beatus hic Abramius; gaudens in corde ſuo iter cum hac nepte ſua peragebat. Cumque ad * proprium iam locum perueniſſet, illam quidem in interiore cella, in qua ſuam prius habitationem tenuerat, recluſit: ipſe vero in exteriore permanſit. Vbi illa cilicio induta, in ſumma humilitate animi, & planctu ac lachrymis multis perſiſtebat; & ſeipſam vigilijs aſſiduis, arctiſſimisque abſtinentiæ laboribus conficiebat, alacriter pœnitentię ſcopum perſequens, & audacter Deo procidens, ſupplicansq;.

*al. immũditiā cœni huius fœdata ſum, &c.

Ephræm vt hic ſui ipſius; ſub perſona Abramij meminerit.

*al. Si pœnitentiam meā ſuſcipiet Deus, eccè iam venio.

*al. Quid tibi, mi Domine, prò his omnibus retribuam?

Res malè partę, vt portio maligni ſint.

*al. ducebat.

Lucę 15.

*al. ad ſuam manſionem.

Mariæ cõuerſio & ad cellam cũ ſuo Patruo reuerſio.

D Verè enim hæc ſyncera ac vera erat pœnitentia: verè medicina, & reparatio animæ iſta. Per eiuſmodi certamen, cunctos oporteret confiteri ac gratias agere Deo. Quis enim ita lapideo ac duro eſt corde, qui cùm flebilem ac lamentabilem eius vocem audiat, ipſe quoque non compungatur ad laudandum, glorificandumque Deum? Siquidem noſtra reſipiſcentia cum eius pœnitentia comparata, vmbra dumtaxat quædam & imaginatio eſt. Tali namque ſtudio, & patientia, atque ſollicitudine indeſinenter recurrebat ad Deum, petens ſibi ignoſci quod peccauerat; vt etiam ſignum diuinitus, an accepta eius pœnitentia fuiſſet, depoſceret. Benigniſſimus * itaque ac clementiſſimus Deus, qui neminem vult perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti, ſic condignam ſatisfactionem eius, preceſque recepit: vt etiam dona curationum ipſi ad rei certitudinem conceſſerit. Vixit porrò beatus Abramius alios adhuc annos decem; cernensque ſynceram E ac veram illius pœnitentiam, & inſignem animi alacritatem, glorificabat & magnificabat Deum: & ſic in bona ſenectute quieuit verè ſanctus ac ſeruus Dei, curſumque vitæ conſummauit, cùm eſſet annorum ſeptuaginta. Ex quibus quinquaginta in ſolitario vitæ inſtituto, magna cum alacritate, & certamine atque abſtinentia admirabili, in humilitate, & charitate non ficta peregit, perſonarum * acceptionem non reſpiciens, ſicut apud plurimos fieri eſt ſolitum, vt vnum quidem honore præferant, alium verò contemnant. Et tanto quidem temporis interuallo nunquam prorſus in ſuo inſtituto obtorpuit, ſegniusque egit, neque vnquam regulam optimæ ac religioſiſſimæ vitæ ſuæ mutauit: ſed ita ſemper conſtitutus erat, quaſi quotidie moriturus.

Veræ pœnitẽtię exemplum ac ſpeculum.

NOTA.

*al. V.C. Benigniſſimus itaq; Deꝰ dona curationum ei ad certitudenẽ acceptæ pœnitẽtię ipſius conceſſit.

S. ABRAMII AETAS, ET SOLITARIAE EIVS VITAE DIVTVRNITAS.

*al. perſonam hominis nõ accipiens.

Hæc fuit vita, atque conuerſatio beati Abramij. hæc Deo * acceptiſſima vitæ

*ὑπὲρ θεάρεστος πολιτεία;

ipſius

ipſius ratio. iſta patientiæ ac tolerantiæ eius certamina. Et ſicut caprea ex laqueis, ita ille ex corruptibili ac mortali hac vita exceſſit: neque prorſus vnquam, cogitationem mentemque ſuam in bono propoſito firmatam atque corroboratam, retrorſum conuerti permiſit. Atqui hi agones, & ſudores beati huius viri fuerunt: quos quidem hic nunc ita conſcripſimus, ob conſolationem atque deuotionem omnium, qui vitam conſequi æternam volunt, ad laudem & gloriam Dei: à quo, cunctis affluenter, quæcumque opportuna ſunt atque vtilia, ſuppeditantur. Reliquas porrò virtutes eius * alibi deſcripſimus.

Vixit quoque beata illa Maria, alios annos quinque poſt mortem patrui ſui: atque ita ſupra modum piè alacricerque reſiduum illud vitæ inſtituebat, vt dies noctesque integras non ceſſarit cum planctu ac lachrymis deprecari Deum: adeò vt etiam ſæpe * per locum illum prætereuntes, vocemque eiulatus ipſius audientes, commiſeratione moti gradum ſiſterent, fletumque ſuum cum eius fletu coniungerent, ac propria peccata deplangerent. Gratia & benignitate Domini noſtri IESV Chriſti: Cui gloria, & potentia, nunc & ſemper, & in æterna ſecula ſeculorum, Amen.

Sap. Syrac. 27.

Agones & labores S. Abramij.

† ἐν ἄλλοις. ſ. in alio libro, ſiue Sermone) ſed de ijs non reperitur.

* al. plerique noctu iuxta locum illum pertranſeuntes.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

VNiuerſa vitæ acta beati ABRAMII Eremitæ Syri, pulchrè ac luculenter hic Auctor noſter deſcribit: illiusq; neptis Mariæ lapſum, & reſipiſcentiam atque pœnitentiam poſtea enarrat, & tanquam ſingulare compunctionis exemplum cunctis proponit. De quo B. Abramio (lubet enim hic Græcam nominis Inſcriptionem περὶ τοῦ μακαρίου Ἀβραμίου, *ſequi) etiam Sozomen. agit, lib. 3. cap. 15. ac Nicephorus, lib. 9. cap. 16. aliiq; plures, celebraturq; memoria eiuſdem in Martyrologio Rom. 16. Martij, ſub fin. hiſce verbis:* In Syria S. Abrahæ eremitæ, cuius res geſtas B. Ephræm conſcripſit, &c.] *De quo & Græci in Menolog. 29. Octob. Cuius quoque Metaphraſtes geſta copioſè recenſet, quæ ponit Lipom. Tom. 6. & Surius Tom. 2. eadem die.*

Tentabo vel ex parte enarrare de vita ac moribus eiuſdem viri, Abramij nimirū ſecundi, &c.] *Dicit Abramij, ſiue Abrahami ſecundi, reſpectu primi Abraham, ſcilicet Patriarchæ: quorum hunc noſtrum Abramium in pleriſque confert, ac præſertim vbi longius poſtea de vtroque ſic enarrat:* Verè igitur admiratione dignus eſt egregius hic ſecūdus Abraham: Siquidem primus Abraham ad Regum prælium exiens, percutienſque illos, Loth nepotem ſuum reuocauit: & hic ſimiliter poſterior Abraham contra diabolum ad bellum perrexit, eoque ſuperato, Mariam neptem ſuam ſecum reduxit, &c.] *hæc ibi de comparatione vtriuſque.*

Toto porrò tempore renuntiationis, canonem ſemel arreptum nunquam mutauit: ſed quinquaginta annorum ſpatio, in vitę religioſæ inſtituto ſe exercuit, &c.] *Vbi alia lectio ſic: Toto autem tempore monaſticæ conuerſationis, canonem ac regulam ſui inſtituti nunquam prætermiſit, &c. ſed totos quinquaginta annos cum omni alacritate in ſuo religioſæ vitæ inſtituto permanſit, &c. Idem autem de eo, etiam confirmatur ab Auctore, hoc ipſo Serm. longius poſtea, vbi habet:* Sed & alia in eo admiranda Dei gratia viſa eſt, quod totis quinquaginta abſtinentiæ ſuæ annis veſtem cilicinam, qua indutus fuerat, numquam mutauerit: quæque ita perſeueranter ad finem vſque vitæ ipſi ſeruiuit, vt etiam alij participes illius fuerint, &c.] *Significat autem haud obſcurè ibi, hoc fuiſſe miraculum, quòd idem cilicium ab illo totos quinquaginta annos geſtatum, & nunquam mutatum, adhuc alijs poſt eius mortem vſui fuerit, &c. Et de hoc eius vitæ rigore, longoq; quinquaginta annorum, cum omni patientia & abſtinentia in ſolitariæ vitæ inſtituto, certamine, etiā poſterius ſub finem Sermonis agitur, vbi in hæc verba de B. Abramio dicitur:* Curſum vitæ conſummauit, cùm eſſet annorum ſeptuaginta. Ex quibus, quinquaginta in ſolitario vitæ inſtituto peregit. Et tanto quidem temporis interuallo, nunquam prorſus in ſuo inſtituto obtorpuit: neque vmquam regulam optimæ ac religioſæ vitæ ſuæ mutauit, ſed ita ſemper conſtitutus erat, quaſi quotidie moriturus, &c.] *Seruitque hic Abramius pro ſingulari atque notabili exemplo Sanctorum illorum Patrum, de quibus generatim alibi refert Auctor, quòd ad quinquaginta & vltra annos, ſuum non mutarint canonem ac regulam inſtituti, &c. vt habetur in Sermone ipſius Parænetico de ſecundo aduentu Domini, ac de pœnitentia & reſipiſcentia, in fin. Tom. 2. & in longiſſimo eiuſdem aſcetico Serm. de vita religioſa atque monaſtica, ac hoc eodem Tomo 3. ſupra, cuius initium eſt:* Labor & dolor ad loquendum me compellunt, &c.] *ac in noſtris vtrobique Scholijs.*

Poſtea vbi habetur: Et nunc igitur benigniſſime Domine, reſpice ſuper ſeruos tuos, & concede eis vt cognoſcant te, &c.] *alia lectio habet:* reſpice ſuper ſeruum tuum (*ſcil. Abramium*) & exaudi orationem meam, vireſque mihi adde: ac ſeruos tuos à vinculis Diaboli abſolue; & con

cede

A cede ipſis, vt agnoſcant te creatorem, &c.] *quæ quidem lectio, quòd ad vtrumlibet (ipſum ſcilicet & populum illum) coniunctim referatur, etiam hic probatur, ac placet.*

Poſtea ibi: Totoque corde ac animo credite, quòd vnus ſit Deus creator cæli & terrę, &c.] *vbi al.* ποιυτὸς *mendosè hic ponitur, pro* ποιητὴς, *id eſt, creator. Et al. abſque illo etiam legitur:* Deus cæli & terræ, &c. *quæ quoque hic non improbatur lectio: eſt enim vſitata etiam Scripturæ formulæ, ſicut & in illo patet Neem. 2.* Et oraui Deum cæli, & dixi ad Regem, &c. *ac ibidem poſtea:* Dixitque ad eos: Deus cęli ipſe nos iuuat, & nos ſerui eius ſumus, &c.] *& in illo Act. 17.* Hic cæli & terræ cùm ſit Dominus, &c.] *alijsq; in locis ſæpius.*

Longè deinde poſterius, vbi de Abramio habetur: Non facilè ſua labia in riſum ſoluebat: ſed ne ſubridebat quidem, &c. *in Græc. al. mendosè hic habetur,* μὴτὲ μέχρι δ' ἄιμαλος, *id eſt, neq; vſque ad ſanguinem, &c. pro quo, omninò hic legendum videtur:* μήτε μειδιάματι. *ſed quia* μειδίαμα *vix vno vocabulo Latinè reddi poteſt, (eſt enim actus ille placidè ac leniter ſubridendi) viſum conſultò eſt hic* B *vertere* (ſed ne ſubridebat quidem, &c.) *vt in textu repoſuimus.*

Ad finem denique vitæ S. Abramij, & conuerſionis neptis eius Mariæ, adiecta adhuc reperiũtur loco cuiuſdam Appendicis ex Simeone Metaphraſte apud Lipoman. ſequentia: Hei mihi, chariſſimi, quoniam hi quidem obdormierunt, & ad Deum omni cum fiducia perrexerunt: quorum mens nullis planè rebus terrenis conſtricta tenebatur, ſed in ſola Domini charitate defixa. Ego verò imparatus propria voluntate remanſi; & ecce præoccupat me hyems, & magna me tempeſtas nudum omnique virtutum ac bonorum operum indumento ſpoliatum deprehendit. In memetipſo ſanè dilectiſſimi, admiror, quo pacto quotidie pecco, & quotidie reſipiſco. In horas ędifico, & in horas conſtructa euerto. Veſperi dico, cras pœnitentiam agam: mane autem facto, alijs diſtractus totum diem tranſigo, &c.] *Reliqua qui velit, apud Lipoman. Tom. 2 poſt vitam S. Abramij conſequenter adiecta inueniet: quæ quòd ex varijs potius locis S. Patris noſtri Ephræm à Metaphraſte huc congeſta videantur, & alibi ſparſim apud Auctorem habeantur, hic ſuperuacanea omninò cenſentur: cùm neq; in Græcis Ephræm exemplaribus Vaticanis, alijsve hoc loco reperiantur: nec quid-* C *quam ad vitam B. Abramij, quam hic ex ipſo fonte Ephræm damus, faciant, ſicut etiam Lectori rem examinati melius conſtabit. Quem & huius hic admonendum putauimus, aliam in B. Abramium, eſſe traductionem Latinam, & quidem incerto Interprete apud Lipoman. & aliam apud Surium: quarum vtraque quòd in multis à Græco noſtro MS. Vatic. diſſideat, & haud pauca Metaphraſtis admixta habeat, nouam hanc tranſlationem vnà cum Scholijs, dare operæpretium duximus.*

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

De S. IVLIANO Monacho, & * Anachoreta.

D

* al. Exercitatore.

OPTIMVS hic atque fortiſſimus inter pietatis pugiles, ſeruus adhuc ſub Dominis ſecularibus cùm eſſet, antea quidẽ, ſicut ipſe nobis poſtea enarrauit, vitam in multa intemperantia * atq; laſciuia peregerat, tandem autem ad agnitionem veritatis deueniens, optimè vitam ſuã traduxit: ad multa à proprijs Dominis in ciuitate * Heliopoli apud Libanum paſſus eſt, quippe qui cum idololatrarum furore atque inſania participabant. Cæterùm defuncto iam eius hero, vitæ priori renuntians, effectus eſt monachus: Dominum autem Deum tota anima ac corde diligebat, ita vt in omni penè virtutum genere ſe exercuerit, perfeceritque. E Magnam enim poſſedit compunctionem, & humilitatem eximiam: non tamen vt quidam poſt vitæ abdicationem atque ſeceſſum facere ſolent, qui negligentiæ ac otio contemptionique mandatorum Dei ſeſe tradiderunt, lumbiſque ſuis haudquaquam per continẽtiam ac pudicitiam præcinctis, in abyſſum malorum ſuas ipſi animas defixerunt; ita vt aliqui nec de rebus quidem ad ſuum inſtitutum, ſalutemque pertinentibus inſtrui ſe ſinant: ſed eas etiam reſpuere propter ſuas concupiſcentias non dubitârunt; ſoloque pietatis atque religionis habitu amicti, ſeipſos domicilium phalangis dæmonum effecerunt. Negligens quoque in ijs, quibus reſidebam locis, quidam erat Monachus, qui filium valde paruum habebat, & hunc tamquam inobedientem atque immorigerum in ſacrificium dæmoni propter ſuam auaritiam offerre non verebatur: verùm diuino auxilio aſſum-

* ἀσωτία.

* al. Heliopoli, quæ eſt ciuitas montis Libani.

Locus in Græco de mendo ſuſpectus.

De quodã, qui proprium filiũ dæmoni ex auaritia obtulerat.

aſſumptus præſeruatusque eſt puer. Cùm enim deduxiſſet eum miſer & ignauus homo in quendam ſubterraneum locum, vbi multum auri * putabatur reconditum ab ijs qui ſacra * ſepulchra parabant: dæmon conſpecto crucis ſigno, quo puer amictus ac conſignatus erat, non eſt auſus ei nocere: nam cum analabo adduxerat eum vir ille, quem patrem hic appellare piget pudetque. Sic igitur re explorata, & ex euentu cognita, ſurgens abſtulit à puero analabum. Rurſusque vox ex locis abditis * atque ſecretioribus audita eſt, quòd cùm omninò conſecratus is ſit Deo, fruſtra mali quid contra ipſum tentari. Puer igitur admirabiliter liberatus ac conſeruatus, enarrauit quæ ſucceſſerant omnia, ſimulque quomodo à Domino noſtro IESV Chriſto aſſumptus, protectusque eſſet. Celebris quippe de eo increbuerat ſermo ac rumor: ita vt etiam concilium à ſanctis Patribus, occaſione rei quæ acciderat, colligeretur. Hæc porrò, fratres, nobis parat negligentia atque deſpicientia Synaxis, diuinique officij: & quòd non continenter, vigilanterque pijs precibus inſiſtamus. Siquidem pſalmodia, & oratio cum humili cogitatione, mentem à vetitis atque illicitis paſſionibus * ſubleuant, & animam ad deſiderium cæleſtium bonorum magis corroborant. Quemadmodum autem colloquium cum Deo per puram orationem, humilitatem producit animæ: ſic ſermocinatio atque confabulatio cum Regibus, ſuperbiam ijs, qui non valdè à validiore ac præſtantiore timore incenſi ſunt, generat. Camini igitur & fornacis inſtar, eſt frequens cum Rege conuerſatio, probos ac reprobos eos qui cum ijs agunt, declarans. At qui Dominum ſemper præ oculis habent, meliore timore muniti, * immoderatas rerum earum quæ videntur, affectiones facilius expellunt fugantque. Beatus ideo ille, qui abdicata vita ſeculari, in cœtu virorum ſanctorum conuerſatur, & ſub obedientia ſpiritalium Patrum; ſuamque in pura conſcientia vitam traducit: quoniam non confundetur in reſurrectione iuſtorum. Væ autem illi, qui cum viris impijs coniungitur, atque inobedientibus: quoniam dies amaros talis videbit. Complacentia * enim ſui, & ſingularitas, propriaque voluntas, hominem vaſtant ac perdunt; & ſpiritalibus eum fructibus, gratijsque ſpoliant: cum diſcretione autem atque iudicio cuncta facere, beatum eſt. Beatus verò Iulianus mortificans in ſe mundanas concupiſcentias, quantum monaſtica viuendi exigebat ratio, in ſua reſidebat cella: propè autem eiuſdem cellam, etiam mea cella ſita erat: nam eiuſdem eramus congregationis ambo. Accedebat igitur is ad cellam meam, & ego viciſſim ibam ad ipſum: proficiebam enim ex colloquio ac conuerſatione viri; mirabarque cùm viderem tantam in homine barbaro cognitionem, quippe ex partibus occidentalibus oriundo, glorificabamque Deum, qui non vult quemquam perire, ſed omnibus per pœnitentiam ignoſcere, & illius dicti Euangelici recordatus ſum: Amen dico vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Suſpiransque dixi: Libera nos Domine, à tenebris exterioribus, & fletu illo, ac ſtridore dentium. & memento noſtri, in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum: ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hæreditate tua. Memento noſtri Domine, ſicut meminiſti latronis, cùm veneris in regnum tuum: & corpora noſtra ex monumentis cum gloria reſuſcita, dignosque nos raptu iuſtorum redde in nubibus, vt & nos vel modicam hæreditatem montis ſancti tui, precibus Sanctorum tuorum, accipiamus. Amen.

*al. dicebatur.
* ἱεροτάφια.
NOTA.
ANALABVM.
* ἀδύτων.
Conciliũ occaſione rei miraculoſæ congregatum.
*al. recreant.
SIMILIA, ET DISSIMILIA.
*al. inordinatas.
Vitæ monaſticę ac religioſæ cõmendatio.
* ἀυθεντία ϗ μονία.
S. IVLIANI VITA, AC MORES.
IVLIANVS, vt barbarus, & Occidentalis.
Ezec. 18. 33. & 2. Pet. 3.
Matth. 8. & Lucæ 13.
Ibidem.
Ibidem.
Pſal. 105.
Ibidem.
Lucæ 23.
1. Theſſ. 4.

Beatus ergo Iulianus, corpore quidem erat robuſtus, ſed nimio labore atque exercitatione conficiebatur, Patrum veſtigijs inſiſtendo: illiteratus autem cum eſſet, addiſcere conabatur. Hic pietatem atque religionem colens, cellam habebat in qua per* ſe quietam atque tranquillam vitam ducebat, & cubile tenebat: ſed cum illi non ſufficeret anguſtia cubiculi, intus ſibi illud in modum ſepulchri ædificauit; anguſtiſſimum quoque eius ingreſſum reddens, per quem cùm introiret, in eo velut in monumento aliquo orabat, lugens ac plorans. Operabatur autem * & proprijs manibus carbaſa ac vela nauium. Compunctionem porrò & planctum amabat, ſi quis etiam alius: ita vt prætereuntes cellam ipſius, vo

B. Iuliani conditio, ac forma.
καθ' ἑαυτόν.
* ἐργοχεῖρον.

A ſius, vocem ploratus eius audirent. Eiulabat enim, ſicut ſolent qui filium aut NOT.
filiolam ſepeliunt vnigenam, reuocantque cum cantu: ſua quippe peccata ipſe
ſibi ante oculos conſtituens, anxiè dies noctesque deflebat; ipſasque noctes breuiſſimo
ſomno tranſigebat: cura ſiquidem retributionis, ipſum ſeriò excitabat. NOT.
Quàm multas porrò tentationes atque tribulationes ſuſtinuerit propter negligentiores
fratres, dici non poteſt: cunctas verò eas, per humilitatem & patientiam,
abſque detrimento præteribat. Valde quoque erat pacificus, temperans Virtutes, quibus S. Iulianus claruit.
ac continens, tolerans & conſtans, manſuetus & clemens, pius atque religioſus,
& voluntariæ paupertatis amator. Qui enim cum pecunijs in eremo reſidet,
omni in loco ingemiſcet ac contremiſcet, & ad extremum inuentio ac præde
B * maleficis erit: qui verò inopia laborat, inſidijs carebit. Quin & impiger, * al. inſidiatoribus atque latronibus.
& ad opera * extraordinaria promptus & expeditus hic vir beatus erat, & à
maledicentia conuitioque omni alienus: humilis quoque in ſermone, in opere, * παρέργα.
in veſtitu, in ingreſſu atque inceſſu. neque enim vt ego, & mei ſimiles pigri,
in negligentia ſuos percurrit dies: ſed in omni compunctione dies vitæ ſuæ perfecit.
Et quemadmodum qui carcerali detinentur cuſtodia, dum coram tribunali A SIMILI.
Iudicis producendi ſunt, præ timore & angore plorant: ſic & beatus Iulianus B. Iulianus extremi Iudicij ſemper memor.
aſſiduè tremendi tribunalis Chriſti recordabatur: quare & continenter flebat,
iudicium futurum cogitans. Vbi autem compunctio, & lachrymæ, & humilitas;
ibi nequaquam inſtabilitas, & quæcumque res peruerſa, ac improba regnat:
ſed optimus ordo viget ac diſciplina, & omnis res bona. Vbi verò iſta non adſunt,
multum à ſcopo, qui quæritur, aberratur. Euitabat is quoque colloquia
C atque cōmercia mulierum, occaſiones omnes inanium voluptatum amputans.
Quando verò pulſus ad Synaxim audiebatur, ante omnes alios fratres occurrere Synaxis obſeruatio.
contendebat. Sic verò in Synaxe conſiſtebat abſque vlla oculorum diſtractione,
quaſi iam ipſi tribunali Domini noſtri IESV Chriſti aſſiſteret. Quodam
autem die ad ipſum dixi: Quis, obſecro, hoſce libros corrumpit? quippe
in quibus, vbi ſcriptum erat Deus, aut Dominus, aut IESVS Chriſtus, vel Saluator, RES NOTATV DIGNISSIMA.
litterarum elementa deleta reperiuntur? Beatus verò ad me: Nihil, inquit, Lucæ 7.
à te penitus abſcondam. Fornicatrix mulier ad Saluatorem accedens, lachrymis
pedes ipſius rigauit, & capillis capitis ſui abſterſit, & ego vbicumque
nomen Dei mei ſcriptum comperio, lachrymis meis rigo; vt & ego remiſſionem
ab eo peccatorum accipiam. Ego verò gratioſè ad eum dixi: Deus, qui benignus
eſt & miſericors, bonum illud tuum ſuſcipiat propoſitum verumtamen libris
D parcas, obſecro. At ille dixit: Non irrigatur cor meum, niſi plorem coram
Domino Deo meo. Ardenter porrò in religione ſe geſſit, atque exercuit, vltra
viginti quinque annos: & interea moritur in Domino, in obedientia, & perſecutione NOTA.
quam paſſus eſt, dignus æterna factus beatitudine. Beati enim (inquit
Chriſtus in Euangelio) pauperes Spiritu: quoniam ipſorum eſt reguum Matth. 5 & Lucæ 6
cælorum. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum Ibidem.
eſt regnum cælorum. Meis ſanè oculis excidunt lachrymæ, ſuper diſiunctione
ac ſeparatione viri iſtius. Narrauit Beatus hic cuidam aliquando fratri, Narrata ex ordine vita Sancti huius, elicit ex eo deinceps documenta.
dicens: Frater quidam in interiorem ingredi vult eremum, vt ibi viros contemplatiuos
inueſtiget: conſilium igitur mihi ſuggere propter Dominum, expeditne
vt cum ipſo iſthuc vadam, an non? Frater autem ſciens operarium eum
E eſſe, dixit ad ipſum: Satius eſt quietam vitam ducere, & in quiete perfectionem
quærere. nam de paruis & leuibus atque inſtabilibus rebus inquirere, &
illarum cauſſa eremum circumire, minimè neceſſarium eſt. Dixitque viciſſim
Beatus: Quid eſt perfectio? & quæ ſunt res illæ exiguæ, & inſtabiles? Ad quem PERFECTIO QVID. SIT.
frater: Perfectio eſt cuiuſvis ſermonis, & omnis actionis finis. nam ſcriptum
eſt: Finis verbi, omne auſculta: Deum time, & mandata eius obſerua: Quæ Eccl 12. ſed aliter in vulg & apud S. Hieron.
enim accidunt vnicuique noſtrum in hoc ſeculo, ſiue triſtia ac grauia, ſine bona
& læta, finem habent; quapropter etiam à tempore conſumuntur atque delentur:
at quæ poſt vitæ huius exitum remanent, æterna ſunt & immortalia
Diem ergo iudicij, & retributionis in mente habeamus: vt voluntas noſtra perfecta Diei Iudicij recordatio.
ſit in Domino. Nam ſicut duobus aliquibus accidit in longinquam regionem EXEMPLVM
peregrinantibus, quorum alter in tędio itineris affectus incipiat interrogare A SIMILI.

aduentantes, quidnam ſibi obuiam reperturi ſint quod viam indicet? illi autem A
reſponderint, viam aſperam. Et rurſus is interroget, poſt aſperam viam, quidnam?
illi verò poſtea terram reuireſcentem, dixerint eis apparituram. Cæterùm
itineris eius comes, cernens ipſum ita enixè ac ſtudioſè de via percontari,
ait ad eum: Deſine, ô comes, adeò curioſè de via inquirere, quam pertranſituri
Humana vita viæ eſt ſimilis. ſumus, inſtar velociſſimi curſoris. Nam viæ ſimilis eſt humana vita; & ideo
magis conſideranda nobis ſunt, non quæ in itinere occurrunt; ſed quæ poſt
viam confectam, nobis euentura ſunt. Quæramus ergo, quomodo in requie
nos oporteat verſari ac demorari in regione illa, in qua perpetuò habitaturi ſimus
poſt huius vitæ, viæque finem; vbi nimirum, requies nobis in illo erit ſeculo:
tum etiam vbi portio noſtra ibi futura ſit, in profundo an in excelſo, in requie
Grauis & ſalubris admonitio. an in doloribus, in tenebris aut in luce, in igne aut in refrigerio? Iſta ſpiritus noſter B
ſacrificet ac perueſtiget, & os loquatur. Ab eiuſmodi cura atque ſollicitudine
non recedat cor noſtrum, quamdiu in caduca ac momentanea hac verſamur
vita: illoſque qui à tali nos cogitatione ac cura auertere & impedire volunt, tanquam
†al.permittitur. deceptores & perditores noſtros contemnamus. Non enim * licet cuiquã,
poſt ſuam hinc eò emigrationem, iteratò ad hanc vitam redire. Solliciti igitur
†al.comparebimus. ſimus, ô filij, quomodo cum fiducia coram Rege gloriæ, * apparere poterimus:
& nos ipſos benignitati eius commendare ſtudeamus: vt noſtræ infirmitati ſuccurrat,
* περιβολῆς. & tunc maximè quando omni humano * amictu auxilioque deſtituti reperiemur:
omnibus ſiquidem prorſus hic relictis, nos illuc abire oportebit. Si ergo
non ſemper futurum iudicium hic in mente habuerimus: nihil nobis rerum
3.Reg.12.21. occultarum & incertarum, atque obſcurarum proderit declaratio. Audiuit olim C
Eccleſ.47. Ieroboam filius Nabath, qui peccauerat in Iſrael, ſuperuenturam ipſi iram à Domino:
4.Reg.5. & ſuper malo ſuo pœnitentiam non egit. Reprehenſus quoque eſt Giezi
*al.quare & in turpi lepra à ſuo Domino eſt relictus. ſuper delictis ſuis occultis; & mores ſuos deprauatos non emendauit: * nam
alioqui non eſſet à magiſtro in turpi lepra relictus. Nam qui Naaman principem
militiæ Regis Syriæ, in verbo Domini ab eiuſmodi morbo purgauerat;
*al. ſeruum. longè facilius ipſi fuiſſet, proprium * diſcipulum * à tali calamitate liberare. Hæc
igitur mente reuoluentes, & præſentis vitæ fugacitatem breuitatemque conſiderantes;
†al.obtorpeſcentem. mentem noſtram * obdormiſcentem, in beneplacito timoris Dei excitemus
ad obſeruationem legis Domini, & ad exercitium cuſtodiamq; bonorum
†al.curſu. operum: nam vita noſtra quouis leuior atque celerior eſt * curſore. Quando
NOTA. enim in magna hic æſtimatione fuerimus, & regnauerimus in hac vita; quod
2.Tim.4. autem geſſerimus, non fuerit ex eius voluntate, qui iudicaturus veniet viuos & D
mortuos: nihil ſanè nobis illuc abituris proderit gloria momentaneæ vitæ huius.
* ἔμφοροι γενόμενοι, Ploremus igitur, qui caducarum iam rerum affluentia * inſoleſcimus: ne
fortè ob negligentiam vitæ hic peractæ, ſub indignatione ibi reperiamur Regis
Matth.8.22.25 gloriæ, & in tenebras mittamur exteriores. Non conceditur illuc abeuntibus,
vt à tormentis liberentur. Non permittitur illic ob peccata concluſis, vt ex vinculis
Eſa.66.& Marc.9. illis indiſſolubilibus dimittantur. Ibi enim ignis eſt inexſtinguibilis, &
vermis nunquam moriens, & profundum inferni tenebroſum; vlulatus & ploratus
*ἐξαίσιος, ingens * atque incredibilis, & ſtridor dentium. Non habent finem dolores,
Matth.13.25. ac mala iſtorum intoleranda. Non eſt poſt mortem ibi vlla liberatio: neque
Luc.13.16. conſilij alicuius excogitatio. neque remedium, vel artificium euadendi acerbiſſima
ea tormentorum genera: quæ fugere nunc licet, ſi vocem Domini & Dei noſtri E
Deſunt hic in Græco MS. non nulla. audierimus. . . . . qui ſupra modum . . . . . per ſeipſum
. . . omnium hominum ſalutem . . . . . vt in ipſo, à tormentis
illis liberati, bona promereamur. Neceſſarium igitur fuerit, ſermones ac
præcepta Domini, omni cum humilitate atque modeſtia animi ſeruare: nam
obſeruatio mandatorum Dei, ipſa eſt perfectio. Et qui præceptorum Dei ſectatores
ac imitatores facti ſunt, hi fortiter perfectionis ſemitam ingrediuntur,
exſpectantes ipſum in rectitudine cordis: quotidieque glorioſum eius aduentum
Matth.16.25. contueri ſibi videntur, ac ipſum in throno maieſtatis ſuæ ſedentem: quando
Rom.2.14. iuſtos ſegregabit à peccatoribus, & reddet vnicuique ſecundùm opera ſua.
Seruemus igitur, ô filij, charitatem ſyncerè ac verè; & in ipſa virtutes excolentes,
Matth.25. digni reddamur qui à dextris vnigeniti Filij Dei illic ſtatuamur: & gaudebit

A debit cor noſtrum, gaudiumque noſtrum nemo tollet à nobis. Frater porrò, qui accuratè monita ſuſceperit, fortiter atque conſtanter in tranquillitate perſiſter, gratias agens Domino noſtro IESV Chriſto: Cui gloria, & honor, decus atque imperium, in infinita ſeculorum ſecula, Amen.

SCHOLIA, ET VARIÆ LECTIONES.

B *HVius S. Iuliani Monachi atque Anachoretæ, ſicut & præſentis de eo S. Patris Ephræm encomij. meminit Martyrologium Romanum nono die Iunij. ſub fin. vbi de eo habet* Edeſſę in Syria S. Iuliani Monachi, cuius præclara geſta ſanctus Ephræm Diaconus ſcripſit.] *De quo plura Sozomenus in Hiſt. lib. 3. cap. 13. & Nicephor. Hiſt. lib. 9. cap. 15. &c. Quorum etiam teſtimonio conſtat, illius geſta à S. Ephræm Syro ſcriptis eſſe mandata, ſicut ex præſenti quoque eius ſcripto, quòd Latinè nũc primùm damus, cunctis conſpicuum eſt. Fuit autem præter hunc Iulianum, & alius in Syria S. Iulianus Saba ſenior, qui Valentis Imperatoris tempore fidem Catholicam Antiochiæ ferè collapſam, virtute miraculorum erexit. De quo S. Ioannes Chryſoſt. in Homil 21. in Epiſt. S. Pauli ad Epheſ. & Theodor. lib. ſanct. Patr. cap. 2. & Hiſt. lib. 3. cap. 19. & lib. 4. cap. 25. &c. ac Martyrologium Rom. 14. Ianuar. Alius autem ab hoc, eſt Iulianus ille Saba, de quo agitur in Martyrolog. 18. Octobr. in hæc verba:* In Meſopotamia ad ripam Euphratis, S Iuliani Eremitæ, &c.] *De quo, & in Græcorum Menologio, eadem die Octob. Et iſta, ne fiat æquiuocatio in nomine Iuliani, hic in medium producere viſum fuit, vt in omnibus Lectori ſatis fiat.*

C *Adducitur primum in hoc noſtri Auctoris Sermone, ſiue encomio:* Multa à proprijs Dominis in ciuitate Heliopoli apud Libanum paſſus eſt: quippe qui cum idololatrarum furore atque inſania participabant, &c.] *Vbi notandum inter alia, Heliopolim apud Scriptores, inueniri triplicem: vnam Heliopolim, ciuitatem Ægypti, inter Alexandriam & Coptum, quæ & à Græcis alio nomine Thebe dicta eſt, de qua Herodotus lib. 2. Alia verò eſt Heliopolis in Cilicia, Chryſippi Stoici patria, vt Auctor eſt Suidas. Tertia porrò Heliopolis, ciuitas eſt montis Libani, de qua hoc loco Auctor diſertis verbis ait. Cuius quoque mentio fit in Martyrologio Roman. 29. Martij, vbi habetur:* Heliopoli apud Libanum S. Cyrilli Diaconi & Martyris, cuius iecur diſciſſo ventre auulſum gentiles feraliter depaſti ſunt, &c.] *item in Hiſt. Eccleſiaſt. Tripart. lib. 6. cap. 15. ibi:* In Heliopoli, quæ eſt circa Libanum. erat quidam Diaconus nomine Cyrillus. Is imperante Conſtantio, accenſus zelo diuino, multa idola quę ibi adorabantur contriuit, igneque cremauit. Cuius facti memores viri nefandi, non ſolùm peremerunt eum, ſed etiam ſecantes ventrem, ex eius iocore comederunt, dignaſque mox ſua temeritate pœnas dederunt, &c.] *Ita in hiſt. Tripart. ex Theodorito: vnde & de* D *Heliopoli iuxta Libanum, & ſumma Heliopolitarum barbarie, atque ſæuitie, & idololatria, res tota fit clarior, & ſententia hic noſtri Auctoris de impietate atq; inſania barbaræ iſtius gentis magis confirmatur. Plura de his in eadem peſtea referuntur hiſtoria Eccleſ. Tripartit. lib. 7. cap. 40. ex Epiſtola Petri Alexandrini, quæ eſt de Paganorum impijs geſtis aduerſus Chriſtianos: vbi Heliopolitarum paganorũ inter alia, furor, & odium in Chriſtianos, necnon idololatria, magnaq; barbaries, atque crudelitas plenius deſcribitur.*

Dæmon conſpectu crucis ✠ ſigno, quo puer amictus erat non eſt auſus ei nocere: nam cum Analabo adduxerat eum vir ille, &c.] *Vbi cerne mihi Crucis potentiam, quam improbus ſemper horret, fugitq; Dæmon, eamq; in Analabo hic repreſentatam. Siquidem Analabus (vt docet S. Dorotheus Abbas) in modum Crucis ponitur ſuper humeros: ſignificat enim ſymbolum crucis, quam in noſtris humeris iugiter geſtare debemus, iuxta id quod dicitur. Tolle crucem tuam, & ſequere me, &c. De quo plura apud Doroth. in Serm. de Obedientia & ſubmiſſione propriæ voluntatis. & Caſſianus lib. 1. de habitu Monach. cap. 6. & in noſtris Ephræmiticis Scholijs, in cap. 88. centum capitum de Humilitate comparanda, Tom. 2. ac alibi.*

E Sic igitur re cognita, ſurgens abſtulit à puero Analabum: rurſuſque vox ex locis abditis audita eſt, quòd, &c.] *vbi al. ſic: Qui cùm ita ſe fruſtratum ſuo ſcopo ac fine cerneret, abſtulit à puero Analabum, in quo Crux apparebat. Et vox iterum ex adytis facta eſt, fruſtra aliquid mali tentari aduerſus eum, poſtquam prorſus iam Deo conſecratus atque dicatus eſt, &c. Sicq; puer miraculosè à Dæmone liberatus, & præſeruatus eſt.*

Poſtea vbi eſt: Quis obſecro, hoſce libros corrupit? quippe in quibus vbi ſcriptum erat, Deus, aut Dominus, aut Ieſus Chriſtus, aut Saluator, &c.] *Hæc ad S. Iulianum ipſe Ephræm, vbi al. verbis aliquantulum mutatis, ſed in eandem ſententiam, ſic:* Quis quæſo, eos qui hic ſunt, contaminat libros? vbi enim ſcriptum continebatur nomen Dei, aut Domini, aut Ieſu Chriſti, vel Saluatoris, deletæ ſunt litterę, &c,] *Id porrò quomodo acciderit, Auctor ex eiuſdem beati Iuliani reuelatione, conſequenter hic enarrat, & res ſanè notatu digna eſt.*

Poſterius ibi: Nam ſcriptum eſt: Finis verbi, omne auſculta: Deum time, & mandata eius A obſerua, &c.] *Locus Scripturæ, eſt Eccl. 12. vbi paullò aliter in vulg. ſic habetur:* Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo, &c.] *at apud S. Hieron.* Finis ſermonis verbi vniuerſi, auditu perfacilis eſt, &c.] *Græca autem editio 70. hic conformis eſt cum Lectione noſtri Auctoris, niſi quod ibi addatur, vt in vulg.* (hoc eſt enim omnis homo) *at hic apud Auctorem, non item.*

Nam ſicut duobus aliquibus accidit in longinquam regionem peregrinantibus, &c.] *Similitudinis iſtius vis hæc breuiter eſſe videtur: Sicut viatores non debent quærere quid ſit in via: ſed qua ratione peruenire poſſint ad terminum, ſiue ad locum deſtinatum: ita Monachi non de rebus huius ſeculi, aut mutatione loci debent eſſe ſollicit: ſed de futura cæleſti patria ſeriò cogitare, crebroq; inquirere, &c. ſicut hoc loco pulchrè Auctor, ac alibi ſæpius idem oſtendit, inculcatq;.*

B

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI

Sermo,† In Patres, qui temporibus ſuis conſummati ſunt.

*al. De Sanctis quibuſdam Patribus tempore ſuo defunctis, & de Compunctione

COR mihi dolet: compatimini mihi, fratres, ſerui Chriſti benedicti. Venite, & audite. Anima mea dolore affligitur: dolent renes mei, & deficiunt pedes. Vbi iam ſunt lachrymæ? & vbi compunctio: vt ſuſpirijs, ac lachrymis corpus meũ abluam? Quis me C in locũ tranſtulit inhabitabilem? vbi nulla omninò auditur vox filiorum hominum. vbi ſerenitas eſt, atque tranquillitas. vbi tumultus abeſt * præcidens atque intercipiens lachrymas: confuſioq; * viciſſim deeſt, impediens planctum ac luctum. Exaltanſque vocem meam, plorau ad Deum, multas acerbas lachrymas fundens. & inter ſuſpiria dixi: Sana me Domine, & ſanabor: nimio enim dolore cor meum angitur; & gemitus eius non ſinunt me, vel ad momentum temporis requiem capere. Conſpicio enim Domine, quòd Sanctos tuos tanquam aurum electum, ex vaniſſimo hoc ſeculo in æternæ vitæ * requiem aſſumas. Quemadmodum enim ſapiens atque intelligens Agricola, prudenter celeriterque fructus colligit * ematureſcentes, ne damnum ab aduerſitate aliqua ingruente patiantur, atque lædantur: Sic & tu Saluator electos congregas ſanctè ac * iuſtè mortuos. Et nos interim adeò pigri, & in inſtituta viuendi D ratione ſegnes, in duritie noſtra perſiſtimus: & fructus noſter ſemper immaturus remanet abſque bono animi propoſito, vt pulchrè ematureſcere nequeat in operibus bonis, & ſanctè pieque recondatur in horrea vitæ. Non enim lachrymas fructus ille noſter continet, vt ijs irroretur ac matureſcat. non compunctionem habet, vt ex lachrymarum afflatu reuireſcat atq; floreſcat: ſed neque humilitatem, vt æſtum ingẽtem amœna deſuper adumbratione coerceat: non voluntariam paupertatem, quę illum ab aduerſarijs opprimi haud quaquam permittat. Nec charitatem Dei habet, radicem ſcilicet, fortem ac validam, quæ fructum ſuſtineat. nec contemptum continet rerum terrenarum. nec vigilias: neque ſenſum vigilantem, & attentum in precibus. Cæterùm vice iſtarum pulcherrima E rum optimarumque virtutum, contraria planè habere deprehenditur: iram nimirum grauem, atque furorem fructus * decutientem, vt ad nihil iam proſint. Immodica rerum copia atque poſſeſſio, deorſum incuruat eum. Angor enim ac tædium animi ingens, & reliqua eiuſmodi mala, atque calamitates, qua tandem ratione ſinant fructum piè matureſcere, vt Domino ſuo, cæleſti inquam Agricolæ vſui eſſe poſſit? Hei mihi, Hei mihi, ô anima; eloquere iam, & lachrymas effunde: quæ Patribus * probatiſſimis, & Monachis atque religioſis ſanctiſſimis, ita citò orbata es. Vbi nunc tales ſunt Patres? vbi perfecti? vbi ſancti? vbi recti, ac iuſti? vbi vigiles? vbi ſobrij? Vbi modò ſunt humiles? vbi eremites? vbi quietis ſtudioſi? vbi temperantes ac continentes? vbi pij atque religioſi? vbi pauperes voluntarij? vbi corde compuncti? Et vbi modò grati illi acceptique

† ἀποκόπτων.

*al. neque viciſſim confuſio adeſt, quæ conciliet ac paret planctum.

*al. tabernacula.

† ὡριμάζοντας

*al. vernantes, atque maturos.

*al. piè.

† κολαφίζοντα

*al. perfectiſſimis.

A ptique Deo: qui quidē in pura atq; ſyncera precatione coram Deo aſſiſtebant, tanquam
Angeli illuminati, madefacientes atque rigantes propemodū terram imbribus
dulciū † lachrimarum, quas ſancta eorum profundebat compunctio? Vbi iam
ſunt amici illli Dei, charitate pleni: qui nihil prorſus corruptibile ſuper terram
poſſidentes, ſed crucem ſuam iugiter tollentes, ſequebantur Saluatorem ; cautè
per anguſtam viam incedentes, ſibiq́; prouidè attendentes, ne in præcipitia incidederent,
neq; oberrarent in deſerto inuio, & inaquoſo, atq; caliginoſo: ſed per viam
rectam veritatis, & obſeruationis mandatorum Dei pergerēt, pleni ſemper lumine
mandatorū Chriſti; alacriter atq; ardenter in bono vitæ inſtituto ambulantes,
Deoq́; inſeruientes, ac volūtariè in hoc ſeculo vaniſſimo afflicti? Propterea enim
B Deus vehemēter eos diligēs, in portū vitæ collegit ipſos, & in gaudium ſempiternum:
vt ibi exultent, illicq; triūphent in paradiſo deliciarū, cæleſtiq́; thalamo, immortali
Sponſo coniuncti. Maximo quippe cum gaudio hinc migrârūt, profecti
ad Deū ſanctum, habentes ſecum paratas lampades ſuas. Nō eſt in nobis modò inſignis
illorū virtus: neq; in nobis iam eſt illorum exercitatio. Non eſt nūc in nobis
illorum temperantia atq; continentia. Non eſt in nobis modò illorum conditio,
& bona inſtitutio. non eſt in nobis nunc illorum pietas atque religio. Non eſt inter
nos iam illorum māſuetudo. nō eſt inter nos illorum compunctio. non eſt inter
nos modò illorum volūtaria paupertas. Non ſunt inter nos iam illorum vigiliæ.
non eſt in nobis nunc illa in Deū charitas atq; dilectio. non eſt in nobis modò
illa Chriſti † commiſeratio non eſt iam in nobis illa membrorum compaſſio. Sed
cuncti † iam facti ſumus agreſtes atque feroces, immites & attroces; nec ferre prorſus
C nos inuicem poſſumus. Sagittæ ignitæ, ſunt linguæ noſtræ in alterutrū, ſingulis
horis. Cuncti modò honorem quærimus. Cuncti vanam gloriā captamus. Cuncti
hic requiem † anxiam ſectamur. Cuncti auaritiæ ſtudemus. Cuncti relaxati ſedemus,
ac molles. Cuncti occupati ſumus in ſecularibus negotijs. Cuncti diſtractionibus
inuoluti. Cuncti inertiam ſequimur. & omnes ſomnolenti ſumus, omnes
peruerſi. Ad nugas expediti, ac validi. Ad preces fundendas pigri. Ad vagandum
alacres. Ad quieſcendum cunctabundi. Ad delicias parati ac prompti. Ad temperantiam
& continentiam triſtes atque difficiles. Ad charitatem frigidi: & ad iracundiam
feruidi. Ad bona ſegnes: & ad mala præcipites. Quis igitur ſuper his non
lamentetur ac lugeat? & quis ex nobis non deplotet conditionem atque affectionem
noſtram, omni torpore ac negligentia plenam? Patres illi, qui nos præceſſerunt,
vtiles Domino fuerunt; ſeque ipſos, ac alios optimis vitæ exemplis ſeruârunt.
D Non ita remiſſi etant ac deſides. Non duplicem, ſed ſimplicem & vnicam curam,
atque cogitationem habebant perfecti illi, quo pacto nimirum Deo † ſolùm
placere, & ſaluari poſſent. Præclarum cunctis ſpectatoribus propoſiti erant ſpeculum.
Vnus ex ipſis, pro multis hominibus Deum exorare poterat. Duo rurſus
ex eis, coram Deo aſſiſtere valebant in precibus ſanctis; & placare confidenter ac
piè benigniſſimum Deum, etiam pro pluribus hominum millibus. Hei mihi,
hei mihi, ô anima: in quæ tempora incidimus? Hei mihi, chariſſimi: in quæ malorum
volutabra nos deuenimus? Ignorantiæ tenebris ſponte obcœcamur. Nam
quia non vigilat animæ noſtræ oculus, ob nimiam cœcitatem, rerumq́ue diſtractionem,
ideo imbecilles ſumus atque inualidi: neque propoſitam nobis † tribulationem
& anguſtiam intueri poſſumus. Ecce nunc Sanſti, & iuſti, ex hac rerum
E procella in tranquilliſſimum vitæ portum colliguntur: ne conſpiciant preſſuras
& ſcandala, quæ propter peccata nobis ſuperueniunt. Illi eliguntur: & nos dormitamus.
Illi colliguntur: & nos ſomno detenti ſumus. Illi rapiuntur: & nos ad
vaniſſimum ſeculum pertrahimur. Illi confidenter ad Deum ſuum vadunt: &
nos in terra licenter viuimus, & † intumeſcimus. Aduentus Domini præ foribus
eſt: & nos dubitamus. Tuba cæleſtis iam parata & ſonitum dare ad mandatum
Domini, & voce horribili commouere vniuerſa: vt mortuos excitet, & vnuſquiſque
ſecundùm opus ſuum recipiat. Virtutes cæleſtes paratæ aſſiſtunt in ordinibus
atque agminibus ſuis; vt cum timore † procedant coram Sponſo veniente
in gloria ac maieſtate in nubibus cælorum, ad iudicandos viuos & mortuos: &
nos increduli ſumus. Quid ergo de nobis in illa fiet hora tremēda, fratres dilectiſſimi?
Quo pacto illic pro ſalutis noſtræ negligētia rationē redditūri ſumus: niſi hic

* al. dulcium lachrymarum, & compunctionis.

Matth. 10. 16.

Matth. 7.

Pſalm. 62.

Matth. 25. & Luc. 12.

* εὐσπλαγχνία

† al. Sed cuncti ferè hodie ſumus truculenti, atque immiſericordes, &c.

* al. anxie.

Antitheta efficacia atque accommoda

* al. Deo placere abſque (ſolum.)

Temporū ſuorum conditionem deplorat.

* al. vexationē.

NOT.

† al. & varijs inanibus curis diſtrahimur.

1. Cor. 15.
1. Theſſ. 4.
Rom 2. Luc. 21.

* al. precedant ante faciē ſponſi veniētis, &c.

modò ſolliciti fuerimus, & abiecto pernicioſo pudore peccata noſtra defleuerimus, A
debitam pœnitentiam agentes in magna humilitate cordis, & māſuetudine
animæ? Quomodo in tribulatione illa extremæ vltionis, ſinguli lamentabimur?
quando inter anguſtias, quiſq; noſtrum pœnitens ac lugens, cum amariſſimis lachrymis
†al. deficiat me torum vitę ſpatium, &c. dicet: Væ mihi peccatori: quid repente accidit mihi? Quo pacto præterijt
vitæ meæ tempus in negligentia atque deſidia? Ignoro prorſus miſer, quo pacto †
ſurreptum mihi ſit vitæ ſpatium, in vanitate ac leuitate tranſactum? Vbi ſunt iam
1.Theſſ.4. illi dies quieti atque tranquilli, quos ego in diſtractionibus euagationibusque cōſumpſi,
vt pœnitentiam in cilicio & cinere agam? At nihil tunc verba iſta proderunt.
Apoc.6. Quando item adſpiciemus Sanctos in gloria aduolantes cum luce in nubib⁹
aeris, in occurſum Christi regis gloriæ: nos autem ipſos in magna conſtitutos tribulatione B
cernemus atque anguſtia: quis putas, confuſionem illam, diramque exprobrationem
ſuſtinere tunc valebit? Sobrij igitur ſimus, & vigilemus, fratres: vigilemus,
inquam, & reſipiſcamus, chariſsimi. Euigilemus, ô amici Dei. Expergiſcamur
ſerui Christi, & filij à Deo Patre dilecti. Redeamus ad nos ipſos: & paullulū
cogitationes noſtras à vaniſſimo hoc ſeculo colligamus. Procidamus Deo cum
multis lachrymis. Obſecremus eum fidenter, cum affectu & gemitibus cordis: vt
nos liberet ab igne illo inexſtinguibili, & ſupplicio amariſſimo. Ne (quæſo) ab ipſo
Epheſ.5. ſeparemur dulciſſimo Domino, qui dilexit nos; & ſemetipſum pro nobis dedit in
†al. in mortem. †Crucem. Vos cunctos deprecor, cunctos obteſtor, ac ſupplex rogo ego indignus,
pariterque peccator: vt pro me inerte ac deſide lachrymas iugiter fundatis in orationibus
veſtris, ac precibus mundis; vt ego quoque vobiſcum compūgi & lachrymari
*al. Deum patrem Sanctum. merear, illumineturque parumper excœcatum cor meum, & requiram Deum C
*Saluatorem ſanctum: vt modicum mihi alacritatis largiatur, quo ſtudioſè diligenterque
2.Cor.6. pœnitentiam agere poſſim, donec tempus eſt † acceptabile pœnitentiæ:
†al. tempus eſt ſuſcipiendi lachrymas. ac vobiſcum, fratres, ſaluari queam & ego, vita quantumuis indignus. Ita obſecro,
chariſſimi, ſuſcipite deprecationem peccatoris Ephræm, fratris veſtri negligentis,
Gal.6. Iacob.5. atque inertis. Demusq; operam cuncti pariter, vt Deū ſanctum placare, nobiſque
propitium reddere valeamus, quàm diu tempus ſuppetit. Ecce enim in ianuis
Dominus iam adeſt: vt conſummationem vaniſſimi huius ſeculi faciat. Ipſi
gloria, in ſeculorum ſecula. Amen.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

Patrum antiquorum ſanctam conſummationem, & ex hac vita emigrationem hoc Sermone recenſet: D *eorumque vitam rectam atque perfectam in exemplum cunctis Monachis atque Religioſis adducit, & ob ocuos conſtituit. Corruptos quoque ſeculi ſui mores deplangit; & quo pacto homines in gratiam cum Deo redire poſſint, oſtendit: ſalubriaq; animæ remedia plura proponit.*

Sermo in Patres, qui temporibus ſuis conſummati ſunt.] *Loco huius Tituli, alia Inſcriptio hic habet:* Eiuſdem Sermo ad Monachos, De Sanctis quibuſdam Patribus, qui tempore illo ex hac vita migrarunt. *Et al.* In Sanctos quoſdam Patres temporibus illis defunctos, ac de Compunctione, &c.] *In quibus, & ſi vix differentia ſit, placuit tamen participium hic paſſiuum* (τελειωθέντας) *retinere, eiuſq; vim (per eos, qui conſummati ſunt) exprimere; quomodo etiam antiqui loqui ſolent Patres, ac præſertim Monachi de ijs, qui in Chriſto obdormierunt; ſicut rectè quoque alibi admonet S. Ioannes Chryſoſtomus in homil.59. ad populum Antioch. vbi de Monachorum priſcorum vita agens, ſic loquitur:* Et ſi nuntiatum fuerit, quòd aliquis eorum mortuus ſit, multum vbique tunc lætitiæ, voluptatiſque plurimum: quin verò nec vllus audet dicere, ille mortuus eſt: ſed ille conſummatus eſt, &c.] E *Sicq; in eamdem ſententiam, idem Chryſoſt. in Homil.14. in Epiſt. ad Timoth.1. cap. 5. in morali exhort. vbi de ijſdem habet: Denique vbi quiſquam inter eos nuntiatus fuerit mortuus, magna oritur exultatio, ingenſq; voluptas omnium. Imò ne mortuum quidem aliquis appellare præſumit, ſed conſummatum. Inde gratiarum actio ſequitur, &c. ita ibi, alijsq; in locis apud Chryſoſtomum, quem hic libenter in illo loquendi modo, ſecuti ſumus.*

Angor enim ac tædium animi ingens, & reliqua eiuſmodi mala atque calamitates, qua tandē ratione ſinant fructum piè matureſcere; vt Domino ſuo, cæleſti Agricolæ vſui eſſe poſſit? &c.] *pro quo. al. abſque interrog. ſic:* Tædium atque anxietas animi, & quęcumque calamitates aliæ non ſinunt fructum ſanctè matureſcere, vt vſui eſſe Domino ſuo queat.] *Et al.* Angor animi, & huiuſmodi cætera, fructum non ſinunt matureſcere, vt Domino ſuo in vſum eſſe poſsit, cæleſti ſcilicet agricolæ.] *vt eſt in verſione Camald. quam in hoc Sermone non ſequimur, quia in pluribus à Græco noſtro exemplari variat, vt etiam hoc loco, vbi in noſtro Cod. eſt* (πῶς) *quod interrogat, ibi verò nō item:*

ne au-

A *ne autem iaceat ſententia, videntur iſta hic melius & efficacius interrogatiuè efferri, quomodo etiam in nonnullis alijs Græcis mmſſ. per nos collatis habentur.*

Poſtea vbi habetur. Cuncti honorem quærimus. Cuncti vanam gloriam captamus. Cuncti hîc requiem anxiam ſectamur. Cuncti auaritiæ ſtudemus. Cuncti relaxati ſedemus, ac molles, &c.] *alia lectio habet:* Cuncti ambitioſi ſumus. Cuncti vanæ gloriæ cupidi Cuncti requiem quærimus noxiam. Cuncti multa habendi ſtudio, atque deſiderio tenemur. Cuncti girouagi ſumus, & animis diſtracti. Cuncti remiſsiores facti. Cuncti otioſi: & cuncti ſomnolenti, cunctiq; peruerſi, &c.] *Quibus haud diſsimilia in re ac ſenſu alibi quoque adducit noſter Auctor in Serm. aduerſus eos qui vitioſè viuunt, & honores affectant. tom. 1. & in Sermone Aſcetico, de Vita religioſa atque monaſtica. ac al. de vera atque perfecta vita hominis religioſi. hoc eodem tom. 3. ſupra, vbi deprauatos multorum mores inter alia taxat, & deplorat.: ſicut & hoc præſenti Sermone.*

Hei mihi, hei mihi, ô anima, in quæ tempora incidimus? Hei mihi, chariſsimi, in quæ malorum volutabra deuenimus? &c.] *Vbi alia habet lectio:* Hei mihi fratres: hei mi, ad quæ deueni-
B nus tempora? Hei mihi, dilectiſsimi, in quæ malitiæ incidimus barathra? *& al.* in cuiuſmodi malorum deuecti ſumus præcipitia, &c.] *vbi tamen videndum, anne pro* (ἰλὺν. *i. volutabrum, ſiue lutum, ac cœnum) vt in Græco hic noſtro eſt exemplari, quod ſequimur, fort. legendum ſit,* ἰλιάδα. *dicitur enim per prouerbium ſiue adagium,* ἰλιὰς κακῶν. *i. Ilias malorum, pro ingenti malo, ſiue calamitate. Vnde Cicero ad Attic. lib. 8. dicit: Non poſſum enim ſecus vaticinari; tanta impendet malorum Ilias, &c. Vnde & Ilias Homeri, dicta putatur, quod in illo eius Opere nullum non mali genus recenſeatur, vt in illud Commentatores tradunt: & res in eo contentæ declarant.*

EIVSDEM

C
S. PATRIS EPHRAEM SYRI
Sermo alius, in Sanctos Patres, qui tempore illo defuncti, in ſancta pace requieuerant.

Sermo pulcherrimus, & numquam ante hac editus.

Eodem Interprete & Scholiaſte Gerard. Voſsio.

IN hoc die primo atque inſigni, myſteria vnigeniti Filij Dei glorioſè canentes, proclamemus in hymnis, in eius Eccleſia, quæ eſt Chriſti ſponſa, prædicantes præmia Sanctorum Patrum, laudesq;
D habitatorum eremi celebrantes. Enarremus certamina eorum, qui relictis ciuitatibus, magno amore ac deſiderio voluerunt † loca inhabitare deſerta, ad vtilitatem omnium qui eos audirent. Et licet quis abſens ſit, reperiatur tamen ijs tāquam præſens adſcriptus, particepsque orationū Sanctorū illorū Patrū effectus: vt ſaluetur is† qui dicit, precibus auditorū. Non abſunt à nobis Sancti Patres: quoniā amor & deſiderium, atq; affectio eorum ſemper nobiſcum eſt. Non ſeparemus ipſos, tamquam peregrinos atque externos à nobis: quoniam ſemper pro noſtris deprecātur peccatis. Nō enim ſunt viles atq; abiecti, ſicut ſunt glorioſi ac celebres. neq; verò etiā minimi, vti ſūt honorabiles, neq; item rudes atq; indocti: nam doctores cunctorū ſunt hominum, in operibus bonis: ipſi autē à proprio edocentur Domino. Errantes in montib⁹, vt feræ paſcū-
E tur. Perfecti ſunt, & pleni iuſtitia: quoniam membra ſunt Eccleſiæ. Non ſe ipſos ab ouili ſegregāt: quoniā filij ſunt ſanctæ† illuminationis. Non ſoluunt legē: cùm † Sacerdotium ſeruent, & præcepta cuſtodiant. Nō reſiſtunt legi: cùm ſint fide feruidi. Quando porrò honorandi Sacerdotes ſanctæ aſsiſtunt menſæ, ad ſacrificium offerendum: ipſi primi manibus ſuis extenſis, cum fide ſuſcipiunt corpus Domini, qui ſemper cum illis eſt. Columbarum inſtar, in ſublime volitāt, ſuaque tabernacula in cruce defigunt. In locis deſertis, velut oues oberrant: & ſtatim vt vocem Paſtoris audiunt, optimum Dominum agnoſcunt. Mercatores ſunt hi, exeuntes ad bonam inquirēdam margaritam. Athletæ ac pugiles pietatis, iſti ſunt probati. Præbete mihi aures, obſecro, & attendite: vt enarrare vobis poſſim inſtitutum vitæ Patrum, qui in deſerto habitant. Intendite cogitationem in medium vaſtæ ſolitudinis:

*al. Eremum inhabitare.

*Aliquid hîc in Græco videtur deeſſe.

*al ſancti luminis.

* τὴν ἱερωσύνην NOT.

Heb. 11.

Ioan. 10.

Matth. 13.

A tudinis:& ibi miraculum magnum, ac gloriam † conſpiciemus. Pergamus celeriter eò, ac formas deſcribamus bonas & admirabiles optimæ vitæ illorum rationis atque inſtituti. Amor quippe eorum ac deſiderium, me plurimum compellit & vrget ad abeundum: vt ex ipſorum theſauris aliquid accipiam. Vita ipſorum, terrorem mihi incutit: vt occultè mihi ad eos accedēdum ſit, hoc autem ipſis debetur, quòd eos ego adeam, † quamuis ad breuiſſimum temporis ſpatium. Quando ipſi genua flexerint ad preces Deo fundendas; poterunt me ex debili ac flaccido firmum reddere ac ſtabilem. Quando manus extenſas in cælum eleuarint; dirigetur mea oratio, vt fideliter laudes prædicem. Quando ipſi Deo ſupplicant ; tunc mea mens ac cogitatio adſtat, & gaudet ob eorum manſuetudinem : ſimiliterque lingua mea adeſt illorum rectè factis, & inſtitutam viuendi rationem contemplatur. Vnam ſaltem lachrymarum nebulam, ſi quis ex eis pro meis peccatis effuderit, B confeſtim exauditur. Ipſi Chriſto ſimiles ſunt Sancti illi:& ab ipſo † poſſeſſionem domorum, quæ in Eremo ſunt, acceperunt. Nunquam enim prohibet acceptionem bonorum theſaurorum illis, qui nona aut decima hora adueniunt : ſed primùm, vt optimus Dominus, mercedem tribuit operario illi , qui vndecima hora promptè alacriterque in vinea operatus erat. Apertus eſt theſaurus, & diuitiæ diſtribuuntur volentibus accedere: vt ornētur gloria, quam ipſi habent ſemper ſtola gloriæ amicti atque ornati, vtq; formas pulchras & glorioſas recipiant, imitatoresq; vitæ illorum efficiantur. Si quis rurſus abire contendat, vt ſtola, quá ipſi cōtinent, veſtiatur atq; ornetur; mox diuitijs eorum locupletatur. Quòd ſi aliquis apud eos manſerit; ſubitò incipit donare poſtulata * deprecantibus: ſicut ipſi omnibus depoſcentibus largiuntur, cunctiſque prabent quæcumque poſſident. C Adeuntes ergo, pulchram ab ijs largitionē accipiamus, precum ſimul & deliciarum. Accipiamus charitatem ipſorum, quæ gloria & honorificentia lapidem pretioſum, & ſmaragdum inæſtimabilem excedit: & pro margaritis ac lapidibus pretioſis, ſmaragdiſque honorificis, fidem ipſorum accipiamus. Glorioſa virtus atq; potentia, per quam ipſi errant in montibus & collibus, in ſpeluncis atq; cauernis, vim & potentiam mihi præbeat, confirmetque linguam meam , ne deficiat ab enarratione optimi vitæ illorum inſtituti, neue prorſus relinquat præclarum eorum certamen. In altum igitur ducentes, proijciamus à nobis arma Satanæ : & vehementer cor noſtrum expurgantes, alaſque columbæ nobis ipſi facientes , expedito volatu peruenire contendamus, vt eorum ſpectemus inſtructionem , qui relictis ciuitatibus, earumq; tumultibus, potius montes & † ſolitudinem inhabitare deſiderârunt. Abeuntes hinc, intueamur ipſorum domos atque habitationes:& D quo pacto ibi reſideant, velut mortui in ſepulchris. Abeuntes illuc, videamus eorum delicias: quibꝰ perfruuntur ipſi iugiter cum lætitia atque oblectatione in medio montium. Abeuntes, conſpiciamus eos qui mundum oderunt; & vitam potiꝰ in deſerto trāſigere deſiderârunt. Hinc eò pergentes, cernamus illorum corpora: & quomodo ſuis ipſi capillis ſeipſos veſtierūt atq; ornârunt. proficiſcentes eò, adſpiciamus ſaccos atq; cilicia illorum: quæ ipſi cum gaudio geſtantes, Deū glorificant. Diſcedētes hinc, contemplemur illorum faciem atq; aſpectum: & quo pacto ſua ipſi vultꝰ † auſteritatem etiam exhilarârunt animas. Hinc profecti, adſpiciamꝰ cum ipſis Angelos magna lætitia ac delectatione canentes atque pſallentes. Hinc profecti, adſpiciamus ipſorum calices ac pocula lachrymis eorum permiſta. Hinc profecti, videamus illorum menſas herbis agreſtibꝰ ſemper plenas. Venite, adſpiciamꝰ illorum lapides, quos ſuis ipſi capitibus iugiter ſupponunt. Hinc profecti, E capiamus ex capillis Sanctorum: vt mitem atq; benignū nobis habeamꝰ Dominū. Si latro eos viderit; confeſtim procidens adorat: quoniá cruce ſemper amicti ſunt atq; ornati. Si immania & fera animalia † eos inſpexerint: illicò ab ipſis recedunt, tamquam maximum miraculum cernentia. Omne ſerpentis genus ipſi ſuis conculcant pedibus: quoniam fide iuſtitiæ ſuccincti ſunt, ac calceati. Quando autem eos adſpexerit Satanas; confeſtim exhorreſcit, & cum dolore exclamat, protinuſque recedit: quoniam infinitos perfregit laqueos, illos inſequēs, & in nullo prorſus iuſtis illis nocere valuit. Neq; enim erant remiſſi ac ſegnes, ſicut nos ſtulti atq; dementes: at fortiter cuncti hoſtem debellabant, donec tandem penitus Satanam ſub pedibus ſuis contriuiſſent: ideoq; impetum atq; inſultum ipſius ſpreuerunt, & quaſ-

† al. videbitis.

† al. etſi ad momentum dumtaxat.

† al. comparârūt ſibi domos Eremi.

Matth. 20.

Ibidem.

* al. petentibus.

Hebr. 11.

* loca deſerta.

* τυγνότητι.

* al. eorum ſaccos atque cilicia aſpexerint.

A quaſcunque machinationes eius non reformidârunt. Si diuitias eis oſtenderit; eas nihili faciunt: ſed illas veluti petras ac ſaxa contemnunt: nam veras in cælis diuitias cum Angelis habent. Fames ipſos non affligit: nam pane vitæ, Chriſto repleti ſunt, ex cælis ſanctis deſcēdente. Neq; ſitis eos adurit: quia in ſua ſemper anima habēt, ſimiliter & in lingua Chriſtum fontem viuum. Nequit vel vnam ipſorum turbare cogitationem improbus Satan: quoniam ſuper † firmum ac ſolidum fundamentum conſiſtunt. In ſpeluncis & rupibus habitant, tamquam in † cubiculis. Montes porrò & colles, quos in circuitu habent, non ſecus quàm muros excelſos, amant atque requirunt. Menſa ipſis eſt omnis terra, & montes: cœna autem ac prandium, herbæ ſylueſtres atque agreſtes. Præcipuus ipſorum potus, eſt B aqua ex riuis: vinum autem ſimiliter, ex cauernis ac foraminibus petrarum. Eccleſias habent ſuas ipſi linguas, per quas iugiter ſuas preces peragunt. Duodecim * horas, quas dies continet, ipſi in precibus ad Dominum ſuum fundendis impendunt. Gloria, quam in montibus & ſpeluncis concinunt, eſt ſacrificium acceptabile, quod Deo offerunt. Ipſi ſibi ſunt Sacerdotes, & noſtros ſuis orationibus morbos curant ac ſanant: nam deprecatores atque interceſſores noſtri perpetuò ſunt apud Dominum. Non ſapiunt alta; neque primas cathedras requirunt: gloria quippe eis eſt humilitas, & per eam imitatores fieri ſtudent ipſius Chriſti, qui cum diues eſſet, propter nos miſeros factus eſt pauper. Non ſibi requiem aliquam in mundo tribuunt: quoniam ibi † ſolatium atque refectionem recipiunt. Reddamur & nos ſimiles illis qui in montibus habitant, & pariter optimi vitæ illorum inſtituti participes. Oberrant hi cum beſtijs, ferarum inſtar: & tamquam C volucres, ſimiliter in montibus volitant. Velut cerui, cum feris animantibus paſcuntur. menſa autem eorum ſemper parata eſt: nam gramina & herbas ſemper hi comedunt. Tamquam lucernæ ipſi reſplendent, errantes in montibus: & cuncti eorum lumine illuminantur, qui magno amore ac deſiderio ad eos accedunt. Muri firmi ac ſtabilis inſtar, ſunt Patres in deſerto: atque ideo in pace cuſtodiunt locum in quo habitant. Quandocunque autem vel vnus aliquis aliunde ex Patribus occurrerit, omnis deinceps finitima ipſis regio pace perfunditur. Collibus velut columbæ aliquæ inſident: & ſicut aquilæ in montibus excelſis. Non tantum ex triclinijs ac laquearibus voluptatis capiunt Principes: quantum Sancti illi gloriantur exultantque in montibus atque ſpeluncis. Et regibus quidem fortè ſua nimis anguſta ſunt palatia: ipſis verò etiam ſpatioſæ ſunt cauernæ, atque foramina terræ. Magis ſancti illi Patres veſtibus ſuis gloriantur cilicinis, quàm alij ve- D ſtibus quibus induuntur purpureis. Diſſoluitur atque deſtruitur pupura: ſed ſaccus atque cilicium, propter ſanctorum Patrum patientiam, magno eſt in pretio. Abominationi quippe illis eſt ſuperbia, & valde magnam humilitatem amplectuntur. oderunt omnem vaniſſimi ſeculi gloriam: & ecce ab omnibus hominibus, ob humilitatem magnamque manſuetudinem eorum, æſtimantur & honorantur. Neque tali tantaq; perfruuntur Reges † quiete, quantam Patres in eremo poſſident: quoniam Chriſtus, ipſorum exultatio eſt ac gloriatio. Ferarum inſtar, herbis in eremo paſcuntur: quoniam iucunditatem Paradiſi excipiunt. Cùm autē defatigati iam fuerint, errantes in montibus, tamquā in delicijs ſeſe in terra componunt. Poſtquam verò dormierint, mox ſtudioſè ſurgunt, & velut tubæ Chriſtū deſideratum collaudant ac celebrant. Exercitus porrò Angelorum ſemper ipſis E adſunt: qui & † communiunt eos, & cuſtodiunt ſemper. Gratia Domini ſemper cum eis eſt, nec ſinit eis inimicum occultari. Vbi genu flexerint, lutum ante ſe faciunt, & riuos ex proprijs manantes lachrymis. Poſtquam verò diuinas laudes concluſerint, ſurgit † Dominus ad miniſtrandum ſeruis ſuis. Manè iam facto, ſtatim velut alis eleuatis per vniuerſum volant orbem. Nō eſt illuſtris habitatio, vel domus ſanctorum Patrum in Edem, ſeu ad Orientē. Vbi ſol eis occumbit, ibi pernoctant. Vbi ſol ipſis oritur, ibi commorantur. De † monumento ac ſepulchro ſibi exſtruendo, non ſunt ſolliciti: nam mundo crucifixi, mortui ſunt in amore ac deſiderio Chriſti. Vbi enim interdum aliqui ipſorū ieiunium abſoluerunt, illic eodē in loco ipſis monumentū conſtruitur. Multi ex eis ſunt, qui precibus intenti, placide atq; manſuetè corā Domino requieuerunt. Alij ſimiliter in petris ac ſaxis firmati, ſuas proprio Domino animas tradiderunt. Alius ſimpliciter in mōte de

ambu-

Ioan. 6.

† al. ſuper petrā fundamētalem.

* ἐν κȣβȣκλείοις

* al. Per duodecim horas diei, ipſis continua ad Deum eſt oratio.

2. Cor. 8.

† al. recreationē ſpiritali reficiuntur.

NOTA.

† al. requie atque conſolatione.

† al. protegunt eos.

† Indicat à Deo illis parari Angelorum miniſterio cibos, ſicut paſsim de plurimis legimus in vitis SS. Patrum.

* μνῆμα οὐ φροντίζȣσι. Moriendi varia genera & rationes recenſentur.

A

*τάφος ϗ θάπτης.
a. in tumulum, & ſepultorem.

PRAEMIA SANCTORVM CHRISTI ATHLETARVM.

ambulans mortuus eſt: factusq́; eſt locus ei ſimul in * ſepulturam & ſepulchrum. Alius rurſus ſignans ſe Crucis ſigno, atque ſeipſum in ſepulchro componens, quòd mortem adueniſſe intelligeret, ſe ipſe quodammodò ſepeliuit, gratia ſui confirmatus Domini. Alius porrò herbas depaſcens Domini: obdormiſcensque in ſua ipſius mẽſa exſpirauit. Alius autem rurſum in diuinis conſtitutus laudibus, à ſui flatus voce abreptus eſt. Alius dum in monte Pſalmis & diuinis precibus recitandis vacat; venit ab inferis mors, quæ ipſius preces obſignat, terminatq́ue. Vocem expectant, quæ ipſos excitet; & inſtar florum ſuauem odorem ſpirantium efloreſcant. Quando terra ſuos iuſſa erit educere mortuos, ſubitò germinant pullulantq́ue velut lilia effloreſcentia. Et tunc Dominus pro magnis eorum laboribus, quos ipſi amore Chriſti pertulerunt, vitam æternam eis largitur: & pro capillis ipſorum, coronam nexus atque ornamenti honorifici. Et pro cicilijs ipſorum, B quibus rigidam ac duram vitam duxerunt, ſtolam ac veſtem glorioſam nuptiarum præbet eis. Pro herbis autem, & exigua aqua, Chriſtus eis cibus ſimul & potus efficitur. Pro terræ cauernis, in quibus ipſi habitârunt, magnum eis Chriſtus paradiſum tribuit. Et quia tribulationibus atque anguſtijs in hoc mundo premi & affligi deſiderârunt, ideo magnum ipſe gaudium eis concedit ac præſtat. Nequeo oratione conſequi, atque declarare magnam lætitiam, in quam intrabunt cuncti Sancti, qui in hoc ſeculo voluntariè afflicti, nefarijs ac turpibus paſſionibus fortiter reſtiterunt, deuictoque hoſte præcepta Dei altiſſimi ſeruauerunt. Ideo quoque Angeli Sanctos felices atque beatos prædicant, & ad eos dicunt: **Beati eſtis vos**, qui Chriſti amore ac deſiderio bene prudenterq́ue magna cum veſtra patientia ſcapham veſtram in terra tutò in mandatis Chriſti optimi Domini direxiſtis: quapropter ad tranquillum iam portum perueniſtis, & Chriſtum recepiſtis, quem tantopere deſideraſtis atque amaſtis. Nunc verò gratulamur vobis, ô beati: quoniam C laqueos inimici effugiſtis, & ad Chriſtum qui vos coronauit perueniſtis, factiq́ue hæredes æterni regni ipſius modò eſtis. Cui gloria, in ſempiterna ſecula, AMEN.

*al. Eiuſdem Sermonis aliud METRVM.

Ex eodem Sermone * Tetraſyllaba Oratio. ſiue, Aliud Metrum.

†al. Ex eodem, tetraſyllabus Sermo.
*χϱλὰ κϱάτος.

†al. in meam ignominiam auxi. Victus autem, cum dedecore ab ijs receſsi, &c.

†al. à Chriſto.

*al. pro ἐκίνησα. eſt ἐνίκησα id eſt, Deuici Reges, &c. ſed prior lectio hic potius ſeruit.

DEuictus porrò per † vim ſceleſtus Diabolus, ſedens deplorabat, & cum eiulatu dicebat: Væ mihi calamitoſo: quid paſſus ſum infelix, ac miſer? Quo pacto ſuperatus abſceſſi? huius verò infamiæ, mihi ipſe ſum D auctor & cauſa: qui diu bellum cum ipſis ſuſcepi, atque conſerui. Victus enim ex prima & ſecunda incurſione atque conflictu, ſubitò me intelligere oportebat quòd Chriſtus cum ipſis adeſſet. At nunc mea cum Sanctis illis admirabilibus contentione ac pugna, mercedem eorum ingenti † mea cum ignominia auxi, varijs ipſe vulneribus in capite læſus. Nam dum laqueos ipſis necterem, quibus eos caperem atque conſtringerem, ipſi ijs arreptis caput mihi confregerunt. ſagittas meas acutas, quas aduerſus eos torquebam, ipſi acceperunt, & me ijs occiderunt. Ego diuerſis eos paſſionibus ac perturbationibus oppugnabam: ipſi verò virtute atque potentia crucis me in fugam verterunt. Meritò igitur hæc patior inſipientiſſimus ego, probatos eos certatores ac pugiles etiam inuitus repræſentans. Oportebat quippe me, qui à Chriſto patiebar, reprimi, ac noſſe, E quomodo omnis mea potentia ab † ipſo deſtructa eſt, atque ſublata. Omnia enim tunc egi, vt ipſe crucifigeretur: & mors illius, morti me tradidit. Idem rurſus in Martyribus eius ſimiliter paſſus ſum: & probro atque infamiæ, & ludibrio cunctis ſum effectus. Commoui † Reges in ipſos; & paraui tormenta, vt ijs viſis perhorreſcerent, & Chriſtum abnegarent: at illi non ſolùm non ſunt deterriti varietate ſuppliciorum ac tormentorum; verùm etiam ad mortem vſque, ſemper Chriſtum conſtanter ſunt confeſſi. Sic quoque nunc eos bellis ſuperare volens, victus ab eis magna cum infamia receſſi. Non poſſum amplius ferre opprobrium, quod ſuſtinui: qui dum magna iactitarem à vilibus atque abiectis hominibus fortitudo & potentia mea omnis ſublata eſt. Quid agam deinceps; aut qua me ratione defendam, neſcio. Simplices & indocti coronam victoriæ

A riæ acceperunt: ego verò infelix ac miſer ignominiam retuli. obſcuratus ſum, & animo perculſus atque conſternatus: defecit omnis fortitudo mea. Quid ergo faciam miſer, & quid agã, non video. Ab his ſtrenuis profugiens athletis, ad amicos abibo meos, qui in ſuo propoſito ac vitæ inſtituto inertes ſunt, ac negligentes: vbi non erit mihi labor; neque rurſus machinamentis opus. Nam vincula ab eis accipiens, iiſmet ipſos conſtringam. Ligans porrò eos vinculis, quibus ipſi delectantur, ſubditos* & addictos deinceps eos habebo veluti ſeruos, ſponte libenterque voluntatem meam ſemper facientes: vt ſaltem ipſis deuictis, parumper ad meipſum reuertar; & de eis tam quã ſtrenuus certator ac victor, †glorier. Et licet ipſi, malo viuendi inſtituto in barathrum corruant; attamen ego in eorum perditione gaudeo: gaudens autem in viam perditionis eos deduco: vt ſocios in igne inextin-
B guibili eoſdem mihi habeam.

*ὑποχειρίους.
†al. gloriabor.
Marc. 9.

Eiuſdem* Sermo Heptaſyllabus, ſiue Metrum aliud.

*al. Eiuſdem heptaſyllaba Oratio.

COgnita igitur, fratres, infirmitate † ipſius, attendamus nobis ipſis, Sanctos imitando Patres. Si enim viam ingreſſi fuerimus, per quã ipſi ambularunt; inueniemus in ea Dominũ IESVM, viæ ducẽ & adiutorem nobis factũ. Cùm autẽ inimicus viderit Chriſtũ nobiſcum verſantem, lucem verã; prorſus non audebit in nos reſpicere: nam lumen quod in nobis eſt, oculos ipſius præſtinguit. Sicut igitur etiã antedixi, fratres Chriſti* amantes, ſtude-
C amus purgare corda noſtra: vt in noſtrũ auxiliũ gratiã † Spiritus nobis cõciliemus: & non amplius præualeat aduerſum nos inimicus. Vires enim ſemper ei addimus* ſtulti, quando ſanctis mandatis aſpernandis, longe à Deo recedimus. Nudatos autem nos gratia, in ſuam ipſius viam deducit fraudulentus inimicus. Obſecro igitur vos, chariſſimi, & rogo ſemper, fugiamus hoſtem improbum, procul que ab eo recedamus. Diſſoluamus quoque vincula, quæ nos libero † voluntatis* noſtræ arbitriò ligarunt. Confugiamus ad Chriſtũ, portantes leue ac ſuaue iugum pietatis atque miſericordiæ ipſius: vt in bona mandatorum Chriſti via ambulantes, peruenire mereamur ad ſanctam ciuitatem, quam Deus præparauit diligentibus ſe. Ipſi conuenit honor, & gloria, atque magnificentia, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: nunc & ſemper, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

†al. inimici.
*φιλόχριστοι.
†al. Saluatoris.
*διὰ τὴν ἀθετησίαν.
*τῇ προαιρέσει

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

D SERMO alius in Sanctos Patres, qui tempore illo defuncti, in pace requieuerant.] *Concordat quidem hæc Inſcriptio cum ſuperioris ſermonis titulo: qui eſt de Patribus illis, qui ſuo tempore conſummati ſunt. ſiue vt al. eſt: qui illis temporibus in Chriſto obdormierant. ſed non ſolùm in illis hic occupatur Auctor, quibus illic: verùm ad vlteriora hoc Sermone ſe extendit: & laudes Sanctorum Patrũ habitatorum eremi, eorumq; inſtituta ac varia certamina penitius perſequitur; vitæq; eremiticæ conditionem, atque perfectionem exponit. Diuerſa quoque inter eos morientium genera recenſet, ac magna eorum certaminum atque laborum præmia poſt hãc vitam manentia comemorat. gaudiaq; æterna cunctis Chriſti athletis, qui legitimè in hoc breui vitæ curriculo certauerint, propoſita eſſe oſtendit. Reperitur porrò Græcè hic Sermo (nũmquam ante hac, de quo conſtet, Latinè traductus) in varijs manſſ. Græcis Vatican. nu. 298. 300. 827. alibiq; ibidem ſæpius. & in Sfortiano magno Volum. num. 1. ac Sirlet. num. 6. al. 2. & alibi.*
E *nec non Veneta S. Marci, pluribusq; Bibliothecis alijs, & quidem ſub nomine Ephræm, vt de Auctore dubitari non debeat.*

In hoc die primo atque inſigni proclamemus in hymnis, in eius Eccleſia, quæ eſt Chriſti ſponſa, &c.] *Solennis aliquis certus indicatur dies: quis autem ille fuerit, hic ab Auctore non exprimitur; ſicut neque Eccleſia, cuius hoc loco meminit: quam tamen alicui ſanctæ Virgini fuiſſe dicatam, ipſe haud obſcurè inſinuat, dicens:* proclamemus in hymnis, in eius Eccleſia, quæ eſt Chriſti ſponſa, prædicantes, &c.]*vnde etiam liquet, hunc ſermonem in illa Eccleſia fuiſſe habitum.*

Enarremus certamina eorum, qui relictis ciuitatibus, magno deſiderio voluerunt loca inhabitare deſerta, &c.] πρότασις *hæc eſt, ſiue propoſitio dicendorum: nam tota penè Oratio in narratione ac celebratione Patrum in eremo degentium, ac vitæ eremiticæ atque monaſticæ laudatione conſumitur. Cuius quoque argumenti eſt Sermo S. Baſilij Magni, de laudibus Eremi, ſiue ſolitariæ vitæ, qui incipit:* Libet de ſingularis vitæ meritis pauca perſtringere, &c. *Et huc pertinent, quæ S. Ioannes Chryſoſtomus de Monachorum priſcorum vita habet in varijs ad populum Antiochen. homilijs, videlic. homil. 56. 57.*

58.& 59.vbi dicit: Quare illos monachos,qui eremum inhabitant,& aliorum multorum cauſis & maximè propter hæc verba,& laudo & admiror,&c.] *ac in epiſt.1.ad Timoth.cap.5.in Morali digreſſione,vbi habetur:* Studioſior ad orationis opus accurre ſollicitè,& Sanctos viros inquire,qui reuera ſancti ſunt,qui in ſolitudinibus ſedent,&c.] *De quibus & alibi obiter apud eumdem S.Chryſoſtomum,in Homilia 2.ſuper Epiſt.ad Rom.cap.1.circa med.vbi ſic enarrat :* Mihi verò hic tempus præſens ne examinaueris,per quod Dei gratia multi fidelium ordines,& per vicos & per vrbes,& in ipſa eremo inhabitant:verum memoriæ tuæ obuerſetur tempus illud,quando & diſcipuli magiſtros contuebantur,& à fratribus fratres ex alia ciuitate profecti conſpiciebantur,&c.] *Pro quo,in pluribus,etiam poſterioribus Operum S.Ioannis Chryſoſtomi editionib. Venet.1573 & 1583. aliiſq; ſic perperam impreſſum reperitur :* Mihi verò hic tempus præſens ne examinaueris, quo Dei gratiâ multi fideliũ ordines,& per vicos,& per vrbes,& in ipſa eremo inhabitant: (tum autem & pietas omnis & religio profligata eſt) verùm memoriæ tuæ obuerſetur tempus illud,quando,&c.] *Quis etenim pius & eruditus,hic nõ videt,illud* (tũ autẽ & pietas omnis & religio profligata eſt) *ab homine nefario & hæretico in textum Chryſoſt.ad irriſionẽ monachiſmi eſſe inſertũ? cũ & nihil minus in antiquis Chryſoſt.manuſc.Græc.reperiatur,ſed bene contrariũ ſicut patet in antiquiſſimo MS.Græco Vatic.n.370. vbi in Hom.γ.ſiue 3.(& al.β.ſeu 2.)ſuper c.1.ad Roman.hic locus reſtituitur,& legitur:* ϗ πᾶσα ἀσέβεια ξελήλαται, *id eſt,& omnis impietas profligatâ eſt,&c.*] *Simileq; ferè habetur in Sermone Chryſoſtomi de S. Philogonio,tomo 3.circa med.ibi:* Hæc omnes audiant & monachi qui montium occupârunt cacumina,quique modis omnibus ſeipſos mundo crucifixerunt,&c.] *E quorum verborum regione, ad marginem à temerario quoque aliquo ibi adiectum,& impreſſum paſſim reperitur:* (Nunc in aulis regnant quidam.] *quòd cùm etiam ad irriſionem appoſitum videatur,omninò expungendum ac tollendum eſt. In quibus,aliiſq; ſimilibus optandum ſanè eſſet, magis lynceos eſſe Catholicos librorum cenſores,& maximè in Operibus ſanctorum Patrũ,ne ita corrumpantur atque inficiantur ab impiis:& vt loca,in quibus talia venena inueniuntur aſperſa,ſuæ integritati reſtituenda curẽt. De quibus & alibi in noſtris Ephræmiticis Scholiis,Lectores cautos reddidimus:ac præſertim in Scholio 2. Tomi operum S. Ephræm,ſuper caput 87.centum capitum de Humilitate comparanda.vbi inter alia,in Quinto tomo operum Chryſoſtomi,perperam hactenus tam in generali Indice argumentorum, quàm in Titulo frontiſpicio prolixi Serm.* (*qui eſt inter poſteriores*) *impreſſum eſſe oſtendimus :* Quòd regulares fœminæ viris cohabitent.] *cùm omninò ibi legendum ſit:* ὅτι οὐχ συνοικῶσιν, *id eſt,quòd non cohabitent. ſicut ibidem tam ex fide antiquorum Græcorum manuſſ.codicum Chryſoſtomianorum, quàm ex contentis atque tractatis in eodem Sermone per nos plenius demonſtratum eſt: quare in vltima edit. Pariſienſi 1581. & Venet.1573. ac 1583. aliiſq; anterioribus hic error planè corrigendus eſt:legendumq; vt in Græco:* Quòd regulares fœminæ viris non cohabitent.] *Reſtituendaq; ſimiliter in iiſdem editionibus corruptiſſima lectio, quæ eodem Chryſoſtomi Tomo 5.in Homilia 9.de Pœnitentia,habetur in hæc verba :* Peccaſti,Eccleſiam egredere, atque tuum dele peccatum,&c.] *vbi omninò corrigendum & legendum eſſe* (Eccleſiam ingredere) *cuiuis viro catholico docto ex antecedentibus & conſequentibus ibidem Chryſoſtomi verbis clariſſimum eſt. Nam & antea & poſtea in eadem* Homilia *ſæpius eodem verbo* (ingredere) *Chryſoſtomus vtitur: ante quidem ibi:* Peccator es ? eleemoſynam ingredere ,&c. *item* orationem ingredere, &c. *adducendo plures ibidem pœnitentiæ vias,quas quis pro delendis peccatis ingredi poterit. Quomodo etiam deinde dicit:* Peccaſti ? Eccleſiam ingredere,atque tuum dele peccatum, &c.] *nuſquam autem in tota illa Homilia vtitur verbo* (egredere) *ſed ſemper* (ingredere) *oſtendere ſcilicet volens varias pœnitentiæ vias,quas ingredi oporteat. Et ſic paullò poſt illum locum ibidem clariſſimè:* Quamuis in nouiſsimo vitæ die peccaueris:ingredere,& pœnitentiam age:medicinæ locus eſt hic,non iudicii,&c.] *Eademq; aliis verbis idem S.Chryſoſtomus dicit & inculcat. ſupra in Homilia 3.de Pœnitentia non longè à principio,ibi:* Arca quidem animalia ſuſcepit,& animalia conſeruauit: Eccleſia verò animalia ſuſcipiẽs, eadem transformauit: vt puta,Accipiter illuc introiuit,& accipiter exiuit. Introiuit hîc quis accipiter,& columba exit: introiuit lupus,& ouis egreditur,&c.) *Sicq; pleriſque interiectis ibidem poſtea,vbi ait:* Admonui ſæpenumerò theatra non aſcendere. Audiſti,& non obtemperaſti: Theatrũ aſcendiſti,meoque verbo aduerſatus es: Non te pudiat Eccleſiam ingredi ſecundò,&audire. Dicis, audiui,neque cuſtodiui: quomodo poſſum iterum ingredi & audire? &c. *paulloq; ibidem poſt, in hæc verba perſpicuè :* Quomodo audeam Eccleſiam introire? quomodo audeam iterum? magis autem ingredere; quoniam quidem non obſeruaſti,quo iterum audiens,obſerues,&c. *nonnulliſq; interpoſitis ibidem poſtea,vbi habet:* Non confundaris Eccleſiam ingredi ſecundò : pudeat te peccantem,non te pudeat pœnitentem,&c.] *quibus omnibus quid clarius ? vt dubium nullum ſit, quin hic prorſus legendum ſit :* Eccleſiam ingredere,&c.] *& ſic corrigendum in omnibus Chryſoſtomi editionibus,vbi manifeſtus hic error irrepſit.*

ADVERTANT CATHOLICI LIBRORVM CENSORES, CORRECTORES, LECTORES, ET IMPRESSORES.

*ita in edit Pariſienſ.1581. & Veneta 1583. aliiſque.

NOTA.

* * *

EIVSDEM†

S. PATRIS EPHRAEM SYRI Sermo, in eos, qui in Chriſto obdormierunt. Et, de vanitate huius vitę atque incertitudine. & de Morte: varijſque morientium generibus. Ac de diuerſis mortibus repentinis, &c.

B

Eodem Interprete, & Scholiaſte Gerardo Voſsio.

QVID ita hodie chariſſimi, ſeriò ſeduloq́; ſimul hîc congregati ſu-
mus? Meritò ſanè: nam conuocârunt nos omnes vno conſenſu,
qui ad Chriſtũ ex nobis antea ſunt vocati, Fratres: ideoq; alacriter
ad Chriſti laudes celebrãdas conuenimus. Excitârunt quippe nos,
qui in carne nos reliquerunt, ad celebrandos eos in terris, qui cum
Angelis Deũ glorificant in cælis, chorosq; cum ſupernis illis cho-
ris hilares agunt; & menſam nobis ſpiritalem apponunt, cùm ſint ipſi delicijs pa-
radiſi ſatiati: vinumq́; compunctionis nobis proponunt, qui ibi omni conſolatio-
C ne pleni ſunt: & lumina accendunt, qui ipſi ſua corda illuminant, & ad lucem
*inacceſſibilem contendunt. Abſtraxerunt enim à nobis Sanctos, qui ipſi apud
Dominum ſancti ſunt: & emigrârunt à nobis, qui bene ſancteque ad Dominum
profecti ſunt. Reliquerunt nos orphanos: & ad propriam patriam abierunt.
Reliquerunt corruptionem, & ad immortalitatem conceſſerunt: mundo †oc-
cubuerunt, & apud Chriſtum exorti† ſunt. E terra exierunt, & iam ſupernam
Hieruſalem inhabitant. Vitæ præſentis vanitatem reliquerunt & ad ſupernam
beatitudinem peruenerunt. Inanes ſeculi tumultus dimiſerunt, & ad loca
†tranquilla perrexerunt. Ex mundi huius procellis ac fluctibus exceſſerunt,
& ad tranquilliſſimos portus appulerunt. Caliginoſam iſtius vitæ vmbram deſe-
ruerunt, & ad Solem iuſtitiæ ſurſum cucurrerũt: & cùm adeſſent nobis, non erant
nobiſcum; ſed mentem ad Deum eleuatam habebant: & cùm in terra adhuc
D eſſent, vitæ† inſtitutum in cælis tenebant. Et in carne cùm viuerent, non erant
in carne: non enim permanẽtem hîc ciuitatem habebant: ſed ſolùm futuram atq;
cæleſtem inquirebant. Non hîc propriam patriã habebant: ſed ſupernam manſi-
onem ſibi patriã ducebant. Non hic fluxas atq; caducas opes poſſidebant: ſed cæ-
leſtes diuitias expetebant Peregrini & aduenæ hic erant, ſicut omnes Patres eo-
rum: peregrini, inquam, huius mundi, & omniũ quæ in mundo ſunt: ſemperq́ue
animas ſuas diſponebant atque ornabant, ſuperna conſiderantes, ſuperna medi-
tãtes, ſuperna ſapientes, & pulchritudinem quæ illic eſt deſiderãtes, manſionesq́;
ac tabernacula, quæ ibi ſunt, requirentes: ſupernos choros, ſupernas hymnodias,
& feſta quæ ibi celebrantur, ſempiterna bona, ac perpetua Dei dona, animo com-
plectentes. Ad illa reſpiciebant, ad illa currebant, ad illa properabant: quare &
E cõprehenderunt. currebant, ideo & conſecuti ſunt: feſtinârunt, & ideò in patriam,
ſupernumq́ue thalmum intrârunt: ieiunârunt, & ideo iam exhilarãtur. Nõ negle-
xerunt, ideoq́; modò gloriantur & exultant: ſapienter egerunt, quoniam caducã
hanc vitam contempſerunt. Exierunt, & †viam ſuam bonam, Deoq; acceptã con-
fecerunt: egreſſi ſunt, & in regionem ſanctam æternamq́; peregrinati ſunt: exceſ-
ſerunt repentè, & velut caſtæ columbæ euolârunt. Immaculati auolârunt, vt tur-
tures ſolitariæ puriſſimæ. euolârunt ex nobis, tamquam hirundines ſuauem vo-
cem edentes. Ex noſtro ſegregati ſunt ouili, quaſi agni puri ac ſancti. Ex mandra
ac caula noſtra tranſmigrârunt: & meſtæ ſunt oues. Noſtrum reliquerunt nidum:
& pullorum inſtar clamamus. Separatum à nobis eſt membrum, & reliqua dolẽt,
mẽbra. In lachrymas prorumpamꝰ, quòd pulchra illa noſtra deſtituti ſimus diſpo-

†al. Beati Ephræm Sermò in eos, qui in Chriſto obdormierunt, recitatus Sabbato in depoſitione Tyri.

†al. numquam occaſuram.

*ἔδυσαν.

*ἀνέτειλαν.

*al. omnis perturbationis expertia.

*al. cæleſte vitæ inſtitutum ducebant.

Heb. 13.

Pſalm. 38.

†al. & bonum vitæ curſum cõſummârunt. al & per bonum vitæ tramitem hinc emigrârunt.

1. Cor. 12.

*χαρακτῆρας.
ſitione. Suſpiremus, ꝙ pulchras noſtras iam non intueamur†figuras. Lugeamus, A
quòd & nos hinc cito abituri ſimus. Doleamus, quòd ita repente hinc abripimur.
Triſtemur, quando virtutis noſtræ recordati fuerimus. Cōtriſtemur, quando oculos
noſtros circumuerterimus, & charitatē noſtrā non adſpexerimus. Lachrymas
*ὁμοφυλῶν.
effundamus: quoniam & animalia ſuper aliorum†eiuſdē ſecum generis ſeparatione
lachrymantur. Lugeamus; quoniā & boues, ſuos compares requirentes, mugiunt:
quoniā & hirundines abreptis ſibi pullis clamitant: quoniā & agni nuper nati,
*al. à matribus.
à | fratribus ſeparati vociferantur. Et quamuis nobis hinc vtile acciderit, triſtitia
Pſal.115.
tamen affecti ſumus. Quod expetendum nobis erat, graue atq; moleſtum nobis factum
Pſalm.33.
eſt. Pretioſa in conſpectu Domini, mors Sanctorum eius: at mors peccatorū
Pſalm.48.
†vulg. calcanei mei.
peſſima. Et propterea dicebat Propheta: Cur timebo in die mala? iniquitas † animæ
meæ circumdabit me. Veniet enim dies & hora, fratres: veniet (inquam) omninò B
& non præteribit, quando relinquet homo omnia, & omnes: & ſolus abibit, derelictus,
Salubris admonitio, & ſæpius mente perpendenda.
abiectus, nudus, omni auxilio deſtitutus, abſque tutore, & ſine vllo comitatu,
imparatus. & loquendi audacia deſtitutus: ſiquidem in negligentia præoccupatus
fuerit, in die quam nō nouit, & hora quam nō exſpectat; interea dum genio
indulget, dum theſauros ſibi parat dum delicijs vacat dum ſecundis rebus vtitur,
dum abſq; cura atq; ſollicitudine viuit. Veniet enim repente hora vna, & cuncta
†al. cuncta vana atq; inania definent.
ceſſabunt: parua febris, & cunctæ† vanitates in nihilum recidēt: vna nox profunda,
& tenebroſa atq; ærumnoſa: & adducetur tamquam iudicatus ac condemnatus,
*al. & cuncta in vanitates reſoluentur.
ad pœnam quò lictores eum abducent. Multis ſane tunc opus tibi erit ductoribus,
ô homo: multis adiutoribus, multis orationibus, multisq; ſocijs in hora ſeparationis C
*al arcanum.
animæ à corpore. Magnus tunc erit timor ac tremor, magnū † myſterium:
magna tunc corporis in illo mundo futura eſt calamitas. Nam ſi cum ex
A MINORE AD MAIVS.
vna regione in aliam tranſimus ſuper terram, aliquibus viæ ducibus ac directoribus
indigemus: quanto magis, quando in infinita tranſeundū hinc erit ſecula, vndè
nullus redijt? Multis tibi, rurſus dico, adiutoribus in illa hora opus erit. Noſtra
illa erit hora, & non aliorū, noſtraq; via: noſtra, inquam, hora, & quidē tremenda
* γέφυρα.
*πέραμα.
hora: noſter † pons, & tranſitū non habens: omnium finis, & omniū terror: † extremum
graue atque difficile, ſed per quod omnes tranſimus: arcta & anguſta via,
ſed per quam omnes iter facimus. Amarum ſanē ac dirum eſt tale poculum: ſed
cuncti illud, & non aliud bibimus. Magnum & occultum eſt mortis arcanum: &
nullus enarrare illud poteſt. Horrenda & formidabilia ſunt, quæ tunc anima ſubibit:
MORIENTIVM CALAMITATES, ANGVSTIAE, TERRORES, AC PERTVRBATIONES VARIAE, MORTISQVE SIGNA PLVRIMA.
ſed nemo noſtrum ea nouit, niſi ſolùm qui illuc permeârunt; niſi ſoli,
qui illuc præceſſerunt: niſi ſoli, qui ibi periculum eorum fecerunt. Non vides apud
fratres morientes, animamq́; agentes, quibus aſſidemus, quàm terribilia tunc eis
accidere cernantur? quo pacto corripiantur? quomodo perturbentur, & quo pacto D
ſuſpirent? Non aſpicis eos ſudoribus frigidos & amarulentos, inſtar meſſorum
in agro: quomodo oculos huc illucq́; retorqueant? quomodo alij dentibus ſtrideant:
quomodo obtorpeſcant & expaueſcant, tumultuarieque agant? Et quo pacto
multi etiam capillos ſuos euellant? quo pacto ex lecto exiliant, fugere volentes,
licet nequeant; videntque ea, quæ numquam prius viderunt; & audiunt à poteſtatibus,
quæ numquam antea audierunt: & patiuntur, quæ numquam aliás paſſi
ſunt; quærentes, qui eos redimat, & nemo eſt qui liberet; requirentes ſocios, & nemo
adeſt qui ipſos comitetur; requirentes aduocatos ac patronos, & nemo qui
auſit? Quos adſpicientes, tunc contremiſcimus, & plangimus: tenentesq́ue eorum E
manus, ſalutamus atque complectimur, lachrymis irrigantes. Sudorem vultus detergimus,
& oculos eorum ſiccamus: linguam æſtuantem, aqua madefacimus atq;
refrigeramus. Aurem noſtram ori eorum admouemus, vt tenues ſaltem atq; ſubtiles
ipſorum voces exaudiamus. Deinde interrogamus. dicentes: quomodo teipſum
†al. ſentis?
nunc † intueris? Noli timere: benignus eſt Deus. Iſta & ſimilia ad eos dicimus,
& lachrymis pectora irrigamus: & cor noſtrum, talia loquentes, accendimꝰ.
Non eſt tunc apud nos amor improbus. Non eſt tunc apud nos pecuniarum ſollicitudo.
Non eſt nobis tunc ciborum cura: ſed magnum & formidandum mortis
*al. arcanum.
intuentes† myſterium, cōtremiſcimus; noſtraq; capita mouemus, & triſtem aſpectum
exhibemus, & nos ipſos miſeros ducimus atque deflemus: & væ ſupra væ
amarulentum dicimus. quando ad nos qui recedit, quiq́ue omnibus nobis coniunctus

A ctus eſt, omnes ſalutans, dicit: Valete fratres boni, & pro me in iſta hora attentè diligenterque adorandum euigilate. In viam namq; longinquam nunc abeo, quam ante hac numquam ingreſſus ſum; & in regionem mihi peregrinam, vnde nullus redijt; & in terram tenebroſam, vbi ignoro quid mihi occurret; & in profundum infernum, vnde nemo reuertit. Valete fratres mei chariſſimi, valete: mihi enim deinceps, nō amplius eſt frater. Valete amici: nō enim amplius ego veſter amicus, ſed peregrinus. Valete amici. Vale pulcher *comitatus: at nō amplius meus comitatus: quare lamentor ac lugeo. Valete conſanguinei mei, atque affines; valete, valete: adhuc modicum, & huc ſequemini: modicum, & poſt nos venietis. Expectabimus vos ibi, expectabimus vos; vt veniatis ad eos: non enim nos amplius ad vos veniemus: non amplius in hac vita intuebimur vos. Si quid nouimus, nouimus: & B ſi quid egimus, recipiemus. Ecce hinc abducor, & ad vos non amplius reuertor. Nunc ſi quid boni egi, hoc ipſum & mihi lucrifeci: & ſi quid mihi præmiſi, illud ipſum etiam ibi occurret mihi. Si quid verò hîc theſauriſaui, quid mihi proderit? Si cuius porrò hic miſertus ſum, etiam hac hora miſericordiam conſequar. Si quem protexero, etiam nunc protegar. Si quem ſaluauero, hac hora occurret mihi: quoniam anguſta mihi & grauis eſt præſens hora exitus animæ meæ à corpore: ſuper omnem horam anguſta, & dolore plena eſt mihi præſens hora: imparatus enim præoccupatus ſum. Caliginoſa mihi præſens nox eſt: ſine fructu enim aridus ac ſiccus exciſus ſum. Grauis & moleſta mihi præſens via: quoniam nullum bonum eſt mihi viaticum. Quare amare atque acerbè deplorate me, & ſuccurrite mihi. Miſeremini mei, & adiuuate. compatimini, & deprecemini pro me; vt ibi miſericor- C diam inueniam. non requiro multum: quoniam in multis peccaui. Quorſum igitur cereos accenditis mihi, fratres: non enim ego lampadem animæ meæ accendi? Cur me veſtibus ſplendidis induitis? non enim in meipſo ſplendida indumenta habeo. Quorſum verò aqua corpus meum depurgatis? non enim meipſum aquæ per lachrymas admiſcui. Quorſum porrò etiam in tumulis atque ſepulchris me cum Sanctis deponitis: quorum vitam & mores non peregi? Quomodo meipſum decepi? Quomodo mihi ipſi illuſi, dicens: Iuuenis ſum, adhuc perfruar rebus ſeculi; vacabo delicijs mundi, colam animalem hanc vitam atque præſentem; tandem aliquando pœnitentiam agam: benignus enim eſt Deus, & omninò mihi veniam cōceder. Hæc quotidie cogitans, vitam ipſe meam valde malè conſumpſi. Edocebar quippe, & non attendebam: admonebar, & deridebam: audiebam Scripturas, & tāquam non audiens, agebam: audiebam de iudicio, & ſubſannabam: audiebam de morte, & velut immortalis vitam traducebam; quaſique æternus, contemnebam: & ecce, imparatus præoccupatus ſum; & nullus eſt qui adiuuet: ecce impœnitens D anticipatus ſum, & nemo qui redimat. Ecce rogo, & nemo qui exaudiat. Ecce iudicor *atque condemnor, & nemo qui ſaluet. Nam quoties apud meipſum reſipiſcere conſtituebam, & denuò peiora peragebam? quoties Deo procidi, & rurſus eum ſpreui? Quoties ipſe mei miſertus eſt, & iterum ipſum exacerbaui? & ecce miſerabilis hinc iam abeo. Quam multa ipſe mihi bona conceſſit: & ego mala peregi? Hæc & ſimilia moribundo homine ad nos præſentes ediſſerente, repēte conſtringitur ei lingua, immutantur oculi, concutitur mens, ſilet os, impediturque vox, quando dominicæ copiæ atque ſatellites aduenerint: quando formidabiles exercitus inuaſerint, atque apprehenderint: quando diuini *nuntij atque emiſſarij animam ex corpore migrâre iuſſerint: quando inexorabiles apparitores, in iudicium E nos trahentes detulerint: quos miſerabilis tunc ſpectans homo, etiam ſi Rex ſit, etiam ſi † magiſtratum ac præfecturam gerat, etiam ſi Tyrannus ſit, etiam ſi Imperator ac monarcha fuerit, omninò commouetur; & ſicut domus à terræ motu, concutitur: totus contremiſcit, velut folium à vento raptum: totus turbatur, tamquā paſſerculus à venatore: totusq; pauidus & attonitus redditur, videns horribiles ante ſe *exercitus; videns formas peregrinas, & *validas: videns figuras ac ſpecies atroces: videns facies ſeueras & auſteras; videns ordinem atque comitatum, quem nūquam antea conſpexerat. cogitansque apud ſe tunc dicit: Benedictus qui ſolus immortalis eſt, ſolus Rex æternus. Quid eſt, obſecro, cum his collatum regnum terrenum? quid eſt momentaneus hominum principatus? quid eſt vana, & inhumana illa noſtra poteſtas? Ecce verè exercitus cæleſtes. Ecce poteſtatum poteſtates

Voces patheticæ, ac lamentabiles.

Iob. 3. 10. & Pſalm. 87.

*συνοδία.

PATHETICA VALDE SVNT ISTA.

Matth. 3. 7.

Magnæ humilitatis hæc ſunt verba, iis ſimilia, quæ in Ephræm adducuntur Teſtamento, poſtea.

Conſideratione digniſſima.

Antitheſes graues.

*καταδικάζομαι.

NOTA.

*οἱ θεῖοι ἐκσπέλευται.

†al. etiam ſi dynaſta ſit.

Iob. 14.

*al. ſatellites.

*al. truculētas.

CONSIDERATIONE DIGNA.

A æternæ. Ecce figuræ formidabiles illius, qui ſolus tremendus eſt. Ecce miniſtri fortes illius, qui ſolus fortis eſt. Ecce potentatus eius, qui ſolus potens eſt. Ecce fortes, Dei fortis. Ecce formæ terribiles atque horrendæ. Iſta tunc, qui abripitur, ſolus videt: nos verò non intuetur amplius: ſed ad præſentes † poteſtates ſtupefactus, extra ſe rapitur. Fortaſſe tamen etiam preces quaſdam apud ſeipſum recitat, ſuſurrans, ſicut lingua poteſt. Ex quibus verbis, ac modis, figuriſque, præſentes frequenter & audimus & conſideramus eum Dominicas ſpectaſſe poteſtates: quare omnes tremebundi exhorreſcimus, & nobis mutuò annuimus, dicentes: Quieſcite atque tacete iam, & decumbenti deinceps moleſtiam ne exhibeatis, tumultumq; omnem comprimite. Silentium ſeruate, & ad ipſum poſthac ne loquamini: à clamoribus & vociferationibus abſtinete; vt ei tumultus, turbaſque non conciretis. Orate, vt B cùm pace anima exeat: rogate, vt locum quietis accipiat. Supplicate, vt Angelos benignos habeat: precemini, vt mitem atque beneuolum Iudicem inueniat. Bonos odores incendite, atque offerte: nam Angelicam præſentiam conſpexit. Orate: nam in magna nunc agonia conſtitutus eſt. Conſiderate eodem modo vos quoq; atq; orate. Adſpicite, & myſterij atque ſecreti huius ne obliuiſcamini. Fixis oculis intuemini, & de iſta maximè hora eſtote ſolliciti. Quid enim eſt homo? nihil. quid homo? vermis. quid homo? cinis ac puluis. quid homo? ſomniū. quid homo? vmbra. Ecce iam tranſiuit: ecce aſcendit. Ecce præterijt: ecce ceſſauit. Ecce requieuit, & defunctus eſt. Ecce deſijt, & finē accepit magnus ille & inuictus Leo, tyrānus fortis, potens atque elatus. Qui cunctis formidabilis erat, nunc iacet quauis oue mitior atque manſuetior. Receſſit, abijt, & præterijt, qui apparebat: qui natus, quaſi non natus. Qui magnus videbatur ſuper multos, factus eſt tamquam nullus. qui alios tenebat, detentus eſt. qui ligabat, iam vinculis conſtrictus eſt: & ecce abducitur ad C locum, quò abducere ſatellites ſollent. In illa die peribunt omnes ſermocinationes, ac cogitationes eius: in illa die, quando diuini exactores in medium prodierint excepturi animam ex aëre ſuperuenientes; in quo principatus conſiſtunt ac poteſtates, mundique rectores aduerſariarum copiarum, acerbi illi noſtri accuſatores, ſæui tributorum exactores, † calculatores, atque cenſores, occurrentes, & rationem exigentes, examinantes, & hominis peccata, ac peccatorum chirographa præferentes, quæ in iuuentute, & quæ in ſenectute; quæ ſponte, quæque imprudenter, quæ operibus, & quæ cogitationibus acciderunt. Magnus ibi tunc timor: magnus infelicis animæ tremor. Inexplicabilis neceſſitas, quam tunc ſubit ac ſuſtinet ab immenſa infinitorum hoſtium multitudine ipſam † calumnijs proſcindente, ne ad cælum aſcendat; ne in regionem viuorum ingrediatur; ne in lumine D viuentium inhabitet: cæterùm ſancti Angeli, excipientes animam ſecum in cælum abducunt. Tunc nos † mortale curantes corpus, & tamquam peregrinum atq; alienum ex propria domo ad ſepulturam efferentes, magnum aliud & formidandum myſterium cernimus; conſideramuſque ibi paruos & magnos, Reges & plebeios, Tyrannos ac ſeruos, cunctoſque alios in vnum cinerem ac puluerem redactos; & in vnum fœtorem ac putredinem, vermemque reſolutos: & ſicut eſt hic æthiops, ita & ibi qui olim fuit formoſus: ſicut † ſenex, ita & iunior in putredinem verſus; ſicut debilis, ita quoque fortis & inuictus. omnes, vt ab initio, in vnum puluerem cineremque redacti: quemadmodum & ex Scriptura auditis; Terra es, & in terram reuerteris; Et, terra es, iterumque puluis efficieris. Quos ſæpe dum liquefactos ac putrefactos in ſepulchro iacentes conſpicimus, digito nobis inuicem demonſtramus, E dicentes: Ecce hic talis, & ille talis. Hic eſt ille Rex: & hic eſt ille talis ryrannus. Hic eſt ille Imperator: & hic eſt illius talis nepos: & iſta filia illius talis. Hæc eſt, quæ olim adeò pulchra apparebat puella: & hic, qui antea ita comptus atque ornatus incedebat iuuenis. Hæc & eiuſmodi frequenter in ſepulchris cū ſuſpirio ac gemitu dicimus & illachrymamus, videntes ibi reuera magnum & tremendum myſterium: videntes omnem ibi ætatem mortuam. videntes omnem ibi corporum venuſtatem immutatam: videntes omnem faciei pulchritudinem ibi euanuiſſe: videntes omnem iucundum aſpectum ibi exſtinctum: videntes omne facundum os ibi obſtructum: vidētes omnem linguam velocem ibi cōticuiſſe: videntes omnē dentiū pulchritudinem ibi diſperſam; & omnem capillorum nexū ibi computruiſſe: videntes omnem ætatis decorem ibi contritū: videntes omnem

prin-

† al. ad præſentiam poteſtatū, atque ſatellitū attonitus, mente excedit.

Coram morientibus vt ſe aſtantes gerere debeant.

HOMO QVID SIT.

NOTANDA.

* ἔνθα ἀπάγουσιν οἱ ἀπάγοντες.

Pſalm. 145.

Epheſ. 6.

* λογοθέτοι.

Dan. 7. & Apoc. 20. 21.

* al. inſimulante atque calumniante.

† al. iuſta homini defuncto perſoluentes.

SALVBRIS CONSIDERATIO.

† al. ſicut iuuenis, ita & ſenex, &c.

Gen. 3.

Ibidem.

CONSIDERANDA, ET MENTE PERPENDENDA.

CONSIDERATIONES SALVBERRIMAE.

A principatus ac magiſtratus poteſtatem ibi ceſſaſſe: omnemque Tyrannidem, &
iactantiam ibi deſijſſe; & omnem iuuentutis ſuperbiam, atque deſpicientiam ibi
deſolatam: videntes omnem vanum hominum laborem illuc recidiſſe, ibi ceſſaſſe,
& ibi finitum eſſe. Loquimur ibi, & nemo eſt qui audiat: plangimus, & nemo
qui attendat. Nominatim ibi iacentes * compellamus, dicentes: quoniam *al inclamamus
abijſtis, fratres noſtri? Vbi iam degitis? vbi eſtis? quomodo nos ita repentè dereliquiſtis?
Vocem nobis edite, ſicut edebatis olim: loquimini nobis, reſpondete
nobis. Nos, inquiunt, qui ex humanis exceſſimus, illi ſumus, quorum, cuiuſque anima NOTA.
in locis ſibi congruentibus verſatur, vt quæque eſt commerita: hic autem,
qui veſtros ante oculos in ſepulchro cernitur puluis: iſte, quem conſpicitis, cinis.
hic fœtor; iſta putrefacta oſſa: immundi hi vermes, corpora illorum ſunt adoleſcentulorum
B & puellarum, quos * concupiſcebatis olim. Hic cinis, illa eſt caro, *al. quorũ amore ac deſiderio flagrabatis olim
quam complectabimini: & quam inſatiabiliter oſculari ſolebatis. hæc putredo,
illa eſt facies, quam dies noctesque inexplebili voluptati deoſculabamini. Hæc
tabes, & fluxio immũda, illa eſt caro, inter cuius complexus ſępe peccabitis. Ideo
videte, ac planè credite, qui adhuc carne in vita vana verſamini; certoque ſcitote, CONTRA CARNALES, AC LVXVRIOSOS.
quòd dum in lecto inter complexus veſtrarum coniugum, puellarumque iacetis,
vos cinerem lutumque tunc complecti: ſcitote, inquam, dum cuncta earum
membra circumplectimini, vos tunc fœtorem & putredinem amplecti. Diſcite,
quando earum amore ac deſiderio adeò flagratis; vos tunc vermes, & cinerem,
tetrumque odorem concupiſcere. Nolite ſeduci, ô iuuenes, & iuuenculæ inſipientes. NOTA.
Nolite decipi in vana iuuentutis veſtræ pulchritudine: nam & nos, qui
C veſtros ante oculos putridi iacemus mortui, in vita olim ſicut vos apparuimus, &
accuratè ornati, odoramentiſque inuncti fuimus. deſiderauimus, & oblectamentum
cepimus, atque in bonis dies noſtros duximus: & ecce, vt videtis, in Iob 21.
cœnum ac cinerem, & puluerem, fœtoremque grauem, vniuerſa illa iam * reciderunt. *κατήντησεν.
Quocirca deinceps ne vos ipſos fallatis: ſed à nobis, qui vos præceſſimus,
& in ſepulchro nunc ſumus, edocti, reſipiſcite: & firmiter credite apud
inferos iudicium eſſe, & ſine fine ſupplicium, & tenebras omnis lucis expertes, Matth.8.22.25.
& gehennam inconſolabilem, vermemque non dormientem, & fletum abſque Marc.9. & Eſaiæ 66.
ſilentio, & ſtridorem inceſſabilem, & tribulationem atque anguſtiam incurabilem; Luc.13.16.
eſſetque citra perſonarum acceptionem Iudicem, & miniſtros nemini ignoſcentes, Rom.2. Col.3. Matt.8.13.22.25.
luctumque ibi amarum ac ſempiternum. Hæc, quamuis non verbis, rebus
ſanè ipſis ad nos, fratres noſtri qui illuc præceſſerunt, loquuntur, ac nos docent:
D quorum ſicut memoriam facimus, ita & * ab illis aliquid deſideremus addiſcere, * al. de illis.
vel audire, aut noſſe: veluti, vbinam ſint; vel quomodo ſe habeant eorum
animæ: vtrumque apud ſuperos; an apud inferos exiſtant? Anne intueantur
nos modo: aut ipſi eos aliquando adhuc conſpecturi ſimus? numquid amplectemur
ipſos ibi: vel, * an omninò eos amplius agnituri ſimus? Cæterùm nemo *al. vel in ſumma, an adhuc eos illic agnoſcemus.
iſta nouit: nullus enim illinc vnquam redijt; nullusque nobis de ijs, qui ibi
verſantur, vbi ſint, indicauit: nam ea * ſeiunxit à nobis Deus: verùm abſcondit.
& operuit atque obumbrauit res illas à nobis, donec & nos hinc profecti, ad ea *ἀποτείχισεν.
quæ ibi ſunt peruenerimus. quando ex mortuit reſurgemus omnes, & adſtabimus 1.Cor.4.15.& 2.Cor 5.
& confitebimur: ratioque omnium à nobis exigetur in illo magno ac tremendo, Rom.2.14. ac 2.Tim.4.
in illo formidabili & inexplicabili Iudicis tribunali. quando ex cælo veniet, Matth.24.25.
vniuerſum iudicaturus orbem terrarum, ab ortu ſolis vſque ad occidentem, 1.Cor.15. &
E quando voces horribiliſſimarum illarum tubarum reſonabunt. quando timore 1.Theſſ.4. Lucæ 21
ac tremore omnis ſub cælo creatura commouebitur atque inturbabitur. quando Ioan.5.&c.
ſepulchra aperientur, & omnis caro nuda atque detecta exurget. quando omne
os obſtruetur, & omnis ſpiritus confitebitur, & exquiretur: fluuiuſque igneus ante
Iudicem decurret. De quo ait Daniel: Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & Dan.7.at paulò aliter in vulg. & 70.
antiquus dierum ſedit: Thronus eius, flamma ignis: rotæ eius, ignis flagrans, flumen
ignis trahebat in conſpectu eius. Millia millium miniſtrabant ei: & dena
millia denum millium * adſiſtebant ei. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Atqui *al. circumſtabant ipſum.
illa dies eſt ac hora, de qua etiam Dauid: Cur timebo, inquit, in die mala? iniquitas Pſalm.48.
calcanei mei circumdabit me. Diei illi maledixit Iob, dicens: Maledicat ei, Iob 3. ſed aliter vulg.
qui maledicit diem illam: qui habet magnum cetum opprimere, hoc eſt, diabo.

lum. De illa die, etiam alius quidam clamat Propheta: Ecce venit, dicit Dominus Sabaoth: & quis ſuſtinebit diem * introitus eius? quando Deus manifeſtè veniet: Deus noſter, & non ſilebit. Ignis ante conſpectum eius * præcedet, & in circuitu eius tempeſtas valida. Aduocabit cælum ſurſum, & terram diſcernere populum ſuum; omnemque carnem, ad tremendum illud * tribunal: vbi non erit paruus & magnus, ſeruus & liber. Vbi non erit Rex, & ſubditus: ſed æqualiter omnes iudicio obnoxij, omnes vincti, omnes nudi, derelicti, tremebundi, plorantes; turbati, anxij atque ſolliciti erunt, quid ſinguli ipſorum dicturi ſint, quidve iudici de malè actis reſponſuri. Vbi tunc ibi Regum * imagines? vbi Tyrannorum iactantia? vbi inſipientum ſuperbia? vbi iuuentutis mollities? vbi ſuperfluus atque laſciuus veſtium ornatus? Vbi tunc qui principibus aſſiſtebant, & latere diſcurrebant famuli? vbi comptæ atque ornatæ tunc filiæ? vbi aurum? vbi argentum? vbi auro * infrænati equi? vbi vnguenta? vbi ſuffitus? vbi aromata? vbi quæ fruſtra perduntur alia? Vbi tunc epulæ atque deliciæ? vbi quæ dies noctesque fieri ſolent conuiuia? vbi qui cum tympanis & ſaltationibus vinum bibunt, & delitijs indulgent: Deum verò, & pauperes deſpiciunt? Nihil horum ibi erit; ſed amarum væ, væ. Non amplius ibi locus erit diteſcendi, ſed pertimeſcendi. Non tempus ibi erit proſperitatis, ſed excuſationis atque defenſionis. non erit ibi ornatus ac claritas, ſed obſcuritas. Non erit ibi locus tripudiandi, ſed lugendi atque plorandi. non erit ibi iuuentutis ſimulachrum, ſed apud inferos exilium. Non erit ibi propitiatio, atque commiſeratio, ſed timor ingens. nulla in die illa formidabili atque terribili erit conſolatio, ſed iuſta & accurata retributio. Bonum in illa tunc hora tibi ſubueniet auxilium, ſi pauperibus atque mendicis hic compaſſus fueris. Boni pro te apud Chriſtum tunc erunt aduocati, qui hic egeni à te enutriti, & miſericordiam conſecuti, protecti, ac conſeruati fuerint. Boni & præſtantes pro te ibi conſolatores aderunt fratres Chriſti, pauperes, orphani atque pupilli, viduæ, aduenæ ac peregrini, inopes, debiles, claudi, cæci, captiui, derelicti: quique in tormentis, & ſolitudinibus, in carceribus, in exilijs, in infirmitatibus, alijſque calamitatibus conſtituti, per te hic ſaluati fuerint, & miſericordiam conſecuti. Magni hi tunc patroni tibi iſthic erunt, magni defenſores, magni fautores atque auxiliatores, exhibentes tunc Chriſto quæcunque ipſis hic dederis; quemadmodum ipſos paueris, quomodo ipſos refeceris, & quo pacto ipſis deſeruieris. Boni tibi hi fratres iſthic reddentur: ſicut ſunt fratres Chriſti. Si enim vnus aliquis frater Regis, plurimum ſæpe patrocinando ac deprecando poteſt apud proprium fratrem Regem: quanto magis, vbi fratrum interpellat, flectitque multitudo? Quòd porrò, fratres Chriſtus denominaturus ſit pauperes, in tremenda illa iudicij hora; ipſummet adiuſtos, qui à dextris ſtabunt, dicentem auſculta: Quandiu feciſtis vni ex his, inquit, fratribus meis minimis, mihi feciſtis. hoc autem dicens, omnes oſtendit digito ibi præſentes, & ad pedes ſuos conſiſtentes. Quis porrò dignus, quis ita felix in illa erit hora, quando cuncti exhorreſcent ac contremiſcent Angeli, & homines: vt tunc nominari mereatur frater Chriſti? Quàm multis tibi iſtud theſauris erit potius? quàm multis operibus; quàm multis coronis vox eiuſmodi excelſior atque præſtantior? Quinam igitur illi tales erunt, vt beatos prædicemus, & collaudemus ipſos? Qui, obſecro, erunt illi: vt & nos imitemur eos? qui quidem in die ac hora illa horribilis atque tremendi iudicij cum fiducia & ſecuritate, intrepidique ad Chriſtum tamquam ad patrem ſuum, & amicum * ſynceriſſimum ingridientur; certò ſcientes, ſe velut filios, & amicos veros ab ipſo ſuſceptum iri: quippe qui ei verè atque legitimè inſeruierint, & mandata ipſius obſeruauerint? Quis, inquam, erit ille adeò beatus; quem quidem cernens Chriſtus in throno ſedens, ad ipſum ingredientem, lætus excipiat? obuiamque ipſi procedat hilari facie, & aſpectu arridente: atque appellatione læta, & benigna allocutione hunc apprehenſum amplectatur, & tamquam ex longinqua peregrinatione venientem amicum, ſeu filium deoſculetur; talibuſque eum verbis compellet: Bene veniſti, ô amice bone, & fidelis: bene veniſti, educator & altor meus, hoſpes meus, & protector meus; gratiam habeo bonæ menti & voluntati tuæ, & non ſum oblitus charitatis tuæ. Memini quanta mihi bona præſtiteris. Noui quoties me refeceris.

Recor-

Malach. 3.
*al. aduentus.
Pſalm. 49.
* vulg. exardeſcet.
Ibidem.
* al. iudicium.
A
*al. phantaſiæ atque imaginationes?
B
*χρυσοχάλινοι.
Eſa. 5. 24. 28.
Antitheſes graues, & ad terrorem incutiendũ peccatoribus, accommodæ.
C
Opera miſericordiæ, quantũ boni præſtent exhibẽtibus ea.
Matth. 5. 25.
A SIMILI, ET A MINORE.
D
Pauperes vt Chriſti fratres appellentur. Matth. 25.
E
*al. verùm ac intimum.
Matth. 25.

A Recordor, quo pacto me in domo tua curaueris Quæ dum ad eum ait Chriſtus,
tenet ipſum manu coram omni illa magna celebritate, coram Angelis & Archangelis,
& omni principatu ac poteſtate, coram omnibus iuſtis, & Prophetis,
& Apoſtolis, ac Sanctis: ſtatuenſque hunc in medio, ſimul prædicat, &
oſtendit eum omnibus, ac dicit; Hic homo eſurientem me aliquando conſpexit, Matth.25.
& pauit: ſitientem, & potauit; frigeſcentem, & cooperuit me; hoſpitem,
& ſuſcepit me: infirmum me vidit, & miniſtrauit, geſtauit, & in domum ſuam
introduxit: pedes mihi lauit, vulnera mea abſterſit, ſuper lectum ſuum me
collocauit, portas domus ſuæ mihi aperuit, cum gaudio mihi occurrit; ex animo Ibidem.
me refecit; in neceſſitate me reſpexit, & liberauit: in carceribus me inuenit,
& redemit. propterea & ego dico ipſi: Euge ſerue bone, & fidelis; quia ſuper Matth.25.& Lucæ 19.
B pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui: perfruere
delitijs paradiſi mei: ingredere in regnum Domini tui: ingredere in vitam
æternam. Neque verò iſta dumtaxat, tunc dicet Chriſtus ijs qui complacuerunt
& ſeruierunt ipſi: ſed & faciet ipſos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit Lucæ 12.
eis. Vt igitur nos quoque tali perfruamur voce, & gloria atque honore; curramus
hic nunc dilectiſſimi, feſtinemus, præoccupemus, vt non anticipemur; rapiamus
ne repentè abripiamur: introeamus, ne foris remaneamus. Demus, inquam,
operam chariſſimi; properemus; præripiamus, anteuertamus: negligentiam
atque pigritiam, in qua adhuc torpeſcimus, expellamus: vanos timores atque
dilationes remoueamus, & è medio tollamus: ſpem inanem, nos dies noctesque
ſubſannātem, abijciamus. Ne deinceps in errorem impellamus, ſeducamuſque
nos ipſos. Ne nos, ipſi irrideamus, ne poſt hac nobis hoſtis illudat improbus:
C Ne nos in hodiernum, vel craſtinum diem impura relaxet cogitatio: quoniam
multi dum multa ſecum ſtatuerent, ad craſtinum non peruenerunt: at ſubitò rapti NOTA.
ſunt, ſicut paſſerculi ab accipitre; & velut agni à lupo; & quaſi captiuus à latrone,
nec loqui prorſus valentes, nec teſtamentum condere, neque vocem
vllam edere. Alij enim veſperi cubitum ſani concedentes, ad mane non peruenerunt. DE VARIIS DIVERSORVM MORTIBVS REPENTINIS.
Alij ad menſam accumbentes, reſpirârunt. Alij inter ambulandum &
ludendum, repentè ſunt mortui. Alij in balneo morientes, idem lauacrum pro
epitaphio ac ſepultura habuerunt. Alij verò dum nuptias celebrarent, in ipſo
thalamo nuptiali ſubitò atque inopinatò abrepti ſunt: & eadem ſibi veſtimenta
pro nuptiis *parârunt, atque pro funere: ſucceſſeruntque in locum tibicinium, *ἐπιγάμια ϗ ἐπιτάφια.
lamentantes, & in locum ſaltantium atque tripudiantium, lugentes atque plorantes.
D Et iſta omnia nouimus ac ſcimus, quodque grauius eſt, ſpontè interim
& ſcienter peccamus, nobiſque ipſi illudimus. Et propterea nullam à Deo veniam
conſequimur: quia non ex ignorantia, ſed ſcientes erramus. Scripturas quidem
ſacras audiuimus, & collaudamus: ſed quæ dicuntur, non facimus. Quare
hortor, & obſecro, vt non ſolum auditores ſimus doctrinæ, ſed & factores. Si Rom.2.& Iacob.1.
quis ergo, poſt iam dicta audita, deprauatam fornicandi conſuetudinem, quam
habebat, præciderit; bonus hic reuera auditor fuerit. Si quis præteritarum iniuriarum
memoria, quam in proximum tenebat, depoſita, ei reconcilietur: hic
bonus auditor. Si quis præſentibus iam verbis atque rationibus compunctus, miſericors, Sap.Sirac.20.& Matt.5.Luc.12.
& ad impartiendum facilis euaſerit; bonus profectò hic auditor, vt non
in iudicium hæc & ſimilis cuiquam lectio fiat; dum audimus quidem, at non
facimus. Niſi enim mors fratris tui ad ſaniorem te mentem reduxerit: nullus NOT.
E te iuuare poterit. Niſi dum mortuum cernis, reſipiſcas: quando tandem
conuerteris? niſique ex iam dictis compunctus fueris; numquam à peccato recedes.
Hanc, chariſſimi, diuinorum eloquiorum menſam, qui ad Chriſtum Anacæphalioſim dictorum; cum ætiologia opportune adhibet, ac orationem totam concludit.
præceſſerunt fratres, nobis exſtruxerunt atque propoſuerunt. Hæc viuifica ac ſalutaria
nobis fercula ipſi parârunt. Hoc nobis doctrinæ vinum miſcuerunt. Hanc
nobis lætitiam, deliciaſque in ſalutem ſubminiſtrârunt: vt hæc ipſa meditantes,
dies noctesque, ac ſingulis horis in Eccleſia, in foro, in domo, in menſa, in prætorijs,
in lectis, in balneis, in conuiuijs, in concilijs atque conſeſſibus, valeamus
ab imbroba & vana peccandi conſuetudine deſiſtere, & animam noſtram ad pœnitentiam
conuertere; & deinceps à malo declinare, & Chriſtum Dominum Pſalm.33.& 1.Petr.5.
placatum nobis reddere, Regnumque cælorum conſequi, gratia & miſerationibus, at-

bus, atbus, atque benignitate Domini, & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI. Quoniam A ipſi gloria & potentia, nunc & ſemper, & in infinita ſecula ſeculorum, AMEN.

SCHOLIA, ET VARIÆ LEctiones.

SErmo hic de illis potiſſimum inſtitutus eſt, qui piè in Chriſto Domino obdormierunt, & alios ad cælum præceſſerunt. Multa inſuper alia conſideratione digniſſima, variaſq; ſalutares conſiderationes, & admonitiones continet. Homines vitioſè viuentes, & voluptatibus carnis deditos, delicijſq; indulgentes redarguit. Homo quid ſit, quæque humanæ vitæ breuitas, & incertitudo, atq; miſeria oſtendit. B Operum bonorum in hac vita præſtitorum fructus exponit. De ijs, quæ in morte, & poſt mortem accidunt, agit: & vnicuique nouiſſima ante oculos ponit. Varias morientium conditiones, calamitates, anguſtias, terrores, ac perturbationes, ſignaq; recenſet: & coram morientibus vt ſe gerere circumſtantes debeant, commonſtrat. Subitaneæ mortis genera plurima enarrat: & quomodo omni tempore paratos nos eſſe conueniat, vt quandocunque Dominus venerit, vigilantes nos ſemper inueniat, ſalubriter docet. De frequenti Mortis & extremi Iudicij recordatione, cunctos admonet: & pauperes, vt Chriſti fratres in tremẽda illa Iudicij hora appellabuntur, explicat. pulcherrmūq; ſpeculum humanæ vitæ ac mortis vtiliter cunctis hominibus proponit. Et denique dictorum anacæphalioſim cum apta ætiologia opportunè adhibet, & ſic vniuerſa concludit.

Quid ita hodie, chariſſimi, ſeriò ſeduloque ſimul hic congregati ſumus? meritò ſanè: nam C conuocârunt nos omnes vno conſenſu, qui, &c.] *Pro quo, abſque interrogatione, al. ſic:* Seriò ac meritò hodie, chariſſimi, ſimul conuenimus: conuocârunt enim nos cunctos vnanimes, qui ad Chriſtum ex nobis conuocati ſunt, fratres, &c.] *ac al.* Meritò hodierna die, fratres dilectiſſimi, ſtudioſè pariter congregati ſumus: nam conuocârunt nos vnanimiter, qui ad Chriſtum ex nobis pręceſſerunt fratres, &c.] *Vbi omnes quidem lectiones bonæ ſunt atque perſpicuæ: ſed quòd illa per interrogationem, maiorem hic emphaſim ac energiam habere videatur, placuit eam præ alijs hoc loco in Textum inſerere.*

Non vides apud fratres morientes, animamque agentes, quàm terribilia tunc eis accidere cernantur? quo pacto corripiantur? quomodo oculos huc illucque retorqueant? quo pacto ex lecto exiliant, fugere volentes, &c.] *Signa huiuſmodi in hominibus moribundis apparere plerumque ſolent: ea autem vnde accidant, inſinuare alibi videtur S. Ioannes Chryſoſtomus, vbi de illis ſic loquitur:* Idcirco terribiles viſiones narrare ſolent morituri, quarum ſpeciem nullo modo ferentes, D & lectulos plerumque ipſos magno iacentes impetu concutiunt; & toruis eos, qui adſunt, oculis adſpiciunt: vel, quia vi à corpore reſcinditur anima: vel, quia ſpirituum ſpeciem ferre non poſſunt. Si enim terribiles timemus homines; quid faciemus, cùm minaces Angeli, & reſcindentes animam à corpore virtutes ac poteſtates nos inuadunt: cùm à corpore anima tracta multa in caſſum deflet? &c.] *ita ſanctus Chryſoſtomus ſub finem Homiliæ 54. in caput Matthæi 15. vbi de terribilibus illis viſionibus, quæ accidere ſolent morituris, hæc adducuntur. Plura de Mortis ſignis videre qui volet, inter naturales Plinium legat, libro 7. natural. Hiſtor. cap. 51. vbi varia ſigna mortis recenſet, dicens: Iam ſigna læthalia:* In furoris morbo, riſum: ſapientiæ ægritudine, fimbriarum curam, & ſtragulę veſtis plicaturas, à ſomno mouentium neglectum, profundi humoris è corpore effluuium: in oculorum quidem, & narium aſpectu indubitata maximè, etiam ſupino aſſiduo cubitu: ac venarum inæquali, aut formicante percuſſu: *(hoc eſt, arteriarum ſeſe attollentium & demittentium, ita vt veluti formica currentes ſentiamur in pulſu, qui ideo omnium maximè læthalis perhibetur.)* Et alia quoque Hippocrati principi medicinæ, obſeruata ſint. Et cùm innumerabilia E ſint mortis ſigna, ſalutis, ſecuritatiſque nulla ſunt, &c.] *ita ibi Plinius.*

Quorſum verò aqua corpus meum depurgatis: non enim meipſum aquæ per lachrymas admiſcui? &c.] *Sunt hæc per modeſtiam, ſub perſona hominis iam vita defuncti, dicta verba: ex quibus antiquiſſimum in Eccleſia receptum vſum lauandi defunctorum corpora, antequam ſepulturæ traderentur, contra impios hæreticos colligere licet. Quem etiam, non Ephræm duntaxat ætate, ſed multo antea, etiam ipſius Chriſti & Apoſtolorum temporibus obſeruatum fuiſſe, tradit alibi optimè S. Ioannes Chryſoſtomus, vt in Homilia 84. in Ioannem, vbi aſſerit quod Ioſeph ab Arimathia, & Nicodemus lauerint corpus Domini noſtri, antequam deponeretur in monumento, &c. Quin & Actor. 9. de vidua Thabitha defuncta, ſcriptum habetur:* Quam cùm lauiſſent, poſuerunt eam in cœnaculo, &c.] *In quem locum Chryſoſtomus, Homil. 21. ſuper Acta ſcribens, dicit:* Omnia curârunt, quæ ſolent apud mortuum fieri, &c.]

A Quid eſt Homo? nihil quid homo? vermis. quid homo? cinis ac puluis. Quid homo? ſomnium. quid homo? vmbra, &c.] *Similia de Homine adducit S. Baſilius Magnus in Oratione de Morte, vbi ſic hominem alloquitur:* Mortalem te, quæſo, recordare: Terra quippe es, & in terrum rurſus diſſolueris. Circumſpice illos, qui ante te ſimilibus ſe ſplendoribus efferebant. Vbinam ſunt illi, qui ciuilibus dignitatibus ornati erant? vbi Duces? vbi Oratores? vbi Principes? vbi poteſtates? vbi Tyranni? Nonne omnia, puluis? nonne fabula? Nonne in paucis oſſibus memoria vitæ ipſorum conſeruetur? &c.] *Longiuſq; poſtea ibidem ſic:* Vnde memoriæ repete Conditoris noſtri decretum, quo omnes, qui ex terra orimur, in terram rurſum conuerti iubemur: nec quiſquam adeò eſt magnus, qui diſſolutionem effugere, & æterna illa ſententia ſuperior eſſe poſſit, &c.] *hactenus Baſilius.*] *Huc quoque faciunt, quæ alibi Auctor noſter in hæc adducit verba:* Quando videris hominum corpora ſtudioſè compta atque ornata ad turpem amorem excitandum, caue ea admireris. neque pellis paulò poſt B in cinerem diſſoluendæ color te decipiat: ſed tecum ipſe ingemiſcendo, pſalle: Memento, inquiens, Domine, quòd puluis ſumus. homo ſicut fœnum: dies eius, tanquam flos agri, ſic efflorebit. Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet amplius locum ſuum. Miſericordia autem Domini ab æterno, & vſque in æternum ſuper timentes eum, &c.] *quæ Scripturæ verba, ad humanæ conditionis vilitatem atque miſeriam oſtendendam, ex Pſalmo 102. citantur ab Ephræm noſtro in Tractatu de recta viuendi ratione, cap. 43. Tomo 1. Suffraganturq; ante dictis, quæ idem recitat in Cantico ſuo ſpiritali in laudem doctrinæ, & ſapientiæ, in principio Tomi ſecundi, vbi ſic habet:*

Cogita in tuo hunc in mundum ingreſſu, & ex illo quoque egreſſu,
Cur ſis factus homo: & quia ex nihilo factus es, & iterum reuerteris in nihilum, &c.

Cæterùm iſta omnia magis amplificat, lociſq; Scripturæ illuſtrat Auctor in poſtea hic ſequentibus, lectu C *ac conſideratione ſanè digniſſimis, & ad mortificationem atque compunctionem vniuſcuiuſque noſtrum maximè facientibus, plurimumq; conducentibus.*

Longius poſtea, vbi habetur: Diei illi maledixit Iob, dicens: Maledicat ei, qui maledicit diem illam: qui habet magnum cetum opprimere, hoc eſt, Diabolum, &c.] *Locus qui citatur, eſt Iob tertio, vbi in vulg. aliter ſic:* Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.] *Lectio autem Septuaginta per omnia hic conformis eſt illi, quæ hic ab Auctore adducitur; niſi quod ibi, poſt verba* (qui habet magnum cetum opprimere.) *non addatur* (hoc eſt, diabolum) *quod S. Ephræm iſto loco explicationis gratia adiecit. Vbi etiam S. Ambroſius in Luc. cap. 4. legit:* Qui habet, &c. *Aquila autem, vt in vulg.* qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.] *Et Symmach.* qui habent ſuſcitare Leuiathan.] *quomodo etiam Complut. niſi quòd habet,* Lebiathan.] *At Theodotio legit:* οἱ ἕτοιμοι ἐξυπνίσαι δράκοντα, *id eſt,* qui prompti ſunt D expergefacere draconem, &c. *De quo Scripturæ loco, eiuſq; lectione, atque expoſitione, plura vide apud S. Gregorium Magnum in expoſitione morali lib. 4. capite 12. in tertium cap. B. Iob. vbi hæc verba citat ac legit, vt ſunt in Lat. vulg.* Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan,] *additq; ibi in tranſlatione veteri ita non dici, ſed ſic:* Maledicat eam, qui maledixit diem, qui capturus eſt grandem cetum, &c.] *Quibus (inquit ibi Gregorius,) verbis apertè oſtenditur, quòd à ſancto viro in fine mundi ventura Antichriſti perditio præuidetur. Malignus namque ſpiritus, qui per meritum nox eſt, diem ſe in mundi fine ſimulat, cùm ſe quaſi Deum hominibus oſtentat, cùm claritatem ſibi diuinitatis fallaciter tribuit: & ſe, ſupra omne, quod Deus, vel dicitur, vel colitur, extollit. Noctem igitur maledicit, qui maledicit diem: quia ille nunc eius malitiam deſtruit, qui illuſtratione aduentus ſui tunc etiam potentiam eius fortitudinis exſtinguit. Vnde & bene ſubiungitur:* Qui capturus eſt grandem cetum, &c.] *Sequiturq; ibi apud eundem ſic: Sed quod tranſlatione veteri de Auctore omnium dicitur, hoc tranſlatione hac, quæ ad nos ex Hebræo eſt, Arabicoq; ſermone deriuata, de electis eius Angelis memoratur. De his namque dicitur:* Maledicant ei, qui maledicunt diei, &c.] *Diem ſe quippe iſte ſuperbiens Spiritus oſtentare etiam Angelicis Poteſtatibus voluit, cùm* E *ſe ſuper cæteros quaſi in potentia diuinitatis extollens, tot poſt ſe ad interitum legiones traxit. Sed hi nimirum, qui in Auctore ſuo, humili corde perſtiterunt, cùm errori eius noctem ineſſe conſpicerent, diem claritatis illius de ſemetipſis humilia ſentiendo calcauerunt: qui nunc nobis doli eius tenebras indicant, & quàm ſit illius deſpicienda ficta claritas, demonſtrant. Dicatur ergo de tenebroſa nocte, quæ humanæ infirmitatis oculos clauſit:* Maledicant ei, qui maledicunt diei, &c.] *id eſt, illi electi ſpiritus erroris eius tenebras damnandas denuntient, qui magnitudinem claritatis illius iam ab exordio fictam vident, &c. De reliquis, plura ibidem conſequenter apud eundem Gregorium capite 13. in idem capit. 3. Iob.*

Multi dum multa ſecum ſtatuerent, ad craſtinum non peruenerunt: at ſubitò rapti ſunt. nec loqui prorſus valentes, ne teſtamentum condere: neque vocem vllam edere. Alij enim veſperi cubitum ſani concedentes, ad manè non peruenerunt. Alij ad menſam accumbentes, extes, expirarunt, &c.] *Iſta de varijs diuerſorum mortibus repentinis adducuntur hic ab Auctore, v* A *ſi non virtutis amore, ſaltem ſimiliũ terrore atque exemplo homines peccatores ad ſanam mentem reuocentur, ac ſuæ ſalutis memores reddantur. Quibuſcum optimè quoque quadrant, quæ in Oratione de Morte, Magnus Baſilius in medium adfert, vbi ait:* Perpende, obſecro, plurimos violentis periculorum incurſibus eſſe raptos: quibus ne vocem quidem emittere, ob mali irruentis atrocitatē, permiſſum eſt. Quid igitur exſpectas tempus, quos incertum eſt, num cogitationum etiam tuarum dominus ſit futurus? &c.] *Quæ ſanè crebro perpendenda ſunt, ſicut & illa, quæ in eadem Oratione paullò ſuperius idem Baſilius in hac adducit verba:* Vna nox, vna febris, aut pleuritis, aut pulmonis morbus, eum, qui ne commoueri quidem poſſe videbatur, ſubitò rapit, omnique ſimul ſuppellectile repentè ſpoliat: atque ſic eius gloria & maieſtas, ſomnij inſtar demonſtrata eſt, &c. *Similia etiam ſunt apud S. Ephræm in Tractatu de Beatitudinibus, ſecundo loco poſitis, Tomo primo, vbi dicit:* Nemo noſtrum, diem ac horam ſeparationis animæ à corpore exploratam habet. Nobis B enim ſuper terram abſque omni ſollicitudine ambulantibus, & delitijs ac voluptatibus ſeruientibus, repentè mandatum formidabile à Domino emittitur ſeparationis animæ à corpore: migratque peccator die ac hora non exſpectata, animam plenam peccatis habens, nec ijs excuſationem reperiens, &c.] *paucisq́ interiectis poſtea, quaſi circa medium ibi:* Venit ex inſperato mors & hominem reperit peccatorem ac diuitem ſibi multos adhuc annos computantem, ſummamque pecuniarum ſuarum in digitis ſupputantem: & mors repentè omnem eius computum vnà cum diuitijs atque ſollicitudinibus deſtruit, &c.] *Sicq́ apud eundem in Parænesi 47. Tomo ſecundo ad Monachum acediæ deditum, non longe à fine, ibi:* Cogitemus, frater chariſſime, nos peregrinos & aduenas eſſe in hoc ſeculo: nam multi qui manè ſurrexerunt, non peruenerunt ad veſperam: alij autem qui cubitum veſperi conceſſerunt, non peruenerunt ad diluculum. Dicentem audi: Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prætererunt, &c.] *Et hoc Tomo 3. ſupra, in Sermone Aſcetico, de vita religioſa atque monaſtica, vbi inter alia habetur:* Expergiſcere & ſurge à ſomno: examina cogitationes tuas, & redi in teipſum, atque conſidera, quia iam clauditur C dies, & nox adeſt. Sed & hoc nunc, frater, intellige, quòd qui heri nobiſcum erant fratres noſtri, & nobis loquebantur, hodie nobiſcum eſſe deſierunt. Ecce, cognoſce, atque perpende, quæ heſterni atque hodierni ſunt diei: & vide, quomodo heſternus quidem dies, quaſi flos matutinus præterijt; hodiernus autem, velut vmbra promeridiana, &c.] *De quibus, & in eiuſdem Sermone proximè hic præcedente, in Sanctos Patres, qui tempore illo defuncti in pace requieuerant, qui incipit:* In hoc die primo atque inſigni, &c.] *vbi non longè à fine, varia morientium genera adferuntur. Et apud S. Gregorium Nazianzenum in Oratione 40. vltimæ editionis in ſanctum Baptiſma, cuius principium eſt:* Quoniam heri ſplendidum diem luminum celebrauimus, &c.] *vbi varij quoque caſus mortem afferentes recenſentur. Huc quoque pertinent, quæ S. Ioannes Chryſoſtomus habet in duplici Homilia, altera de Vanitate rerum præſentium, & de exitu animæ à corpore, ac de futuro Iudicio: altera, de fruitione futurorum, & de exiguitate præſentium: quarum vtraque (nondum, vt putatur, edita) Græcè reperitur in Bibliotheca Sfortiana S. Floræ, numero 129. Cui accedit Athanaſij Alexandrini Sermo de natura corporis & animæ: ac de ſeparatione animæ à corpore. in eadem Bibliotheca* D *numero 77. Et Andreæ Epiſcopi Cretæ Hieroſolymitani Sermo de Vita humana, & de mortuis.] in eadem Bibliotheca numero 19. qui idem Græcè habetur in Bibliotheca Cardinalis Sirleti, hodie Cardinalis Columnæ, numero ξζγ. & Cryptaferrat. lit. Δ. dignus ſanè qui cum alijs in vtraque lingua edatur. Et huc referuntur, quæ Cyrillus Alexandrinus copioſè adducit in pulchra oratione ſua, de exitu animæ, ac de ſecundo Domini aduentu, quæ incipit:* Metuo mortem, quoniam acerba mihi eſt, &c.] *ac Ioannes Climacus, de memoria mort. grad. 6. Et S. Bernardus in Serm. de primordijs, medijs, & nouiſſimis noſtris. ac alibi ſæpius. Nec prætereunda ſunt, quæ in hanc rem pulchrè Seneca in varijs ſuis ſcribit Epiſtolis, nimirum Epiſt. 12. 24. ac 25. vbi inter alia habet: Nihil æquè tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti. Quidquid facies, reſpice ad mortem, &c. item in Epiſt. 29. 30. 55. 57. 66. & 67. vbi de incertitudine vitæ humanæ, ac de mortibus repentinis ſic ſcribit: Quorundam vitam mors in medio flore præcidit: aliorum interrupit ipſa principia: alius inter cœnandum diſſolutus eſt: alterius continuata mors ſomno eſt, alium concubitus exſtinxit, &c] necnon in* E *Epiſt. 68. 71. 72. 75. 78. 79. 88. &c. vbi multa huc facientia adducuntur. Particularium porrò varia exempla de diuerſis mortibus repentinis legere qui volet, inter naturales apud Plinium inueniet, lib. 7. naturalis hiſtoriæ, cap. 53. per totum: vbi, qui in rebus proſperis ac lætis, nec non aduerſis & calamitioſis ſubitanea morte perierunt, plurimi in quouis ſtatu ab eo ſigillatim enumerantur. Sed de his, hic ſatis.*

⁂

EIVSDEM

S. PATRIS EPHRAEM SYRI, TESTAMENTVM.

Eodem Interprete & Scholiaſte Doct. Gerardo Voſſio.

B EGO Ephræm morior. Notum igitur cunctis ſit, ô viri Edeſſeni.
Teſtamentum quippe vobis relinquo, * ſymbolum monumenti
doctrinæ veritatis, ex illa, quæ mihi gratia & dono conceſſa fuit,
vt in ſanctarum orationum cõmemorationibus mei memoriam
faciatis, ac vos præſertim qui ſcitis & cognoſcitis me. Hei mihi,
quoniam laquei mortis præuenerunt me. Hei mihi: quoniam
dies vitæ meæ defecerunt me: & veſtimentum corporis * detritum eſt, ac tela perfecta
iam eſt, & omninò ſublata. Defecit oleum terreſtris lucernæ: & qui demerſuri
ſunt ſcapham, modò appropinquârunt. Nam mercenarius cùm eſſem,
meos impleui annos: & incola ſuper terram, cùm iam tempus meum perfecerim,
hinc abeo ac migro. Vtrimque circumdederunt me lictores atque ſatellites,
ſeueri exactores; ad ſubijciendum ceruices meas tamquam hominis malefactoris,
grauiſſimo ſupplicio. Quid igitur? * plorem ne? At non eſt, qui attendat.
C * clamem ne? at vbi eſt, qui me exaudiat? Hei mihi, ab increpatione iudicij
exſpectatio mihi grauis. Nam quando aſtitero ante horrendum Domini
tribunal, & ibi dijudicabunt me vtrimque circumdantes, qui nouerunt me; valdè
confundi incipiam, cùm & reuera horribilis ibi futura ſit concluſio: & vę tunc
ibi confuſo. Domine IESV Chriſte, ne intres in iudicium cum ſeruo tuo;
& ne des alteri iudicium meum: ſed ante glorioſum tuum tribunal, fac vt dignè
aſtare poſſim. Nam quem Dominus iudicat, miſericordiam promeretur:
cùm & hoc, inquam, à ſapientibus atque intelligentibus, ſanctiſque Apoſtolis
audierim; quòd ſcilicet, quicumque Regem conſpexerit, quamuis etiam peccator
fuerit, talis * venia dignus cenſebitur, & non morietur. Væ autem mihi,
fratres, ab eo quod conſtrinxit & coarctauit me. Plorate & vlulate ſuper
D contritione mea: appropinquârunt enim iam cuſtodijs atque excubijs, qui ex
ſpelunca me eijciant, & in regione * homines ab hoc ſeculo mortalium recipiente
conſtituant. Oſee Propheta vehementer me ſonora ſua voce terret, dum
obiurgans inclamat, & dicit mihi: Canicies effloruit Ephræm, & ipſe non eſt
reueritus. Ac rurſus: Ephræm vitula furore agitata, docta diligere * contentionem.
Et iterum: Ephræm tamquam auis inuolauit. Quòd ſi quis de Ephræm,
qui fuit filius Ioſeph, dicat Prophetam iſta dicere: at certè ita ego ſentio, quòd,
quando eo modo lamentabatur Propheta, non diſtinxit alterum Ephræm ab altero.
Quin & Dauid denuò * viciſſim me admonet, dicens: Ephræm fortitudo
capitis mei. Et iterum: Coram Ephræm, Beniamin, & Manaſſe. At non arrogantia
aliqua elatus, iſta dico, neque ea ad me accedet: etenim teſtis mearum
E cogitationum atque verborum, eſt Dominus. Et nunc volo, fratres mei, commonefacere
& adhortari vos, firmiterque conſtabilire, vt poſt meum exitum ac
tranſitum, aſſiduè * memoriam mei in veſtris precibus faciatis. Accedentes autem
nunc claudite mihi oculos, & manus veſtras ſuper eos imponite. Defecit
enim in me ſpiritus, iam me deficiente, & ea quæ ad me pertinent, modò finem
habent, & verum terminus aduenit. Veſtram enim vitam in me ponatis, licet,
& meam in vobis; ex hoc lectulo, quo detentus ſum, non amplius deſcendam:
nam omni ex parte langueo atque diſſoluor, & ferre nequeo; doloreſque me
graues conficiunt. Memoriam porrò vobis omnibus relinquam, ac ſpeculum
immaculatum: vt impigrè ſemper in illud inſpicientes, omneque ſtudium adhibentes,
perpetuò eam imitari atque exprimere veſtris moribus diligenter conemini.
In tota vita mea, nemini prorſus maledixit: & cum nullo fideli vnquam

* al. ſymbola monumẽti documenta, ex illa quæ mihi dono conceſſa fuit gratia, &c.

* ἐχολεβώθῃ.

*al. plorabo ne?

al. clamabo ne?

PRECATIO.

*al. hic tãquam miſericordia dignus, à morte liberabitur.

* al. quæ homines à mortali hoc ſeculo ad ſe recipit, &c.

Oſee 7.10.

* al. trituram.

Oſee 9.

* al. alibi.

Pſal 59.

Pſal.79.

Petit pro ſe defuncto orari.

*al horum memoriam faciatis, & mei aſſiduè in veſtris orationibus recordemini, &c.

S. Ephræm nemini maledixit.

AB EXEMPLO.

contendi. Siquidem cum Apoſtatis omnibus docens, eoſque obiurgans ac admonens A cunctis diebus meis, non obtorpui in Sanctorum ſententijs atque conniijs. Noſtis enim & ipſi fratres, quòd ſi quis paterfamiliâs canem habeat, qui ouile ac gregem ouium negligat, vel lupum adſpiciat in ouium ſepta irruentem, pecoraque diſperdentem, ac minimè adlatret, aut ipſum etiam inſequatur, omninò hũc tanquam inutilem cædit, & procul à domo ſua repellit.

*al. defecerunt.

* παρὰ ἀρχὴν. ſ. præter intentionem.

Scitis igitur, fratres, virum ſapientem odio neminem perſequi. ſi quem tamen oderit, inſipientem odit: Inſipiens verò neminem diligit; & ſi quem dilexerit, ſui ſimilem diligit. Cæterùm vos fratres, nolite mirari ſuper aliquibus qui obedientiæ diſciplinam complexi, à me* receſſerũt: nam & inter duodecim Apoſtolos, vnus erat proditor Iudas Iſcariotes. Noſtis verò quòd etiam in vinea, præter * imperium rubus germinare conſueuit, & inter roſas ſpinæ quoque naſcuntur, B ac decerpuntur. Firmamentum porrò fidei in vobis corroborari optarem, tanquam in veris ac legitimis, concordibuſque fratribus meis; certiores vos per iuſiurandum, de immutabili ac firma fide mea reddens.

†al. de indiſſolubili, ac vnica fide.
Exod. 19.
Exod. 17.
Matth. 27. & Marc. 15.
Matth. 26. & 27. Marc. 14. 15. Luc. 22. 23. & Ioan. 18. 19.
*al. diuinæ maieſtatis.
* τȣ νοεροῦ πυρός.
* ϗ τὸ αὐτό.
*al. & identitas.
*al. ſit portio mea.
†al. Per veram veſtram vitam, qui mecum patienter permanſiſtis, &c.
Matth. 10.
*al. curſum vitę meę perfeci.
†al. in domo Domini poni ſub altari.
*al. in templo ſancto Domini. & al. in ſanctuario templi Domini.
*al. & regni cælorum. al. & regno cæleſti.

Cupio enim vos optimè in ſententia confirmari de * incomprehenſibili, & vnica principe fidelium fide: Iuroque vobis per eum, qui in natura ignis in montem Sina deſcendit: & per eum, qui in aquæ effuſione de petra duriſſima locutus eſt, & per os illud, quod ad exemplum noſtrum dixit in Cruce: Eloi, Eloi, lamazabachtani? & omnes finium terræ renes, tremore correpti ac coarctati ſunt: & per illum, qui à proditore Iuda, in Iudæa venditus fuit, & flagellatus, ac paſſus in medio Hieruſalem: & per Maieſtatem eius, qui ab impijs ſe conſputari æquo animo tulit: & per potentiam eius, qui manu hominis impij ac ſcelerati, alapis ſe cædi permiſit: & per ignem illum trihonymum * ſanctiſſimæ C Trinitatis; & per infinitam illam, ac ſolam, vnamque Dei potentiam; & per tres intelligibilis * ignis ſubſiſtentias, quæ ſunt, altitudo, & voluntas tua, & vnum * atque idem; in nulla vnquam re ab vniuerſali fide, neque à catholica & Apoſtolica Dei Eccleſia ſeparatus fui: neque vnquam de Dei potentia dubitaui. Si porrò in mente mea Deum Patrem amplius quàm ipſius Filium magnificauerim; ne conſeruetur in me miſeratio pietatis. Et ſi ex Deo Spiritum ſanctum imminui; longè ab eius aſpectu, tenebroſus reddar. Et niſi, quemadmodum confiteor à principio, ita & nunc dico atque profiteor; in tenebras exteriores, ſemperque caliginoſas mittar. Et ſi fictè ac ſimulatè, hæc loquor; in igne gehennæ mea * portio cum impijs computetur. Sin verò & aſſentatoriè iſta occultè ſubſemino; non mei in iudicio miſereatur Dominus. Per * veſtram D autem vitam, qui verè mecum perſeueraſtis diſcipuli: & per veram ipſius vitam immutabilem Filij Dei; marſupium Ephræm nunquam habuit: non baculus ei fuit, non pera, neque argentum vel aurum, aut aliam aliquam poſſeſſionem ſuper terram aliquando acquiſiui, vel poſſedi. Bonum ſiquidem magiſtrum in ſacris Euangelijs dicentem ad ſuos diſcidulos audiui: Nihil ſuper terram poſſideatis. neque enim inordinato affectu aliquid eiuſmodi vnquam habui. Accedentes igitur, fratres mei, pacem in fine præbere mihi, & dimitte me, quoniam deficiens abeo, atque è vita recedo. Reminiſcamini autem mei vilis & abiecti, in ſanctis veſtris precibus, cunctiſque deprecationibus: nam in vanitate & peccatis * vitam meam compleui atque tranſegi. Cum timore autem ac reuerentia adiuro vos, ô viri ſancti, & incolæ ciuitatis Edeſſæ; & per immutabilem immortalis Dei fidem: ne obliuiſcamini præceptorum, & exhortationum, atque conſiliorum E prauitatis meæ, neque reſpuatis, tanquam parui facientes ac contemnentes verba mea; nam ex diuina hæc profecta ac dicta ſunt gratia. Et ne ſinatis me in domo * Dei poni, aut ſub altari. Si quis verò fallacibus rationibus auſus fuerit ſub altari me collocare; ſupremum ac cæleſte altare talis numquam videat: non enim decet vermem putredine ſcatentem, in * templo & ſanctuario Domini reponi. Sed neque alio in loco templi Dei permittatis me poni: non enim dignus cenſendus eſt templo gloriæ * regni cælorum, qui contumaciter ac peruicaciter iſtud egerit, & in templo Domini me depoſuerit. Neque enim homini peccatori atque indigno prodeſt vana gloria, & cui præſertim ea non congruit. Nudi quippe cuncti mortales nati ſumus; & ſimiliter

A militer reſurgentes, nudi quoque apparebimus: omneſque ante Chriſti tribunal Matth.16.25.
adſtantes, rationem ibi cunctorum quæ in vita geſſerimus, reddemus. Quorſum Rom.2.14.
igitur honore me afficitis, qui meipſum actionum appellatione non honoraui?
Nam qui ſeipſum bonis operibus, probatiſque actionibus non honorauerit, quę-
libet hominum vita tali adhibita exiſtimationi, quam re ipſa nõ eſt conſecutus,
*nihil prodeſſe ipſi poterit. Omne verò corpus ſub cælo creatum, etiam eſſe *al. quo pacto
corruptibile, fratres, ſecundùm illud quod ſcriptum habetur, à * Deo audiſtis. fieri poteſt, vt alicui proſit.
Propterea & flens dico, fratres, quoniam ſicut audiui, & vos cognouiſtis, diſſol- *al. per Deum
uitur & corrumpitur hoc templum manufactum; & ſuſcitatur templum ſpirita- auditis Ideo ploro, & dico:
le, non corporale ac tranſitorium, quod ſecundùm deſideria carnis corrumpi- nam ſicut per-
tur: ſed ipſum corporale, ſpiritale atque incorruptibile ſuſcitatur, vt amplius ad cepiſtis, diſſoluitur, &c.
B corruptionem non reuertatur; quando nimirum tuba illa Chriſti reſonans, à 1.Cor.15.
ſomno excitabat cunctos à ſeculo dormientes. Non enim propter lapidea tem-
pla iudicium erit. neque lapides Deus iudicabit: ſed templa, quæ ſunt in corpore,
* quæque naturam humanam in templis iam dictis continent. Vnumquemque †al. hoc eſt, na-
autem dico hominem, ſecundùm proprias actiones, iudicabit Deus: & ſecun- turam humanã. 1 Cor.3.
dùm cuiuſque certamen atque laborem, etiam præmium pro meritis reddet. At- Galat.6.
tendite, fratres mei Chariſſimi, & viſcera deſiderata, ne * pannos meos velut Re- *al. ne veſtes
liquias, monumenti gratia tollatis. Nam memoriæ præceptum Saluatoris no- meas viles pro Reliquijs, &c.
ſtri Dei habetis, quod ab ipſomet acceptum didiciſtis, vt eius reditum exſpecte-
tis. Cur enim * præter cætera, laborem & onus graue atque intolerandum mihi *al. prę cęteris.
* imponitis; ne quando in inquiſitionis iudicium veniam: (non enim ſum me- †al. cumulatis.
C lior hominibus à ſeculo ſanctis) & pœnæ atque ſupplicio propter vos ſubijciar?
reprehendenſque meam * dementiam Dominus, ad me dicat: O Ephræm, plus * al. imprudentiam
in te, quàm in me homines crediderunt: nam ſi à * te monumenta ſibi ſumere ve- atque ſtultitiam.
lint, fortaſſe in mandatorum obſeruationes quas ipſis tradidi, non crediderunt:
& ideo tua magis, quàm mea memoria delectantur. Præterea vos * adhortor ob- *al. ex te.
teſtorque, ô viſcera mea deſiderata, ſiquidem Chriſti doctrinam retinetis; ne me
cum Sanctis ponatis: nam peccator ego ſum, & minimus; & propter inſipiẽtiam *al. vos admo-
ac ſtultitiam meam ipſis appropinquare metuo. Si enim lignum ſarmentitum neo, obſecroq; fratres.
atque aridum, admoueatur igni; totum combuſtum ab ipſo conſumetur. Non * al. inter San-
autem iſta dico, quòd ſocietatem & coniunctionem illorum reſpuam: ſed infini- ctos collocetis.
tam atque immenſam peccatorum meorum multitudinem inſpiciens, exhorre-
D ſco, & contremiſco. Prophetam enim dicentem audio, quòd quidem Noe, & Iob,
& Daniel ſi ſteterint, nequaquam liberabunt filios ſuos ac filias. Et rurſus: frater Ezech 14.
fratrem non redimit, nunquid liberabit homo hominem? Sic quoque Giezi, non Pſal.48.
liberabitur à ſua lepra. 4.Reg.5.

Ne quis ex vobis ſolenni pompa ad oſtentationem me circumferat: ſed hu-
meris tollentes me, & curſim comitantes, funuſque curantes, ſepelite me tam-
quam opprobrium deſpectum atque abiectum: quoniam in doloribus dies vitæ
meæ præterierunt. Ne quis etiam veſtrum, fratres, præconijs me celebret, ac
laudet: vilis enim & abiectus ſum coram * Deo, meiſque operibus planè confu- *al. Domino.
ſus. Et valdè contremiſco, qui coram * Domino ſum, inſtar illorum, qui præ *al. à Deo.
pudore * loqui non audent. Quis enim veſtrum oſtendet debita mea; niſi cun- * ἀπαῤῥησιά-
cti meam imperitiam ſtultitiamque conſpuatis? Et quę communicatio vitij, cum ϛωνι.
virtute? aut quid peccatori, vt appropinquet iuſto? Quæ autem communica- 2.Cor 6.
E tio luci ac tenebras? Nam ſi actionum mearum odorem ſenſeritis; omnes pro-
fectò fugam capietis, meque * inhumatum relinqueris, non ferentes fœtorem †al. abſque ſe-
peccatorũ meorum. Qui verò me * veſtimento ſplendido amictum depoſuerit; pultura. *al. mecum
in tenebras exteriores proijcietur. Si quis autem myrrha me condierit, huius ſplendidum ve-
pars in ardentem fornacem, & in gehennæ ignem erit. Verùm in mea me tuni- ſtitum depoſuerit.
ca & pallio deponite, quibus quotidie vtebar atque induebar. Siquidem pec- In ſua tunica ſe-
catori, & vermi putredine pleno cultus minimè conuenit: ſed neque lætitia af- peliri cupit.
ficit; neque exornat peccatores qui ſunt ſuper terram, viuentium gloria. Pecca-
tor enim ego ſum, ſicut dixi. Ne * quis ergo beatum me prædicet: nam Deo †Nemo igitur
meo cunctæ actiones meæ notæ ſunt, omneſque nequitiæ ac prauitates, quas in veſtrum, me be-
inſipientia mea geſſi. Etenim inquinatus ſum ob iniquitates meas, & abiectus atum appellet,

ſum propter ſcelera mea. Quæ enim à me non eſt admiſſa iniquitas? aut quod A
in me non reſidet peccatum? quoniam cunctæ iniquitates & peccata aſſiduè in
meo mortali regnârunt corpore. Cæterùm quicumque patrum, & filiorum,
ac fratrum, diſcipulorumque officio fungimini, viri qui inhabitatis Edeſſam, ferte
*al. in ſempiternam nominis veſtri memoriam, &c.
fructus iuſtitiæ veſtræ, quicumque mecum quodlibet pro * indelibili veſtra
memoria ſtatuiſtis ponere: vt ego ipſe pretio his conſtituto, ac pretioſo ex ijs vaſe
aliquo comparato, dignos operarios fructuoſo veſtro propoſito conducam:
NOTA.
dico autem pauperes, & orphanos, & viduas, & egenos, & peregrinos, & nudos,
& famelicos: & cunctos labore ærumnaque confectos; vt veſtrum ſalutis monumentum
reddatur perfectum in regione viuentium. Vobis enim continget in
*al. propter conſilium.
ſalutem, & mihi voluntaria merces computabitur * conſilium. Alia quippe eſt
merces, quæ operibus: & alia, quæ verbis tribuitur. Maior autem eſt, fratres, qui B
Actor.20.
dat, quàm qui accipit: ſicut & ab ipſo Domino per Spiritum ſanctum audiſtis.
Quemadmodum igitur quilibet veſtrum pro ſuæ voluntatis inſtituto voluerit,
*al. recipio autem.
ita & animum expleatis: * habeo autem veſtram gratiam, fratres, & abundo. Adiuro
porrò vos, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, chariſſimi, vt cuncta
pauperibus diſtribuantur: ſatis enim ſuperque mihi veſtra eſt charitas, quoniam
omnibus viribus ac modis me honoraſtis: & quamuis ego indignus ſim, attamen
*al. dabit.
qui honoratus eſt Deus, ipſe ſuperabundantem vobis mercedem * retribuat. Et
Matth.10.
ſicut ſapientem præceptorem dicentem audiſtis: Qui recipit prophetam in nomine
Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Ipſe enim Chriſtus munus veſtrum
*al. in nomine ipſius.
perfectum accipiet: quoniam in ſpe * propter nomen ipſius, me eiuſmodi
Gen.8.22.
honore affeciſtis. Suſcipiatur igitur munus veſtrum, quemadmodum illud iuſti
Noe, & illud antiqui patris noſtri Abraham ſuſceptum eſt. Et benedicta veſtra C
*al. erit.
EDESSA.
* ſit ciuitas, in quo habitatis. Ipſa enim ſapientum eſt ciuitas, & mater, Edeſſa:
quæ quidem etiam palam atque manifeſtè ex ore Chriſti Domini benedicta eſt
Abagarus rex, vt Chriſtum ad ſuam ciuitatem Edeſſam piè inuitârit.
per ſuos diſcipulos, noſtros verò Apoſtolos. Nam quando Rex Abagarus, qui
hanc ciuitatem exſtruxit, rogabat, exciperet eum qui peregrinus in terris apparuerat,
Saluatorem inquam vniuerſorum, & Dominum Chriſtum, dicebat: Omnia
audiui, quæ à te facta ſunt, & quæcumque à reprobis & aſpernantibus te
Iudæis paſſus es. Veni igitur huc, & nobiſcum habita: habeo enim mihi ciuitatem
hanc exiguam, quæ tibi & mihi ſufficiet. Cuius etiam fidem admiratus Dominus,
*al. per Angelos æternos ciuitati illi benedixit.
mittens eò per * nuntios, perpetuò ciuitati illi benedixit, firmans ipſius
fundamenta: benedictioque illa inhabitans in ea permanebit, donec Sanctus è
cælo apparebit Ieſus Chriſtus Filius Dei, & Deus ex Deo. Nemo igitur veſtrum D
*al. ſpreuerit.
†al. ſortem ſuſtineat.
Actor.5.
à propoſito deficiens, infructuoſus recedat. Nam qui aliquid afferre decreuerit,
& illud * deſeruerit, iniuſti Ananiæ † mortem patiatur: qui quidem ſanctiſſimum
Dei ſpiritum tentare voluit, Apoſtolos verò latere, & reprehenſus cecidit ante
pedes ipſorum.

Hæc porrò me adhuc loquente, vir quidã ex illic adſtantibus valdè illuſtris,
*al. διύλακτεν. i. adlatrabat.
ab immundo correptus ſpiritu, è veſtigio ad lectum cecidit; & vociferans, * volutabatur.
Ipſe autem dixi ad illum: O homo, quid à te factum ſit, edicito? Et in
verbi præcepro, mox ſurgens ille reſpondit: Attuleram (inquit) hoc neſcio quod
*al. corripuiſti.
pretioſum indumentum, vt tecum deponeretur: at nos * damnaſti, vetans ornatiore
te cultu ſepeliri, quare cœpi mecum ipſe ita reputare: Si nullo modo hiſce
veſtibus indui velit, quid neceſſe eſt omninò veſtem hanc proferre, ac prodere?
quòd ſi dari egentibus imperet; cùm alijs rebus atque pecunijs abundemus, indigentibus E
diſtribuemus quantum opus erit.

Miraculum hominis à dæmone liberati.
Reſpondens autem, dixi ad eum: Vade, & quod decreuiſti, perfice. Cumque
pro eo oraſſem, ac manus ſuper ipſum impoſuiſſem; ſanatus eſt, & ab immundo
ſpiritu liberatus. Et denuò dixi: Admoneo & interdico, ne quiſquam
*al. conſumamini.
cereum mihi in exitu meo accendat: ne ita æterno igne * conſumatur. Quid enim
homini proderit gloria corruptibilis ignis, qui à proprio igne comburetur?
nam quando formidabiliſſimus ille ignis apparebit; in eo, qui obnoxius illi erit,
*al. plorate, ô fratres, ſuper me, quoniam, &c.
conſumetur. Satis ergo mihi ſit mei ipſius dolor: neque alia à vobis mihi pœna
ſuperinducatur. * Deſinat ac ceſſet in me, fratres, quoniam defecerunt in dolore
dies mei: & ille me circumdedit laqueus, quem non præuideram: venitque

inqui-

A inquiſitor meus, & laqueis * truculenter me diuexantes, abducunt feſtinanter ad pœnam, tanquam ſatellites: trahuntque me in terram mortuorum, & in regionem, quam non noui. Rogo atque obſecro te, Saluator. Dux, & Creator meus, ne me affligens, miſerum reddas, & conterens, me dolore afficias, atque * condemnes. Si enim dignè, ea quæ à me geſta ſunt, perſcrutatus fueris; vndique ruina me circumdabit. Nam quando hæc omnia mea opera commemoro, intolerabilis timor ac tremor ſuper me cadens, conterit me: & graui quodam horrore conficior, propter retributionem atq; pœnarum exſpectationem, quæ in illo cernuntur ſeculo, tremoreque corripior, & ferre nequeo. Et palam dentes mei concutiunt, ac perturbant me, illic propter horribilem Iudicij ſententiam ſtridentes atque dolentes. Oro vos quoque, dilectiſſimi, ne cum aromatibus me ſepeliatis. B Non enim inſipienti ac ſtulto conueniunt * delitiæ? ſed neque gloria decet inglorium; neque alius boni odoris fumus eum, qui * putredo eſt, & puluis terræ. At date vaporationem fumi boni odoris in domo Domini; & me orationibus potius veſtris comitamini, & aromata Deo offerte: me verò fletibus ſepelire, in doloribus conceptum: & pro * ſuaui odore, aromatibusque pellucentibus, veſtris me orationibus atq; deprecationibus adiuuate, obſecro, ſemper mei in ipſis memoriam facientes. Quid enim mortuo proderit ſuauis odor, iam ſenſu carenti? Veſtra porrò incenſa adolete in domo * Dei, ad gloriam & laudem ipſius, quoniam & ipſe ibi inhabitat.

*al. truculentis.

PRECATIO.

*al. κατακρί- σῃς.

i. verberes.

*al. honores.

*al. qui putredo terræ eſt, & puluis ac cinis, &c.

*al. & pro ſuaui odore aromatū, veſtris me adiuuate precibus, &c.

*al. Domini.

Cur porrò corpus corruptioni obnoxium, illuſtri & inuſitata veſte inuol- C uis; quæ quidem iſtud haud quaquam incorruptum retinebit? quare potius terreſtre corpus matri ipſius terræ relinquito: quoniam ex ea ſine * ſpiritu ipſum ſumptum eſt, & non conſentanea eſt ipſi vana gloria. Virum autem inclytum ac glorioſum decent diuitiæ, at pauperi humilitas conuenit: & generoſos quidem decet regnum; infimis verò, militiæ conuenit conſolatio, * diſcernens conſolationis gratiam. Neque in veſtris monumẽtis me vſquam depoſueritis: non enim loculi veſtrorum monumẽtorum ex captiuitatibus meis me rediment. Cauſſam verò ac rationem habeo, vt cum Deo meo habitem, inter peregrinos & aduenas: quandoquidem & ego aduena ſum & peregrinus, ſicut & illi. Cùm ijs ergo * quieſcere me faciatis: quoniam omnis caro, fratres mei, ei adhæret, cuius eſt particeps & quilibet homo ſuo gaudet * ſimili atque conſorte. In cœmeterio igitur, vbi contriti iacent corde, ibi me deponite ac tumulate: vt quando filius Dei venerit, D & reſurgere illos fecerit, atque reformârit; cum eis me ſanet, reſuſcitetque. Reſpice, Domine, ad humilitatem, * & ſupplicationem meam, & rogo te, vt miſerearis mei, dignumque me facias, vnigeniti fili Dei: neque pro rebus à me in vita geſtis, retribuas mihi. Nam ſi iniquitates obſeruaueris, Domine, Domine quis ſuſtinebit? Et ſi ſecundùm maieſtatem tuam reddideris nobis; quis in iudicio tuo miſericordia dignus cenſebitur? Omne enim os, inquit Scriptura, obturabitur, & totus mundus ſubditus fiet Deo. Non autem hæc adfero, tamquam gratiam ſpernens: nam ea loquor, quæ ſcripta ſunt, clementiſſime * Chriſte. Quæ enim vtilitas in ſanguine meo, ſi in ignem ardentem miſſus fuero? Age igitur iugiter mecum, ſecundùm conſuetudinem miſerationum tuarum: & in eo gratiæ tuæ cognoſcetur pietatis, atque clementiæ. At licet iudicium vniuerſæ terræ feceris, ſicut gratia tua declarat ac poſtulat; non ſaluabitur vnus ex millibus, & ex decem millibus non redimentur duo.

Simile eſt in vita S. Pauli primi eremitæ, apud S. Hieron.

*ἀπνοῦν.

*al. agnoſcens.

*al. me ſepelite.

In cœmeterio ſepeliri cupit.

*al. ad humilitatem ſupplicationis meæ.

Pſal. 129.

Rom. 3.

*al. patientiſſime Domine.

E Quid igitur? Ego enim * humilis atque abiectus Ephræm, præ dolore deficiens * loquor. Si ergo aliquis perſuadere volens, dicat mortalium iudicium non fieri: ſed æquabuntur, inquiens, iniuſti & peccatores iuſtis & probis, atque veridicis; & humiles ac boni improbis & * impijs? Non poſſunt iſta ſic inter ſe adæquari: nam impoſſibile eſt lucẽ conſumi, atque offuſcari à tenebris. Quomodo enim fieri poteſt, vt iuſtus Abel, fratricidæ & iniuſto Caim adæquetur? Aut qua ratione id facilè fieri poteſt, vt in eodem iuſti & iniuſti commorentur loco? Vociferantes enim, diras atque intolerabiles edent voces miſeri, & infelices reprobi. Rogo & obſecro te Saluator, & totius bonitatis filium Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum; non vt adæques peccatores iuſtis: ſed vt miſerationes tuas extendere digneris ſuper me, & ſuper * humiles conſortes meos.

†al. miſer & infelix.

*al. loquar?

*al. ſuperbis.

Gen. 4.

*al. & ſuper pauperes meos.

Quod igitur prius à me dictum eſt, iterum dicam, & ab eo non recedam, mi A Domine. Quoniam niſi miſerationes tuas præclaras ſuper nos extenderis; nemo noſtrum aſpiciet vitam. Vnum enim Deum eſſe bonum, teſtantur omnes mortales. Non autem quia peccator ego ſum, hæc dico: vſitatũ quippe eſt ſacræ Scripturæ, ea quæ à me dicta ſunt, paſſim referre. Quieſce ac deſine, ô Ephræm, dicit mihi Angelus apprehenſor meus, & redargutor. non enim continua tua ſuſpiria tibi proderunt: quandoquidem acerbi ſatellites, qui ad te miſſi ſunt, nõ mitigantur donis. Et duriter * reſpondens, ad me dixit: Os tuum obſtrue deinceps, non enim conſortes tui perditi ſunt. Inter hominum quippe generationes, peccator cunctos arbitratur ſibi eſſe ſimiles: & qui cœcus eſt, ſimiliter ſibi ipſi ſimiles exiſtimat ſuos propinquos atque vicinos.

*al. loquens.

Accedite ad me igitur, ô fratres mei, & extendentes componite me: nam B ſpiritus meus penitus defecit. Et comitamini me in pſalmis, atque orationibus veſtris: & aſſiduè pro mea paruitate, * oblationes facere dignemini: & quando diem trigeſimum compleuero, mei memoriam faciatis. Mortui enim, in precationibus atque oblationibus, commemorationis ſanctorum viuentium beneficio afficiuntur. Et videte in rebus etiam creatis ſingulis aliquid ſimile: veluti, germen vitis, racemuſque acerbus in agro, & vinum expreſſum in dolijs eſt, atq; in ædibus. Quando igitur racemus in vite maturuerit, tunc vinum agitabitur, ac de ſua quodammodo natura recedet, quamuis immotum domi eſſe videatur. Similiter etiam de cepa intelligite: cùm enim in domo fuerit aliqua arida, & aliqua in agro ſata; eodem tempore quo hæc ſuam viriditatem explicat, etiam illa domi arida germinat. Si igitur creaturarum fœtus ſic inter ſeſe conſentiunt: quanto magis C mortui in * viuentium commemorationibus atque oblationibus recreabuntur? Quòd ſi mihi ſcitè reſpondeas, hæc naturam rerum creatarum ſequi: intelliges te eſſe primitias quaſdam creaturarum Dei. Quòd ſi adhuc non te ſimile cõuincit, niſi teſtimonium quoque adduxero; audi patienter quæ ſcripta ſunt: & ſi volueris, prudenter etiam intelliges quæ dicuntur.

†προσφοράς.

DIEM TRIGESIMVM DEPOSITIONIS SVAE, CELEBRARI PETIT ET PRO SE DEFVNCTO ORARI.

A SIMILI.

*al. in memorijs veſtrarum oblationum recreabuntur, cõſentientque?

Deut.33.

Seruus Dei Moyſes, in benedictionibus, nonne Ruben ad tertiam vſque generationem benedixit? Si ergo non redimuntur mortui: qua de cauſſa Ruben vſque ad tertiam generationem benedixit Moyſes? Et ſi non eſt reſurrectionis memoria; audi quid clamet Apoſtolus Paulus, dicens: Si omninò mortui non reſurgunt, cur & baptizantur pro mortuis? Qui enim erant ſub lege, ad exſpectationem reſurrectionis in myſterio detinebantur concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Sicut legiſtis, quòd in oblationibus ſacrificiorum, Sacerdotes * in D lege mundabant etiam eos qui ſuis iniquitatibus in bello vulnerati erant: pleni enim operibus iniquitatis, & ijs quæ ſcripta ſunt, tenebantur. Quanto autem magis noui teſtamenti Sacerdotes Chriſti, delere meritò potuerunt debita eorũ qui decedunt in ſanctis oblationibus & precationibus linguarum ſuarum? Cùm verò ad memoriam mei faciendam acceſſeritis; videte fratres, ne quiſquam in ſancta peccet: ſed attentè, & reuerenter atque humiliter, ac ſanctè ac purè inuigilate. non quòd grauiorem damnationem promereatur peccatum ex lubricitate carnis commiſſum. ſupra cætera * ipſi inſita: ſunt enim alia peccata longè * illo grauiora atque deteriora. Miſerabile tamen hoc mihi impendere videtur, quòd fortè occaſione honoris atque memoriæ, ob * inordinatas veſtras actiones, rationem pro vobis reddam Deo meo. Fortaſſe enim in iudicio iſtud E mihi obijciet, dicens: O Ephræm, horum omnium tu cauſſa fuiſti & auctor: quippe qui, huiuſmodi * homines laſciuos congregaueris. Scriptum eſt enim: Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Et quid * dicemus ad hoc, fratres mei chariſſimi? Quod paullò ante dixi timore correptus, etiam nunc dicam, quòd ſcilicet quem Deus iudicabit, remiſsè atque indulgenter cum illo agi cenſendum eſt. Dum iudicamur enim, inquit Apoſtolus, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo iudicemur. Nam ſicut modicum fermentum totam maſſam corrumpit: ita otium cogitationis malorum diffuſum, totum corpus comburit. Et ſicut ferri rubigo ipſum conſumit: ita quoque ab hominibus commiſſum peccatum repugnat grauioribus ipſorum * membris: & iam ab eis perpetratum, conſumit atque corrumpit eos, qui viam ipſius adimpleuerunt. At qui ipſum non

1.Cor.15.

Galat.3.

*al. qui erant Sacerdotes in lege, etiam peccatores in bello vulneratos mundabant, &c.

συμφυτοὺς ἀυτῆς.

*al. his iniquitatibus.

*ἀταξιῶν ἕνεκα ὑμῶν.

*ἀσελγεῖς συνάξας τοιούτους.

Hebr.13.

*al. Et quid dicemus amplius, fratres dilectiſſimi?

1.Cor.11.

1.Cor.5.& Galat.5.

†μέλεσι.

perpetra-

A perpetrauit, eſt tamquam ad vnum diem permanens † viator in aliquo diuerſorio,
vnde poſt abit. Sic longiori tempore apud ipſum commoratum exilium, tandem
ſeſe in fugam proripiet. Præterit enim mortale hoc corpꝰ, & induit immortale at-
que cæleſte: & cùm interierit, tunc efficaciter incorruptibile reſurget, omnis cor-
ruptionis expers. Ecce etiam clariſſima & iucũdiſſima Eccleſiæ lucerna Paulus, an-
te † voces has noſtræ imbecillitatis vſurpat, aut etiam confirmat, cùm ait: Quod
ſeminatus in corruptione, ſurget in incorruptione. Sed enim huc agite diſcipuli
mei: quod reliquum eſt, ſitis benedicti in fortitudine boni paſtoris, ſanctique ma-
giſtri, IESV Chriſti Domini noſtri, qui eſt Deus ex Deo. Et quamuis non ſim ego
ſicut Noë: vos tamen benedicti ſitis, vt Sem & Iaphet. Et licet non ſim vt Melchiſe-
dech: vos tamen efficiamini, vt Abraham. Et ſi non ſim ego veluti Iſaac: vos tamen
B accedentes ſitis benedicti, vt Iacob. Et tametſi non ſim vt Moyſes: vos ſitis, vt Ieſus
filius Naue. Et ſi non ſim ego, vt Elias: ſuſcipite me vos duplici ſpiritu, ſicut Eliſæ-
us Propheta petijt,

†παρόδιος, & al. παροδίτης. pro quo, al. perperam (παράδεισος, id eſt, paradiſus) hic legitur.
προαναφωνεῖ.
1. Cor. 15.
Geneſ. 9.
Geneſ. 14.
Geneſ. 27.
Deut. 31.
4. Reg 2.

Incipiam autem & apud vos, mei diſcipuli, vobis bene precari. Amba † vir admi-
rabilis, Chriſtus magnificet monumentum tuum ſuper terram: fiatq; perſona tua
prope Angelos maieſtatis Dei: & ſimilis reddaris magno Moyſi; vt omnes adſpici-
entes te, intelligant te ſeruum eſſe Dei electum. Et tu Abraam, quia † veniens ad-
hæſiſti mihi, exaudiat te Deus Abraham in orationibus & deprecationibus tuis: &
priuſquam os tuum aperias, impleat illud ſapientia & intellectu. quemadmodum
alibi ait Propheta: Dilata os tuum, & implebo illud.

*al. Abba vir †al. Abram, & *al. Ambanes vir admirabilis, &c.
†al. Iubens adhæſiſti mihi.
Pſalm. 80.

Symeon, tibi dico, exaudiat te Deus, quando rogaueris eum in orationibus tuis:
& in ſupernam ciuitatem ingrediaris. Impleatur ipſius Eccleſia, ſicut poculum †
C miſtum populorum, non credentium in ſaluationem. Veniant ſponſæ in conſpe-
ctum tuum, & incluſæ in doctrina tua. Quarum quidem ſponſæ, ſunt matres: reclu-
ſæ autem tanquam ſub iugo † aduerſarij, detinebantur. Veniens † autem Chriſtus
has liberauit, audientes à te parabolas prudentiæ, vt doctrinam vitæ Spiritus ſan-
cti ex te perciperent, & ſalutem à te animarum conſequerentur. Et ſicut ſapiens
medicus in † parabola indigentium: ita in poſſeſſione percurrat auditus tuus. Ma-
ras vir Galilæus, manſuetus, & † ſimplex, humilis, & rectus: manſuetus, inquam,
non natura, ſed libera voluntate, tamquam in ſpe Dei decertans: in meis adiuuiſti
me perturbationibus. Ipſe igitur Deus mercedem tuam inter pios tibi reddat, quã
cum Sanctis omnibus accipies.

*al. miſtura populorũ deſiderantiũ ſaluari.
†τοῦ ἐναντίου.
*al. pro quibus Chriſtus has liberauit. Audientq; ex te parabolas, &c.
†al. in caſtris.
†al. pro εὐήθης. eſt εὔθης. i. diues, abundans.

Zenobius, vir † Giſdrazæus, quod interpretatur venatorius vir, & exercitatus, ac
D potens, validusq; bellator: fiat ſermo tuus inſtar ignis, & iniquorum conſumat
multitudinem. Et ſicut flamma ſyluas condenſas pertranſiens, ita tua ipſos delin-
gat diſciplina: & erudiaris omni cognitione Dei. Et ſicut Dauid, illuſtris, vincen-
do ſceleratum Goliath, declaratus eſt: ita & tu per contemplationis exceſſum atq;
exſtaſim, errantium animas vinces. Induere armaturam Sanctorum, & galeam †
ſpem ſalutis, firmamentum ſanctorum Apoſtolorum: quæ quidem Sanctorum
armatura, eſt Spiritus ipſe ſanctus: & galea ipſorum fortitudinis, eſt † digitus Dei.
Sit tibi comes, & auxiliator ſemper ipſe pius & miſericors Dominus: qui numquã
in vlla re deficiet.

†al. γῆς δρᾶς.
*al. Sigarçus
*al. Gizarçus.
1. Reg. 17.
†al. ſcutum ſalutare.
*al. columna.

Væ tibi † Paullona: cuius mater, ex mulieribus maledicta. Væ ventri, qui te pe-
perit: quoniam perditionis omnium hæreſum particeps factus es, & prædonum †
E ianua ingrederis: opera enim tua, omni nequitia atque flagitio plena ſunt. Denu-
datus, proiectus es à gratia: & tamquam Iudas Iſcariotes proditor factus; & ex cun-
ctis tuis ſtudijs confuſus. † Colũna enim huius, ſedes eſt, quam tu dereliquiſti. Hor-
ribile verò prodigium ipſe in tuo oſtendet corpore, qui cælum ſuſtinet, & in quo
omnis creaturæ natura conſtituta eſt atque firmata: quoniam quælibet in ipſo
creatura fundata eſt, mare & plenitudo eius. Confiſus quippe es in arundine fra-
cta, derelinquens Chriſti baculum, atque armaturam; quæ infirmos conſolidat, &
omnem paſſionem ac morbum tum animi tum corporis curat, ſanatque. Aro-
uandran † vir effrœnis atque rebellis, quia voluiſti congregationes Chriſti Ec-
cleſiarum à Spiritu ſancto congregatas demoliri atque exterminare; ex ea, quæ
ſub cælo eſt, deleatur memoria tua; & non inueniatur in libro viuentium: quo-
niam dereliquiſti vinum vitæ, † Chriſti nimirum ſanguinem, & panem cæleſtem,

*παυλλῶνα.
*al. & prædonũ omnem prædã cogis.
*al. Columna enim ſedis huius, quam tu deſeruiſti, prodigium oſtendet in corpore tuo.
†Ἀρουανδρᾶν. al. Ἀρουανδᾶν: & al. Θυάδαρ.
†al. Dei.

* al. fæcem.

Hæreticorum catalogus.

† al. qui lignis ſacrificant atq; lapidibus, Soli item ac lunæ,

hoc eſt, corpus Chriſti, ac Saluatoris noſtri: & comediſti cibum victimarum contaminatarum, & bibiſti † vinum peccatorum, fel turbidum. Verbum Dei, ac Filius Patris, in quem os tuum impium maledicta coniecit ac blaſphemauit, acuta atque ſubtili inquiſitione exquirat à te exprobrationem atque contumeliam in ſe factã: ſimiliterque ex omnibus hæreticis, Arianis inquam, & Manichæis, Catharis, & Ophitis, Marcioniſtis, & Eunomianis, & Euchitis, atque Cauchitis; Paullianis, & Valentinianis, Vitalianis: & impuris Borborianis: reliquiſque omnibus nefarijs, qui † lingua venerantur, & lapides. Solem item ac Lunam. cuiuſmodi etiam ſunt Augures, & Aſtronomi, qui diuerſimodè ſeparati ſunt aduerſus ſanctam maieſtatem puræ immaculatæ Trinitatis, Patris, & Filij, & ſancti atque viuifici Spiritus.

*χαλκεντρεχὴς.

Pſalm. 74.

*al. μονάρχου. i. quæ ſola imperat, & regnat, ac dominatur, &c.

† al. patiuntur.

† al. glorificabimus.

*ἀπόγονοι.

† al. in Chaldeæ turris ædificatione.

Gen. 11.

† al. in chorum ſanctorum cæleſtium, &c.

A Catholica fide non recedẽdum, admonet.

Gen. 4.

CONTRA IMPIOS HAERETICOS.

4. Reg. 5.

† al. eam ab Apoſtolis ſanctis retinere didici.

† al. blaſphemijs effertur

* δουλαγωγούμενοι ὑπὸ τῆς ὑποδύνου σαρκός.

Benedictus, qui catholicam ipſius elegit Eccleſiam, veluti ſanctam agnam, quã lupus corruptor non contriuit; & immaculatam columbam, quam non eſt aſſecutus qui eam perſequebatur, vt elideret atque deleret aſtutus ac † callidus venator accipiter. Nam poculum in manu Domini eſt, vini fæculenti: & ex eo bibunt cuncti Apoſtatæ Chriſti, diuiſores ſanctæ, † omni principio carentis, Trinitatis: & veritatis hoſtes, Iudæorum, inquam genus, cùm bibiſſent, euomuerunt, crudeliterq; impetum aduerſus Saluatorem noſtrum IESVM Chriſtum fecerunt. & nihil mirum: nam rabidus canis furore atq; inſania percitus, etiam proprium mordet Dominum: quemadmodum & Iudæi fecerunt, & adhuc † faciunt; ac quaſi rabie quadã agitati, ſuũ diffamãt & blaſphemant Dominum. Nos verò † glorificemus ſuper exaltatum Deũ vniuerſorũ: cui appropinquare nequeũt Apoſtatarũ † poſteri. Si enim ipſis fuiſſet aliqua opinandi ratio, ꝙ etiã peccatores in cælũ aſcendere poſſent; omninò diſſentientes etiã ibi diſcordiã ſeminaſſent, in domo inquã pietatis, in cæleſtibus tabernaculis: quomodo antiquis temporibꝰ, horũ maiores in † terra Chaldæa per turris ædificationem omni ſtudio in cælum aſcendere cõtendebant, & delapſi ceciderunt à gratia repulſi, inaniter ac fruſtra iniquè agentes: atq; ideo etiam confuſæ, & diſiũctiſſima ſeparatione diuiſæ ſunt omnium ipſorũ linguæ. Si igitur illos, qui iſtud mali conati ſunt, adeò vehemens inuaſit calamitas, cùm vellent aſcendere in † locum atq; regionem ſuper cæleſtiũ Sanctorum, ac vigilantium diuerſorium; & merces eorum ita apertè in ipſorum capita recidit: quomodo nõ magis condemnabuntur, & ſupplicio digni cenſebuntur, qui Apoſtaſiæ ſeparationem diſſeminare cogitant in cordibus mortalium, aduerſus Deũ Patrem, & vnigenitũ ipſius Filiũ, & Spiritũ ſanctum? Meis igitur præceptis, atq; doctrinæ ſedulò operam dantes vt mei diſcipuli, à Catholica ne deſciſcatis fide; quam & ipſe à teneris annis acceptam, immobilem atque inconcuſſam ſeruaui: neque ab illa in aliquo dubio ac ſchiſmate, deflectatis. Si quis verò dubitauerit, aut contra Deum, ſanctamq; eiꝰ Eccleſiam impingens ac diffluens, ſeparatꝰ fuerit; ſpirans adhuc & viuus in infernum detrudatur: & particeps hæreditatis maledictionis Caim reddatur, gemenſq; ac tremens ſit ſuper terram. Et quicunque Patre Filium minorem fecerit; inhumatus & abſque ſepultura ipſe etiam viuus in terram pariter deſcendat. Si quis verò aduerſus Spiritũ ſanctũ diſſenſerit; talis in iudicio miſericordiã nõ obtineat. Et ſi quis aduerſus Catholicã Eccleſiam ſeſe extulerit; leproſus fiat, inſtar demẽtis ac ſtulti Giezi. Quicumque porrò rectam intelligentiæ fidem dereliquerit; conſtringatur iniquitatis funiculo proditoris Iudæ. Quam enim ego accepi fidem, † hanc à ſanctis didici Apoſtolis: ipſique cùm eam à Deo percepiſſent, omni creaturæ prædicârunt. Intolerabilis ergo, & euitanda ſummopere iniquitas eſt, in Deum blaſphemia: cuius vos eſcam atque illecebras fugite apertè, ô mei diſcipuli. Siquidem in Deum vniuerſorum, apoſtaſiam is prædicat; qui † blaſphemat, & fundamentum verbi fidei emouet. Nesque graui ſeruitute † oppreſſi à moroſa carne, erigere nos facile nequimus.

† al. inſipientiæ.

Pſalm. 138.

*γεώργιον.

Ne ergo peccatis peccata cumulemus. Expectationem autem habeo ſpei in hoc, & conſolationem dilectionis coram Domino, quòd nullatenus Dominum in tota vita mea maledictis inceſſerim: & ſermo † ſtultus non prodijt ex labijs meis. Eos enim qui oderunt te Domine, perfectè odio habui: & inimicos tuos prorſus abominatus ſum. Verborum meorum memoriam, fratres mei, veſtris inſculpite cordibus: nam & eorum ab initio auctor mihi exſtitit Deus. Et hæc vobis in Deum ſit † exercitatio: vt ſcilicet, vigilias aſſiduas, pſalmodiaſque, ac

ieiu-

A ieiunia, & fidem diligatis: & ſemper Dominum † omnium, & Saluatorem no- *al. vniuerſorum.
ſtrum IESVM Chriſtum ſperetis atque exſpectetis.

Habere nos præterea cum charitate oportet etiam hoſpitum ac peregrinorum Hoſpitalitas
ſuſcipiendorum curam. Nam qui peregrinum ſuſcipit, planè is † Deum ipſum commendatur. †al. Chriſtum.
ſuſcipit. Videte ergo, ne quis peregrinum talem dicat: ſed quilibet potius veſtrũ,
eum vt proprium appellet membrum. Et circa fidem maximè eſtote conſtantes,
cauẽtes vobis ab aduerſarijs, iniquitatis inquam operatoribus, & vaniloquis, & ſe-
ductoribus. Quod quidem etiam Apoſtolus dicere atque docere non neglexit, vbi Actor. 20.
ſic loquitur: Scitote quòd poſt diſceſſionem meam intrabunt ad vos lupi † graues, *vulg. rapaces.
non parcentes gregi, loquentes peruerſa, vt † auellant diſcipulos poſt ſe. Et alibi *vulg. abducãt. Matth. 7.
in Euangelio, dicit Dominus: Qui veniunt ad † vos in veſtimentis ouium, intrinſe- *al. intrabunt.
B cus autem ipſi ſunt lupi rapaces: verba quidem, inquit, dulcia habentes, cor autem Matth. 7. 13.
plenum felle & amaritudine. Et veſte quidem induti ſunt lugubri, cum ſint ipſi di- *al. Zizania
ſcipuli ab initio, inuidentis nobis Diaboli: quapropter & illius ſunt † zizaniorum abſq; (ſemina.)
ſemina. Omni igitur ſtudio atque diligentia vobis cauentes, fugite iſtorum con- Ab exemplo
ſuetudinẽ. Clarum autem vobis huius do exemplũ, chariſſimi, de pagano ac ruſti- alicuius ruſtici.
co: qui, ſi conſiſtẽs inueniatur in loco regio, licet etiã nihil mali atq; abſurdi viſus
fuerit perpetraſſe; nihilominus velut temerarius dedecore afficietur, & in iudiciũ
adductus examinabitur ſecundùm leges, tanquam peregrinus nimirum talis loci.

Ne igitur ſimul cum illis ſedeatis in concilio vanitatis eorum, & ne inueſtigetis Hæretici vt
ſemitam cogitationis ipſorũ. Parum † enim intereſt, an cum dæmone quis habi- vitandi.
tet, an cum viro Apoſtata, & deſortore iniquo: adiuratus enim dæmon, præ timo- *al. nihil enim
re aufugiet; cùm ibi permanere nequeat, vbi Chriſtus aduerſus ipſum nominatur. intereſt.
C Tu porrò ô homo, cùm foris in Chriſti corpore ſis; ſi intus quoq; in ſpiritu ipſius
es, perfectus homo † Dei es. Quoniam vir qui non accepit baptiſma, ſimilis eſt do- *al. Chriſti es.
mui cuidam præparatæ Regi, quam nullatenus Rex habitauit. At ſi iniquum & infi-
delem adiuraueris; dupliciter hic ſua malitia vtetur: neque quidquam de ſua inſa-
nia remittet. Adiurari autem magis poſſunt impuri dæmones, quam perſuaderi
iniquitatis filij. Siquidem dæmones Filium Dei confitentes, dicunt: Tu es Chri-
ſtus Filius Dei. At principes & prædicatores Apoſtaſiæ, Iudæi † inquam, & Paulia- Matth. 4. Luc. 4.
ni, impij & Chriſtum oppugnantes pertinaciter contendunt, referuntq; ipſum nõ *al. Pauliani
eſſe Filium Dei. Et vide effrænatos atq; acerbos eorum mores. Auctor ac princeps cum Iudæis, im-
Apoſtaſiæ ipſorum, exclamat, & dicit: Quid nobis, & tibi, IESV Fili Dei? Et ipſi aſ- pij & oppugnatores Chriſti.
ſiduè negant. Si ergo fieri poteſt, vt ſterilis ſalix in loco arido & ſicco germinet: Matth. 8. Luc. 8. A SIMILI.
D fieri quoq; poterit, vt aliquando Apoſtata erudiatur. Nam elatæ mentæ mentis cõ-
ſilia, & ſenſus humiliabuntur. ſicut prophetæ videtur Eſaiæ, prædicanti: Omnnis Eſa. 40.
mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas.

Si igitur Salix ſterilis in aſpreto quandoq; germinabit; etiam propheticus nobis *al. & accedent
ſermo confirmabitur: & plura atque maiora ijs, euenient. Et † accedent prædones ſponte iniuſti
& iniuſti ad diſcendam veritatem. Sicut autem coruus nequit vmquam fieri al- ad cognoſcendam viam veritatis.
bus: & ſi hic inalbuerit, etiam malus efficietur bonus; & accedens, quod bonum eſt
addiſcet. Contigit verò interdum, vt hyberno tẽpore, decidente niue, coruus † ali- †al. quandoque.
quamdiu albus viſus fuerit, licet aliàs ſua natura is obſcurus ac niger eſſet: ſimulat- SIMILIA.
que enim ſeſe ad volandum incitauit, totamq; à ſe niuem excuſſit, eodem quo an-
tea colore videntibus apparuit. Similes quoque huic ſunt peccatores: quippe qui, †al. temporariæ.
E cùm ad breue tempus compuncti oſtenderint † temporarios pœnitentiæ fructus,
futuri iudicij verba formidantes, eò quòd in tempore atq; propoſito compunctio-
nis eorum ſtabiles non permanſerint, paullò poſtea quaſi omnium obliti, iterum
ad priſtinum vitiorum locum abripiuntur.

Audite inſtituta atque præcepta mea, ô diſcipuli mei, † eaque ſemper memoria †al. & mei ſemper memineritis.
tenete: neq; à via veritatis † recedatis: neque traditiones & admonitiones meas de-
clinetis. Cùm autem bella audieritis, & tumultus in creatura; ſcitote quod in †al. excidatis. Matth. 24. &
ianuis adſit finis: & ſpem ideo veſtram firmiter conſtanterque retinete. Scriptum Lucæ. 21.
enim eſt, fore vt cuncta fiant, quæ in Scriptura dicta ſunt. Nam cælum (in-
quit) & terra pertranſibunt: iota autem vnum, aut vnus apex de lege præterire Ibidem. & Matth. 5.
non poterunt: quemadmodum Dominus & magiſter noſter per ſemetipſum iu- Ibidem.
rauit & dixit. Noſtis autem ipſum veracem eſſe, & numquam mentiri. Vt ergo ad-

ſtare

ſtare queamus incorrupto & immutabili iuſtiſſimæ† ſententiæ Iudicij; demus ſeriò A
†δικαιοκρισίαν
operam, vt noſmetipſos per bona opera perfectos atque integros in patientia aſſi-
duè reddamus.

Sequentia non ab Ephræm in ſuo Teſtamento relata, ſed à diſcipulis poſt ipſius obitum verbis Teſtamenti attexta ſunt.

Interea verò dum iſta cùm lachrymis Sanctus ac beatus vir præciperet atque
mandaret & totius ciuitatis multitudo circumſtaret ac fleret, mulier quædam no-
mine Lamprotate, magni Ariſtidis filia, ſemota hinc inde virorum & mulierum
turba, procidit ante pedes eius, & dixit: Per Deum tuum, quem à iuuentute tua, vſq;
ad ſenectutem dilexiſti, permitte mihi ancillæ tuæ, vt exiguum loculum, ſicut
præcipiendo adiuraſti nos, facere poſſim, in quo venerabiles Reliquias tu-
as recondam. Ille autem ſuſcepto atque probato propoſiti illius feruore, dixit ad
illam: Mulier, vade: fac† quemadmodum tecum propoſuiſti: & alias hoc facere B
volentes, ne impedieris. Ex marmore autem, caue munumentum mihi feceris: ni-
hil enim mihi vana gloria proderit.

*al. fac quæ decreuiſti.

*al. grauiſſimū.
*ἐν δίφροις.
* al. pium ac fas eſt.
Adluſio fit ad Euam.
1 Cor. 11.

Mandatum porrò hoc† breuiſſimum tibi impono, quod, vide vt ſerues: Ne pror-
ſus† in lecticis ſedeas. neque enim pium † eſt ac ſanctum, neque licitum, vt homo
ad geſtamen mulieris ſuas ceruices reclinet; & ſatellites ſuis humeris circumferāt
eam, quæ nobis interitus ac mortis cauſſa fuit: ſiquidem Chriſtum ad cuius adora-
tionem accedis, ipſum iugo ſubijcis. An non legiſti, vel audiſti, quòd omnis viri
caput ſit Chriſtus? Et cum quidpiam alicui metiris; memento reſurrectionis
vniuerſalis, & actionum noſtrarum retributionem ibi nobis futuram à Deo. Nam
in qua quis menſura emenſus fuerit, eadem remetietur illi. Quin & ipſum fortè
Deum audiſti dicentem: Vnumquemque ſecundùm vias veſtras, & iuxta ſtudia ve-
ſtra, iudicabo vos, domus Iſrael: viuo ego, dicit Dominus.

Matth. 7. Luc. 6. Ezech. 18.

Tunc iurauit puella coram circumſtante populo, dicens: Per Deum, cui con- C
ſtanter à iuuentute tua vſque ad ſenectutem inſeruiſti, in poſterum non ingredi-
ar lecticam: & non ſubibit homo amplius geſtaturus lecticam meam. Quòd ſi mē-
tita fuero; veniat in eadem hora, romphæa reſolutionis atq; euerſionis in iuuen-
tute mea: & * in futuro igne, portio mea cum impijs computabitur. & ſi mandata
tua tranſgreſſa fuero, in exemplo proponar, coram tota Dei Eccleſia.

†al. & in æterno gehennæ igne cum iniquis cōputetur portio mea.

Beatus autem vir reſpondens, ad illam dixit: O filia, priuſquam deficiam ac mo-
riar, benedicam tibi ſecundum propoſitum atque deſiderium tuum. Non deficiat
ex ſemine tuo, Sanctorum doctrina vſque in ſecula. Cùm venerit Chriſtus ad mu-
tandum cælum & terram ipſe memoriam tuam in libro † vitæ inſcribet in regno
cælorum. Et pax Dei, quæ Sanctos ſertis coronat immaculatis, in vocatione præ-
mium tibi largiatur, ſecundum cor tuum. Quoniam Deo & Patri conuenit gloria,
& vnigenito Filio adoratio, & Spiritui ſancto maieſtas atque magnificentia, ante D
omnia ſecula, & nunc ſemper: & in generationum generationes, per infinita ſecu-
la ſeculorum. Amen.

*al. libro viuentium, in regno cæleſti inſcribet.

Et hæc, ac plura his alia dicens, † animam Deo reddidit. Defunctuſque eſt Beatus
in Domino, in optimo vitæ ſtatu: & factum eſt ipſius corpori, ſicut ſuis ipſe man-
dauerat diſcipulis, ad gloriam Dei omnipotentis. Amen.

†al. emiſit Spiritum.

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

Sanctus Pater hic noſter Ephræm, poſt vitam bene beateq; peractam, & ad extremum ſenium produ- E
ctam, ac poſtquam ſe (vt in eius eſt Vita) exemplum diuinæ virtutis exhibuiſſet, plurimoſq; ſanctæ
doctrinæ Sermones expoſuiſſet, ac declamaſſet, præſcius ſuæ mortis præſens hoc ad diſcipulos & quoſ-
cumque Monachos, atque Chriſtianos compoſuit Teſtamentum, de futuris vnumquemque admonens,
& ſalutaribus vitæ præceptis ſingulos inſtruens: Hæreſes & Apoſtaſias nefarias deteſtans, & errantes ad
viam rectam reducens: quæque ad ſalutem cuiuſque neceſſaria ſunt proponens, & cunctos in viam ſalutis
dirigens: malos à prauis inſtitutis reuocans, & bonos in bono vitæ inſtituto confirmans, variaq; vitæ ac
morum præcepta cunctis pro optimo Teſtamento reliquens. Hæc legata ſunt pia religioſiſſimi Patris no-
ſtri Ephræm, hæ diuitiæ, iſti opum eius theſauri, iſta eius bona, ſaluberrima nimirum vitæ morumq; docu-
menta: quæ non ſolùm ſuis diſcipulis ac monachis, ſed etiam alijs probis ſecularibus, aut verius cunctis
Chriſtianis ſaluari cupientibus ex teſtamento legauit, & commendauit. Reliqua ex ipſius Teſtamenti
(quod hic omnibus legendum proponitur) verbis, melius pleniuſq; conſtabunt.

Exijs

A *Ex ijs, quæ circa verba Textus notanda & illuſtranda potiſſimùm occurrunt, primum eſt illud Oſeæ Prophetæ quod ab Auctore in hoc ſuo Teſtamento adducitur in hac ſequentia verba:* Canities effloruit Ephræm, & ipſe non eſt reueritus, &c.] *pro quo al. ſic legitur:* Cani effloruerunt Ephræm, & ipſe ignorauit, &c. *vt eſt in Græca Romana editione LXX. At in vulg. habetur:* Cani effuſi ſunt in Ephræm, ipſe autẽ ignorauit, &c. *Locus eſt Oſeæ 7 cap. Similiſq; notanda occurrit lectionis varietas in ſequentibus hic eiuſdem Prophetæ verbis:* Ephræm vitula furore agitata, docta diligere contentionem, &c. *concordatq; lectio editionis LXX. niſi quòd illud (*furore agitata*) ibi deſit. quod etiam à vulg. Oſeæ 10. abeſt, vbi al. legitur:* Ephræm vitula docta diligere trituram, &c.] *vt etiam hunc locum legit S. Gregorius Papa cognomine Magnus in morali expoſitione lib. 20. in trigeſimum caput Iob, cap. 16. illiuſq; explicationem ac rationem reddit talem: Vitula enim trituræ laboribus aſſueta, relaxata plerumque ad eumdem laboris vſum etiam non compulſa reuertitur, &c. Et ſicut alibi in Ezechielem lib. 1. homil. 10. eumdem hunc Oſeæ locum adducens, commutatis verbis idem dicit Gregorius: Vitula etenim in tritura* B *areæ aſſueta etiam ſi relaxatur à labore, ſponte redit, &c. Quò etiam reſpexiſſe videtur S. Bernardus ſuper Cantica, Serm. 9. vbi eumdem Prophetæ locum citat, & dicit: Cæterùm quod in his omnibus eſt, totum conſtat de conſuetudine, de dulcedine nihil. Quid niſi, iuxta Prophetam, vitula Ephræm ſum, docta diligere trituram? &c. Sicq; idem S. Bernardus libro 1. de Conſiderat. ad Eugenium Papam tertium, cap. 1. iuxta noſtram diſtinct. vbi habet: Attritæ frontis es, & inſtar vitulæ Ephraim, doctus diligere trituram, &c. ſiue vt alia ibi lectio habet: dirigere trituram, &c.*] *De qua varietate, pluribus ibidem in noſtris Scholijs: quibus & allegatum locum, & omnes pariter quinque eiuſdem de Conſideratione libros illuſtrauimus.*

Et nunc volo, fratres mei, commonefacere & rogare vos: vt poſt meum exitum ac tranſitum, aſsiduè memoriam mei in veſtris precibus faciatis, &c.] *Ecce S. Pater Ephræm per verba Teſtamenti ſui petit pro ſe defuncto orari per viuos: & hoc non ſemel, ſed pluribus vicibus, diuerſiſq; locis in hoc ſuo* C *Teſtamento petit, ac repetit, magnum ſcilicet ſuum in illo deſiderium explicans, & quid quantumque viuorum ſuffragia pro defunctis valeant, oſtendens. Sed quid ad hæc nobis impij reſpondebunt Hæretici, dicentes pro mortuis orandum non eſſe; viuorumque ſuffragijs eos haud quaquam iuuari poſſe? In quorum confuſionem, non ſolùm hic noſter Ephræm affirmat pro mortuis orandum: ſed etiam pro ſeipſo defuncto aſſiduè orari, ac ſacrificia offerri, ſerio enixeq; crebris votis depoſcit, efflagitatq; ſicut vbi dicit:* Reminiſcamini mei vilis & abiecti in ſanctis veſtris precibus, cunctiſque deprecationibus: nam in vanitate & peccatis vitam meam tranſegi, &c. *Longiuſq; hic poſtea, vbi habet:* Oro vos quoque, dilectiſsimi, ne cum aromatibus me ſepeliatis: at date vaporationem fumi boni odoris in domo Domini, & me orationibus potius veſtris comitamini, & aromata Deo offerte, &c. *Sequiturque ibidem:* & pro ſuaui odore, aromatibuſque pellucentibus, veſtris me orationibus atque deprecationibus adiuuate, obſecro, ſemper mei in ipſis memoriam facientes, &c. *Longiuſq; poſtea, vbi ait:* Comitamini me in Pſalmis atq; orationibus veſtris, & aſsiduè pro mea paruitate ſacrificia & oblationes facere dignemini. Et quando diem trigeſimum compleuero, mei memoriam faciatis. Mortui enim in precationibus atque oblationibus commemorationis ſanctorum viuentium, beneficio afficiuntur, &c. *Hæc inter alia in hoc ſuo Teſtamento adducit Ephræm, quibus hæretici impugnantes viuorum ſuffragia pro mortuis fieri ſolita, reſpondere prorſus non poterunt. Suffragaturque hic* D *noſtro Auctori S. Ioannes Chryſoſtomus, qui in ſua Liturgia ſeu Miſſa adhunc modum commemorationem defunctorum facit, ac dicit:* Memento Deus, omnium qui dormierunt in ſpe reſurrectionis ac vitę æternæ: & requieſcere eos facito, vbi videtur lumen vultus tui, &c. *In eandemq; ſententiam ab eodem Chryſoſtomo in homilia 69. ad populum Antiochen. ſic ſcribitur:* Non temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs, defunctorum agatur memoria: ſciunt enim illis multum contingere lucrum, vtilitatem multam, &c. *quæ eadem ab eodem repetuntur Chryſoſtomo, Sermone 3. in Epiſt. ad Philip. cap. 1. in morali digreſſione. Idemque efficaciter ab eodem confirmatur & in Hom. 41. in priorem Epiſt. ad Corinth. vbi de hoc pluribus. Sicut etiam à S. Gregorio Nazianz. in fine Orationis ſuæ funebris in morte fratris Cæſarij, ac alibi. & à S. Athanaſio ad Antiochum principem, quæſt. 34. item Epiphanio, lib. 3. aduerſus hæreſes, tomo 1. contra hæreſim 75. Et Ioanne Damaſceno in ſer-* E *mone pro eis qui in fide deceſſunt. Et in Serm. quem fecit ad demonſtrandũ, quantũ bona opera viuorum, proſint defunctis, &c. Quòd ſi Latinorũ quoq; auctoritatẽ requiris, lege inter alios Tertullianum in libro de corona militis, vbi ait:* Oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua die facimus, &c. *ac in ſuo libro de Monogamia, vbi habet:* Vxor pro anima viri oret, & refrigerium interim poſtulet ei, & offerat annuis diebus dormitionis eius, &c.] *item S. Ambroſium, in Oratione funebri ſuper obitu Valẽtiniani Imperat. & Gratiani, vbi non ſolùm pro defunctis illis orat, ſed & alios ad idem agendum incitat. Et in funebri Oratione, quam habuit in obitu Imperatoris Theodoſij, vbi inter alia ſic dicit, ac orat:* Da requiem, Domine, perfectam ſeruo tuo Theodoſio, requiem illam quam præparaſti ſanctis tuis &c. *ac de eodem ibidem poſtea:* Dilexi, & ideo proſequor eum vſque ad regionem viuorum: nec deſeram, donec fletu ac precibus inducam virum, quò ſua merita vocant in montem Domini ſanctum, &c. *item in Oratione funebri ſuper morte fratris ſui Satyri, vbi multum pro anima eius orat, & alios ad precandum pro eadem hortatur: quod idem & alibi ſæpe pro alijs facit. Quod etiam Chriſtianæ pietatis officium vehementer commendat S. Auguſtinus in ſuo libro quem inſcripſit, de cura*

ORANDVM ESSE PRO FIDELIBVS DEFVNCTIS.

AVCTORITATES GRAVISSIMAE.

pro mortuis gerenda, ad Paulinum. & in lib. 9. Confeſſ. vbi de pia matre ſua Monica refert, quòd ex hoc ſeculo migratura rogauerit ipſum, vt ad altare Domini, memor eius aſſiduè eſſet, &c. De quo etiam pietatis officio pro defunctis præſtando, pluribus in locis alij Sancti Patres agunt, Cyprianus, Hieronymus, Gregorius, Bernardus, & reliqui: ad quos, Lectorem qui plura in hanc partem videre volet, vt ſim breuior, remitto.

Et vos fratres, nolite mirari ſuper aliquibus, qui obedientiæ diſciplinam complexi, receſſerunt à me, &c.] *Hæc propter eos dicit, qui excuſſo obedientiæ iugo, ab ipſo defecerunt, & orthodoxa relicta fide ad impias hæreſes deflexerunt: cuiuſmodi inter alios fuerunt, Paullonas, & Arouandran, ſiue Thouadar, atque Aranad, & al. Anarad, &c. De quibus hic longius poſtea, vbi dirum væ illis, & omnibus alijs Hæreticis, quos ibidem recenſet, imprecatur: ſicut contra, bene ominatur atque precatur omnibus ijs, qui in recta ſecum fide conſtantes permanſerunt. De illis porrò qui ab ipſo defecerant, & ab impias hæreſes declinârant, etiam ſcribit Sozomenus in hiſtoria Eccleſiaſtica libro 3. cap. 15. & Nicephorus Calliſtus libro 9. cap. 16. & alibi.*

Poſtea, vbi in Teſtamento Ephram habetur: Et ne ſinatis me in domo Dei poni, aut ſub altari: non enim decet vermem putredine ſcatentem in templo & ſanctuario Domini reponi, &c.] *pro eo al. legitur:* Et non permiſeritis me in domo Domini poni ſub altari: non enim fas eſt, me vermem putredine plenum in templo ſancto Domini reponi. *& al.* in ſanctuario templi Domini ſepeliri, &c.] *Sunt autem hæc per magnam Sancti viri humilitatem dicta, vt quiuis videt. ſicut & alia plura poſtera poſt ſequentia, videlic. ne cereum ei accendant: ne veſtes eius pro reliquijs tollant: ne ex marmore ipſi monumentum faciant: ne cum ſuaui ipſum odore ſepeliant, &c. ſicut & prius vetuit ſe cum myrrha recondi, (& al. condiri) atque in Eccleſia inhumari: cùm inter peregrinos & aduenas cupiat in cœmeterio ſepeliri, ſicut poſtea clarè dicit, mentemq; ſuam explicat.*

ABAGARI REGIS EXEMPLVM.

Nam quando Rex Abagarus, qui ciuitatem Edeſſam exſtruxit, rogabat, exciperet eum, qui peregrinus iu terris apparuerat, Saluatorem, inquam, vniuerſorum, ac Dominum Chriſtum, dicebat: Omnia audiui, quæ à tu facta ſunt, & quæcunque à Iudæis paſſus es: veni igitur huc, & nobiſcum habita, &c.] *Iſta al. cum præcedentibus ſic iunguntur, atque leguntur:* Ipſa enim ſapientum eſt ciuitas, & mater Edeſſa: quæ etiam palam ex ore Chriſti benedicta eſt per ſuos diſcipulos, noſtros autem Apoſtolos; quando Rex Abagarus, qui eam ædificauit, ſalutem dixit Saluatori vniuerſorum Chriſto Domino, cum miſiſſet ad eum, dicens: Quoniam audiui de te, & de ijs omnibus quæ à te facta ſunt, quæque ab impijs Iudæis paſſus es, &c. *quæ etiam lectio, & interpungendi ratio placet.*

ABAGARI VARIA APPELLATIO.

*Legitur autem pro (*Abagarus*) hîc etiam Augarus, & Abgarus, & Agabarus, in alijs atque alijs manuſſ. Græcis: quomodo etiam diuerſimodè hic Rex nominari reperitur à Scriptoribus de eo tractantibus; licet tamen communius ac ſæpius (Abagarus) ſcribi, diciq; ſoleat. Miſſionis porrò eius, atque Epiſtolæ ad Chriſtum directæ (qua ipſum ad ciuitatem Edeſſam inuitabat) etiam meminit Euſebius Pamphili, lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 15. vbi exemplar Epiſtolæ Regis Abagari ad Chriſtum ex Syrorum lingua tranſlata ponitur: & viciſſim exemplum reſcripti ab Ieſu per Ananiam curſorem ad Abagarum directi, adducitur.*

NOTA.

Quas quidem duas Epiſtolas ibi per Euſebium citatas, ac poſitas, etiam ab antiquioribus citra dubitationem aliquam fuiſſe receptas, clarè teſtatur epiſtola Darij Comitis ad S. Auguſtinum, in qua earundē argumentum enarrat: & ex illis, ad perſuadendum S. Auguſtino, vt ſua ſcripta ad ſe mittat, exemplū adducit. De quibus, vide Auguſt. epiſt. 269. iuxta edit. Louan. item Euagrium lib 4 cap. 26. & Cardin. Baronij Annal. tomo 1. in Abagaro. vbi quoque has ipſe Epiſtolas citat, & ad longum ex Euſebio ponit, aliaq; huc ſpectantia affert. vt etiam in Tomo 7. Annal. in Coſroe Edeſſam inuadente, ex Procopio, & Euagrio, &c. ad quæ loca videnda, lectorem remittimus.

Poſtea, vbi apud Auctorem reperitur: Et denuò dixit: Admoneo & interdico, ne quiſquā cereum mihi in exitu meo accendat, &c. *in alio Græco manuſſ. exemplari legitur:* Et rurſus admonens dixit: Si cereum quis mihi in exitu meo accenderit, ipſe in æterno illo igne conſumatur, &c.] *Hæc verò non ex aliquo contemptu cereorū (in exitu ex hac vita, & in funeralibus, atque officijs mortuorum, accendi & piè adhiberi ſolitorium) dixit, abſit: ſed ex magna & incredibili humilitate, reſpectu ſui ipſius, quòd nimirum ſeipſum indignum reputet; ſicut & paullò hic poſtea ſe vetat cum ſuaui odore ſepeliri, & ex marmore ſibi monimentum fieri, ſeq; (vt antea dixit) in Eccleſia inhumari, myrrhaq; condiri, &c.] Vſum porrò cereorum, & thedarum, atque aliorum liminarium, in funeralibus, & fidelium defunctorum officijs adhiberi ſolitorum, non eſſe nouiter inuentum: ſed antiquiſſimis Chriſtianorum temporibus introductum, teſtantur inter alios S. Gregorius Nazianzenus, in 2 Oratione ſua in Iulianum Apoſtat. vbi de ſepultura Conſtantis Imperatoris agit. Et Ioannes Damaſcenus in hiſtoria de Balaam, & Ioſaphat: vbi de illorum ſepulturis mentionem facit. & S. Hieronymus in Epitaphio Paulæ matris, ad Euſtochium virginem. ac S. Ioannes Chryſoſtomus, in Homilia 70. ad populum Antiochen. cuius titulus eſt:* Quòd pro defunctis non ſit lugendum, ſed orandum. *Prodeſſe porrò iſta animabus Chriſti fidelium, haud obſcurè Damaſcenus oſtendit in ſuo quem habuit Sermone, pro eis qui in fide deceſſerunt. vbi inter alia ait:* Oleum, & cera pro defuncto holocauſtum eſt: incruentæ autem hoſtiæ, id eſt, Euchariſtiæ oblatio, propitiatio eſt. Quod verò in pauperes collocatur beneficium, omnis bonæ retributionis eſt augmentum, &c.

VSVS LVMINARIVM IN FVNERALIBVS, ET DEFVNCTORVM OFFICIIS, ANTIQVISSIMVS.

Et

A Et generoſus quidem decet regnum: infimis verò, malitiæ conuenit conſolatio, &c.] *Vbi per τὴν τοῦ στρατοῦ παρηγορίαν, id eſt, per militiæ conſolationem, &c. fort. ſignificare vult, infimæ ſortis hominibus ad conſolandam ignobilitatem, ſatis videri debere, ſi in album militum referantur. militia enim eſt vita hominis ſuper terram. At olim apud Romanos & Græcos non quislibet militare fas erat, (vt norunt qui in antiquis Hiſtorijs verſati ſunt,) & milites ferè eo ipſo erant in honore, &c.*

COEMETERIORVM RATIO, VSVS, ET ANTIQVITAS.

In cœmeterio igitur, vbi contriti iacent corde, me deponite, ac tumulat, &c.] *Vbi alia lectio habet:* Et quilibet homo ſuo gaudet conſorte, in cęmeterio (inquam) vbi iacent contriti corde, ibi me ſepelite, &c.] *Eſt autem Cœmeterium, Græcè κοιμητήριον, vox notæ ſignificationis, illum apud Chriſtianos denotans locum, in quem Chriſti fidelium corpora inhumanda paſſim inferuntur, inde (vt appareret) deducto vocabulo, quòd ſicut ſacræ litteræ, ſanctiq; Patres obitum iuſtorum ſæpe ſomnum dicere conſueuerunt: ita locum illum ſacrum, vbi communiter fideles ſepelirentur, ac requieſcerent, cœmeterium, i. dormitorium, à verbo κοιμάω, hoc eſt, dormio, rectè appellandum cenſuerunt. Cupit ergo S. Pater Ephræm* B *in cœmeterio. i. in communi fidelium dormitorio inter aduenas & peregrinos ſepeliri, atque quieſcere. cauſſamq; hic iſtius ſuæ petitionis reddit: tum, quia omnis caro (inquit) ei adhæret, cuius eſt particeps; & quilibet homo ſuo gaudet ſimili, atque conſorte: tum, vt cum alijs iuſtis ibi ſepultis, in vniuerſali carnis reſurrectione ſimul reſurgere valeat, &c. Et hinc duo notare licet, magnam ſcilicet humilitatem viri: & antiquiſſimum cœmeteriorum, inter Chriſtianos pro ſepeliendis Chriſti fidelibus vſum.*

NOTA.

Poſtea vbi Auctor habet: At licet iudicium vniuerſæ terræ feceris, ſicut gratia tua declarat ac poſtulat; non ſaluabitur vnus ex millibus, &c.] *alia lectio ſic:* Et licet vniuerſam terram ex gratia & miſericordia iudicaueris; vix tamen vnus ex mille ſaluabitur, &c.] *Quibus verbis apertè ſignificare videtur etiam ſi iudicium ſecundùm miſericordiam & gratiam fieret, tamen vix vnum de mille ſaluandum: quanto pauciores ergo (inquit) ſaluabuntur, ſi ex ſola iuſtitia iudicium fiat? &c. vnde ſententia, vis comparationis clara eſt.*

C

Rogo & obſecro te, Saluator, ac bonitatis Filium Ieſum Dominum noſtrum, non vt adęques peccatores iuſtis: ſed vt miſerationes tuas ſuper me extendas, &c.] *Pro quo, alia ſic habet lectio:* Precor te, Saluator, non vt adæques peccatores, & iuſtos, te, inquam, obſecro, ô totius bonitatis Fili: (*& al.* te obteſtor, totius bonitatis Filium Ieſum Dominum noſtrum) ſed vt miſeraiones tuas extendere ſuper me digneris, ac ſuper pauperes meos. (*& al.*) ſuper humiles conſortes meos, &c.] *Vocat autem hic ſuos conſortes, diſcipulos ac ſequaces ſuos, qui in eodem ſancto vitæ inſtituto ſecum vixerant, ac Chriſto Domino ſeruierant, &c.*

SIMILIA NOTANDA.

Et videte in rebus etiam creatis ſingulis aliquid ſimile, veluti, germen vitis, racemuſque acerbus in agro, & vinum expreſſum in dolijs eſt, atque in ædibus, &c.] *Vult hîc oſtendere Auctor, fidelium defunctorum animas iuuari precibus ac ſacrificijs viuorum, ex conſenſione atque communione Sanctorum mutua: affertq; ſimile ex rebus naturalibus. Nam vinum quod eſt in dolijs, quaſi ſentiat vuas in vite maturas, fere ſolet (inquit) aceſcere, vt veluti nouo vino locum cedat. Cepa quoq; quamuis extra terram in ædibus ſub tecto deliteſcat, tamen germinat eodem tempore, quo cepa in agro ſata, quaſi ſentiat, id quod cæteræ cepæ in agris agunt ac ſub dio, ſibi quoque agendum pro viribus in tecto, &c. Si igitur iſta in* D *rebus naturalibus ſic accidunt: quanto magis (inquit Ephræm) mortui in viuentium commemorationibus atque oblationibus recreabuntur & vt alia ibi habet lectio: in memorijs veſtrarum oblationum recreabuntur, conſentientq;, &c.] probatq; hæc eadem conſequenter teſtimonijs atque exemplis ſacræ Scripturæ validiſſimis, & huc maximè facientibus.*

Poſtea ibi: At qui peccatum non perpetrauit, eſt veluti ad vnum diem permanens viator, &c.] *Vbi pro (μονήμερος παρόδιος. i. ad vnum diem permanens viator) al. mendosè hic reperitur, μονήμερος παράδεισος. i. quaſi ad vnum diem permanens paradiſus, &c. vt alius ante me Teſtamenti S Ephræm Interpres hunc locum legit ac tranſtulit: quam autem rectè & accommodatè, iudicent quicumque eruditi. Ego verò hic non παράδεισος. i. paradiſus) ſed (παρόδιος, ſiue παροδίτης. i. viator) contendo omnino le-* E *gendum: quomodo etiam in omnibus antiquis Græcis manuſſ. Vaticanis, & alijs collatis conformiter inuenitur, ac legitur.*

AMBA.

Paullo ibidem poſterius, vbi eſt: Incipiam autem & apud vos, mei diſcipuli, vobis bene precari. Amba, vir admirablis, Chriſtus magnificet monimentum tuum, &c.] *alia ſecus ſic habet lectio:* Veniam autem & ad vos iam veſtri cauſſa, ô mei diſcipuli, &c. *ac al.* Incipiam autem pro vobis apud vos agere, vobiſque benedicere, ô diſcipuli mei. Amba, vir admirabilis, &c. *ac al.* Abba. *& al.* Abraam, vir ſuſpiciende. Ambaner vir admirabilis, Chriſtus tuum in terra nomen magnificet, fiatque, &c. *vbi tamen* (Amba, *vel* Abba) *legendum potius arbitror, quomodo etiam in pluribus Græcis manuſſ. hic reperi: & voce Syra atque Chaldæa ac Ægiptiaca, & Coptica, hæc pro eodem accipi ſolent. Quibus accedit, quod & Alexandrini Patriarchæ ſe in omnibus fere ſuis ad ſummum Pontif. miſſionibus atq; Epiſtolis, Amba nuncupare ſolent: ſicut etiam ex poſtremis ipſorum ad Gregorium Papam XII. Sixtum V. & Clementem VIII. legationis litteris, optime liquet omnibus: vbi pater Patriarcha Amba Ioannes, & pater Patriarcha Amba Gabriel nominantur, &c.*

NOTA.

Zenobius, vir Giſdraſçus, quod interpretatur venatorius vir, & exercitatus, ac potens validusque A bellato, &c.] *vbi al.* Zenobius vir Gizaræus, *& al.* Zigarçus, quod eſt, vir exercitatus, & fortis bellator, &c, *ac al.* quod interpretatur, vir agilis atque expeditus, & potens ex fortibus pugil &c. *vt pro (κυνηγικὸς. i. venatorius) κινηγικὸς .i. agilis & expeditus legatur, à verbo κινέω, id eſt, moueo, agito, &c. quæ ne confunderentur, nos vtramque lectionem in noſtra Latina tranſlatione coniunctim expreſſimus: quamquam tamen in plerisque Græcis exemplaribus hic pro (*Zenobius Giſdrazçus, *& al.* zigaræus.*) etiam Ζηνόβιος ἀνὴρ γῆς δρὰς. i.* Zenobius vir geſdras, *legatur, fort. qui ex terra profugit, ſiue qui terram ac patriam reliquit, &c niſi tamen quis illud per patronymicum ſic malit legi:* Zenobius vir Geſdralæus, &c. *ſicut paullo antea, ibi:* Maras vir Galilæus, &c *Sed de iſtis penitius iudicent eruditiores, & præſertim Syri, atque Chaldæi.*

Væ tibi Paullona, cuius mater ex mulieribus maledicta, &c.] *Sicut antea præcipuos quoſdam ex ſuis enumerauit diſcipulos, qui ſecum in pio Religioſæ vitæ inſtituto ad finem vſque perſeuerarunt, eiſque* B *ideo bene precatus eſt: ita iam hic recenſet nonnullos mente deprauatos, qui excuſſo obedientiæ iugo, ab ipſo defecerant, orthodoxaq́; fide relicta ad impias hæreſes declinârant, quare & dirum eis Væ lamentabiliter imprecatur: cuiuſmodi fuerunt, Paullonas, & (de quo poſtea agit) Arouandran, ſiue Arouandan, & al. Aranad, ſiue Anarad, &c. quorum etiam Sozomenus alibi in S. Ephræm geſtis ac laudibus coniunctim meminit, & diſcipulorum quorundam eius præcipuorum nomina recenſet:* Ex quibus (*inquit*) illuſtriſſimi fuerunt, Abbas Zenobius, Abraam, Merus (*al.* Maras) & Symeon: de quibus tum Syri, tum quotquot doctrinæ Syriacę diligenter operam nauant, magnoperè gloriantur. *Adiungitq́; ibidē eos, qui à pia doctrina deſciuerunt, dicens:* Pari ratione etiam Paullonam, & Aranad, propter eloquentiam laudant illi quidem; tamen eos à pia doctrina, per errorem deſciuiſſe memorant, &c. *ita Sozomenus in hiſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 15. Suffragaturq́; Nicephorus Calliſtus de Ephræm diſcipulis in eandem planè ſententiam ſic ſcribens:* Multi quoque eidem in fuêre diſcipuli, qui inſtitutionem & philoſophiam eius ſunt æmulati, in quibus celebriores erant, Abbas Zenobius, Abraham, Maran, & Symeon, apud Syros ingenti gloria viri, & quibuſcum pręterea hunc vitæ modum illi communicauêre. C In locis verò eiſdem, facundia maximè præſtantes, Paullonas, & Anarad (*al.* Aranad) extiterunt: qui deinde lapſi, ſana exciderunt fidei doctrina, &c.] *Hæc de Ephræm diſcipulis Nicephorus lib. 9. c. 16. hiſt. Eccleſ. Addit porrò iam dictis diſcipulis adhuc alium S. Patris Ephræm diſcipulum Gennadius, etiam in tranſuerſum à doctrina Magiſtri actum, nimirum Paulinum. de quo ita ſcribit:* Paulinus presbyter, diſcipulus beati Ephræm diaconi, homo acris valde ingenij, & in diuinis doctus valde Scripturis: ſed viuente magiſtro clarus in doctoribus Eccleſiaſticis fuit, & maxime ex tempore declamator. Poſt illius autem obitum, amore primatus & nominis, ſeparans ſe ab Eccleſia, ſcripſit contraria fidei multa. Huic, moriturus beatus Ephræm aſtant ſibi dixiſſe fertur: Vide, Pauline, ne te ſubmittas cogitationibus tuis, & eleueris: ſed cum te ad purum comprehendiſſe Deum putaueris, crede nec intellexiſſe. Pręſenſerat enim illum ex ſtudijs vel ſermonibus noua inueſtigare, & in immenſum intellectum hęreſeon tendere: vnde & frequenter Bardeſanem nouellum eum vocabat, &c.] *ita de illo Gennadius in libro de viris illuſtribus cap. 3. Cuius tamen Paulini in ſuo hic Teſtamento ipſe Ephræm non meminit: fortè quòd meliora de illo ſperaret, licet ſecius poſt obitum ſuum de illo acciderit, quando Magiſtri iugo ac fræno liberatus, iam virus, quod* D *mente dudum conceperat, euomere liberius cœpit.*

Columna enim huius, ſedes eſt, quam tu dereliquiſti. Horribile vero prodigium, ipſe in tuo oſtendet corpore, qui cælum ſuſtinet, &c.] *Vbi in alio manuſ. Græco Cod. hæc paullo aliter ſic coniunctim leguntur:* Columna enim ſolij huius, quam tu dereliquiſti, prodigium horrendū (*& al.* finem horribilem) oſtendet in corpore tuo, quæ cælum ſuſtinet, & in qua nititur vniuerſæ creaturæ natura, &c.] *probaturq́; lectio: vt ſi omnia referantur ad nomen (ϛῦλος, id eſt, columna) & per eam hic metaphoricè intelligatur Chriſtus, eiuſq́; orthodoxa fides, à qua Paullonas (de quo hic loquitur) impiè defecerat, & perditionis omnium hæreſum particeps (vt ait Ephræm) factus eſt, &c.*

Verbum Dei, ac Filius Patris, in quem os tuum blaſphemauit, ſubtili inquiſitione exquirat à te exprobationem in ſe factam: ſimiliterque ab omnibus Hæretici Arrianis inquam, & Manichęis, Catharis, & Ophitis, &c.] *Hæc propter Arouandran, alium ex diſcipulis ſuis ex ſancta obedientia,* E *orthodoxaq́; fide in peſſimam hæreſim elapſum, (qui & Ἀρουανδὰν, & al. Θυνάδαρ, Syriacè inuenitur nominari) dolenter refert hic S. Ephræm: cui propter impias eius in Chriſtum Dominum blaſphemias, dirum quoque Væ imprecatur; ſicut & alijs impijs Hæreticis, Arrianis inquam & Manichæis, Catharis & Ophitis, &c. quorum hic nomina inter alia recenſet: ex quibus quia quædam fortè minus vulgo iam trita ſunt ac nota, de illis ſaltem aliquid opportunè dicendum hic nobis ex probatis Auctoribus erit; ac primò quidem de CATHARIS, ſiue CATHARORVM* hęreſi: *per quos, NOVATIANI* hæretici *intelliguntur, qui ab Eccleſia ſeparati, ſuperbo nomine ſeipſos καθαροὺς i. mundos appellabant, vt teſtis eſt Euſebius Cæſarienſis, lib. 6 hiſt. Eccleſ. cap. 34. & S. Gregorius Nazianzenus in tertia Oratione de Pace. ac S. Baſilius Magnus in canon. epiſt. 1. ad Amphilochium Iconij Epiſcopum, qua incipit:* Stulto qui ſapientiam interrogauerit, ſapientia reputabitur, &c. *vbi de Catharis hæreticis agitur. & in Commentario Balſamonis Patriarchæ Antiocheni ibidem addito; in quo de illis ſic habetur*

A *tur.* Nouatiani,qui & Cathari dicti ſunt,à Nouato quodam Romano,qui bigamos abhorrebat,& pœnitentiam non admittebat,&c.] *confirmaturq́; illud ipſum à S. Hieronymo,in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. vbi de iſtis ſic ſcribit:* Nouatianus Romanæ vrbis presbyter,Nouatianorum,quòd Græcè dicitur καθαρὸν,dogma conſtituit,nolens apoſtatas ſuſcipere pœnitentes,&c.] *De quibus plura qui volet, apud Epiphanium reperiet,in lib. 2. aduerſus Hæreſes,hæreſ. 59. & Theodorit. in libro hæreticarum fabularum,in Nouato,ac apud alios alibi.*

Sequuntur apud noſtrum Auctorem hic OPHITÆ,quaſi ſerpentini, ἀπὸ τοῦ ὄφιος, *id eſt,à ſerpente, ſic dicti:quod ſerpentem nutrirent,cui diuinum honorem tribuebant. Contra quos Hæreticos pluribus agit Epiphanius,hæreſ. 37. & in Anacephalæoſi,ſeu ſumma Operis à ſe conſcripti contra octoginta hæreſes, ad finem adiecta:vbi Ophitas hæreticos appellat, qui ſerpentem venerabantur, & hunc Chriſtum putabant: habebant autem ſerpentem hunc in ciſta quadam ſeu ſcrinio, &c. De quibus etiam Theodoritus in libro B citato,quo hæreticorum fabulas ac nugas reprehendit,vbi de Sethianis , ſiue Ophianis, & al. Ophitis agit. MARCIONISTARVM hæreſis,dicta atque deducta eſt à Marcione hæretico nefario ac impio:qui cum magiſtro ſuo Cerdone delirare ac inſanire primùm incepit, dicens inter alia Chriſti Patrē non fuiſſe Deum creatorem,qui per Filium mundum fecerat: & Chriſtum non fuiſſe verum hominem, ſed dumtaxat apparentem,& neque incarnatum,neque paſſum,&c. Quos eius errores,atque blaſphemias alias plures recitat & confutat Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes,cap. 29. & lib. 3. cap. 3. ac 11. & Tertullianus libris quinque aduerſus eum ſcriptis,quibus inter alia,ortum, patriam, lapſum,ſuperbiam, luxuriam,hypocriſim,mortemq́; eius graphicè depinxit. vt etiam in libro de carne Chriſti , & libro de præſcriptionibus,ac alibi. item Euſebius Cæſarien. libro 4 hiſt. Eccleſ. cap. 10. 11. 14. 18. 22. 23. 24. 25. &c. ac lib. 5. cap. 8. quibus etiam in locis nonnullos alios præclaros Eccleſiæ proceres citat,qui aduerſus immanem hãc beluam ſumma doctrina atque induſtria ſuis ſcriptis decertârunt; cuiuſmodi fuerunt, Iuſtinus Martyr, Dionyſius Corinthius,Theophilus Antiochenus, Modeſtus, Melito, Apolinarius,& alij,quos ibi Euſebius commemorat. Ab hoc porrò Marcione, dicti ſunt Marcioniſtæ hæretici,quorum hîc à noſtro C Auctore fit mentio(de quibus plura Epiphanius libro primo aduerſus Hæreſes,hæreſ. 42. vbi contra Marcionem ac Marcioniſtas agit,erroreſq́; illorum varios confutat. item Theodoritus lib. 1. hæretic. fabular. in Marcione. & S. Ephræm noſter Syrus hoc eodem Tomo 3. ſupra,in Serm. de Margarita pretioſa. & Serm. in Transfigurationem Domini:vbi acerrimè in Marcioniſtas incarnationem Filij Dei oppugnantes atque negantes,exclamat & inuehitur. His,ex Irenæo, alijſq́; de iſtorum hæreticornm impio Magiſtro addam,quòd cùm peſſimus Marcion aliquando Romæ Polycarpo obuiam factus eſſet,interrogaretq́; an ſe agnoſceret? Agnoſco,reſpondit ei Polycarpus , & cognoſco primogenitum Satanæ, &c.] ita de illo Irenæus libro 3. contra hæreſes,cap. 3. & Euſebius libro 4 hiſt. Eccleſ. cap. 14. ac S. Hieronymus in catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. in Polycarpo. EVCHITARVM error ac hæreſis narratur ab Epiphanio in Hæreſi octuageſima:ac in eiuſdem Anacephalæoſi,& à Theodorito in lib. hæreticarum fabularum , in Maſſalianis,ſiue Euchitis. De quibus Meſſalianis(qui Græcè* Εὐχῖται, *id eſt,orantes dicuntur) etiã agit S. Hieronymus in ſuo Proœmio in Dialogos aduerſus Pelagianos,tomo 2. Epiſtolarum, tractaturque de D eiſdem in hiſtoria Eccleſ. tripart. lib. 7. cap. 11. & refertur ibi inter alia,quòd Euchitarum,ſeu Meſſalianorum hæreſis ea tempeſtate ſit exorta:quæ inter alia,negabat gratiam in Baptiſmo conferri : ſed ſolam ſtudioſam orationem inhabitantem dæmonem effugare aiebat,&c. de quibus ibi copioſius. PAVLIANI* hæretici *(de quibus hîc conſequenter Auctor) à Paulo Samoſateno ſic dicti: de quo Euſebius Pamphili Epiſcopus Cæſarienſis lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 23. ſub finem ita enarrat:* Xyſto Romanæ Eccleſiæ per annos vndecim Sacerdotio procurato,ſuccedit Dionyſius. Et Demetriano apud Antiochiam defuncto,paulus de Samoſata ſacerdotium ſuſcepit:qui Paulus abiecta ſatis & indigna de CHRISTO ſentiens,traditionem doctrinæ Eccleſiaſticæ corrumpebat,dicens eum communis naturæ hominem dumtaxat fuiſſe,&c. *Conciliumq́; Antiochiæ iteratis vicibus congregatum fuiſſe aduerſus dictum Paulum Samoſatenum hæreticum, (cui,& S. Gregorius Thaumaturgus ad confutandum eumdē, interfuit) narratur ſequenti ibidem apud Euſebium cap. 24. & 25. illumq́; conuictum, & cum ſua hæreſi damnatum,atque depoſitum in vltimo contra eum habito ibidem Concilio fuiſſe refertur conſequenter ibidem ab Euſebio cap. 26. & in adiunctis eidem capiti Epiſtolis. De quo Paulo Samoſateno,eiuſq́; hæreſi, E plura videre licebit apud S. Athanaſium in lib. de Synod. & Epiphanium hæreſ. 65. per tot. ac in Anacephalæoſi eiuſ. nec non apud Theodorit. in lib. hæretic. fabularum, in Paulo Samoſat. & Photino , tomo 2. ſub finem. item S. Hieronym. in catal. Scriptorum Eccleſ. in Malchione diſertiſſimo Antiochenæ Eccleſiæ presbytero,qui aduerſus dictum Paulum eiuſdem Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum acriter diſputauit,eiuſq́; hæreſim redarguit. Cuius quoque errorem , ac Iudaiſmum impium alibi S. Ioannes Chryſoſtomus confutat,ac præſertim homilia in Pſalmum 8. vbi habet:* Sed aduerſus Iudæos quidem ſufficiunt, & hæc,& quæ ante dicta ſunt. Sed quoniam,qui illorum dogmata æmulantur, Pauli Samoſateni aſſeclæ,dicũt Chriſtum fuiſſe ab eo tempore,ex quo ex Maria proceſſit; illos etiam rogemus: quomodo, ſi ab eo dumtaxat tempore erat Chriſtus , cælum fabricatus eſt ? &c.] *ac apud eumdem Chryſoſt. in Homil. ſuper Pſalm. 109. vbi dicitur:* Quòd ſi alius nobis rurſus emergat Iudæus, Chriſtiani perſonam ſuſcipiens,Paulus inquam Samoſatenus;poteſt quidem etiam aduerſus eum dici de nouo. Quid is ergo dicit ? Homo eſt, inquit, tantummodò , & ex quo ex Maria natus eſt, ex

illo tempore ſolùm habet eſſentiam. Quid ergo, dic quæſo, dices, ad illud: Ex vtero ante Luciferum A
genui te?&c.] *Quibuſcum faciunt, ac optimè quoque quadrant, quæ Auctor noſter pluribus interiectis*
hic poſtea in hæc adducit verba: Dæmones Filium Dei confitentes, dicunt: Tu es Chriſtus
Filius Dei: at Principes & prædicatores Apoſtaſiæ, Iudæi, inquam, & Pauliani, impij, & Chriſtum
oppugnantes (*ac al.* Pauliani cum Iudæis, impij & oppugnatores Chriſti) pertinaciter contendunt,
referuntque ipſum non eſſe Filium Dei, &c.] *atque iſta de Paulo illo impio, eiuſq́; aſſeclis, ac diſcipulis*
Paulianis, ſiue Paulianiſtis hactenus. VALENTINIANA hæreſis à Valentino impio hæretico
deriuata: vnde & Valentiniani hæretici, dicti ſunt eius ſectatores: qui inter alia, veram quidem in Chriſto
carnem agnoſcebant, ſed non de corpore eam Virginis aſſumptam, verùm ex cæleſti ac ſyderea materia
per Virginem tamquam per fiſtulam, tranſmiſſam illam impiè affirmabant, &c. Quorum in hoc errorem
grauiter arguit atque refutat Auctor noſter in ſuo Sermone ante citato, de Margarita pretioſa, ac alibi,
& ante ipſum Irenæus libr. 1. contra hæreſes, cap. 1. & libr. 3. cap. 18. 31. & 32. item Tertullian. in libro B
de carne Chriſti. & Baſilius Magnus in Epiſt 65. ad Sozopolitanos, &c. alijq́; alibi. Plura de multiplici
Valentiniana hæreſi videre licebit apud Euſebium Cæſar. lib. 4. hiſt. Eccleſ. cap. 10. 11. 14 22. & Epiphanium
libro 1. contra hæreſes, hæreſ. 31. quæ eſt contra Valentinianos: vbi varia eorum hæreſis, dogmatumq́;
inconſtantia refertur. vt etiam apud Theodoritum libro 1. hæreticarum fabular. in Valentino, &c.

VITALIANI porrò hæretici, ſic à Vitale Antiocheno Apollinariſtarum Epiſcopo vocati ſunt.
De quo S. Hieronymus in epiſtola 57. ad Papam Damaſum, ſic: Non noui Vitalem, Meletium reſpuo:
quicumque tecum non colligit, ſpargit, &c. *Et in epiſt. 58. ad eumdem, ibi:* Si quis cathedræ Petri
iungitur, meus eſt. Meletius, Vitalis, atque Paulinus, tibi hærere ſe dicunt: poſſem credere, ſi hoc
vnus aſſereret. nunc aut duo mentiuntur, aut omnes, &c. *BORBORIANI denique hæretici (qui*
hic vltimo nominantur loco) ἀπὸ τοῦ βορβόρου, *id eſt, à cœno, ac limo, atque fœtore ſic dicti ſunt, quòd fœdiſſimas*
atque turpiſſimas libidines ſuis immiſcerent ſacris, &c. vt non immeritò hic ab Auctore impuriſſimi
dicantur; ab impuritate nimirum, ac vitæ turpitudine, cui ſeſe dediderunt. Quos deſcribit, ac taxat C
inter alios, Epiphanius libro primo aduerſus hæreſes, hæreſ. 26. vbi & Gnoſtici appellantur, & Socratitæ,
& Coddiani: de quibus poſtea & in Anacephalæoſi apud eumdem. nec non Theodorit. in libro
hæreticarum fabularum, vbi de Barbelianis, ſiue Borborianis agit; rationemq́; cur ſic dicti ſint, reddit,
ac nefariam vitæ illorum turpitudinem detegit, damnatq́;. ſicut & ab Epiphanio loco iam citato, alijsque
Scriptoribus alibi haud infrequenter factum eſt. Sed iſta de Hæreticis illis ab Auctore in ſuo Teſtamento
inter alios nominatis, minuſq́; paſſim notis hic adduxiſſe ſat ſit. De alijs porrò hæreticorum ſectis atque
Hæreſiarchis, alia qui volet, apud S Ioannem Chryſoſtomum in Sermone de Pſeudoprophetis, & falſis
Doctoribus, impijſq́; hæreticis, &c. nunc primùm per nos Latinè edito, & hic opportunè adiecto, noſtriſq́;
in eũdem Scholijs, plenius reperiet, præſertim vbi de Montano, Manichæo, Baſilide, Ario, & Eunomio,
alijſq́; hæreſiarchis tractatur: quorum ſicut hæreſis fuit execranda, vitaq́; impia, ac perditio manifeſta: ita
contra, illorum, qui in vnitate Catholicæ fidei atque religionis fideliter Chriſto Domino ſeruierint, vita eſt
benedicta ſaluſq́; certa: quemadmodum tam Chryſoſtomus in iam allegato poſtremo ſuo, antequam
ex hac vita migraret, Sermone, quàm S. Pater noſter Ephræm in hac vltima
ſua Oratione Teſtamentaria, æquè oſtendunt; ſaluberrimaq́; plurima D
vitæ ac morum præcepta vtrobique cunctis proponunt,
& pro pia ac ſalutari memoria
relinquunt.

Teſtamenti S. Patris Ephræm Syri, & totius Tomi Operum illius Tertij, ac poſtremi: noſtrorumque in illum Scholiorum FINIS.

E

A

SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOP.

Sermo, de Pſeudoprophetis, & falſis Doctoribus: & de impijs Hęreticis. Et de ſignis futuris in conſummatione huius ſeculi: paullò antequam Sanctus è vita migraret.

Sermo pulcherrimus, & nunc primum in lucem editus.

B

Interprete & Scholiaſte Doct. Gerardo Voſſio.

LVGVBRIS oratio hæc eſt, cùm etiam ſit poſtrema, ſicut mihi
innotuit: ſed tamen & magno gaudio plena. Lugubris quidem:
quia non amplius loquar vobiſcum. multo autem gaudio referta:
quoniam tempus reſolutionis meæ inſtat, vt ſim cũ Chriſto. Ioan.14.
Et ſicut dixit Dominus: Non amplius loquar vobiſcum. Verumtamen
adhuc ſemel ego loquar in dolore cordis, de falſi † †al. de falſis Prophetis.
nominis Prophetis, & de falſis Doctoribus, Impijsq; hereticis. 2.Tim. 3.
C De quibus aiebat Apoſtolus: Mali autem homines, & ſeductores proficient in peius;
errantes, & in errorem inducentes. De quibus etiam frequenter vos commonefeci:
ſimiliterque iam commonefaciam de conſummatione huius ſeculi. Multos
quippe ſermones feci gratia Chriſti, ſicut etiam vos noſtis, pietatis ſtudioſi, † *φιλόθεοι.
Deique amantes: & ferè in ſingulis vos commonefeci ſermonibus. ſiquidem memores
ſitis eorum quæ heri, & ſemper à me dicta ſunt vobis: ac ſcio vos meminiſſe,
& maximè qui diligentes eſtis, & ſacris † libris dediti, Chriſtoque deuoti. †al. & ſacrorũ librorum lectioni addicti.
Nam qui ſacrorum ſtudioſus eſt librorum, iure etiam dici poterit amator Chriſti.
ſecundùm quod dictum eſt à Domino: Qui diligit me, ſermones meos ſeruat. Et, Ioan.14.
qui diligit me, diligetur à Patre meo. Talis enim indelebilem in corde ſuo continet
Dei memoriam: ſemperquè ſacros ſuis manibus retinens libros, non obliuiſcetur
horribilium illorum librorum, de quibus ſcriptum eſt: Iudicium ſedit, & libri Dan. 7.
aperti ſunt. Vides, quantum ſit lucrum ſcrutari ſcripturas, quemadmodum ſæpe Ioan.5.7.&c.
D audiſtis? Quid eſt autem id, quod vobis dico? nihil reliquiſſe, neque reticuiſſe SACRAE SCRIPTVRAE TESTIMONIA.
vtilium nobis ſacram Scripturam, ſiue per Prophetas, ſiue per Apoſtolos, ac per
ipſum etiam vniuerſorum Dominum. Et per Eſaiam quidem Prophetam dicit:
Clama in fortitudine, & non parcas: & quaſi tuba, exalta vocem tuam. Et iterum:
Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion. Dicitque Dauid: Laboraui Eſa.58. ſecundùm LXX. Eſai.40.
clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. Quin & Ioannes Theologus in ſua Catholica
ait Epiſtola: Videte voſmetipſos. Et Paulus: Videte, quomodo ambuletis. Pſalm.68.
At Dominus: Ego palam locutus ſum mundo, & in occulto locutus ſum nihil. Vides, 2 Ioan.1. Epheſ.5.
quanta contentione ac ſtudio, qualique loquendi libertate clamet, & nemo Ioan.18.
eſt qui intelligat? Rurſusque beatus Paulus: Videte canes; videte malos operarios.
E Videte, quomodo cautè ambuletis: quoniam multi ſeductores † ingreſſi ſunt in
mundum. Plurimaque alia ſunt in † diuinis Scripturis veteris & noui teſtamenti, Philip.3. Epheſ.5.
quæ clamant, & nos ex torpore atque ſegnitie noſtra excitant: at nos interea contrarium 1.Ioan.4.
facimus. quemadmodum & Propheta ait Eſaias: Auribus ſuis grauiter †al. egreſſi. †al. ex diuina
audierunt, & oculos ſuos † clauſerunt; ne videant & intelligant. O quàm multas ſcriptura.
quotidie Scripturas audimus, nec intelligimus: quare & inexcuſabiles in die Iudicij Eſaiæ 6.
erimus, quando iudicium ſedebit, & libri aperientur: quæ quidem nunc audientes, *ἐκάμμυσαν.
irridemus, & non ſuſcipimus: ac propterea abiecti ſumus atque depreſſi hodie Dan.7.
in omni terra, ob peccata noſtra. Sed nemo ſperantium in Dominum, deſperet:
nulluſque animum deſpondeat, proſpiciens eum qui dixit: Semper vobiſcum Matth.28.
ſum. Confidite igitur: non enim fame interficiet Dominus animas iuſtorum.

PROPOSITIO DICENDORVM. Verùm ad inſtitutum reuertamur : de conſummatione quippe ſeculi eſt Sermo, A
& de pſeudoprophetis, falſiſque magiſtris & impijs hereticis. Quid ergo primùm
dicere aggrediar? de conſummatione noſtra; an impiorum hæreticorum prophana
inſectabor dogmata? Sed magno opus eſt certamine, longaque oratione, ad
†πρὸς τὸ παρὸν impura iſtorum detegenda deſtruendaque dogmata. Verumtamen quod ad†
†al. & lupos ipſius ouilis, qui vbique ab eius ouibus eijciuntur, &c. rem noſtram pertinet, neceſſarium eſt ex ſacris oſtendere Scripturis, hos vt inimicos
Dei, & lupos † Chriſti ouilis, qui vbique oues ipſius diripiunt: quare & meritò
lupi ſunt vocati à Prophetis, & ab ipſo Domino, beatiſque Apoſtolis : & non ſolùm
lupi, ſed & impij, & inimici, & inſidiatores, & blaſphemi, & fures & latrones,
Matt.7. & Ioan.10. & falſi doctores, & pſeudoprophetæ, & improbi, & Antichriſti, & ſcandala, & filij
1.Ioan.2. hoſtis maligni, & oppugnatores Spiritus ſancti, blaſphemantes Spiritum gratiæ:
Matth. 12. quibus non remittetur, neque in præſenti ſeculo, neque in futuro. Oportet igitur B
primùm circa iſta occupari, & tunc de ſeculi conſummatione loqui : quandoquidem
1.Cor.10. 2.Tim 3. in nos deuenerunt fines ſeculorum, ſicut ait Apoſtolus. Et exorta ſunt tempora
Matth.24. & Luc. 21. difficilia, atque periculoſa: & multiplicata eſt iniquitas, multorumque refrixit
charitas. & ſeductores iam multi, & qui ſeducuntur, plures. Age igitur, aperiamus
ſacros libros, in quibus viam reperientes veritatis, incedamus per eam, recurrentes
Epheſ.4. ad montes ſanctos, Prophetas dico, & Apoſtolos: vt non ſeducamur, &
†al. ad deceptiones erroris. circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad † circumuentionem
erroris. Cæterùm ne cunctemur: ſed cum Sanctis aſcendamus
Matth.24. & Marc.13. Luc.21. 2.Ioan.1. Philip.3. diſcipulis in montem beatum ; & Paſtorem noſtrum audiamus dicentem : Videte,
ne ſeducamini: Videte, ne quis vos ſeducat. Videte vbique. Et Ioannes ſimilia
dicens: Videte, inquit, ne perdatis quę operati eſtis. Et Paulus: Videte canes.
Mihi verò lachrymæ oboriuntur, dum quoſdam ex noſtra Eccleſia dicentes audio, C
non dici hæc in diuinis Scripturis: idque non ſolùm à laicis, verùm etiam ab
illis qui videntur eſſe Paſtores, & locum Apoſtolorum obtinent, & Prophetarum;
†al. opportunũ eſt dicere. ſed non mores. Ad quos † opportunè licet dicere: Væ vobis, duces cœci, &
Matth.15. indocti, atque † inconſtantes: qui veſtium ornatu delectamini, & non lectione ſacrorum
*ἀστήρικτοι. librorum. qui relicto verbo Dei, inſeruitis ventri: quorum Deus venter
Rom.16. Philip.3. eſt, & gloria. Quomodo euadetis, tanta ſalute neglecta? Vnde porrò incipiemus?
Heb 2. ab eo qui dicit: Ego ſum principium, & finis. Intelligite ſuam quiſque mentem,
Apoc.1.2.21. omni cura ſeculari depoſita. Videte, inquit Dominus, ne ſeducamini. Multi
Matth.24. & Luc.21. enim venient, in nomine meo dicentes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.
Matth.7. Et iterum: Attendite vobis ipſis à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis
Ibidem. ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: ſed à fructibus, inquit, eorum D
† al. à pſeudoprophetis. cognoſcetis eos, hoc eſt, ex ſermonibus, & ex † falſa prophetia. Omnis enim
Matth.7 & Lucæ.6. arbor ex proprio fructu cognoſcitur: ſic quoque vos ex fructibus eorum cognoſcentes
2.Ioan.1. ipſos, nolite recipere eos in domum, nec aue ipſis dixeritis. Audite, ô Paſtores,
Actor. 20. voces Archipaſtoris. audite, & attendite vobis, & vniuerſo gregi veſtro. Videte
Philip.3. Ioan. 10. canes, videte fures. Nam qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit
Ioan.8. & 1.Ioan.3. aliunde: ille fur eſt, & latro. Rurſusque ad ipſos: Vos ex patre, inquit, diabolo
Matth.23. eſtis. Et denuò: Væ vobis, qui clauditis regnum cælorum ante homines. ipſi enim
non intratis: nec introeuntes ſinitis intrare. O ineffabilem Dei benignitatem.
O inexplicabilem indulgentiam. O incomparabilem eius bonitatem. Quid ſummo
illi Paſtori reſpondebimus? O paſtores, & incompaſtores: (ecce enim pauca ex
* ἀσφαλιζόμενος. multis dicimus) quo pacto vbique, vt nos tueatur * ac muniat Dominus, per immaculata E
clamat Euangelia: quin & per Prophetas diuino Spiritu plenos, ac per
diſcipulos Theologos ſimilia loquitur: quippe in quibus omnibus, prout vult,
2.Cor.13. Matth.10 ediſſerit. Teſtiſq; mihi ſit Paulus, dicens: An experimẽtum eius quæritis, qui in me
*al. venturis ad decipiendum gregem Chriſti. loquitur Chriſtus? Dic & tu, ô beate Petre, quem beatum prædicauit Deus noſter
Chriſtus IESVS, dic, inquam, nobis de ſeductoribus, & impoſtoribus * futuris gregis
2.Pet. 2. Chriſti: quem tradidit & concredidit tibi Princeps paſtorum, & Epiſcopus animarum
noſtrarum? Hic igitur Petrus dicit : Et in vobis erunt magiſtri mendaces,
*al. eos. qui introducent ſectas perditionis; & eum qui emit † nos, Dominum negantes,
Ibid. 2.Pet.2. ſuper inducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias,
* vulg. quibus iudicium iam olim nõ ceſſat. per quos via veritatis blaſphemabitur: quorum † iudicium non ceſſat, & perditio
2.Pet. 2. eorum non dormitat: filij maledictionis, derelinquentes viam rectam. Iſta

A Petrus loquutus eſt: Petrus, inquam, qui claues regni cœlorum tenet, qui * flu-
ctus maris pedibus traiecit: qui Romæ Simonem Magum diſrupit atque con-
fregit. Ioannes autem dixit: Manifeſta ſunt opera diaboli, & filij eius. Vi-
des, vt in omnibus iſtis Chriſtus loquatur? Iacobus ait: Si quis videatur horum
amicus eſſe, inimicus Dei conſtituitur. Audite ergo, omnes, qui cum hæreti-
cis * comeditis, ſententiam dolore plenam: quoniam Chriſti inimici eſtis. Ne-
que enim qui cum inimicis Regis amicitiam init, poterit Regis eſſe amicus: ſed
ne vita quidem dignus habetur; at cum inimicis perditur, & deteriora exſpectat.
Dixit quoque Iudas Iacobi: Subintroierunt quidam homines (qui olim præ-
ſcripti, ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxu-
B riam, & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negan-
tes. Huc * ades iam Paule, vas electionis: dic nobis deinceps de ijs, ſecundùm gra-
tiam à Deo tibi conceſſam: dic, inquam, nobis de inſtanti ſeculo maligno, atque
periculoſo? Patefacito nobis lupos occultos, Paule, os * Chriſti: ediſſere nobis de
ijs, qui aſpernantur atque reijciunt verbum Dei? Ego noui, inquit, quia intrabunt
poſt diſceſſionem meam lupi * graues in vos, non parcentes gregi. Cernis Apo-
ſtolorum pariter & Prophetarum conſenſionem? Vides vbique Theologos cum
Magiſtro aduerſus impios hæreticos, concordes? Audite igitur, qui * cum ijs ver-
ſamini: vt à ventura ſuper eos, fugiatis ira. Qui cum his vnà in cibo potuque
commaculamini: quomodo ad diuina ac tremenda Chriſti audetis accedere
myſteria? An non beatum Paulum clamantem audiſtis: quòd non poteſtis
calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum? Exite ergò de medio ipſo-
C rum, & ſeparamini: & immundum ne tetigeritis. Numquid vobis adhuc per-
ſuaſimus: aut in vanum laboramus? attamen propter eos qui volunt, & dant
operam vt audiant ac faciant, non * ſuperſedebimus. Audite igitur verba Pau-
li: & nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim ſocietas luci ad tenebras?
Et quidem beati iſti Theologi, hæc & plura hiſce, de impijs atque infidelibus
locuti ſunt hæreticis. Neceſſarium porrò fuerit, etiam Prophetas in medium
producere. Et quidem Dauid ait: Eos, qui oderant te Domine, odio habui: &
ſuper inimicos tuos tabeſcebam. & reliqua. Aitque ſapiens Salomon: Fili, ne
te ſeducant viri * peruerſi: neque ambules in via cum ipſis. Et Eſaias Prophe-
ta, aut potius ipſe Dominus per Prophetam dicit: Filios * genui, & exaltaui: ipſi
autem ſpreuerunt me. Numquid ſufficiunt iſta? aut in medium etiam proferre
oportebit cunctos alios Prophetas ſimilia dicentes? At ſanè ſufficiunt & iſta his,
D qui audire ac morigerari cupiunt. Nam qui ijs, quæ hactenus dicta ſunt, non
attendit, ne ſi plura quidem adducantur, obtemperabit. Audite ergò, qui re-
ctam fidem ſententiamque tenetis: & hæreticis ne conſenſeritis. Audite, paſto-
res, ac contremiſcite: & ne ſileatis: ſed verbum Dei prædicate. Nolite locum dare
diabolo. Imitamini beatum Petrum Apoſtolum: quomodo in Vrbe Roma,
ſceleſtiſſimo Simone Mago blaſphemante, atque dicente, ipſum eſſe virtutem
Dei; nec ad horam quidem tacuit, diſtulitue: ſed eum reprehendens, & men-
dacem, ac latronem, & impium demonſtrans, diſruptum ipſum perdidit. Sic
igitur & vos facite, & nolite communicare operibus * infructuoſis tenebrarum:
magis autem & redarguite. quemadmodum etiam Apoſtoli fecerunt. Et Pro-
pheta * Dauid, de talibus multos aggreſſus eſt labores, multoſque reprehendens
E ac increpans, & Deum interpellans aduerſus ipſos, dicebat: Quouſque peccato-
res, Domine: quouſque peccatores gloriabuntur? Diſperge illos in virtute
tua. Rurſusque obſecrat, ac preces Domino offert, vt ipſe per ſemet deſcendens,
ſatisfaciat petitioni ſuæ, ſic clamans ac dicens: Domine, inclina cœlos, & de-
ſcende. Et, Domine, ne moreris. Et quid ad hæc benigniſſimus Deus: qui cun-
ctos homines cupit ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire? Non aures
obturauit, neque preces Sanctorum deſpexit: ſed cælos inclinauit, & deſcen-
dit omniaque ad ſalutem generis noſtri adminiſtrauit, ac diſpenſauit. Deinde
volens demonſtrare, * futuros Antiſtites atque paſtores Eccleſiarum, ſic perſe-
qui debere hæreticos; fecit flagellum ex funiculis: & ingreſſus in templum,
omnes vendentes & ementes ex ſacro loco eiecit, ac profligauit, perſecutuſ-
que eos eſt, dicens: Domus mea, domus orationis eſt: vos autem feciſtis eam ſpe-

Matth. 16.
Matth. 14.
* al. qui contrà fluctus maris pedibus ambulauit.
1. Ioan. 3.
Iac. 4. at ſecus in vulg.
* al. conuerſamini.
NOTA.
Iud. in Epiſt. ſua catholica.
* δεῦρο λοιπον.
Act. 9.
* al. os Domini.
Act. 20.
* vulg. rapaces.
* δι ἀγάπας ϖοιοῦντες.
al. cibū ſumitis.
1. Cor. 10.
2. Cor. 6.
Ibidem.
* al. ſuperſedebimus verbis Pauli. Audite igitur, & nolite cum infidelibus iugum ducere.
Pſal. 138
Prou. 4. 24.
* al. impij.
Eſaiæ 1.
* vul. enutriui.
Epheſ. 4.
Simon Magus Romę à S. Petro deuictus eſt.
† al. Θεοπάτωρ: i. Deipater Dauid.
Pſalm. 93.
Pſalm 58.
Pſalm. 143.
Pſalm. 69.
1. Tim. 2.
Pſalm. 17.
* al. eos, qui præfici volunt Eccleſijs, ſic perſequi oportere hæreticos; fecit, &c.
Matth. 21.

Iſaiæ 56.
luncam latronum. Poſtea expulſis inde omnibus,etiam deſolationem ipſorum A
Matth. 23.
atque exterminationem prædixit, dicens: Ecce relinquetur domus veſtra deſerta;
quod etiam accidit. Vbi enim ſunt,qui olim Eccleſiam Dei oppugnârunt,
Reges,& potentes,atque huius ſeculi ſapientes? Nonne diſperſi ſunt, & perierunt;
SIMON MAGVS IN HAERESI PRIMVS.
redactique ſunt in nihilum? Vbi ſuperbia, & audacia atque rebellio Iudæorum?
Vbi Simon Magus,in hæreſi primus:diſcipulus & præcurſor Antichriſti?
Vbi malus huius fœtus,& eius inſaniæ atque laſciuiæ ſucceſſor, Montanus?
Vbi Marcion? Vbi Valentinus? Vbi Manes? Vbi Baſilides? Vbi iam Nero?
Vbi Valens? Vbi alij Reges, atque potentes? Vbi Iulianus tranſgreſſor? Vbi
Hæreticorum euerſio.
porrò Arius? Vbi Eunomius, & reliqui hæreſiarchæ? Vbi cuncti, qui reſtiterunt
veritati? Nonne omnes perierunt? Diſperſi quippe ſunt propter ipſorum
Antagoniſtæ hæreticorum.
blaſphemiam, & abacti ſunt veluti lupi rapaces. Inuenerunt enim Antagoniſtas, B
& ſtrenuos bellatores, vereque paſtores tunc Eccleſiarum præpoſitos, viros
*φυγάδες. al. transfugæ.
beatos. Cæterùm magnam cerno differentiam eorum qui tunc Paſtores erant,
ab ijs qui nunc ſunt. Illi; ſtrenui bellatores erant: at hi, *fugitiui. Illi, certatores
ac pugiles: at hi, delicijs dediti. Illi; librorum & dogmatum cultores: iſti
Ioan. 10.
verò, ornatus veſtium, ac ridicularum rerum amatores. Iſti, velut mercenarij,
Ibidem.
relinquunt oues, & fugiunt: at illi animam ſuam pro ouibus poſuerunt, imitantes
Paſtorem bonum Dominum noſtrum IESVM Chriſtum. O felices atque
beatos illos viros, quorum nomina ſunt in libro vitæ: quos horruerunt dæmones,
Pſalm. 62.
& reformidarunt hæretici: per quos, obſtructum eſt os loquentium iniqua.
Pſalm. 88.
Eloquar nunc igitur & ego ſimilia Prophetæ Dauid, qui lugens ac plorans C
dicebat: Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, Domine? Dicam autem &
ego illachrymans: Vbi beatus ille chorus eſt Epiſcoporum, & Doctorum: qui
tamquam luminaria in mundo reſplenduerunt, verbum vitæ continentes? Quid
EVODIVS. IGNATIVS. DION. AREOP. HIPPOLYT. BASIL. MAG. ATHANAS.
porrò vetat & hoſce in medium producere, ſaltem ex multis paucos: nam &
iſtorum dumtaxat meminiſſe ſalutiferum eſt animæ? Vbi Euodius ille bonus odor
Eccleſiæ; & Sanctorum Apoſtolorum ſucceſſor, atque imitator? Vbi Ignatius,
Dei domicilium? Vbi Dionyſius Areopagita, volucris cæli? Vbi Hippolytus
*Nazianzenum intelligit.
ſuauiſſimus, & beneuolentiſſimus? Vbi Baſilius Magnus, & par fermè Apoſtolis?
Vbi Athanaſius ſanctus, & virtutibus diues? Vbi Gregorius * alter
* Nyſſenus ſcil.
Theologus, & inuictus Chriſti miles? Et, qui commune cum ipſo nomen habet
S. EPHREM SYRI ENCOMIA.
* alius; Vbi SYRVS ille EPHRAEM Magnus, obtorpeſcentium excitator,
afflictorum conſolator: iuuenum diſciplina, inſtructor, atque exhortator: D
Monachorum ſpeculum: Dux pœnitentium: framea ac ſpiculum aduerſus
hæreticos: virtutum receptaculum, & Spiritus ſancti habitaculum atque diuerſorium?
NOTA.
Vides quantum ſit interſtitium, quantaque differentia illorum Beatorum
ac ſanctorum virorum, ab his qui nunc ſunt? Illi, potentes opere & ſermone
erant: At iſti, in iumentis & equis, ac mulis, & coquis, menſiſque ſplendidis ſtudium
ponunt. Deinde ſi quis eos fortè de ſacris libris interroget; reſpondent,
dicuntque: Pauperes ſumus, & facultas libros comparandi non eſt nobis. Poſtea
*ἱμάτια ἐκστιλπνα φεροῦντες.
verò prodeunt, non vt pauperes: ſed * veſtimentis politis ac nitidis amicti;
* παράσιτοι.
marſupiaque plena, ac colla ſibi parantes, tamquam * ſaginati aliqui tauri: diſcipulorum
autem multitudinem attrahunt, aut potius coquorum. quin & ex
*συνεισάκτȣς.
opum affluentia * ſubintroductas tenent, prætextu ancillarum. O malam opulentiam.
O acerbam auaritiam. Non auditis Chriſtum dicentem: Beati pauperes E
Matth. 5.
ſpiritu? Reſipiſcite igitur tandem. Verbum Dei prædicate: & proijcite à
vobis omnem curam ſecularem. Videte accuratè, quomodo ambuletis. Cernite
Matth. 7.
canes. Attendite ijs quæ dicta ſunt, obſecro. Volo enim demonſtrare, ac * planum
*πληροφορῆσαι.
vobis facere ex ſacris Scripturis, non omnes qui dicuntur Chriſtiani, eos
eſſe Chriſtianos: ſed ſolo ipſos nomine vocari, & nuda nominis appellatione
*al. moribus autem proditores. Verbo pij atque religioſi, & miſericordes; at moribus impij, & abſque miſericordia.
ſeduci ac decipi. Verbo quidem Chriſtiani ſunt multi: * moribus autem ac vita
admodum pauci. Habitu quidem apparent Chriſti diſcipuli: at viuendi ratione,
impij & crudeles. Quemadmodum enim puella aut virgo, donec ſuam ſeruat
virginitatem, iure ac meritò virgo vocatur, & eſt; at poſtquam ab aliquo decepta
eſt atque corrupta, virginitatemque perdidit, non amplius eſt virgo. Ita
& qui dicitur Chriſtianus, ſi ſua cum Deo pacta tranſgreſſus ſit, & promiſſa con-

A culcârit, & Dei verbum reiecerit, gentiliumque opera fecerit; nihil ſanè ipſi Chriſtianum dici profuerit. Intelligite igitur, omnes chariſſimi, quomodo paucis verbis, cunctis illis abrenuntiamus, terribilia & horroris plena verba pronuntiantes: Renuntio Satanæ, & cunctis operibus eius: & coniungor Chriſto. Vide, quid dixiſti: & cui abrenuntiaſti: Satanæ? & cunctis ipſius operibus. Conſidera ergò rurſus, ô homo, cui pactus ſis; & cui adhæſeris? non Angelo, neque Archangelo, non Regi alicui terreno, non Principi ac duci huius ſeculi: ſed Regi regum, & Principi principum: Illi (inquam) pactus es, & ſpopondiſti, ac te coniunxiſti coram multis teſtibus, Angelis & Archangelis. Cæterùm in manu ipſius es tu, & cuncti ſermones tui. Deinceps ipſum ex cælis venientem exſpecta, afferentemque * rationum tuarum codicem, & verba oris tui: vt coram Angelis recitetur atque hominibus. O neceſſitatem magnam. O formidabilem exſpectationem, & B futuri iudicij, & illius diſcuſſionis atque examinis. Quid faciemus, quando aſtiterimus coram tribunali Chriſti, nudi * atque retecti: & libri aperti fuerint, omniaque noſtra occulta publicabuntur, & acta & cogitata, & offenſiones atque ſermones palam reuelabuntur (Hei mihi, hei mihi: quomodo nobis ipſi nocemus, nec intelligimus. Sed quid Iudici illi terribili, ac perſonarum reſpectum non habenti reſpondebimus? * quòd adeò licenter peccare non ceſſamus, * quodque eius benignitatem, qua nos dignatus eſt, non agnoſcimus: cùm ſimus obdurati, & (vt ita dicam) inſenſibiles, & obcœcati. Quouſque tandem in peccatis, & laſciuijs atque impudicitijs, & * iniuſtitijs, cunctiſque inimici inſultibus perſiſtimus? Admodum enim breui ac citò dies noſtri pertranſibunt: horrendumque erit incidere in manus Dei viuentis. Vide igitur, frater, & cuſtodi te ſaltem deinceps à C turpiſſimis actionibus atque peccatis, & à rebus gentilium, doctrinaque hæreticorum, ac omni conſuetudine peruerſa: vt non ploremus ac lugeamus in nouiſſimis noſtris, quando nihil proderit: & horum omnium * ratio reddenda erit. Sufficiunt ſanè iſta volentibus ſaluari, & ad agnitionem veritatis venire. Quando porro loqui incipio de conſummatione ſeculi, & de ſecundo Chriſti aduentu, horrore corripior, & obſtupeſco: nam & cuncta opera Domini admirabilia ſunt, & magna, atque tremenda, & glorioſa: at conſummationis, & ſecundi ipſius aduentus myſterium, omnem ſermonem ac mentem, cogitationemque excedit. Audiſtis frequenter ab * Euangelio dici, quòd ſedente IESV ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò, dicentes: Dic nobis, quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſeculi? Vides ſapientiam, & intellectum, atque D prudentiam diſcipulorum? quomodo cùm magnum quid interrogare cupiebant, non omnes ſimul congrediebantur; ſed ſecretò ac ſeorſim accedebant, & dicebant: Dic nobis, Domine, hoc, & illud: dic nobis optime. Dic nobis, cordium ſcrutator, qui cũcta noſti priuſquam fiant: quod ſignum aduentus tui erit: vt & nos glorioſum aduentum tuum doceamus cunctas gentes? Quibus Dominus reſpondens, dixit: Videte, ne ſeducamini: multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego ſum Chriſtus. Videte autem, ne quis vos ſeducat: quoniam tempus propè eſt; & nunc inſtat, cunctique videbimus. Deinde prædixit ſequentia, bella & ſeditiones; & quomodo gens conſurget in gentem, & regnum aduerſus regnum: quæ nunc cernentes non intelligimus. Tunc, inquit, ſcandalizabuntur multi: & inuicem tradent. Et vbi, obſecro, hodie non regnat proditio; E Nonne omnes aduerſus inuicem inſurrexerunt? Omnes fermè proditores facti ſunt, & ſe inuicem oderunt. Gens inſurrexit in gentem & regnum aduerſus regnum: principes contra ſui ſimiles: Epiſcopi contra Epiſcopos, & presbyteri in presbyteros, ac laici aduerſus laicos. Et quõiam abundabit† iniquitas, refrigeſcet multorum charitas. Et prædicabitur Euangelium hoc in vniuerſo orbe, in teſtimonium cunctis gentibus: & tunc veniet conſummatio, ac finis. Atqui conſideramus non eſſe locum ſub cœlo, vbi non ſit prædicatum Euangelium: quare reſtat nunc, vt exſpectes finem. Quando igitur multos videris pſeudoprophetas; Domini memineris dicentis; Surgent enim pſeudoChriſti, & pſeudoprophetæ. Quando pios, & ſapientes, atque fideles conſpexeris depreſſos: homines autem ſceleſtos, & ſuperbos, proditores, & fornicatores, alioſque tales† promoueri; recordare Apoſtoli dicentis: Mali autem homines, & ſeductores proficient in peius:

AB EXEMPLO ET SIMILI

ABRENVNTIATIONIS VIS QVANTA.

PACTA CVM CHRISTO.

*γραμματεῖον.

* τετραχηλισμένοι.

Dan. 7. Apo. 20.

Rom. 2. 14.

Rom. 2.

† ὑπὲρ ὤν.

*al. in iniquitatibus.

Hebr. 10.

NOTA.

† λόγος ἀποδετέος.

DE CONSVMMATIONE SECVLI.

*al. Euãgeliſta.

Mat. 24. Mar. 13. & Lucę 21.

Ibidem.

NOTA.

Ibidem.

Daniel. 13.

Matth. 24.

Lucæ 21.

Ibidem.

Ibidem.

Matth. 24.

Luc. 21.

Ibidem.

†al. abundauit.

Ibidem.

Matth. 24

NOTA.

† προχειριζομένους.

in peius: errantes, & in errorem mittentes. Quando ſanctam Scripturam im- A
2.Tim.3. probatam atque reiectam videris ab ijs, qui videntur eſſe Chriſtiani: & eos, qui
loquuntur verbum Dei, odio haberi? in memoriam reuoca illud dictum Do-
Ioan.15. mini: Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Quando
ſumptuoſa conſpexeris prandia, ac cœnas, & delicias, impoſturas, tumultus, &
Luc.6. inconditas voces; reminiſcere Domini dicentis: Væ vobis, qui ſaturati eſtis:
quia eſurietis. Væ vouis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis. Quando
tripudiantes videris, & ludicris rebus intentos, canticaque dæmoniaca recitan-
Pſalm 81. tes; tunc ingemiſce, ac lachrymare. & Dauidis recordare, dicentis: Neſcierunt,
Eſaiæ 5. ſecun- neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Et Eſaiæ Prophetæ, dum dicit: Væ
dum 70. qui ſurgunt manè, & ſiceram ſequuntur; qui exſpectant veſperam. Nam cum B
Ibidem. cithara, & pſalterio, & tympanis, & tibijs vinum bibunt: opera autem Do-
mini non reſpiciunt, & opera manum eius non conſiderant. Sed quid ad iſta
Pſalm.4. dicunt homines graui corde, quærentes mendacium? Non eſt, inquiunt, ma-
* μετεωρίζεσ- lum, relaxari *animo, ac diſtrahi. Nam quid detrimenti affert cithara, reli-
θαι. quaque inſtrumenta muſica? O extremam dementiam. O improbam diaboli
Deut.32. excogitationem, atque conſilium. Generatio praua & adultera, hæccine *red-
*al. reddis. ditis Domino? Vbique immaculatus præcepit Dominus, ne omninò Chri-
ſtianus vanis diſtrahatur; neque ludicris ſe rebus dedat: & tu dicis, quid noce-
Eſaiæ 5. bunt iſta? Væ, qui dicunt amarum dulce, & dulce amarum. Væ, qui ponunt
Ibidem. tenebras lucem, & lucem tenebras. Dicant nobis *imperiti illi atque inſolen-
* ἀπαίδευτοι. al.immorigera- tes, ex quanam Scriptura oſtendere poſſint, Chriſtiano licere eas formas aſſu-
ti. mere? Qui Sanctorum tale libri quid vmquam tradiderunt? Quæ Euangelia, ſic C
turpiter atque indecorè agere Chriſtianos docuerunt? Nemo vos ſeducat. Vni-
Mat.24.Luc.2. uſcuiuſque enim * noſtrum ſcripta ſunt pacta, & promiſſa; & Diaboli abrenun-
*al.veſtrum. tiatio, & cum * Deo facta coniunctio: & quæcumque opera noſtra, & actiones, &
*al. cũ Chriſto. ſermones & cogitationes, & diſtractiones, & riſus atque cachinni. Non *ita mul-
*ὅσον οὔπω. to poſt aderit Chriſtus cum poteſtate, & gloria magna, & ſedebit in throno terri-
Matth.25. bili, vniuerſumque iudicabit mundum: & cuncti aſtabimus coram tribunali ipſi-
Rom.2.14. us, nudi atque retecti. Deinceps igitur quid vis frater; mentirine illi? at non eſt id
poſſibile: nam in manu eius, tu, & ſermones tui. Sed fortè vis occultari? verùm
*al.Sed hoc eſt *nequaquam poteris: quoniam in manu ipſius ſunt fines terræ. Quò igitur con-
impoſſibile. Pſalm.94. fugies: & vbi à facie Dei abſconderis? Si aſcenderis in cælum, ipſe ibi eſt: ſi deſcen-
Pſalm.138.& deris in abyſſum, ibi adeſt. Quid igitur agemus, fratres? Anguſtiæ nobis ſunt vn-
Amos 9. dique. latere non licet: ipſe enim nouit occulta cordis. fugere non conceditur: D
Rom.2. Deut.32.& non enim eſt, inquit, qui ex manibus meis eripiat. cælari erit impoſſibile: ipſe
Sap.16.Tob.13. enim gyrum ac ambitum continet vniuerſæ terræ. Excuſatio ibi non eſt, ne-
que ſubſidium, neque conſilium. Propterea à finibus orbis terrarum vſque ad fi-
*al. dicit. nes, diuina Scriptura & admonet, & *reprehendit, & exhortatur, & proteſtatur,
& comminatur. Ideoque Dominus noſter IESVS Chriſtus ait: Si non veniſſem,
Ioan.15. & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non
habent de peccato ſuo. Audiſtis, fratres mei chariſſimi, neminem reuera excuſa-
tionem habere. anguſtiæ nobis ſunt vndique. Sed reſpondet Auditor, dicens: Sa-
*al. triſtitia af- tis nos tuo tetegiſti ſermone ac perſtrinxiſti, & *triſtia demonſtraſti, & de tor-
fecisti. mentis commonefeciſti, & ſupplicia deſcripſiſti, & abundè nos perculiſti ac per-
Rom.2.14. terrefeciſti: ſcioque reuera ita eſſe, & noui vnumquemque noſtrum rationem
Galat.6. DEO redditurum, meſſurumque quod ſeminauit, & proprium onus portatu- E
rum: at quoniam hæc nobis denuntiaſti, & in medium adduxiſti, terroremque in-
cuſſiſti; præmonſtra quoque deinceps nobis modum ac rationem acquirendæ
ſalutis: præbe etiam plagæ medicinam. Sicut percenſuiſti horribilia, & triſtia at-
que lugubria: ita etiam gratioſa ac læta ediſſere. Ecce ſaluari cupio: quid agam?
quo pacto ſaluari potero? qua ratione vtar? ad quem confugiam? In multis e-
nim peccaui, & factis, & verbis, mente ac cogitatione, volens *& imprudens,
*ἑκουσίως, ϗ noctu dieque, ac quacumque hora. Quid igitur faciam? quomodo ſaluabor?
ἀκουσίως. *Refugium tuũ ad quem mihi confugiendum erit? Ego tibi, ad quem confugias, dicam. *Bea-
beatus Dauid tus Dauid, ad quem confugere oporteat, demonſtrauit, dicens: Deus noſter,
oſtendit, dicēs: refugium & virtus. Hunc & Ioannes omnium Prophetarum maximus oſtendit,
Deus, &c.
Pſalm.45.

dum

A dum ait. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hunc quoque Angelus manifeſtauit, Ioan.1.
dicens: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Matth.1.
Ad hunc confugias, & tu chariſſimè, qui dixit: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores Matth.9.&
ad pœnitentiam. Qui dixit: Non opus habent, qui ſani ſunt, medico: Marc.2.Luc.5.
ſed qui malè habent. Qui dixit: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Matth.3.
cælorum. Qui ait: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis: & Matth.11.
ego vos reficiam. Qui dixit: Poteſtatem habet filius hominis ſuper terram dimittendi Matth.9.
peccata. Qui ait: Omnem venientem ad me non eijciam foras. Qui Ioan.6.
per Prophetam dixit: Viuo ego, quia nolo mortem peccatoris: ſed conuerſionem Ezech.18.33.
eius exſpecto, vt conuertatur & viuat. Qui ait: Gaudium maius erit in
cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem Luc.15.
iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Ad hunc itaque, pœnitentiam agens, & lachrymans
B confugito. Cæterùm dimitte, quæ retines: & verè, totoque corde ac
animo, chariſſime, pœnitentiam agito. Et ne animum deſpondeas, neque de te
ipſo deſperes: cùm ſalutaria medicamenta habeas. Cur hoc vel illud cauſſaris: &
inutiles excuſationes prætexis? In cælo gaudium erit, te pœnitentiam agente: Ibidem.
& tu obtorpeſcis, atque pigreſcis? Angeli exultant: & tu dormitas? Propter te
aduenit medicus animarum noſtrarum: & tu vulnus occultas? Ipſe clamat:
Conuertimini ad me, filij hominum: & tu non eniteris? Ipſe clamat: Non veni Pſalm.89. & Ezech.18.35.
vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam: & tu negligenter agis? O incomparabilem Matth.9.Mar.2.
* Dei benignitatem. Non venit vocare iuſtos: ſed peccatores ad *al. Domini. Matth.9.&
pœnitentiam. Tu autem chariſſime, vide ne in ſermone iſto relaxeris, dum Mar.2.
ineffabilem ipſius benignitatem audis. Non enim nudam dumtaxat vocationem
dixit: ſed adiecit iſtud, ad pœnitentiam. non ad res * ridiculas: ſed ad pœnitentiam; *al. ad cachinnos.
C & lachrymas. non ad verba otioſa: ſed ad glorificandum Deum. non ad
prandia opipera ac cœnas, & ebrietatem: ſed ad ieiunium, vigilias, atque orationes.
Non vocauit ad choreas, citharizationes, & prophana * ac diabolica cantica: * καταλέγματω.
ſed ad luctum, & tribulationem atque anguſtiam, dicens: Beati, qui lugent
nunc, videlicet peccata ſua. Incipe ergò pœnitentiam agere, frater, eoque Matth.5.
magis, quod multæ viæ ſalutis te adiuuent atque confortent; quemadmodum
ſcriptum eſt: & multi modi ac rationes ſalutis. Quo ergò volueris modo,
ſaluari poteris, ſolùm * ſaluare. Si habeas vnde; eleemoſynas * eroga: ſin verò * σώθητι. * ἐλέησον.
non habeas; non requirit abs te Deus. Non habes panem? non habes veſtimentum?
ſed neque aurum? Genua inflecte, percute pectus, educ lachrymas, ingemiſce, NOTA.
D lachrymare, manus tuas ad cælum extende, oculos ad Dominum attolle; ieiuna,
& vigila: hæc quippe omnis habet homo, & negare non poteſt. Iſta offerre
ſtudeas Deo, omni tempore. Sed & hæc cum ſtudio atque diligentia, & diſcretione
facere oportet: vt non inutiliter curras, & in vanum labores. Quare has
virtutes dum exerces, & Deo pœnitentiam offers; ſerua diligenter, & ſcrutare
teipſum: ne fortè inimicitias aduerſus aliquem habeas, & vniuerſus labor tuus
reddatur inanis. ſed ſicut ait Apoſtolus: Cum metu & tremore veſtram ſalutem Philip.2.
operantes. ſeruanteſque Chriſti præceptum, quod dicit: Si dimiſeritis hominibus Matth.6.
peccata eorum: dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra.
Quòd ſi igitur ad Deum acceſſeris; in toto corde interpella eum: & non cum
deriſione, ac vaga diſtractaque mente. Serua hoc ipſius præceptum: & dimitte, Marc.11.
ſi quid habes aduerſus aliquem. Si enim velis tibi dimitti peccata propria: Matth.6.
E remitte & tu proximo tuo. Quòd ſi tu non dimiſeris errata fratris tui: neque
tua tibi remittet Dominus. Paratus eſto chariſſime: & quotidie mortem exſpecta,
& eum qui tuam repetet animam. Ne hodie pœnitentiam agas, & cras obliuiſcaris.
Ne hodie plangas, & cras ridiculè tripudies. Ne hodie ieiunes, & cras
ebrius prodeas. Ne hodie vigilijs te dedas, & cras ſupinum ac deſidem te præbeas:
ſed veram atque legitimam pœnitentiam oſtendas, vt coroneris. Ne * adulteres * μὴ νοθεύσῃς.
virtutem. Ne fugias laborem: vt non * priueris corona. Oderis quodcumque ſeculi *al. deperdas coronam.
iſtius gaudium, ac gloriam. Inuiſa tibi via lata, ac ſpatioſa. Oderis delicias. Matth.7.
odio perſequere impunitatem atque licentiam. Oderis iniuſtitiam & iniquitatem.
& cum Propheta dicito: Iniquitatem odio habui, & abominatus Pſalm.118.
ſum: legem autem tuam dilexi. Da igitur operam chariſſime, vt ſemper inue- Ibidem.

niaris

A

* al. fideiubeo.
Luc.12. & Matth.24.25.
1.Theſſ.5.
† τὸ θεῖον.
Pſalm.94.
Pſalm.102.
B
*al. non ſanitatem.
† ὑπερτίρους.
Matth.7. & Lucæ 11.
C
Tit.2.

niaris paratus: & cùm venerit qui animam tuam repetat, te paratum in pœnitentia comperiat. Et ego * polliceor tibi, fore, vt te nequaquam ab ijs, qui ſaluantur, ſegreget. Serua ſemper Domini præceptum, quod dicit: Parati eſtote, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Audi & Apoſtolum clamantem: Sine intermiſſione orate: hoc eſt, in omni tempore, & noctu, & die, & quacumque hora: & dum intentus es operi, & iter facis, & curas gregem, & agrum colis, & dormis. Ne diem exſpectes dominicum, aut feſtum, aut locorum differentiam: non enim circumſcribitur numen * diuinum: nam in manu ipſius ſunt omnes fines terræ. Propterea Dauid Propheta per ſingulos dies ac noctes orans, non exſpectabat locorum differẽtiam: ſed lachrymans, dicebat ſuam ipſius admonens animam: In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino. Et tu igitur frater, ne exſpectes diem vel horam: ſed etiam cùm domies, ora; & in via, & dum cubas, & cùm ſurgis, & in quocunque loco. Ora autem vigilanter, ac diligenter; non opes poſtûlans, non honorem ac gloriam, non * proſperitatem, neque aliud quid mundi iſtius momentanei, atque inutilis. Hæc enim omnia corruptibilia ſunt, & in corruptionem deſinunt: ſiue diuitias * ſummas dixeris, ſiue gloriam humanam præilluſtrem; ſiue quid aliud eorum quæ ſunt ſuper terram, quibus efferri ſolent homines. Cæterùm ora pro ſalute tua ſola. ora pro neceſſitatibus proximorum tuorum. ora verò cum humilitate, cum lachrymis, cum contritione: & continenter pulſa, ſiue potius indeſinenter atque aſſidue. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Omnem quoque concupiſcentiam abnega mundanam, atque impietatem: & ſobriè, ac iuſtè, & piè viuas in hoc ſeculo breui, exſpectans beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri IESV Chriſti.

EPILOGVS CVM ADHORTATIONE.
Exempla virtutum.
*θεώπατρα.
Dauid, typus & exemplum pœnitentiæ.
† ὑπτίαις.
D
Pſalm.88.
*vulg. de labijs meis nõ faciam irrita.
Matth.24.
Ezech.18.33.
Matth.24.25.
Apoc.16.
Pſalm.94.
*al. quia ipſe eſt Deus noſter. Ipſe fecit nos, &c.

Recordamini mei ſemper, fratres: & retinete traditiones, quas accepiſtis à ſanctis Patribus, & beatis viris, Prophetis, & Apoſtolis, & vniuerſorum Domino. Pro exemplo autem afflictionis, & longanimitatis, habetis Prophetas: tolerantiæ, Iob: pudicitiæ, Ioſeph: diſcretionis, Daniel: charitatis, Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, qui ſeipſum pro nobis dedit: pœnitentiæ, * Deipatrem Dauid: nam hic typus & forma nobis pœnitentiæ factus eſt, admonens nos, & cohortans, ac dicens: Venite filij, audite me, & ego oſtendam vobis diuitias pœnitentiæ: quoniam & ego aliquando offendi, & prolapſus ſum: at per pœnitentiam reſurrexi. cognoſcensque benignitatem Domini, noui quomodo pœnitentiam agentes ſupinis * manibus ſuſcipit: nam Dominum meum mentiri, impoſſibile eſt. Ipſum enim dicentem audiui: Quæ procedunt per * labia mea, nequaquam aſpernabor. Cælum & terra pertranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Semel iuraui in ſancto meo: viuo ego, quia nolo mortem peccatoris. Audiſtis contra ſeipſum iuraſſe benigniſſimum Dominum? Idcirco omnes adhortatur: Venite, inquit, filij mei: & dum tempus habetis, accelerate: antequam veniat dies Domini magna, & illuſtris. Præparemus hic iam nos ipſos, fratres: præoccupemus faciem eius in confeſſione. Venite, adoremus & procidamus ipſi: & ploremus coram Domino, qui fecit nos. * Ipſe enim eſt Deus pœnitentium: Ipſe nos pœnitentes ſuſcipiet. Ipſi gloria, in infinita ſecula ſeculorum, Amen.

E

SCHOLIA ET VARIÆ Lectiones.

SErmonem hunc S. Ioanne Chryſoſtomo digniſſimum, vel ideo Sermonibus S. Patris noſtri Ephræm, poſt eius Teſtamentum, coronidis loco ſubijcere viſum eſt, tum quòd laudes Auctoris noſtri Ephræm haud vulgares in eo contineantur ac celebrentur, vt & aliorum quorundam antiquorum SS. Patrum, de quibus ibidem honorifica fit mentio: tum, quòd multa in eo communia cum doctrina S. Patris Ephræm, & præſertim Teſtamẽti illius, aduerſus peſtiferos hæreticos, corruptosq; ſeculi mores tractetur, & deniq; quòd poſtremus hic illius Sancti Sermo fuerit, ſicut & illa Teſtamentaria Ephræm oratio nouiſſima exſtitit: & quia ante hac nunquam excuſus fuit, illum ideo à nobis traductum iam excudendum,

& hoc

A *& hoc loco tamquam valdè opportuno (ne deperdatur) reponendum omninò cenſuimus. Reperitur autē Græcè in varijs antiquis manſcript Codicibus: Vaticanis, nu. 880. 391. &c. ac Card. Sirleti, numer. συδ. 254. & S. Floræ, nu. 19. ac in Regia Biblioteca Galliæ, alijſq; vbique ſub nomine S. Chriſoſtomi, à quo putatur factus ac conſcriptus, (ſed non pulchrè recitatus) dum ſcilicet in exilio æger verſaretur, & quidem paullo ante ſuam mortem: vt hic quoque in ipſo Sermonis titulo habetur.*

Audite igitur, qui cum hæreticis verſamini, vt à ventura ſuper eos fugiatis ira, *&c.*] *Vbi alia lectio habet:* qui cum hœreticis cibum ſumitis, *&c. & al.* qui cum ijs charitatem facitis, *&c. quæ omnia hic ab Auctore per illud* (οἱ ἀγάπας ποιοῦντες) *exprimuntur, & pro ijſdem accipiuntur. Erat enim phraſis priſcorum Chriſtianorum, cùm alij alios conuiuio excipiebant, vt dicerent, ſimul charitatē facere, pro eo quod eſt ſimul cibum ſumere, &c. qui loquendi vſus etiam hodie in Italia, ac pleriſque alijs Prouincijs, ac linguis retinetur, eſtq; phraſis illa dicendi noſtro Patri Ephræm etiam familiariſſima, vt* B *non vno in loco apud eum in noſtris Scholijs oſtendimus. Cum hæreticis porrò vetamur etiam cibū ſumere: & idcircò adiecit hic Auctor:* οἱ τούτοις συμμιαινόμενοι, *&c. id eſt, qui cum his vnà in cibo potuq; commaculamini, &c. ſicut quoque efficaciter hoc ipſum ſæpius alibi noſter oſtendit Ephræm, & præſertim in Reſponſione ad Interrogat.* Quomodo de Hæreticis ſcriptum legimus: Eos, qui oderunt te Domine, oderam, *&c. Cuius ibi reſponſio ſic incipit:* Hæreticos tamquam blaſphemos, & Dei inimicos Scriptura non homines, ſed canes, & lupos, & porcos, & Antichriſtos appellat, *&c. Tomo 1. vbi de Hæreticis omninò fugiendis agitur: quod & hic conſequenter intendit Auctor, nonnulloſq; ex præcipuis recenſet, vt peſtis inſtar vitentur.*

Vbi Simon Magus, in hæreſi primus? vbi malus huius fœtus, & laſciuiæ ſucceſſor Montanus? vbi Marcion? vbi Valentinianus? vbi Manes? vbi Arrius? *&c.*] *Hæreticorum peſſimorum catalogum recenſet, de quibus hic obiter aliquid (vt amplius eorum impietas detegatur, prodaturq; virus) dicendū* C *erit: & primò quidem de* SIMONE MAGO, *cuius vita impia & ingenium fraudulētum ſic in Actis Apoſtolorum capite octauo deſcribitur:* Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in ciuitate Magus ſeducens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem magnum, *&c.* Attendebant autem in eum, eo quòd multo tempore magicis ſuis dementaſſet eos, *&c. paucisq; interiectis ibidem poſtea, de eodem ſic:* Cùm vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicumquè impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri, *&c.*] *quibus haud obſcurè verbis, Simonis iſtius malitia, atque magia, & hæreſis breuiter detegitur, perſtringiturq;. Cuius quoque nequitias, & magicas artes atque impoſturas non multo poſt Apoſtolorum tempora exortus B. Iuſtinus prodidit in ſuo Apologetico, quem pro fide noſtra ad Antoninum ſcripſit, cuius verba ad longum contra Simonem Magum, eiuſq; impia ſcelera citat Euſebius Cæſarienſis libro 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 12. vbi de illo pluribus. Conformia verò Iuſtini ſcriptis de Mago illo etiam Irenæus Apoſtolorum temporibus vicinus ſcribit in primo aduerſus hæreſes libro, ac præſertim cap. vigeſimo, vbi, quis, ac qualis iſte fuerit Simon, quamq; impura eius vita, ac impia doctrina extiterit, plenius recenſet. ac poſt eum Epiphanius* D *libro primo aduerſus hæreſes, hæreſi vigeſima prima per totum, quæ eſt contra Simonianos, incipitque:* Simonis Magi prima eſt hæreſis, *&c. vbi de eius præſtigijs, impiaq; doctrina, ac flagitioſa vita, funeſtoq; interitu copioſè agitur. De quibus etiam Tertullianus cap. decimo tertio Apologet. Cyrillus Hieroſolymitanus Catech. ſexta. Theodoritus libro primo hæreticarum fabularum in Simone Mago. item Egeſippus (qui tempore Aniceti vixit) in vita Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ habetur libro tertio de eiuſdem de excidio Hieroſolymit. cap. ſecundo, vbi de Simonis Magi impoſturis, atque flagitijs, artibuſq; magicis per S. Petrum detectis; & de vltima eius ruina ac morte probroſa tractat. De quibus, & S. Maximus Epiſcopus Taurinenſis in Sermone primo de natali eorumdem Apoſtolorum Petri & Pauli, circa finem, vbi glorioſa Petri aduerſus Magum hunc victoria, triumphuſq; refertur. Suffragaturq; Necephorus libro ſecundo Hiſtor. Eccleſiaſt. capit. 27. 36. ac 37. & lib. tertio cap. 5. 6. &c. ac S. Gregorius Turonenſis libro primo Hiſtor. in vit. Petri, & Metaphraſtes in ſuo* E *Hypomnemate ſiue Commentario de certaminibus & laboribus, peregrinationibus, atque conſummatione Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli: vbi huius quoque improbi Magi fallax animus, & vita impia detegitur, ac mors tragica, exituſq; funeſtiſſimus (qualem ferè ſimile genus hominum ſortiri ſolet) exponitur. Quòd porrò Simon Magus in hæreſi (vt noſter hic loquitur Auctor) omnium fuerit primus, alijq; hæretici ſuum ab illo initium duxerint, teſtes id affirmant plures omni exceptione maiores, S. Clemens in Apoſtolicis ſuis Conſtitutionibus, libro ſexto cap. 7. ac 9. & libro ſecundo & tertio Recogn. Irenæus libro primo cap. vigeſimo, vbi de illo ſic habetur:* Habent & vocabula à principe impijſsimæ ſentētiæ, Simone, dicti Simoniani, à quibus falſi nominis ſcientia accepit initia, ſicut & ipſis aſſertionibus eorum licet addiſcere, *&c.*] *Euſebius Cæſarienſis libro ſecundo Hiſtor. Eccleſiaſt. c. duodecimo, vbi dicit:* Caput igitur totius prauitatis, & principium omnis hęreſis à Simone cœpiſſe accepimus, *&c. Epiphanius libro primo contra hæreſes, hæreſi 21. vbi in ipſo mox initio idipſum affirmat, dicens:* Simonis Magi prima eſt hæreſis, quæ poſt Chriſtum incepit, *&c. Idemq; ſuo corroborat teſtimonio Theo-*

doritus loco iam ante citato, in Simone Mago, alijq́; alibi. MONTANVS *(de quo conſequentor apud* A
Auctorem) hæreſiarcha quoque poſt Simonem Magum peſſimus, natione Phrygius: qui nominabat ſe
paraclitum in Phrygia, ac multos ſeducebat, & eamdem regionem cum vicinis regionibus nequiter corrumpebat,
ac varijs erroribus inficiebat. Priſcam, & Maximillā, clariſſimas mulieres adeò dementauit
atq; ſeduxit, vt relictis proprijs viris ſequerentur ipſum, & ſe eius inſpiratione prophetiſſas dicerent.
&c. De quo.inter alios Euſebius Cæſarienſis lib.5. Hiſt.Eccl.cap.14.15.& 18.& poſt Euſebium Epiphanius
lib.2.aduerſus hæreſes, hæreſ.48.item Theodoritus libro hæreticarum fabularum, vbi de Montaniſtarum
hæreſi agit, quæ initium habuit ab hoc Montano. Cuius quoq; varios errores validiſſimis rationib.
confutauit Apollinarius Epiſcopus Hierapol.vt de eo teſtatur Euſebius Cæſarienſis libro 4. Hiſt. Eccleſ.
cap.27.& li.5.cap.15.ac 16 & Apollonius quidam Eccleſiaſticus ſcriptor libellum aduerſus eiuſdem impia
dogmata, vitaq́; improbitatem edidit, vt idem teſtis eſt Euſebius libro eodem 5.cap.18.vbi de illius inſania,
vitaq́; improba, pluribus.

MANES, *hæſiarchia quoque ſceleſtiſſimus, gente Perſa, homo callidus ac diabolicus, vita & moribus* B
barbarus, & Chriſti Eccleſiæ atque doctrinæ hoſtis infeſtiſſimus: à quo, Manichæorum hæreſis dicta atq;
deducta eſt. Aduerſus quem. Euſebius Cæſarienſ.li.7.Hiſt.Eccleſ.cap.27.ſic ſcribit: Eo tempore MANES
quidam ſecundùm nomen ſuum (ἀπὸ τῆς μανίας) inſaniens, & inſtinctu dæmonis agitatus,
inuiſam & execrabilem omnibus hęreſim docet. Hic autem Manes gente Perſes, vita & moribus
barbarus fuit, tam acer ingenio, vt inſanire, vel dæmone adimpleri videretur. Chriſtique ſe nunc
gerere formam conabatur oſtendere, nunc ipſum paracletum ſe eſſe prædicabat: & elatus in inſania,
ad ſimilitudinem Chriſti, duodecim diſcipulos eligens, ad prædicādum mittebat, dogmata
ſtulta & impia à diuerſis hæreticis, qui iam prius exſtincti fuerant, mutuata diſſeminans, &
noſtro orbi Perſica venena propinans. Ex hoc ergò Manichæorum hæreſis vſque in hodiernum
diem diffunditur, eo tempore exorta, quo Felix in vrbe Roma Eccleſiæ præerat, *&c. hæc ibi Euſebius.*
Additq́; S. Auguſtinus contempſiſſe Manen præcepta decalogi, quippe qui non vnum ſolùm Deū
coleret, ſed Deorum agmina, &c. ita de illo S. Auguſtinus contra Fauſtum, libro decimo quinto cap.7. C
Cuius hæreſes in eodem libro oppugnat idem Auguſtinus cap quinto. ſexto, ac varijs aliſs in locis ſæpè.
De quo, plura Epiphanius libro 2. contra hæreſes, hæreſ. 66. quæ eſt contra Manen, eiuſq́; ſectatores
Manichæos. & Theodoritus libro primo hæret. fabularum in MANE, *alijq́; alibi.* BASILIDES, *nefarius*
quoque hæreſiarcha (cuius conſequenter hic fit mentio) multa mala mundo peperit, multoſq́; pluririmis
in locis tabifica atque peſtifera ſua hæreſi infecit. Quem alibi S. Hieronymus, luxuriæ & turpiſſimorum
complexuum magiſtrum appellat, eumq́; poſt tot annos ita in Iouinianum, quaſi in Euphorbum
transformatum eſſe ſcribit, vt Latina quoque lingua ſuam hæreſim haberet, &c. ita inter alia de eo S.
Hieronymus libro ſecundo aduerſus Iouinianum, qui extinctam iam Baſilidis hæreſim ſuis ſcriptis reuocare
conatus erat, ſicut in priore ſuo aduerſus eūdem Iouinianum libro idem S. Hieronymus clarius
oſtendit. A BASILIDE *dicti ſunt ſectatores eius Baſilidiani, aduerſus quod copioſè ſcribit Epiphan.*
libro primo contra hæreſes, hæreſi vigeſima quarta, quam quartam à Chriſti aduentu hæreſim ponit. Similiterq́;
Theodoritus libro primo fabularum hæreticarum, in BASILIDE. *Et ante hos, Irenæus libro primo*
aduerſus hæreſes, ca. vigeſimo tertio, vbi inter multa de eo narratur, quòd negauerit Chriſtum fuiſſe D
paſſum, ſed Simonem quemdam Cyrenæum pro eo crucifixū ac paſſum extitiſſe affirmabat, &c. idemq́;
de eo refertur in eandem cum Irenæo ſententiam ab Epiphanio in loco iam citato. Quos, & alios eius,
diſcipulorumq́; errores acerrimè quoq; ante Irenæum impugnauit S. Ignatius & ipſe Martyr, in Epiſt.
ad Trallian. Tarſen. Philip. Philadel. Polycar. &c. item Clemens Alexandrinus libro quarto & quinto
Stromat. à quo inter alia ibi ſcribitur, non ſolùm plures Deos Baſilidem ſuis delirijs conſtituiſſe, ſed etiam
ex diabolis Deos effinxiſſe, &c. Illum porrò Alexandria ortum, in Ægypto autem errorum ſuorum
ſcholas inſtituiſſe Adriano imperante, ſimulq́; Caſtorem Agrippam ſcriptorem præſtantiſſimum Baſilidis
errores detexuiſſe, hæreſimq́; confutaſſe, tradit Euſebius lib.4.Hiſt.Eccleſ.cap.7. & 8. ſed de illo hic
ſatis.

ARIVS, *hæreſiarcha inter alios fuit peſtilentiſſimus, vniuerſæq; Eccleſiæ hoſtis infeſtiſſimus, &*
orthodoxæ religionis turbator ſeditioſiſſimus, qui (vt de eo ſcribit Epiphanius) diabolica operatione ac E
ſpiritu afflatus, effræniq́; ore impudenter ductus, extollere linguam ſuam contra proprium Dominū auſus
eſt, & creaturam vocare eum, qui omnia creauit, Verbum ex Patre ſine tempore & abſq; principio
genitum, &c. De quo, ad Euſebij Hiſtoriam, libro decimo Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. primo Ruffinus Aquileienſis
ſic: Presbyter quidam apud Alexandriam Arius nomine, vir ſpecie & forma magis quàm
virtute religioſus, ſed gloriæ, laudiſque ac nouitatis improbè cupidus, praua quædam de fide
Chriſti proferre, & quæ antea in quæſtionem numquam venerant, cœpit: nam abſcindere
ac ſeparare ab illa æterna, & ineffabili Dei Patris ſubſtantia vel natura Filium conabatur.
quæ res plurimos in Eccleſia conturbabat, *&c. Sed quam dignas ſuis blaſphemijs pœnas is luerit,*
quamque funeſtum vitæ exitum ſortitus ſit, idem quoque Auctor poſtea eodem libro cap. decimotertio
enarrat, dicens: Arius ad Eccleſiam pergens, Epiſcoporum & populorum frequentia conſtipatus,
humanæ neceſſitatis cauſſa ad publicum locum declinat: vbi cùm ſederet, inteſtina
eius atque omnia viſcera in ſeceſſus cuniculum defluxêre; ita tali in loco dignam mortem bla-

ſphemia

A ſphemia ac fędita morte exſoluit,*&c.*] *Damnatus autem eſt ipſe cũ vniuerſa ſua hæreſi,in Generali Concilio Nicæno 318. Patrum. Ab impio hoc* ARIO,*dicta eſt hæreſis Ariana,& Ariani hæretici,ſectatores eius atque diſcipuli: de quorum varijs blaſphemijs multa videre licet apud Epiphanium li.2. contra hæreſes,hæreſ.69.quæ eſt contra Arianos.ac Theodorit.li.4 hæreticarum fabularum,in* ARIO. *& ante hos,apud S.Hilarium Pictauenſem Epiſcopum,qui libros duodecim (teſte S.Hieronymo in Catalogo)ſcripſit de Trinitate contra Arianos. Aduerſus quos,etiam extant quatuor inſignes Orationes S.Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini,& alia aliorum alibi.*

EVNOMIVS *hæreſiarcha vltimo hic loco ab Auctore nominatur,de quo inter alios S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt.ſic ſcribit:* Eunomius, Arianæ partis,Cyzicenus Epiſcopus, in apertam hæreſeos ſuæ prorumpens blaſphemiam,vt,quod illi tegunt;iſte publicè fateretur, vſque hodie viuere dicitur in Cappadocia,& multa contra Eccleſiam ſcribere.Reſponderunt ei Apollinarius,Didymus,Baſilius Cæſarienſis,Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyſſenus, B *&c.*]*hæc de illo ibi S.Hieronymus. Ab hoc, Eunomiana hæreſis dicta atque deducta eſt,& Eunomiani hæretici appellati:contra quos copioſè agit S.Baſilius libris quinque, qui inter eius extant Opera.ac S. Gregorius Nazianzenus Orationibus quinque,quas de Theologia inſcripſit,etiam contra Eunomianos. & Epiphanius li.3.hæreſum,hæreſ.76.quæ eſt contra Anomianos.item Theodoritus lib.4.hæreticarum fabularum,in Eunomio,atque Aetio.Et S.Ioannes Chryſoſtomus in Serm.contra Anomæos. Tom.5. & conſequenter ib.in Serm.aduerſus hæreticos.cuius initium eſt:* Eſt lapis quidam,quã Chryſaconion vocant,*&c.*] *Atque iſta de Hæreſiarchis illis impijs(quorum à noſtro Auctore in præſenti hoc vltimo ſuo contra hæreticos Sermone fit mentio)pro oblata occaſione hic ad maiorem illorum, & omnium aliorum Hæreticorum confuſionem ex veris Auctoribus adducere, fuſiusq́; aliquantulum ſic extendere atque explicare viſum fuit.*

Sequitur pleriſq́; interiectis poſtea apud Auctorem: Vbi Euodius bonus odor Eccleſiæ, & Sanctorum Apoſtolorum ſucceſſor atque imitator? Vbi Ignatius Dei domicilium? *&c.*] *Poſtquam* C *Auctor hæreticos quoſdam præcipuos,qui Eccleſiæ Dei vehementer obfuerunt,perſtrinxit, & deprauatos quorumdam hominum,etiam Paſtorum atque Epiſcoporum nonnullorum ſui temporis mores tetigit,opportunè hic eos qui verbo & exemplo Eccleſiam Dei maximè adiuuerunt,& illuſtrârunt, recenſet:cuiuſmodi poſt Apoſtolos Eccleſiæ lumina fuerunt,Euodius,Ignatius, Dionyſius Areopagita,&c. quos hic Auctor cõmemorat.Et vt de* EVODIO *aliquid dicamus,fuit is(ipſo S.Ignatio teſte) primus à S.Petro Apoſtolo ordinatus Epiſcopus Antiochenæ Eccleſiæ,vt non ſine cauſſa etiam hic ab Auctore Sanctorum Apoſtolorum,aut ſi mauis,S.Apoſtoli,ſcilicet Petri,dicatur ſucceſſor. De quo,S. Ignatius in Epiſt.12.ad Antiochenos ſic ſcribit:* Memontote EVODII beatiſſimi Patris veſtri,qui primus poſt Apoſtolos gubernacula Eccleſiæ veſtræ ſortitus eſt,*&c.*] *Primus ſiquidem S. Petrus,ſecundus Euodius,& tertius Ignatius Antiochenam rexerunt Eccleſiam:ſicut etiam haud obſcurè idẽ confirmatur ab Euſebio in Chronic.& Hiſt.li.3 cap.16.nec non à S.Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſt.in Ignatio,&c.*

D Vbi GREGORIVS alter Theologus; & qui commune cum ipſo nomen habet,alius? *&c.*] *Hæc de Gregorio Nazianzeno,& Nyſſeno qui etiam dictus eſt Gregorius, intelligenda omninò videntur.Vocatur autem Nazianzenus hic,& à S.Baſilio in ſuis ad eum Epiſtolis,aliiſq́; Patribus communiter Theologus,tum ob ſingularem diuinarum rerum doctrinam:tum etiam,propter inſignes illas quinque(vt alij volunt)Orationes,quas de Theologia contra Eunomianos,alioſq́; hæreticos ſumma cũ laude ac fructu habuit. Dicitur porrò hic ab Auctore alter Theologus, reſpectu credo S.Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ,quem à noſtro Ephræm,aliiſq́; orthodoxis Patribus antiquis cõmuniter Theologi cognomine appellari oſtendimus hoc eodem Tomo tertio ſupra,in noſtro Scholio in Sermonem compunctorium, qui incipit:* Venite dilectiſſimi,*&c.ad verba illa:* Audi quid dicat Theologus Ioannes: Nolite diligere mundum,*&c.;vbi & cauſſam eiuſce appellationis reddidimus, & plures in eam rem Patres orthodoxos citauimus.*

E Vbi SYRVS ille EPHRÆM Magnus,obtorpeſcentium excitator, & afflictorum conſolator,*&c.*] *Inſigne & rarum atque præclarum iſtud eſt laudum S.Patris noſtri Ephræm Syri encomiũ, varijs pulcherrimis præconiorum epithetis plenum: quod vel ſolum præcipuam mihi cauſſam præbuit hunc digniſſimum S.Ioannis Chryſoſtomi Sermonem poſtremum;è Græco Latinè reddendi,& loco coronidis hic poſt Ephræm opera ponendi,eiuſq́; vltimæ Teſtamentariæ Orationi mox ſubijciendi; vt eo veluti ſigillo aliquo ſolido Tertium & vltimum hunc S.Patris noſtri* EPHRÆM TOMVM
obſignemus,noſtroſq́; in illum labores ad honorem Dei,& vtilitatem totius Eccleſiæ
ſuæ ſanctæ ſuſceptos,tandem ſemel concludamus ac feliciter terminemus.

FINIS.

AD MAIOREM FIDEM, ET AVCTORITATEM,

Vt omnibus de antiquitate manuſcriptorum Codic. Græc. conſtet, ex quibus hæc & alia S. Patris noſtri Ephræm Syri monumenta deſumpſimus, tranſtulimus, ac in certum aliquem ordinem redegimus: viſum eſt, quæ in calce antiquiſſimi vnius MS. Codic. Græc. Biblioth. Cryptæ Ferrat. Operum eiuſdem S. Patris Ephræm reperimus, hic addere atque ſubijcere. nimirum iſta:

ΕΓΡΑΦΘΗ Ό ΟΣΙΟΤΑΤΟΣ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΕΦΡΑΙΜ, ΔΙΑ ΧΕΙΡΟΣ ΤΟΥ ΙΩΝΑ ΤΟΥ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ, ΕΝ ΤΩ ΕΤΕΙ ΚΥΡΙΟΥ ΦΛΑ. ΚΑΤ. ΕΠΙΤΑΓΗΝ ΤΩΥ ΟΣΙΟΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΥ ΗΜΩΝ ΠΑΤΡΟΣ ΝΙΚΩΝΟΣ, ΟΥ ΤΑΙΣ ΙΚΕΣΙΑΙΣ ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΘΕΟΦΟΡΩΝ, ΚΑΙ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, ΔΩΗ ΗΜΙΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΜΕΡΙΔΑ, ΚΑΙ ΚΛΗΡΟΝ ΜΕΤΑ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΥΤΟΥ. ΑΜΗΝ.

Quæ eadem Latinè à nobis ſic ſunt reddita.

DESCRIPTVS EST SANCTISSIMVS ET BEATVS EPHRAIM, MANV IONÆ PECCATORIS, ANNO DOMINI QVINGENTESIMO TRIGESIMO PRIMO. IVSSV SANCTISSIMI, SPIRITALISQVE PATRIS NOSTRI NICONIS: CVIVS, ET OMNIVM RELIGIOSORVM ATQVE SANCTORVM PATRVM SVPPLICATIONIBVS LARGIATVR NOBIS DOMINVS PARTEM, AC SORTEM CVM OMNIBVS SANCTIS SVIS. AMEN.

Ecce hîc habes Nomen Scriptoris, & eius cuius mandato ac iuſſu Opus ſcriptum eſt, & tempus atque annum, quando: Ex quibus mira relucet antiquitas, & fides atque auctoritas Scriptorum ac Oper. maior.

ALIVD ANTIQVITATIS MONVMENTVM

poſt Ephræm opera adiectum, Ex antiquiſſimo Græco Ephræm Volumine Conſtantinopolitano.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΕΣΧΑΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ ΤΟΥ ΑΝΑΧΩΡΗΤΟΥ. ΟΣΤΙΣ ΗΣΚΗΣΕΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΗΜΕΡΑΙΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ, ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΕΩΣ ΤΗΣ ΕΠΙΚΕΚΛΗΜΕΝΗΣ ΤΩ ΟΝΟΜΑΤΙ ΑΥΤΟΥ, ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΚΑΙ ΝΕΑΣ ΡΩΜΗΣ· ΗΚΜΑΣΕ ΔΕ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΟΥΑΛΕΝΤΟΣ, Υ῾Φ᾽ Ο῾Υ ΚΑΙ ΕΤΕΛΕΙΩΘΗ.

HOC EST,

FINIS POSTREMI LIBRI SANCTI ET DIVINO SPIRITV PLENI PATRIS NOSTRI EPHRÆM SYRI ANACHORETÆ: QVI EXERCITATOREM EGIT IN DIEBVS MAGNI CONSTANTINI, ET PRIMI IMPERATORIS MAGNÆ CIVITATIS, QVÆ AB EIVS NOMINE APPELLATA EST CONSTANTINOPOLIS, ET ROMA NOVA. FLORVIT AVTEM VSQVE AD IMPERIVM VALENTIS, SVB QVO ET DECESSIT.

ALIVD ANTIQVITATIS MONVMENTVM,

Ex vetuſtiſſimo Græco MS. Cryptaferat. vbi poſt Teſtamentum S. Ephræm, ſequens Encomiaſticum reperitur:

ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΙΣ ΛΟΓΟΙΣ ΗΡΔΕΥΣΕ ΤΟΝ ΚΟΣΜΟΝ
ΕΦΡΑΙΜ Ο ΚΛΕΙΝΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΘΕΙΟΙΣ
Ο῾Υ ΤΑ ΠΟΝΗΜΑΤΑ Ο῾Σ ΣΥΛΛΕΞΑΙ ΘΕΛΗΣΗ
ΟΥΧ Ο῾ΙΟΣ Τ᾽ ΕΣΤΑΙ ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΠΕΙΡΩΣ ΕΧΕΙ.
ΑΛΛ᾽ Ω ΦΩΤΙΣΤΑ ΤΟΥ ΝΟΥ, ΚΑΙ ΣΩΤΕΡ ΛΟΓΟΥ
ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΕ, ΘΕΕ ΚΑΙ ΣΩΤΕΡ ΦΩΤΩΝ· ΑΥΤΟΥ
ΠΡΟΣΕΥΧΑΙΣ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ
ΔΩΣ ΗΜΙΝ ΠΟΙΕΙΝ, ΑΠΕΡ ΚΑΙ ΜΕΛΕΤΩΜΕΝ·
ΙΝΑ ΜΗ ΔΙΠΛΩΣ ΕΚΕΙ ΤΙΜΩΡΗΘΩΜΕΝ.
ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΚΥΡΙΕ ΤΟΥ ΓΡΑΨΑΝΤΟΣ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ ΙΩΝΑ.

Quæ eadem Latino Rhythmo ſic reddi poſſunt:

SPIRITALIBVS SERMONIBVS IRRIGAVIT MVNDVM
EPHRAEM INCLYTVS AC CELEBRIS, ET MAGNVS IN DIVINIS:
CVIVS QVI LABORES SIMVL COLLIGERE VOLVERIT,
REM IS IMPOSSIBILEM TENTABIT, CVM SINT INFINITI.
SED O MENTIS ILLVMINATOR, ET VERBI ATQVE SERMONIS DATOR
IESV CHRISTE, DEVS ET SALVATOR HOMINVM:
IPSIVS PRECIBVS, ET OMNIVM SANCTORVM,
CONCEDE NOBIS FACERE, QVAE ET MEDITAMVR:
VT NON DVPLICITER TORMENTIS IBI PVNIAMVR.
MEMINERIS DOMINE HORVM SCRIPTORIS IONAE PECCATORIS.

Adiecta hæc ſunt Græcè ad calcem Operum S. Ephræm Syri à Iona hîc nominato qui ante mille & amplius annos in Oriente colligere & manuſcribere ea cœpit, iuſſu ſpiritalis Patris Niconis.

EGO GERADVS VOSSIVS, al. Voskens, honeſtis ac Catholicis parentibus ex legitimo matrimonio, Patre Gulielmo, & Matre Iohanna Voskens natus, oppido Borchloon, quod primarium eſt totius Comitatus Loſſenſis, diœceſis Leodienſ. patria Teutonic. &c. operum omnium S. Patris Ephræm Syri Interpres & Scholiaſtes, pro poſteritatis beneficio atq, memoria, præcipua quædame lucubrationum mearum monumenta Eccleſiaſtica ROMAE diuerſis temporibus edita, breuiter hic (exemplo S. Hieronymi ſua in fine Catalogi ſcripta commemorantis) adnotanda ac recenſenda ordine temporum, vt prodierunt, duxi. Anno itaque 1580. Romæ à me ſunt edita S. Ioannis Chryſoſtomi monumenta quædam Grecè &, Latinè de laudibus Principum Apoſtolorum Petri & Pauli, eorumdemque glorioſo Martyrio. ac de duodecim ſimul Apoſtolis, vnà cum meis Scholijs, & duplici Apoſtrophe ad finem adiecta, vna, ad ipſam Vrbem ROMAM: altera ad SS. Apoſtolos Petrum & Paulum, tutelares vrbis Romæ patronos. Anno 1581. prodijt nobile Theodoriti Epiſcopi Cyri monumentum de Charitate, Grecè & Latinè, vna cum noſtris Scholijs, & varijs lectionibus. Anno 1586. Gregorij Papæ IX. geſta ac monumenta quædam inſignia prius non edita, de vnione Græcorum cum Eccleſia Latina, vnà cum Argumentis ac Scholijs noſtris in lucem edidimus: quibus Acta Canonizationum quatuor eiuſdem Pont. acceſſerunt. Anno poſtea 1589. editus à nobis eſt Tomus primus operum omnium S. Patris noſtri Ephræm Syri, cum Latina noſtaa è Græco traductione, ac Scholijs, in folio. Anno 1593. pari modo Secundus eiuſdem S. Patris Ephræm Tomus noſtro ſudore ac ſtudio ex Typographia Vaticana prodijt. Anno 1594. S. Bernardi libros quinque de Conſideratione in capita diſtinctos, & ex pluribus antiquis mmſſ. recognitos, vnà cum Argumentis ac Scholijs dedimus. Anno denique 1597. præſentem Tomum Tertium, ac poſtremum Operum omnium S. Patris noſtri Ephræm Syri; tandem (Laus Deo) Romæ abſolutum, ex Vaticana Typographia edidimus: anno nimirum ætatis noſtræ 50. & vrbicæ manſionis 25. Succedent, Deo propitio, ac vita comite, Opera Sancti Gregorij, Epiſcopi Neocæſarienſis, cognomento Thaumaturgi, Patris antiquiſſimi & celeberrimi, recenter per nos collecta, & partim translata, notiſque exornata: Et poſtea Opera omnia Sancti Leonis Papæ primi, ac verè Magni, in multis quoque noſtro ſtudio atque labore recognita, aucta, & illuſtrata. Hæc noſtra Romana ſunt monumenta, Deo, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ conſecrata.

CATALOGVS LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ A S.PATRE EPHRÆM HISCE SVORVM OPE*rum tribus Tomis citantur, & obiter explicantur, vel aliter atque aliter leguntur, crebriusq́; repetuntur, &c.*

Ex Geneſi.

Cap. 5.

ENOCH ducentis annis placuit Deo,poſtquam genuit Mathuſalêm,&c. 440. b e & ſeq.
6 Videns autem Dominus Deus,quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & vnuſquiſque cogitaret in corde ſuo ſuper maligna cunctis diebus,pœnituit,&c. 623 b 624.a
ibi.Noe autem vir iuſtus, perfectus exiſtens in generatione ſua: Deo placuit Noe. 484.a 623.c
8. Requieuitque arca Noe in monte Ararat. 2. c 4.a
13. Homines Sodomitæ peſsimi erant, & peccatores coram Domino nimis 112.b
ibi.Clamor Sodomorum & Gomorrhęorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis ibid.
18. Num cælare potero Abraham puerum meum,quæ ego faciam? Clamor Sodomorum & Gomorrhę multiplicatus eſt, & peccata eorum magna valdè. 630.a 631.c
19. Veneruntque duo Angeli Sodomam veſperi,& ſuſcepit eos Loth: & viri ciuitatis Sodomitæ circumdederunt domum à puero vſque ad ſenem,&c. 630.a 631. d e
ibi. Egreſſus itaque Loth, locutus eſt ad generos ſuos,qui acceperant filias eius,&c. 630. c 632.a
22. Tolle filium tuum vnigenitum,quem diligis Iſaac; & offer eum in holocauſtum, &c. 625. c 628. e
ibi.Ego & Iſaac, dixit Abraham pueris ſuis, poſtquam in montem aſcenderimus, reuertemur ad vos,&c. 652.b
ibi.Abraham, Abraham: ne iniicias manum tuam in Iſaac; neque facias illi quidquam. nunc cognoui quòd timeas Deum,&c. 627. c 629. a b 676.b
ibi.Ecce aries colligatus in planta Sabec,accipe & offer illum pro Iſaac. 627.c 629.b c
ibi.In ſemine enim tuo benedicentur tribus omnis terrę 2. d 4. b
24. Bibe Domine mi, & camelis tuis hauriam aquam,donec cuncti bibant,&c. 159. b
29.Iacob quatuordecim annos inſeruiuit propter Rachel, Laban Syro; in calore diei,& gelu noctis,&c. 351.c
35. Mortua eſt autem Rachel, & ſepulta eſt in via Hippodromi,&c. 635.644. e & ſeq.
37. Erat Ioſeph ſeptendecim annorum,dum oues paſcebat cum fratribus ſuis,&c. 351. c 352. b c
ibi.Ioſeph accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſsimo 633.d 644.d e
39.Igitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, &c. 637.a 645.b
ibi.Et conſtituit eum ſuper domum ſuam; & omnia quæcumque ſibi erant,dedit per manum Ioſeph,&c. 637. b 645.c
40.Poſthæc peccârunt Regi Pharaoni præpoſitus pincernarum, & præpoſitus piſtorum; iuſsitque eos Rex iratus in carcerem conijci,&c. 639.a b 646.c d
42. Acceptis ergo mandatis, decem filij Iacob deſcenderunt in Ægyptum, vt alimenta ſibi compararent,&c. 640.d e 647 b c
43. Ioſeph vt conſpexit fratrem ſuum Beniamin, commota ſunt viſcera eius ſuper ipſum,&c. 641.b 647.d
45. Dixit ad fratres ſuos: Ego ſum Ioſeph frater veſter,&c. 643.b 647.e

Ex Exodo.

2. Fugiens autem Moyſes à conſpectu Pharaonis,moratus eſt in terra Madian,&c. 159.c 161. b
ibi. Erant autem Sacerdoti Madian ſeptem filiæ, paſcentes oues Iothor patris ſui, &c. 159.c
21. Si venundatus tibi fuerit frater tuus Hebręus,aut Hebræa,&c. 650.b 464.d e
32. Feceruntque filij Leui iuxta ſermonem Moyſi,cecideruntque ex populo in die illa, quaſi tria millia hominum, *vel, vt legi Hieronymus:*

ronymus: quaſi viginti tria millia hominũ. 8.c324.e326.e
33. Et mittam præcurſorem tui Angelum, vt eijciam Chananæum,&c. 472.e478.b

Ex Leuitico.

6. Omne ſacrificium igne conſumetur 728 b
11. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum 117. a150.d285.c
13. Quicumque tactus fuerit lepra, veſtimenta eius diſſuta ſint,& caput reuelatum, &c. 302.b
14. Si ſacerdos ingreſſus viderit lepram domus: omnia quæ in ipſa ſunt, immunda erũt. 607.d
15. Cautos & abſtinentes facietis filios Iſrael, &c. 411.e412.e
19. Non oderis omnem hominem 184.c
20. Quicumque dormierit cum maſculo, coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriantur ambo,&c. 114.b
26. Immittam pauorem in corda veſtra, & fugietis nemine perſequente,&c. 562.e

Ex Numeris.

1. Cenſus habebatur populi ſecluſis mulieribus ac pueris,&c. 89.c91.e
12. Erat Moyſes vir mitiſsimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra 89.d
ibi. Maria ſoror Moyſis correpta eſt lepra 95.b 98.c
25. Ceſſauitq; plaga à filijs Iſrael, & occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum,&c. 324. e326.e

Ex Deuteronomio.

15. Si venundatus tibi fuerit Hebræus, aut Hebræa; ſeruiet tibi ſex annis: & ſeptimo dimittes eum liberum abs te,&c. 450 b 464.de
23. Melius erat non vouere, quàm cùm voueris, non reddere 5.c
32. Attende cælum, & loquar, & audiat terra verba oris mei. Exſpectetur ſicut pluuia doctrina mea, & deſcendant velut ros eloquia mea 211 c

Ex Ioſue.

3. In hoc ſcietis, quod Dominus Deus viuens in medio veſtri eſt, & diſperdet in conſpectu Chananæum,&c. 472 e478.c
7 22. Achar filius Charmi peccauit, auferendo aliquid de anathemate,&c. 8.a

Ex lib. Iudicum.

7.& 9. A me videbitis,& ſic facietis 271. c274. a b
15. Qui enim percuſſerat mille viros in maxilla anni,&c. 121 b232. c233. b
16. Dalida virum proprium detonſo eius capite vinctum in manus tradidit Philiſtinorum 121.a

Ex 1. Regum.

2. Filij Heli, filij perditi neſcientes Dominum,&c. 6.d
ibi. Et erat Heli ſenex valde. & audiebat quæ faciebant filij ſui filij. Iſrael,&c *pulchra & efficax expoſitio* 6.c9.
ibi. Si peccans peccauerit homo in hominem, etiam orabunt pro eo, ad Dominum, &c. 424.a425.e
ibi. Sed tantùm glorificantes me, glorificabo: & qui contemnunt me, ignominia afficientur 415.b417.a b430.e
3 Et adiecit Dominus vocare Samuelem tertiò: qui conſurgens abijt ad Heli, &c. 295.e 296.b
ibi. Suſcitabo aduerſum Heli omnia, quę locutus ſum,& ſuper domum eius 7.d9.a
10 Ecce Saul abſconditus eſt in vaſis 530.d538.d
16 Homo videt in faciem, Deus autem intuetur 287 a
17 Dauid arietem ex ore vrſi eruit 564.a

Ex 2. Regum.

1. Mœrore conficior tua cauſſa, ô Ionatha; & vos filiæ Hieruſalem Saulẽ deplorate 204.c
16. Sinite eum ſic maledicere; ſi fortè reſpiciat Dominus humilitatem, & afflictionem meam,& c. 391.d
24. Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael,&c. 86.c88.a

Ex 3. Regum.

6. Et templum ex lapidibus per ſe politis ac dolatis ædificatum eſt:& malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in ædificio,&c. 674.b c675.b
17. Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto: ne veniat pluuia & ros ſuper terram, niſi per os ſermonum labiorum meorum 661.e
ibi. Surgens Elias, abijt in Sarepta Sidonię,&c. 415.c417 b c
ibi. Cape mihi modicum aquę, vt bibam 662.c
ibi. Cape etiam mihi buccellam panis in manu tua, vt comedam ibid.
ibi. Viuit Dominus Deus: quia non eſt mihi ſubcineritius panis, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria mea;& paullulum ſimiliter olei, in lecytho,&c. ibid.
ibi. Ingredere,& fac ſicut dixiſti,&c. Hæc dicit Dominus: Hydria farinæ non dificiet, neque oleum in campſace minuetur, donec det Dominus pluuiam ſuper terram, & germinet ſicut prius eſcam cũctis qui in ea ſunt ibid.d.664.a
ibi. Nunc cognoui te verè hominem eſſe Dei, & verbum verum eſſe in ore tuo 665.c
18. Vade,& dic Achaab, me pluuiam concedere terræ ibid.d
19. Timuit ergo Elias,& fugit in deſertum, viá quadraginta dierum,&c. 120.b

ibi. Eliæ

ibid. Elias ambulauit in fortitudine cibi vnius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem Choreb 728. a
21. In loco, in quo Rex Achaab fudit ſanguinem iuſti Nabothe inſontis, ibi canes linxerunt ſanguinem impij Achaab, &c. 148.d 149.d

Ex 4. Regum.

1. Deus Accaron muſca Baal, &c 490.e
6. Eliſæus dixit: Noli timere, plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis 157.e 160.e
ibid Et ecce mons plenus equorum, & currus ignis in circuitu Eliſæi, &c. 157 e 161 a
ibid Ecce hoc malum à Domino, quid amplius expectabo à Domino? 648.c 649.d
20. Ezechias conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum, dicens: Obſecro Domine, memento queſo, quomodo ambulauerim coram te, &c. 304 d 305 c d
ibid Fiat pax & iuſtitia, in diebus meis 328 e 329.d

Ex 1. Paralipomen.

21. Peccaui nimis, vt hoc facerem, &c. 87.a 88 b
ibid. Obſecro aufer iniquitatem ſerui tui, quia inſipiẽter egi, &c. ibid.

Ex 2. Paralipomen.

19. Non eſt apud Deum iniuſtitia 262.b 266 a
36. Inſuſtentabilis eſt Domine ire comminationis tuæ ſuper peccatores, &c. 190.b

Ex Tobia.

3. Iuſtus es Domine, & iudicia tua recta. 408 b
12 Regum conſilia arcana tenere, bonum eſt: opera autem Dei reuelare, honorificum 722 c.726 d
14. Abi in Mediam fili, quoniam credidi, quæcunque locutus eſt Ionas Propheta de Niniue, quia ſubuerteretur, &c. 661.b c
ibid. Et nunc fili diſcede à Niniue: quoniam omnino erunt, quæ locutus eſt Propheta Ionas, &c. ibid.
ibid. Et audiuit, priuſquam ipſe moreretur, perditionem Niniues, &c. ibid.

Ex Iob.

1 Offerebat Iob ſacrificia pro filijs ſuis, ne quid fortè mali cogitauerint in cordibus ſuis, &c 8 d 606 d 615. b
ibid. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita & factum eſt 205.a
2. Et dixit Dominus diabolo: Vnde tu aduenis? Tunc dixit diabolus in conſpectu Domini: poſtquam peragraui eam quæ ſub cælo, & obambulaui vniuerſam, adſum 515.d
3. Maledicat ei, qui maledicit diem illam: qui habet magnum cetum opprimere, &c. 779.e 783. c d e
7. Militia eſt vita hominis ſuper terram 53.a
9. Quis durus factus ante eum permanſit? qui in vetuſtatem perducit montes, & ignorant: qui euertit eos in ira, &c. 405.e 409 b
ibid. Qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur, &c. 85.d
12. Apud ipſum eſt potentia, & fortitudo: ipſi ſcientia & intellectus. Qui ducit conſiliarios captiuos, iudices autem terræ in ſtuporem rapit, &c. 387.c.390.b c
26. Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihilum. Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum 85.d
41. Feruere facit abyſſum, tamquam officinam ærariam: putat autem mare, tamquã vas vnguentarium, &c. 572.a 585.b
ibid. Ipſe autem Rex omnium, quæ in aquis ſunt 573.d

Ex Pſalmis.

1. 118. In lege Domini meditare die ac nocte, &c. 277.d 278.e & ſeq. 493. e
6. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo 562.c 574 c 592. a
7. Conuertetur dolor eius in caput eius, &c. 300.e
13. Qui deuorant populum meum in eſca panis, Dominum non inuocauerunt 515.b
17. Et cum peruerſo peruerteris, &c. 450.e 465.a
ibid. Et in Deo meo tranſgrediar murum. 581.b
26. Viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum, &c. 158.a 162. a b 167.e
30. In te Domine ſperaui, ne confundar, &c. 387.c.388.d
ibid. Dominus retribuet abundanter facientibus ſuperbiam, &c. 356.d 357.a
33. Diuerte à malo, & fac bonum; inquire pacem, & perſequere eam, &c. 406.e 409.d e
35. Aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit, &c. 385.c 386.b
ibid. Iudicia Dei, abyſſus multa 261.e
36. Noli æmulari in malignantibus; neque zelaueris facientes iniquitatem: quoniam &c. 288 d 290.a 458.d
38. Lachrymas meas ne ſileas 142.c
ibid. Aduena & peregrinus ſum in terra, &c. 330.b e 456. c
41. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum 23.a d
ibid. & 42. Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me, &c. 456. b 466.c
47. 95. Magnus Deus noſter, & laudibilis valde, &c. 320.b

48. Cur timebo in die mala? iniquitas animę meæ circumdabit me 193 a776.a 779.e
49. Ignis ante conſpectum eius præcedet, &c. Aduocabit cælum ſurſum, & terram, &c. 780 a
50. Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam, &c. 164.ab 249.c
51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate, tota die? &c. 405.b 409.b
54. Procul receſsit fugiens, & manſit in ſolitudine v.c 468.b 469 a
63. Sagittæ paruulorum, factæ ſunt plagæ eorum 387.b 388.bc
65. Tranſiuimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium 491.d 492.e
68. Veni in profundum maris, & tempeſtas demerſit me 249.c
ibid. Salua me de luto fecis, vt non infigar, &c. 438.b
72. Quam bonus Deus Iſrael, his qui recto ſunt corde, &c. *pulchrè exponitur* 22.c 23.c
ibid. Si dicebam: narrabo ſic, ecce nationem filiorum reprobaui. Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me 22.d
ibid. Quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt ibid.e
ibid. Qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te, &c. 405.b
75. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt, &c. 365.c 368.b
88. Quæ procedunt per labia mea, nequaquam aſpernabor 808.c
90. Altiſsimum poſuiſti refugium meum, non accedent ad te mala. Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, &c. 386.c 387.e & ſeq.
91. Inſurgentibus in me malignantibus, audiet auris mea 32.c
94. Præoccupemus faciem eius in confeſsione, & in Pſalmis iubilemus ei, &c. 108.a 193.e
95. Dominus regnauit à ligno, &c. 700.a 704 e
96. Ignis præibit ante faciem eius 618.a
102 in omni loco dominationis eius, benedic anima, mea Domino 14.c 808.a
110. Initium ſapientiæ timor Domini: intellectus autem bonus omnibus facientibus eum 509.d 533.de
111. Beatus vir, qui timet Dominum, &c. 26.b
ibid. Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde 324.b
ibid. Bonus vir, qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio, &c. 209 a 213.c
ibid. Ab auditione mala non timebit ibidem.
ibid. Paratum cor eius ſperare in Domino ibidem.
ibid. Non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos ibid.
114. Conuertere anima in requiem tuam, &c. 403.e 404.cd
ibid. Placebo in conſpectu Domini, in regionē viuorum, &c. 403.e 404 cd
115. Quid retribuemus Domino, pro omnibus quæ retribuit nobis 208.a
117. Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine Domini vltus ſum eos. Circumdantes circumdederunt me, &c. 312.c 313.bcd
ibid. Circumdederunt me ſicut apes fauum, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, &c. 754.d
118. Beati, qui exquirunt teſtimonia eius: quia in toto corde exquirent ipſum 360.b
ibid. In quo corriget adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos 514.d
ibid. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, &c. 365 b 366.ab
ibid. Iuraui & ſtatui cuſtodire mandata tua, & omnia iudicia iuſtitiæ tuæ 300.e 301.bc
127. Labores palmarum tuarum manducabis, &c. 349.b 350.a
138 Et omnes vias meas præuidiſti, quia non eſt dolus, &c. 461.a 467.e
ibid. Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ſumpſero pennas meas diluculo, &c. 328.b 329.c 461.a
139. Virum iniuſtum mala venabuntur, in interitum. cognoui quòd faciet Dominus iudicium inopum, & cauſam pauperum, &c. 408.d
140. Singulariter ſum ego, donec tranſeam. 325.e
142. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine 193.d
144. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, &c. 8.d 112.c
ibid. Voluntatem timentium ſe faciet, & ſaluos faciet eos xv.d
147. Mittit cryſtallum, ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea, &c. 209.d 2 3.cd

Ex Prouerbijs.

1. 9. Initium ſapientię, timor Domini: intellectus autem bonus omnibus facientibus eū. Pietas autem in Deum, principium ſenſus 509.d 533.de
2. Non comprehenditur ſub annis vitæ, &c. 380.b 381.a
ibid. Væ ijs, qui derelinquunt vias rectas: vt ambulent in vijs tenebrarum, &c. non enim apprehendūtur ſub anno vitæ. Nam ſi per ſemittas bonas ambulaſſent, etiā ſemitas iuſtitiæ planas inueniſſent. Qui recti ſunt & boni, inhabitatores erūt terræ, & ſimplices remanebunt in ea, &c. 410.c d 412.bcd

3.Fili,

3. Fili, noli negligere diſciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris,&c. 514.c 536.de
4. Fili,apprehende diſciplinam meam: ne dimittas eam, ſed ſerua eam tibi ad vitam tuam,&c. 415.d 417 cd
ib. Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtrâ, &c. 410.d
5. Mel diſtillat à labijs mulieris fornicariæ,quæ ad tempus impinguat fauces tuas,&c. 312.d 313.d
ibi. Fauus diſtillans labia meretricis 116.b
ibi. Quæ ad tempus nitidum guttur efficit,poſtea verò bile amarius inuenies, & acutius ancipiti gladio ibid & 117.b
ibi. Nouiſsima verò illius amara,quaſi abſynthium,& acuta quaſi gladius biceps,&c. 108 e 110.c
ibi. Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, &c. 303.d
ibi. Funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur 189.e
6. Cor peruerſum machinatur mala omni tempore 111.b 115.b
ibi. Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui,non erit mundus cùm tetigerit eam,&c. 111.d
7. Serua mandata mea,& viues; & legem meam quaſi pupillam oculi tui.liga eam in digitis,ſcribe eam in corde tuo. ibid.
ibi. Aſperſi cubile meũ myrrha,& aloe,& cinnamomo,&c. ibid e
ibi Laqueis,quæ à labijs ſunt,pertraxit eũ, &c. 418.d
ibi. Et ignorat, quòd ad vincula ſtultus trahatur,donec transfigat ſagitta iecur eius,&c. 112.a
9. Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit: notifica iuſto,& addet ad recipiendum 510.e
ibi Fili ſi ſapiens tibi fueris,ſapiens eris & proximo: ſin autem malus,&c. 324.d 326.c 514 a
ibi. In profundis inferni conuiuæ illius 243 e
10. Memoria iuſti cum laudibus,nomen autem impiorum exſtinguitur 314.b 315.a
11. Quibus deeſt gubernatio,vt folia decidunt: ſalus autem in multis conſilijs 513.a 530.c 538.c
12. Viæ inſipientium rectæ coram ipſis: qui autem ſapiens eſt, amplectatur conſilia 397.c
ibi. Viæ eorum,qui reminiſcuntur iniuriarum, in morte ſunt 530.b
13. Rex temerarius incidet in mala: Angelus autem lucis liberabit eum 272 a 274.c
14. In magna gente gloria Regis: deficiente autem populo, contritio & exitium Principis 512.e
ibi. Vir longanimus, multa prudentia gubernatur 28.c
ibi.& 17. Qui irridet hominem, exprobrat factori eius 100.e 103.c
15. Infernus, & perditio manifeſta apud Donum:quomodo non corda hominum? 510.d
16.17. Melior eſt buccella panis in ſale, cũ quiete ac tranquillitate, quàm menſa pretioſis inſtructa dapibus, cum diſtractionibus & curis 167 a 168 b
17. Qui aliorum lætatur ruina, non erit innocens:ille autem, cuius viſcera commouentur,benedictionem conſequetur 511 b
18. Impius,cùm in profundum malorum venerit,contemnit 60.b
ibi. Qui verbo reſpondet,priuſquam audiat,temeritas eſt ipſi,& improperium 512.a
ibi. Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi munita atque excelſa ciuitas,&c. 68.e 71.c 376.b
19. Non decent ſtultum delitiæ 515 b
20. Pondus magnum,& puſillum, & menſuræ duplices immunda ſunt apud Dominum,& vtraque,& qui facit ea 511.b 534.e & ſeq.
ibi. Ignauus etiam conuitijs exceptus, non cõfunditur 721.a
ibi. Plagæ atque liuores, & contritiones occurrent improbis 319.c
22. Noli eſſe ſodalis viro furioſo,neque cum amico iracundo cohabites;ne fortè diſcas vias eius,&c. 415 d 417.de
23 Fili ſi ſapiẽs fueris, lætificabis & cor meum. 331 b d
24. Si ceciderit inimicus tuus, ne læteris malis illius:& in ſupplantatione eius ne extollaris:quoniam,&c. 512.a 535.de
ibi. iuxta LXX. Talis eſt & via mulieris adulteræ,quæ comedit,& tergens os ſuũ, dicit: Non ſum operata malum, &c. *quæ ſunt in vulg.cap.30.* 285.a 286.b
26. Tamquam canis ad proprium reuerſus vomitum 69.b 113.c
ibi. Sus lota in volutabro luti 113.c
27. Laudet te vicinus,& non os tuum:alienus, & non labia tua 523 e
28. Fugit impius, nemine perſequente: iuſtus autem tamquam leo confidens, abſque terrore erit 435.c 439.ab
ibi. Qui auertit aures ſuas, ne audiat ſermones Altiſsimi:etiam ipſe Deus precationem eius execratur. 517.e
ibi. Beatus vir, qui veretur omnia per metum: durus autem corde incidet in mala 523.d

Ex Eccleſiaſte.

1. Omnia vanitas,& præſumptio ſpiritus 607.b 615.cd
3. Tempus tacendi,& tempus loquendi 334.d 335.e
4. Melior eſt puer ſapiens, Rege ſene inſipiente 267.e 269.d
6. Ne dederis ſomnum oculis tuis,nec dormitent palpebræ tuæ,vt ſalueris,&c. 300.a 301.ab
7. In die bono aſpice bonum,& cuſtodi innocenti.

centiam,&c. 491.d
ibi. Noli eſſe iuſtus multum: neque plus ſapias, quàm neceſſe ſit, ne obſtupeſcas 271.d 274.b
10. In pigritia manuum ſtillabit domus: & quando voluerit, in ea manens ab ipſa fugiet 519 a
12. Finis verbi, omne auſculta, &c. 763.e 766.a

Ex Canticis Canticorum.

1. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis 469 c
2. Capite vobis vulpes paruulas, &c. 162.a

Ex Sapientia.

4. Cani ſunt ſenſus hominis; & ætas ſenectutis, vita immaculata, &c. 320.d e 323.b
ibi. Venient in computationem peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum, &c. 320.e & ſeq. 323.b
5. Tunc ſtabit iuſtus in magna conſtantia, &c. 321.a 323 c
ibi. Æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, &c. 437.d
ibi. Spes impij tamquam puluis eſt, quæ à vento tollitur; & tamquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tamquam fumus qui à vento diffuſus eſt, &c. 321.b 323.c d 407.d 410.a b
ibi. Et accipiet armaturam zelus, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet thoracem iuſtitiæ, &c. 157.d
ibi. Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & tamquam turbo venti ventilabit illos ibid.e
6. Potentes potenter tormenta patientur 186.e 406.c

Ex Eccleſiaſtico.

1. Momentum furoris, ruina illius 480.e
ibi. Non teipſum exaltes, ne fortè cadas; & adducas animæ tuæ inhonorationem 389.b 390.a b
2. Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, dirige cor tuum, & ſuſtine 154 a 157.b
ibi Reſpicite in veteres generationes, & videte, &c. 387.b 388.d
3. Qui honorat patrem ſuum, iocundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur, &c. 518.a 537.e
ibi. Obductioni ſuperbiæ non eſt ſanatio: frutex enim peccati radicauit in illo 518.b
4. Ne acceptor ſis perſonæ contra animam tuam, &c. 116.b 117.b 427 b
ibi. Ne confundaris in caſu tuo: eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio gloria & gratia 514.c 527.a
6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ: ne abripiatur velut Taurus anima tua, &c. 379.d 380.d e
11. Ante mortem ne beatifices quemquam, &c. 509.e 534.a b
13. Venatio leonum, onagri in eremo 338.b 341.e
16. Non dicas à Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur? &c. 447.b 464.b c
22 Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum verſutum, &c. 521 a
23 Homini fornicario omnis panis dulcis: non fatigabitur transgrediens vſque ad finem, &c. 446.e 464.a
25. Commorari leoni & dreconi placebit, quã habitare cum muliere nequam 120 b
ibi. Breuis omnis malitia, ſuper malitiam mulieris 121.e
32. Principem ſeu Ducem te conſtituerunt? ne extollaris animo: eſto autem inter illos, ſicut vnus ex ipſis 512. e 536.b
36. Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſsio: & vbi non eſt patientia, ingemiſcet errans 522. a

Ex Eſaia.

1. Filios genui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me 803 c
ibi. Si fuerint peccata veſtra vt phœniceũ, quaſi niuem dealbabo: & ſi fuerint vt coccinum, velut lanam dealbabo 395.c e
5. Væ his, qui conſurgunt manè, & ſiceram ſequuntur, qui exſpectant veſperam: vinum enim comburet eos, &c. 595.a 598.c 806.a
ibi. Væ ijs, qui trahunt peccata ſua quaſi funiculo longo & quaſi iugi vitulæ, iniquitates 321 e & ſeq. 323 e
ibi. Væ his, qui dicunt malum bonum, & bonũ malum: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem, &c. 595.a 598 b 806.b
6. Auribus ſuis grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne videant & intelligant 801.e
7. Niſi credideritis, non intelligetis 6.b
10. In fortitudine faciam, & in ſapientia intellectus auferam terminos gentium, & fortitudinem eorum deprædabor, &c. 91.b 92.a
11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. 678.c
13. Ecce Dominus veniet diſperdere vniuerſam terram, & peccatores perdere ex ea 192.b 197.b
14. In cælum conſcẽdam, ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum, &c. 91.b
ibi. Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum terræ, &c. ibid.
22. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur 302.b
26 Aperite portas, ingrediatur populus, &c. 328e
ibi. Reſurgent mòrtui, & expergiſcentur qui in monumentis ſunt 211.c 214.d 217.e
29. Propinquus es labijs eorum, & procul à renibus eorum 517.e
30. Beati omnes qui immanent in ipſo: quia populus ſanctus habitabit in Sion 212.a 214.a ibid. Et

ibi. Et erit lux lunæ, ſicut lux ſolis: & lux ſolis erit ſeptempliciter,&c. 575.e

31. Beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Hieruſalem. 360.a 361.b

35. Tunc ſaliet ſicut ceruus, claudus: & aperta erit lingua mutorum. xv.e

40. Omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa,&c. 793.d

ibi. Omnis caro vt fœnum: & omnis gloria hominis, vt flos fœni; exaruit fœnum, & flos eius decidit,&c. 203.a 344.e 345.d

42. De vertice montium, vocem ſuam daturi ſunt homines,&c. 1.c

43. Dic tu primùm peccata tua, vt iuſtificeris. 580.d 581.d

49 Et poſuit os meum quaſi gladium acutum; in vmbra manus protexit me,&c. 157.e 161.a

50. Deus aperuit mihi aurem: ego autem inobedientem me non præbeo, nec contradico. Dorſum meum dedi in flagella, & maxillas meas in colaphos,&c. 411.a

51. Populus meus, cuius nomen meum in cordibus veſtris,&c. Iuſtitia autem tua in ſeculum manebit; & ſalus tua in generationum generationes 410.e 412.d e

52. Væ his, per quos nomen meum blaſphematur inter gentes 107.e 179.b

53. Tamquam ouis ad occiſionem ductus eſt: & quaſi agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum,&c. 499.b

54. Recede ab iniquo, & nō timebis,&c. 294.b

56. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen ſempiternum, quod non delebitur 618.e

58. Clama in fortitudine, & non parcas, &c. 801.d

61. Vos autem vocabimini Sacerdotes Chriſti, miniſtri Dei omnes 565.b 584.d

66. Cælum mihi ſedes: terra autem ſcabellum pedum meorum 312.c

ibi. Super quem reſpiciam, & requieſcam ego, niſi ſuper manſuetum, & tranquillum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos,&c. 3.d 26.c.31.d 317.c 318.e 408.d 723.c

ibi. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur 114.d 214.c 243 c d

Ex Hieremia.

1. Ne timueris à facie eorum, neque paueas coram ipſis,&c. 387.d 388.e

5. Equi furentes in fœminas, & emiſſarij facti ſunt: vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat 411.c

9. Quis dabit capiti meo aquam longè immenſam atque inenarrabilem, & oculis meis perpetuos fontes,&c. 131.c 132.e 147. b 532 b 539.b

10.15. Qui educit ventos de theſauris ſuis, &c. 330.b.e

15. Domine omnipotens, non ſedi cum conſilio vanitatis ludentium 317.b c 318.d

ibi. Si ſeparaueris pretioſum à vili, ſi pretioſum ex indigno eduxeris, quaſi os meum eris,&c. 57.e 360.a

18. Ingredere in agrum figuli.&c. 672.d

23. Numquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? 565.e

Ex Threnis.

3. Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua 427.c

4. Facies Sacerdotum non ſuſceperunt, neque ſenum miſerti ſunt 648 b 649.c d

5. Principes manu ſuſpenſi ſunt: & pueri in ligno infirmati ſunt,&c. ibid.

Ex Ezechiele.

14. Etiamſi Noe, Iob, & Daniel orauerint, non imperrabunt,&c. 604.e 787.d

16. Iuſtificata eſt Sodoma à Hieruſalem, &c. 581 e

18.33. Vnumquemque veſtrum ſecundùm viam ſuam iudicabo, dicit Dominus Adonai 357.e 794. b

ibi. Viuo ego, dicit Dominus, quia nolo mortem peccatoris & impij, ſed vt conuertatur & viuat 67.a 68.d 807 a 808.d

ibi. Iuſtitia iuſti nō liberabit eum, in quacumque die errauerit: & iniquitas impij non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit ab iniquitate ſua 326. b 327.a b

34. O paſtores Iſrael, numquid paſcũt paſtores ſemetipſos,&c. 51.e 52.d

37. Et facta eſt ſuper me manus Domini: & eduxit me in ſpiritu Dominus, & poſuit me in medio campi, qui erat plenus oſsibus humanis,&c. 210 e 213.d

ibi. Factus eſt autem ſonitus prophetante me, & ecce commotio: & acceſſerunt oſſa ad oſſa,&c. 211.a 213 d

ibi. Ipſi dicunt: aruerunt oſſa noſtra, & abſciſſi ſumus,&c. 211. b 213.e

44. Porta hęc clauſſa erit, & nō aperietur 677.d

Ex Daniele.

1. Et conſtituit eis Rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis, poſtea ſtarent in conſpectu Regis 648.c d

ibi. Diſponit Amelſad, quem cōſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam, Miſaelem, & Aſariam,&c. 648.e 649.d e

ibi. Pueris autem his dedit Deus ſcientiam & diſciplinàm in omni litteratura,&c. 648.e 649.e & ſeq

7. Ego Daniel adſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Thronus eius flamma ignis, mille millia adſiſtebāt ei. Fluuius decurrebat ante ipſum: millia millium miniſtrabāt ei, centena millia circum-

ſtabunt ipſum 230.b 244.b 495.e 498 b 618.a 702.e & ſeq.779.e
ibi.Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt 801.c e 805.b

Ex Oſee.

6. Miſericordiam volo,& non ſacrificium,&c. 381.d
7. Canicies effloruit, & ipſe non eſt reueritus 785.d 795.a
9. Ephræm tamquam auis auolauit 785.d
10. Ephræm vitula furore agitata, docta diligere contentionem 785.d 795.a b
ibi.Seminate nobis in iuſtitia,vindemiate fructum vitæ,&c. 161.e 167.e
13. Abſorpta eſt mors in victoria. vbi eſt mors victoria tua? 211.d
14. Quis ſapiens,& intelliget hæc? 621.b

Ex Ioele.

2. Dies illa, dies tenebrarum & caliginis: dies nubis & nebulę, dies tubæ & clangoris 248.e
ibi. Nolite ſcindere veſtimenta veſtra: ſed corda veſtra ſcindite 574.c

Ex Amos.

5. Væ deſiderantibus diem Domini 557.b
ibi.Tenebræ dies Domini,& non lux 583.d
9. Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum,ades,&c. 328.b 461.a

Ex Iona.

1. Et facta eſt tempeſtas magna in mari,& nauis periclitabatur conteri:& timuerūt nautæ,& clamauerunt vnuſquiſque ad Deum ſuum,&c. 456.a 466.a b
2. Cetus Ionam Prophetam deglutiuit. cuius caput ad montium ſciſſuras deſcēdit, & extrema abyſſus ipſum vallauit 45.d
ibi.Clamaui in tribulatione mea ad Dominū Deum meum,& exaudiuit me: de ventre inferi clamoris mei, audiſti vocem meam, &c.456.a b
3. Adhuc tres dies,& Niniue ſubuertetur 571.a b 585.a
ibi.Et veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem,ſurrexitque Rex de ſolio ſuo, & abiecto à ſe veſtimento, indutus eſt ſacco, &c. 652.c 654.e 660.cd
ibi. Miſertus eſt Deus ſuper malitia, quam locutus fuerat,vt faceret eis,& non fecit 24.c
4. Et dixit Dominus ad Ionam: Tu pepercisti cucurbitæ,pro qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret, quæ ſub matutinum nata, ſimiliter exaruit,&c. 657.d 660.e & ſeq.

Ex Michæa.

7 Væ mihi, quia periit pius de terra,& rectus in hominibus non eſt.omnes in ſanguinem iudicantur, vnuſquiſque proximum ſuum tribulatione tribulat, ad malum manus ſuas præparantes 317.c 318.e
ibi.Ab æa quæ dormit in ſinu tuo,cuſtodi clauſtra oris tui 121.e

Ex Habacuc.

1. Videte contemptores,& admiramini, & diſperdimini 92.c
2. Veniens veniet,& non tradabit 532 a 549.e
ibi. Vç ei,qui multiplicat ſibi, quæ nō ſunt ſua: vſquequo & aggrauat torquem ſuam grauiter,&c. 513.d 536.c
ibi.Væ,qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians,vt aſpiciat nuditatē eius 52.d 59.c
ibi. Væ, qui propinat proximo ſubuerſionem turbidam,&c. 382.b 383.c 455.d
3. Domine audiui auditionem tuam,& timui. Domine conſideraui opera tua, & expaui, &c. 423 e 425.c d

Ex Sophonia.

1. Viſitabo eos,qui veſtes gerunt alienas 611.c

Ex Zacharia.

2. Qui vos tetigerit, tamquam qui tangit pupillam oculi eius 59.b
8. Veritatem & iudicium pacificum iudicate in portis veſtris 616.e & ſeq.
14. Non erit ibi nox,neque dies:ſed veſperi erit lux 575.e

Ex Malachia.

3. Ecce venit,dicit Dominus Sabaoth: & quis ſuſtinebit diem introitus eius? aut quis ſtabit in conſpectu ipſius, ad videndum eum? 192.b 494.d 497.e & ſeq.780.a
ibi. Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit Dominus. & dixiſtis: In quo locuti ſumus contra te? 568.c
4. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & terribilis,& conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres 228.a

Ex Matthæo.

3 Omnis arbor,quę non facit fructum bonū, excidetur,&c. 397.c
4. Non in pane ſolùm viuit homo,&c. 594.c
ibi. Et oſtendit ei omnia regna mundi 569.e
5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur 619.e
ibi.Neque accendunt lucernam,& ponūt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum,vt luceat omnibus qui in domo ſunt,&c. i.b
ibi.Qui fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cælorum 357.e 359 a b
ibi.Qui viderit mulierem ad cōcupiſcendum, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo 121.c 232.b 233.a 569 d

ibi Ite-

ibi.Iterum audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non periurabis:reddes autem Domino iuramenta tua,&c. 423.a 424.d e
ibi.Sit ſermo veſter, Eſt,eſt:Non,non,&c.268 c 342.c
6.Neſciat tua ſiniſtra,quid faciat dextera575.b
ibi.Quærite primùm regnum Dei,& iuſtitiam eius,&c. 596.c
7.Nolite iudicare,vt non iudicemini 350.b d 358.a 514,e
ibi Hypocrita,eijce primùm trabem de oculo: & tunc videbis eijcere feſtucā de oculo fratris tui 414.c 416.e
ibi.Nolite ſancta proijcere canibus: neq; margaritas ante porcos 568.b
ibi. Contendite intrare per anguſtam portam, quæ ducit ad vitam 192.c 485.c
ibi Lata & ſpatioſa ēſt via,quæ ducit ad perditionem,&c. 164.e 168.a 192.e
ibi.Attendite à falſis Prophetis,qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces 315.d 321.e 793.a 802.c
9.Non veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitentiam 807.a b
ib.Nemo immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus,&c. 355.c 356.a
10.Veſtri autē & capilli capitis omnes munerati ſunt 606.d 703.a
11.Venite ad me omnes,qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos 167.a 194.c e 591.a b e 741.e 807.a
13. Exijt qui ſeminat,ſeminare ſemē ſuum, &c. 141.d 594.a
ibi.Alia ceciderunt in terrā bonam; & dabunt fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum,aliud triceſimum 173.c 176.d 212.c
ibi.& 25.Habenti dabitur,& abundabit:ei autē qui non habet,& quod videtur habere, auferetur ab eo 385.b d e 386.a
ib.Simile eſt regnū cælorum theſauro abſcondito in agro,&c. 665.c 671.e & ſeq. 675.c d
ibi.Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta autē vna pretioſa margarita,abijt, & vendidit omnia quæ habuit,& emit eam ibi.
16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam 2.c
ibi.Sunt de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem,donec videant,&c. 686.c
17. Et poſt dies ſex, aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum,& Ioannem in mōtem excelſum valde,& transfiguratus eſt ante eos 686.c 691.b c
ib.Et apparuerunt ipſis Moyſes,& Elias ſimul cum eo loquentes,&c. 687.c 691.d
ibi.Domine,bonum eſt nos hîc eſſe: Si vis, faciamus hîc tria tabernacula,&c. 687 e 692 a
ibi.Adhuc autem illis loquentibus,ecce nubes lucida obumbrauit eos,&c. 688.a 692.b
ibi.Et ecce vox è nube, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus,&c. 688.b c d 692 e
9.Si vis perfectus eſſe, vade & vende quæ habes,& da pauperibus:& habebis theſaurum in cælis,&c. 462.d e
20.Qui cupit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter:& ſi quis vult inter vos primus eſſe,ſit omnium ſeruus 363.c 364.e
23 Omnia ſua opera faciunt, vt videantur ab hominibus: dilatant enim philacteria, & magnificant ſuas fimbrias,&c. 343.c
24. Dic nobis Domine,quod ſignum aduētus tui,& conſummationis ſeculi? 805.c
ibi.Et apparebit ſignum Filij hominis in cælo 228.d 701.b 702.b
ibi.Dua erunt in agro, quorum vnus aſſumetur,& alter relinquetur, &c. *pulchra & efficax declaratio* 18.a b c
ib.Et diuidet eum,partemquę eius cum hypocritis ponet 611.e
25.Serue male & piger,oportuit te committere pecuniam meam nummularijs,&c. 307.c
ibi.Cùm venerit Filius hominis in maieſtate ſua,&c. 20.a
ibi Statuet oues à dextris: hœdos autem à ſiniſtris 20.a 189.b 577.e
ibi.Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod paratum eſt vobis ab origine mundi 620.d
ibi.Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis 780.d
26 Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me,&c. 716.b 717.b
27.Os ſuum aperiens,acetum cum felle guſtauit,&c. 100 a 103.c
ibi.Velum templi ſciſſum eſt in duas partes,à ſummo vſque deorſum,&c. 696.d
28.Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos,& docentes ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis 109.c

Ex Marco.

2.Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores, &c. 591.b 807.a b
4.Exijt ſeminans ad ſeminandum 594.a
5.Annos duodecim medici laborantes,non potuerunt curare mulierem profluuio ſanguinis laborantem,&c. 63.d 65.e
11.Domus mea,domus orationis eſt,&c. 803.e
12.Vidua pauper plus omnibus miſit,qui miſerunt in gazophilacium 566.e
13.Orandum,vt non fiat fuga noſtra in hyeme, vel Sabbato,&c. 491.b

Ex Luca.

1.Et virtus Altiſsimi obumbrabit tibi: ideo & quod naſcetur ex te ſanctum, erit filius Dei 670.a
2.Simeon homo iuſtus & timoratus,&c. 297.a
ibi.Et erat ſubditus illis,&c. 295.c 296.d
4.Non in ſolo pane viuit homo 142.a
8.Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo,& tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui 515.a

7.Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Ieſus accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti: & ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes, &c. 715.d e & ſeq.7.9.a 763.c
ib.Duo debitores erant cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta, &c. 580.b 720.d
9.Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cælorum 350.c 351.b 468.e
10.Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea 167.a
11.Perambulauit per loca inaquoſa immundus ſpiritus, &c. 487.d e
12.Reſpicite volatilia cæli, quoniam neque ſeminant, neque metunt 80.d 85.a
ib.Ille quidem multis vapulabit, ille verò paucis 189.e 243.b d 245.b
14.Si quis venit ad me, & non renuntiat omnibus quæ poſsidet, &c. 242 d
15.Gaudium maius erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, &c. 566. e 807.a b
ibi.Ibo ad patrē meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum, & coram te, &c. 382.a 563. a b c
16.Quæ apud homines alta ſunt, abominabilia ſunt coram Deo 355.d 356.b
ib.Diues induebatur byſſo & purpura, & epulabatur, &c. 407.a b c 409.e & ſeq.
17.Væ illi, per quem ſcandala veniunt: vtilius eſt illi, ſi lapis molaris imponatur circa collum eius, &c. 406.e 409.d
19.Amen dico vobis: quia & ſi hi tacuerint, etiam lapides clamabunt, &c. 324.d
23.Hodie mecum eris in paradiſo 578.c 586.c

Ex Ioanne.

1.Et Verbum caro factum eſt, &c. 690.a
ibi.Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi 681.b 699.c 807.a
2.Soluite templum hoc, & in tribus diebus ſuſcitabo illud 570.e
3.Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cæleſtia, credetis? 604.b
ib.Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis, &c. 569.b
7.Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat 711. b
8.Deſiderauit Abraham videre diem meum, & vidit, & gauiſus eſt 628.a
10.Poteſtatem habeo ponendi animam: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam 672.d
12.Dilexerūt gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei 364 a e
ibi.Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eū in nouiſsimo die 590.e
13.In hoc cognoſcent omnes, quòd mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicē 408.c
14.In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, &c. 19.d 20.b
ibi.Nūc princeps mundi huius venit, & in me non habet quidquam 242.d
15.Ego ſum vitis, & vos palmites: Pater autem meus agricola, &c. 542 c 607.a 674.a
ibi.Omnē palmitem in me non ferentem fructum, purgabo eum, vt fructum plus afferat 353.a
16.Triſtitia veſtra cōuertetur in gaudium 397. e 398.a
17.Pater, glorifica me gloria, quam habui antēquam mundus hic eſſet apud te 687.a

Ex Act. Apoſt.

1.Præuaricatus eſt Iudas, abiens in locum ſuum 11.d
4.Si iuſtum eſt non loqui quæ nouimus, aut nō facere, quæ didicimus, vos iudicate 77.e 79.e
7. Cælum mihi ſedes: terra autem ſcabellum pedum meorum 312 c
8. Tamquam ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum 499.b
9. Saule Saule, quid me perſequeris? 742.b
10. Vidit cælum apertum, & deſcendens vas quoddam, quatuor initijs ſubmitti de cælo in terram, &c. 723.b c
ibi.Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris ibid.
12.Herodes quia non dedit gloriam Deo, Angelus Domini percuſsit eum, & conſumptus à vermibus, &c. 314.b 315.b
16.Media autem nocte, Paulus & Silas orantes, laudabant Deum 366.a
20 Ego ſcio quòd poſt diſceſsionem meam intrabunt in vos lupi graues, nō parcentes gregi, &c. 793 a 803.b
27.Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſsiſtere, & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum 448.c

Ex Epiſt. ad Romanos.

1. Coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius, quàm Creatori. 741.d
ib.Digni ſunt morte, non ſolùm qui mala faciunt: ſed etiam qui conſentiunt facientibus 608.a
2. Secundùm duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis, & iuſti Iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius 182 d 184.b 424.a
ib.Quando iudicabit Deus occulta hominum, ſecundùm Euangelium meum 182. d 184.b 192.b 216 e
ibi.Per præuaricationem legis, Deum inhonoras, &c. 180.a 183.d
ibi.Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes

gentes 179.bcd
6. Quicunq; in Chriſto baptizati ſunt, in morte ipſius baptizati ſunt 582.d
7. Ego autem carnalis venditus ſum ſub peccato 609.a 616.a
ibi. Non enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi malum, illud facio 608.b. 615.de 665.a 676.bc
8. Sapientia carnis, inimicitia eſt in Deum 523.e
ibi. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ &c. 308.d
ibi. Quis non ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia? &c. 458.a 742.cd
11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei incomprehenſibilis 1.de
14. Non blaſphemetur bonum noſtrum 526.e

Ex 1. ad Corinth.

1. 4. Multi potentes, omnes ſapientes, ſecundũ carnem, &c. 107.c. 110.b 180.c. 183.de
2. Loqui volo, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, &c. 334.c 335.bd
3. Qui ſuperædificat ſuper fundamentũ ligna, fœnum, ſtipulam, detrimentũ patietur, &c. 570.c
4. & 11. Imitatores mei eſtote fratres, ſicut & ego Chriſti 181.a 182.bd
6. An neſcitis, quòd Sancti hunc mundum iudicabunt? &c. 405.d
ibi. Fugite fornicationem, &c. 324.e
7. Melius eſt nubere quàm vri.] *quomodo ac de quibus intelligendum* 4.de 5.abc
ibi Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quę Domini ſunt, quomodo placeat Deo, &c. 419.c. 422.c
9 Illi qui in ſtadio currunt, omnes quidẽ currunt, ſed vnus accipit brauium 171.a 172.d 182.d
10. Nolite idololatræ fieri, &c. 107.b 181.b 216.d
ibi. Fidelis Deus eſt, qui non patietur nos tentari, ſupra id quod poſſumus, &c. 154.cd
ib. Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum 803.b
ibi. Sine offenſione eſtote Iudęis, & gentibus, & Eccleſiæ Dei 525.c
11. Qui comederit & biberit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit &c. 9.d 235.a
12. Si totum corpus auditus, vbi odoratus? &c. 94.a
ibi. & 13. Et adhuc excellentiorem vobis viam demonſtro. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c. 381.c 383.b 428.e & ſeq.
13. Et ſi habuero omnem intelligentiam, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt 11.c
ibi. Charitas non eſt ambitioſa, &c. 381.cd 383.b
14 Si neſciero virtutẽ vocis, ero ei cui loquor Barbarus, & qui loquitur mecum mihi Barbarus 334.c 335.c
ibi. Orabo ſpiritu, orabo & mente 582.a
15. Non ſum dignus vocari Apoſtolus, &c. 1.e.
ibi. Chriſtus prædicatur, quòd reſurrexit à mortuis 214.b
ibi. Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitię dormientium, &c. ib.
ibi. Vnuſquiſque in ſuo reſurget ordine 186.a
ibi. Primitiæ Chriſtus: deinde hi qui ſunt Chriſti, poſtea finis &c. 577.d 579.b
ibi. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur 302.b
ibi. Seminatur in corrruptione, ſurget in incorruptione: ſeminatur in ignominia, ſurget in gloria, &c. 204.a 791.a
ibi. Omnes quidem non obdormiemus, ſed omnes immutabimur] *varia lectio notatur, & conciliatur* 214.e 218.d
ibi. In momento, in ictu oculi, in nouiſsima tuba. [*lectionis varietas expenditur, & ſentẽtia explicatur* 214.e 218.d
ibi. Cùm autem corruptum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, &c. 211.d 213.e

Ex 2. ad Corinth.

1. Et ſpes noſtra firma eſt pro vobis, ſcientes quòd ſicut ſocij paſsionum eſtis, ſic eritis & conſolationis, &c. 434.b 619.d
2. Iuuenilia deſideria fuge 528.c
4 In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aperiamur, ſed non deſtituimur, &c 320.c 322.e & ſeq.
6. In omnibus exhibentes noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, &c. 434.b
ibi. Per arma iuſtitiæ, quæ ſunt à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, &c 81.e
ibi. Nolite iugum ducere cum infidelibus, &c. 803.c
ibi. Exite de medio ipſorum, & ſeparamini: & immundum ne tetigeritis 803.b
8. Vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit 372.de 373.d
10. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat 520.c
11. Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto 743.e
ibi. In laboribus abundantius, in plagis ſupra modum, &c. 89.e 92.a

Ex Epiſt. ad Galatas.

1. Et ſi nos, aut Angelus de cælo euangelizauerit vobis, præter id, quod accepiſtis, anathema ſit 328.a

2. Non abijcio gratiam Dei,&c. 250.d 251.d
4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis 583.a
5. Caro reſiſtit ſpiritui,& ſpiritus carni: vt non quæ velint, faciant 488.e
6. Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris 326.b
ibi. Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis,&c. 374.d
ibi. Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit: Opus ergo ſuum probet vnuſquiſque,&c. 89 a
ibi. Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Qui ſeminat in carne,&c. 21.c 141.d 161.e 216.d 217.b 594.a 598.a
ib. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo 700.b 742.e

Ex Epiſt. ad Epheſios.

4. Vnus Chriſtus, vna fides,&c. 24.d
ibi. Hoc igitur dico,& teſtificor in Domino: vt iam non ambuletis, ſicut & gentes ambulant, in vanitate ſenſus ſui,&c. 592.d
ibi. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem vtilitatis,&c. 181.e 319.e
5. Videte quomodo cautè & ſapienter ambuletis, redimentes tempus,&c. 344.e 345.e 801.d
ibi. Nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei,&c. 419.b
6. Induite vos armaturam Dei, vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias diaboli,&c. 157.e
ibi. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes,& poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. 308.c 620.e

Ex Epiſt. ad Philippenſes.

1. Bonum eſt mihi mori magis, quàm viuere 619.c
2. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſquead mortem,&c. 295.e 339.e 342.a 454.e
ibi. In nomine Ieſu Chriſti omni genu flectetur,& omnis lingua confitebitur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris 230.d 703.b
3. Videte canes, videte malos operarios 801.d 802.c d
ibi. Imitatores mei eſtote fratres,&c. 181 a

Ex Epiſt. ad Coloſſenſ.

1. Deus nos tranſtulit de poteſtate tenebrarum in regnum Filij ſui, in lumine,&c. 562.c 573.e
2. Exſpolians principatus & poteſtates in cruce, traduxit palam, triumphans illos in ſemetipſo 156.c 393.d e 394.d
3. Cùm ergo Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria 50.c
ibi. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram,&c. 489.c d e & ſeq. 492.e
4. Sermo veſter ſemper in gratia ſit ſale conditus,&c. 452.e 465.d

Ex 1. ad Theſſalonicenſes.

4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione,&c. 460.e
ibi. Non vocauit nos Deus in immunditiá, ſed in ſanctificationem 112.d
ibi. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli è cælis deſcendet, & in ſono tubæ: & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus,&c. 215.b 577.d 578.d e
ibi. Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, non præueniemus eos qui dormierunt 578 b
5. Conſolamini inuicem, & ædificate alterutrum 197.d
ibi. Sine intermiſſione orate 14.d 595.c 808.a
ibi. Omnia probantes, quod bonum eſt tenete, &c. 376.a

Ex 2. ad Theſſalonicenſes.

2. Niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, &c. 219.220.224.227.
ibi. Mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati 577.c
3. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè 300.d
ibi. Quòd ſi quis non obedit verbo noſtro, per Epiſtolam hunc notate,&c. 458.e

Ex 1. ad Timotheum.

4. Teipſum ad pietatem exerce: nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia 365.d 366.d
6. Nihil intulimus in hunc mundum, manifeſtum quòd neque auferre quid poſſumus 208.209
ibi. Habentes alimenta,& quibus tegamur, his contenti ſimus,&c. 513.c
ibi. Radix omnium malorum eſt cupiditas 435.c 513 c.568.c

Ex 2. ad Timotheum.

2. Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus,&c. 362.d
ibi. In magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea: ſed & lignea, & fictilia: & quædam in honorem,& quædam in contumeliam,

meliam,&c. 324.a b
ibi. Seruum Domini nõ oportet litigare 530.a
3. Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes 111.a
ibi. Mali autem homines, & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem inducentes 801.b 805.e & ſeq.
4. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui,&c. 5.c

Ex Epiſt. ad Titum.

1. Deprauata enim eſt illorum mens,& conſcientia 314.b 315.a b

Ex Epiſt. ad Hebræos.

4. Viuus eſt ſermo Dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti,&c. 607.a
6. Impoſſibile eſt, eos qui ſemel illuminati ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam 582.d e 589.a b
9. Statutum eſt omnibus hominib⁹ ſemel mori: poſt hoc autem iudicium 198.d 579.d
11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo 378.d
ibi. Ludibria & verbera experti ſunt, lapidati ſunt, ſecti ſunt,&c. 495.d 619.b
ibi. Circumierunt in melotis ac pellibus caprinis, in ſolitudinibus,&c. 611.c 618.b 619.b
12. Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulterini, & non filij eſtis 154.a 155.b 402.d
ibi. Adhuc ſemel: & ego mouebo non ſolùm terram, ſed & cælum,&c. 578.a
13. Obedite prępoſitis veſtris,& ſubiacete eis. &c. 360.a d 361.b

Ex Epiſt. Iacobi.

1. Vir duplicis animi, inſtabilis eſt in omnibus vijs ſuis 378 e
ibi. Nam concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem 309.e 411 c
2. Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam 531.b
3. Si quis ſapiens, & eruditus eſt inter vos: oſtendat ex bona conuerſatione ſua, operationes ſuas.&c. 328.e 329.d
ibi. Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia primũ quidem pudica eſt.&c. diſcreta, abſq; ſimulatione,&c. 328.e 329.e
4. Si quis videatur horum amicus eſſe, inimicus Dei conſtituitur 12.c 803.a
ibi. Riſus veſter in luctum conuertetur, &c. 104.c 107.b
ibi. Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi 307.b. 583.e 608.a
5. Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſanemini 68.e

Ex 1. Epiſt. Petri.

1 Omnis caro vt fœnum,& omnis gloria hominis, vt flos fœni,&c. *de quo & Eſaiæ 40. ſupra* 203.a 344.e 345.d 363 e
2 Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, &c. 565.b 584 d
ibi. Sed ſi benefacientes,& patientes ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, &c. 358.a
4. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis,&c. 414.c 417.a
5. Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei; prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè, ſecundùm Deum: neque turpis lucri grátia, ſed voluntariè: neque vt dominantes in clero, ſed formæ facti gregis,&c. 434.e
ibi. Adoleſcẽtes ſubditi eſtote ſenioribus, omnes autem inuicem humilitatem inſinuate, &c. 397.d 399.a

Ex 2. Epiſt. Petri:

2. Et in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis: quorum iudicium non ceſſat,&c. 802.e
ibi. Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitãs inter eos, qui quotidie animam iuſtam iniquis operibus cruciabant, &c. 350.b 351.a
ibi. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos. *Et quæ ſequuntur reliqua, ad finem vſque cap. 2. Pet. 2.* 113.a
ibi. Audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere, blaſphemantes,&c. 425.c
ibi. Superba enim vanitatis loquentes, ineſcãt in deſiderijs carnis luxuriæ eos, qui paullulum effugiunt,&c, 415.e
ibi. A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus efficitur 74.e
3. Vnus dies apud Dominum, ſicut mille anni,&c. 577.a
ibi. Non tardat Dominus promiſſionem, ſicut quidam tarditatem exiſtimant, &c, 494.d 498 a

Ex 1. Epiſt. Ioannis.

1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, mentimur, & veritatem non facimus, &c. 592.a
2. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris,&c 584.a 589.e
ibi. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt: Si quis diligit mundum non eſt charitas Patris in eo: Nam concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt, &c. 171.e 172.e 216.c 591.d 597.b c d

ibid. Antichriſti facti ſunt multi 184. d
3. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, &c. 11.b 28.a 285.b
ibi. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, &c. 328. a
4. Deum nemo vidit vnquam 566. c
5. Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum 523b 525 a

Ex 2. Epiſt. Ioannis.

Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Dei, Deum non habet 107. e

Ex 3. Epiſt. Ioannis.

Maius gaudium non habeo, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulantes 513. a

Ex Epiſt. Iudæ Apoſtoli.

Iudas Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi ijs qui ſunt in Deo Patre dilectus, & Chriſto Ieſu conſeruatis, & vocatis, &c.] *tota Epiſtola Iudæ Apoſt. Catholica, ab Auctore adducitur, & appoſitè ſuo inſtituto accommodatur, varijs quoque ad marginē lectionibus adnotatis* 113.c 114.
Subintroierunt quidam homines (qui olim preſcripti ſunt in hoc iudicium) impij Dei noſtri gratiam transferentes, in luxuriam, &c. 803. a
Dominationem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant, &c. 425. e

Ex Apocalypſi Ioannis.

11. Dabo duobus teſtibus meis, & prophetabūt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis &c.] *Locus exponitur, & qui ſint duo illi teſtes, demonſtratur* 227. e 228. a
20 Et regnabunt cum eo mille annis 576 d e & ſeq.
ibi. Et cùm conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Satanas, &c. 577. bc
ibi. Vidi ſolium candidum ac magnum, & ſedentem ſuper illud, à cuius conſpectu fugit cælum & terra: & locus non eſt inuentus illius 230.a 702.e
ibi. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt, &c. 230. b 244.b 245.b
22. Ex vtraque parte fluminis lignum vitę, afferens fructus duodecim: & folia ligni ad ſanitatem gentium, &c. 576.d 586.d

FINIS CATALOGI LOCORVM
SACRAE SCRIPTVRAE.

PROVERBIA PRAECIPVA IN HISCE TRIBVS TOMIS AB AVCTORE SCITE ET APPOSITE vſurpata, optimeque applicata.

Abſurdum eſt fame illũ confici, qui cibum alijs impertitur 599.a
Actum agere. 205.a
Ad dexteram vel ſiniſtram declinare 753.c
Ad negotiandum vocatus es; ne deperdas margaritam. ne theſaurum tuum deprędetur inimicus. ne nauis cum onere demergatur: & vacuus reuertaris ad propria 322. b
Ad portum appellere 630fa 775 c
Aduerſarijs terga dare 403. b
Aerem verberare 182. d
Alij in prætorio, alij ſub caminis verſantur 321.c 323. de
Alta ſapere, & primas cathedras petere 771.b
Antequam ſciamus remigare, volumus gubernare 530. d
Aquam in doliũ pertuſum infundere 17. c 201.a
Araneæ telam texere 42. c 336.d
Arbor ex ſuo fructu cognoſcitur 470.d 802. d
A ſcopo aberrare 763.b
Canis ad ſuum reuerſus vomitum 375. c 437 d
Canis rabidus etiam proprium mordet Dominum 792.b
Cani fornicatio ſimilis 325. c 326. e 327.
Charitatem cum omnibus habe, & ab omnibus abſtine 327.c
Concordia diſcors 460. c 467.d

Cor

Cor peruerſum machinatur mala omni tempore. *Prou.6.* 111.b 115.b
Cui nõ placet miniſtrare Domino vni, ſeruiet multis 515.e
Cum aëre luctari 682.d
Cum oue lupum recludere 519.d 525.a
De harena reſticulas nectere 302.c e
De ſtatione, ac acie decedere 731.b
Diſce operans, vt ne diſcas mendicans 316.b d
Etiam in vinea rub⁹ germinat, & inter roſas ſpinæ creſcunt 786.b
Etſi dolia confracta ſint, vinumque deperditum; vinea tamen adhuc ſupereſt 395.b
Ex inuidia ſępe calumnia ſtruitur 530.a
Foramen exiguum aqua reperit, hiatumque magnum producit 420.b
Fornax aurum probat atque argentum. Timor autem Dei cogitationes hominum 509.c
Frater adiutus à fratre, quaſi alta atque munita ciuitas. *Prou.*18. 68.e 71.c
Fuge ſcorpionem, cuius noſti ſtimulũ. 24.a
Fuge ſerpentem, cuius exploratam habes perniciem ibid.
Ignis ignem non extinguit 391.b
Ignorat quæ ſua ſit dextera, quæve ſiniſtra 93.c
Ilias malorum 769.b
Impius cum in profundum malorum venerit, contemnit. *Prou.*18. 60.b
In ipſo adhuc veſtibulo hærere 42.d
In medio laqueorũ incedere 131.b 132.e
In portu reſidere 249.c
In quo vocatus es opere, firma anchoras, ac funes: ne in pelagus tua nauis impellatur 291.a 292.d
In ſtamina tramam conijcere 723.a
Inſtaurare aciem 744.c
In virtutis ac religionis ſtadio claudicandum non eſt 60.a
In vtramuis autem dormire 632.b
κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα, id eſt, nere quæ neri nequeunt 303.a
Lacte non indigent, qui gregem paſcunt 79.a
Lapidi miſericordiam perſuades v.b
Leoni inſidiari qui vult, firmiter apprehendat, oportet 72.b 73.b
Ligone ſpinas euelle, & funda rapaces repelle 472.d
Lucrum non captandum, quod animæ noceat 513.e
Ludere in vtraque re 516.d
Margaritæ ante porcos non proijciendæ 768.b
Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ 523.a
Mercedem in marſupiũ pertuſum proijcere 325.c
Miraculum poſteris dicere 731.e
Modicum fermentum totam corrumpit maſſam 325.c
Munera qui reſpicit, ad iuſtitiam non reſpicit 475.a
Naufragium pati in portu 41.e 418.e
Nauis abſque gubernaculis, gubernatore in prora ſedente 599.b
Ne fugias laborem, vt non deperdas coronam, &c. 807.e
Nemo abſq; certamine coronatur 551.d
Nemo ante obitum beat⁹ 509.e 534.a b
Nemo finitis nundinis mercaturam exercet 203.d
Nemo ita imprudens, vt cùm fontẽ ſibi propinquũ habeat, longinquo ex lacu aquam inutilem hauriat 575.d
Nemo poſt certamina accedens coronatur 203.d
Nemo ſic eſt fatuus vt lucernam ad videndum accẽdat orto iam ſole 575.d
Neque nimis prolixus, neq; nimis breuis 574.e
Ne quid nimis 551.b
Nequit currere puer, inſtar perfecti & adulti viri 359.d e
Nequit inexpertus, ſicut exercitatus arcum ac telum tenere 359.d
Ne veſtimentum ſupra crura 116.c 117.c
Noli anchoram alligare anchoræ 41.e
Non gloriandum de craſtino 512.a 531.b
Non idem ſemper ſpirat ventus 514.e
Non laudem cõſequitur, qui confecto iam bello aduentat 203.d
Nullus ita demens, vt frumẽto relicto, zizanijs inſideat. 575.e
Nunquid argento bonus comparatur ſermo? 331.b d
Occupato lucro, fugienda damna 525.b
Omnem mouere lapidem 725.e
Paſſer paſſerem in laqueum allicit 520.d
Plagæ medicinam præbere 806.e
Poſt formicam, apes 491.d 492.e
Poſt laborem, requies 491.e
Poſt medium curſum deficere, & in medio, quod aiunt, ſtadio à curſu deſiſtere 171.a 172.d
Præbe Deo non tua, vt tibi det quę ſunt ſua 575.b
Qui carnem ſuã delicatè nutrit, concupi-

cupiſcentias malas paſcit 518.d
Qui fieri poteſt, vt in prunis quis deambulet, & plantas pedum non comburat? *Prou.*26. 118.c
Qui fontem habent, gutta non indigẽt 79.a
Qui in certamine feriũt, etiam feriuntur, non vitantes ſcamma 149.a
Qui inimicitias & contentiones amat, ſimilis eſt ei, qui aſſiduè manũ ſuam in foramen aſpidum immittit 512.c
Qui irridet hominem, exprobrat factori, *Prou.*14.17. 100.e 103.c
Qui margaritam poſſident, de obolo acquirendo non laborant, &c. 79.b
Qui mel conficiũt, eos mellis ſaporem explorare non eſt neceſsè 79.a
Qui panem frangunt, micis non habẽt opus 79.a
Qui ſecũdò in eundem impegerit lapidem, cœcus eſt, aut mẽte captus 24.a
Qui ſermones multiplicat, contentiones & odia ſibi accumulat 514.c
Qui ſobrius eſt ac vigilans, ſpoliabit, & non deſpoliabitur 522.d
Quis nũmo è marſupio extracto, marſupium abijcit? 149.a
Quis ſegnior eo, qui cùm ſitibundus apud fontem ſedeat, manus tamen non extendit, vt aquam ſumat, ſitimque reſtinguat? 530.e
Quis vnquam mercator relictis nundinis, collectas reliquias ac merces in mare proijcit? 149.a
Redire ad vomitum 568.a b
Repellere aliquem à ſtadio 386.d
Sæpè licet pugil ceciderit, tãdem adhuc coronam reportat 420.e
Sagittę ignitę, linguę in alterutrũ 767.b
Satis diues es, ſi vitam obtines 149.a
Satius eſt ſubridendo iram reprimere, quàm aſperè efferari 521.a
Scapham in portum dirigere 772.b
Sentinam exhaurire 312.b
Sepulchris dealbatis ſimiles 514.a
Si ædificare nolis, ædificata ne deſtruas 517.e
Si cuncti honorari volumus, quis honorem exhibebit? 512.e
Si cuncti mandare & imperare volumus, quis ſubditus erit, aut obediet? ibid.d
Si plantare nolis, plantata ne euellas, &c. 517.e
Simile aduerſus ſimile 473.a
Similis capreæ ſpiculo transfixæ, quæ cùm venatorum euaſerit manus, ſagittam tamen ſecum in iecore geſtat *Prou.*6.7. 232.b
Similis ſuo gaudet ſimili 789.c
Somnolentia Paſtorum, luporum eſt gaudium 513.e
Sponſa poſt arrhabonem euertitur, ac ſpoliatur 59.d
Stadium fugere 351.c 352.b
Stadium omnibus apertum 232.a 432.c
Sus lota in volutabro luti, *Prou.*26.24.d 113.c 437.d
Tamquam ad vnum diem permanẽs in diuerſorio viator 491.a
Tamquam canis ad proprium reuerſus vomitum, *Prou.*26. 24.d 69.b 113.e
Tempore niuis perueſtigatur fera 520.a
Tempus tacendi, & tempus loquendi, 334.d 335.e
Totam ſummam ſimul & lucrum conſumere 721.b
Venabulum veneratori quadrat, & ſcutum militi 516.e
Verſari in portu 419.a
Xenia ac munera excœcant oculos ſapientum 338.c 341.e

FINIS PRAECIPVORVM PROVERBIORVM.

INDEX
RERVM, ET VERBORVM,
ATQVE SENTENTIARVM
MAGIS MEMORABILIVM,

Quæ in hiſce tribus Tomis

OPERVM S. PATRIS NOSTRI
EPHRAEM SYRI CONTINENTVR,
ATQVE TRACTANTVR.

A.

Aronis ſacerdotiũ, & ſacrificium cuiuſmodi 2.e 3.a

Abagarus Rex, vt Chriſtum ad ciuitatem ſuã Edeſſam piè inuitarit 788.c 796.b c d eius ad Chriſtum miſſionis teſtimonia, ibi. eius nominis variæ appellationes 796.c

Abbatis Ammonis capita Parænetica nouendecim 499.& ſeqq. Abbatis Ephræm conuerſio 261.& ſeqq. 264.& ſeq.

Abelis ſacrificij, & Cain diſcrimen 2 c Abeli cõparatur S. Ephræm viij.e

Abraam, vnus ex diſcipulis Ephræm 791.b

Abrahã cur immolationis filij myſterium tacuerit, nec illud reuelarit 652.a b vt circa immolationis myſterium ore plus prophetarit, quã corde ſciret ibid. vt diem vidit Domini 628.a vt Sacerdos & Propheta 627. d magnam animi fortitudinem oſtendit 626.e & ſeq. Abrahæ ardens voluntas, & ſumma in Deum charitas atque dilectio 627.c d encomium Abrahami & Iſaac 624.e & ſeqq. ſacrificium atque oblatio, eiuſq; myſterium & benedictiones 2.d 3. c tentatio & obedientia 625. b c d cum eo confertur S. Ephræm ix.a de Abraham & Iſaac plures Auctores 628.b

Abramius ſiue Abraham Eremita Syrus, vt ad matrimonium compulſus 749. d vitam ſolitariam elegit ibid. e crebras ſuorum viſitationes detrectat 759. a bona ſua hæreditaria pauperibus diſtribuit ibid. b parem erga omnes charitatem exhibebat ibid. b c Regulam ſui inſtituti nunquam mutauit ibid. c ab Epiſcopo viſitatur, Presbyter ordinatur, & ad conuerſionem Barbarorum deſtinatur 751.b vt ex patrimonij ſui pecunijs Eccleſiam exſtruxerit ibid. c aras, & ſimulachra gentilium euertit ibid. à Barbaris crudeliter tractatus ibid. d e & ſeq. infideles conuertit, baptizauit, & in fide cõfirmauit 752 c d ad cellam redit 753. a Dæmonum tentationibus fortiter reſtitit ibid. d e & ſeq. Virtutibus & bonis operibus, vt refulſerit 755.a b amicus fuit B. Ephræm 778. e 759. b quomodo Mariam neptem à lapſu reuocarit, & ad cellã reduxerit 758.d e & ſeq. Abramij abſtinẽtiæ diuturnitas 759. d e 760. d e ætas ibid. agones atque labores 760.a aſpectus ſerenitas 755. c collatio cum Abrahamo Patriarcha 757.c 760.c conſtantia admiranda 751.e corpus ſuauiſſimo odore fragrans 757. e corporis robur 755. c patientia 751.e in religioſæ vitæ inſtituto perſeuerantia 753.c 755.b c precationes ad Deum 751. b d 752. e viſio horribilis 756. e vita 749. & ſeqq.

Abrenuntiatio in ſacro Baptiſmo facta, vt à nobis in die Iudicij requiretur 188. a b quanti ſit momenti, & quàm longè pateat 187. d eius effectus, ac finis quiſnam 545.b c d 592. b c 805.a vis quanta 805.a de ea qui præter Ephræm conſcripſerint alij 195.d & ſeq.

abrenuntio tibi Sathana, & cõiungor tibi Chriſte, quantæ efficaciæ vox ſit ibid.

abſtinentia S. Ephræm vi.d

acediæ ſpiritus, vt repellendus 372. & ſeq 447.b 449.b 452.e & ſeq. 454.b 456.b

Achaab & Ieſabelis paradigma, ac typus proponitur 148.d 149.d

Achar, ſiue Achan filius Charmi 8.a vt lapidib. obrutus ſit cum ſuis 324.d 326.c

Achillis Statij Bibliotheca 737.d 738 a 739.d

acta exteriora, vt mentem interiorem deſignent 543.a

Adam, duo vt dicantur 572. d Adami pulchræ conſiderationes 547.c 557.e 672 c Adæ maledictio vt exterminata 1. d ab Adam vſque ad tempus præſens, omne interpoſitum æuũ inſtar vmbræ præterijt 207. a 249. d ab Adam, ad hæc vſque tempora, qui & quot homines, ac quando omnes vixerint, ſoli Deo notum. 317. d 319.b

aditus inuiſibili hoſti vt præcludendus 325.a

adiurandi formulæ 713 c 714.a 786.b 788.b

admonitio ſaluberrima ad Monachos 469.a admonitiones ſanctorum virorum amplectendæ 523.c 527.d
Ado Treuirenſis Epiſcopus quando floruit 739 d
aduētus Domini ad iudiciū, cuiuſmodi 239.c & ſ. idē formidabilis atq; horribilis 231.d 238.c 239.c
aduerſariorum contentiones vitandæ 268.b
aduerſitates quæcunque amore Chriſti fortiter ferendæ 153.154.
Ægrotorum viſitatio commendatur 620.d
Ægyptiacæ mulieris inſidiæ in caſtū Ioſeph 43.c d 273.e
æmulatio & inuidia vt à ſe mutuo dependent 35.b
afflictio non eſt addenda afflicto 530.a d
Αγάπην ποιεῖν, quid ſit 803.b 809.ab
Agar ancilla Sarræ profuga, ad Dominam ſuā redire iuſſa 298.e 299.b
agētes & cōſentientes pari lege plectuntur 607.d
de Agone ſiue luctamine ſpirituali 483 d e & ſeqq.
agri & theſauri nomine quid in Euan. intelligatur 671.e & ſeq. quid in illo Matt. 24. intelligendū: Duo erunt in agro, &c. 18.a b c agrorum ſterilitas 662.a
Agricolaus Præſes ſub quo 40. Martyres paſſi 737.a d e
Agricolæ boni commendatio 443.e cum Monacho comparatio 555.a prudentis comparatio 766.c nomen vt Deo competat 542.c 607.a 671.d 673.a d 674.a agricolarum induſtria atque ſedulitas 119.b c
Α'κατάκριτος, & ἀκατάχρεος quidnam 561.c
Α'κολουθία quid interdum denotet 276.a 278.e
alearum & tabularum luſores cōſtitutionibus Apoſtolicis excommunicantur 187.e 190.b 196.c
alienigenæ vocabulo, vt intelligatur Philiſtæus 287.b 289.d e
allegoriæ frequētes, eæq; ſentētioſæ 148.c 149.a 159a
Αλλόφυλοι, cur dicti ſint Philiſtæi 289.d e
alphabeto virtus heroica comparatur 553.b
altaris myſteria tremēda ac veneranda 367.a c d
altè non ſapiendum 356.c e
Alypij exemplum memorabile 110.a 115.b
amba, & Abbas, pro eodem 791.b 797.c
ambitionis vitium grauiter taxatur 92.c & ſeqq. 96.& ſeq. 530.d 538.d
amicitia & dilectio vt ſeruanda 300.e 467.d carnalis fugienda 344.e 467.d 460.c carnalis proles variæ, earumq; deteſtatio 527.a
Amma Sarra 505.d
Ammon Abbas quis fuerit, & quo tēpore vixerit, & de eo qui ſcripſerint 503.a b c Ammonis animā in cælū deferri cōſpexit S. Antonius ibi. c d
amor proprius reprehēditur & deſcribitur 363.d 364.b c vitandus eſt 52.e amoris Dei & ſeculi differentia 719.b 721.d e
Amphibia quomodo impura cēſeātur 573.d 585.d e
Amphilochij Epiſcopi cōparatio inter S. Baſilium & S. Ephræm, elegans xiiij.d e & ſeq.
amphitheatrorum mala, turpitudines, atque pericula 109 e & ſeq.
Amuleta quæ dicantur, & de eorum prohibitione 190.c 197.a b
Anachoretæ quinam, & vnde dicti 280.b 282.a
Analabum quid ſit 467.c d 521.c 538.a 762.a pro ſcapulari 467.c d eius antiquitas & vſus 538.a 765.d e ſymbolum ac forma 467.c d 765.d e
Anarad, & Aranad pro eodem 798.b c
Angeli in noſtra vigilantia exultant 485.d angelorum caſtra, vt multitudo Monachorū 444.c officium 468 c
anguſtæ viæ, quæ ducit ad vitam, ingreſſus atq; inceſſus cuiuſmodi 192.d anguſtæ & latæ viæ differentia 361.e & ſeq. 363.a b 495 d
anima, vt carnalis reddatur, & ſpiritalis 488 c & ſeq. vt ciuitati abſq; muris ſimilis 315.c & ſeq. quo pacto Deum inueniat 61.b & ſeq. quomodo afflicta ad Deū recurrat 62.d & ſeq. 65.d quomodo Deo cōiungatur 235.a inſtar vineæ excolenda, & munienda 162.a vt fouenda & cuſtodienda 304.c d vt paſcenda & nutrienda 594.c d ab inimico capta perdici ſimilis 41.c 46.e animæ pulchritudo, vt in exteriore etiā homine reſplēdeat 528.d à corpore ſeparatio, cuiuſmodi 173.e ſalus ſeriò curanda 294.a 304.c d 619.c animæ vt bonorum operum viaticum dandū 267.e ad animam negligentem Threnos 248.c & ſeq. anima nihil nobilius, ac pretioſius 594.c ſuper ea planctus 245.d & ſeq. animarum deceptores fugiendi 284.d 286.c 407.d 410.b animas fidelium defunctorū iuuari precibus ac ſacrificijs viuentiū 790.b c 795.b c & ſeq. incautas vt diabolus illaqueet, atq; præcipitet 305.b c
animi diſtractiones variæ 474.a ſui timorē Auctor explicat 66.& ſeq. de animi prōptitudine ad omne opus bonum 354
anniuerſarius dies obitus S. Ephræm, pulchro Encomio decoratus ij b xi.c
anonyma quædā S. Patris Ephræm Vita xij.c & ſeq.
Antichriſtus varijs ab Auctore appellatur nominibus 220.& ſeq. 226.d à Iudæis honorabitur, & excipietur 222.c 227 c vbi & quo pacto ſignū ſuū imprimat 221.b Antichriſti natiuitas qualis futura 222 b 226 regnū, aut potius tyrānis quādiu durabit 225.b 228.b malitia, crudelitas, impietas, tyrānis ac perſecutio, præſtigiæ, arteſq; magicæ, ſigna & prodigia fallacia 219.a & ſeq. 222.& ſeq. 227.d fraudib. & machinamētis reſiſtēdū 221.b de Antichriſto & conſūmatione ſeculi 218.e & ſeqq. de Antichriſto Scriptores plures citantur 225.d e & ſeq.
Antidoton Sanctorum Martyrum 191.b
Antitheſes variæ, eæq; venuſtiſſimæ, & appoſitiſſimæ 277.a 413.c d 430.c d 493.c d 496.c
S. Antonij apophthegmata 504.b c d & ſeq. 506.d geſta atque præconia 272.d virtutes raræ atque eximiæ 327.c d vitam à S. Athanaſio conſcriptam, teſtatur ipſe Ephræm 327 b c 329.b
Apis & columbæ ſimilitudo pulchra 491.c d apis pulchra conſideratio 549.a 560 b c
Apollinarij hæretici extrema confuſio viij.b
Apologia ad Fratrē quēdā contradicentē 6.& ſeq.
Apophthegmata SS. & antiquorū Patrū 504.b & ſeqq. apophthegmata quæ dicantur 506.c
Apoſtaſiæ auctores quinam 793.c
Apoſtatæ & hæretici notātur atq; taxantur 437.c 791.d e & ſeq.

Apoſtolorum & Prophetarum aduerſus hæreticos conſenſio 803.a b c
apoſtrophe S. Ephræm ad S. Baſiliū 726.a *ad omnes Chriſtianos* 182. a *cum Precatione ad Deum* 317.e *ad Deū, pijs affectibus plena, valdeq; efficax* 234.c *ad omnes ſanctos Martyres* 746. a & *ſeq. ad Paulum Apoſtolum planè pulchra ac pia* 181.d e & *ſeq. ad pœnitētē* 570.a 579.d *ad pœnitentiæ contemptores & impios hæreticos* 582. *piæ matris ad filium Martyrem* 732.e *Pœnitentiæ ad Deum* 572.a b
apparitiones in ſomnijs Ephræm factæ 261.d 263.c 264.c
Αφθαρσια *quid ſit* 488.c 492.d
aquilæ vt virtus heroica ſit ſimilis 553.b c
Ararat mons qualis, & vbi 2.c 4.a 320.a
arbori floridæ vt aſſimiletur religioſus 276.e *ab arboribus comparatio elegans* 233.d e 238.b c
arcana ſua familiariter detegentes, vt tractādi & conſolandi 326.a
arca Noe 541.e
arcui quomodo comparetur oratio 480.e & *ſeq.*
argumentum Interpretis in Abraham & Iſaac 624.c d
arietis in planta Sabec erecti myſterium 626. d e 627.c 629.c *arieti S. Baſilius comparatur* 722. d e & *ſeq.*
Arius Hæreſiarcha peſtilentiſſimus, vnde Ariani dicti, & hæreſis Ariana 804.a 810.d e & *ſeq. Arij doctrina impia, vita improba, & mors admodum horrenda* 810.d e *Ariana hæreſis à quibus confutata* 811.a
arma contra diabolum efficacia 88.d e & *ſeq.* 96.b c 102.c d
armentaria quæ dicantur, & quo pacto diuinæ eis comparentur Scripturæ 157.d 160.e
armatura ſpiritalis deſcribitur 479.c & *ſeqq.* 483. d e & *ſeq.*
Arouandran vir effrenis atque rebellis, & hæreticus impius 791.e & *ſeq.* 798.d e *eius nominis varia lectio* ibid.
ars cabidia 383.e 384.d *arte quæ fiunt, vt differāt ab ijs quæ fiunt natura* 666.b c 676.e
Αρχιοινοχόος, *id eſt, princeps pincernarum* 639.d 646.d
Arſenius vt ſaluti animæ ſuæ conſuleret, relicto palatio Theodoſiano in eremum conceſſit 504.e 507.b c *Arſenij Abbatis apophthegmata* 504.e 507.b c
Aſceticus ſermo quisnam 533. c *Aſceticus & exhortatorius Sermo ad Fratres* 487. & *ſeqq. Aſceticus ſermo ad imitationem Prouerbiorū* 509. & *ſeqq.* 533.
Ασκητὴς & ἀσκητικὸς, *quid denotent* 308.e
aſſenſum prauis cogitationibus præbere, peſſimum eſt 374.b
S. Athanaſius ab Auctore citatur, ab eoq; vitam S. Antonij verè eſſe conſcriptam, oſtenditur 327.b 329.b c
athletæ ac pugiles Chriſti variè ab hoſte impugnātur 395.a *athletarum Chriſti varia certamina & præmia* 171.c d 172.a e 193.c 483. d e 772.a b *aduerſus Satanam victoria* 772.c d e
attendendum in quibus 312. c *ſibi ipſi* 307. & *ſeqq.* 332. & *ſeq. in dictum,* Attende tibi ipſi, *capita duodecim* 308. & *ſeqq.*
auaritiæ morbus reprehenditur 197.d e & *ſeqq.* 372.b 373.c 383.e 452.b 468.c d e 469.c d 513.c 516.b 522.a *auaro contra ſe denſum lutum aggrauere, quid ſit* 513.d 536.c d
auctores omnium temporum, de laudibus Beatæ Mariæ Virginis 707. d e 709. & *ſeq. varij de laudibus ſanctorum Martyrum* 747.e & *ſeq.*
auctoritates quorundā SS. Patrum de S. Ephræm Syro xvj. & *ſeqq. omniū temporum grauiſſimæ, quibus veritas Sacramenti Euchariſtiæ cōprobatur* 684. & *ſeq. auctoritatibus grauiſſimis oſtēditur orandū eſſe pro defunctis* 795.b c & *ſeq.*
auditio iudicij extremi horribilis 269.a
aues ſupernatātes aquis vt immūdæ 573. d 585.d e
aurū cum menſura poſſidendum, & doctrina abſque menſura 267.c
Αυθεντία, χ̓μονία, *id eſt, complacentia ſui, & ſingularitas* 762.c

B

Babyloniorum dubitatio, anne ex morbo aliquo Leones in lacu non attigiſſeut Danielem, &c. 46.b 47.c
baculus Præfecti quis ſit, & quàm neceſſarius 291.c d 293.b
balneorum, & infernalis flammæ comparatio quædam 124.c
baltheo comparatur Charitas 480.a
baptiſmi plura nomina, atque appellationes 722.a
barbarorum in S. Abramium atrocitas 751.d *barbarorum per S. Abramium conuerſio* 752.c
Bardeſanes nouellus, cur dictus ab Ephræm Paulinus 798.c
Barrabas draconi aſſimilatur 569.a
baſilicæ S. Petri Romæ antiquitas & dignitas 737. d e & *ſeq.*
Baſilides peſſimus Hæreſiarcha, vnde Baſilidiani hæretici appellati 804. a 810.c d *eius hæreſis à quibus Scriptoribus confutata* 810.c d
baſiliſci cum Dæmone comparatio 64.c
Baſilij Imperatoris iuſſu deſcriptæ ſunt vitæ Sanctorum, vnà cum ſuis Iconibus in Oriente xiiij. c xx.a
S. Baſilius Magnus eruditionis cauſſa Ephræm cum primis ſuſpiciebat xj.e xvj c xvij. e xx. e *accerſendum curat Ephræm, quem & benignè complectitur* xiij.c d xv.b c *cōſecrat Ephræm Presbyterū* xvj. a xix.e xxj. d *Ephræmio auctor fuit, vt 40. Martyrū laudes ſcriberet* 724. b 726.e & *ſeq. cum Patribus veteris Teſtamenti cōfertur* 726 a *cur greſſus virtutum, & liber laudum dicatur* 726. d e *vt ſpiritalis aries armēti Chriſti* 723. a *de turture quæ ſcripſit* 469. b *contra Monachos proprietarios quæ* ibid. d *S. Baſilij Magni encomium* 722.b & *ſeqq. cum S. Ephræm comparatio* xiiij. e & *ſeq. cum 40. Martyribus* 724.c d *miracula maxima* 725. *certamina atque victoriæ* 724.c d e & *ſeq. cum*

S.Ephræm congreſſus atque colloquiũ 723.e & ſeq. * Baſilij locus corruptus reſtituitur 736. c 738 ad S.Baſilium Magnũ qui non cognôrunt, etiam ipſum Ephræm ignorant ij.b xj.d e. de Baſilio plures Auctores citantur 726.c
βαυκάλιον, quid ſit 449.e
beatitudo in quibus conſiſtat 594 d e beatitudinis laudes iuſtis repoſitæ 209.236.d e beatitudinum Regulæ multiplices, eæq; pulchræ, & perutiles 168.d e & ſeqq. vſque 177. de beatitudinibus & miſerijs 177.& ſeq.
beatus vt nemo ante mortem prædicandus 509.e 534.a b beatorum loca cuiuſmodi 20. d e & ſeq. 194.e & ſeq.
Beda Venerabilis quando floruit 739.c eius Martyrologium MS. ib. d
bellum, fames, & peſtis, ad noſtram correptionẽ, & emendationem permittuntur 87.d 88.a contra Diabolum ſuſcipiendum 280.e & ſeq. 286.e & ſeq. 288.a b oculorum 400.c d militum hic breue, ſed Monachi pugna vſque ad mortem extenditur 72.b c & ſeq. 174.e inter Regem Iſrael, & Regem Syriæ 51.c bellorum diuerſitus 287.
de S.Benedicto pulchra lectuque digna narratio 505.c & ſeq.
benefaciendum vt ſit omnibus 268.c
beneficia Dei in nos quanta 544. c & ſeq. infinita 63 64.
benignitatis laudes & commoda 30.c d
S.Bernardi libri de conſiderat. citantur 538.e 795. b à quo recogniti 736.d
Βυρύλλιον πλῆκτρον 722 d
blaſphemia, & blaſphemi notantur atque taxãtur 159.423.b c d 425.b 792.d
bona voluntas commendatur 268 e bonum ſermonẽ vt ſcrutari debeat Monachus 338.a b 341.d bonorum operum exercitium laudatur 268.d e 276.e & ſeq. bonorũ atque iuſtorum præmia, & malorũ atque iniuſtorum ſupplicia 185.d e & ſeq. 189.& ſeqq. 192.& ſeqq. 195. 225 c 229.d & ſeq. 231.d e & ſeq. 233.d e & ſeqq. bonorũ virorum exempla inter malos, & malorum inter bonos 397.a b
Borboriani hæretici vnde dicti, & à quibus confutati 792.a 800.b c cur impuri ab Ephræm appellati 800.b
Βρεγχάρτοι qui dicantur 434.c 438.e & ſeqq.

C

CAdauerum in ſepulchris exempla, atque cõſiderationes 778.d e & ſeq.
cælum vt Deus chartæ commiſiſſe dicatur 673.a 678.a cælorum regnum quomodo acquiratur 485.c regni gaudia 618.c d e 621.a b
Cæſaream Cappadociæ Ephræm ad S.Baſilium venit v e xj.d xij.c xv.a
Caim, vt ſeptem ſupplicijs puniri meruerit 574.e
calamorum trium miraculoſa confractio 725.c d e
calumnia vt ex inuidia ſtruatur 530.a iniuſta punitur 262.c 263.e & ſeq.
cani vt ſimilis dicatur fornicatio 325.c 326.e
& ſeq.
Canon Monaſticus ſeruandus 280.b c e 282.b
canticum ſpiritale S.Patris Ephræm, in laudẽ doctrinæ & ſapientiæ, recens ex Chaldæo ac Syro Latinè redditum 267.& ſeqq. cantica ſpiritalia cõmendantur 336.d 338.d 339.e laſciua, & diabolica damnantur 13.e
capita centum de Humilitate comparanda 446.c & ſeqq.
carminum tricies centenas myriadas conſcripſiſſe Ephræm dicitur xviij.a xxj.a
caro vt refrænanda 477.b vt ſpiritui reddatur ſimilis 488.d e & ſeq. carnis pugna 312. 400.e & ſeq. carnales ac luxurioſi taxantur 779.b vitandi ſunt 312.e & ſeq. carnaliũ operum finis, pernicies & mors 305.c 324.e & ſeq. 332.c d
caſtitas vt rectè cuſtodienda 303.c 357.c d 358.d e 459 a b palmæ arbori comparatur 125.d ſanctificatio appellatur 125.a caſtitatis encomium 125.d e & ſeq. 527.e 528 b caſtitatis, continentiæ & virginitatis differentia & conuenientia 125. 126.
catalegmata quæ dicantur, & vnde 180.e 184.a
catalogus virtutum Sancti Patris Ephræm vj.d e & ſeq. viij.d e & ſeq.
cataracta vt impetum aquarum impediat 516.c
catechetica, & nouthetica Parænesis 443.c & ſeqq.
Cathari, ſiue Catharorum hæreſis 792 a 798.e & ſeq.
Catholica fides nullatenus deſerenda 792.c Catholicæ Chriſti Eccleſiæ commendatio 792.a
cauſſæ vertiginis plures 386 c d 388.a b cur alij citius, alij tardius moriãtur, nõ inueſtigandæ 204.e & ſeq.
cauſtica medicamenta cuiuſmodi 144.b 147.d
celebritas Deo grata quæ ſit 699.d
cellæ S.Ephræm & B.Iuliani vicinitas 762.c cellæ alienæ nimia frequentatio reprehenditur 517.a 522.e 526.c 530.b cellam, ſiue cubiculum alterius ingredi nõ licet, niſi prius ad oſtium pulſes 513.d ex cella in cellam nõ oberrandum 291.c 293.a 382.c 406.a 522 e
cepæ, & vini natura, atque comparatio 790.b. 797.c d
cereum dum ſibi defuncto accendi vetat Ephræm, vt illud accipiendũ 777.c 788.e 796. de cereorũ pro defunctis in Eccleſia vſus longè antiquiſſimus 796 d e
certamen bonum in ſtadio huius vitæ decertandum 354.a d e 483.d e 485 b c d e 619. certamina Sãcti Ephræm contra hæreticos iij b c vij.d e xvij.c d xviij.b xix.d varia athletarũ Chriſti 171.c d 172.e 483.d e
Chananæus quomodo paullatim dicatur delendus 472.e 478.b
charitas vt baltheo aſſimiletur 480. a b columna omnium virtutum 459.c quomodo dicatur non eſſe ambitioſa, ſecundũ Apoſtolum 371.d 383.b ſali comparatur, diciturq; caput & ſal omnium virtutum 11.b 12. a omnium virtutum excelliſſima 185.b charitatis effectus varij 566.b encomia varia 10 e & ſeqq 27. b c d 52. e 235. d e & ſeq.

d e & ſeq. 428. d e & ſeq. 431. a 459. e 480. a b
charitatem facere, quid ſit 809. a b

Choreæ, atque tripudia damnantur 107. b d 108. 109. e 180. 181. & ſeq.

Chriſtianum oportere longanimem eſſe, & iniuriarum immemorem 390. d e & ſeqq. Chriſtiani qui verè dicendi, & qui non 804. e olim vt ad metalla damnabantur 330. a d Chriſtianorum gloria in quibus poſita 16. b c d 180. & ſeq. perſecutio & afflictio maxima 219. & ſeq. 222. & ſeqq.

Chriſtus verè incarnatus, & ex Maria Virgine natus, contra impios hæreticos 666. & ſeqq. cur in terram venerit 678. e quando & vbi celebretur 699. d e vt nobis imitandus 486. b vt a Magdalena ſæpius vnctus 716. e 717. c d cur ſe tradi permiſerit 693. a 694. a d vt dicatur panem in figuram corporis ſui benedixiſſe, & Calicem in figuram pretioſi Sanguinis ſui, exponitur 6 1. e 684. a vt agrum cum theſauro in cruce emerit 672. c e 675. d Chriſti erga nos benignitas, dignatio atque clementia 485. e & ſeq. 544. e 618. c exemplo patientiam docemur, & fortiter aduerſa perferre 393. c d e 403. c 404. b 499. b c cũ Iſaac comparatio 626. d e pro nobis paſſi, & è mortuis reſurgentis pulchra hypotypoſis 491. e Chriſtum eſſe verum Deum & hominem 6 8. e & ſeqq. vt greſſibus fidei & amoris ſequi, ac fidei oculis contemplari iugiter oporteat 681. d e & ſeq. ad Chriſtum vt ſemper confugiendum 806. e & ſeq. à Chriſto dicti Chriſtiani 541. c 804. e

Chryſoſtomi locus deprauatè hactenus impreſſus, corrigitur & reſtituitur 466. e & ſeq. ✱ loca quædam ab hæreticis deprauata, hic a Scholiaſte emendantur 774.

Χωνεία, & χωνεύειν, quidnam 567. b

Cibus vt animæ & corpori præbendus 594. b c Dei & Diaboli quantum differant 487. e & ſeq. cum gratiarum actione ſumendus 280. e 283. b

Cicatrices peccatorum quænam 588. illæ vt communiter in pœnitentibus remaneant ibid.

Cilicium Abramius annis 50. geſtauit 760. d e

Ciuitas à bonis commendatur rectoribus 295. b regni cæleſtis qualis, & quomodo ad eam contendendum 542. a b c

Clauium poteſtas 589. b c

Cæcus à natiuitate illuminatur 589. e

Cœmiterium quid ſit, & vnde dictum 797. a cœmeteriorum ratio, vſus, & antiquitas ibid. a b

Cœnobij libri vt tractandi 517. a cœnobitarum vita ac mores cuiuſmodi 281. b c 282. b c & ſeq. cœnobiticæ & Eremiticæ vitæ differentia 280. b 281. b c 374. & ſeqq.

Cogitata non aliter ac facta cenſentur 102. a 103. d e cogitatio frequens de noſtro in hunc mundum ingreſſu, & de egreſſu ex eodem, id eſt, de morte ſalutaris 269. a ſuperbiæ atque arrogantiæ, & prauæ concupiſcentiæ, vt reprimẽda 514. b 519. b c 529. c 569. d cogitationes permittere intus ingredi, & tunc bellum cum illis ſuſcipere, quid ſit 4 1. d e & ſeq. improbæ ac ſordidæ reprehenduntur 484. c 605. e 506. d e 607. c vt repellendæ 272. e & ſeq. 286. d e & ſeq. 288. e & ſeq. 322. b 325. a b 352. e & ſeq. 431. c d e & ſeq. 460. e & ſeq. 461. e & ſeq. fugiendæ 319. e 322. b 325. b 328. c d 352. d e alienæ curioſius non peruestigandæ, & propriæ non cuiuis aperiendæ 321. d e cogitationibus improbis atque moroſis vt reſiſtendum 651. d e 102. a 103. d e 118. e & ſeq. 133. d 139. b 519. b c 606. d 615. a cogitationibus vt interdum aliqui grauius peccent, quàm alij operibus 610. c d e

Collocutiones de rebus turpibus fugiendæ 319. e 322. a 344. c

Colloquium Dei cum anima S. Ephræm 66. c d colloquij cum Deo, & Rege terreno, differentia 762. b

Colobiũ quid ſit, & quis illius vſus 459. c 467. a b c

Columbam candidam in humeris Baſilij concionantis conſpexit Ephræm v. e xj d xiij. d

Commemoratio S. Ephræm quando in Eccleſia xj. c xix. d e

Commercia atque conſilia improborum cauenda 284. 286. a 301. d e 314. 321. e & ſeq. 458. e 486. a

Communicandum vt ſit dignè 272. e 274. e de Cõmunione ſanctiſſima 235. a

Communi menſa in Cœnobijs ac Monaſterijs vtendum 280. e

Comparationes Ephræm cum Patribus veteris Teſtamenti viij. e & ſeq.

Complacentia ſui mala ac noxia 762. e

de Compunctione 133. b & ſeqq. 136. & ſeqq. vſque 143.

Concharum ortus 669. d e concharum & margaritæ differentia 671. c d

Concilium miraculi occaſione congregatum 762. a

Concordare ſibi ſoli, ab alijs diſcordare eſt 283. d

Concordiæ commendatio 531. a b

Concupiſcentia quid ſit, & quæ, ac quanta illius vis 332. c d vt corda filiorum Iſrael à Deo altiſſimo declinare fecit, &c. 411. c praua vitanda ac ſuperanda 262. a b concupiſcentiæ improbæ mala ac damna maxima 411. c d 569. c d e flamma vt reprimenda 332. d e concupiſcentiæ carnali vt reſiſtendum 288. 332. d e concupiſcentijs prauis non indulgendum 518. d e 519. c 522. d 569. d e à concupiſcentijs carnalibus abſtinendum 115. d e & ſeq. 484. b c

Confeſſarijs bona & vtilis proponitur inſtructio 326. a

Confeſſio S. Ephræm, & ſui ipſius reprehenſio 599. & ſeqq.

Coniugatorum, & eorum qui ſine vxore ſunt ac continentiam ſeruant differentia 419. c 422. c d

Conſcientia veſperi & manè examinanda 548. c 559. d e conſcientiæ bonæ partes 563. d e reprehenſio 545. c d ſtimuli 332. d 562. d e 620. a verba grauia 130. e conſcientiam qui Deo non ſeruat, quomodo homini promiſſa ſeruabit? 53. c in conſcientia pura ad Deum recurrendum 421. a

Conſenſus, vt pro factis iudicentur 607. c d e conſentire malis cogitationibus pernitioſum eſt 374. c

Conſiliarij voluntatis noſtræ ſacræ Scripturæ 543. e

conſilium impiorum deteſtandum 300.c d 301.c
conſilia ſapientum amplectenda 268.b
conſolator ſpiritalis à ſenſuali quid differat 396 ab 398.c
conſolatoria verba, ad luctum mitigãdum in morte charorum 206.
Conſtantini Magni temporibus Sanctus Ephræm vixit xij.c xiij.c xix.e Conſtantino Magno vt ter cruces ex cælo apparuerint 703.d e
Conſtantinopolitanæ vrbis mortalitas ac peſtis 86. d e Conſtantinopolitanum Concilium primum quando celebratum 218.c
conſtitutio Vrbani Papæ IV. & Clementis V. de celebratione Feſti Corporis Chriſti 685.e
conſuetudo, altera natura 332.d praua quid mali operetur 463.c 468.a conſuetudines bonæ, vel malæ, vt nobis à voluntate inſerantur 543.e & ſeq.
conſummati vt dicantur Sancti, & non mortui 768.d e conſummatio ſeculi 162. & ſeqq. conſummationis ſeculi indicia ac ſigna 805.c d e de conſummatione ſeculi 219. & ſeqq.
contemptus humanæ laudis ac gloriæ in Ephræm vij.b
contentiones cum alijs fugiendæ 354.b
continentia ac caſtitas Ammonis, eiusq; coniugis admiranda 503.b continentiæ atque temperantiæ laudes 37.c d e & ſeq. 484.e
contumeliæ, ac maledicentiæ damna 36.c d e contumelioſi taxantur, & pro contumelijs contumeliam non eſſe rependendam oſtenditur 391.a 392.d e 452.e 495.c d
conuenticula fugienda 523.c
conuerſandum bene, & ſapienter 268.e 300.d conuerſatio cum fœminis periculoſa 458.c d 466.d e ſenum amanda & amplectenda 268.a conuerſationes noxiæ vt vitandæ 117.e & ſeq. 486.a
conuerſio S. Ephræm 261. & ſeqq. 264. & ſeq.
conuiuia & commercia inutilia vitanda 476.d e non frequentanda 520.e 526.d
cordis ſpeculo, vt contemplari Dominum oporteat 291.c 292.e
corona quibus athletis ac certaminibus debeatur 324.c d 444.a 485.e
Corpus noſtrum quomodo templum Spiritus ſit Sãcti, & vt cuſtodiẽdum 158.d e corpori quatenus medendum 80.e & ſeq. 82. & ſeqq. corpus exhibere vt oporteat hoſtiam viuentem 360.a 361.a Corporis & ſanguinis Domini veritas in Euchariſtia oſtenditur 681.e 682.c 684. & ſeq. corpora defunctorum vt lauari ſolita 782.e
Corruptio peccati in quibus conſiſtat 490.b c
Corruptos ſeculi mores Auctor deflet 767.d
Coruorum, & peccatorum comparatio 793.d
Credere in Filium Dei quantum boni operetur 509.b c
Creditoris, & debitorum duorum appellatione, quinam in Euang. intelligendi 720.d e & ſeq.
Crepitus & palpitatio pedum in animalibus cernitur morientibus 262.e 265.e & ſeq.
Crux vt appelletur humilitas 301.c vt ſcuto ſimilis 4 0.d vt miraculosè ſupra Hieruſalem ex cælo apparuerit 703.e & ſeq. crucis ac paſſionis Chriſti myſterium, vis atq; potentia 387.b 411.d 512.c pulcherrima encomia 699.c d 700. & ſeq. 703.d e & ſeq. 705.a b Crucis apparitio in ſecundo aduentu Domini 228.d 230.e & ſeqq. 701.b ſanctiſſimæ laudes à pluribus auctoribus celebratæ 703.c d e & ſeq. duplex myſterium 569.b ſignum vt nobis depingendum 700.b ſigno Dæmon pellitur 762.a 765.d e Cruci vt honorem Conſtantinus primùm detulerit, & tres ex ære cruces fieri curauerit 703.d e vt ſe Monachus ſiſtere debeat 339.e 342.a poſt Crucem quæ reuelanda erunt in die Iudicij, cuiuſmodi futura ſint 701.b & ſeq.
Cuculli ſymbolum, vſus, & antiquitas 521.c 538.a b c
cultus & ornatus veſtium in Monachis reprehenditur 310.a 311.c Deo placens quis ſit 61.d
cura atque ſollicitudo noſtra de quibus eſſe debeat 764.a b nimia in nutriendo & veſtiendo corpore reprehenditur 80.c d e & ſeqq. 83. & ſeqq. 159.d e 239.d animarum non appetenda 51.d e 58.d paſtoralis qua ſollicitudine adminiſtranda 357.b & ſeqq. 406.c d
curioſitas taxatur 526.a c nimia vitanda 474.e 476.b 478.d e curioſos potius eſſe, quam fideles, qui diuinam ſcrutantur naturam 682.c
cuſtodia Diuinorum præceptorum ſaluberrima 509.d oculorum habenda 400 d e & ſeqq.
Cyrillus Diaconus, quam graue martyrium Heliopoli paſſus 765.c

D.

DÆmonis & Apoſtatæ, atque hæretici comparatio 793 b c à Dæmone vt fugiendum, & ad Chriſtum ſemper confugiendum 773.c Dæmoniacis illuſionibus quàm fortiter reſtiterit S. Abramius 753.d e & ſeq. Dæmones vt lupis rapacibus ſimiles 353.b c. Dæmonum variæ inſidiæ præſtigiæ, & impoſturæ 490.d e & ſeq. Dæmonibus etiã humilitas eſt formidabilis 343.d 344.a b
Dalida viperæ comparatur 232.c 233 b Dalidæ ſiue Dalilæ malitia erga proprium virum 121.a
damnatorum pudor, atque confuſio 243.a 245.a b
Danielis & Trium puerorum geſta 448. & ſeq. probatio, ac tribulatio, patientia atque conſtantia 351.d 352.c
Dauid vt arietem ex ore vrſi eruit 564.a quomodo amicum Ionatham lugens, etiam inimicum Saulem deplorarit, ſed diuerſa ratione 204.c typus & exemplum pœnitentiæ 808.c Dauidis admiranda longanimitas ac manſuetudo in perferenda iniquitate ac contumelia Semei 391.d e 392.e & ſeqq. pœnitentia maxima 581.a b 585.e 588.e
deceptores, & ſeductores ſtudiosè cauendi 436.e
defunctorum in ſua Liturgia memoriam facit Chryſoſtomus 795.d corpora lauantur 777.c 78 .e
depoſitum quid ſit 346.a e & ſeq.
deſidioſi ac pigri taxantur 291.b 471.e & ſeqq.

Contra Deſperationis ſpiritum 50.a b 58.c d 135.d e & ſeq. 138.a 148.c & ſeq. 193.e & ſeq. 248.c d 255.c

Detractionis vitium graue & deteſtabile 98.e & ſeqq. 103.a b 486.a reprehenditur 515.b 522.c 543.b 567.e 568.c

Deus animarum noſtrarum ſponſus 468.c ad pœnitentiam, & ad gaudia cæleſtia nos cunctos inuitat. 194.c & ſeq. nouit quid cuique expediat 204.e & ſeqq non ſolùm actiones hominum, ſed & cogitationes intuetur 419.d e 421.a ſemper in mente habendus, atque laudandus 485.a 494.a in quibus hominibus habitet, & in quibus non 541.b c vt per Incarnationis myſterium cogitauerat reparare genus humanum 665.a 676.b vt variè per hominum paſcatur pœnitentiam 565.e vt vbique ſit, & apud omnes ibid. & ſeq. vt varijs modis videatur 566.b c e in Lege vt non ſolùm idola demoliri iuſſerit, & aras atque delubra: ſed & cineres incenſorum lapidũ atque lignorum extra caſtra eijci, &c. 573.c 585 b c d vt multifariam ſe naturæ noſtræ capacitati accommodet 602.b c 614.c 673.d 678.b vt in omni tribulatione atque anguſtia inuocandus 730.à Dei miſeratio quanta 485.e 556.c d prouidentia 601.d e 604.b c e recordatio quid proſit, eiuſq; non meminiſſe quantum homini obſit 305.b Deo vt libenter & promptè atque hilariter ſeruiendum 310 a Deum ſuper omnia diligendum, ac prædicandum 544.e & ſeq. ad Deum pulcherrima & efficaciſſima oratio 621 d e & ſeq. coram Deo Ephræm ſecum videtur loqui 664.d e & ſeq. 675.e vt verſandum ſit 476 e de Deo pulcherrima conſideratio, ac diſputatio 602 b & ſeqq. in Deo ſolo vt verè confidendum, & ad eum ſemper recurrendum 268.c 520.e & ſeq.

Diabolus vt nõ reſtituiſſet humanum genus, ſi Deum latere in humanitate Chriſti cognouiſſet 672 a e 677.e à Chriſti athletis vt ſuperetur 772.c d peſſimus fœnerator 608.c d e vocatur aduerſarius, hominum inimicus, corruptor, & alienus, hoſtis iuſtitiæ, &c. 330.c 486.a cur leo dicatur cruentus 334.d 335.e & ſeqq. à quibus conculcetur & repellatur 330.c 331.a Diaboli concitationes, fallaciæ, atque inſidiæ variæ 473.a b c 490.c d verſutia atque nequitia quia in varijs ſe prodit, etiam variè eidem reſiſtendum 88.d e 96.b c 102.c d 144.d 240.e & ſeq. ſuggeſtionibus & machinamentis impijs vt occurrendũ 164.c d e & ſeq. Diabolo quomodo reſiſtendum ſuadenti peccatum carnis 123.b & ſeq. vt reſiſtendum toto cordis affectu 287.d e 369.d e & ſeq. 371 e & ſeqq.

Dictum illud, Attende tibi ipſi, varijs in locis ab Auctore noſtro, alijsque tractatum inuenitur. 333.b

Dies præſens à die præcedente & ſubſequente vt differat 784.a b c Extremi Iudicij, cur defenſionis dies dicatur 177.c 178.c 242.b diei Iudicij recordatio 596.a b 763.b e 767.e & ſeq de die illa Threni ſeu Lamentat. 247.c & ſeqq.

Differentia inter τὸν θυμόν, & ὀξυχολίαν, ac τὴν ὀργὴν 517.d e 537.c d vitæ Monaſticæ & Secularis 441.b & ſeq.

Difficultates vitæ Monaſticæ 471.d e 473 c d

Dignitas diuinorum myſteriorum, & qua reuerentia ad ea ſit accedendum 9.c d e 10.b 169.b 172.c

Dilatari vt ſuperbi dicantur 512.d

Dilectionis Chriſti commoda 527.b c

Diligentiæ & ſedulitatis commendatio, & negligentiæ vituperatio 267.b

Diluuij generalis conſideratio 541.d e

Dinæ memorandum exemplum adducitur 114.e

Diſcipulo quæ magis addiſcenda ſint 267.d diſcipuli S. Patris Ephræm qui fuerint xviij. a xxj. a 791.b c d 798.a b c

Diſcretio commendatur 551.a b 569.d diſcretionis interpretatio 520.b

Diſpenſatores vt rerum ac diuitiarum ſumus, & non Domini 208.e & ſeq.

Diſtractiones animi variæ 379.d 474.a

Diues ille in Euangelio, qui cuncta vendidit vt agrum, & inuentum in eo theſaurum compararet, quis ſit 671.e & ſeq. 673.b c 675.d diuitis Epulonis deſcriptio, eiuſq; poſt mortem tormenta 363.e 364.d 407.a b c 409 a e & ſeq. diuitis cuiuſdam pulchra Parabola, eiuſque explicatio 370.371.c d diuitum auarorum in morte diſtractiones anxietateſq; variæ 198.e & ſeq. diuitiarum nimia cupiditas reprehenditur 198.e & ſeq. 202. & ſeq. 468 c d e 469.c d

Diuina gratia quid operetur, quantũq; eius ſtudio teneri debeamus 76.d e & ſeq. eius pulcherrimum encomium 76.d e & ſeqq. 79. Diuinæ omnipotentiæ & cuncta ſubiaceant, pulchra conſideratio 209.d e & ſeq. Diuinam Maieſtatem curioſè non eſſe ſcrutandam 678.e & ſeqq. Diuinorum præceptorum obſeruatio commendatur 764.e Diuinas litteras tutam nobis ad Deum ſternere viam 681.c

Docendi optima ratio quæ ſit 359.b

Doctorem qualem eſſe oporteat 357.d e 359.a b oportet re ipſa atque exemplo hortatorem ad virtutem eſſe 52.c 58.d e

Doctrinæ & Sapientiæ encomium 267. & ſeqq.

Dolori ac luctui quomodo indulgendum 205. & ſeqq.

Dominus vt Auctor omnium bonorum ſemper agnoſcendus 411.b 412.e

Dormitationi in Pſalmodijs vt reſiſtendum 368.a dormitationum tria genera 367.e 368 e & ſeq.

Drachmæ vnius cum tribulatione præſentis vitæ comparatio 347.b c e

Draco in Apocal. vt ligari & ſolui dicatur 577.b c

Dubia pro dubijs vt referenda 475.e

E

EBrietatis vitium taxatur 267.c 291.d 293.b 430.b 483.e & ſeq. 513.b 516.a 518.e 521.d 523.b 527.c 530.b damna maxima 17.b c 128.a b 130.a 484.b

Eccleſiæ laudabilis conſuetudo ij. a Catholicæ & Apoſtolicæ commendatio 786.c 792 a e

Edeſſa

Edeſſa patria S.Ephræm, vt benedicta 788.c Edeſſenæ ciuitatis conditor Abagarus ibid Edeſſam reuiſit Ephræm, & qua de cauſſa v.d xij e

Effectus multiplices ſacerdotij 1.c d & ſeqq.

Εγκεντρίζειν, & ἐμφυλλίζειν vt differant 673.d

Elias Theſbites, Propheta ad Achaab Regem à Deo mittitur 663.d ad Saraptanam viduam 662.b viduæ miniſterio alitur ibid. d e excitat puerum mortuum 663.c aſſumitur per turbinem quaſi in cælum 663.d 664 b cum Enoch in fine mundi mittetur ad prædicandum contra Antichriſtum, & deſtruendam eius falſam doctrinam 224.c 227. e quare & quomodo ad alienigenas confugerit 474.a eius colloquium cum Sareptana vidua 662.c d Feſtum à Græcis celebratur 663. e orationis efficacia 661. e templa 663. e 664.a zelus 661.d e & ſeq. de eo qui ſcripſerint 663.e

Emmanuel 681.a Emmanuelis Imp. conſtitutio in Eliæ Prophetæ feſto ab operibus ſeruilibus abſtinendum 663.e

Encomium in S.Baſilium Magnum 722.c & ſeq. in Sanctos quadraginta Martyres 727.c & ſeq. duplex in omnes Chriſti Martyres 740 & ſeqq. 744.& ſeqq. in Pſalmos 13.c & ſeq. 108.a b

Enoch ducentis annis, & al. trecentis annis legitur placuiſſe Deo, &c. 440.b e & ſeq.

Enſi bicipiti comparatur dilectio Spiritus 75.a

Επαίνεσις, ϗ ἐπαινέτης 552.a

S.Ephræm B.Abramij amicus 758.e 759.b Apollinarij hæretici libros glutine piſcis ingenioſè coniunxit viij.a Arrio, Sabellio, Apollinario, Anomio, Nouato, &c peſſimis hæreticis quam ſtrenuè ſeſe oppoſuerit ij b c vij d e & ſeq. ad S. Baſilium Magnum conceſſit v. e xj d S.Baſilij precibus iuuari petit 726. b Baſilio contemporaneus & ſenſus illius callentiſſimus 738.e Baſilio ſuum exponit deſiderium, vt ſcilicet loqui poſſit Græcè xv.d ſui ſit compos voti, & loquitur Græcè ibid. e à S. Baſilio Presbyter ordinatur xvj.a xix.e xxj.d bonus eſſe, quam haberi potius optabat j.d à quibus potiſſimum celebretur ij.e & ſeq. ex æquo cum ijs, qui Epiſcopatu, doctrina, & vitæ ſanctitate clari ſunt, celebratur xix.a Conſtantini Magni temporibus vixit, ſub Valente autem deceſſit xij.c xiij.c xix.e a dæmone hominem liberat x.c 788.e Deum in neceſſitate ſua atque anguſtia inuocat 268. c apud Deum iuuari precibus petit 768.b c coram Deo vt ſecum videatur loqui 662. d e & ſeq. 675.e Diuinam prouidentiam agnoſcit, & prædicat 599.b 601. d 604 a b e 606.d 613. d e Eccleſiæ Euphrates, & fertilis Dei vitis ij. b Epiſcopatum fugit xviij.d ex magna humilitate ſuum genus atque conditionem extenuat 605 b c & ſeq. 608. & ſeq. 612. & ſeq. hæreticos & hæreſes deteſtabatur 791. d e & ſeq. illis duntaxat incognitus, qui Sanctum Baſilium ignorant ij b xj.d e infirmos fameq; oppreſſos curat xvij a b xviij.e & ſeq. xxj.c d Sanctorũ Chriſti Martyrum patrocinium efflagitat 747. c d Martyribus vt ſanguine iunctus 605. b Monaſticam ſibi vitam proponit, eremum petit, & fit Monachus 264. d 265. a 266. c ab inhoneſtis tentatur mulieribus iiij.a xiij.xviij.c. quomodo neminem in vita ſua offendiſſe dicatur 261. b c 265.d e Patribus veteris Teſtamentis confertur viij e & ſeq. ſua præcepta ſemper obſeruari à ſuis cupit 793. e ſeipſum reprehendit & peccata confitetur 261.d e 262.a b e 599.& ſeqq. ſuos in fide confirmat 785. a 792.c 793. a ſuos ad pia bonorum operum exercitia hortatur 792. e & ſeq. ſuis ante mortem diſcipulis benedixit 791.b c d in fine vitæ ſuæ condidit Teſtamentum xiij. a 785.& ſeq. omni virtutum genere clarus viij.d ix.c d e petit pro ſe defuncto orari 785.e 786.d 789.b 790.b 795. b c pompam in ſe funebrem vetat.787.d in ſua tunica ſepelire cupit 787.c in cœmiterio 789.c 797.a b trigeſimum depoſitionis ſuæ diem celebrari petit 590. b defunctus eſt in optimo vitæ ſtatu, & factum eſt ipſius corpori, vt ſuis mandauerat diſcipulis 794.d

S.Ephræm & Baſilij comparatio xiiij e & ſeq. Cãtic. in laudem Doctrinæ & Sapientiæ 267. & ſeqq. Confeſſio & ad Deum precatio 250. b & ſeq. conuerſio 261.& ſeqq. 264.& ſeq. encomium j.viij.d e & ſeq. fama per totum orbem celeberrima ij.b fama vt per Baſilium aucta ſit, & Baſilij viciſſim per Ephræm ij.b & ſeqq. innocentia 261.e 265. a lachrymæ & ſuſpiria perpetua iiij. e 620.d laudes à S.Chryſoſtomo celebratæ 804. c miracula quædam x.c xj. a modeſtia ſingularis & admiranda j.d e vij b 68.e & ſeqq. 71. 237.c d 238.d 470 b c d mors, aut potius tranſitus x. a b c d xiiij.a xvij b xix. a xxj. c pia & compunctoria ad Deum oratio 621. & ſeq paupertas voluntaria 786. d ſcripta longè vtiliſſima aduerſus hæreticos ij.c xvij.d non ſolùm in Orientalibus, ſed & Occidentalibus Eccleſijs olim lecta 691.b nonnulla citantur v. b viſio in ſomnijs 261.d e 263.c 264.c viſiones variæ vj b xij.c d 723.d vita j.& ſeqq. xij.c & ſeq. xvj.e & ſeqq. xix.& ſeqq. ei quodam die diluculo Edeſſa cum duobus ſocijs egredienti quid acciderit 133.b 135 a eum Græcè calluiſſe euidenter oſtenditur 302. e 327.b 329.b

Epigrammata aliquod in hanc S.Patris Ephræm editionem xxij.& ſeqq.

Epiſcopi & Paſtores vt perſequi debeant hæreticos 803.e quomodo in die Iudicij de ouibus ac ſubditis ſuæ curæ cõmiſſis interrogabuntur 188. c d ijs quanta erit reddenda ratio pro animabus ſibi commiſſis in die Iudicij 496.b

Epiſtola Cyrilli Hieroſolymorum Epiſcopi, de ✠ ſigno; quod miraculoſè ſupra Hieroſolymã meridie in cælo apparuit 703. e & ſeq. Darij Comitis ad S. Auguſtinum 796. d S. Patris Ephræm ad Ioannem Monachum de Patientia atque tolerantia 271. & ſeqq. 274. S. Iacobi Apoſtoli, ſæpius honorificè à S. Ephræm citatur, vereq; eſſe Iacobi conuincitur 328.e 329.d e Iudæ Apoſtoli Catholica integra ab Auctore adducitur 113.c d e Epiſtolæ Abagari regis ad Chriſtum teſtimonia 796.c d

Epitheta laudum Beatæ Mariæ Virginis pulcherrima

rima 705.de & ſeqq.
Eremitarum olim habitus 611.c d 616.b c d Eremiticæ vitæ enarratio atque laudatio 769 d e & ſeqq. 773 d e & ſeq Eremi, & faſtus ſeculi differẽtia 771. c d Eremi laudes à varijs celebratæ 774. a Eremi ac ſolitudinis cultoribus quæ virtutes neceſſariæ 281.a b
Eſau cur reprobatus ſit 580.c d 6.0.b 611.a
Eſdræ tempore quo pacto templum ædificabant, & dextras contra hoſtes præparabant 472.c 478.ab
Eua vt ſeducta ſit 579.e & ſeq.
Euangelij commoda & effectus varij 665.e & ſeq. Euangelio vt contineatur Margarita pretioſa 673.a
Euchariſtiæ Sacramentum apertè contra hæreticos aſſeritur 272.e 274.e 286.c 289.c d 367.a c veritas omni genere Teſtium comprobatur 684 & ſeq.
Euchitarum hæreſis 792.a 799.c
ad Eulogium Monachum Parænesis 430.& ſeqq.
Eunomiani & Vigilantiani taxantur 748.e & ſeq.
Eunomius hæreſiarcha, vnde Eunomiani, & Eunomiana hæreſis dicta 804. a 811.a b
Euodius S. Baſilij Magni diſcipulus, & in Epiſcopatu ſucceſſor 737.d
Euodius S.Petri in Antiochena Eccleſia ſucceſſor & imitator 804.c 811.b c
Ἐξάλειπτρον, id eſt, vas vnguentarium 572.a
Exaltatio vt crux appelletur 569.b
Examinis conſcientiæ forma 548. c d e 559. d e
Excitandi de nocte mos ad Synaxim atque Pſalmodiam 365.a 366 a b
Excitationem animæ qualem eſſe ad Deum oporteat 365.& ſeq.
Excæcatio ex peccato peſſimum Diaboli vinculum 562. c
Exemplaris cuiuſnam ad firmandam aliquam lectionem maior auctoritas 736.d
Exemplum cuiuſdam in columna conſtituti 387.a b fratris cuiuſdam delapſi atque relapſi in morbum 514. c d de Filio quodam vnico, qui poſt renuntiationem ad ſeculũ redire voluit, eiuſq; euentus 59.c & ſeq. humilitatis memorabile 343.c d 344.a b Naaman Syri lepra liberati, & Giezi eadem illius lepra percuſſi 298. e 299. c d pœnitentiæ, ex Euangelio 563. Exemplo Iob vt rectè conſulatur filijs 606. d 615.b SS. Martyrum etiã Barbari ſæpè conuerſi 746.e Exẽpla & ſimilia quædã pulcherrima 154.d e à diſſimili, & ab abſurdo, contra impios hæreticos 302. c d 303. a plura eorum, qui in magna aliqua neceſſitate periculoſe conſtituti, votis ſe obſtrinxerunt 264.d 266. d e tolerantiæ ac perſeuerãtiæ 351.c d
Expoſitio efficax illius Matth.24.& Luc.17. Duo erunt in agro, &c.18.a illius Luc.12. Ille quidem vapulabit multis, illè verò paucis 243. b & ſeqq. optima & grauiſſima illius Apoſtoli: Melius eſt nubere, quàm vri, cõtra hæreticos 4.d e & ſeq. illius Rom.2. Per præuaricationem legis, Deum in honoras 180. a 183. d Pſalmi 72. pulchrè & eleganter accommodata 22.& ſeq.
Exprobratio fugienda 486.a
Extremi iudicij deſcriptio 701.702. frequens cogitatio atque commemoratio ſaluberrima 596.a b 763.b e 764.a b 767.e & ſeq.
Εὐλαβὴς, & εὐλάβεια quid ſignificent 430.b 432.e & ſeq.
Εὐσχημοσύνη, & ἀσχημοσύνη, quid differant 467. a b

F.

Facies vt lachrymis abluenda 552.c
Facultates noſtræ vt Deo offerendæ 575.c
fama Ephræm vt per Baſiliũ aucta ſit, & Baſilij viciſſim per Ephræm ij.b xj.d e Fama proximi non detrahendum 515.b
Famen curauit S. Ephræm, & ſua grana occultantes acerrimè reprehendit xvij.a b xviij.e & ſeq. xxj. b c
Faſtus & luxus mundanus taxatur 780.a b 783.a b omnis humanus vt amputandus 290.c 292.b c 328.d 355.b c e 363.d e
Felicitatis & aduerſitatis tempore quomodo nos gerere debeamus 462.b c 474.d e 478.c
Feſti dies quo pacto celebrandi 9.c & ſeq. feſtiuitates Dominicæ vt honorandæ ac celebrandæ 699. e & ſeq. 704. d e feſtum Corporis Chriſti quando & à quo inſtitutum 685.e S.Ephræm ſecundùm Menologium Græcum celebratur 28. Ianuarij, at iuxta Martyrologium Latinum 1.Februar. xj. c xix.e
Fici parabola proponitur 438.a
Fictè reſipiſcentes reprehenduntur 570.b c 574.a b c d 580. c d
Ficulnearum effectus 674 d
Fidelem in modico & multo eſſe quid ſit 80.a
Fidelium defunctorum animas iuuari precibus ac ſacrificijs piorum viuentium 790.b c 797.c d
Fides in ſacris litteris, & apud SS.Patres quomodo variè accipiatur 82.d e & ſeq. Sancta & conſubſtantialis Trinitatis, rebus omnibus anteponenda 43.e vt grano ſinapis aſſimiletur 479. d opera fidei correſpondentia vt requirat 57. a b Fidei commoda atque encomia 479. d e pulchra profeſſio de Chriſto vero Deo & homine 690.a b c oculis vt Chriſtum iugiter contemplari oporteat 681.d e & ſeq. fide pleniſſima vt verum corpus & ſanguinem Domini in Euchariſtia participare oporteat 682.c de Fide 80. 81. & ſeqq.
Figulorum & Fabrorum vigilantia atque labores 568.b 69.c
Filij cuiuſdam in patrem obedientis, & alterius inobediẽtis ac refractarij exemplum 300.c. 301. c d prodigi parabola adducitur, & commodè applicatur 249.b c d 563.a b c filiorum Iſrael naufragium 42.d.47. b filijs vt rectè exemplo Iob cõſulendm. 606.d 615.b
Finis in omni actione vt reſpiciendus 343 b finem in perpe-

perpetuis tormentis infernalibus ſtatuentes reprehenduntur, eorumq; errores confutatur 243 *b c & ſeq.* 245.*d*
Fletus Eſau fictus & execrabilis 580.*c d*
Fœmina vt in conſilium non adhibenda 626.*a* 628. *e & ſeq fœminæ regulares viris non cohabitent* 466.*d e & ſeq.*
Fœneratoris, & duorum debitorum nomine qui in Euangelio intelligendi 720. *d e & ſeq.*
Fornax Martyrum inducitur loquens 728.*c d fornacis Trium puerorum, &* 40. *Martyrum collatio* 728.*d e* 735.*c d fornaci pœnitentia comparatur* 567.*a*
Fornicatio cani ſimilis quo pacto 325.*c* 326.*c & ſeq. fornicationis dæmon in quonam profligatur* 400. *c & ſeq. mater eſt impudentiæ* 419.*a ſpiritui vt reſiſtendum* 523.*d e* 528.*b* 529.*a* 567.*e vitium deteſtabile* 324.*e & ſeq.*
Fortitudo animi atque conſtantia SS. Martyrum 744.*d*
Frangi atque deficere non licere 352.*d e & ſeq.*
Frater à mala conuerſatione vt reuocandus 458.*e* 462.*d quomodo corripiendus, & quando* 501.*c d quidam ad ſeculum redire volens, per alium in officio & obedientia dexterè continetur* 298. *c & ſeq. fratris inordinatè viuentis conſortium relinquendum* 327.*e & ſeq. cuiuſdam lapſus deſcribitur atque reſipiſcentia* 418. 422.*a cuiuſdam in morbum lapſi atque relapſi exemplum* 514.*c d ad Fratrem quemdam elapſum* 115. *d & ſeqq. de Fratre quodam, qui cùm vellet ſuperbiæ cogitationem ſuperare, lebeti ſuccenſæ manũ ſubijciebat* 448.*b Fratres poſtliminio reuertentes vt tractandi atque recipiendi* 381.*b & ſeqq.* 515.*c* 537. *a b Fratribus quo pacto conuerſandum* 460.*d*
Fratria quid ſit 404.*e* 405.*e* 409.*a*
Frœnum Monachi ieiunium 338 *c* 340 *a*
Fronti vt ſignaculum Crucis imprimendum 342.*d* 343.*a*
Fructus duplicis nomine quid intelligendum 579.*e fructus bonorum operum atque virtutum vt comparandi & cuſtodiendi* 276.*e & ſeq.*
Fugienda quænam ſint Monachis, ac tacenda, & omittenda 281.*c*
Fulguris & tonitui vehementioris exemplum 701.*d*
Fundamentum rectæ vitæ bonum ſolidumq; ponendum 348.*a b d*
Futurum iudicium proponitur 405.*c d* 406.*a* 493. *& ſeqq.* 496. *& ſeq.*

G.

G*Aleæ quomodo Spes ſimilis* 479.*e & ſeq.*
Garrientes & confabulantes tempore Diuini officij taxantur 430.*d*
Gaſtrimargiæ vitium taxatur 137.*a* 138.*b* 485.*b*
S. Gaudentius Quadraginta Martyres celebrat 735.*b d*
Gaudia & felicitates cæleſtis regni 194. *c d e & ſeq.* 618.*c d e* 621.*a b vitæ æternæ appetenda* 542.*a b* 596.*c d quomodo acquirantur* 485. *c Gaudij & luctus ſiue tribulationis tempore, quales nos eſſe oporteat* 462.*b c*
Gehennæ horror atque ſupplicium cuiuſmodi, & vnde cognoſcatur 124.*c d* 163.*d e & ſeq.*
Gemitus ſine voce 562.*b*
Gentilium errores vitandi 86. *d e & ſeq. leges vt puniant* 607.*d ſapientia à Chriſtianorum ſapientia quantum differat* 335.*c d*
Geruntij Abbatis Apophtegm. 505.*a*
Giezi miniſter Prophetæ Eliſæi ſuæ inobedientiæ atque mendacij iuſtas pœnas luit 298. *e* 299.*c d* 324.*c* 326.*c* 397.*a vt ob peccata occulta punitus* 764.*c*
Gigantes vt diluuio deleti 325.*a*
Gladius inimici eſt iracundia 480.*e*
Gloria Chriſtianorum quæ ſit 16. *b c d* 180. *d e hominis tamquam flos fœni* 344.*e* 345. *d e multiplex vt Domino tribuatur* 695. *b c viri religioſi ac Monachi in quibus conſiſtat* 516.*a b* 518.*c Gloriæ æternæ acquirendæ ratio* 415.*b* 417. *a b Gloriam qui accipit, quomodo maior dicatur eo, qui eam defert atque glorificat* 470.*c* 477.*d*
Γνωσιμαχῶν *quid ſit* 608.*b* 615.*d*
Gnoſtici hæretici quinam 800.*c*
Gomorrhæorum & Sodomorum ciuitates euerſæ 325.*a*
Gradus in cælum quinam 305.*d*
Γραμματεῖον 714.*e* 805.*a*
Gratia diuina in anima noſtra horto regio quomodo ſimilis 67.*d e ſemper imploranda* 552.*a* 558. *b gratiæ diuinæ efficacia, præſtantia, vis, effectuſque varij* 67. *d e* 134.*a b* 138. *c d* 250. *c d e & ſeq.* 486.*c d* 552.*a b* 556.*d e* 711.*b effectus in Ioſeph eluceſcit & demonſtratur.* 77. *& ſeq. ampliſſimum encomium* 76. *d e & ſeq.* 79. 486.*c d in nos promptitudo ac largitas* 134. *a b* 138. *c & ſeq.* 175.*e & ſeq.* 255.*e & ſeq. Gratiarum actio pro meritis ac beneficijs paſſionis Dominicæ* 259. *e & ſeq. donis non ſuperbiendum* 523.*a Gratias Deo agendi, ante & poſt cibum ſumptum ratio* 280. *e* 283.*b*
Gratis panem ſuum comedere ſecundùm Apoſtolum quis dicatur 177.*c d* 178.*d*
S. Gregorius Nazianzenus cur Theologus dictus 804.*c* 811. *d reſpectu cuius hic dicatur alter Theologus* 811. *d eius & S. Ephræm Syri ſententiæ conciliantur* 581. *a* 587.*e & ſeq. de turture carmen* 469.*b*
S. Gregorius Nyſſæ Epiſcopus ex varijs S. Ephræm ſcriptis compoſuit illius vitam iij. *a b* iiij xj. *e* 738.*e eius in ſanctum Patrem noſtrum Ephræm Syrum ampliſſimum Encomium* j. ij. iij. *& ſeq. cauſſam ſui iſtius reddit Encomij Nyſſenus* x *e & ſeq.*
Gregorius Papa VII. 739.*d*
Gregorij Papæ XIII. commendatio atque laudatio 269.*c*
S. Gregorius Turonenſis citatur 739.*b*
Gubernandi regula optima quæ ſit 359.*d e & ſeq.* 360.*e & ſeq.*
Gulæ vitium taxatur 476.*d* 531. *a* 569.*c* 594.*c*

594.c 694.b c

H

Habitatores eremi vt Regibus feliciores 771 c d
Habitus atque amictus vt folijs ſit ſimilis, & fructus ipſi operi 324. b Monaſticus à ſeculari vt differat 303.b e & ſeq. 612. a b 616.c d ſolus Monaſticus non ſufficit 543.b vitæ malæ quantum noceat 273.d Habitus diſtinctione vt etiam gradus diſtinguatur 611. e Habitu ſancto quando olim Monachi induebantur 454. c 466.a
Hæreditas atque poſſeſſiones Chriſti quænam 641. a b
Hæreſis vt plerumque ad atheiſmum vergat 676. a Simonis Magi vt omnium prima 809. e eà à quibus detecta & confutata ibidem c d
Hæretici & Apoſtatæ perſtringuntur 791. d e & ſeq. quibus adſimilentur, & cuiuſmodi nominibus appellentur 184. d e 802.809. b immortalitatem animarum negantes, taxantur & confutantur 314.a b d e carnales reprehenduntur & confunduntur 5.a d Incarnationem Chriſti impugnantes, confutantur 627.d e & ſeq. 666.& ſeqq. 669. 673.b c 677.a vt idolorum lictores & adminiſtri 676. a dicentes pro mortuis orandum non eſſe, confunduntur 795.b c & ſeq. Scripturas ad impia figmenta detorquent 302.c 303.a Scripturæ ſanctæ teſtimonijs impugnātur & conuincuntur 802.& ſeq. Hæreticorum catalogus 792. a 698.e & ſeqq. 804. a 809. b c & ſeqq. conſortia vitanda 301. d e 793. b c euerſio 804.a
Harmonij prauæ opiniones verſuumque eiuſdem modulationes vt à S. Ephræm obſcuratæ ac destructæ fuerint xvij.c xviij.b xix d xxj.a
Haruſpices taxantur 107. d 110.b c 180.c 183.e
Hebraico idiomate vt Ioſeph in Ægypto ſuos allocutus ſit fratres, poſtquam antea per interpretē cum eis egiſſet 643.b 647.e
in Heliam Prophetam Sermo 661.d e & ſeqq. vide Elias.
Heli filij peſſimi erant 6.& ſeqq in filios indulgentia taxatur 6. b c hiſtoria a pluribus tractata 8.e & ſeq.
Heliopolis ciuitas montis Libani 761.d triplex inuenitur 765.c Heliopolitarum paganorum barbaries, & crudelitas ibid.c d
Herodes quia gloriam non dedit Deo, miſerrimè perijt 314.b 315.b c
Heroica ſeu conſummata virtus quibus ſit ſimilis 555.& ſeq. 558.b c
Hiemis & Sabbathi appellatione quid intelligatur in Euangelio 491.b c
Hieroboam vt peccato ſuo iram Dei prouocarit 764.b c
S. Hieronymus magnificè celebrat Ephræm Syrum xvj.e
Hieruſalem à Nabuchodonoſor capta 648.b Hieruſalem ſpiritualis mater noſtra nos ad ſe inuitat 485. c d
Hippodromi locus 635.a 644.e & ſeq.
Hippolyti ſententia de Antichriſto reprehenditur & confutatur 227.a
Hiſtoria Tripartita Eccleſiaſt. celebrat S. Ephræm xix.c d
Homilia Origenis de Magdalena 716. e 717.d
Homo quid ſit 778.b 783.a b ex anima conſiſtit & corpore 594. c quomodo ex anima conſtituitur & corpore, ac de nutrimento partis vtriuſque 142 a b quomodo dominium Dei facere videatur ambiguum 672.a 677. e & ſeq. ex nihilo factus, quomodo iterum reuertetur in nihilum 269.a in nobis internus quiſnam 325. e in hac vita Viatori comparatur 201.d e & ſeq. vt in vita prædicari nequeat beatus: ſed poſt mortem 509.e 534.a b Homines carnales & ſpiritales vt internoſcantur 488. d e vani & mundani reprehenduntur 202.b & ſeq.
Honor verè eſt homini cuncta ſecundùm Deum agere 527.c Honor ac reuerentia vt exhibeatur lanceæ Domini, arundini, clauis, ac ſpongiæ cōtra hæreticos 698.c
Hora Iudicij quàm tremenda ſit, & luctuoſa 192.a Horæ illius ſeriò meminiſſe ſæpius oportet, quādo totius vitæ reddenda nobis erit ratio 318. a Horæ mortis incertitudo 776.b c recordatio ſalutaris 41[illegible].a
Hoſpitalitatis commendatio 793. a Hoſpitalitatem qualem eſſe deceat 418. e 451.d 474.d
Hoſtis maligni piratæ atque prædones cuiuſmodi 127. b Hoſtium inuiſibilium in nos tela, atque inſidiæ 327.d aduerſus hoſtes inuiſibiles arma atque antidota præſtantiſſima 96.b c
Humanæ miſeriæ conſiderationes 777.c d & ſeq. Humana natura quàm varijs miſerijs ſit obnoxia 571.d e 595.c 598. c d 777. e Humanarum rerum inſtabilitas atque fugacitas 269. a 290.c 292.b c 344.e 345. d Humanæ ſalutis myſteria 681.c & ſeq. Humana vita viæ eſt ſimilis 201.e 764.a Humanæ vitæ breuitas & incertitudo 776.b c
Humeralium ac palliorum vſus, olim apud Monachos quiſnam 459.c 467.a b c
Humiditas vt animæ cauſſa ſit deſideriorum carnis 487.d 488.e 492.d
Humiliare pro comprimere 418 c 422. b
Humilis quiſnam 285.c d e
Humilitas laqueis Diaboli obijcienda 40. d in quos exhibenda & quomodo 430. d e 500.a b vt calceamento comparetur 480. b c in S. Ephræm admiranda 66. b pulchra & præclara poſſeſſio 55.c Humilitatis commendatio 267. d 285. c d e 295. d e 338. c 343. c d 355. b c e 356. c 389. a b e & ſeq. 391. c e 393. a 521.b 524. c vis atque potentia aduerſus dæmones 504. d 507. a b Humilitatem vt quis comparare ſibi poſſit, capita centum 446. c & ſeqq.
Hymni ad nocturnas Dei laudes excitātes 366.b c

Hypocryſis taxatur 42. c 47. b Hypocriſis nomine viros bonos inſimulantes atque taxantes reprehenduntur 414.b c 416.e & ſeq.
Hypomniſticum quid & unde dictum 275. 278. b c d pro commentario 293 e Hypomniſticæ epiſtolæ & orationes quænam 278.d e

I.

IAcobo Patriarchæ comparatur S. Pater Ephræm ix.b
Idololatræ ludẽtes quomodo ab Apoſtolo denominentur 181.b c idololatrarum conuerſio 752. b c d reprehenſiones 741.c d idololatriæ partes quænam 567.e idolorum demolitiones 741. b c 751.c
ieiunium Monachi frænum 338.c 340.a Quadrageſimæ contra hæreticos efficaciſſimè probatur 268. e 270. c d ieiunij encomium 17. a b c d 484.d 655.a b c
IESV nomine vt repellantur dæmones 753.e 754.b
ignis ante conſpectum Chriſti tempore Iudicij vt præcurret 229 b 230 b 231. b Ignis vis duplex notatur 242. e & ſeq.
Ilias malorum quidnam 769.b
immiſericordes taxantur 213.d 381.d
impatientiæ vitium 29.e & ſeq.
imperare recuſat vir ſapiens, non autem obtemperare 512.e 535.e & ſeq.
impiorum poſt mortem pœnitentia inutilis 484.c 620.pœnæ in inferno perpendendæ 617.d
improbitatis ſeu malitiæ damna 32.c d e
impudentia fornicationis mater 419.a 430.c
contra impudicos, & qui alios ad impudicitiam pelliciunt 110.e & ſeqq.
aduerſus impudicum aſpectum mulierum remedium efficax 121.e & ſeqq.
impugnationes variæ illorum qui ſub obedientia viuunt 373.e & ſeqq. 376. & ſeq.
impunitas atque licentia nimia reprehenditur. 414.d
incontinens atque intemperans, à quocumque alio vitio facilè ſuperatur 38.c incontinentiæ vitium copioſè deſcriptum 38.c & ſeq.
incudis & veri Chriſtiani pulchra ſimilitudo 81.e & ſeq. 85. b 156.c
indicium ſeriò pœnitentis quodnam 574 a
indigentibus ſubueniendum 513.b
inexſtinguibilis inferni flamma quanta ſit 436.a b c 437.a 620.c
in inferno nulla redemptio 620.a
infidelitas mater omnis operis mali 378.d
infirmiores vt à fortioribus adiuuandi 444 a 445. b c infirmorum viſitationes cõmendantur 620. d quales eſſe debeant 451. e 465. b c d infirmis fratribus vt ſuccurrendum 515.c
ingratitudo erga Deum reprehenditur 207.d e
inhonorare Deum qui dicantur 180.
initium renuntiationis Monachi, eſt timere Deum 336.c ſapientiæ timor Domini 509.d 533.d e
iniuriarum memoria vt deleatur 526.b 530.b
iniuſta calumnia detegitur, & punitur 262.c 263.e & ſeq.
innocentes aliqui videntur mundo, qui tamen Deo diſplicent 263.d e 266.a b
inobedientes taxantur 295.e inobedientiæ deteſtatio 34. c. & ſeq. pœna x.b
inſidiæ ab impudicis mulieribus S. Patri Ephræm ſtructæ, & quo pacto iiſdem reſtiterit iiij d v.d e xiij.xviij.c
inſitionis vis, atque metaphora indicatur 673.d 674.a
intemperantia reprehenditur 281.a
interpres S. Patris Ephræm à Baſilio ordinatur Diaconus: Ephræm verò Presbyter xvj.a
interrogationes & reſponſiones Chriſtianæ atque perutiles 179. 180 & ſeqq. 184 & ſeqq.
inuaſio hoſtis inuiſibilis in tranſgreſſores 377.d e & ſeq.
inuidia taxatur 35. e & ſeq. 452 c 513.a 530 a
inuitatio ad ſalutem capeſſendam iucunda, atque ſalutaris 194.c & ſeq.
inuocatio B. Mariæ Virginis 698.d 706.a b 708. d e & ſeq. ſanctorum Chriſti Martyrum 746. a 747.c
S. Ioannes Baptiſta, Monachis forma & exemplum 337 b 341.a b c
Ioannes Caſſianus de auaritia quæ ſcripſit 469.d
Ioannis Colobij apophthegm. & quis ille Colobius fuerit 505.b 507.d e
S. Ioannis Chryſoſtomi locus perperam hactenus Latinè impreſſus notatur & reſtituitur 466.e & ſeq. ✠ loca quædam corrupta reſtituuntur 774.b c d
Ioannes Damaſcenus dictus Monachus 739 a
Ioannes Diaconus ſeruus S. Ianuarij Mrtyris ſcripſit acta 40. Martyrum 737.c
Ioannis Eremitæ Ægyptij prophetiæ donum 585.e & ſeq
S. Ioannes Euangeliſta cur Theologus ſit dictus 591 d 597.b c d 702. d e 801.d 811.d
Ioannes S. Seruerini Abbas 737 c
Iob patientia maxima 120 e & ſeq. 198.b
Ionas Propheta filius Amathi, ſua prædicatione Niniuen deterruit, & ad pœnitentiam permouit 650. & ſeqq vt medicus fuit inter gigantes 650.e 651.a 659 d e Iona & Niniuitarum hiſtoria 950. & ſeqq. oratio in ventre Ceti exaudita eſt à Domino 45. d de Iona & Niniuitis plures citantur Auctores 659.b c d
Ioſeph Patriarcha Chriſti aduentus typus atq; figura 632.d veram Chriſti figuram quàm accuratè in ſe expreſſerit ibid. d e & ſeq. diuina gratia mirabiliter reſplenduit 77. & ſeq. vt fratres ſuos apud patrem accuſarit 633.d e 644.d e vt in lacum à fratribus coniectus 634. d e vt à fratribus venditus 632.e 633.c 635.a vt à Madianitis in Ægypto venditus ſit Pentephræ, ſiue Phutiphari 637.a 645.b vt à muliere Ægyptia tentatus, & ab ea liberatus ſit 637. c d e & ſeq. 645.d e & ſeq. patientiæ & innocentiæ exemplum 460. a pudicitiæ exemplum 357. c d 358.e 632.d 633.a 637 c d e & ſeq. 646. a b ſomnia interpretatur 639. c & ſeq. Ægypto præficitur & honoratur 640 b 646.e à fratribus adoratur 633.b c 641.b viſo Beniamin fratre minimo cõmouetur 641.c vt ſe fratribus pateſecerit

reſecerit, & lingua eos propria allocutus ſit 643. b 647.e Ioſeph Patriarchæ Encomium ampliſſimum 632.c d & ſeqq 635.& ſeqq. exemplo vt rectè ſint curanda negotia 531.d hiſtoria à varijs Scriptoribus illuſtratur 643.e & ſeq. in hiſtoria plura à S. Patre noſtro Ephræm exprimuntur, quàm in ſacro Codice legantur 644.c 645.a oratio ad fratres in ipſum ſæuientes 634.b c d venditi oratio apud ſepulchrum matris ſuæ Rachel 635.b c patientia in tentationibus probata 131.e veſtis ſanguine contaminata patri mittitur, & dolorem ei auget 636.b c d e Ioſeph Patriarchæ comparatur S. Ephræm ix.b Ioſeph caſtum decipere conabatur Ægyptia, & vt ipſe eidem reſtiterit 43.d 232.c
Ioſeph ſponſus Mariæ quomodo dicatur pater. 674.c
Iræ & iracundiæ differentia 517 d e 537.c d
contra iram qui ſcripſerint 31.b
Iracundia quid ſit 725.e vt reprimenda, ac mitiganda 393. d e 460. d 576. b 480. e 521.a 525.c 526.b 727.b iracundiæ damna 30. e & ſeq.
S. Irenæi locus contra hæreticos citatur, & explicatur 302. c d e & ſeq. Irenæum ſua Græco ſcripſiſſe ſermone apertè conuincitur. 302.e
Irriſores, & irriſiones taxantur 100.d 486.a
Iſaac vt Typum & figuram geſſerit Chriſti Domini 724 e 626.d e
Iudæorum credulitas circa Incarnationis myſterium confunditur 675. a b ſumma impietas oſtenditur 568. d e & ſeq. aduerſus Iudæos 101. d 222.c 227.c d
Iudæ Apoſt. Epiſtola Catholicæ ad longum ab Auctore citata 113.c d e
Iudas proditor cur pœnitentia locum non inuenerit 610.b e
Iudicari præſtat vt inſipientem, quam vt ſapientem iudicio condemnari 476.a
Iudicis perſonam gerens, velut conſiliarium ſe præbeat 475.e
Iudicium extremum plurimis antiqui & noui Teſtamenti locis efficaciſſimè demonſtratur 494. c d & ſeqq. iudicij extremi auditio horribilis eſt 269. a 485. b 619. e & ſeq. timendi commonitio 242.b 244.a 245. a b 485. a 618.a b dies varijs Scripturis prædicitur 192. a b c de illius diei neceſſitatibus atque anguſtijs 185.d e & ſeq. 216.e & ſeq. 229.b & ſeq. 240.e 243.e & ſeq. 245.e & ſeq. 620. b c horror & pauor 547.a b d 590.d e & ſeq. 592. b 596.b 617. e 701.b c & ſeqq 779.d e & ſeq. 785. c propinquitas 233.e & ſeq. 236.c 239.a e & ſeq. 241. a recordatio ſaluberrima 436.a b 437. a de Iudicio extremo atque vniuerſali 162.c 228. c & ſeqq. 231. 232.e & ſeqq. 239.& ſeqq. 242.& ſeqq. 617.d e & ſeqq. de eodem aliquot inſignes Sermones 231.c & ſeq. 233.e & ſeq. 238.& ſeq. 242. & ſeq. Threni ſiue lamentationes 245.d & ſeq. 247.c & ſeqq. in Iudicio vniuerſali quo pacto inquiretur quiſque ſecundùm propriam virtutem 186.e & ſeq. 619.a qualia ſinguli eò ſecum deferent 233.e & ſeq. 238.b
iudicia Dei iuſta 263.c e 266. a b temeraria vitanda 344.d 345.d 526 d iudiciorum ſpectacula à populo frequentari ſolita 264.a 266.c
Iuliani Eremitæ eiuſdem nominis plures 765.b
S. Iulianus Eremita Syrus ex partibus Orientalibus oriundus 762.c extremi Iudicij ſemper memor 763.b in vita religioſa quādiu vixerit ibid. d eius vita ac mores 762.c conditio, forma, exercitium, & planctus ibid.e encomium 761. d e & ſeqq. cum S. Ephræm familiaritas 762. c libri cur & vnde commaculati 763. c d præcipuæ virtutes 763.a
Iuramentum duplex adſertur, & vtriuſque differentia ponitur 424.c d e & ſeq. iuramenta quæ non teneant 300.c d 301.a b c vitanda ſunt 268. b d 300.a 301 a b c iuramentorum abuſus taxatur 516.a iurandum non eſſe, nec blaſphemandum 423.& ſeqq. iuriſiurandi quanta vis 101. d e
iuſtorum & iniuſtorum comparatio, ac diſtinctio 407. d e & ſeq.
iuueni temerario non fidendum, vt neque ſeni indecentia ac mala agenti 512.c iuuenes inter ſenes vt ſe gerere debeant 267.d

K

Καβιδὰς, & καβίδια 383.e 384.d
Κακοδοξία, ϗ δυσπιστία, vt differant 568.a
Κακοήθης, & κακοήθεια 440.d e
Κακοθελὴς, & καλοθελὴς quid differant 491.c
Καμαλαύχιον 757.c 758.d
Καταλέγματα 807.c
Κατανυκτικὸς, ſiue compunctorius Sermo 590. 596.e
Κατανώτιον, & κολόβιον quid differant 459.c 467. a b c
καυκάλιον 449.e
καύστικα ϗ στύπτικα φάρμακα quæ ſint 317.a 318.b c
Κοινόω Hebraico more pro inquino 721.e
Κολυμβήθρα quidnam 719.c 722.a
Κόσμια, ϗ περιθέματα quænam 592.a 597.e
Κτῆνος ἄλαλον 499.c

L

LAbore manuum Apoſtolus Paulus viuebat 177.d 178.d e Labores noſtri vt ad Deum ſemper referendi 440.c d 441.a
laborum & certaminum præmia 491. d e & ſeq.
laborum exercitium commendatur 531.b
Lachrymæ ac gemitus S. Patris Ephræm iiij.e 70.a b c 133.c 246.& ſeqq. fictæ reprehendūtur 574. c d 585.e lachrymarum tria genera 532.b vis atque potētia maxima 138.d e 141.b 142.b & ſeq.
Lamentatio glorioſiſſimæ Virginis Matris, quæ & ſancta ac magna Paraſceue dicitur 697.& ſeq.
Lapis Euangelicus quiſnam 671.b
Laprotatæ magni Ariſtidis filia monitis Ephræm paruit, & ab eo benedicta eſt 794. a b c eius zelus, & pius erga Ephræm affectus ibid.
Lapſis citò reſurgendum eſſe 305. c d lapſus cuiuſdam fratris, eiusq; pœnitentia 418. 421.e & ſeq. in lapſu non perſeuerandum 420.e
Laquei hoſtis deceptionibus pleni 40.c 130.d

Lata & ſpatioſa via quæ ſit 164.e 168.a b eius ingreſſus atque inceſſus qualis 192.e & ſeq.
Latronis in cruce pulchra comparatio 564.a
Lauandi defunctorum corpora vſus antiquiſſimus 782.e
Laus quando verè homini tribuenda 509.e 534.a b Laudes S. Patris Ephræm j.c e ij.b c iij.a xij. c d e xiiij.e xvj.& ſeqq. Beatæ Mariæ Virginis 705.d e & ſeqq. 708 & ſeqq omniũ Sanctorũ Chriſti Martyrum 740.& ſeqq. 744.& ſeqq. mundanæ a Sanctis alienæ ij.c Laudum B. Mariæ Virginis varij Auctores citantur 709. & ſeq.
Lazari & diuitis epulonis pulchra comparatio atque conſideratio 407.a b c 409.e & ſeq. paupertas, patientia, & præmium 308.d
Lebitonarium quid ſit 467.a b c
Lectio catenæ ex auro contextæ ſimilis eſſe debet 399.b e Lectionis fructus quomodo capiendus 42.c 47.a b 166.a
Lectionis Sacræ Scripturæ vtilitas 165.a Lectionem à parte ſiniſtra cur velit inchoandam Auctor 399.c 400.a ad Lectionem præparatoria oratio 166.a b 257.a Legenti coram fratribus vt neceſſaria attentio 399.b c d & ſeq.
Lectionaria varia manuſcripta vrbis Romæ citantur 737.d e
Legis Domini meditatio bona & ſalutaris 493.e
Legis & Euangelij differentia 671.d
de Lenitate animi 30.b c
Leo cruentus cur dicatur Diabolus 334.d 335.e & ſeq. vt terrori eſt onagris, ita Monachus aduerſari debet concupiſcentijs carnalibus 338.b 341.d e Leoni virtus heroica, conſummataq; ſimilis 553.d e
Leonis Imperatoris Sermo in laudem ſanctiſſimæ Crucis 704.d
Leporis & ſuis comparatio 568.b
Libero arbitrio Deus hominem donauit 57.d
Libidinis nefandæ exaggeratio, & grauis reprehẽſio 273.b c Libidinoſorum bellum cuiuſmodi 287.b hominum conſuetudo vitanda 301.d e & ſeq. 321.e & ſeq. contra Libidinoſos, & eos qui alios nequiter ad luxuriam alliciunt 110.d e & ſeqq. 114.e & ſeq.
Libri vt iuuenibus ſtudioſis ſint menſa atque delitiæ 268.a b Apollinarij hæretici glutine piſcis ingenioſè conſtricti vij.a qui in extremo aperientur iudicio, cuiuſmodi 230.c ✠ Librorum cẽſores & impreſſores ſui officij admonentur 774.b c diligens lectio vt neceſſaria 267.e ſacrorum lectio vtiliſſima 801.c
Licentia nimia fugienda 322.c
Licinij tyranni & Nabuchodonoſor collatio 728.d perſecutio 736.e
Ligare & ſoluere peccata quid ſit 151.a
Ligonis myſtica ſignificatio 304.c d
Lingua citharæ comparatur 132.a b 133.a vt cohibenda 567.e à iuramentis, blaſphemijs, atque conuitijs vt coercenda 267.e ignea S. Baſilij xv.b. Linguæ & oris ſigna atque effectus 543.b de Linguæ morbo, alijſq; vitijs 97.e & ſeqq. 103.
Locus adducitur ad probandam antiquitatem ieiunij Quadrageſimalis efficaciſſimus 268.e 270.c d εὐκανόνιστος, id eſt, optimis regulis directus, cõmendatur 510.a 530.c 538.c ✠ S. Baſilij deprauatus corrigitur 763.c d Iob 3. (Maledicat ei, qui maledicit diem illam, &c.) vt à S. Gregorio Magno legatur, & exponatur 783.d e Oſee 10 (Ephræm vitula docta diligere trituram) vt à S. Gregorio, & Bernardo explicetur 795.a b Loca atq; ſentẽtia S. Greg. Naziãz. & Ephræm Syri conciliantur 581.a 587.e & ſeqq. quædam obſcuriora Auctoris de Pœnitentia explicantur 583.c 588.e 589.a b c d ✠ quatuor Chryſoſtomi corrupta reſtituuntur 774. Loca Beatorũ 20.d e & ſeq. 194.c & ſeq. 212.e 240.a 248.b Locorum commutatio frequens reprehenditur 378.d e & ſeqq.
Longanimitatis commoda atque præconia 28.c d 390.d e & ſeq. 392.
Loquendum & tacendum vbi, & quando 502.d e
Loth fidei & conſtantiæ exemplum 350.b c e & ſeq. 397.a 575.a quomodo vino victus 128.b 484.a eius encomium 629.e & ſeqq.
Louanienſis Vniuerſitas laudatur 696.a
Lubricitas lubricanti periculoſa 112.c 115.c
Lucrum ſectari non licet, quod animæ detrimentum affert 513.e
de Luctamine ſpirituali 127.e 483.d e & ſeqq.
Luctus moderãdus in morte charorũ 204.e & ſeq.
Ludicris rebus abſtinendum Chriſtianis 107.& ſeq. 109.e & ſeq.
Ludorum Circenſium turpitudines 109.e & ſeq. 115.a b
Lugendũ potius, quàm ridẽdum 164.& ſeq. 106.b c
Luminarium vſus in funeralibus, & defunctorum officijs antiquiſſimus 796.d e
Lupi fraus & calliditas 473.b
Luſores alearũ taxãtur, & pœnis ſubijciũtur 187.e
aduerſus Luſus & choreas qui ſcripſerint 109.e 196.c d
Luxus & faſtus mũdanus perſtringitur 485.b 780.a b veſtium taxatur 515.e 521.c d Luxurioſorũ reprehenſio & admonitio 779.b

M

MAcarij Abbatis narratio memoratu digna 272.a b c 274 c d
Machabæorum mater cõmendatur 206.b
Machinamenta cacodæmonis varia 473.a b
Madianitarum peccatum, & punitio 324.e 326.e
Magdalena vt ter vnxerit Ieſum 716.e 717.c d
Magnificè nimis de ſeipſo non ſentiendum 280.c 282.d 363.d e & ſeq.
Magorum trium exemplo Diuinam à nobis Maieſtatem curioſè non eſſe ſcrutandam 679.d e 682.e 683.d
Maiores minoribus exemplo bonæ vitæ eſſe debent 357.d e
Μαλακία quid ſit 434.c 438.e & ſeq.
Maledicentibus & obtrectantibus non adhibenda fides 530.a contra maledicentiam & maledicos 37.a b 98.c 103.a b 486.a

Malitiæ ſiue improbitatis deteſtatio 32.c de malitiæ vt pigritia coniungatur 307.c

Malum, antequam radices agat, euellendum 519 c malorum fuga in S. Ephræm vj.a

Manaſſes poſt pœnitentiam vt veniam ſit conſecutus 610.c 616.a b

Mandatum Domini nequaquam differendum 203. e & ſeq. mãdata Dei ſeruanda atque perficienda ſedulò 330.b c

Manes Hæreſiarcha peſſimus, vnde Manichæi hæretici dicti 804.a 810.b c Manichæorum hæreſis taxatur, & confutatur 666.c d 677.a 810.b c

Manifeſtatio occulti criminis 263.e & ſeq.

Manſiones beatæ, quæ & quales 19.d e & ſeq.

Manſioni vt ſimilis ſit hæc vita 546.a

Manſuetudinis encomia 31.d e & ſeq. 402.d e & ſeqq. 527.d

Manuale opus commendatur 349.371. e & ſeqq. manualia antiquorum Monachorum exercitia varia 434.c d e 438.d e & ſeq.

Maras vir Galilæus 791.c

Marcioniſtæ à Marcione Hæreſiarcha dicti 799. b c Marcioniſtarum hæreſis confutatur, qui negabant verum hominem in Chriſto aſſumptum, ſed ſolùm in figura apparuiſſe aiebant 666. b c d 667. a b e 668. a b e 677. a aduerſus illorum hæreſes & errores qui ſcripſerint 799.b c

Margaritæ pretioſæ deſcriptio 664. d e & ſeqq. generatio 666. d e & ſeq. 670. d generatio vt pulchrè myſterio Incarnationis Domini adaptetur 667.a b c d 668.b d 669.d e & ſeqq. duplex natura 670. b margaritarum plura genera ibid. c d

S Maria Virgo Dei Genitrix vt Patri arbor fuerit 673. d 678.b c S. Mariæ & Sarræ comparatio 824. e & ſeq. Encomia ampliſſima 705. d e & ſeqq. 708. & ſeqq. de laudibus plurimi Auctores citantur 709. b & ſeq.

Maria Prophetiſſa ob vnum maledicentiæ verbum in Moyſen prolatum, lepra eſt percuſſa 3.b 95. b 98. c

Mariæ neptis B. Abramij vita, lapſus, conuerſio, reſipiſcentia, ad cellam reuerſio, & ſyncera ac vera pœnitentia 755. d e & ſeqq. 758. & ſeq.

Maris, & in eo nauigantium pulchræ comparationes 78.d e

Maronitæ Chaldæorum officium legunt 739.e

SS. Martyres vt à Chriſto corroborentur 741.b SS. Martyrum in Chriſtum amor 745. a d caput ac Dux ipſe Chriſtus 743. a omnium ſimul encomium 740. & ſeqq. poſt mortem felicitas 742.a laudes à varijs (qui citantur) Auctoribus celebratæ 747. c & ſeq. memoria ſalutaris 330.a ad patiendum pro Chriſto promptitudo 740. c varia tormenta 740. c d 743. c d 744.d e in tormentis conſtantia 740. d 744. d 77.d

Martyrologium Romanum 739.d

Martyrologiorum Auctores 739.c d e

Matris piæ conſtantia in martyrio filij 732. b c a

Medicamenti humani ac diuini comparatio 144 b 147.d

Medicinas corporales quatenus Deus conceſſerit 81.a b 83. & ſeq.

Medicorum duorum Hiſtoria memorabilis 86. d e

Meditatio ac contemplatio Auctoris notanda 133. b c & ſeqq iudicij extremi aſſidua bona & ſalutaris 436. a b c 437.a 495.b c

Μειδίαμα quid ſit 755.b 761 d

Melius eſt cuncta ſecundum Deum agere, & laudari ac probari in Domino, quàm conuerſari malè, &c. 411.a b 412.e

Mellis & lactis ſignificatio myſtica 340.a

Membra noſtra vt à peccatis vindicanda atq; ſeruanda 332 b c 333. c 490. a b propria vt curioſè non inſpicienda 477.b 478.e & ſeq.

Mendacium fugiendum 33. c d e 268. c d 475.d

Menologium antiq. Græc. commemorationem S. Patris Ephræm celebrat xiij. c xix. e & ſeq. quæ de SS. 40. Martyribus habeat 738.b c d Menologiorum antiquitas 739.d

Menſæ tempore Monachis ſilentium ſeruãdum 430.c 433.a b Menſæ vt quis accumbere, & ſe gerere in ea debeat 515.b 523. e 529. b c menſa communi cum alijs fratribus vt contentus eſſe debeat Religioſus 518. e menſarum oblectatio non quærenda 467.d

Mens noſtra in bono confirmanda 350. b e ad cæleſtia erigenda 305. c d infirma & ligno nuper plantato ſimilis 234. e quomodo vtiliter occupanda 290.b c 305.c mentis attentio in oratione neceſſaria 129. b euagatio atque diſtractio in Diuinis officijs reprehenditur 61. d 62.c 444.e 445 e & ſeq.

Menſura temperantiæ vt ſeruanda 281.a 283. c

Μέσαυλα quæ dicantur 354.c 355.a

Meſſaliani hæretici, al. εὐχῖται 799.c d

ad Metalla multi ex Sanctis olim damnati, ac relegati 330.a d 351.d

Μετάνοιαν βάλλειν quid ſit 398.c d 456.e 466.c d

Metri vocabulo quid Auctor intelligat, vbi dicit: Aliud metrum. item : In primum metrum, &c. 220.c 221.d 223.c 226.b c

Militum huius ſeculi exemplum, & ab ijs comparatio à minore 294.b

Millenariorum error taxatur 576.d e

Miraculum hominis à dæmone pr Ephræm liberati 788. d e miracula quædam S. Patris Ephræm x. b xj. a Sanctorum Chriſti Martyrum 740.e & ſeq miraculorum S. Baſilij multitudo & magnitudo 725.b c

Miſeratio Dei quanta 485.e 556.c d 662.b 663.c

Miſericordiæ commendatio 512.d 521. c 525. d 531.b

531.b opera commendantur 620.d quantum proſint 780.c d e & ſeq pro miſericordia à Deo impetranda, precatio 257.b c d

Miſeriæ huius vitæ quàm variæ 595.c 598. c d de miſerijs, & damnis animæ 177.d e

Miſſæ ſacrificium aſſeritur 272.e 274.e 286.e 289.c d

Μνησικακία, id eſt, iniuriarum memoria reprehenditur 516.b 522.b 524.c 525.e 526.b 530.b

in Modico & multo fidelis, & infidelis quis dicatur 80.a b

Mombritius citatur 739.

Momentanea & caduca non ſuſpicienda 50.d

Momentaneus motus oculi quantæ ſit celeritatis 218.a 229.a

Monachus quid ſit, & cui ſimilis 531.e agro & agricolæ comparatur 443.d e 555.a turturi 468.b & ſeq. quomodo attendere ſibipſi debeat 413.b & ſeq. occultè comedens, & abſtinentiam ſimulans araneæ telam texit 42.c 47.b vt publicam dicatur facere domum ſuam 337.a 340.b & ſeq. à rebus ſecularibus debet eſſe alienus 426.b 428.b c 468.b c de monachi certamen, donec emigret ad Dominum, durat 72.b 73.a b variæ comparationes 555. & ſeq. gloria in quibus conſiſtat 516.a b 556.a b Monacho auaritiæ & diuitijs ſtudere turpe eſt 468.c d e 469.c d quæ vitanda ſint atque cauenda, quæq; amplectenda 468.b c d 471.d e & ſeq. 520.d e & ſeq. cultus & ornatus veſtium vitandus 310.a 311.c d e non licet, neque expedit ſocietatem habere cum fœminis 458.c d 466.d e ad Monachum acediæ deditum, qui tentabatur vt rediret ad ſeculum 434. & ſeqq. 438.d e & ſeq. ad Monachum elapſum, & de Pœnitentia 418. & ſeqq. Monachi ambitioſi taxantur 93.a b c & ſeqq. vnde dicti 471.a 477.e & ſeq. antiquitus ſuis manibus operabantur 349.a d e & ſeq. nouitij vt gubernandi 359.d e & ſeq. proprietarij taxantur 469.d Monachorum multitudo ac congregatio quid ſit 444.b c rudimenta ac fundamenta 336.e & ſeqq. 339. & ſeq. vita vt Angelis ſit ſimilis 468.c 470.e Monachos ſolos diuini certaminis conditionem noſſe, quomodo dicat Auctor 471.a 477.e & ſeq. ad Monachos admonitio ſaluberrima 469.a in Monachis ac Religioſis vita irregularis & incompoſita acriter reprehenditur 92.c & ſeqq. 115.e & ſeqq.

Monaſtica viuendi ratio antiquorum Patrum exemplariſſima 539.c 541.a 558.b c d 767.773.e et ſeq. Monaſticæ & ſecularis vitæ comparatio 325.c d differentia 441.b et ſeq. Monaſticus habitus a ſeculari in quo differat 303.b c et ſeq.

Μονήμερος ϖαρόδιος 791.a 797.d

Mons Ararat 2.c 4.a Mons, in quo Transfiguratus eſt Chriſtus, quis fuerit: & cur in montem ſeorſum diſcipulos duxerit 686.d e & ſeq.

Montani Hæreſiarchæ vita atque doctrina impia, & hæreſis execranda 804.a 810.a

Morbi incurabiles, niſi cauteriatis & acerbis medicamentis adhibitis, non eradicantur 317.a 318.b c

Mores & impoſturæ hæreticorum fugiendæ 314.c 315.c d moribus bonis vt adſuefaciendum ſit 267.d

Moriendi varia genera 771.e & ſeq. 781.c

Morientium piè in Domino felicitas 775. ſtatus 776.c d coram morientibus vt ſe gerere debeant adſtantes 778.b

Mors S. Ephræm laudatur x.a b c d Herodis teterrima 314.b c 315.b c inexſpectata venit 174.a c mortis calamitates & horrores 776.d 782.c d pulchra conſideratio 140.c 174.c d 198.d e & ſeqq. hora tremenda 415.a horæ incertitudo 437.d e 439.d memoria ob oculos ponenda 53.a e 55.d memoriam quomodo aliam iuſti, aliam iniuſti retineant 198.d e aſſidua recordatio ſaluberrima 596.c 776.a b 781.e ſigna varia 776.d 782.c d de morte eiuſq; recordatione orationes duæ 197.d & ſeqq. 200.e & ſeqq. qui alij Auctores ſcripſerint 200.b c mortes variorum repentinæ 781.c 783.e & ſeq. de mortali homine quomodo etiam mortaliter ſentiendum 205.b c

Morticinia peccati quæ ſint 573.c

Mortificanda membra quæ ſunt ſuper terram 489.c 492.e

Moyſes fugit conſpectum Pharaonis ix.b 159.c 161.b c in montem Syna ad Deum aſcendit, legemq; accepit 2.e cur æneum ac fuſilem ſerpentem fecerit 568.b vt animalia quæ ſub aquis ſunt, in tenebris eſſe dixerit 573.d cum Elia cur in Transfiguratione Domini apparuerit 687.c 691.d Moyſeos exemplum memorabile 207.b Moyſi vt Ephræm ſimilis ix.b c d

Mulieris Ægyptiacæ in caſtum Ioſeph inſidiæ 637.c & ſeq. improbæ elegans deſcriptio 121.d e peccatricis deſcriptio 711. & ſeqq. 718. & ſeqq. eius cum aromatario colloquium 713. & ſeqq. 719.e & ſeq. cum Chananæa comparatio 718.d e hanc vnam & eamdem fuiſſe, quæ ſæpius vnxit Ieſum 716.e & ſeq. de Muliere duodecim annos ſanguinis profluuio laborante 63.d 65.e Mulierum aſpectus vt cauendus 232.b c periculoſus eſt 400.c d e & ſeqq. 503.a commercia vt fugienda 316.a 344.e 418.b c d 419.a 458.c d 466.d e 476.d 522.d aduerſus mulieres improbas 120.b & ſeqq.

Multiloquium taxatur 523.b 525.b

Mundani faſtus deſcriptio, atque reprehenſio 203.b c

Mundus pelago, & portus Religioni ſimilis 291.a 292.d e ſcammati & palæſtræ 483.d mundi fugacitas & inſtabilitas 268.d 270.b 485.b 619.a mundo quomodo renuntiandum 42.c d 81.c d e

Munera qui reſpicit, ad iuſtitiam non reſpicit 475.a munerum atque donorum corruptela 338.e 341.c

murmura-

murmura, & murmuratores taxantur 34. c & ſeq. 98.c & ſeq. 137.b 354.b 514.a 522.c
myſteria tremenda altaris, cur dicatur προκείμενα, id eſt, propoſita, &c. 367. a c d myſteriorum diuinorum participatio 272.e 274.e

N

NAaman Syrus vt lepra liberatus 299. c d
Nabuchodonoſor Rex Aſſyriorum Hieroſolymam occupauit 648.b vt Tres pueros tractarit ibi. & ſeq.
Narratio Auctoris de ſua cõuerſione 261 & ſeqq. de Fratre quodam alium Fratrem admonente 328.a de quodam Fratre conſilium à Sene captante 321 c
naſcimur ea lege, vt moriamur 205.c & ſeq.
natiuitas quomodo magis deploranda, quã ex hâc vita emigratio 204.a Chriſti veri Meſſiæ quantum à natiuitate Antichriſti differat 221. e & ſeq. 226.d e
natura vt mortificanda 489. d e naturæ & conſuetudinis effectus 543.d diuinæ & humanæ in vna hypoſtaſi vnio 688.d e & ſeq. 690.b naturam Dei curioſè non eſſe ſcrutandam 678.e & ſeqq. 681.& ſeqq.
naufragi in fide notantur atque taxantur 301. e & ſeq. naufragium magnum eſt peccatum 288.c animæ magnum vbi regulæ & rectæ vitæ inſtituta non vigent 451.c
nautis comparantur Monachi 471 a
Neceſſitas illa felix, quæ ad meliora compellit 264.c 266.c d e
negligẽtia multorum malorum cauſſa 198. a taxatur 518.e 519.a d 520 e 522 c 523. c 525.d 528. a 530.e 531.b 545.e 546 e 548.e 549.c 551. d e 556. e & ſeq. 590.c e 591.d e 773. a 781.b negligentiæ mala ac damna 267.b 304.e 369. d e & ſeq. 413. b & ſeqq. 416. 457.e 472. e negligentium damna, ac de temporis ratione non habita, querelæ 185.e 191 b c d 240.a e
negotia vt curanda atque præſtanda 531. d negotiãdum bene, donec præſentis lucis nundinæ celebrantur ac durant 443.c
Nembrod primus gigantum poſt diluuium vt Niniuen condidiſſe dicatur 853.c 660.a b
Nicephorus celebrat S. Patrem Ephræm, eademque cum Sozomeno adducit xx.d e & ſeq. citatur 739.b
Niniue ciuitas vt totum denotet mundum, & Niniuitæ omnem humanã naturam 572.c 585. vt corpori vni & homini vni comparetur 651. d 659.e mater gigantum 653. c prædicatione Ionæ terretur, & conuertitur 650.& ſeqq. vt ad prædicationem Ionæ ſaluata: at poſterius in priores ſcelerũ enormitates relapſa, perdita ſit 659. a 661 a b c Niniues ciuitatis conditor quiſnam 653.c 660.a b
Niniuitæ, qui ad prædicationem Ionæ pœnitentiã egerunt, ſaluati ſunt: at qui poſtea venerunt, & peiora primis egerunt, funditus (vt hic ait Ephræm) perierunt 659.a 661.a b vt Indis ſimiles 654.c 660.e Niniuitarum pœnitentia 573. b 650. & ſeqq. Rex vt in ſacco & cinere pœnitentiam egerit 652.e 654.c 660.c d
Noctium phantaſmata vt eludebat Ephræm vj e nocturno tempore, ad Diuinas laudes atq; Pſalmodias ſurgendi mos inter Monachos ac Religioſos antiquiſſimus 365.a b 366.a b c
Noe vt à vino ſuperatus 128.a b 484. a Noe laudatio 484. a 623. ſacrificium cuiuſmodi 2. d Noe comparatur S. Ephræm ix. a ſub Noe diluuium figura exſtitit inextinguibilis ignis, qui tempore iudicij vniuerſa occupabit 23..e & ſeq.
Nominis Chriſtiani profeſſio ibidem b nomina Quadraginta Martyrum recenſentur 736.a non ex nominibus res, ſed ex rebus nomina cenſenda 77.e
Nothorum vocabulo qui intelligendi 477.a 478.e
Noualia quæ dicantur 141.e 143.d 472.c 594 b 598.b
Nouatianus hæreticus quiſnam 799. a Nouatiani hæretici ſe καθαροὺς vocabant 798.e Nouatianorum hæreſis pœnitentiam impugnans confutatur 580.e & ſeqq. 583 a b 587.b c d 588. a 589.a d
Nouiſſima hora vt ſemper reſpicienda 494. Nouiſſimorum recordatio ſaluberrima 527. e & ſeq.
Nouitij laborem fugientes taxantur 371. & ſeqq. Nouitijs Monachis non ſtatim ſanctus olim habitus dabatur 454.c 466.a
Nubere melius quàm vri, quo pacto intelligendum 4 d & ſeq.
Nubis lucidæ & tenebroſæ in Scriptura myſteriũ 692.b c
Nudo aliquo amictu, ſiue cum ſolo colobio abſque humerali ſeu pallio prodire olim Monachis non licebat 459.c 467 a b c
Numerus omnium hominũ, qui ab Adam ad hæc vſque noſtra tempora vixerunt, ſoli Deo notus 317.d 319.a b
Nuptiæ regni cæleſtis quam præparationem requirant 542.e 546 d
Nutrimentum animæ cuiuſmodi 142.a b

O

OBedientia prompta in S. Ephræm v. d Obedientiæ commendatio, & inobedientiæ reprehenſio 34. & ſeq. 52.c 295.d e & ſeq. 298.d e & ſeq 359 d e & ſeq. 373.e & ſeqq. 376. 521. d e 531. a 532. a fructus eſt longanimitas 446.d
Obitus memoria habenda, quando corpus obrigeſcens reponẽdum erit ſuper ſtoream 432.b 433. d e ante obitum vt nemo prædicandus beatus 509.e 534.a b
obmurmurationes taxantur 354.b
Oculus cæci nati ad Solem vt ſe habeat 680. d e & ſeq. oculi huc illucq; non retorquendi, ſed cuſtodiendi 48.d e 56.a 158. d 400. c d & ſeqq. 502.e & ſeq. 515. a e & ſeq. 517.c 519. b oculis Dei omnia aperta ſunt ac patent 419. d e 460.e

460 e & ſeq. 502. a b c
Ocyus excuſſo ſomno noctu ad Pſalmodiam ac diuinas laudes conſurgendum 365. & ſeq.
Ode in quotidie peccantes, & quotidie pœnitentes 23.e & ſeq.
Odium in proximum quàm graue malum 185.b c odio quænam habenda 807 e
Oeconomi boni, fidelis, atque prudẽtis conditiones 522.b 525.d
Οἰνοφλυγια, id eſt, vinolentia, ac temulentia. 527.a
Omnium Sãctorum Chriſti Martyrum Encomiũ 740. & ſeqq. 744. & ſeqq.
Ομόνοια, atque vnio trium in diuino myſterio notatur 1.e & ſeq.
Onagris quomodo Leo dicatur eſſe formidini 338. b 341.de
Operis inſtar eſt cogitatio 102.a 103.de Operis penſum quando reddebatur 454.b 465. de de opere manuum 349. 447.ab
Opera bona in cælum præmittenda 546. a 777.b fructuoſis comparãtur plantis 237.c SS. Patrũ ab impiorum erroribus vindicanda & emendanda 774.c
Operum bonorum laus & gloria, atque præmium 75.c 105. a b 178. a 229. d 233.de 238.a 620.d carnalium dãmna ac mala 305. c miſericordiæ præmia 780. c & ſeq. noſtrorum grauis in die iudicij erit inquiſitio 231.e 233.de 244.a Operandum bene dum tempus habemus 288.c
Ophitarum hæreſis 792 a. 799.a
Opiniones & ſimulachra huius ſeculi comparantur vmbræ 406.e & ſeq.
Orandum eſſe pro fidelibus defunctis 795.b c & ſeq.
Orare ſine intermiſſione quid ſit 808.a
Oratio cum Deo confabulatio 484. d cum ieiunio iuncta & eleemoſyna commendatur 381. d noſtra Diuinæ ſubijcienda voluntati 482.
Oratio S. Patris Ephræm valde pia & efficax 621. d e & ſeq. alia ſaluberrima 605. b c alia ad Sãctiſſimam Dei Genitricem Mariam 708. c & ſeq. alia ad eandem 698. c d alia ſalutaris ex Scripturis 448.ab alia efficax & pœnitẽti perutilis 421.b c d
Orationis bonæ conditiones 41. a 480. e & ſeqq. 484.d e & ſeq. 511.d e 535. c d encomia & laudationes 14.de & ſeq. 129. a b 165. a b 480.e & ſeqq laudes à pluribus deſcriptæ 15. d reuerẽtia 61.d 62.b c 129. b Orationis tempore vt quis ſe gerere debeat 328. d 444. e 445.e & ſeq. 517.e 555.e & ſeq. 807.d e orationi, operi, & meditationi vt vacandũ 450.a 457.c in oratione quænã petenda, & quæ non 808.b Orationes pro ſe defuncto fieri petit Ephræm 785.e 786.d 789.b 790. b 795.b c
Oratorij Congregationis Patrũ Romæ Bibliotheca 737.d 739.d
Ordinatè in omnibus vt verſandum 267.d
Ordo manſionum æternarum duplex 19 d e & ſeq.
Ordines vniuerſi Chriſtianorum commouebuntur, & reſurgent ad iudicium 185.e & ſeq. 193.c d
Oris noſtri ſigna, atque effectus 543.b
Ορθρίζειν, καὶ ὀψίζειν, quid ſignificent 372.b
Oſſium regalium, aliorumq; potentatuum ab infimorum oſſibus nulla poſt mortem differentia 210.c
Oſtentationis cauſſa nihil agendum 459. c 474 e 475.d
Oſtium pulſandum, antequam quis ingrediatur 513 d
Otij reprehenſio atque vituperatio 267.b
Otioſus ſermo quiſnam, & in quibus conſiſtat 612.c
Oza, quòd arcam Dei contigiſſet, quid paſſus 3.d

P

PActa cum Deo inita omnino ſeruanda, eorũq; memoria habẽda 324.e 326.d 550 b c 351 ab 592.b 592 b 805.a
Palæſtinis parabolici ſermones familiares 311.c
Palæſtræ ſeculum hoc præſens quomodo dicatur ſimile 127.e
Palladius celebrat Ephræm Syrum xvij.ab
Palladius quidam ſuæ auaritiæ, negligentiæ, atque inobedientiæ pœnas luit 383.e & ſeq. 469.c
Palmæ arbori caſtitas comparatur 125.c d
Palmarum mares vt palmas fœminas fœcundent 674.d
Panoplia ſiue armatura ſpiritalis deſcribitur 479. b & ſeq.
Parabola quid ſit & vnde dicta, eiuſq; acceptiones variæ, &c. 310. b & ſeq. cuiuſdam Adoleſcentis, qui ſibi tres virgines deſponſarat 401. b c fici 438. a aduerſus ſordidas cogitationes 353.a b patrisfamilias, duos habentis ſeruos, & tria iuga boum 385.a b lectu digniſſima contra pigros & immorigeros 370.a b c d alia vtilis ac memoratu lectuq; digna 309. d e & ſeq. theſauri in agro abſconditi, & margaritæ pretioſæ 665.c d 671. e & ſeq. vitis & ſeminis 141. d e 542. c d Parabolæ margaritæ duplex cognitio 671.c
Paradiſus in Edem vt fuerit viij. d regio quietis Sanctorum eſt 576.c 586. c Paradiſo vt Monachorum multitudo ſimilis 444.b 445.c
Parænetica capita quæ dicãtur, & cur ſic appellata 503.de
Παρακαταθήκη quid ſit, & vnde dicatur 346.e & ſeq.
Parentes vt honorandi & obſeruandi 267.c 518.a 537.c
Παρεργιον, pro extraordinario aliquo opere 452.a 458.b
Παρόδιος, καὶ παροδίτης 791.a 797.d
Partus virginei, & ſtructuræ templi Salomonis comparatio 674.b Partum virgineum impugnantes hæretici confunduntur 627.e
Parua delicta non ſpernenda 280.e 282.c

Paſſionarium Latinum Vaticanum citatur 736.e & ſeq. eius antiquitas & dignitas 737.b
Paſſiones animi citò euellendæ 472.e & ſeq. 477.a 487.b 492.b c quomodo ſedandæ 132. d e Paſſionum animi damna ac pericula 130. c medicus quiſnam 527. d de Paſſionibus ac perturbationibus animi 130.b & ſeqq. 394. e & ſeq. 487.
Paſſionis Domini deſcriptio 692.e & ſeqq. 695 & ſeq. Paſſionem Domini iugi meditatione voluēdam 694 d e
Paſtoris Abbatis Apophthegmata 505.c d 508.b c
Paſtoris erga oues vigilantia 525.a
Paſtores atque alijs præpoſiti de quibus in vltimo Iudicio requirentur 186.c 196. d Paſtorū munus, & qualitates requiſitæ 52. b c anteriorum temporum, & poſteriorum differentia 804. b c d ſomnolentia luporum eſt gaudium 513.e 525. a 527.c
Patientia ac tolerantia Domini 156. c Monachi ad mortem vſque durare debet 339.d 343.b 350. c 351. Sanctorum qualis, ac quanta 116. d 153.e 171.b 206.a b
Patientiæ bona, & Impatiētiæ damna 29. b & ſeq. commendatio, & ad eam exhortatio 393. b c & ſeq. 440. b virtus quomodo exerceatur 153.c & ſeq. 157 a b
de Patiētia Sermones aliquot 150. e & ſeq. 153. c & ſeqq. 157.c & ſeqq. de eadem & Conſummatione ſeculi 161.d et ſeqq.
Patres vt interdum dicantur etiam qui non genuerunt 674.c d
SS. Patrum veſtigijs vt inſiſtendum 484. d e 551. a b 556. e 558. b c d 773. b ſuo tempore conſummatorum Auctor obitum deplangit 766. b & ſeqq. 769. c & ſeqq. cur conſummati dicantur, & non mortui 768. d e in Eremo degentium Encomia 769. c d & ſeqq. contra Satanam victoria 770. e 772. c d Patribus veteris Teſtamenti confertur Ephræm viij. e & ſeq.
Pauliani hæretici à Paulo Samoſateno ſic dicti 799. d e & ſeq. Paulianorū hæreſis à quibus confutata ibid.
Paulinus vt à doctrina S. Ephræm defecerit 798. c d
Paullonas vt à magiſtro ſuo Ephræm, & à recta fide defecerit 791.d e 798.a b
S. Paulus Apoſtolus prædicator gratiæ, auſpex Eccleſiæ, os Chriſti, &c. j. e 2.c vt ex lupo factus ſit ouis 609 d e 671. a quomodo illuminatus & cōuerſus 671.a 742. a b c quomodo nos velit imitatores ſuos fieri 181.d e & ſeq. vt ſponſor ac paranymphus dicatur 742.a 743. e vt ſub Nerone mortuus, & in ſuburbijs Vrbis Romæ ſepultus 578.b 586.d e
S. Pauli in Chriſtum amor 742.c d e nomen vt immutatum 742.c
S. Paulo cōfertur S. Pater Ephræm ix.e ad S. Paulum pulchra Apoſtrophe 181.d
Pauper reuera quiſnam 480.c pauper Monachus cæleſtis ciuis 468.d
Pauperes vt Chriſti fratres dicantur 780. d pauperum vt habenda ratio 788. a de pauperibus amandis 15.e & ſeq.
Paupertas voluntaria 469.a 485.c 750.b 786.d
Pax & recōciliatio cum proximo commendatur 530. a cum omnibus habenda 486 a
Paxamacium quid ſit 305.b 306.d e an vox Latina, an Græca 306.e
in Peccantes quotidie, & rarò pœnitentes 23. e & ſeq.
Peccatores excuſationem atque prætextū in peccatis quærētes reprehenduntur 623.b d e peccatorum conſuetudo peſſima 608.e videntium Sāctos in gaudio ſera pœnitentia 484. c poſt hanc vitam ſupplicia perpendenda 617.d
Peccatricis & Phariſæi comparatio 715. e 720.c d e
Peccatum antequam committatur, animo prius horrendum Chriſti tribunal reuoluendum, tormentaqúe inferni 242.b 244. e & ſeq. fugiendum 522.d 524.e 531.b præter hæreſim, quodnam cæteris grauius 185. b irremiſſibile cuiuſmodi 184. e & ſeq. vt mortificandum 490. a 492.e
Peccati conſuetudo periculoſa 40.c 608. e quod fit anima tantùm ab eo quod fit corpore ſimul & anima, diſtinctio 580. b 587. a b occulti manifeſtatio & punitio 261. e & ſeq. 263. e & ſeq. proprij accuſatio atque confeſſio 261.b d 262. d e
Peccatum qui admittit, grauius bellum habet, quàm qui ſe continet, & illud non admittit 419. b c
Peccata quomodo ſine teſtibus in extremo Iudicio patebunt 233. d e 238.b ſua Auctor confitetur, & ſeipſum reprehendit 68. e & ſeqq. temporis occaſione non excuſantur 351. c & ſeq. non ſolùm grauiora, ſed & leuiora nobis vitanda 39.b e non dumtaxat vitanda, ſed & peccatorum occaſiones amputandæ 110. e & ſeqq. 114. e & ſeq.
Peccatorum ſicut varia ſunt genera, ita varij tormentorum modi in Inferno 189.e & ſeq. 196.d e 496.d 498 d
Pedes animæ ſunt intellectuales oculi 561.e
Pedū crepitus atque ſupploſio, in animalibus morientibus quid denotet, & vnde fiat 262.e 265. e & ſeq.
Penſum operis reddi quando ſolitum 454.b 465.e
Pentephres, aliàs Petephres, & al. Phutiphar 637. a 645.b c 647.a
Perdici comparatur anima ab inimico capta 41.c 46.e & ſeq.
Peregrinari ab aliquo, μεταφορικῶς quid ſit. 342. d e
Perfectio quid ſit 763.e de perfectione, qua præditum eſſe decet Monachum 470. & ſeqq.
Perfectus vir quiſnam 510. a perfecti ſecundum Deum, & perfecti ſecundùm Diabolum qui dicantur 487.e & ſeq.
Perfidia mala plura 525.e 528.a

Perin-

Periurij damna ac pœnæ 101.e
Perſeuerandum in bono vſque ad finem 339.de 343.b 350.c 351.439 c & ſeq.
cum Peruerſis vt verſandum ſit 450.e.& ſeq. 465.a b
Peſtis contagio vnde, & ex qua cauſſa 86.d e & ſeqq.
Petalographi, & plaſtographi quinam: & vnde dicti 183.a 184.c
S. Petrus Apoſtolus dictus Cephas 2. c Simonem Magum Romæ vicit 803.d S Petri Baſilicæ Romæ antiquitas 737.d e & ſeq. negatio, eiuſq; pœnitentia, & venia 583.b 610 d
Petrus de Natalibus 739.c
Phariſæorum ſimulata iuſtitia 611. ſcelera atque homicidia 488.b
Philargyria taxatur 468.d e 469.d
Φιλαυτία taxatur, & quid ea ſit exponitur 363.d e 364.b c
Philiſtæi cur ἀλλόφυλοι, id eſt, alienigenæ dicti. 289.d e
Philoſophus diuinus quisnam 75.d
Philacteria taxantur 107.d 110.b c 180.c 183.e
Φωτιστήριον quid ſit 719.c 721.e
Pietatis commendatio, & ad eam adhortatio 71.e & ſeq. pietatis pugiles vt ſe ad pietatem omneq; opus bonum exercere debeant 365.d 366. d ad pietatis certamen exercens Sermo 73. de & ſeq. 76 piorum conſolatio maxima 444.a
Pigritia murmurationi coniunctiſſima 34.d
Pigri noctu ad diuinas laudes euigilare diſcant 365.a b c 366.a b c notantur, & reprehenduntur 267.b 303 d e 369 d e & ſeq. 372.& ſeq. 447.b 485.b
Πιπτέγειραι, & πιπτέγειρ ἐστὶν, quid ſit 284.b 286.b
Piſcatorum excubiæ atque vigiliæ nocturnæ 368.a
ad Plagam quamcumque peccati, optimum nobis pœnitentiæ conceſſum eſt remedium 150.c
planctus B. Mariæ Virginis matris ſuper paſſione Domini 697.& ſeq.
plantandi ſtudium 674.a
planta Sabec 2.d 4.b
Plinius plurimos in quouis ſtatu repentina morte extinctos recenſet 784.d e
plumbatæ, tormentorum genus 740.d 743.c d
pœnarum Inferni æternitas 764.d 779.c
pœnitentia verè & ex animo facienda 570.a b c d 573.e & ſeq. 807.e Niniuitarum maxima 573.a b 650 d e & ſeq.
pœnitentiæ & peccati plura antitheta 561. d ad Deum Apoſtrophe 572. b deſcriptio atque Encomium 561. & ſeqq. 564. & ſeqq. 567 & ſeqq. 584. Exempla efficaciſſima 24.a 146.b 195 b præſtantia, & efficacia, atque effectus 563. c d & ſeq. 567.a b 570.d e 571. c 573. a 586.e & ſeq Euangelicæ & Moſaicæ comparatio 564. d e
pœnitentiam agere, quid interdum denotet 456.e 466.c. d ad pœnitentiam inuitat nos Deus, & ad vitam 194.c d e & ſeq. de pœnitentia Sermones 144.148.150. qui alij Auctores tractarint 152 e & ſeq.
Πολυθεΐας, καὶ τῆς μοναρχίας nomine quid intelligendum 727.b
Πολυόμματα 702.d 705.d 708.a
pompa huius ſeculi non ſuſpicienda 328 d
portæ alicuius vrbis comparatio cum aliquo negligente & cæcutiente 395.a d
portus vitæ æternæ 542.e 559. b c portui ſereno ac tranquillo locus bonis regulis directus comparatur 530.c 538.c
poſtulanda à Deo potiſſimum quænam 481.b c
potentia Regis terreni, ad cæleſtem comparata, eſt planè nulla 150.b
in Poteſtate noſtra ſitum quid ſit, & quid non ſit 325.e
Præceptoris boni commendatio 267 b
præceptorum Chriſti cuſtodia ſaluberrima 509.d 525.c d 528.a præceptis diuinis ſeriò inſiſtendū 75.e
præcingere vt quis ſe debet virtutibus 362. b 363. b c
præfecti baculus quisnã, & vt ſit neceſſarius 291. c 293. a b prudentis officium 514. b 525. a præfectorum & ſubditorum officia 359 d e & ſeqq. præfectis vt morigerandum 450. c 452.d præfectos quales erga ſubditos eſſe cōueniat 450. d 451.c
præmia Iuſtorum 547.c 772.a b
præpoſitorum atq; Paſtorum ſtatus cuiuſmodi 357. b & ſeqq. 360.
precationes ad Deum variæ S. Patris Ephræm admodum inſignes, & efficaces, cunctiſq; vtiliſſimæ 134. c 241. b 247. a b 249. e & ſeqq. 252.& ſeqq. 255.& ſeqq. 258.& ſeqq. 485.d e 532. d e 550. d e 554. c d e 556. c 557. c & ſeq. 621. c & ſeq. 695. b c 698. c d 721. b 751. b d 752. e 753. a c 785. c 789.a d 790.a
precationibus ferè ſuos concludit ſermones S. Pater Ephræm 134.c d e 135. b c 241. b e & ſeq.
precatiuncula pro ſalutaribus obtinendis 482.e & ſeq.
precibus diuinis vt inſiſtendum 511.d 535. c d
Presbyteratus laudes 1. & ſeqq. 4. a ordinem S. Ephræm à Sancto Baſilio accepit xvj.a xix.e xxj.d
primogenituræ myſteria maxima 101.c d e
principium & finis fidelium fides, ſpes, & charitas 528.a
Principum peregrinantium mos 549.b
priſcorum Monachorum vitæ rigor, & perfectio 539. c d & ſeq. 541. a 558. b c d 760. d e
profunditas atque ſublimitas Sacerdotij 1. c 2.a
prologus in quatuor Adhort. de Virtute 279.c d e in illud: Attende tibi ipſi 307. in capita decem de Virtute 293.e & ſeq. in Paraneſes quinquaginta 334.& ſeq.
prologi vis & ratio copioſè explicatur 294.d e
cum

eum Præfatione ac Procemio cōuenientia oſtenditur ibid.

procemiorum vſus ibid.e

prophetæ & Apoſtoli vt differenter Chriſtum viderint 681 a

prophetiæ dono vt multi in Eccleſia conſpicui fuerint 585.e & ſeq.

proprietarij taxantur 372.b 373.c d

proſperitatis tempore non ſuperbiendum, & in aduerſis non deſperandum 462. c 474. d e 475.d 478.c

prouerbia quæ dicantur, & vnde dicta.533.a b c

prouerbiorum Sermo cur primus in hoc Tomo ante alios ſit poſitus 533.d

prouidentiam diuinam vt S. Ephræm agnouerit, & prædicauerit 601.d e 604.a b e 613. d e

proximo vt indulgendum 291.c

prudentiæ propriæ non innitendum 272.a

pſalmodiæ, & orationis tempore vt quis ſe gerere debeat 555.e & ſeqq.in Pſalmodijs alacritas, & promptitudo atque vigilantia neceſſaria 49.b

pſalmorum Encomium 13.c & ſeq.108.b 595.c

Πτῶμα quid denotet, & vnde dictum 433.d

publicanus vt iuſtificatus 581.e publicani & Phariſæi comparatio ibid.d e

pueritiæ ratio quæ habenda 267. e & ſeq.

pugilum ſecularis & ſpiritalis militiæ differentia 273.a b

pugna carnis deſcribitur 312.& ſeq.

pulſus ſignum ad Synaxim, diuinaq́; officia 372. b

purgatorium affirmatur 20.b c 91.a 441.e & ſeq.

puſillanimes vt conſolandi 396.398.c d

Q

QVadragenarij numeri celebritas 727. e & ſeq.

quadraginta dierum Ieiunium celebratur, efficaciſſimeq́; contra hæreticos probatur 268.e 270.c d

Quadraginta Martyres vna dominatione dicti Chriſtiani 736. a ab Angelis confortati 736. exemplo trium puerorum confirmati 729. e in ſtagno vt illuminati 730.d 737. b eorum præclara ac fortia certamina 628.e & ſeq. 730. c d cum Moyſe, & Elia, ac Noe comparatio 727. e & ſeq. Eccleſiæ Romæ 739.e Encomium 727. c & ſeqq.laudes à pluribus deſcriptæ 735.a b e laudes Ephræm ſcripſit hortatu S. Baſilij 724.b 726.e & ſeq. 727.d 735.b c 738.e Martyrium apud Sebaſten Armeniæ 728.c 735. d Martyrij locus 736.b c & ſeqq. miracula atque trophæa cum rebus admirabilibus veteris Teſtamenti conferuntur 730. e & ſeq. nomina 729.b 736.a ſtagnum, in quo paſſi vbi ſitum 736.b c & ſeqq.

✠quatuor loca Chryſoſtomi ab hæreticis vitiata, à Scholiaſte corriguntur 674.

quatuor mala quæ difficulter curantur 519.c

quatuor ſunt, quæ gloriam & exiſtimationem augent 518.b

quietis ac ſilentij præclarum Encomium 166.d e & ſeq.414.a b

quinquagenarius, vt Prophetam Eliam ſubmiſſione atque humilitate ſua placarit 358 b 359.c

quinquaginta annorum in Abramio abſtinentia. 750.c 755.c 758.b 759.e 760.d

R

RAab meretrix vt veniam obtinuerit 719. d

Rachelis ſepultura ad locum Hippodromi 635.a b 644.e & ſeq.

Radix omnium malorum eſt cupiditas 513.c

Rami vitiorum vt amputandi 567.e & ſeq.

raro ſacrificantes taxantur 564.d

✠realis præſentia Corporis & Sāguinis Domini in Euchariſtia, infinitis penè Auctoritatibus oſtēditur 684 & ſeq.

Rebeccæ pulchra comparatio 733.a ſedulitas proponitur, & animi ipſius virtus commendatur 159.b c

rebus abſentibus vt peccatum committatur 569. c d momentaneis huius vitæ non adhærendum 22.& ſeq. 202.b & ſeqq.209.b c 245.d e 247.d in rebus aduerſis, & proſperis vt quis prudenter ſe gerere debeat 207.& ſeq.

Recolligere ſe, & redire ad ſeipſum vt quis debeat 419.e & ſeq.

recordatio Dei quid quantumq́; profit 305.b recordatio mortis, vide de Morte.

rectæ vitæ ac viæ inſiſtendum, & à peruerſa declinandum 320.c d

recta viuendi ratio plurimis capitibus explicata 40.b & ſeq.

rectus legendi modus, coram fratribus ſeruandus, quiſnam 399 b & ſeq.

Regis Aſſyriorum verba ſuperbiæ plena 91.b 92.b pij & impij, fidelis & infidelis, prudentis & imprudentis conditiones 511.a b

Regem gloriæ ſibi patronum & amicum faciat, qui veram gloriam conſequi velit 415.a b 417.a b

regnorum, quæ ante Romanum imperium fuerunt, deſtructio 559.b

regula legitima & Apoſtolica rectè obſeruanda 280.b c e 282.b optima gubernandi quæ ſit 359. d e & ſeq.vna certa ac ſalutaris eligenda atque ſeruanda, exemplo Sanctorum, & antiquorum Patrum 493.d 497.c d e 540 e 558.d e

regulares fœminæ viris non cohabitent 466.d e

relaxationes prauæ concupiſcentiæ deteſtandæ atque vitandæ 332.d 333.c d

religionis rudimenta proponuntur 336.c & ſeqq.

religioſi non ſe iactitent de nobilitate generis ſui 348.b e ad Religioſos paræneſis 95.b c d

religioſæ atque monaſticæ vitæ deſcriptio 539. & ſeqq.558.b c d commendatio.ibid. & 762 b c

reliquiæ Sanctorum, earumq́; contactus, & veneratio commendatur, ac defendatur 204.b 741.a 747.c d 748.e & ſeq.

remedium efficax, aduerſus impudicum aſpectum mulierum 122.a d e & ſeq.

remedia aduerſus tentationes diabolicus 73 d e

remedia atque curationes Saluatoris noſtri omnē æſtimationem excedunt pretij 138.d 141.a

remor-

remorſus conſcientiæ 562.d e
renũtiatio quid ſit,& quomodo ad mortem vſque duret 308.c 309.a b monachi in tentationibus probatur 339.d 350.b c 352.b vera cuiuſmodi 61 c 62.b
Renuntiationis ſuæ vt ſemper monachus recordari debeat 350.c 351.a b poſt renuntiationem vitæ mundanæ in religionis ſtadio claudicandum non eſſe 60.a vide Abrenuntio.
Repentina multorum mortes 781 c 783.e & ſeq.
Reprehenſio ſui ipſius atque confeſſio 68.e & ſeq. 130.e & ſeq.135.e & ſeq.151.d e & ſeq. 261.b d e 262.a e 263.c 599.& ſeq.602.& ſeq 613
Reprehenſionem qui lubens accipit, etiam alios amanter reprehendit 475.c
Repudiari vt inexpertum præſtat,quàm vt expertum ſæpè cauſſas agere 476.a
Res malè partæ vt portio maligni ſint 759.c nullius momenti ſæpè magnorum ſunt malorum cauſſa 472.b
Rerum humanarum fugacitas,inſtabilitas, & viciſſitudo 290.c 406.e & ſeqq. 409.e & ſeqq.
Reſipiſcendum à peccatis, & minimè deſperandum 305.d 493.500.c verè, & non fictè:perfectè & nõ imperfectè 568.a b c 570.b c 574.a 580.c d 807.e & ſeq. omninò ante vitæ huius finem 406.d 408.b c
Reſipiſcentes vt cum amore tractandi 381.b & ſeq.
Reſiſtentes atque rebelles taxantur 404.e & ſeq. 408.e & ſeq.
Reſponſum mulieris memorabile v.e xiij.a xviij.c
Reſponſa qualia eſſe oqorteat 331.b d
Reſurrectio mortuorum luculenter probatur 208.e & ſeqq. 211. & ſeq. 214. & ſeqq.229. prima & ſecunda quænam 577.c d e & ſeq. vniuerſalis quomodo vna 577.d e & ſeq.579.a d Reſurrectionis vniuerſalis conditio ac ſtatus 547.b 590.d 591.b c 592.e & ſeq. Reſurrectionem mortuorum negantes, vel impugnantes,acerrimè reprehenduntur, & confunduntur 214.b & ſeq. variæ olim ſectæ impugnârunt 214.c 217.d Exſpecto reſurrectionem mortuorum, &c. verba ſunt Symboli in primo Conſtantinopolitan.Concil.generali fundata 214.e 218.b c de vniuerſali Reſurrectione 617.d e & ſeqq.de reſurrectione mortuorum qui alij præter Ephram conſcripſerint 213.a b 217.d e
de Retributione diuina Threni,ſiue Lamentationes 245.d e & ſeq.
Reus vt in obiecto & imputato crimine interdum reperiatur innocens, qui tamen in alijs occultis ſubinde culpa nõ vacat 261.e 262.a c d 263.d e
ἐν ῥιπῇ ϗ ἐν ῥοπῇ,quid differant 218.d
Ριψοκίνδυνος,quid ſit 671.c
Riſus taxatur 430.c Ridendum non eſſe, ſed lugẽdum potius atque plorandum in hac vita 104.& ſeqq.
Rixæ & contentiones fugiendæ 354.b
Romanæ editiones Interpretis plures 814
Romano Imperio impleto vt finis mundi aderit 541.e 558.e & ſeq.
Rotæ tormentum 264.b
Ruben vt Moyſes ad tertiam vſque generationem benedixerit 790.c

S

SAbec vox Hebraica quid ſignificet, atque interpretatur 2.d 4.b 626.d e 627.c 629.b c
Sacerdos quæ peccata poſſit ac debeat ſoluere, & quæ non 580.e & ſeq.587.b c d
Sacerdotes quinam 565.a b 584.c d e Dei honorandi & colendi 3.a 510.e 534.d e Sacerdotum bonorum præmia, & malorum pœnæ 3 b c nouæ & veteris legis differentia 790.c d
Sacerdotibus & ſapientibus reuerentia debetur, & inter eos humiliter ſentiendum 474.c
Sacerdotium, magnus gradus 511.a 534.d e internum, & externum quodnam 584.d e Sacerdotij dignitas atque præſtantia à varijs Scriptoribus celebratur 3.e & ſeqq. Encomium ampliſſimum 1.& ſeqq. ſacerdotali ſe muneri ingerentes acriter reprehenduntur 3.c d
*Sacramenti Euchariſtiæ veritas omni genere teſtimonium defenditur 683.d e & ſeqq.
Sacrificij veteris & noui Teſtamenti differentia 272.e & ſeq.
Salicis ſterilis,& hominis peccatoris collatio 793.c
Sali comparatur charitas 11.b c
Sampſon à muliere quomodo circumuentus 120.c 121.a b 232.c 233.b Sampſonis potẽtia, & poſtea impotentia 553.e
Samuel vt ab infantia conſecratus fuerit Deo 7.b c
Samuelis humilitas,obedientia,ac vigilantia 358.a 359.c,367.e 369.c 397.a viſiones ac promptum miniſterium 7.c d
Samueli comparatur S.Ephram ix.d
Sanctificationis nomine vt continentia ac caſtitas intelligatur 124.a 125.a b 126.d 128.d 158.d 288.a 289.e & ſeqq. 303.b 324.e 343.c 460.e
Sanctorum certamina in hac vita cuiuſmodi 273.b 287.c 595.d e 617.d e 618.b conſtantia 619.b exercitia, labores, vigiliæ, atque preſſuræ deſcribuntur 489.b c 618.b 619.b poſt hanc vitam felicitas 484.c 741.c 742.a 772.a b feſtiuitates quo pacto celebrandæ 9.e & ſeq. vita nobis proponenda & imitanda 484.d e 618.b 619
Sapiens Monachus quiſnam 339.c 341.e & ſeq.
Sapienter ſemper & vbique conſeruandum. 267.c
Sapientia vera eſt, cuncta ſecundùm Deum agere 522.b

Sapientiæ & doctrinæ encomium 267. & ſeqq.

Sareptanæ viduæ cum Elia Propheta colloquium 662.c d e expoſtulatio ibid. e & ſeq. filius ab Elia excitatur à mortuis 663.c in Sareptanam viduam Sermo 661.d e & ſeqq. de ea qui ſcripſerint 664.a

Sarræ Abb. Apopthegm. 505.d e

Satanas vt à Chriſti athletis vincatur, & confundatur 770.e & ſeq. 772.c d e & ſeq.

Saul vt in vaſis occultatus fuerit 530.d 538.d ob peccatum idololatriæ reprehenſus 610.c 616.a b

Scamma quid ſit, & vnde dicatur 149.a d e 317.d 463.a 483.c

ſcandala, & ſcandaloſi taxantur 518.a vitanda cum occaſionibus 59.b & ſeqq. 118.d e 460.b 525.b

Scripta S.Ephræm demonſtrationibus plena iij.d à Gregorio Nyſſeno citantur v.b c vtiliſſima contra hæreticos iij.c

Scortum reſipiſcit iiij.d xiij.c

Scripturæ ſacræ conſolationes 207.a laudes 164.c theſauris multa ac varia ſalutis inſunt adminicula 158.a 161.a b vtilitate: & commoda 164.c & ſeq. 207.a 544.a b 801.d e

Scrutinium cuiuſmodi fiet in die Iudicij 126.e & ſeq.

Scyphus Ioſeph qualis, & quis eius vſus 641.e 642.e

Sebaſte ciuitas Armeniæ minoris 728.c 735.c d

Secularis & Monaſticæ vitæ comparatio 325.c d

Secularium, & eorum qui ſeculo renuntiârunt differentia 419.b c d 422.c d 441.b & ſeq.

Seculi præſentis & futuri ſtatus; atque differentia 575.596.c d

Secundus Aduentus Domini verificatur atque probatur pleniſſimè 493.& ſeq. 496.& ſeq.

Securitas nimia vt periculoſa & damnoſa 630.e & ſeq. 632.a b

Seditioſi refrænandi 530.a

Segnioribus vt ſit conuerſandum 322.c

per τὴν Σείραν, ſiue τὰς σειρὰς, quid ſignificetur 506.d

Semei in Regem innocentem maledicus, ſibi ipſe perniciem conciliauit 100.e & ſeq. 103.d eius iniquitas ac contumelia in Dauidem 391.d 392.e & ſeq.

Semen Dei quale ſit, & quid operetur 488.c 492.d ſementis comparatio vis, atque potentia 472.c d ſeminis parabola proponitur, & elucidatur 141.d e

Senibus honor deferendus 510.e 513.d 511.b.516.b 517.b 522.c

Senioribus quæ reuerentia à Iunioribus debeatur 267.c d 268.a

Senſus exteriores quo pacto muniendi & cuſtodiendi 158.d e 325.a 502.e

Senſibus ſuis vt quis præeſſe debeat 477.b

Separatio illa vltima in die Iudicij quam ſit futura acerba, & ſupramodum luctuoſa 189.& ſeqq. 241.c.496.

Septies in die vt orandum, exemplo Dauidis 268.e

Sepultura S.Pauli vbi fuerit 578.b 586.d e

Sermo Aſceticus & exhortatorius, ad Fratres 487.& ſeqq. Aſceticus ad imitationem Prouerbiorum 509.& ſeqq. 532. quare ſic dictus 533.a b in eos, qui Chriſto obdormierunt: & de vita ac morte vniuſcuiuſque 775.& ſeqq. S. Ioannis Chryſoſtomi poſtremus, nunc primum editus, & pro ſigillo Tomi 3. ad finem opportunè adiectus 801.& ſeqq. 808.& ſeqq. otioſus quis ſit, & in quibus verſetur 612.b c d Paræneticus, in illud: Attende tibi ipſi 332.& ſequen. turpis reprehenditur 523.d

Sermonis artificium non ſpectandum 279.d efficacia in S.Ephræm vij.c d ſpiritalis præſtantia & efficacia 334.c 335.c d

Sermones Aſcetici quinam 308.e & ſeq. noſtri ad inuicem quales eſſe debeant, & de quibus rebus 331

Serpentis ænei, ac fuſilis ſuſpenſi myſterium explicatur 568.b c d & ſeq.

Serui boni officium erga dominum 530.c

Sigillum Chriſtianiſmi quomodo diſcutietur in vltimo die Iudicij 186.c d

Signum ſeu pulſus ad diuina officia 372.b

Signum Crucis in cœlo tempore vltimi Iudicij apparebit 228.d e & ſeqq.

Signa in moribundis apparere ſolita 782.c d extremum Iudicium præcedentia 547.a b eorum terror & horror 495.e & ſeq. 498.c

Simeon Metaphraſtes 739.b

Simeon vnus ex diſcipulis S.Ephræm 791.b

Simon Magus vt in hæreſi primus 804.a 809.a & ſequen. Romæ à S.Petro deuictus 803.d eius Magia, & doctrina impia detecta, & confutata 809.b c & ſeq. vita improba, & ingenium fraudulentum ibid.

Sineſij Epiſtola aduerſus Andronicum 303.a

Siniſtra ex parte cur legenti inchoandum ſit 399.c 400.a

per Σκόλοπας quid Auctor intelligat 125.c 126.c

Sobrietati ſtudendum, & ad Diuinas laudes noctu euigilandum 367.e & ſeq.

Societas improborum cauenda 268.b 284.286.a 301.d e 321.e & ſeq. 458.c

Sodomitæ canibus comparantur 327.a

Sodomitarum hiſtoria vt indelebilis ac horrore plena 273.c enormiſſimi peccati punitio 630.& ſeq. contra Sodomitas, & vitia carnalia 112.b & ſeqq.

Sol vt ſuis radijs, ſuaq́; luce nunquam deſtituatur 680.e Soles duos vt diſcipuli viderint in Trãsfiguratione Domini 687.b

Solennitates B. Mariæ Virginis, & Auctores qui

de illis ſcripſerunt 710.b c d
Solicitudo nimia rerum terrenarum taxatur 521.a b 546.b e
Soliciti potius de bonis æternis, quàm de terrenis eſſe debemus 80. & ſequent. 84.e & ſequent.
Solitudinis fructus in viris Sanctis v.c
Somnijs fallacibus fides non tribuenda 521.b
Somnolenti taxantur, & ad vigiliam excitantur. 365.c. 367.e & ſeq.
Somnus ſi plus quàm hymnus diligatur, Monachi mors eſt. 337.d 341.c d
Sozomeni ampliſſimum de S.Ephræm teſtimonium xvij.e & ſeqq.
Spectaculum ac ſtadium vt vita noſtra ab Apoſtolo appelletur 471.e
Spectacula tormentorum, & vltimorum ſuppliciorum, vt à populo olim frequentabantur 264.a 266.c. Spectaculorum quatuor improbantur genera 109.e & ſeq.
Speculi vſus atque effectus 552.b. 670.c
de Spe, eiusq́; laudibus. 479.e & ſeq.
Spiritalis vita amplectenda 304.c ſpiritalia corporalibus præferenda 468.e
Spiritus ſanctus quo ſenſu dicatur B. Virgini vterum aperuiſſe 677.b c d
Spiritus ſuperbiæ vt execrandus, & repellendus 347.b &c. 348.b e 355.b c 356.b c 450.b 458.c
Stadium fugere quid ſit 351.c 352.b
Stagnum, in quo paſſi ſunt Quadraginta Martyres quale, & vbi fuerit 736.b c & ſeqq. 739.
Statiana Bibliotheca 737.d 738.a 739.d
Stellam, quæ miraculosè Magis apparuit, nouiter creatam fuiſſe. 674.e 678.c d
Sancti Stephani, Eccleſia in Monte Celio Romæ 739.e
Sanctus Stephanus Iunior quis fuerit 378.b c
Sterilitatis deſcriptio 662.a
Stibium quid ſit 637.c 645.d e
Stibia & tincturæ in ornanda facie reprehenduntur 592.a b 597.e & ſeq.
Storea quid ſit, eiusque vſus 432.b.433.d e 434.d
Studium Ephræm in explicandis ſcripturis iiij.b c
Στύψις, ſiue conſtrictio quidnam 573.e
Subitaniæ mortis genera 881.c 783.e & ſequ.
Suggeſtiones cacodæmonis ſubdolæ 322.b
Suggeſtionibus & tentationibus Dæmonum vt reſiſtendum 165.c 369. d e & ſeq. 371. & ſeqq. 374 & ſeqq. 377. d e & ſeq. 397. d e 418. 441.b 459.b 460.e 461.e & ſeq.
Superbia altiſſimæ arbori, ſed putridæ ſimilis 40.b latibulo Draconis, quomodo ſimilis 297.c. 298.b c mater eſſe inobedientiæ oſtenditur 458.c Superbia & ambitionis ſpiritus vt reprimendus 291.d 293.c 347.b &c. 389. & ſeq. 450.b c 457.d vitium damnatur 40.b d 88.d & ſequ. 210.c 458.c 514.b 516.b d e 518.c 521.d 524 c 525.b d 529.a 520.c 530.c in eiuſdem euerſionem atque deſtructionem 88.d e & ſeqq. 91.d e
Superbi vt dilatari dicantur 512.d
Supliciorum æternorum ſibi finem ſtatuentes reprehenduntur & confutantur 243.c d 245.b
Suſanna inſidias atque calumnias à ſenibus Babylonicis paſſa 273.e
Suſannæ caſtitatis exemplum 357.d 358.e & ſeq.
Suſurrones & detractores taxantur 340.a 513.c d
Συκάμινα, id eſt, mora 456.d 466.c
Symbolum quod paſſim in Eccleſia recitatur ac canitur, in Concilio Conſtantinopolitano primo fundatum eſt, receptumq́; à Concilijs poſterioribus 218.b c
Synaxis ſacra commendatur 168.e 169.b 172.c 235.a b
Synaxis atque Pſalmodia debitè frequentanda, & ante finem non derelinquenda 367.a b d 511.d 511.c 535.b c
Synaxis nomen quid denotet, & plures acceptiones atque ſignificationes 271.c 272.d 274.b 280 c 297.c e & ſequ. 365.b 366. c d 375.d 382.b 383.d 430.c 433.b c. 451.e 555.b c 762.b obſeruatio 535.b c 762.b tempore vt quis ſe gerere debeat 367.a b d 430 d 433.b c 459.d ad Synaxim orationis vt feſtinandum 265.b 316.
Syria à Perſis vaſtata. 540.c
Syris, & præſertim Palæſtinis Parabolæ familiares 311.c

T

TAcedium quando & vbi 267.d 502.d e
Tædi atque ignauiæ ſpiritui, vt reſiſtendum 54.d
Tegeticulæ, ſeu Storea quid ſit. 432.b 433.d
Temerarium & illicitum iuramentum quod ſit, 424.d & ſeq.
Temeraria iuramenta reprehenduntur 299.e & ſeq 301.b c
Temeritatis mala maxima 435.c d e 437.b
Temperantia & abſtinentia vt moderanda 281.a 283.e quàm latè pateat, & quanti valeat. 37.c & ſeq.
Temperantiæ commendatio 304.e & ſeq. 523.b 531.a
Templum Spiritus ſancti, quomodo corpus noſtrum dicatur 126.e & ſeqq. 158.d
Templi Salomonis ædificium cum partu Virginio vt comparetur 674.b c 675.b
Tempus quacumque in re vt partiendum 267.d
Temporis bina habenda ratio 293.c 354.a d e
Temporis occaſione non eſſe indulgendum negligentiæ 351.c d & ſeq.

Temporum mutationibus, rerumque viciſſitudinibus quomodo inaniter delectamur 200. e ſuorum conditionem deplorat Auctor 767. d

Tentari à dextris, & à ſiniſtris quid ſit 81. e

Tentationes quomodo non ad malum, ſed ad bonũ inferri Deus promittat 491. b c cacodæmonis multiplices 386. d e & ſeq. 400 d & ſeq. 402. d e & ſeq. 418. 460. e 461. e & ſeq.

Tentationum expers probari nequit 151. d Tentationum tempore ad Deum recurrendum 62. d & ſeq. 65. d 82. a

Tentationibus dæmoniacis varijs exagitatus S. Abramius, fortiter ijſdem reſtitit 753. d e & ſeq.

Terminus ieiunij & orationis Monachi quiſnam 338. e

Ternarij numeri myſterium 571. a b 585. a

de Terræ motu, eiusque cauſſis 85. c. & ſeq. 540. b c ſterilitate 662. a

Terrenæ res cæleſtibus nequaquam conferendæ 74. d e 210. a b

Terrenarum rerum, opumque fugacitas, & incertitudo 202. b & ſeq. 210. b c

Teſtamentum quid, & vnde dictum 346. a e & ſeq.

Teſtamentum S. Ephræm 785. & ſeqq. in vltimo vitæ conditum xiij. a d eius ſumma 794. e verba citantur j. d iij. e & ſeq. vij. a x. c xj. b xij. a b

Teſtimonia SS. Patrum de S. Ephræm xvj. & ſeqq. xix. & ſeqq.

Θαλασσομαχοῦντες 416. a

Theodoriti Cypri Epiſcopi teſtimonium de S. Ephræm xvij. c d xix. c d

Theologiæ nomine quid intelligendum 304. b 306. a b

Theſaurus diuinæ miſericordiæ vberrimo fonti ſimilis 63. a

Tholus quid ſit, & quis Tholus interior ſit, & quis exterior 361. d 363. a

Thouadar, al. Arouandran dictus 791. e 798. d e

Threni ſiue lamentationes ſuper tremenda die Iudicij 245. d 247. c e 248. c. B. Mariæ Virginis ſuper Paſſione Domini 697. & ſeq.

Θυμιατήριον, pro thuribulo 708. b

Θύρεος, vt metaphoricè pro rimula, & ſciſſura, ſiue oculo, in quem ſurculus immittitur, accipiatur 673. d

Timenti Dominum viro adhærendum eſt 486. a 527. b

Timor Domini παιδευτήριον τῆς ψυχῆς, id eſt, ſchola animæ 510. b gladio ancipiti comparatur 162. c 168. a

Timoris Dei Encomium ampliſſimum 217. c 410. d 426. c 509. & ſeqq. 533. & ſeqq. de Timore Dei, & ijs qui illo carent 26. b & ſeq.

Timorem animi Auctor exponit 66. b & ſeq.

Tobiæ exemplum 575. a

Τόκοι τῶν κεφαλαίων, id eſt, ſummæ totius vſuræ cuiuſmodi 575. d 586. b c

Toleti Cardinalis laus 736. d

Tonitrui vehementioris fragor & horror 475. e 498. c

Tormenta Inferni quàm grauia & intoleranda ſint 436. a b c eorum varia genera ac loca 189. e & ſeq. 243. d e 496. d 498. d e varij modi, ſicut peccatorum varia ſunt genera 189. e & ſeq. 196. d e 243. d e perpetuitas & acerbitas 764. d 779. c

Tormentorum varietas, quibus cruciabantur Sancti Martyres 740. c d 743. c d 744. e & ſeq.

Trãsfigurationis Domini myſterium deſcribitur 686. & ſeqq. 689. & ſeq. de ea varij citantur Auctores 690. d e

Trãſitus potius quàm mors emigratio Ephræm ex hac vita x. d

Trãſmutatio frequens loci in locum non appetenda 378 d e & ſeqq.

Tres Cruces vt Conſtantino ex cælo apparuerint 703 d. Tres intelligibilis ignis ſubſiſtentiæ quænam 786. c Tres lapides pretioſi quinam 755. a Tres pueri exemplum SS. Martyrum 743. a

Tria caſtitati ſeruandæ inſtrumenta perquam accommoda, nimirum, Temperantia ventris, moderatio linguæ, & oculorum frænum 459. a b Tria genera vanitatem augentia 518. b Tria lachrymarum genera 532. b

Trium calamorum miraculoſè fractorum ſignificatio 725. e

Trium dierum ſpatium variè varijs applicatum 571. a b c

Trium puerorum geſta 648. & ſeq. cum Quadraginta Martyribus collatio 728. d e 735. c d

Tribulationes & flagella nobis a Deo quomodo immittantur 86. e & ſeqq.

Tribulationum fructus atque effectus in Sanctis relucet 131. d 154. b & ſeq. earum duo genera 315 e 316. c d Tribulationum ac tentationum tempore vt quis ſe gerere debeat 387. b c 393. d e & ſeq. 402. c & ſeq. 404. c 435. e & ſeq. 456. a b 461. e & ſeq. pro tribulationibus precatio 256. d

Trinitatis myſterium 571. b 576. b

Tripaſſalum genus tormenti 263. a 266. b

Tripudia quænam Chriſtianis licita, atque conuenientia 180. d e & ſeq. 183. e & ſeq. Tripudiorum mala ac damna 108. b & ſeq.

Tritico vt aſſimilentur boni, zizanijs autem mali 344. d 345. c

Troparia Monachorum 738. d 739. d

Tubæ & Sacræ Scripturæ comparatio 164. c horribilis ſonus ac clangor in vltimo die Iudicij 162 c 210. d 225. c 229. a 244. b 245. e 496. a 498. c Tuba ſignum edente, exercitus præparatur ad bellum. 509. e

Turris Babel deſtructio 604. e 614. e 792. b

Turturris natura & proprietates 468. b 569. b c

Typus Achaab & Ieſabel 148. d 149. d

Tyrannorum erga Chriſti Martyres crudelitas 740. d e minas atque tormenta Martyres Chriſti ſpernebant ibid.

V.

Vale illud vltimum in die Iudicij, atque in morte quã valde luctuoſum 191. d 777. a b c

Valentinianorum hæreticorum impietas & ineptia reprehenditur 303. a hæreſis à Valentino dicta, & à varijs confutata 800. a b conuellitur 668. a b 677. a 792. a 800. a b

vanæ gloriæ deteſtatio 780. a b 786 e

vanitas vt rerum humanarum dicatur eſſe hæres 575. c

vanitatis effectus mali 569. c 575. c

vas contumeliæ, & vas electionis quis dicatur 324. a

ventri non indulgendum 267. c 485. c

verba bene ac ſapienter proferenda 267. d 268. e Diuinæ prædicationis libenter audienda 269. a ſe habent in modum foliorum, opus autem inſtar fructus 470. d Teſtamenti S. Ephræm j. d. iij. e & ſeq. vij. a xij a b

verecundiæ commendatio 525. b

veritas Sacramenti Euchariſtiæ plurimis grauiſſimis auctoritatibus oſtenditur 683. d e & ſeq.

veritatis acceptio pro iuſtitia 612. d 616. d e & ſeq. commendatio & encomia 33. a b 268. c

verni temporis quædam deſcriptio 250. d 252. a

verſutia atque calliditas diaboli in varijs ſeſe prodit 88. d 102. b c d

vertigo quid ſit, & vnde proueniat 386. d 388. a b

veſperi & manè examinanda quotidie conſcientia 548. c d 559. d e & ſeq.

veſtigijs Sanctorum vt inſiſtendum 275. c

veſtimentum ſupra crura non attollendum 116. c 117. c d veſtimentorum alborum myſterium 687. b contra veſtimentorum ſuperfluitates, ornamenta, atque odoramenta 116. c 117. c

veſtis nuptiolis quid denotet 319. c d 320. b c

veſtium luxus atque ornatus taxatur 485. b 515. e 516. d 521. d 528. d 694. c ornatu non gloriandum 57. a

vetuſtatis monumenta 812. & ſeq.

via cur lata, & ſpatioſa, quæ ad perditionem deducit 164. e 168. a b 192. e viæ anguſtæ & latæ comparatio elegans 192. d e differentia 595. a b d e & ſeq. ingreſſus atque inceſſus varij deſcribuntur 361. e & ſeq. 416. a 434. a 495. d viæ ac vitæ rectæ inſiſtendum & a peruerſa declinandum 320. c d 321. d viæ ac rationes animam ſaluandi multæ 807. c d à dextris & à ſiniſtris quænam 410. c d e 434. b e duæ ex Euangelio proponuntur: vna ſalutis, & altera perditionis 367. e & ſeq. 363. a b 416. a 434. a b c 495. d ad regnum cæleſte ducentes quæ ſint 175. c d 192. c & ſeq. 485. c

viatoris magnanimi exemplum 297. b

viciſſitudo & inſtabilitas rerum humanarum 290. c

vicus paganorum barbarorum 750. c d

videndi curioſitas reprehenditur etiam in proprio corpore 477. b 478. e & ſeq.

videre non vis aliquem te reſpicientem, neque tu quemquam reſpexeris 530. b

viduitas coniugio præferenda 469. b

vigilandum, & bene operandum omni tempore 552. b c 546. c d 554. e & ſeq. 76[illegible]. a b

vigilantiæ ac ſedulitatis commoda maxima 198. b

vigiliæ S. Patris Ephræm vj. e

vini immodicè ſumpti damna 128. a b 130. a 483. e & ſeq.

virginitatis laudes 126. e & ſeq. 129. d e 276. d e 336. e & ſeq. 337. e qui alij de eadem conſcripſerint 129. d e & ſeq.

virgo etiam ſola ſe nudare non debet 477. b 478. e & ſeq

virile piæ matris facinus, in martyrio ſui filij 732. b

vir ſapiens imperare recuſat; non autem obtemperare 512. e 535. & ſeq. viro laus eſt vita bona 522. e

virtus operibus prædicanda 43. a non in otio atque torpore, ſed in patientia cognoſcitur 54. b regali purpuræ ſimilis 455. a

virtutis heroicæ ac conſummatæ commendatio atque præſtantia 199. e & ſeq. 552. e & ſeqq. 558. c multiplex comparatio 553. virtuti inimica ſegnities 297. a

virtutes armatura Chriſtiani 483. d quibus reſplenduit S. Ephræm iij. a e & ſeq. bonæ vt nobis inſerantur à voluntate 543. e

virtutum exempla 808. c occurſus atque congratulatio in emigratione ex hoc ſeculo S. Ephræm x. c d

virtutibus vt laus debeatur 726. e ſtudendum 291. b c de virtutibus & vitijs per oppoſit. 25. b & ſeqq. 28. & ſeqq. 31. & ſeqq. 34. & ſeqq. 37. & ſeqq.

viſio horribilis B. Abramio apparuit, eiuſq; manifeſtatio 756. d e & ſeq.

viſiones S. Ephræm vj. b xij. c d xix. e 261. d 263. c 264. c 723. d horribiles morientium 776. c d 782. c d

viſitationes infirmorum quales eſſe conueniat 451. e 465. b c d

Vita S. Antonij ab Athanaſio conſcripta 327. b c 329 b S. Patris Ephræm j. & ſeq. xij. c & ſeq. xiiij. e & ſeq. xvij. & ſeqq. Eremitica & cœnobitica 280. b. 281. e & ſeq. S. Ioannis Baptiſtæ Monachorum forma atque exemplum 337. b c 341. a b c iuſtorum poſt obitum incipit 456. c licentioſa cauenda 362 a Monachorum vt Angelis ſimilis 470. e 471. c noſtra quouis curſore fugacior 764. c vt ſpectaculum & ſtadium appellatur, ſecundum Apoſtolum 47. c vapor eſt, & ad modicum parẽs 150. d præſens quænam in ſe contineat 595. c 598. c d fugitiua eſt, & oculis inſtar. 150. e 153. a 200. e & ſeq. in ſeculo tranſacta Eremiticæ ac Cœnobiticæ opponitur 56. a 393. b c 394. c vera quænam 579. b c

vitæ auſteritas quanta in priſcis Monachis & Eremitis exſtiterit 171. a b d 172. e 193. c beatæ deſcriptio 194. c d e & ſeq. bonæ ac religioſæ commendatio 284. e & ſeq. 304. c Eremiticæ encomia 769. c d & ſeqq. humanæ breuitas & incertitudo 545. e & ſeq. 764. a c 776. b Monaſticæ ac Cœnobiticæ exercitia, à ſecularis vitæ exercitamentis atque incommodis quid differant 434. c d e inſtituta, fructus, & com

& commoda 470.e & ſequ. præſentis calamitates & miſeriæ 18.e & ſeq. 22.& ſeq. fugacitas, inſtabilitas atque incertitudo 201. & ſeqq. 249.d
vitam noſtram emendandi ratio 781.e de vita ſpirituali capita 96. 47.d & ſeqq. qui alij tractarint ac ſcripſerint 58. abc
Vitaliani hæretici à Vitale Antiocheno dicti 792.a 800.b
S. Vitalis Eccleſia Romæ 739.e
vitis vera quænam 542.c
vitium pro vitioſo habitu, ſeu habituali inclinatione ad malum 580.a 586.e & ſeq.
vitia per virtutes ſuperanda 414.d 441.de
vitiorum veſtigia vt exterminanda 567.e & ſeq.
viuendi rectæ ratio capitibus 91. proponitur 40.b & ſeq. 46.
vnctionis Extremæ Sacramentum quà reuerentia adminiſtrandum 56.ab 59.a
vnguento triplici vt Chriſtum Magdalena inunxerit 717.de
vocationis vniuſcuiuſq; habenda ratio 530 d 532.a 538.d
vocationi noſtræ ſatisfaciendum, & in ea perſiſtendum 331.abc
volumen aperiendum ſoli Ephræm concreditum vj.bc xij.de
volumina Apollinarij hæretici ab Ephræm ingenioſè conglutinata viij.a elaboratiſſima S. Pater Ephræm poſteris reliquit iij.cd
voluntas Dei, & voluntas Diaboli, quantum differant 487.e & ſeq. 491.bc. noſtra vt Agricolæ ſimilis 543.e voluntatis bonæ commendatio 268.e noſtræ conſiliarij ſacræ ſunt Scripturæ 543.e & ſeq. voluntati Dei tota voluntas & actio noſtra ſubmittenda & conformanda 501.ae & ſeq. 504.c 506.e voluntatem vt debet habere fundatam, qui ſyncerè cupit placere Deo 81.e 85.ab
voluptas non corpore ſolùm, ſed & mente vincenda 232.a 233.a carnalis deteſtanda & fugienda 418.c de vera quæ, & in quo 163.e
vota Deo facta adimplenda, & ſeruanda 281.d 283.de.
vox Chriſti ad nos in extremo Iudicio 234.b
Vrbanus IV. Papa inſtitutor ſolennitatis feſti Corporis Chriſti 685.e
vrbis vnius appellatione, vt totum humanum genus comprehendatur 573.a
Vſuardus hortatu Caroli Magni Martyrologium conſcripſit 739.d
vſus luminarium in funeralibus, & defunctorum officijs, antiquiſſimus 796.e
vxor Loth, vt in columnam ſalis conuerſa 350.c 440.a

X

XAntius, vnus ex quadraginta Martyribus 736.a
Xenijs atque muneribus excæcantur ſapientes 338.e 341.b
Σύϛημα τῶν ἀδελφῶν, pro congregatione fratrum 463.a
Xyſtus Papa I. annos ſedit vndecim 799.d
Xyſto ſucceſſit Dionyſius ibid.

Z

ZAchæus telonius, vt ſaluatus 24.a
Zelus & labor et Ephræm pro fide viij.c
Zelus & amor Sanctorum Martyrum in Chriſtum 730.bc
Zenobius vir Giſdrazæus 791.c 798.a varia eius nominis appellatio, & ſignificatio 798.a
Zizaniorum nomine qui intelligendi 542.d 793.b
Zizanijs vt aſſimilentur mali, tritico autem boni 344.d 345.c
Zonæ ſymbolum & vſus 538.ab
Zonaræ teſtimonium de ✳ ſigno, quod Conſtantino è cælo media die apparuit 703.d

FINIS.

COLONIAE EXCVDEBAT
ARNOLDVS QVENTELIVS
ANNO M. DC.XVI.

*